BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE
9 68 F
11

61-9-F-11

# PRACTICA MAIOR
## IOANNIS MICHAELIS
### SAVONAROLAE, PATAVINI
MEDICI CELEBERRIMI,

Omnia morborum genera a capite vſq; ad pedes mortalibus aduenientia curans: Omnibus ſane medicinam exercentibus apprime vtilis,

*Nunc demum diligentius caſtigata, Scholijsq; quãplurimis, ac marginalibus annotationibus, illuſtrata.*

SOC·IESV·BIBL·SEC·COLL·ROM·
IHS

VENETIIS APVD IVNTAS.
M. D. XLVII.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

# SIGISMONDO POLCASTRO VIRO INGENIOSISSIMO AMICO OPTIMO

## IO. MICHAEL SAVONAROLA. S. D.

GRAVE ONVS non minuſq; laborioſum opus aggredi me ſentio mi Sigiſmunde, cum de eis rebus a me agendum ſit quæ a maioribus noſtris ſemper magnæ, ac etiam per difficiles intellectu fuere. Nam ſi hæ res eo ordine a me recitatæ fuerint, neq; gratū quicq̄, ſed deteſtandum magis facile diiudicabitur, ꝙ ſi alium modum poſuero vt futurum ſpero, ſiue quicquam noui addidero, aut arrogantię, aut temeritati fortaſſe mihi aſcribetur. Verum cum varia hominum ingenia contempler, vt aliquibus clarius, aliquibus ornatius de obſcuris rebus conceptam mentem a Deo optimo datum ſit aperire, arbitrabor non ita facile improperandum eſſe ſi & ab aliis dicta vario recitentur ordine, præſertim cum bona mente id actum eſſe videbitur. Cum itaq; ad te aliquid gratiſſimum ſcribere ſæpenumero mecum cogitauerim mi Polcaſtre, quod & ætati noſtrę foret aptiſſimum, poſt laborioſa theoricæ ſtudia tua in quibus non paruam tuæ ætatis partem conſumpſiſti: arbitratus ſum aliqua tibi aggregare practicabilia non minus opere q̄ dictu difficilia, quibus & mens tua admodum ſic feſſa, opus ipſum practicum tam per difficile abſq; magno, & laborioſo ſtudio conſequi poſſit. Omnes tamen quibus bona mens eſt, æquo animo quęſo, ne putent me doctorum hominum numero ſic velle aggregari, ſed ſciant a me id actum eſſe vt tibi amico complaceam. Nempe id etiam agere curaui vt in poſterum mihiipſi non parum ſatisfacerem, vt ex hoc ipſo volumine in occurrentibus caſibus a multorum librorum reuolutione deſiſterē, vt quod magno in tēpore adipiſci ſolebam in paululo conſequerer. Nanq; ſi exquiſite, vt in aliis ſoles, ipſum volumen reuolues tibi exiſtimo ſatisfactum eſſe debere, & pauco quidē eius loco id ante oculos habebis, quod niſi longo ſtudio in aliis codicibus non inuenies. Et ſi ipſius concatenationem remiſſioneſq; perſcrutaberis, te ita copioſum in remediis facies, vt nunquam tibi in remediādo deficere ſentias. Habes enim modum quo & antidota ipſa cōponere ſcias, habes & antidota ſimplicia innumerabilia fere. Quis ergo te vt abundantem facias denegabit? Addo ꝙ ex compoſitis expertiſſima plura conſcripſi, quia non raro inuenies ægritudines ipſas variari complicariq;, & antidota ipſa variare medicum oportet, nec vno poteſt in omni eius tempore remedio eſſe contentus, ideoq; componere & de nouo ſæpe conficere neceſſarium colligę. Quapropter in ſimplicibus ita te repletum faciam, vt ex compoſitorum multitudine tuo exigēti propoſito ſatisfacere poſſis. Sed antequā operi noſtro initium faciam duo arbitratus ſum ad te ſcribere, quorum alterum opportunum, alterum neceſſarium in præſentiarum duxi. Primum itaq; conſtitui, non paucis dotibus moribuſq; medicum ornatum eſſe debere, quibus velut ſanctimoniale exēplar apud vulgus eſſe videatur: nec illud fieri poſſe arbitror, niſi ſeniles mores accommodatoſq; ſibi faciat. Senilis itaq; facies ſit, ſenilis toga, grauis ſeniliſq; inceſſus, pudicus oculus, pudica lingua, pudica mens, diuinorum cultor atq; hominum amator: non ſit pauperum ſpretor, ſed eis ea qua poteſt diligentia ſuccurrat. Illis autem non tantum lucro quantum charitate ſatisfactum eſſe putet: ſicq; confidendum de ſe facit, quæ quantum in curandis ægris, quantumue in congregandis opibus operetur facile cognouiſti. Cætera quippe his annecti oportere intelligas, ſine quibus perfectus medicus eſſe non poteſt, quorum alterum natura, reliquum vero pręſtat exercitium. Natura quidem ſolertem memorioſum prudētemq; eſſe medicum oportet, vt tantarum rerum quas cum decet paruo in tempore prouidere, diligens ſit examinator, ſitq; innumerabilium contingentiarum humanorum corporum rectus ordinator, & audita viſaq; firme ſuæ commendet memoriæ. Plerūq; id inueni, vt pręſtantius iuuamentum q̄ ars natura ipſa monſtrauerit, pluresq; natura prudentes, ſcientia quidem faciles plus profeciſſe his qui multis literis abſque prudentia affluxere. Exercitium autem ſcientifica ratione munitum in eam medicum ducit experientiam, qua ornatum atque doctum eſſe decet. Sic itaq; eligatur medicus qui ſcientia, exercitio, ſolertia, memoria, atq; prudentia ornatus ſit: & qui cunctis in operibus ſuis Deum inuocat, timet atq; veneretur, & ſuæ conſcientiæ obtemperat. Poſtremo ad id venio, quod in præſentiarum neceſſarium dixi, ſcilicet ad voluminis huius conſtitutum ordinem in paucis deſcribens, ſed primus tamē dixero, ꝙ ſi in eo quicquam boni inuenies, Deo optimo mecum gratias age: ſi falſum quid, quod minime futurum ſpero, diminutum ineptumue, id paruitati ingenii mei & non malę menti adſcribas. Reor equidem hoc meo opere corporibus humanis iuniores practici plus proficere poſſe q̄ his Dialecticis argumentationibus, quibus in platearum anguiis vane ſe populo oſtentant. Non enim ea argumenta deteſtor, ſed nō parua eos pœna dignos facio, qui nomen medici ſortiri cupiunt, & in his longam barbam protrahere geſtiunt. Accipe igitur mi Sigiſmunde ſuauiſſime ex his vigiliis, quas in amicorū beniuolentia cōſumpſi hoc opus, quod tibi gratiſſimū ſentio eſſe debere. Sed prius ſcito ꝙ quæ in hoc volumine a me cōgregata ſunt. ex ductu mei Auicennæ, aliorumq; plurium fidedignorū, codicibus excerpſi. Impauidus itaq; Auicennam allegabis ſub eadē rubrica, quem in mea ſic poſitum inuenies. Vale.

# INDEX CAPITVM OMNIVM EORVM QVAE IN HAC IO. Michaelis Sauonarolæ practica continentur.


TRACTATVS primus qui eſt de modo proceſſus artificialis medici in medēdo, in quinq; diuiditur capitula. fol. 1.

Capitulum primum in quo ponunt ſigna cōplexionum oīum tam naturalium ꝙ præternaturaliũ, per quæ habebitur modus inueſtigandi cāſ ægritudinis in generali. fol. 1.

Capitulum ſecundum eſt de modo proceſſus in inueſtigādo cauſas morborum magis in ſpeciali. fol. 2.

Capitulum tertium eſt de modo proceſſus in curandis ægritudinibus quo ad diætam adminiſtrandam, et ad ipſas medicinas exhibendas cum quibuſdam canonibus medico neceſſarijs: ex quibus clare atq; perpulchre elicitur modus ponendi caſum medicinalem in terminis ſuis. Colligitur etiam modus ordinarius ex ſimplicibus datis compoſitam ædere medicinam. 5

Capitulum quartum de exhibitione medicinarum & hora ſua, in quo multi morales ponuntur canones. Ponunturq; & de doſibus medicinarum ſolutiuarum, & alteratiuarum multa pulchra etiam medico ipſo oīno ſcitu neceſſaria. Poniturq; modus eleuādi medicinam ipſam in gradu ſuo. 12

Capitulum quintum continet aliqua ex ſignis prognoſticis, quę ad generalem de omni morbo prognoſticationem multum cōferre videbuntur, nam de ſpecialibus prognoſticis in ſexto dicetur tractatu. 16

TRactatus ſecundus de ſex rebus non naturalibus nouem continens capitula. 18

CAPITVLVM primũ eſt de quinq; rebus non naturalibus, ſcilicet de aere, ſomno & vigilia, quiete & motu: vbi de exercitio, & balneis naturalibus multa pulchra ponũtur. De repletione, & inanitione, vbi & de coitu multa. De accidentibus animæ vltimo. 18

CAPITVLVM ſecundum de cibis temperatis, cuius rubricæ ſunt octo. 21

| | | | |
|---|---|---|---|
| De cibo in generali. | 21 | De ouo. | 21 |
| De oleo & oliuis. | eod. | De citro. | eod. |
| De lente. | eod. | De farre. | 22 |
| De aſparago. | 21 | De lupulo. | eod. |

CAPITVLVM tertium de cibis calidis in primo, ſiue humidi ſiue ſicci fuerint, cuius rubricæ ſunt viginti-quatuor. 22

| | | | |
|---|---|---|---|
| De frumento. | 22 | De caſeo. | 23. |
| De furfure. | eod. | De caſtanea. | 24 |
| De nenulis. | eod. | De ficu. | eod. |
| De riſo. | 22 | De faſeolis. | eod. |
| De caule. | eod. | De iuiubis. | 24 |
| De cicere. | eod. | De lupinis. | eod. |
| De amygdalis. | 22 | De moris. | eod. |
| De auellana. | eod. | De pomis. | 24 |
| De apio. | 23 | De rapis. | eod. |
| De boragie et bugloſſo. | 23 | De tri. | 25 |
| De blito. | eod. | De vuis. | eod. |
| De butyro. | 23 | De çuccarho. | eod. |

CAPITVLVM quartum de cibis calidis in ſecundo, & de his quę cum vſu cibariorum veniunt aromatica, cuius rubricæ ſunt. 16. 25

| | | | |
|---|---|---|---|
| De aniſo. | 25 | De enula. | 26 |
| De artemiſia. | eod. | De eruca. | eod. |
| De cappare. | eod. | De fœniculo. | eod. |
| De dactylis. | 26 | De phiſticis ſeu piſtacijs | 26 |
| De melle. | 26 | De pineis. | 27 |
| De mentha. | eod. | De ſale. | eod. |
| De nuce. | eod. | De ſaluia. | eod. |
| De paſtinaca. | 27 | De petroſellino. | 27 |

CAPITVLVM quintum de calidis in tertio, cuius rubricæ ſunt decem & quatuor. 27

| | | | |
|---|---|---|---|
| De allio. | 27 | De ſinapi. | 28 |
| De anetho. | 28 | De pipere. | eod. |
| De cepis & ſcalũnia. | eod. | De garyophyllo. | eod. |
| De porro. | eod. | De maiorana. | 28 |
| De raphano. | 28 | De cinnamomo. | eod. |
| De ruta. | eod. | De çinçibere. | 29 |
| De rore marino. | eod. | De croco. | eod. |

CAPITVLVM ſextum de frigidis in primo, cuius rubricæ ſunt decem & quinque. 29

| | | | |
|---|---|---|---|
| De amylo. | 29 | De melica. | 29 |
| De cydonijs ſeu cotonijs. | eod. | De neſpilis. | eod. |
| | | De hordeo. | eod. |
| De endiuia. | 29 | De robilijs, vel piſis. | 30 |
| De fabis. | eod. | De ſpinachijs. | eod. |
| De granatis. | eod. | De tribulis. | eod. |
| De carubijs. | eod. | De pyris. | 30 |
| De myrto. | 29 | De ceraſis. | eod. |

CAPITVLVM ſeptimum de frigidis in ſecundo, cuius rubricæ ſunt decem & octo. 30

| | | | |
|---|---|---|---|
| De blito. | 30 | nico. | 31 |
| De cucurbita. | eod. | De arancijs. | eod. |
| De lactuca. | eod. | De lymonibus. | eod. |
| De melonibus. | eod. | De ſorbis. | 31 |
| De cucumeribus & an- | | De tuberibus. | eod. |
| guria. | 30 | De fungis. | 32 |
| De prunis. | 31 | Dr portulaca. | eod. |
| De chryſomillis. | eod. | De piſcibus. | eod. |
| De perſicis. | eod. | De cancris. | eod. |
| De milio & pa- | | De oſtrachis. | 32 |

CAPITVLVM octauum de carnibus, cuius rubricæ ſunt vna & quinquaginta. 32.

| | | | |
|---|---|---|---|
| De carnibus in generali. | 33 | De porco. | 34 |
| | | De capreolo. | eod. |
| De gallis & gallinis. | eod. | De lepore. | eod. |
| De gallinis. | eod. | De ceruo. | 34 |
| De pullis. | 33 | De taſſo ericioq;. | eod. |
| De gallis & caponibus. | 33 | De cerebro & medulla. | eod. |
| De ſylueſtrib' gallinis. | 33 | De oculo, neruo, & aure. | 34 |
| De columbis. | eod. | | |
| De anatibus. | eod. | De gutture. | eod. |
| De anſere. | 33 | De lingua. | eod. |
| De grue. | eod. | De ala. | 34 |
| De pauone. | eod. | De collo. | eod. |
| De ꝑdice & frāculinis. | 33 | De vberibus. | eod. |
| De faſiano. | eod. | De pulmone. | eod. |
| De coturnice. | eod. | De corde. | 35 |
| De turture. | 33 | De ſtomacho. | eod. |
| De qualea. | eod. | De hepate. | eod. |
| De turdo merula. | eod. | De ſplene. | 35 |
| De paſſere. | 33 | De renibus. | eod. |
| De auibus paruis. | eod. | De teſticulis. | eod. |
| De landula. | 33 | De inteſtinis. | 35 |
| De aquaticis auibus. | eod. | De pedibus. | eod. |
| De hœdo. | 34 | De cauda. | eod. |
| De ouina carne & agnina. | eod. | De cute. | 35 |
| De caſtratis. | eod. | De adipe & pinguedine. | eod. |
| De vitulo. | 34 | De modo incidendi nobilibus in menſa. | 35 |
| De carne bouina. | eod. | | |


Graduando autem omnes prædictarum rubricarum cates reducuntur ad rubricas vndecim, quarum.

Prima

Prima. De temperatis aut a temperamento modicum diſtantibus. vt ſunt.
Caro pulli.
Vituli.
Perdicis.
Faſiani.
Coturnicis.
Caprioli.
Pedes vitulorum.
Lingua.
Rubrica ſecunda de calidis in primo. vt
Caro hœdi.
Gallinæ.
Turdorum.
Merulorum.
Aues minutæ.
Agni.
Arietis.
Ouis.
Porci.
Cauda.
Rubrica tertia de calidis in ſecundo.
Caro columbi.
Anatis.
Anſeris.
Pauonis.
Turturis.
Qualearum.
Adeps.
Alaudæ.
Auium aquaticarum.
Leporis.
Hepar.
Splen.
Teſticuli.
Pinguedo.
Rica. 4. de frigidis in primo.
Caro gruis.
Oculi.
Auris.
Vberum.
Pulmonis.
Cordis.
Rica. 5. de frigidis in ſecūdo.
Caro inteſtinorum.
Cutis.
Cerebrum.
Rica. 6. de humidis in primo.
Gallinæ.
Arietis.
Ouis.
Porci.
Oculi.
Vberum.
Pulmo.
Caudæ.
Rica. 7. de humidis i ſecūdo.
Caro columborum.
Anſerum.
Pauonis.
Qualearum.
Agni.
Cerebri.
Hepatis.
Teſticulorum.
Adeps.
Pinguedo.
Rica. 8. de humidis in tertio.
Anatis maxime lacunalis.
Rubrica. 9. de ſiccis in pmo.
Merulorum.
Turdorum.
Capreolorum.
Auris.
Auium minutarum.
Cordis.
Rubrica decima de ſiccis in ſecundo.
Gruis.
Turturis.
Alaudę.
Auium aquaticarum.
Leporis.
Splenis.
Inteſtinorum.
Cutis.
Rubrica vndecima de ſiccis in tertio.
Caro paſſerum.
Capitulum nonum de liquoribus & his quę in vſum potus veniūt, vt ſunt, Lac, Vinum, Agreſtum, Acetū, & Aqua. Cuius rubricæ ſunt quinq;. 36
De lacte. 36
De vino. eod.
De agreſto. 37
De aceto. eod.
De aqua. eod.
TRactatus tertius de cibis compoſitis, cuius capitula ſunt vndecim. 38
Capitulum primum eſt de ſimplicibus tēperatis, et in duabus qualitatibus diſtēperatis in vnaquaq; ægritudine valentibus, cuius rubricæ ſunt vigintitres. 38
Capitulum ſecundū de cibis ſimplicibus conuenientibus ſanguineis, cuius rubricæ ſunt decem & octo. 38
Capitulum tertium de cibis ſimplicibus conuenientibus cholericis, cuius rubricæ ſunt duæ. 39
Capitulum quartum de cibis ſimplicibus cōuenientibus phlegmaticis, cuius rubricæ ſunt quindecim. 40
Capitulum quintum de cibis ſimplicibus cōuenientibus melancholicis, cuius rubricę ſunt decem & nouem. 41
Capitulum ſextum de cibis compoſitis in ægritudine ſanguinea valētibus, cuius rubricę ſunt vigintiſex. 43
Capitulum ſeptimū de cibis cōpoſitis in ægritudine cholerica cōferentibus, cuius rubricæ ſunt vigintitres. 44
Capitulum octauum de cibis cōpoſitis & potibus in ægritudine phlegmatica valentibus, cuius rubricæ ſunt viginti ſex. 45
Capitulum nonū de cibis cōpoſitis in ægritudine melancholica valētibus, cuius ribricæ ſunt decē & octo. 46
Capitulum decimum de cibis cōpoſitis in ægritudinibus compoſitis, cuius rubrica eſt vna. 46
Capitulum vndecimū de quibuſdam declarationibus cū ſuis exēplis quorūdam attributorum cibis ipſis ſimplicibus et compoſitis, prouenientium a virtutibus ſecundis ipſoꝝ, & partim a primis, ex quarum notitia medicus iuuenis in actu practico non paruā adipiſcetur vtilitatem: cuius rubricę ſunt decem & tres. 46
Prima. De cibis citæ digeſtionis. 46
2 De cibis tardæ digeſtibilibus. eod.
3 De cibis bonos humores generantibus. eod.
4 De cibis malos humores generantibus. 46
5 De cibis qui cito corrumpuntur. 47
6 De cibis difficile corruptibilibus. eod.
7 De cibis cito corpus exeuntibus. eod.
8 De cibis tarde corpus exeuntibus. eod.
9 De cibis inflatiuis. 47
10 De cibis extenuantibus. eod.
11 De cibis nutrientibus parum. eod.
12 De cibis multum nutrientibus. 47
13 De cibis impinguantibus. eod.
TRactatus quartus de ſimplicibus, & cōpoſitis cū ſuis virtutibus ſecundis, tertijs, & quartis vſualibus magis, cuius erunt triginta tria capitula. 47
Primum. De medicinis attractiuis. 47
2 De medicinis aperitiuis. 47
3 De oppilatiuis. eod.
4 De conſtrictiuis. eod.
5 De mollificatiuis. 47
6 De induratiuis. eod.
7 De mundificatiuis & abſterſiuis & lauatiuis. 47
8 De generantibus carnem. eod.
9 De coroſiuis. eod.
10 De vlcerantibus & excoriantibus. 47
11 De aduſtiuis & cauſticis. eod.
12 De cicatriçantibus & conſolidantibus. 47
13 De conglutinantibus. eod.
14 De attenuatiuis & ſubtiliantibus. 48
15 De inciſiuis. eod.
16 De rarificatiuis, reſolutiuis, diſſolutiuis. eod.
17 De diaphoreticis, & reſolutiuis. eod.
18 De repercuſſiuis. 48
19 De carminantibus, & ventoſitatē frangentibus. 48
20 De digeſtiuis & maturatiuis ad extra applicādis. 48
21 De mordicatiuis eod.
22 De rubrificatiuis. eod.
23 De confortatiuis. 48
24 De lenitiuis ſiue planatiuis. eod.
25 De lubrificatiuis. eod.
26 De mitigantibus dolorem & narcoticis. 48
27 De pernicioſis. eod.
28 De veneno ſis. eod.
29 De beçoardicis. 48
Capitulum. xxx. De digeſtiuis ad intra appplicatis, cuius rubricæ ſunt. 31. 48
Prima. De digeſtione quid ſit. eod.
2 De digeſtiuis ſimplicibus choleræ naturalis. eod.
3 De digeſtiuis ſimplicibus phlegmatis naturalis. 49
4 De digeſtiuis ſimplicibus melācholię naturalis. eod.
5 De ſyrupis vſualibus tā ſimplicib⁹ q̄ cōpoſitis. eod.
6 De digeſtiuis compoſitis choleræ naturalis. eod.

7 De digeſtiuis compoſitis phlegmatis naturalis. 49
8 De digeſtiuis cõpoſitis melancholię naturalis. eod.
9 De diuiſione cholerę non naturalis in ſpēs ſuas. eod.
10 De digeſtiuis cholerӕ citrinӕ. 49
11 De digeſtiuis cholerӕ vitellinӕ. eod.
12 De digeſtiuis cholerӕ aduſtӕ. eod.
13 De digeſtiuis cholere praſſinӕ. 49
14 De digeſtiuis çiniariӕ, & praſſinӕ non verӕ. eod.
15 De diuiſione phlegmatis nõ naturalis ĩ ſpēs ſuas. 49
16 De digeſtiuis dulcis inſipidi & aquoſi. eod.
17 De digeſtiuis muſcillaginoſi, vitrei, & crudi. 49
18 De digeſtiuis pontici, acetoſi, & acris. 50
19 De digeſtiuis ſalſi phlegmatis. eod.
20 De diuiſione melĩӕ non naturalis in ſpēs ſuas. eod.
21 De digeſtiuis melancholiӕ genitę per aduſtionẽ cholerӕ rubeӕ. 50
22 De digeſtiuis melancholiӕ per aduſtionẽ melancholiӕ ſubtilis, & groſſӕ genitӕ. eod.
23 De digeſtiuis melancholiӕ cholericӕ. 50
24 De digeſtiuis melancholiӕ phlegmaticӕ. eod.
25 De digeſtiuis melancholiӕ melancholicę. eod.
26 De digeſtiuis melancholicӕ ſanguinę. eod.
27 De adminiſtrandis ſyrupis canon. 50
28 De his qui nõ poſſunt accipere ſyrupos canon. eod.
29 De aquis vſualibus temperatis. eod.
30 De aquis calidis vſualibus. 50
31 De aquis frigidis vſualibus. eod.
CAP. XXXI. De ſolutiuis, cuius rubricę ſunt. 20. 50
Prima. De ſimplicibus ſolutiuis principaliter choleram euacuantibus. eod.
2 De ſimplicibus ſolutiuis principaliter phlegma euacuantibus. eod.
3 De ſimplicibus ſolutiuis meliam euacuantibus. 50
4 De ſimplicibus ſanguinem principaliter euacuantibus, vel mundificantibus. 50
5 De ſolutiuis compoſitis cõmuniter vſitatis cum nominibus autorum. 51
6 De ſolutiuis compoſitis cholerę naturalis. eod.
7 De ſolutiuis cõpoſitis choleram euacuantibus nõ naturalem, & primo euacuantibus citrinam. eod.
8 De euacuantibus vitellinam. eod.
9 De euacuantibus aduſtam. 51
10 De euacuantibus praſſinam. eod.
11 De ſolutiuis phlegmatis nõ naturalis & primo de ſolutiuis dulcis, inſipidi, & aquoſi. 51
12 De ſolutiuis vitrei, muſcillaginoſi, & crudi. eod.
13 De ſolutiuis pontici, acetoſi, & acris. eod.
14 De ſolutiuis ſalſi. 51
15 De ſolutiuis melancholię nõ naturalis, & primo eius quӕ eſt per aduſtionem cholerӕ rubeę. eod.
16 De ſolutiuis melancholiӕ genitӕ per aduſtionem melancholiӕ ſubtilis, aut groſſӕ. eod.
17 De ſolutiuis melancholiӕ cholericӕ. eod.
18 De ſolutiuis melancholiӕ phlegmaticӕ. eod.
19 De ſolutiuis melancholiӕ melancholicӕ. 51
20 De ſolutiuis melancholiӕ ſanguinę. eod.
CAP. XXXII. De digeſtiuis appropriatis diſcraſię mẽbri cuiuslibet tam calidӕ, quàm frigidӕ, cuius rubricӕ ſunt. 18. 51
Prima De digeſtiuis capiti, & ſuis membris cõferentibus in diſcraſia frigida. 51
2 De digeſtiuis in diſcraſia calida capitis. eod.
3 De digeſtiuis in diſcraſia calida pulmonis. 52
4 De digeſtiuis in diſcraſia frigida pulmonis. eod.
5 De digeſtiuis in diſcraſia frigida ſtomachi. 52
6 De digeſtiuis ſtomachi in diſcraſia calida. eod.
7 De digeſtiuis inteſtinorum in omni cauſa. 52
8 De digeſtiuis cordis in vtraq; diſcraſia. eod.
9 De digeſtiuis hepatis in diſcraſia calida. eod.
10 De digeſtiuis hepatis in diſcraſia frigida. eod.
11 De digeſtiuis ſplenis in vtraq; diſcraſia. 52
12 De digeſtiuis in vtraq; diſcraſia renum. eod.
13 De digeſtiuis veſicӕ in vtraq; diſcraſia. eod.
14 De digeſtiuis matricis in diſcraſia frigida. 52
15 De digeſtiuis matricis in calida. eod.
16 De digeſtiuis in dolore iuncturarum in frigida. eod.
17 De digeſtiuis iuncturarum in calida. 52
18 De digeſtiuis in cutis infectione. eod.
CAPI. XXXIII. De euacatiuis appropriatis cuilibet membro diſcraſiato, cuius rubricӕ ſunt. 21. 52
Prima De ſolutiuis in diſpoſitione capitis & membrorũ ſuorum calida. eod.
2 De ſolutiuis in diſcraſia frigida capitis. eod.
3 De ſolutiuis in diſpõne pectoris et pulmonis calida. 52
4 De ſolutiuis in diſcraſia frigida pulmonis. eod.
5 De ſolutiuis in diſpoſitione ſtomachi calida. eod.
6 De ſolutiuis in diſcraſia frigida ſtomachi. eod.
7 De ſolutiuis in diſpoſitione inteſtinorũ qualibet. 52
8 De ſolutiuis in diſpoſitione cordis calida. eod.
9 De ſolutiuis in diſcraſia frigida cordis. eod.
10 De ſolutiuis in diſpoſitione hepatis calida. 52
11 De ſolutiuis in diſcraſia frigida hepatis. 53
12 De ſolutiuis in diſpoſitione ſplenis calida. eod.
13 De ſolutiuis in diſcraſia frigida ſplenis. eod.
14 De ſolutiuis in diſpoſitione renum calida. 53
15 De ſolutiuis in diſpoſitione renum frigida. eod.
16 De ſolutiuis in diſpoſitione veſicӕ vtraq;. eod.
17 De ſolutiuis in diſpoſitione matricis calida. 53
18 De ſolutiuis in diſpoſitione matricis frigida. eod.
19 De ſolutiuis in diſpoſitionibus iuncturarũ calida. 53
20 De ſolutiuis in diſpoſitione iuncturarũ frigida. eod.
21 De ſolutiuis in diſpoſitione infectionis cutis. 53
CAP. XXXIIII. De cõfortatiuis appropriatis cuilibet membro diſcraſiato, cuius rubricӕ ſunt. 20. 53
Prima De confortãtibus caput in diſcraſia calida. eod.
2 De confortantibus caput in diſcraſia frigida. eod.
3 De confortantibus pulmonem, & pectus in diſcraſia calida. 53
4 De confortãtibus pulmonẽ in diſcraſia frigida. eod.
5 De confortantibus ſtomachũ in diſcraſia calida. 53
6 De confortãtibus ſtomachũ in diſcraſia frigida. eod.
7 De confortantibus inteſtina in diſcraſia calida. 53
8 De confortãtibus inteſtina in diſcraſia frigida. eod.
9 De confortantibus cor in diſcraſia calida. eod.
10 De confortantibus cor in diſcraſia frigida. 53
11 De confortantibus hepar in vtraq; diſcraſia. eod.
12 De confortantibus ſplenẽ in vtraq; diſcraſia. eod.
13 De confortantibus renes in vtraq; diſcraſia. 53
14 De confortantibus veſicam in vtraq; diſcraſia. eod.
15 De confortantibus matricẽ in diſcraſia calida. eod.
16 De confortantibus matricem in diſcraſia frigida. 53
17 De confortãtibus iuncturas in diſcraſia calida. eod.
18 De confortãtibus iuncturas in diſcraſia frigida. eod.
19 De confortantibus in infectione cutis. 53
20 De rectificãtibus acuitatẽ & malitiam laxatiuorũ. 53
TRactatus quintus de ſimplicibus, & cõpoſitis quibus in ſuis antidotarijs medici in medendo vtuntur, cuius quatuor ſunt capitula. 53
CAPITVLVM primũ. De ſimplicibus medicinis ſumptis ex plantis, cuius decem ſunt rubricӕ. 53
Pria De ſeminibus 53
2 De fructibus. eod.
3 De floribus. eod.
4 De folijs. eod.
5 De lignis. 54
6 De corticibus. 54
7 De radicibus. eod.
8 De ſuccis. eod.
9 De gummis. 54
10 De oſſibus. eod.
CAP. II. De his quӕ ex animalibus ſumuntur, vt ſunt carnes, eorum ſuperfluitates. Adipes eorum, et huiuſmodi. Vide ibi multa ac quaſi omnia. 54

CAP. III.

CAP. III. De his quæ a mineralibus ſumuntur, cuius quatuor ſunt rubricæ. 54.
Pria De metallis. 54 3 De ſũptis a venis terrę. 54
2 De lapidibus. eod. 4 De ſalibus. eod.
CAPIT. IIII. De cõpoſitis quibus vtuntur medici, in quo quatuor ponuntur intentiones, quas perficit medicus cũ talibus, aut ad extra, aut ad intra appli catis, vt ſunt Confectiones, Trochiſci, Electuaria, Vnguenta, & huiuſmodi, ita ꝗ ad plenũ ibi habes. vide ibi, cuius rubricæ ſunt. 25. 54.

TRactatus ſextus erit de oibus ægritudinibus particularibus membrorũ noſtri corporis, a capite vſque ad pedes, cuius vigintiduo ſunt capitula. 55
CAPITVLVM primum eſt de diſpoſitionibus capitis, in ſe viginti rubricas continens. 55
Prima De dolore capitis tã per eſſentiã ꝗ per cõitatẽ. 55
2 De hemicrania. 59
3 De dolore capitis ex caſu & percuſſione. 59
4 De phreneſi, & charabito. 60
5 De ſibare. 62
6 De lethargia. 62
7 De diminutions memoriæ. 63
8 De ſubeth. 64
9 De vigilia ſuperflua. 65
10 De apoplexia. 65
11 De melancholia. 66
12 De mania. 68
13 De cutubuth. 69
14 De iliſci ſiue hereos. 69
15 De amentia & corruptione imaginationis. 69
16 De ꝑmixtione ſenſus ſiue rõnis, & de alienatione. 70
17 De vertigine, & ſcotomia. 70
18 De alue, & palpitatione. 71
19 De incubo. 71
20 De epilepſia. 71
DVBIA de dolore capitis. 73
Vtrum in dolore capitis competat phlebotomia. 73
Vtrum lac ſit applicãdum dolore capitis exiſtente a cauſa calida. 74
Vtrum acetum competat in omni dolore capitis. 74
DVBIA de phreneſi. 74
Vtrum in omni phreneſi competat phlebotomia. 74
Vtrum competat vinum. 74
Vtrum competat aqua frigida. 74
Vtrum competat applicatio catulorum columborũ. 74
DVBIA de lethargia. 74
Vtrum in ea ſemper competat phlebotomia. eod.
Vtrũ ꝑte poſteriori capitis repcuſſiua ſint applicãda. 74
DVBIA de apoplexia. 75
Vtrum medicamina fortia competant in principio apoplexiæ. 75
DVBIA de melancholia. 75
Vtrum melancholia fiat a melãcholia aduſta, an nõ. 75
Vtrum in omni melãcholia cõpetat phlebotomia. eod.
Vtrum ſanguine in principio apparente claro debeat ſtatim reſtringi. eod.
Vtrum coitus conferat in melancholia. 75
Vtrum balneum conferat in ea. eod.
DVBIVM de cutubuth. eod.
Vtrum cutubuth eueniat magis in februario. 75
DVBIVM de ſtoliditate, & amentia. eod.
Vtrum ſtoliditas, & amentia fiant a cauſa calida. eod.
DVBIA de epilepſia. 75
Vtrum in ea auferatur ſenſus & motus ex toto. eod.
Vtrum balneum conueniat in ea. 75
CAPITVLVM ſecundum de diſpoſitionibus neruorum continens rubricas ſeptem. 76
Pria De paralyſi. 76 3 De tetano. 79
2 De ſpaſmo. 78 4 De tortura. eod.
5 De tremore. 79 7 De ſaltu. 80
6 De ſtupore. 80
DVBIA de paralyſi. 80
Vtrum in omni paralyſi ſit ablatio ſenſus & motus. 80
Vtrum vinum competat in paralyſi. eod.
Vtrum ſit properandum cum fortibus medicinis in principio paralyſis. 81
Vtrum oxymel competat in paralyſi. 81
Vtrũ oculus ꝑtis paralyticatę minorẽ vel alterẽ. eod.
DVBIVM de ſpaſmo. 81
Vtrum ſpaſmus de inanitione ſit curabilis. eod.
DVBIA de tortura. 81
Vtrum remedium locale ſit applicandum parti ſanæ vel parti tortæ. eod.
CAPITVLVM tertium de diſpoſitionibꝰ oculorum, continens rubricas. 16. 81
Prima De anatomia oculi, deſcriptione, ac complexione eius, & de conferentibus, & nocentibus ei. eod.
2 De ophthamia. 82
3 De dolore oculorum. 83
4 De vngula. 84
5 De ſebel. eod.
6 De tarſati. i. macula rubea. eod.
7 De tumore coniunctiuæ. 84
8 De duritie coniunctiuæ. eod.
9 De cadentibus ſub coniunctiua. eod.
10 De fiſtula lachrymali. 84
11 De lachrymis & fluxu earum immoderato. 85
12 De paſſionibus corneę, & primo de veſicis. eod.
13 De exituris, ſiue vlceribus corneę. eod.
14 De rupturis corneę, & exitu vueę. 86
15 De albugine in cornea ſiue nebula & cicatrice. 86
16 De ſanie poſt corneam. 87
17 De paſſionibus vuæ, dilatione pupillæ, conſtrictione eius. 87
18 De diſpõne oculi quo ad totũ eius, primo de exitu. 87
19 De profunditate oculorum. eod.
20 De paſſionibus palpebrarum. 88
21 De pediculis palpebrarum. eod.
22 De ſylach. eod.
23 De geſſe. 88
24 De inuiſcatione palpebrarum. eod.
25 De inuerſatione palpebrarum ſiue ſeparatiõe earum abinuicem. eod.
26 De hordeolo. 88
27 De ſcabie, & pruritu palpebrarum. eod.
28 De caſu pilorum palpebrarum. 89
29 De pilis inuerſis & additis palpebrarum. eod.
30 De diſpoſitionibus operationum oculorum, & primo de debilitate viſus. 89
31 De noctilopa, ſeu de his qui poſt ſolis occaſum nihil aut parum vident. 90
32 De haliabar. i. de non videntibus in die. 91
33 De corrupta oꝑatione viſus, & prio de imaginibꝰ. 91
34 De ablata operatione viſus. eod.
35 De cataracta. eod.
36 De gutta ſerena. 92
DVBIA de uomitu. eod.
Vtrum vomitus cõferat in paſſionibus oculorum. eod.
Vtrum in omni ophthalmia cõpetat phlebotomia. 92
DVBIVM de lachrymis. eod.
Vtrum lachrymæ natiuæ recipiant curam. eod.
DVBIA de pupilla. 93
Vtrum dilatatio pupillæ facta a caſu & percuſſione recipiat curam. eod.
Vtrum conſtrictio pupillæ fiat a ſiccitate. eod.
DVBIVM de breuitate viſus. 93
Vtrum faba, & lens competant in debilitate viſus. eod.
DVBIVM de noctulopa. eod.

Vtrum

Vtrum in noctiſopa ſit pmo minuendũ ex cephalica. 93
DVBIVM de cataracta. eod.
Vtrum cataracta gñetur inter cryſtalloidem, & vueã. 93
CAPITVLVM quartum de diſpoſitione aurium, continens rubricas ſeptem. 93
Prima De anatomia, & cõplexione, & deſcriptione auris, ac de cõferentibus, & nocentibus auditui. eod.
2 De diminutione auditus. 94
3 De ſurditate. eod.
4 De tinnitu, & ſibilo, & ſonitu. 95
5 De dolore auris & exitu ſaniei. eod.
6 De his q̃ aures intrãt, & in eis oppilationẽ faciunt. 97
7 De ſanguine egrediente per aures. 98
DVBIA in morbis aurium. eod.
Vtrum in omni dolore aurĳs cõpetat phlebotomia. eod.
Vtrum repercuſſiua cõpetant in paſſionibus aurium. 98
Vtrum materia ſurditatis poſſit trãſire ad inteſtina. eod.
CAPITVLVM quintum de diſpoſitionibus naſi, cõtinens rubricas duodecim. 98
Prima De anatomia naſi, complexione, ac deſcriptione eius, ac de iuuantibus, & nocentibus ei. eod.
2 De diminutione, ablatione et corruptiõe odorat⁹. 98
3 De fluxu ſanguinis narium. 99
4 De prouocantibus fluxum ſang. narium, eod.
5 De catarrho & coryça. eod.
6 De fœtore narium. 102
7 De vlceribus naſi. eod.
8 De apoſtematibus narium. 103
9 De oppilatione in chaiaſim. eod.
10 De polypo, & hemorrhoidibus, et cancro naſi. eod.
11 De ſternutatione. 104
12 De pruritu naſi. eod.
DVBIA in fluxu ſang. narium. 104
Vtrum in omni fluxu ſanguinis narium competat phlebotomia &c. eod.
Vtrum ex eadem parte vel non. eod.
DVBIA de catarrho. 105
Vtrum corpora calida ſint magis diſpoſita catarrho q̃ frigida. eod.
Vtrum in catarrho competat phlebotomia. eod.
Vtrum in catarrho competat vinum. eod.
De cauterio in catarrho. 105
De ſomno meridiano in catarrho. eod.
De temporibus aptis ad generationem catarrhi. eod.
De præſeruatione ſuſpecti ad catarrhum. eod.
Quod materia fœtoris narium cõicatur pectori. 105
CAPITVLVM ſextum de diſpoſitionibus oris, & linguæ, continens rubricas quindecim. 106
Prima De ore, & lingua, & anatomia, & de vtilitatibus eorum. eod.
2 De diminutione, ablatione, & corruptione guſt⁹. 106
3 De mollificatione & grauitate linguæ, & deſtructione introitus in ſermonem. eod.
4 De ſpaſmo linguæ. 107
5 De magnitudine & breuitate linguę. eod.
6 De multitudine ſputi, & curſus eius in ſomno. eod.
7 De abſciſione dolorum horribilium ex comeſtis. 108
8 De ſputo ſanguinis ex ore. eod.
9 De apoſtematibus linguæ. eod.
10 De ranula ſub lingua. 108
11 De aduſtione linguæ. eod.
12 De ſciſſuris in lingua. eod.
13 De bothor in ore & lingua. 109
14 De alcola & vlceribus malignis. eod.
15 De fœtore oris. eod.
DVBIA de morbis linguæ. 110
Vtrum lęſo neruo quolibet veniente ad linguam ipſa lingua lædatur.
Vtrum in apãtibus linguę cõpetant repercuſſiua. eod.
Vtrum ſenes fiant trauli ab humiditate ſicut infantes. 110
Propter quid in febribus continuis phlegmaticis non eſt fœtor continuus oris cum ſint ex putredine. eod.
Propter quid allia, & cepę ſint mali odoris, piper & çinçiber boni, cum ſint omnia calida in quarto. eod.
CAPITVLVM ſeptimum de diſpoſitionibus dentiũ, continens rubricas octo. 111
Prima De anatomia, deſcriptione ac cõplone dentiũ, & de pſeruatione, ac cõſeruatione, & cura vl'i eo℞. 111
2 De difficili dentium emiſſione ſiue ortu. 112
3 De dolore dentium. eod.
4 De corroſione dentium & perforatione. 114
5 De vermibus dentium. eod.
6 De dentibus commotis. 115
7 De congelatione dentium. eod.
8 De alteratione coloris dentium. eod.
DVBIA circa morbos dentium. eod.
Vtrum dentes ſentiant, & ppter quid in omni ætate non generantur, & propter quid non reſtaurantur dentes fracti, & propter quid dens fractus ſm totam ſuperficiem non creſcit. 115
Dentes continue creſcunt, & non alia oſſa. 116
Vtrum dentes magis lædant a calido q̃ a frigido. eod.
Vtrum dentes poſſint apoſtemari cum ſint oſſa. eod.
Verũ ſpolium ſerpẽtis cõferat in paſſionibus dentiũ. 116
Qũo portulaca cõferat in congelatione dentium. eod.
Qũo phlebotomia cõpetat in catarrho ad dentes. eod.
Qũo galliæ conueniant in paſſionibus dentium. eod.
Qũo dentes ſint membra ſpermatica. 117
Qũo apri habeãt dentes magnos, cũ ſint humidi. eod.
CAPITVLVM octauum de diſpoſitionibus gingiuarum & labiorum, continens rubricas vndecim. 117
Prima De anatomia, deſcriptione, ac complexione labiorum, & gingiuarum. eod.
2 De apoſtematibus gingiuarum. 117
3 De vlceribus gingiuarum. eod.
4 De mollificatione gingiuæ. 118
5 De diminutione gingiuarũ, et earum augmento. eod.
6 De gingiua ſanguinea. 118
7 De fiſſura gingiuarum. eod.
8 De fiſſuris labiorum. eod.
9 De tumoribus labio℞, & eorum apoſtematib⁹. 118
10 De vlceribus labiorum. eod.
11 De tremore labiorum. 119
DVBIA de morbis gingiuarum. eod.
Vtrum adipes conueniant in ſciſſuris labiorum. eod.
Quare ſciſſuræ labiorum in febre ſint bonum ſignum, & non ſciſſuræ linguæ. eod.
De ſanguine draconis,
Vtrum ſanguis draconis ſit carnis generatiuus. 119
De cauterio,
Vtrum cauterium præſtantius ſit de cupro, vel argento, vel auro. 119
CAPITVLVM nonum de diſpoſitionibus gutturis, continens rubricas ſex. 119
Prima De anatomia, deſcriptione, & cõplexione amygdalarum, & vuæ. eod.
2 De ſtrangulatione ex cibo, & ſiti re cõtingente. 119
3 De retentione ſpinæ, & huiuſmodi in gutture. eod.
4 De ſanguiſugis quæ os ingrediuntur. eod.
5 De ſuffocatione, & ſquinantia. 122
6 De ægritudinibus vuææ, et apoſtematibus amygdarum gutturis. 121
DVBIA de morbis gutturis. 122
Vtrum in principio ſquinãtiæ cõpetant repercuſſiua. eod.
Vtrum ſquinãtia ſm plurimum fiat a phlegmate eod.
Vtrum ſquinãtia poſſit a materia melancholica cãri. 122
Vtrum in ſquinantia competat ſubſcannatio. eod.
Vtrum in omni ſquinantia cõpetat phlebotomia. eod.
Vtrum

Vtrum phlebotomia debeat fieri ex eadem vel contraria parte. 123
Vtrum pharmacia debeat pcedere phlebotomiam. eod.
Vtrum ventoſa debeat ſubito ſuper collum, vel nucham poni. 123
Poſt hæc & quædam notanda. eod.
CAPITVLVM decimum de diſpoſitionib' pectoris, & pulmonis, cuius rubricæ ſunt ſexdecim. 123
Prima De anatomia pectoris, & pulmonis. eod.
2 De anhelitu, & eius conſtrictione, & difficultate. 124
3 De aſthmate. eod.
4 De tuſſi. 126
5 De voce. 128
6 De raucedine vocis, & aſperitate. eod.
7 De voce breui. 129
8 De voce groſſa. eod.
9 De ſubtili voce. eod.
10 De voce tenebroſa & turbida. 129
11 De voce trepida. eod.
12 De ſputo ſanguinis ſiue hęmoptoica paſſione. 129
13 De pleuriſi. 132
14 De peripneumonia. 136
15 De empyemate. eod.
16 De phthiſi. 137
DVBIA circa morbos pectoris. 140
Vtrum omne aſthma ſit ægritudo pulmonaris. eod.
Vtrum in aſthmate cōpetat vinū in magna qŭtitate. eod.
Vtrum in aſthmate ſit vtendum prouocatiuis. eod.
Vtrū in aſthmate medicinę ſolutiuę debeāt eē fortes. 140
Vtrum in aſthmate competat arſenicum. eod.
DVBIA de voce. 141
Vtrum ſomnus ſit cauſa ſubtilitatis vocis. eod.
Vtrum coitus faciat vocem ſubtilem. eod.
Vtrum lamina plūbea conferat in voce tremula. eod.
DVBIA de ſputo ſanguinis. 141
Vtrum exitus ſanguinis a pectore ſit minoris timoris q̃ a pulmone. eod.
Vtrum ſolutio continuitatis ſit difficilior in pulmone q̃ in pectore. eod.
Vtrum venæ pulmonis facilius conſolidentur q̃ arteriæ eiuſdem. eod.
Vtrum ſanguinem eſſe ſpumoſum ſit efficax ſignum q ſit a pulmone. eod.
Vtrum centaurea conferat in ſputo ſanguinis. 141
Vtrum tri conferant in ſputo ſanguinis. eod.
Vtrum ameos, ſpica, aniſum & hmōi conferant in ſputo ſanguinis ex apertione orificiorum venarum. eod.
Vtrum mulieri hęmoptoicæ ex retentione menſtruorum competant prouocantia menſtrua per ſuperius. eod.
Vtrū ſputum nigrū de ſpūalibus veniens ſit mortale. 141
DVBIA de pleuriſi. 142
Vtrum in omni pleuriſi ſit febris. eod.
Vtrum pleuriſis fiat raro a phlegmate. eod.
Vtrum ſit deterior pleuriſis ſiniſtri q̃ dextri lateris. eod.
Vtrum in pleuriſi dextræ partis competat phlebotomia ſaphenæ eiuſdem lateris vel oppoſiti. eod.
Vtrum in principio pleuriſis cōpetant repercuſſiua. eod.
DVBIA de peripneumonia. 143
Vtrum peripneumonia cholerica ſit verior quàm phlegmatica. eod.
Vtrum peripneumonia cholerica ſit deterior q̃ phlegmatica. eod.
DVBIA de phthiſi. 142
Vtrū phthiſis accidat magis a.18. anno vſq; ad.35. eod.
Vtrum lac competat phthiſicis. eod.
CAPITVLVM vndecimum de diſpoſitionibus cordis, continens rubricas quinque. 143
Prima De deſcriptione, complexione, & anatomia cordis, & de diſpoſitionibus cōplexionalibus eius conſideratis a medico. 143
2 De tremore cordis. 144
3 De ſyncopi. 145
4 De caſu virtutis ſubito. 147
5 De apoſtematibus cordis. eod.
DVBIA de moebis cordis. 147
Vtrum liceat phlebotomia ducere ad ſyncopim. eod.
Vtrum in ſyncopi competat vomitus. eod.
Vtrum in ſyncopi penetratiua, & ſpūs nutritiua, vt vinum, debeant præcedere ſtyptica, aut econtra. 147
Vtrum vigilia competat in ſyncopi. eod.
Vtrum vinum competat in ſyncopi. eod.
CAPITVLVM duodecimum de mamillis, & diſpoſitionibus earum, continens rubricas ſex. 147
Prima De deſcriptione, anatomia, & complexione mamillarum. eod.
2 De exuberatione lactis & eius diminutione. 148
3 De caſeatione lactis. eod.
4 De putrefactione et cōgelatione lactis ī mamilla. 149
5 De apoſtematibus mamillarum. eod.
6 De magnitudine mamillar̄, & corroſione ear̄. eod.
DVBIA de morbis mamillarum. 149
Vtrum mamillæ nutriantur lacte. eod.
Vtrum lac generetur a frigido. eod.
Vtrum fœniculus, anethum, & ſiſia multiplicent lac. 150
Propter quid mamillæ in homine ſunt in pectore, et in cęteris animalibus inter crura. eod.
Propter quid mamillæ mediocres videantur meliores in generatione lactis. 150
Propter quid mulieres per duos dies, aut tres poſt partū, non habent bonum lac. eod.
Propter quid ante ſeptem menſes lac inutile, tunc iam ſit vtile. 150
CAPITVLVM decimumtertiū de diſpoſitionibus ſtomachi, continens rubricas.32. 150
Prima. De deſcriptione, complexione, & anatomia ſtomachi, & partium eius. eod.
2 De ęgritudinibus meri, & primo de difficultate tranſglutiendi. 151
3 De vlceribus meri. eod.
4 De apoſtematibus meri. eod.
5 De diſpoſitionibus ſtomachi, & primo de canonibus vniuerſalibus, & de iuuantibus, & nocentibus ipſi ſtomacho. 152
6 De mala complexione frigida ſtomachi materiali & immateriali. eod.
7 De mala complexione calida ſtomachi materiali & immateriali. 153
8 De cura malę complexionis ſiccæ ſtomachi. 154
9 De cura malę complexionis humidę ſtomachi. eod.
10 De nimia ſtomachi ſenſibilitate. eod.
11 De regimine eius cuius ſtomachus eſt paruus. eod.
12 De dolore ſtomachi. 154
13 De debilitate ſtomachi. 156
14 De nauſeatiua ſatietate. eod.
15 De dibilitate & deſtructione appetitus ad cibū. eod.
16 De corruptione appetitus. 158
17 De appetitu canino. eod.
18 De bulimo. 159
19 De fame ſyncopali. 160
20 De ſiti. eod.
21 De nocumēto digōnis, et pmo de corruptione ei⁹. 161
22 De debilitate digeſtionis. 162
23 De tarditate dſcēſus cibi a ſtomacho, et velocitate. 163
24 De duritie ſtomachi quæ non eſt apoſtema. eod.
25 De eructatione. eod.
26 De apoſtemate ſtomachi quod nondum peruenit ad exituram. 164
27 De dubellati. 165

28 De vlceribus ſtomachi & bothor. 166
29 De ruptura ſtomachi. eod.
30 De inflatione, rugitu, gurgulatione, & tortione. eod.
31 De vomitu, ſubuerſione, abominatione, faſtidio, nauſea, & conturbatione. 166
32 De ſingultu. 169

DVBIA de morbis meri & ſtomachi. 170

Vtrum in meri ſint villi tranſuerſales. 170

DVBIA de ſtomacho. eod.

Vtrũ acetoſatio cibi poſſit in ſtomacho frigido fieri. 170
Vtrum humectatio ſtomachi, & hectici non poſſit fieri niſi cum humectatione corporis. 178
Vtrum aloes competat in materia viſcoſa. eod.
Vtrum hiera cũ melle ſit magis ſolutiua ꝙ ſine eo. eod.
Vtrum herba abſynthij ſtomacho magis conferat ꝙ ſuccus eius. 171
Vtrum grana pini noceant ſtomacho. eod.
Vtrum hõ poſſit viuere pluribus diebus ſine cibo. eod.
Vtrum vinum in appetitus canini cura debeat dari ante cibum vel poſt ipſum. 171
Vtrum exiſtente fluxu cum appetitu canino competat vinum aliquod. eod.
Vtrum ſiccitas & humiditas poſſint lædere digeſtionem abſq; qualitatum actiuarum exceſſu. eod.
Vtrum ſit aliqđ tempus menſurãs cibũ in ſtomacho. 172
Vtrum myrabolani citrini cõferant in principio apoſtematum calidorum ſtomachi. eod.
Vtrum phlegma, & ſanguis poſſint facere vomitũ. 172
Quatuor notabilia ſuper quatuor rubricis, videlicet. De difficultate tranſglutiẽdi. De bulimo. De debilitate appetitus, & de ſiti. 172

CAPITVLVM decimumquartum de diſpoſitionibus hepatis, continens rubricas. 13. 172

Prima De anatomia, deſcriptione, et complexione hepatis, et de canonibus vniuerſalibus in curãdo ipſum, & de iuuantibus, & nocentibus ei. 172
2 De mala cõplexione calida & frigida hepatis & materiali. 173
3 De paruitate hepatis. 174
4 De debilitate hepatis. 175
5 De oppilatione hepatis. eod.
6 De dolore hepatis & eius inflatione. 177
7 De apoſtematibus hepatis, vlceribus, & ſciſſuris etiã a caſu & percuſſione. 177
8 De cachexia. 181
9 De hydrope. eod.
10 De aſclite ſeu aſcite. 183
11 De hypoſarcha. 185
12 De tympanite. 186
13 De doloribus hypochondriorum. 187

DVBIA morborum hepatis. 187

Vtrum nutrimentum viſcoſum noceat hepati. eod.
Vtrum hepati ſupercalefacto poſſit ceruſſa conuenienter applicari. eod.
Vtrũ aqua hordei cõpetat in apoſtematibus hepatis. 187
Vtrum apoſtema in gibbo ſit deterius ꝙ in cõcauo. eod.
Vtrum apoſtema pãniculi vel quod eſt in venis hepatis ſit prauioris febris. eod.
Vtrum fluxus ventris in apŏate hepatis ſit mortalis. 187
Vtrum in apŏatibus calidis hepatis ſtypticiora cõpetant ꝙ in apoſtematibus calidis ſtomachi. eod.
Vtrum in apoſtemate ſanguineo cõpetat phlebotomia pedis magis ꝙ brachij. eod.
Vtrum cachexia præcedat oẽm ſpẽm hydropiſis. 188
Vtrum vna ſpẽs hydro. ſit deterior alia. eod.
Vtrum lac competat in aſclite. eod.

CAPITVLVM decimumquintum de diſpoſitionibus fellis & ſplenis, continens rubricas nouem. 188.

Prima De deſcriptione, complexione, & anatomia tam fellis ꝙ ſplenis. 188
2 De icteritia citrina. 189
3 De icteritia nigra. 191
4 De mala complexione ſplenis. 192
5 De apoſtematibus ſplenis. 193
6 De oppilatione ſplenis & eius duritie. 194
7 De dolore ſplenis. 195
8 De ventoſitate & inflatione ſplenis. eod.
9 De debilitate ſplenis. eod.

DVBIA de morbis ſplenis. 195

Vtrum ventoſatio ſuper ſplenẽ conferat in icteritia. 195
Vtrum lac competat in duritie ſplenis. eod.
Vtrum materia exiſtente in ſplene conueniens ſit deriuare ipſam per vias vrinæ. eod.

CAPITVLVM decimumſextum de ægritudinibus inteſtinorum, cõtinens rubricas vigintitres. 195

Prima De diuiſione fluxuum omniũ modorum, & de ſignis prognoſticis eorum in vniuerſali. eod.
2 De fluxu cerebrali. 196
3 De fluxu ſtomachali, puto de lienteria. 196
4 De fluxu hepatico. 197
5 De fluxu ſplenetico. 199
6 De diarrhea, fluxu inteſtinali humoroſo abſq; excoriatione. 199
7 De fluxu ſanguinis non excoriatiuo, altero ab hepatico. 200
8 De dyſenteria hepatica. 202
9 De dyſenteria inteſtinali. 203
10 De teneſmo. 207
11 De fluxu ex aſſumpta medicina contingente. 209
12 De fluxu liquefactiuo. 211
13 De fluxu critico. 211
14 De fluxu ſtercoroſo. eod.
15 De fluxu ex ſpiſſitudine cutis proueniente. eod.
16 De fluxu oppilatiuo. 211
17 De cholerica paſſione. eod.
18 De doloribus inteſtinorum. 212
19 De punctione inteſtinorum. eod.
20 De rugitu, et egreſſione vẽtoſitatis abſq; volũtate. 213
21 De colica. eod.
22 De ileo. 218
23 De vermibus. 219

DVBIA omnium fluxuum ventris. 222

Vtrum fluxus ventris curet apoſtema pectoris. eod.
Vtrũ fluxus in ꝑncipio morbi factus ſit cohibendus. 222
Vtrum dyſenteria ſanguinea ſit deterioris curationis ꝙ cholerica. eod.
Vtrum in dyſenteria hepatica competant ſtyptica. eod.

DVBIA de colica. 222

Vtrum in colica competant narcotica. eod.
Vtrum philonium ſit calidum vel frigidum. eod.

DVBIA de ileos. 222

Vtrum ileos cauſatus ex ſtranguria curetur ex febre ſuperueniente. eod.

DVBIA de vermibus. 223

Vtrum in colon, & monoculo tñ generent̃ vermes. eod.

CAPITVLVM decimumſeptimum de diſpoſitionibus ani, continens rubricas. 13. 223

Prima De deſcriptione, anatomia ani, & de ægritudinibus ipſi euenientibus. eod.
2 De hemorrhoidibus. eod.
3 De tumore ſiue earũ inflatione, ſiue de ipſis cęcis. 224
4 De cura earum cum ſunt conſtrictæ. 225
5 De nimio fluxu earum. eod.
6 De cura doloris earum. eod.
7 De his quæ hemorrhoidas exiccant. 226
8 De apoſtematibus ani. eod.
9 De rhagadijs ani. eod.
10 De mollificatione ani. 226


11 De

11 De egreſſione ani. 227
12 De pruritu ani. eod.
13 De fiſtulis ani. eod.
DVBIA de hęmorrhoidibus. 228
Vtrum hęmorrhoides ſint res naturales. eod.
CAPITVLVM decimumoctauũ de diſpoſitionibus renum, continens rubricas nouem. 228
Prima De deſcriptione, anatomia, & complexione renum, et de canonibus vniuerſalibus in cura eorum, & de iuuantibus & nocentibus eis, & de ſignis complexionum eorum. 228
2 De debilitate renum. eod.
3 De oppilatione renum. 230
4 De ventoſitate renum. eod.
5 De dolore renum. eod.
6 De lapide renum. 232
7 De apoſtematibus renum. 235
8 De vlceribus renum. 237
9 De ſcabie renum, & meatuum eorum. 238
DVBIA de paſſionibus renum. 238
Vtrum diuretica cõpetant in paſſionibus renum. eod.
CAPITVLVM decimumnonum de diſpoſitionibus veſicæ, continens rubricas viginti. 239
Prima De deſcriptione, anatomia, & complexione veſicæ, ac eius cõitate cum membris regalibus. eod.
2 De lapide veſicæ. 239
3 De apoſtematibus veſicæ. 241
4 De vlceribus veſicæ. 242
5 De ſcabie veſicæ. eod.
6 De coagulatione ſanguinis in veſica. 243
7 De dislocatione veſicæ & eius mollificatione. eod.
8 De dolore veſicæ. eod.
9 De debilitate veſicæ. 243
10 De ventoſitate veſicæ. eod.
11 De ardore vrinæ. eod.
12 De paucitate vrinæ. 244
13 De difficultate vrinæ & retentione eius. eod.
14 De diſtillatione vrinæ. 245
15 De exitu inuoluntario vrinæ. 246
16 De mingentibus in lecto. eod.
17 De diabete. 247
18 De multitudine vrinæ. eod.
19 De mictu ſanguinis puri, & non puri. 248
20 De mictu ſaniei. eod.
DVBIA affectuum veſicæ. 248
Vtrum ſanguis per rupturam venæ ſupra renes exiſtentis egrediens euacuari poſſit per vias vrinæ. eod.
Vtrum ex ruptura venæ accidat mictus ſanguinis. 149
CAPITVLVM vigeſimum de diſpoſitionibus membrorum generationis in viris, cõtinens rubricas trigintaquatuor. 149
Prima De deſcriptione, anatomia, & complexione teſticulorum, vaſorum ſeminalium, virgæ.
2 De mala complexione teſtium. 250
3 De doloribus teſticulorum. eod.
4 De magnitudine & paruitate teſtium. 250
5 De apoſtematibus teſticulorum. 251
6 De varicibus oſchei, & eius duritie. eod.
7 De mollificatione oſchei. eod.
8 De ramice, & ruptura. 251
9 De corrugatione teſticulorum. eod.
10 De vlceribus teſticulorum. eod.
11 De tenſione accidente in vaſis ſpermaticis, & eorum mollificatione, ſpaſmo & tetano. 252
12 De ſpermate & eius diſpoſitionibus, & eis quę ipſum multiplicant & diminuunt. eod.
13 De cura multiplicationis ſpermatis. eod.
14 De gonorrhœa, & pollutione. 253
15 De virga & eius mala complexione. 254
16 De magnitudine & paruitate virgæ. 254
17 De dolore virgæ. eod.
18 De apoſtematibus virgæ extrinſecis. eod.
19 De apoſtematibus virgæ intrinſecis. 255
20 De vlceribus virgæ. eod.
21 De cancro in virga. eod.
22 De rhagadijs virgæ. 255
23 De verucis eius. eod.
24 De bothor ſimili moro, & carne addita ſuper iſtas partes. eod.
25 De pruritu ſiue fricatione in virga. eod.
26 De immoderata erectione virgæ ſatyriaſis, aut priapiſmus dicta. 256
27 De impotentia erectionis virgæ. eod.
28 De coitu & attendendis in eo. 257
29 De multitudine deſiderij. eod.
30 De iuuamentis & nocumentis coitus. eod.
31 De regimine eius qui ęditur ex plurimo vſu coitus, et illius qui nocetur ex dimiſſione ipſius. 258
32 De diminutione coitus, & eius ablatione. eod.
33 De his qui in fine coitus ilico egerunt. 259
34 De hermaphrodito. eod.
DVBIA vaſorum ſpermaticorũ in viris. 259
Vtrum deſiderium coitus ſit a corde. eod.
De gonorrhœa notabile. 259
De pollutione notabile. eod.
De apoſtematibus virgæ notabile. 260
Vtrum coitus iuuamentum aliquod præſtet in ægritudinibus melancholicis, vel phlegmaticis. 260
CAPITVLVM vigeſimumprimum de mẽbris generationis in fœmellis, continens rubricas. 42. 260
Prima De deſcriptione, anatomia, et cõplexione matricis, ac de eius colligãtia cum reliquis mẽbris. eod.
2 De ſignis complexionis matricis. 260
3 De mala complexione matricis. eod.
4 De dolore matricis. 261
5 De mala cõpoſitione matricis, et eius oppilatiõe. 261
6 De menſtruis & retentione eorum. eod.
7 De fluxu menſtruorum non naturali. 263
8 De fluxu aliarũ humiditatũ a ſanguine menſtruo. 265
9 De clauſura oris matricis. eod.
10 De apoſtematibus matricis. 266
11 De apoſtemate frigido matricis. 267
12 De apoſtemate duro matricis. 267
13 De cancro in matrice. eod.
14 De vlceribus matricis, putrefactione & corroſione eius. 267
15 De fiſtulis matricis. eod.
16 De rhagadijs matricis. 268
17 De pruritu, & priapiſmo matricis. eod.
18 De hęmorrhoidibus matricis. eod.
19 De inflatione matricis & cognitione eius. 268
20 De augmẽto matricis, exitu eius & cõuerſione ipſius: & eſt ſm medicos præcipitatio matricis. eod.
21 De ſuffocatione matricis, & aqua cõgregata in ea. 269
22 De imprægnatione, ſiue embryonis generatione. 270
23 De ingenijs, & alijs ad imprægnationẽ facientib᷑. 272
24 De ſterilitate & cauſis imprægnationem difficultantibus. 273
25 De ſuperimpregnatione, cauſis gemellorum, & maſculorum. 276
26 De agendis vt maſculus generetur. eod.
27 De mola. eod.
28 De regimine prægnantium & earũ appetitu. 277
29 De cura accidentium prægnantibus euenire conſuetorum. 278
30 De cõſeruatione embryonis, et cautela aborſus. 278
31 De aborſu & cauſis eius. eod.
32 De difficultate partus, & ingenijs habendis in partu,

& ante

& ante partum obſeruandis. 279
33 De retentione ſecundinæ. 281
34 De regimine multitudinis ſanguinis poſt partũ. 281
35 De regimine paucitatis eius. eod.
36 De regimine febrium earum. eod.
37 De inflatione ventris eius. 281
38 De regimine doloris matricis. eod.
39 De regimine vlcerum. 282
40 De nauſea & ſyncopi eius. eod.
41 De regimine fœtus mortui. eod.
42 De regimine enixæ. eod.
DVBIA membrorum gñationis mulierũ. 282
Vtrum in cauſa ſterilitatis propter nimiam pinguedinẽ debeat bibi vinum. eod.
Vtrum in regimine prægnantiũ debeat bibi vinum ſubtile antiquum. eod.
In qua quadratura magis menſtruantur mulieres. 282
Vtrum mulier plures fœtus ꝙ̃ ſeptem parere poſſit. eod.
Vtrum diuretica competant in cura apoſtematum calidorum matricis. eod.
Vtrum in actuali prouocatione debeamus incipere cum rebus odoriferis calidis. 282
Vtrum vomitus competat in præfocatione. eod.
CAPITVLVM vigeſimumſecundum de diſpoſitionibus apparentibus in extremitate membrorum exteriorum, continens rubricas ſexdecim. 283
Prima. De ruptura, & quæ ſimilantur ei. eod.
2 De augmento vmbilici. 285
3 De gibboſitate. eod.
4 De varicibus. eod.
5 De elephantia. 286
6 De doloribus iuncturarum. eod.
7 De præſeruatione ab incurſu doloris iuncturaꝝ. 287
8 De cura doloris iuncturarum in vniuerſali. 290
9 De dolore dorſi. 294
10 De podagra. 295
11 De iſchiatica, & dolore anchæ. 296
12 De cauterijs et modo applicandi in paſſionibus iuncturarum. 298
13 De bothor nominatis. eod.
14 De dolore calcanei. eod.
15 De debilitate pedum. 298
16 De diſpoſitionibus vnguium. eod.
DVBIA de morbis partium extremaꝝ. 299
Vtrum dolores iuncturarum ſint paſſio hereditaria. 299
Vtrum in iſchiatica ſit maior dolor ꝙ̃ in podagra. eod.
Vtrum dolor iuncturarũ a cauſa calida ſit deterior. eod.
Vtrum iſchiatica dextri lateris ſit deterior. 299
Vtrũ patientes iſchiaticã ſint in generãdo impediti. eod.
Vtrum ſtante peccato in ſanguine, vel in eius prædominio in cura iuncturarum debeat fieri phlebotomia de eodem vel de contrario latere. eod.
Vtrum materia exiſtente phlegmatica competat phlebotomia. 299
Vtrum phlebotomandus in iſchiatico debeat ſtare duobus diebus ieiunus anteꝙ̃ phlebotometur. eod.
Vtrum in dolore iuncturarum medicina competat vomitiua. eod.
Vtrum in cura eius competat medicina fortis. 299
Vtrum oxymel competat in digerendo materias iuncturarum. eod.
Vtrum acetũ conferat in emplaſtris & vnguentis. eod.
Vtrum in eis medicinæ ſolutiuæ debeant dari ſero, vel mane. 299
Vtrum in cura eorum competant vinum. eod.
Vtrum vinũ ſubtile ſit magis euitandũ, an groſſum. 299

Et ſic terminatur tabula ſexti tractatus, & per cõſequens totius voluminis noſtri.

# PRACTICA IOANNIS MICHAELIS SAVONAROLÆ PATAVINI MEDICI AC PHILOSOPHI CELEBERRIMI, IN SEX TRACTATVS DIVISA.

## TRACTATVS PRIMVS de modo proceſſus artificialis medici in medendo in quinq; diuiſus capitula.

### *De ſignis complexionum omnium tam naturalium q̃ præternaturaliũ: per quæ habebitur modus inueſtigãdi cauſas ægritudinis in generali.* Cap. I.

CVM oporteat Medicum rationalẽ in curãdis ęgritudinibus prius cauſam amplecti; neq; ipſa cognoſci habeat niſi per ea, quæ nobis notoria ſunt: qualia ſunt ſigna ſenſui & iudicio manifeſta: quę nobis principium artis, & ſcientiæ faciunt vt infra. Hinc arbitratus ſum prius de ſignis eam tradere notitiã: vt per ea ſic cã innoteſcat: q; valeat medicus rationabili proceſſu ęgritudines curare. Nam techni tertio cuiuſq; ægritudinis cauſa prius reijcienda eſt, ad eamq; deinceps iam faciam ęgritudinem inſiſtendum. Sunt itaq; ſigna ipſa nobis ſuis cauſis notiora: & via nobis innata eſt in cognoſcẽdo à notioribus nobis ad notiora naturæ. primo phyſicorum. Erit itaq; ſermo noſter in hoc primo capitulo de ſignis ipſis. et in vniuerſali multũ: vt per ipſa vniuerſalia facilius ad particularium notitiam deueniatur. Nam de particularibus duce Deo, et demonſtratiuis, et prognoſticis, ſuis dicetur rubricis. Et hęc quidem ſigna vniuerſalia pro nunc diſtinguantur in ea quæ ſunt talia ſumpta à caſibus, operationibus: & à ſubſtantialiter inhęrentibus ſumpta, collocando ſignum ſumptum ex pulſu, ſub ſignis ſumptis à ſubſtãtialiter inhęrentibus: & ſi ſit ſignum ſumptum ab operationibus: hoc ideo quoniam pulſus eſt preco qui non mentitur. Ideoq; videtur non parum attinere ſignis neceſſariæ veritatis: qualia ſunt, quæ à ſubſtantialiter inhærentibus ſumpta ſunt. Inter hæc et primo occurrentia ſunt vrina, de qua vulgus nõ paruam fiduciam habet: licet iudicium ab ea ſumptum non ſit multum efficax, propter multas cõditiones quæ in ea obſeruari debent: immo q̃ plures rudes de ea ſic opinantur: vt per eam proceſſus omnis, etiam ex parte cauſarum primitiuarum, ſumptus à perito medico etiam pronunciari poſſit. Tu itaq; circa eius notitiam ex parte ſuæ ſubſtantiæ, quantitatis, coloris, contentorum: & huiuſmodi te ſtudioſum reddas: vt & tibi, & vulgo ſatisfacias. Nec hoc loco expectes: vt de ea aliquid dicam: cum pręſupponam te operari volentem in hoc meo volumine de ea apud te non mediocrem habere notitiam. q; ſi ampliſſimam cupis: relege quæ à me in tractatu de ea aggregata fuere. Exeunt itaq; ex quibus ambobus tibi aperietur uia in cognoſcendo nedum morbum: ſed cauſam eius: ſi cõditionibus ſuis obſeruandis cõtemplabuntur: de quibus imbutus debet eſſe medicus operator, anteq̃ ad actũ medicationis ſe ponat: nec circa ipſa moram contrahere pigeat medicum: ſed ſcientifice pręuiſus diligenter eorum conditiones examinet: cum ex ipſis non fœtidum: ſed fortorem omnem caſſans aurũ colligat. Vocatus itaq; medicus, ea benignitate fretus: qua medici eſſe debent ante introitum cameræ ægrotantis, exeuntia omnia exportari ab aſtantibus iubeat. Deinde vrinã debite conſideret: in memoria habens, quæ obſeruari debent in iudicijs vrinæ ab Auicen. poſita ſecunda primi de vrina. Poſtremo exeuntia alia: vt egeſtiones, ſputum, menſtruũ ſanguinem optime ſpeculetur: ad conditiones in eis attendendas proprijs capitulis poſitas animaduertens q̃maxime: & quicquid hæc omnia ſibi demonſtrauerint, memoriæ firmiter commendet: vt quod ex eis comprehenſum habuerit: ſit ei, vt clauis ad aperiendam ianuam: qua valeat facilius cauſam ægritudinis comprehendere. Et ne ex primo aduẽtu atq; reuerentia medici æger ipſe alteretur: & in omnibus medico reſpondens fatigetur: congruum iudicaui: vt medicus ipſe anteq̃ ægrotantis cameram intret: ſe cum aſtantibus informet de complexione, ętate, habitudine, conſuetudine pręcipue, quæ cum reprehenſibilis ſit in pluribus, ab ægris ipſis maxime occultatur. Amplius de repletione accidentibuſq; non minus informetur: vt ea ornate & prudenter infirmo narret: ac ſi eorum vaticinator fieret: vt ex hoc infirmus de ipſo fiduciam capiat: quæ multum in curandis ęgris ſentitur conferre: vt primo prognoſticorum. cõmento ſecundo. & ſexto naturalium parte quarta. quarto capitulo. plus valet confidentia infirmi de medico, q̃ medicus cum ſuis inſtrumentis. Verum ſi ægri debilitas maxima foret: de ipſis accidentibus ſe cum aſtantibus efficaciter informet: vt ſupra. q; ſi non ab ęgro ipſo, ab aſtantibus in eius pręſentia ſe informet. Quantum vero horum informatio in cognoſcendo ægritudinis cauſam faciat, ex dictis facile comprehẽditur. His itaq; peractis graui inceſſu, modeſta, hilariq; facie, medicus ęgrotãtis cameram ingrediatur. Cumq; pręſentes & ægrum ſalutauerit: in honorabili loco ſe ponat ad ſedendum: cum in reſidere, & quietari anima ſapiens, & prudens fiat, ſeptimo phyſicorum: cęteroſq; ſedere iubeat: vt ex hoc eius verba auctoritate magis luceant. Incipiatq; in nomine Ieſu: ſine cuius lumine nihil videri cognoſciq; poteſt: hoc ordine ægrum, vel aſtãtes, grauibus, uel moroſis verbis alloqui. Nã cum valida atque ſerioſa informatione ægrotantis medicus in cauſam ægritudinis facile deueniet, propter quod infantibus, & pueris non æque bene medetur, vt in ætate prouectis. Nam cũ plerunq; primitiuæ cauſæ magis notæ antecedentes moueãt. prima quarti quinto capitulo. facilius in ipſius cauſam ægritudinis perueniemus. Patiẽter itaq; audito ægro, & ipſo continue narrante, complicare debet medicus omnia, quæ vidit, audiuitq; ab aſtantibus, cum narratis ab ægrotante ipſo. q; ſi omnia ſimul, aut fortiora frigiditatem arguent, morbum ipſum à materia frigida, et à mala complexione frigida fieri veriſimili coniectura putandum eſt. Et ſic eo modo de calida, humida, ſicca, æſtimandum eſt. Et vt tibi ſit facile hoc colligere, diſcas modum numerandi ſuper manibus arithmeticorum vulgarium: etiam tũc ſuper vna manu pones. exempli gratia. calida vt ſuper dextra: frigida ſuper ſiniſtra.

ET PRO NOTITIA ampliori de ſignis quædam hic de ipſis annotabo excepta à Conciliatore noſtro. differentia. 78. quæ ad habendam de eis amplam ſcientiam tibi non parum proficient.

Primum itaque ſtatue: quod ſignum eſt ſenſibile: quod ſenſui ſe offerens in intellectu aliquid derelinquens eſt. Ex ſenſationibus nanq; multis contingit memoria: ex qua elicitur experimentum. & ex eo tandem vniuerſale: quod eſt principium artis, & ſcientiæ. ſecũdo poſteriorum: & proœmio metaphyſicæ.

Ex quibus colligitur, q; ſignum eſt duplex. primũ quidem imediatum: vt illud quod ſenſui imediate ſe repręſen

Ordo totius operis.

Medici officiũ, prio ad ægrotãtes ĩgreſſu.

Signorũ nonnulla ſcitu digna.

tat:& tale dicitur demõſtratiuum. Aliud mediatum, cum quo primum non ſemper exiſtit: ſed ab eo originem trahit prognoſticum dictum quod in diffinitione clauditur, cum dicitur: in intellectu &c. Et hic non diſtinguo inter ſignum & ſignificationem: quamuis tertio prognoſticorum. cõmento. 41. videbatur inter ea differẽtia duplex eſſe: nam ſignificatio eſt neceſſariorum: ſignum vero eſt eorum, quę ſunt ſm plurimum. Item ſignificatio eſt ratione comprehenſa: ſignum vero experimento.

Signum nanq; multipliciter variatur: nã aliquando cõſideratur ratione ſuæ eſſentiæ. Et ſic quoddam eſt qualitas mutata: vt citrinitas in icteritia. Quoddã actio lęſa: vt debilitas digeſtiuæ, oppilatio pori, & huiuſmodi. Quę tripliciter lędi poteſt leuiter. ſ. mediocriter: uel oĩno tollitur. Reliquum eſt exiens mutatũ quod ſignificatur, qñq; quãtitate, vt in lienteria: quandoq; qualitate, vt in vrina nigra: quandoq; vtroq; modo, vt in fluxu ſanguinis.

Secundo conſideratur ratione ſignificati, vt ſignorum aliud ſanum, aliud ægrum, aliud neutrum. Quoddã eſt familiare incipiens cum morbo: aliud ſuperueniens morbo. Quoddam eſt ſignum digeſtionis: quoddã contrarium digeſtioni: quoddã indigeſtiõis. Quoddã creticum. Quoddam ſalutis. Quoddam mortis.

Tertio conſideratur ratione mouẽdi: et hoc tripliciter. Aut vt refertur ad virtutem animalem: & hoc dupliciter. Aut quantum ad motiuã: et ſignum aliud ſumitur à motu: vt à reuolutione, ęſtuatione: & aliud à quiete, vt in apoplexia & epilepſia, ſyncopi. Aut à virtute appręhẽſiua, & hoc dupliciter: aut exteriori, aut īteriori. Si ab exteriori, & hoc dupliciter: aut quantum ad ſenſibilia cõmunia quinq;, vt ſunt motus, quies, magnitudo, numer9, figura. Aut quo ad ſenſibilia propria quinq; ſenſibus deſeruientia: vt ex parte tactus calidum & frigidum. Auditus, vt tinnitus, ſibilus, & huiuſmodi. Guſtus, amarũ, dulce. Viſus, vt in icteritia. Odoratus, vt in polypo. Ab interiori, vt ſignum denotãs regitiuam actionẽ vel mentem. Et hoc tripliciter: vt imaginatio ſiue phantaſia, cogitatio, & memoria: nam aliqñ vna vel duæ corrumpuntur reliqua manente. vt tertio de accidenti. & quarto interiorum de Texillo medico: vt infra ſexto tractatu. Et ita ſignorum quoddã ſumitur à ſubſtantialiter inhærentibus, quod eſt neceſſariæ veritatis. Aliud ab operationibus ſeu effectibus propinquum ei, & apparentis veritatis. Quoddam à caſibus. quod aliquãdo fallit: ſed in pluribus eſt verum: de quibus omnibus exempla infra ponentur.

Quarto conſideratur ratione temporis: quia quoddam rememoratiuũ, cuius nõ multa exiſtit vtilitas. Quoddam demonſtratiuũ, quod confert ẽm infirmo. Quoddam ꝓgnoſticũ, quod medico & infirmo eſt vtile. Infirmo quidem, quia per ipſum ſcitur qualiter regendus eſt: medico quidẽ quantum ex parte honoris & vtilitatis: nam poterit ſic cum infirmo de pretio conuenire: quod apud me ignominioſum, & ꝑſumptuoſum facio: & tu ab hoc omnino abſtine: noliq; quod tuum non eſt, promittere.

Sed anteq̃ ponantur ſigna particularia particularũ humorum: vt habeatur ſignorum amplior doctrina, pręmittenda ſunt in generali ſigna ſignificãtia læſionẽ membrorum, vel totius abſolute. Et ſunt ab exeuntibus multitudo ſuperfluitatum omniũ: ſicut ſudoris, vrinæ, & egeſtionum, ſputi &c. A qualitate mutata: cuius extenſio, venarum inflatio, totius corporis rubor, tumor membrorum, maxime faciei. Ab actione lęſa grauitas, pigritia, in motibus intellectiuis ſenſuum hebetudo: debilitas viſus, auditus grauitas, ſomniare ſe mouere non poſſe, aut non poſſe loqui, graue onus portare, pulſus magnus & plenus, aſpiratio magna, alices, oſcitationes, deſiderij paucitas.

Et quia ſignorum ſignificantium frigiditatem: vt pręſentis intentionis eſt: quędam ſunt quæ ſignificant frigiditatem à materia phlegmatica pendentem: quędam à materia melancholica. Hinc prius ſigna frigiditatem à materia phlegmatica pendentẽ ſignificantia diſcurramus: cum ſm plurimũ ægritudines materiales frigidæ hoc tpe à materia phlegmatica pendeant. deinceps ſigna ſignificantia frigiditatem à materia melancholica pendentem contemplemur. Et eo modo de ſignis caliditatem ſignificantibus.

Secundo proſequendo incipiemus à ſignis ſignificantibus frigiditatem à materia phlegmatica pendentẽ eo ordine. vt ſupra. Et primo à ſignis ſumptis ab exeuntibus: Vt q̃ vrina eſt alba: diſcolorata, palearis, ſeu ſubcitrina. Egeſtiones phlegmaticæ albæ, viſcoſæ, ſeu mucoſæ, aquoſæ, & huiuſmodi. ſputum viſcoſum aquoſum, ſeu alio modo phlegmaticum. Multiplicatio ſaliuæ non amaræ, ſed ponticæ, multitudo ſuperfluitatis egredientis per nares et palatum. A qualitate mutata frigiditas percepta: color albus in corpore. ſuperfluẽs albedo linguæ: mollities eius ſuperflua, ſqualiditas corporis, tumor faciei cum mollitie. Ab actione lęſa, paucitas ſitis: niſi vbi phlegma ſalſum fuerit. Debilitas digeſtiuæ etiam in tempore ſanitatis oxyremia ſomnus multus, & ſubet, pigritia: ocioſitas: membrorum laxitas, ponderoſitas oculorũ, obliuio, dolor in poſteriori parte capitis, vertigo, ſcothomia, caſus appetitus: appetitus acutorum & acrium: nauſea, eructuatio: dolor grauatiuus: frigiditas in capite, & in ſtomacho percepta: et eius notabilis læſio: nam & ſi phlegma non habeat receptaculum. plus tamẽ in ſtomacho q̃ in alio membro reperitur, vt decimatertia tertij. de ægritudinibus ſtomachi. & Meſue de appropriatis. tertio capitulo. A ſubſtantialiter vel quaſi ſubſtantialiter inhęrentibus: vt in tactu mollities, leuitas pulſus que tarditati, & raritati attinet: amplius ætas vt ſenectus: conſuetudo incurrendi ægritudines frigidas: phlegmaticas: regimen pręteritum humorum phlegmaticorum multiplicatiuum: quia cibarijs phlegmaticis, potu phlegmatico, quiete ſuperflua uſus fuerit. Item ſuperfluitas comeſtionis: vnde per viam indigeſtionis humores crudos phlegmaticos multiplicauerit. Similiter ſi exercitium īmoderatum fuerit: ut in generali ſupra aperiebatur. Similiter regio, tempus anni. & hora pręſens: vt quia pręſentes dies multum humidi & frigidi fuerint. Ars: quia piſcator. Debet et vltimo ſicut curioſus medicus: vt docet Ariſto. in de ſomno, & vigilia ſomnia inueſtigare: nam apparentia in ſomno phlegmatica: aquæ, & niues pluuiæ: & huiuſmodi frigiditatem: & maxime phlegmaticam nobis demonſtrant. Somnia à medico inueſtigãda.

Signa ſignificantia frigiditatem à materia melancholica pendentem ſunt. primo ab exeuntibus initiãdo: vt vrina nigra: ſeu fuſca: aut cum aliquali rubedine ad obſcuritatem tendens: ſeu declinans viriditas eius: & aliquando eſt liuida clara: & quandoq; liuida ſpiſſa: quandoq; alba & ſubtilis: nigredo egeſtionũ ſeu fuſcedo: paucitas ſputi: acredo eius: eructuationes acetoſæ: & ſi aliquo modo exiuit ſanguis niger, & coagulatus.

A qualitate mutata: vt nigredo ſeu color fuſcus, ſeu brunus in corpore ſuperflue appparens. Similiter in oculis: & maxime ſub palpebra inferiori oculorum: & lympitudo in eis. Corporis piloſitas, morfea nigra: & eſt fortiſſimum ſignum: vt Auer. quarto col. Ab actione lęſa: vt in capite grauitas: ſed parua & magis ī ſiniſtra. Ardor ſeu incendium oris ſtomachi: deſiderium corruptum: & aliquando caninum: & ſi erit ſignum phlegmaticum vigilię multę: ſolitudo multa, lęſio ſeu ægritudo ſplenis, vt dolor grauitas & durities, & huiuſmodi: taciturnitas, cogitationes multæ, fletus vel voluntas flẽdi, fixio aſpectus, paucitas ſomni: pigritia: rugitus: tenſio hypocondriorũ: acredo oris interdum acetoſitas.

A ſubſtantialiter vel quaſi ſubſtãtialiter inhęrentibus: vt paruitas pulſus cũ duritie aliquali corporis ipſius extenuatio ſeu macies etiã naturalis. Quibus ſupercopulentur ſigna ſumpta à complexione ætate: & huiuſmodi: vt ſupra.

ſupra. vt quia eius complexio frigida eſt & ſicca: aut calida & ſicca: quia rariſſime phlegmatici et ſanguinei ex hoc humore ægritudines incurrunt. Similiter conſuetudo cadendi in ægritudines melancholicas: et eſt quaſi efficax ſignū. Regimen pręteritū huius humoris multiplicatiuum: vt ſupra. Ars quia ſtudioſus multum: ſomnia ſint terrorē inferentia: apparitio tenebrarum: rerum nigrarum cruciātium & huiuſmodi: quæ terrorem ſeu timorem ex ſe corporibus ingerunt. Regionem: tempus anni horum & ſimilia: vt ſupra poſtponere non velis.

Signa quæ malam complexionem calidā à materia ſanguinea pendentem oſtendunt: ſunt. Ab exeuntibus initiū faciens vt ſupra vrina rubea groſſa, aut rubea obſcura: aut rubea roſea: & quia ſanguis in venis continetur: nec extra à natura in inteſtinis tranſmittitur: ſicut ad renes, per quos aquoſitas vrinalis pertrāſit, hinc egeſtiones: ſicut vrina ſic per dominium ſanguinis non ſignificāt: quod licet ita ſit: peccante tamen ſanguine aliquando egeſtiones ſanguinolentæ apparent. Sputum dulce: & aliquando ſanguini miſtū exitus ſanguinis per nares: & aliquando à gingiuis: aut per alia loca per quę facilius fluit: vt per menſtrua, hęmorrhoidas, ſudor fœtidus: ſicut hirci: & etiam multus & ſuperfluus: etiam puſtulæ ſanguineę & in toto corpore apparentes. A qualitate mutata: rubedo in toto aut in oculis: & maxime in venis eorum: ipſarumq; repletio bothor in ore apparens ad emenul. i. carbunculi. Ab actione læſa grauitas in origine oculorum & capitis et temporum pulſatio: alices: oſcitationes: nauſea: dormitatio multa & profunda: ſenſuum turbatio: tarditas in cogitando: laſſitudo membrorum abſq; pręcedenti labore. A ſubſtantialiter vel quaſi ſubſtantialiter inhęrentibus: pulſus magnitudo: velocitas: & frequentia: repletio vaſorum: ſiue ſint venæ ſiue arteriæ: & ſi fuerit vſus phlebotomia: ſi ſentit pruritū in loco phlebotomato. Et his, vt dictum eſt, copulentur quæ à cōplexione, ætate &c. ſumuntur: vt complexio eius calida, & humida: regimen pręteritum multiplicatiuum ſanguinis, & conſuetudo incurrendi ſimilem ægritudinē: & quia conſuetus eſt phlebotomari: & longum eſt tempus à minutione. Ars quia gaudioſa arte fruitur: vt quia hiſtrio: cātor: pulſator: et huiuſmodi. Similiter & ſomniat: quia videt res rubeas: ſanguinem à corpore fluere: natare in ſanguine & huiuſmodi. Vnde ad ſolatium tuum recito quod ſcribitur quarto col. Quidam in dolio ſanguine pleno ſe balneare ſomniabat, in quo etiam plura alia ſanguinis ſigna manifeſta erant. vnde Gale. phlebotomari eum pręcepit: & medici alij de ſecta Archiſtratis pręceperunt ne phlebotomaretur, & iniunxerunt ei exercitium: & quādo hoc facere cœpit: humores diſſoluti diſcurrerunt per corpus: & mortuus eſt: ecce mi Sigiſmunde.

Signa ſignificantia choleram rubeam. Ab exeuntibus incipiens ſunt vrina ruſa: citrangularia, ignea, crocea: & vniuerſaliter illa in qua eſt color ȝaffarano attinens. Egeſtiones tinctæ, crocee, mordicatiuæ, ſputum amarū, vomitus colericus & viridis. amarus uel croceus: humiditas narium: oculorum: oris: acuta cholerica & pauca: aurium multa. A qualitate mutata: vt citrinitas faciei, & corporis: citrinitas oculorū: ſicut accidit in initio icteritiæ, oris amaricatio, linguæ ſiccitas et ipſius aſperitas, narium ariditas. Ab actiōe lęſa: ſicut ſitis multa, inquietudo, dolor in parte dextra frontis: & vehementia lucis nocet: & quandoq; eſt fames ſyncopalis, et aliquando in aſſumptione cibi accidit vomitus: & ſitis ſedatur per frigidum, & non per calidum. vt in phlegmate falſo: & ſi fuerit inuiſcata in fundo ſtomachi, facit nauſeam cōtinuam: debilitas apetitus, delectari vento et rebus frigidis, nauſea, horripilatio ad modum puncturę acuum, furor, mordicatio vehemens in exitu fęcum, ſimiliter & vrinę. A ſubſtantialiter vel quaſi ſubſtantialiter inhærentibus: durities in tactu membrorū cum quadam caloris acuitate: pulſus velocitas cum duritie & tenſione. Amplius addere debemus his: vt ſuprà quæ per medicum ipſum notata fuerunt: vt ætatem: quia iuuenilem ætatem, quia calidam & ſiccam. Regimen quia multiplicatiuum choleræ. artem, quia faber. Conſuetudinem cadendi in ægritudines cholericas. Tempus anni quia æſtas. ſomnia: quia videt ignes: vexilla citrina: calores balnei: aut ſolis facientes rixas: cōtumelias: & huiuſmodi: & aliquando ſomniauit ſe volare.

Signa oppilationem ſignificātia ſunt extenſio cum qua non ſunt ſigna repletionis: grauitas maxima cum eſt repletio in magnis cannalibus: ſicut in apoſtemate: tunc namq; maior fit grauitas ꝙ ſit in apoſtemate: ſi vero adeſt febris mutatio coloris: licet in minoribus cannalibus ſit oppilatio: quoniam ſanguis ad membra non peruenit propter oppilationem.

Signa ventoſitatum: quoniam ventoſitas multam facit diſtenſionem per motum, cognoſcitur per vagationē: per rugitum: per ſonitum: quando percutitur. per tactū: quoniam leuis lęditur: & nihil ſubeſſe ſentitur.

Signa repletionis ſm virtutem ſignificantia ſunt pigritia ad motum, et grauitas, deſiderij paucitas, ſine venarum plenitudine, & pulſus, ſine inflatione corporis: ſine groſſitie vrinæ, neq; adeſt laſſitudo niſi poſt motum.

Signa repletionem ſm vaſa ſignificantia ſunt pigritia, membrorum grauitas, venarum & faciei inflatio, pulſus plenus, urina groſſa, deſiderij paucitas ſenſuum obtuſio, laxitudo quaſi cōtinua, laborioſus & grauis ſomnus ſubeth, vel quaſi ſubethicus. Et pro his omnibus quæ dicta ſunt notandum primo ꝙ hęc dicuntur ſigna vniuerſalia, quāuis ſint ſatis propria: quia plurima quæ dicta ſunt de cholera, poſſunt inueniri materia peccante exiſtente ſanguinea aut phlegmatica: vt ſitis multa in phlegmate falſo, velocitas pulſus in ſanguinea &c. Secundo notandum ꝙ completiorem huius rei doctrinam oportet cōmēdare memoriæ efficaciter ſi qua complexionum naturalium totius, & membrorum particulariū poſita à Gale. ſecundo technis. & ab Auer. quarto col. & ab Auic. ſecunda primi. Et tibi pro nunc ſufficiet: ſi breuiſſime de ſignis complexionum totius ſic aliqua ſigna conſcribam.

Signa calidæ, & humidæ complexionis ſunt ſeptem. Primum perceptio caliditatis cum humiditate. Secundum carnoſitas ſanguinea cum latitudine venarum, arteriarum & totius. Tertium capilli ruſi, & eorum multitudo. Quartū color permiſtus ex albo & rubeo. Quintum facile læditur à calido, & humido. Sextum ſomni multitudo: res ſanguini attinentes ſomniare: magnitudo pulſus: & plenitudo eius, bonæ digeſtiones, ex facili cauſa ridens. Septimum multitudo ſuperfluitatum, vt egeſtionum, vrinę, & ſudoris, & facile influxū ſanguinis incurrit.

Signa complexionis calidæ, & ſiccæ, ſimiliter ſunt ſeptem. Primum perceptio caliditatis cum aſperitate, & duritie. Secundum macies corporis, ventris ſtrictura, longitudo corporis, niſi paruitas acciderit, cauſa defectus materiæ ſpermaticæ nutrimēti: vel ex ſiccitate matricis. Tertium capillorum criſpitudo, & multitudo, & nigredo. Quartum color brunus ſeu ruſus. Quintum facile à calidis poſſibile. Sextum vigilia multa: ſenſus perfecti, ingenioſus, multū rixabilis, audax, velocitas pulſus, & fortitudo, vox acuta, loquela multa, ſomniare res citrinas, igneas. Septimum exeuntia citrina fœtida &c.

Signa frigidę & humidę complexionis ſunt ſeptē. Primū percipitur frigiditas & humiditas. Secundū pinguedo fluida cū ſtrictura venarū, & corporis paruitate. Tertium multitudo capillorū cū planitie & albedine. Quartū quia color eius albus, aut plumbeus. Quintum quia lęditur à frigidis, & humidis. Sextum ſuperfluitas ſomni: & ſomniat res ſimiles aquæ, pigritia, tarditas, hebetudo intellectus, puſillanimus, pulſus tardus. & paruus, digeſtio debilis. Septimum multitudo, & groſſitudo ſuper-

fluitatum ex parte ſputi egeſtionum vrinæ & ſudoris.

Signa frigidæ & ſiccæ complexionis ſunt ſeptem. Primũ perceptio frigiditatis cũ quadã duritie: quãuis ꝑ viã indigeſtionis ſentiatur quædam mollities. Secundum paucitas pilorum, & planities capillorum, & corporis color brunus. Tertium corpus paruum macrum. Quartum quia color corporis eſt fuſcus. Quintum quia faciliter ex frigidis lęditur. Sextum quia multum vigilatiui ſomniãtes res timoroſas, malitia intellectus fixi in opinione, malitia digeſtionis, puſillanimus, parui pulſus et duri, timoroſus, triſtis, raro ridens, corpore non proſperoſus. Septimum quia ſuperfluitates in eo multiplicantur etiam per viam indigeſtionis. Et in ſumma omnes operationes in eo debiles ſunt reſpectu tẽperati: & quanto debiliores, tanto ab eo ſunt plus diſtantes. De ſignis ipſis cõplexionum tales cõmuniter verſus ponuntur.

Sãguineæ. Largus, amãs, hilaris, ridẽs, rubeiq; coloris.
Cantans, carnoſus, ſatis audax atq; benignus.

Cholericę. Hirſutus, fallax, iraſcens, prodigus, audax.
Aſtutus, gracilisq;, cutis croceiq; coloris.

Phlegmaticę. Hic ſomnolẽtus, piger, i ſputamine mult⁹.
Eſt hebes huic ſenſus, pinguis facies, color albus.

Melãcholicę. Inuidus et triſtis, cupiẽs dextraq; tenaci.
Non expers fraudis, timidus, luteiq; coloris.

Obiectio. Sed dubitabit aliquis: et rationabiliter. ſigna quæ poſita ſunt, ſunt ſigna demonſtrantia materiam ſimplicem tantum: ſed cum in corpore humano non ſic peccet materia ſimplex, ſed ſm plurimum compoſita. quomodo ergo ꝑ hęc ſigna veniam in materiæ compoſitę verã notitiam.

Dilutio. Pro iſto dicendum pręmittẽdo ꝙ, ſicut dictum eſt, ſignorum quædam ſumpta ſunt à ſubſtantialiter, vel quaſi ſubſtantialiter inhęrentibus: quędam ab actione lęſa: quędam à qualitate mutata: quędã ab exeunte mutato. Et conſequenter imaginor ꝙ ſigna ſumpta à ſubſtantialiter &c. ſunt fortiora & efficaciora. deinde deſcendendo minus efficacia ſunt ſumpta ab actiõe lęſa: deide his debiliora ſunt ſumpta à q̃litate mutata. minime uero efficacia ab exeunte mutato. Cũ ergo plurima ſigna habeamus materiã ſimplicẽ ſignificãtia: debemus adinuicẽ aggregare & numerare. Verbi grã. octo ſunt ſigna cholerę: & ſex phlegmatis: quo facto debemus ipſa adinuicem proportionare, & videre, quæ obtinent proportionem maioris inæqualitatis ſupra reliqua. quod facile compręhendes: ſi eorum fortitudinem & efficaciam menti habueris. Nam ſi illa octo ſunt ſumpta à qualitate mutata: & exeunte mutato: et reliqua ſex ab actione lęſa cum efficaciora ſint illa ſex, arguendũ eſt materiam peccantem à prędominio choleram. Et vt huiuſmodi efficaciæ, & fortitudinis ſignorum certam regulam habeas. imaginari uelis hęc ſigna per gradus ſignari poſſe, ſicut ſimplicia, & medicinæ compoſitæ ſignantur, vt infra dicemus. Ita ꝙ ſigna ſumpta ab exeũte mutato ſunt in primo gradu. Talia ſumpta à qualitate mutata in ſecũdo. Ab actione lęſa in tertio. A ſubſtantialiter &c. in quarto: & ſic, quæ ſunt in quarto talia alijs paribus ſunt fortiora his quæ in tertio, & quæ in tertio his quæ in ſecundo, ſeruata ſemꝑ veriſimili parietate. Et ita de ſignis proportionaliter dicẽdum exiſtimo ſaltem: vt ipſorum fortitudinis aut efficaciæ coniecturalis: quædã aut veriſimilia doctrina habeatur.

Hic auctor ponit 4or gradus ſignorum exeuntia ſuis et ſignis ſuis proceſſibus et ſemper unus gradus ... diminutione.

Que ſigna fortiora et q̄ imbecilliora in ſignificatu.

Penultimo ſciendum ꝙ vnum ſignum prauum vincit aliquando plurima laudabilia: aliquando vnum laudabile multa praua: vt primo de criſi: et tertio prognoſticorũ: vt virtus, conſtantia eiuſq; oppoſitum. &. 1 o. Almanſo. Cum unoquoq; ſigno ponendum eſt verbum quod denotat quantitatem fortitudinis illius: quod enim eſt debilius ſignum dicitur non bonum, quod fortius malũ, quod fortiſſimum mortale aut multum mortale: ſimiliter ſuo modo de ſignis laudatis: & tu conſidera. Item ꝙ ſigna poſita ſuſcipiunt intenſionem & remiſſionem & mediocritatem ſm humorum peccantium qualitatem intenſiorem & remiſſiorem: ſicq; de quantitate ſuo modo dicendum. Ex quibus omnibus habetur primo modus inueſtigãdi cauſam ægritudinis materialis de qua eſt ſermo magis in pręſenti. In generali multũ quia. ſ. an ſit à cauſa calida aut frigida. Secũdo in ſpeciali magis, quod eſt minus generale: an. ſ. illa cauſa calida ſit cholerica aut ſanguinea. Similiter ſi frigida: an ſit phlegmatica, an melancholica. Et ſi ſit cõpoſita, an phlegmatica vincat, aut cholerica: & ſic oſtenduntur ægritudines materiales. quia per hęc quæ dicentur de ægritudine materiali quantum ad eius cauſę inueſtigationem, & quantum ad eius curam & modum procedendi in ea facile ex tuo optimo ingenio poteris perſcrutari: q̃ in ægritudine imateriali conſideranda erunt.

Humores qua diei hora moueantur.

Vltimo notandum ad habendũ perfectiorem doctrinã per ſigna de his quatuor humoribus qui humores mouentur in diuerſis horis ratione radicis ſuperioris, & inferioris. Sanguis mouetur de mane ſequens motũ Solis ratiõe conformitatis cum ipſe eſt in oriente: ratione autem radicis inferioris: quoniam natura generauit de nocte ſanguinem multum. natura. n. ſagax mouet ipſum iſta hora: ut eũ à ſuperfluitatibus purget: et à fumoſitatibus nõ alteretur. Cholera autem mouetur in tertijs ſequens quadram Solis calidam, & ſiccam ratione conformitatis, & ratione inferioris, vt ſanguinẽ non inficiat. Melancholia poſt nonas ſequens quadram, frigidam, & ſiccam: & ratione inferioris, vt ſanguis ratione motus euacuetur & purgetur à ſuperfluitatibus melancholicis. Phlegma autem in ueſperis ſequens quadram, frigidam, et humidam: ratione inferioris, vt ſanguis remaneat purus & mundus: nã phlegma ex motu purgatur à ſuperfluitatibus: quibus manẽtibus ſanguis inficitur: quod de alijs ſimiliter intelligẽdum eſt. Et ſcias ꝙ humores groſſi mouẽtur magis de nocte: quia calor eſt tunc fortior, & fortiori motore indiget: ſubtiles vero de die &c. ratione conformitatis.

## De modo proceſſus in inueſtigando cauſas morborum in ſpeciali. Cap. II.

QVoniam ægritudinum quędam à medicis vniuerſales ſeu cõmunes nominantur: vt febris: quędam particulares: vt particularium membrorũ diſpoſitiones, vt mala ſtõi diſpoſitio, dolor capitis, & huiuſmodi. Et cum vniuerſalia priora ſint, hinc de ipſis incipiem⁹ earum cauſas inueſtigando. Sed vt ex his quæ collegi, vt cupio, doctior efficiaris: hic pręmittã ſigna quædam ipſum morbum cõmunem, veluti febrẽ, manifeſtãtia: deinde ad proceſſum rationatiuum in pręcedẽti capitulo poſitũ deſcendam ponendo ſigna ſignificantia ipſum in ſpeciali: qa tertianariũ: quartanarium: quotidianum, et huiuſmodi.

Signa ſignificantia febrem materialem: et ipſam pręcedentia ſunt. Ab exeuntibus inchoando: urinæ mutatio in colore, odore, ſubſtantia & quantitate. Similiter in egeſtionibus mutatio, ſudor ſiue humectatio apparens in euacuatiõe primi periodi. A qualitate mutata, citrinitas, palledo, fuſcedo, aut rubedo corporis. Ab actione lęſa, vt alſeliletu, q̃ quidẽ eſt diſpoſitio cui admiſcetur caliditas, q̃ nõ ꝑuenit ad hoc, ut ſit febris, & aſſociatur ei laſſitudo corporis & pigritia, alices, oſcitationes, cõmotio ſomni et vigilię, cõſtrictio anhelitus in expellendo aerẽ, tenſio uenarũ hypocõdriorũ, dolor capitis, aut eius grauitas, pulſatio capitis, nauſea. A ſubſtantialiter inhęrentibus: mala cõplexio calida, mordicatiua ex tactu percepta: in pulſu uelocitas & frequentia, & in principio ſaltem magnitudo: & ſi prolongatur augmentum. Et ſi fiat additio in pulſu eſt ſaris efficax ſignũ ꝙ ſit de numero materialium. Deſcendẽdo autem ad inueſtigationem cauſę earum in ſpeciali pręmitto ſigna in ſpeciali. ex quibus cauſæ fient nobis notæ. Pręmittendo primo ꝙ febrium quædam ſunt continuæ, quædam interpolatæ. Signa autẽ interpolatarum ſunt. Ab exeuntibus: quia plurimum cum ſudore, & humo-

roſitate

roſitate dimittunt ſeu eradicantur. A qualitate mutata: q in principio corpus palleſcit: & in extremitatibus frigiditas pcipitur. deinde ſuperueniente augmento corpus ſupercaleſit: & corpus palledinē amittit. Ab actione læſa: quia incipiunt cū rigore aut horripilatione, aut rigore pu ao & ſuperuenit ſitis, dolor capitis & huiuſmodi. A ſubſtantialiter vel quaſi ſubſtantialiter inhærentibus: quia in principio pulſus ſubmergitur & paruiſit: deinde expanditur & magnificatur cum velocitate & frequentia. In continuis autem ſm plurimū et raro in paucioribus, diuerſitates iſtę non cōprehendūtur quæ ſunt ex parte rigoris, horripilationis, & huiuſmodi. vnde continua nō dimittit, aut non ſeparatur. Et ex cōtinuitate & interpolatione ipſarum arguimus: licet argumentum non ſit efficax: ſed eſt verum ſm plurimū: & non in paucioribus: locum materiæ ægritudinis licet in genere ſatis: vt ſi eſt cōtinua materia eſt in venis, ſi interpolata extra venas. Interpolatarum autē deſcendendo ad ſpecialia magis: quædā ſunt tertianæ, quędā quartanæ, & quędā quotidianę: aut quæ currunt curſu harum, ut quintanæ, ſextanæ &c. Et pro dictis ſciendum q cholera rubea facit tertianam, melancholia quartanā, phlegma quotidianam ſeu amphimerinam.

Signa tertianæ cōmunia interpolatę ſunt rigor ſeu horripilatio, motus tertianarius, caliditas acuta mordicatiua: & ſi eſt pura, nō pertranſit ſpatium. 12. horarum multum quibus iungam ſigna choleræ: & habebis ſignorū tertianę ſatis completam notitiam. et ſi cholerę plures ſiot ſpecies: prima primi, de humoribus: tamen illa hic non addo: cum ex te per ea quæ poſita ſunt, facile cōprehendes. vnde ipm capitulum de humoribus memoriæ tuæ bene cōmendes. q ſi feceris ſigna ſpecialia humorum ſpecialium, ut cholerę, citrinę, praſſinæ, phlegmatis ſalſi, acetoſi, & huiuſmodi. ſimiliter ſpecierum melancholiæ ſtatim cognoſces. Et ſcito q materia eſt phlegmatica: & q quinq; ſunt ſpecies phlegmatis vel ſex: ſtatim quęrendo ſi ſalſedinem ſentit, et ſanguinis ſigna videris, vt ſitim ex cōmunicatione &c. cōprehendes phlegma peccans fore ſalſum: qd' de oībus alijs arbitrandum eſt. Non enim quæro omnia ſingularia ponere: ſed ſolum ea cōmunia quę ad ſingulariter in proprijs capitulis q̄renda vos perducant ſcribere inſtitui. Patieris ergo hoc paruo & generali pceſſu aīum contentū fore.

Signa vero phlegmaticæ ſunt: quia acceſſio eius eſt in omni die leuis caliditas reſpectu caliditatis continuæ ſentitur in ea frigus quaſi purum in extremitatibus: et eſt ſpatij, quaſi decem & octo horarū, & aliqñ plurium. Itaq; qd' dictum eſt de ſignis tertianæ intelligendum eſt ſuo modo in phlegmatica: & ſimiliter in ſequentibus.

Signa vero quartanæ ſunt rigor fortis & prolixus motus de quarto in quartum, caliditas non multum acuta. & eſt ſpatij. 14. horarum: & ſimiliter de quintana & ſextana dicendum: quoniam eadem materia in ſpecie fuit.

Signa vero continuarum ſunt inſeparabilitas earū: nec in eis reperiuntur diuerſitas &c. ut ſupra. Item continuarū quædam fiunt à ſanguine in venis putrefacto vel non putrefacto: quędam ab humoribus alijs in venis putrefactis: & quæ ſunt ab alijs humoribus à ſanguine vocantur continuæ proportionales: quia proportionem & ęqualitatem ſeruant in motu ſuo: excepto cauſone quæ vocatur concluſa: quia eius tempora ſunt ſimul clauſa. Horum aūt ſignorum notitiā oīum ex his quæ de ſanguine dicta ſunt faciliter habebis. Et quia ephimera rariſſime, uel quaſi, nunq̄ ad manus medici peruenit anteq̄ ad putridam tranſeat: hęc dcta ſubſilui. Et quia hectica raro fit incipiendo, & eſt morbus dans inducias: vnde eius cauſam & curā ſatis cōmode ſtudere poteris. hic eam cum ephimera prętermiſi. & ſic tātum de morbis materialibus vniuerſalibus habuiſti. Et ſi diligenter ſtudebis quæ dicta ſunt & dicentur, nō paruam de eis habebis notitiā. Vlterius notandum q febres putridæ ſępe complicantur & faciunt vnam febrem apparenter aut ſaltem unam per compoſitionem: vt eſt hemitriteus. Cuius ſigna per complicationē ſignorum adinuicem habere poteris.

ET SI MEMOR es eorum quę ſcripſimus, medicus vſq; modo ſuper ſcamnum infirmi ſedēs: facie oculiſq; in terra fixis auctus ſigna omnia: & quæ vidit & audiuit adinuicem complicabit. Poſt hoc grauiter ſurgere debet: et pręcipere vt infirmus brachium porrigat: & eius motum notet: vt ex hoc partem tenoris virtutis comprehendat: & manum infirmi leuiter teneat in manu ſua in ſuſpenſo: & cū alia manu primo tangat brachiū vt ex iſto tactu acuitatem caloris febrilis comprehendat: nam calor qui eſt de humoribus putridis, horribilis eſt, & acuti tactus pungitiuus. primo apho. cōmento. 14. Deinde cum maxima attētiōe eo, alijſq; ſilētibus: vt infra vltimo capitulo. quatuor digitis vt ſentiat longitudinem pulſus arteriam leuiter cōprimat: & ſic paulatim deſcendat cum digitis arteriā amplius et leuiter comprimendo. nam ex hoc comprehendet fortitudinem virtutis vitalis: qm̄ ſi pulſatiōes fortes erūt, & in digitos fortiter imprimat arteria, quadam coniectura ex hoc concludet fortitudinem pulſus: licet ipſa penes aliud habeat attendi: licet quidam penes ipſas fortes pulſationes dicant pulſus fortitudinem attendi debere. Et ſimiliter etiam ſucceſſiue digitos eleuet, vt ipſius altitudinem magnitudinemq; comprehendat: teneatq; tantū digitos ſuper arteriā: vt. 12. pulſationes ad minus enumeret: vt Aui. docet & Raſ. 19. continen. de iudicijs pulſuū. Alex. & Cermiſonus: vſq; ad. 24. nam ex hoc comprehendet debilitatis aut fortitudinis virtutis partem non paruā. nam ſi pulſationes ordinatæ erunt & vniformes, arguenda eſt quantū eſt ex hoc conſtantia virtutis: & ſi inordinatę & difformes, debilitas. Tangat itaq; primo arteriam dextri brachij. Secundo ſiniſtri: vt earum tactu comprehendat diuerſitatem in virtute, & declinationem materiæ: nā ſi declinabit ad ſiniſtrū, erit pulſus ſiniſter magis diuerſus alijs partibus. vnde ex hoc comprehendetur etiā locus eius: & de conſiderandis circa virtutem dicetur in. 3. ſequenti capitulo. Deinde ægro pręcipiet vt ſe extendat ita vt caput pedibus non ſit eleuatius: & leuiter tangat ventrē inferiorem & ſuperiorem: & eius diſpoſitionem notet. Similiter et hypocondria leuiter tangēdo comprimat, vt ſi in eis eſt durities, dolor aut huiuſmodi: nam ſi in eis fuerit repletio, arguet ex hoc repletionē quo ad certa ſeu vaſa cōmunia. Similiter ex hoc tactu locum ęgritudinis fortaſſe inueniet: vbi.n. dolor, illic ægritudo: apho. quarto. maiorq; ex hoc confidentia infirmi & aſtantium de ipſo cōſequetur. Quę & ſi valet dictū eſt. Quibus executis ſubito verſus ægrū proferat verba futuræ ſalutis: & in eius pręſentia aperte vt in vltimo capitulo ægritudinem facilem faciat: & ei ſpondeat ſe ſolicitum eſſe, & fieri circa ſalutem eius: & ſi tibi uidebitur, interpone nouum aliquod ſolatioſum: vt infra vltimo capitulo. quo infirmus aliqualiter gaudium aut ſolatium capiat: et vt aſtantes tui magnam benignitatem prędicent: ſed horum omnium moderationem tuæ prudentiæ maxime relinquo. Vltimo in receſſu infirmo dicat, vt omnipotentem Ieſum: in cuius manibus ſumus nos omnes: & à quo ſanitas ipſa dependet, ſuppliciter exoret: vt ei gratiam cōcedat: vt in ſui nomine atq; auxilio valeat per ipſum à pręſenti morbo liberari. Cum quibus verbis aut ſimilibus ab ægro vel aſtantibus licentiam capiat. Et quia mos eſt aſtantium parentū vel amicorū ſtatim poſt exitū medicum de ſalute aut morte interrogare. Ideo te pręuiſum facio: vt in prognoſticis tardus ſis: & menti habeas quod ſcribitur à Gale. in ſuo paſſionario de ſymptomatibus febrium. Non mediocriter laborat, neq; periclitatur: qui febribus: & ſymptomate aliquo affligitur ſiue cōſumitur: cum vna res ex his tantum per ſe ſic aſſidua ſufficiat extinguere hominem. Promptitudo autem ad prognoſticandum eſt ſignum ignorantiæ, & temerarij. Caue igitur

ne prognoſticum tuū incaute, & præſumptuoſe deponas ſed ſemper rationibus pluribus motus: vt in capitulo de prognoſticationibus dicetur. Parentibus autē ſemper grauē atq; grauiorē facies ex duobus. primo vt ex hoc maior honor accidat. ſecundo vt aſtantes ægro ſoliciti magis fiant: nam ſtudium ſeu aſtantium ſolicitudo, non parū ad ægri ſalutē conferre arbitror: ſed omnia moderate, vt infamiam nō acquiras: quia omnes caſus, mortales aut periculoſos facias. Scito tamen q difficile eſt tenere medium. et ideo prudentem natura oportet eſſe medicum. in proœmio. 7. apho. Cum ab eis diſceſſerit, colligat medicus ſigna quæ audiuit & notauit: & ex eis primo quantum ad morbum cōmunem: quia de particulari poſt: & inueniet morbi cōmunis, ſeu uniuerſalis, cauſas fore. Prīo materiā calidam, ſanguineam, uel cholericam. Secundo frigidam phlegmaticam vel melancholicam. Tertio ad ſpeciem ægritudinis deſcendens ipſam eſſe tertianam, quartanam, vel quotidianam, et huiuſmodi. Et ſic in fine habebit exēpli gratia. quod hęc eſt febris tertiana cuius materia eſt calida cholerica. Sed cū cholera ſit pura vel non pura: cuius impuritatem oſtendit prolixitas ſpatij eius vltra. 12. horas multum: vt dictum eſt. Et tunc oportet vt attentus ſit circa ſigna dicta ſupra: nam ſi cum ſignis choleræ cōpræhendet ſigna phlegmatis: tunc arguet choleram eſſe vitellinam: ſi ſigna melancholiæ, eam eſſe aduſtam &c. Et ſuo modo dicatur de complicatione aliorum ſignorum adinuicem, de alijs ſpeciebus ipſorum humorū: propter quod, vt dictum eſt, mandetur memoriæ capitulum de humoribus. Ex quibus patet q hac via veniemus in notitiā eſſentiæ & eſſe ægritudinum vniuerſalium: & loci ſaltem in generali quantum ad hoc q eſt eſſe ad intra, vel extra venas: & per cōſimilia in notitiam particularium: vt ſtatim exēplificabitur. Sed ſtatim diceres, nonne ante receſſum à domo infirmi debet medicus diætā ordinare? Pro iſto dicendum q ſic. hoc autem non feci vt non ponerem capitulum in capitulo. vnde totū quod dicetur in ſequenti capitulo. erit de ordinatione diętæ, quā debet aſtantibus aut ipſi infirmo ante eius receſſum ordinare. Verum ſi dubitares ſic prima fronte de eſſentia ægritudinis, aut eius cauſa quod frequēter medicis & bene famoſis occurrit: debet ordinare diętam quaſi temperatam, aut conſuetam ſi non ſit omnino cōtraria aut nociua. deinde cum recedit, ipſam aſtantibus, aut infirmo mittet ſtudioſe.

DESCENDENDO autem ad inueſtigationem cauſæ & eſſentiæ morborum particularium, eundem ordinē quem ſupra poſui, obſeruari arbitratus ſum. Sed ut res ipſa facilior & efficacior reddatur, inſcribetur modus quo diſpoſitionis particularis cōmuniter occurrētis maxime ex diſpoſitionibus ſtomachi cauſæ & eſſentia inueſtigari habeant: cū breue & efficax ſit iter per exempla. Seneca epiſtolarum ſexta. Incipiamus itaq; inueſtigare cauſas malæ diſpoſitionis ſtomachi: & dicamus, q cuiuslibet talis cauſa eſt, aut mala cōplexio, aut mala compoſitio, aut ſolutio continuitatis, aut quędam harum, aut omnia ſimul. Si mala cōplexio, aut eſt cum materia aut ſine. Si ſine materia, aut eſt calida, frigida, hūida, vel ſicca, et hoc inueſtigari poterit per ſigna quæ dicentur de mala complexione tali cū materia: vt ergo breuiloquus efficiar, patieris vſq; quo illa ſigna deſcribam. Accedit itaq; medicus ad Sortem infirmum de mala diſpoſitione ſtomachi ſe conquerētē: cuius diſpoſitionis cauſam inuenire cupiens ordine ꝓcedat: vt dictum eſt. Et quia ſtomachus eſt ſicut receptaculum phlegmatis, ut ſupra, arbitrandum eſt ipſam ab eo magis pendere. Sed ad hoc certius cognoſcendum, diſcurrat per ſigna ipſa quæ cauſam phlegmaticam oſtendunt.

*per cās hic intelligit ipsos morbos*

Et ideo per ordinem primo inſtitui ponere ſigna ſignificātia dñium phlegmatis in ſtomacho. deinde choleræ, deinde melancholiæ, vltimo ſanguinis. Sed ſemper menti habeantur ſigna quę in generali ſupra poſita ſunt: & oīa illa generalia ſeruentur de complexione, regione, conſuetudine & habitudine pręcipue: quia inter cætera multū adiuuat.

Incipiam itaq; à ſignis ipſum phlegma ſignificātibus, & primo à ſigno vniuerſali ſumpto à nocentibus & iuuātibus, quod ſane intelligi habet ut infra: nā ſi cum alijs iungetur, non paruā fidem faciet. Deinde ad ſigna magis ſpecialia deſcēdam. Et primo ab exeuntibus mutatis: vt quia ſputum phlegmaticum eſt, & tunc per ſpecies phlegmatis diſcurrat: aut quia ſalſum, acetoſum, dulce, inſipidum &c. Et ſimiliter ex modo ſubſtantiæ: ut quia viſcoſum, tenue. Similiter egeſtiones phlegmaticæ quæ magis ſuper diſpoſitionem ſtomachi ſignificant ꝗ vrina. Vrina phlegmatica cum ampullis magnis in eius circulo. Vomitus phlegmaticus: eructuatio phlegmatica: quia habens ſaporem phlegmatis: quia acetoſa: inſipida: acris. Ventoſitas egrediens per inferius: & eius ſubſtantia ſi eſt groſſa aut ſubtilis, q ſonitu cōprehēdetur. A qualitate mutata: quia manifeſtam frigiditatem in ſtomacho ſentit, et color linguæ ad aliqualem albedinē vergit: & eſt leuis & mollis. Et licet color faciei plumbeus ſit cōmunis oī ſtomacho: tñ in phlegmate debet ad albedinem remiſſam tendere. In cholera ad citrinitatem. Et ſuo modo de melancholia & ſanguine dicendum. Ab actione lęſa, vt quia eius principalis operatio lęditur: vt digeſtio cōmunis: licet iſtud ſit ſignum valde cōe: cum omnis imoderata diſcraſia deijciat actum proprie virtutis parte apho. cōmento ſecundo. Itē cum ipſa digeſtio tribus perficiatur, attractiua, expulſiua, retentiua, debet conſiderare ex parte cuius lęſus eſt ſtōus: ſi cibus tardius expellitur ſolito, aut velocius &c. Et conſimiliter de alijs membris reſpectu oīum ſuarum uirtutū vt remedia cōuenientius applicare ſciat. Singultus in quo non ſemper ſentitur mordicatio atq; ſitis. Et ſitis paucitas eſt ſignū per ſe phlegmatis, & maxime non ſalſi. phlegma aūt ſalſum ſitim facit, quę potu aquæ calidæ ſedatur appetitus calidorum & exiccantium. Itē & incidentium: quia diſtemperantiæ in ventre ægritudinales cōtraria concupiſcunt. ſecundo techni. Imenſio appetitus ad cibū dato q à melancholia etiā contingere poſſit. Item nauſea perſeuerās cum qua non ſentitur mordicatio: & eſt etiā ſignū q phlegma eſt imbibitum. Item grauitas in ſtō abſq; mordicatione vel acetoſitate percepta. Et ex his ſignis percipiūtur quæ à ſubſtantialiter inhęrentibus: vel quaſi ſubſtantialiter inhęrentibus ſumi poſſunt. Et ſi mēti habes quæ dicta ſunt in primo capitulo, de ſignis phlegmatis, & aliorū humorū cum poſitis et ponēdis, inuenies cauſam cuiuslibet ægritudinis ſtōi materialis et imaterialis. Et ſi ſimilē proceſſum in diſpoſitionibus aliorum membrorum ſuo mō ſeruabis, oīum ægritudinum ſuarū cauſas inuenies: intelligēdo ſemper ſub actione lęſa, lęſionē in uirtutibus et operationibus. Pręterea ſcias, q ſicut virtutes ſtomachi quibuſdam qualitatibus iuuantur, vt dicetur. ita quibuſdam nocentur: & ſic de virtutibus aliorum membrorū contingit. Ex quibus patet, q ſi diligenter obſeruabuntur quę dicta ſunt et dicētur: facile ī cauſam cuiuslibet diſpōnis particularis mēbri deueniemus. Pro quo menti habeas q oībus virtutibus ſtōi caliditas iuuamentū pręſtat. vnde digeſtiua ꝑficitur calido & ſicco: & ſic ſuo mō expulſiua & retētiua: vt prima primi de virtutibus. tertio capſo. & ꝓportionaliter oīum mēbrorū virtutes cōſiderare debes.

Signa ſignificantia materiam cholericam eius: pręmiſſo ſemper ſigno generali ſumpto à iuuantibus & nocentibus ſunt. Ab exeuntibus ſputum citrinum amarum, & per ſpecies choleræ diſcurrendum eſt: vt de phlegmate dicebatur egeſtiones cholericæ: vrina cholerica: vt ſupra: vomitus cholericus, cuius color maxime conſiderandus eſt: vt choleræ ſpecies magis innoteſcant, quod de phlegmate, & alijs humoribus etiam ſubaudiendum eſt eructuatio fumoſa: & maxime quando non comeditur cibus velocis conuerſionis in fumum: vt vitelli ouorum frixi

in patella, raphanus & huiuſmodi priuatio ventoſitatis. A qualitate mutata: quia ſentit caliditatem ſeu ardorem in ſtomacho, inflāmatio cum mordicatione percepta: et ſi eſt cum leuitate, tunc materia eſt ſubtilis pauca. & ſi eſt cum grauitate, materia eſt groſſa multa. Color linguæ ad citrinum tendens, & eſt ſicca et aſpera. color faciei plumbinus, ad citrinitatē tamē uergens, oris amaricatio & ſic de alijs: vt ſupra in primo capitulo. Ab actiōe læſa quia eius principalis actio læditur. Vnde ſcias q̄ choleræ non ineſt proprietas prohibendi digeſtionem ſicut phlegmati: nec facit cruditatem ſicut phlegma: ſed aliquando eam bene corrūpit. Singultus in quo ſentitur mordicatio. Multitudo ſitis, & maxime qn̄ cum ea eſt nauſea, augmentum ex potu aquæ calidæ: & extinctio ex potu frigidæ, appetitus infrigidantium & humectantiū, diminutio ipſius, nauſea per ſe uexans, cum qua ſentitur mordicatio, tremor labrij: dato q̄ hoc eſt ſignum vomitus abſolute. ſed Auer. ipſum ponit pro proprio quarto col. capitulo de ęgritudinibus quę ſtomacho accidunt. Et ſi cum ſtomachus eſt vacuus ſuperuenit tremor cordis, ſyncopis. ęſtuatio aut ſoda, eſt ſignū q̄ in ſtomacho eſt cholera veniens ad os ſtomachi: licet ex melancholia ad ipſum profluxa idem cōtingere poſſet: ſed tu reliqua ſigna conſidera.

Signa ſignificantia melancholiam in ſtomacho ſunt ab exeuntibus ſputum nigrū, fuſcū, brunum ſeu obſcurū, egeſtiones melācholicę, vrina melancholiā ſignificans, vt ſupra, uomitus melācholicus, eructuatio acida. A qualitate mutata: quia frigiditatem ſentit in eo. Color linguæ niger ſiue fuſcus, aut huiuſmodi: ſapor in ore acris perceptus ſiue acidus, & interdū acetoſus, lingua ſicca & arida, color faciei plumbinus ad fuſcedinem tendens. & ſic de alijs, vt in primo capitulo. Ab actione læſa. læſio in virtute principali & materiæ melancholicæ, proprium eſt prohibēdi digeſtionem, et corrumpendi ſimul. ideoq; appetitum mutat: etiam multiplicatur in eo inflatio et rugitus, acetoſitatio ciborū cum grauitate percepta in ore ſtomachi eſt ſignū pręſentiæ melācholiæ in ſtomacho, maxime quādo à ſplene ad ſtomachum tranſmittitur.

De ſignis ſanguinis tm̄ dicendum q̄ cum ſanguis extra venas effunditur: ſtatim corrumpitur: & ad naturam alterius humoris uel ſaniei trāſmutatur. apho. ſexta. apho. ſecūdo. Ideoq; ſic eius ſigna ab auctoribus nō ponuntur: ſicut ceterorum humorum: per ordinem tamen ſigna poni poſſunt: quæ ſimul cum his quę poſita ſunt de ſanguine in primo capitulo copulari debent: ſicut de ſignis cęterorū humorum intelligēdum eſt. Ab exeuntibus: vt quia ſputū, urina, egeſtiōes, vomitus, ſanguinea ſint. A qualitate mutata caliditas in ſtomacho percepta non mordicans: neq; multum ęſtuoſa. Similiter ex tactu linguæ vehementis rubedinis & aſperitatis: & etiā eſt ſignum apoſtematis eius ſaniei, ſapor dulcis in ore perceptus, color plūbinus ad rubedinē tēdens, et ſic de alijs in primo capitulo. Ab actione læſa: quia læſio in principali virtute, non tn̄ tanta quanta in alijs cęteris ſemper paribus. De ſignis à ſubſtantialiter inhęrentibus: vel quaſi ſubſtantialiter pro his, & aliqs dicatur, q̄ illa quæ dicta ſunt in primo capitulo de vnoquoq; humore his locis afferenda ſunt. Et finem de ſignis malæ diſpoſitionis ſtomachi faciens de ipſis ſignis memoriæ cōmendanda annotabo: quæ vniuerſalia ſunt in ſignis diſpoſitionum quorumcunq; membrorum. Primum ne error accidat q̄ ſignum à iuuantibus, & nocentibus ſumptum debet ſane intelligi. vnde pro hoc ad hunc locum affero dictum Auic. tertia tertij. de ſignificationibus diſpoſitionis ſtomachi: vbi inquit. Sępe. n. accidit error cauſa dimiſſionis eius cum non attenditur: et eſt q̄ res infrigidantes multoties frangunt ebullitiōes humoris ſubtilis, aquoſi, humidi, aut ſalſedinē humoris phlegmatici: & æſtimatur: quia cum eis iam peruenit iuuamentum, q̄ illic ſit caliditas: & res calefacientes multoties expellunt humorem calidum, & reſoluunt eum: & æſtimatur quia cum eis iam accidit iuuamentum, q̄ illic ſit frigiditas. vnde oportet q̄ cum his cōſiderentur reliquę ſignificationes ſm̄ q̄ quodlibet ſignū reperiatur in ſignis cholerę et phlegmatis &c. & ex hoc habeatur cōmune multum. tamen ſi cū alijs partibus & proprijs coniungitur, efficitur proprium verum & efficax. Ex quibus omnibus habetur à qua cauſa materiali etiam ſaltem ſimplici ipſa mala ſtomachi diſpoſitio pendeat. De compoſitis autem modis habes: vt ſupra in fine primi capituli.

Si autem in hoc cauſa fuerit mala compoſitio pręter naturam debes hac uia procedere: malę compoſitionis ęgritudines quatuor compræhenduntur generibus. Quædam ſunt creaturæ. Quædam quantitatis. Quædam numeri. Quędam ſitus. vt tertio techni. & ſecunda primi. tertio capitulo. Sub genere creaturæ compręhenduntur ęgritudo figuræ: & hoc facili ſenſu percipitur: vt cum figura membri à ſuo curſu naturali mutatur: & ex hoc in ſuo motu, & operatione nocumentum prouenit: vt ſi quod eſt rectum fieret curuum: & ſi aliquod in ſui figura nimium dilataretur, ſicut pupilla: et ſic de alijs modis figurę. q̄ ſi cauſa fuerit primitiua, nota erit ex narratione infirmi vel aſtātium. Si autem cauſa fuerit corporea vel antecedēs, ex ſignis etiā compręhēdes ſi in eis ſpeculaberis. Secundo ſub hoc cōpręhenditur ægritudo viæ: quæ ponitur tripliciter cōtingere: quia aut membrum multum dilatatur: ſicut vena qn̄ varicatur. Aut nimis conſtringitur: vt cum conſtringitur via attrahendi aerem, quia trachea arteria. Aut quia oppilatur: vt cum inteſtina oppilantur in colica vel iliaca, vel meſeraicæ. Tertio compręhenditur ægritudo receptaculorū quæ quadrupliciter contingere poteſt: quia receptacula fiunt maiora: vt cum dilatatur teſticulorum folliculus, aut conſtringitur: ſicut ventriculi cerebri in epilepſia: aut implentur, vt in apoplexia: aut euacuantur & deſeruntur, ſicut accidit ex magno gaudio euacuatio ſanguinis & ſpirituū ventriculorum cordis: et eſt pernicioſum. Quarto continetur ægritudo ſuperficiei: vt q̄ lene eſſe debet, efficitur aſperum: ſicut accidit tracheæ arteriæ ex deſcenſu humiditatis à cerebro. Ex parte quantitatis: quia mēbrum minuitur, vt corpus ex phthiſi, & hectica, & huiuſmodi: aut magnificatur, vt in elephantia. Ex parte numeri: quia additus numerus maior q̄ eſſe debet: vt in ſex digitis: aut lapis veſicæ. Aut minuitur cum deficit numerus: vt cum aliquis digitus abſcinditur. Ex parte ſitus accipiēdo ſitum pro colligantia, & loco primo: quia membrum eſt extra ſitum & locum ſuum: ſicut in diſlocatione membri. Secūdo quia membrum prohibetur à debita operatione ꝓpter colligantiam quam habet cum alio: vt videre ab oculo propter mollificationem & laxationem palpebræ. Hęc generalia de mala compoſitione cuiuslibet membri addidi: quia dato q̄ exemplificatum ſit de ſtomacho, volo tamen per hoc exemplum, vt de mala compoſitione cuiuſlibet alterius membri quomodo procedendum ſit intelligas: nam alicui membro poſſunt quandoq; omnes ſpecies contingere, quandoq; non: vt ex teipſo facile quandoq; cōpręhendes. Sed modo ad propoſitum huiuſmodi malæ compoſitionis ſtomachi cauſam per ſigna facile compręhēdes: nā q̄ eſt primitiua ex parte figuræ habetur relatu patientis aut aſtantiū. Sed antecedens ex ſignis poſitis ſupra.

Conſimiliter dicendū de ea quæ ex parte vię. unde hoc modo procedendum eſt: ſi ſtomachus patitur ægritudinē in vijs: quod poteſt eſſe tripliciter. aut quia multum dilatatur, aut conſtringitur, aut oppilatur. duo prima mēbra relinquantur tanq̄ rariſſime contingentia, & ſtemus in tertio, quod frequentiſſime euenit: & conſiderabimus loca omnis in quibus poſſit oppilatio contingere: et tunc cum via ſit inter hepar & ſtomachum, inter ipſum et inteſtina, inter ipſum & ſplenem, inter ipſum & cerebrum, patet q̄ ꝗdrupliciter pōt ſibi oppilatio cōtingere. Vnde nota di-

ctum Auic. ſecunda primi capitulo de accidentibus & ſignificationibus. vbi inquit. oportet illum qui ęgritudines vult cognoſcere occultas. puta anatomiæ notitiā adeptus ſit. Et infra. ſcias preterea ꝙ medico qui vult ægritudines regere quę in membris exiſtūt occultis, neceſſaria eſt anatomia. Et ſecunda primi de differentia inter ægritudines proprias: & cum cōmunitate. Semita vero ſe obſeruandi ab errore eſt: vt medicus membrorum noſcat cōmunitatem: quod quidem erit ex ſcientia ſua in anatomia. Et ideo Auic. in tertio pręmittebat anatomiam membrorum particularium: quare ſi cauſas ægritudinum membrorum occultorum cognoſcere volueris, oportet ut in anatomia nō parum ſtudeas: quod ſi feceris, ſpero ex his quę dicta ſunt, et tuo optimo ingenio, ꝙ ſigna per te ſine libro inuenies. Sequendo propoſitū has oppilationes, quę ſunt cauſa malæ diſpoſitionis ſtomachi, volo per ſigna inueſtigare. hoc modo procedam. Nam ſi clauſa eſt via inter ſtomachum & hepar, tunc parua pars chyli debet tranſire ad hepar: & ex conſequenti magis cum fęcibus: vnde fęces debent eſſe multum humidæ & chyloſę: & multæ in quantitate reſpectu cibi: quia pauciores eſſe deberent ſi hepar debitā quantitatem chyli ad ſe traheret: quia multa humiditas in ſtomacho remanet, nō debet ſitire. Item quia paucus inde generatur ſanguis, debet color corporis alterari: cum ex ſanguine non viuificetur: & quaſi corpus ſit cacochymum: & ratio omnium iſtorum promptiſſima eſt. Similiter ſi fuerit clauſa inter ſtomachum & inteſtina: tunc retinebuntur fęces: & alij humores: & ex conſequenti cauſabitur colica, iliaca vel eorum accidētia: & ſic de alijs quæ poſſunt ex retentione taliū corpori cōtingere: & hoc modo diſcurrendo alias oppilationes per ſigna ſua inuenies: vt ſcito ꝙ ſtomachus ſenſum à cerebro recipit: cum ergo inter ipſm & cerebrum cadit oppilatio, ſtomachus ſenſum appetitus amittit: vt patet in algoratia: & ſi modū huic proportionalem ſeruaueris, in diſpoſitiōibus aliorum membrorum ſuarum ægritudinum cauſas vtiq; inuenies. De ægritudine receptaculorum & ſuperficiei non procedo: quoniā ex his quæ poſita ſunt: ex te quidem agendum cognoſces: adde cum breuiloquus ſemper eſſe intendam. Quid autem ex parte quantitatis numeri ſitus dicendum ſit: facile patet nam hęc ſenſu cōpręhendūtur. Sed de colligantia pro nūc dicatur, ꝙ ſub ægritudine vix ſemp cōpręhendi poteſt.

Si à ſolutione cōtinuitatis: tunc ſi cauſa eſt extrinſeca & primitiua, nota eſt. Si intrinſeca, cum talia nō potuerit eſſe niſi humor acutus corroſiuus, vt phlegma ſalſum à capite ad ſtomachū vel aliud veniēs: vel hūor cholericus &c. tunc habebis inueſtigare hanc cauſam per ſigna quæ compręhendes: vt ſi abundauerit phlegma ſalſum à capite, ſi cholera &c. vnde ſi vlcus aut vulnus in ſtomacho erit ſtatim ex potu aceti: aut à ſumptione alicuius alterius rei acrę vel acutæ: vt ſynapi, & huiuſmodi ſentiet & dolorem & mordicationem: ſicut ſi proijcitur acetū ſuper vlcera aut plagas exterioris membri, & intenſius cum interior tunica ſtomachi ſit neruoſa: et maxime ſenſibilis. nam de interioribus per exteriora iudicandum.

Si ab his omnibus ſimul: tunc cauſabitur apoſtema: & ſignum apoſtematis ſtomachi, & aliorum cōmune eſt ꝙ in loco continue ſentitur dolor: & prolongatus eſt: & potius augmentatur ꝗ̄ diminuatur. Item durities & tumefactio loci propter humorum aggregationē. Et forma apoſtematis ſtomachi ſequitur formam ipſius: maxime quando eſt in parte inferiori. Itē per colligantiam dolor in medio ſpathularum ſeu humerorum circa. xi. vel. xij. ſpondyles & hoc quando eſt in parte ſuperiori: & quando in inferiori inferius magis: et à qua cauſa pendeat apoſtema illud an à phlegmatica, an à ſanguinea ex ſignis ſupra poſitis cōpręhendes. Et hunc ordinem ſeruare debes in inueſtigando cauſas cuiuſque diſpoſitionis membrorum particularium: vt ſupra.

Et vt huius capituli epilogum habeas, dico ꝙ ad inueſtigandum cauſam & eſſentiam malæ diſpoſitionis cuiuſlibet membri hoc ordine procedendum eſt: quia aut talis pendet à mala complexione: vel mala qualitate aut mala cōpoſitione: aut à ſolutione cōtinuitatis aut ab his ſimul. Si à mala cōplexione vel qualitate: aut eſt ſine materia aut cum materia. Si ſine cognoſcetur per ea quæ dicentur de mala complexione ſine materia. Si cum materia: aut à mala complexione calida cholerica ſimplici: aut frigida ſimplici &c. ſi primū ſigna habuiſti: & tu per illa diſcurre: & ſimiliter de frigida &c. Si à compoſita adinuicē ſigna cōpoſitione: & potentioribus da victoriam. Si à mala compoſitione, tunc conſiderandę ſunt ſpecies malæ compoſitionis: & per eas diſcurre, in quas tale membrū cadere poteſt. nō. n. quodlibet in quodlibet &c. vt patet & ſigna habes & modum vt ſupra. Si à ſolutione continuitatis, modum habes procedendi &c. Et ſimiliter ſi ab omnibus ſimul. Hæc tamē omnia maxime dicta ſunt de diſpoſitione per eſſentiam. Sed quia etiam ſtomachus: ſicut & cætera membra pati poteſt per colligantiam: ſubiungenda eſt alternatiua alia: vt cum dicitur patitur à mala complexione ſimiliter compoſitione &c. Et hoc dupliciter aut per eſſentiam aut per cōmunitatem: tunc, vt dictum eſt, oportet ut medicus bene in anatomia peritus mēti habeat membrorum colligantiam: vt in propoſito de ſtomacho: quia colligantiam habet cum corde, cerebro, hepate, ſplene, inteſtinis &c. & tunc cum à cerebro catarrhum recipiat: ab hepate choleram ſm plurimū, à ſplene melancholiam, ab inteſtinis fumos putridos ſtomacho vehementer nocentes: & per compaſſionem & colligantiā ab eis lędatur, vt in tremore cordis, oportet ut talium membrorum diſpoſitionē cognoſcat, & ipſam ſolicite inueſtigetur.

Sed vt te ſcientiorem faciam, ponam aliqua ſigna in generali per quæ cognoſci habet ægritudinem per cōmunitatem cauſari. Primū ꝙ mala diſpoſitio ſi eſt per colligantiā prius facta eſt in alio mēbro, vt verbi gratia, prius paſſum eſt cerebrum. Secundū ꝙ mala diſpoſitio nō eſt manſiua & permanens, & videtur mutari ex mutatione facta in alio membro: ſicut patet in dolore capitis à ſtomacho per colligantiam pendente. Vnde cum diſpoſitio manſiua permanet, arguendum eſt illam per eſſentiam, & non per colligātiam. Sed notandū ꝙ medicus debet ſubtiliter inueſtigare de diſpoſitionibus membrorum quæ poſſunt aliud membrū per colligantiā lędere. Vnde dicunt quandoq; ægrotantes ſe in alijs lęſionem non ſenſiſſe neq; ſentire: qui tñ cum diligenter examinantur, aliud cōfitentur: & ſuę diſpōnis cauſam magis & melius exprimunt. Tertiū ſi infirmus in duobus lęſionē ſentit, & vna recedit & altera remanet: illa q̄ remanet, dicēda eſt pricipalis. verbi gratia, vt ſi quis patitur dolorē capitis, & malam ſtōi diſpoſitionē: tūc ſi dolor capitis receſſerit mala ſtōi diſpoſitione remanente: tunc dolor eſt talis per comitatem.

Vltimo pro complemento capituli ſtudioſe memorię cōmendes hunc canonē. Cum deuenis ad inueſtigationē alicuius diſpoſitionis membri principalis, debes per orta ab eo diſcurrere: qm̄ lęſio ipſius in illis nobis magis manifeſtatur: nam orta ſunt nobis principaliter magis manifeſta. et ideo cum in eis cōpręhendimus lęſionem, ſignū erit ꝙ lęſio in principali eſt: & faciliter diſpoſitionis ortorum cauſam inueſtigabimus per ſigna dicta, ex quibus patebit etiam cauſa in principali. Vt verbi gratia, cum lęſionē ortorum à cerebro, vt oculorum, nuchę, naſi, & huiuſmodi. non à cauſa primitiua venientē cognouimus: arguendū in cerebro lęſionē fore: & ex eadē cauſa quam ſigna diſpoſitionum ortorū nobis manifeſtāt. Et ſuo modo pcede etiā per membra colligata mēbro in quo eſt lęſio principalis, ut infra. Et hęc de inueſtigatione cauſarum morborū tam vniuerſalium quā particularium ſic in generali tibi ſufficiant. Nam ex his cum tuo ſtudio ad ſingularia, Ieſu

concedente,

concedente, peruenies. Ex quibus omnibus patebit tibi locus ægritudinis. Et ſic per ea quæ dicta ſunt compræhendiſti cauſam & locum ægritudinis.

De modo proceſſus in curãdis ægritudinibus quo ad dietam & medicinas exhibendas. Cum quibuſdam canonibus medico neceſſarijs: ex quibus clare elicitur modus ponendi caſum in terminis. Colligitur etiam modus ex ſimplicibus compoſitam edere medicinam. Cap. III.

POſt inueſtigationem cauſæ & eſſentiæ ægritudinis agendum eſt de eius cura: quam plurimi facile enunciant habita atq; cognita cauſa: quos empiricos magis q̃ ſcientificos nominari arbitror. Mihi nãq; ſemper difficillimum cognoui adhuc cognita cauſa. Eorum nãq; alterum dicere: alterum facere mihi viſum eſt. Quantum uero inter hoc interſit facile eſt iudicare. Sed ſpero ex dicendis rem ipſam a legentibus ita difficilem, ita dilucidari: vt non ſuperuacua viſa ſit iſta ſententia. Precor itaque: & vt æquum eſt: oro omnium gratiarum largitorem bonum Ieſum, vt mei facilis ingenioli minimam fauillam ſic accẽdat, vt mihi, tibi, alijsq; in maximum ignem conuertat: nobiſq; ad timoroſum medendi modum via ampliſſime pateat. Veni igitur ſancte ſpiritus: & tuo ſãctiſſimo igne cor meum tua maxima bonitate illumina. Res. n. medicationis ex tribus compleri videtur: vt quarta primi in principio: regimine. ſ. potione: & chirurgia. Sed hoc loco chirurgiam non amplectimur, niſi pro quanto cauſæ vniuerſales etiam eidem conferre videntur, ſumptę ex parte regiminis & potionis.

DICAMVS itaq; incipientes a diæta ſiue regimine, q; in cura ægritudinis, maxime eſt attendendum regimen in ſex rebus non naturalibus: quia ex ſola regiminis bonitate interdum curãtur ægritudines. vt quarta primi. primo ca. in fine. vbi inquit. Amplius ſcire debes q; non oĩs repletio, neq; oĩs complexionis malitia, ſuo medicatur contrario ex euacuatione et oppoſitione. immo multoties ſufficit regiminis bonitas: & hæc cura eſt oĩbus alijs melior, dicente Damaſceno apho. ſuorum. 98. Si poterit medicus medicari cum diæta ſine potione, proſperam inueniet.

Quantam aũt vtilitatem afferat debitum regimen in curandis ęgritudinibus, declarant periodi ægritudinũ, quales ſunt podagra, aſthma, vertigo, hemicranea: & huiuſmodi: nam ex debito regimine alleuiantur & tardantur: ex indebito vero contraria. hoc idem declarant periodi: atque paroxiſmi febrium. vt patet per experientiã. Vnde in ſumma, oẽs medicinæ authores cõueniunt, q; plus nocet error in cibo & potu & alijs ſex rebus non naturalibus, q̃ ſit iuuamentum medicinarum: & eſt ſententia Serapionis quinto practicæ ſecundo cap. & poteſt eſſe ratio talis: quia comeſta & bibita &c. corpori omni die applicãtur & ſumũtur: & ſic continue agunt diſtemperando ſi ſunt indebita. medicinæ aũt non ſic ſemper aſſumuntur ſeu applicantur: & ſi adhuc aſſumerentur: non eſt tñ in eis tm̃ de virtute iuuatiua, quæ ſtet cum operatione regiminis nociui. Regimẽ itaq; non eſt negligendum: ſed infirmus ẽt hoc modo iuuãdum. Regimen aũt ſiue diæta eſt debita adminiſtratio ſex rerum non naturalium, corpori humano applicandarũ in debitis: quantitate: qualitate: tempore & ordine.

Vbi aduertendum: & eſt canon generalis q; regimen in his oĩbus debet tendere ad contrarium ægritudinis: cum oĩs ægritudo ſuo medicetur contrario: vt Aui. allegato capitu. & tertio techni. Vt verbi gratia, aer in phlegmatica debet tendere ad calidum & ſiccum: plus & minus ſm̃ exigentiam cauſæ. Et conſimiliter de alijs dicendum. Et iſte canon ſufficiat in præſenti de his quæ intelligi habent circa illas quinque res non naturales.

Et quia aliæ quinque res a cibo & potu vocantur magis cõẽs, magiſq; neceſſariæ. hinc debet medicus quantum ad illa quinque diætam prius ordinare: & vltimo de cibo & potu. Ex quo inferri põt q; in conficiendis conſilijs prius agendum eſt de illis: vltimo de cibo & potu Circa quem cibum & potum canones quidem attendendi ſunt. Et horum alij ex parte qualitatis, alij ex parte quantitatis, alij ex parte ſubſtantiæ, alij ex parte ordinis: ſimiliter cætera ex parte temporis vl̃is & particularis. Antea nota q; anteq̃ ad hos canones deuenias, in memoria hunc canonem vniuerſalem ſemper habeas: & eſt q; in oĩbus prius conſiderãda eſt virtus. vt. 10. therapeuticæ. et quarto de ingenio primo cap. & quarta primi. & prima quarti. olum. n. natura operatrix: tertio techni. Et hic eſt canon currens dñarum. vnde medicos hos ſpernentes aut poſtponẽtes, ignaros publice enuncia: quorum infamiam fugere ſtudeas.

Fortitudo aũt virtutis compræhenditur ut infra de pronoſticis ex fortitudine vitalis & naturalis, operationibus non multum mutatis ab eo quod conſueti ſunt.

Debilitas vero quę eſt duplex, naturalis. ſ. & accidentalis comprehenditur. Et primo naturalis per res præcedentes inanientes, vt ſuperflua abſtinentia, ſuperflua euacuatio, & huiuſmodi: quæ ſanguinem & ſpiritus hñt minuere: conſumere & reſoluere: nam ſicut ſanguis & ſpiritus, quantitas conueniens ad fortitudinem virtutis faciunt: ita eorum diminutio ad debilitatem. Secundum ſignum eſt venarum inanitio. Tertium demacratio corporis. Accidentalis vero comprehenditur ex repletione humorum: quantitate, qualitate, aut vtroq; modo peccantium: cuius repletionis ſigna iam poſita ſunt in cap. primo. Et valet notitia fortitudinis aut debilitatis virtutis mediæ ad tria principalr. primo ad debite. ſ. ordinandam diætam. Secundo ad euacuandam: aut per phlebotomiam: aut per ſolutiuum. vnde Aui. decima tercij de cura pleureſis, debilitas virtutis non eſt illa quæ poſſit tolerare phlebotomiam aut ſolutionem ventris.

Et ſequendo propoſitum ex parte qualitatis plures ſumũtur canones. Primus eſt ſumptus ex pte qualitatis primę, vt quia calida, frigida &c. nam ægritudini ex cauſa calida conueniunt cibi frigidi. ex parte qualitatis ſecundæ: vt reſolutiuus, aperitiuus, oppilatiuus &c. Nam ſi cum ægritudine ex cauſa calida fuerit oppilatio, ſicut in ictericia citrina, non debet dari cibus frigidus oppilatiuus, ſicut panis milleatius, ſed debet dari talis aperitiuus: & ſi non inueniretur corrigatur eius malitia: vt docebitur infra de compoſitione medicinarum per ſuum contrarium: vt per deoppilatiuum. Quare oportet medicum ſemper diſcurrere per areolas ſimplicium. Similiter. Et propter tertiam qualitatẽ: vt dato q; cibus ſit frigidus deoppilatiuus: tñ per qualitatem tertiam fortaſſe nocebit hepati. Eodẽ modo de virtute quarta: quia aliq̃n aliquis cibus habet a forma ſpecifica ſiue per quartam virtutem aliquod determinatum nocumentum, per quod plus nocebit q̃ iuuabit ex parte aliorum trium ſimul. Iſta igitur oportet medicum conſiderare. quæ ſi diligenter inſpiciuntur: non parua ſunt.

Secundus canon ſumptus ex parte qualitatis cibi: vt nutribilitas dicatur cibi qualitas eſt: q; cibi qualitas eſt menſuranda hoc modo: quia aliq̃n augenda, aliq̃n diminuẽda. Vt verbi gratia, aliq̃n oportet dare cibum multæ nutribilitatis: ſicut uirtute exiſte multum debili, oua ſorbilia, teſticuli gallorum nondum coeuntiũ: aliq̃n cibum paucæ virtutis: vt cum appetitus fuerit intenſus, & membra repleta fuerint. Tertius canon: vt penetrabilitas ſe tenet ex parte qualitatis: q; eius penetrabilitas facilis aut difficilis conſiderãda eſt. verbi gratia, cum volumus cito ſuccurrere virtuti per cibum aut potum facilis penetrationis, dabimus cibum aũt vinum multum liquidum.

Quartus eſt facilis reſolutio aut difficilis, cõſiderandum eſt vt ẽt reſolubilitas ſe tenet ex parte qualitatis: nam cum uolumus corpus forti exercitio exponere, debemus eũ nutrire cibis, difficilis reſolutiõis: ut carnibus bouinis, pane

mideácio, & huiuſmodi. Similiter ſi corpus habet diſpoſitionem, vt cibaria in fumum conuertat: debemus ei exhibere quæ difficilis ſunt reſolutionis.

Ex parte quantitatis ſimilr̄ attendendum eſt: vt ſi debita quãtitatis quã aliqñ augere, aliqñ minuere oportet ſm debilitatem aut fortitudinem virtutis totius & ſtomachi. ſimiliter ſm varietatem contingentiarum q̃ occurrere pñt: quæ quaſi infinitæ ſunt. Alius canon eſt cõis qualitati & quantitati. Quia aliqñ oportet augere quantitatem & minuere qualitatem ſimpliciter appetitu exiſtente intenſo: & ſtante repletione totius, debemus augere quantitatẽ, & minuere qualitatem: ſtante aũt fortitudine virtutis in principio febris acutæ, debemus minuere vtrunq;.

Ex parte ſubſtantiæ canon circa groſſitiem & ſubtilitatem: tam qui facilr̄ incurrunt oppilationes, ſe a groſſis cibis abſtineant. Item ſi in præſenti oppilationem patiũtur; vt a carne porcina, vaccina & huiuſmodi. & oppilati vtãtur ſubtiliãtibus & apitiuis: vt fœniculo. petroſillino &c. hæc tamen cum cautela.

Ex parte ordinis canon: quia cibus groſſus & tardæ digeſtionis debet ſequi cibum ſubtilẽ & facilem digeſtionẽ.

Sed anteq̃ ponantur canones de tempore, ſciẽdum q duplex eſt tp̄s. vt ſecunda primi. particulare & vl̄e. Particulare: vt tp̄s particularis paroxiſmi. Vl̄e, vt tp̄s vnum ex quatuor totius ægritudinis: nam quælibet ægritudo quatuor habet tempora. vt prima apho. & ſecunda primi. & prima quarti. tertio cap. principium, augmẽtum, ſtatum, et declinationem. Et pro tempore particulari ponitur huiuſmodi canon, q ſm plurimum & raro in paucioribus debet infirmus cibari in tempore minoris afflictiõis: quia tunc virtus minus a morbo occupata melius cibum comprehẽdit. Et dr̄ ſm plurimum & raro in paucioribus: qm̃ aliqñ maiori exiſtente afflictione debet cibus exhiberi: vt cum ſtatus eſt cum tanta vehementia accidentium: vt virtutem proſteruant. nam accidentibus proſternentibus virtutem, illico cibus dandus: vt prima aphor. commento. 9. & quarta primi. primo cap. in fine. Et cum illi qui habet complexionem calidã & ſiccam, accidit fames: adueniũt cum ea vigiliæ, & labor aĩalis, & labor corporeus: & feſtinat ad ipſum febris ephimera cum oppilatiõe quadam. q ſi non ſuccurratur & cibetur: ſtatim feſtinabit ad ipſum febris putrida. Item ſtãte forti mordicatione in ore ſtomachi a cholera vel eius vaporibus, ſtatim debet exhiberi cibus illius vel illorũ repreſſiuus: ut multus potus aquæ frigidæ: aut buccellæ panis in vino granatorum infuſæ.

Ex parte temporis vl̄is plures canones ponẽdi ſunt: ſed ante eorum perſcrutationẽ debet inueſtigari ſi ægritudo eſt acuta, chronica vel media ſiue tropica: qm̃ i chronicis minus reſpectu ſanitatis & magis q̃ in acutis: i medijs vero medio modo. Itẽ ſi eſt ſimplex vel compoſita: qm̃ ſimplici ſimplex, compoſitæ compoſita debetur medicina.

Signa aũt longitudinis & breuitatis morbi ex quinque ſumuntur. Primum ſumitur ab extrinſeco, vt aere, regione, regimine, infirmi habitudine, & huiuſmodi. vt verbi gratia, in aere calido, in regione calida, & regimine calido quia humorum calidorum multiplicatiuo & huiuſmodi. ægritudo breuis. Si in contrarijs: quia humorum groſſorũ multiplicatiuo regimine: aere frigido, longa. Iuxta illud ſenis noſtri Hip. Aeſtas oẽs morbos abbreuiat, hyems uero prolongat. Secundum ſumitur ex parte ſignorum talium ab exeuntibus mutatis ac opationibus ſumptis. Vt in qua egritudine pulſus velox erit: & i vrina cito ſigna apparuerint digeſtiõis, egritudo erit breuis. q ſi pulſus erit tardus & in vrina tarde apparuerint, ſigna digeſtionis, erit longa. & hoc p̄cipue qñ ſigna ſic perſeuerauerint.

Tertium ſumitur paroxiſmo: qm̃ ſi ægritudo habuerit paroxiſmos plures et plures incipiant affligere patientem in eadem hora ægritudo erit longa. ſignificant. n. groſſitiẽ & inobedientiam materiæ, vt quarta apho. commento illius. Quibuſcunq̃ ægritudinibus exacerbatione fiunt.

Quartum ſumitur ex ſpẽ ægritudinis. vt verbi gratia, ſquinantia, apoplexia, & huiuſmodi ex natura ſunt breues: quartana, & huiuſmodi ſunt morbi longi.

Quintum ſumitur ab horis p̄noſticis. vt verbi gratia, inceptio appitionis digeſtionis vel contrarij. digeſtionis i quarta die: vt ſi apparuerit nubes alba aut rubea in vrina ſignificabit ſtatum i ſeptima eſſe bonum. q ſi fuerit nigra vel viridis, ſignificabit ſtatum in ſeptima eſſe malum: vt quarta apho. commento illius. Si a febre habito.

Secundo idem iudicatur ex parte fortitudinis vel debilitatis virtutis in die indicatiua. Vt verbi gratia. ſi virtus in quarta incipit fortificari ſupra morbum. ſignificat q i ſeptima terminabitur ad bonum. ſi debilitari ad malum: ſicq; de alijs diebus reſpectu ſuorum idicatorum dicẽdũ.

Tertio ex parte debilitatis motus vel fortitudinis naturæ ſupra materiam morbi in die indicatiua: vt quod ſi in quarta apparuerit modicus ſudor vel modicus fluxus ventris, & huiuſmodi apparuerint ſigna digeſtionis, erit in ſeptima ſtatus bonus. q ſi non p̄ceſſerint ſigna digeſtionis, aut q talis fluxus fiet non in die cretica, erit ad malum. Et pro complemento horum recurre infra ad ea quæ de his ſcripta ſunt in. 5. cap. huius tracta.

Quo viſo ponitur hic primus canon. q diæta in omni tali ęgritudine debet ordinari in ordine ad ſtatum ſiue criſim quæ in ſtatu eſt ſiue fin qm̃ cum ſtatus ſiue criſis longinquus fuerit ſicut in chronicis accidit, debemus dietam ingroſſare, vt virtus ſufficiat vſq; ad ſtatum. Si vero ſtatus ſiue criſis propinquus fuerit, debemus minuere: & tanto plus quãto propinquior: medijs vero medio modo. Et eſt canon Aui. quarta primi: & Halyab. 5. practi. de regimine febricitantium: vbi comparat medicum peregrinanti: virtutem expenſæ ſuæ burſæ, & ægritudinem viæ. Et licet iſte canon ſit poſitiue ſcriptus: habet tñ in ſe ſcrupuloſitatem: quam hic adducere ſuperuacuum iudicaui, cum totus poſitiuus in tractatu iſto eſſe intelligã. hoc tñ perſequẽtes canones magis declarabimus.

Secundus q in principio ægritudinum chronicarũ debemus groſſius diætare cũ morbus ſit debilis & quietus, & virtus adhuc ſatis fortis: & ſic debet fortificari ex cibo: nam ſuperueniente augmento oportet cibum minuere cũ ægritudo augetur: & virtus ſit facta fortis ex ea quod exhibitum eſt ei in principio. Vñ minorationẽ cibi in augmẽto morbi melius tolerabit in quo tempore poterit virtus magis & melius circa morbum occupari: ſed cum ſtatus venerit, debemus amplius minuere: ſeu attenuare: & hoc ſecundum plurimum vt ſupra.

Tertius in acutis in principio debemus ſubtiliare multum: et tanto plus quanto ſtatus ſeu criſis propinquior expectatur: & continue plus aut minus ſubtiliare ſm p̄pinquitatem vel diſtantiam ſtatus ſiue criſis. In medijs vero medio modo. Quæ oĩa vt dictum eſt intelligi debent cõſtante virtute. Vltimus canon pro nunc & vl̄is eſt q iudicia ſumpta ex parte regiminis ſunt proportionalia iudicijs ſumptis ex parte medicinarum. Vñ ex his quę de medicinis dicentur poterit canon de dieta fabricari. Satis aũt hæc pauca & vl̄ia tibi ſufficiant de his quæ circa diætam tuam ex tuo ſtudio aforiſtico: & alibi facto ad pluriũ amplisſimam notitiam facile peruenies.

SEQVENDO ſecundum quo. ſ. ægritudines curãtur aduertẽdum per potionem in propoſito debemus intelligere omne illud quod ingreditur corpus: vt eſt eius alteratiuum ſiue diſpõnis præternaturam in eo exiſtentis remotiuum. Vñ notandum q quidam canones qui ponunt de huiuſmodi potione et audiendi ſunt a dño chirurgicorum & ei magnam vtilitatem afferent: qm̃ quædam quæ dicentur, de alteratiuis intrinſecis, de extrinſecis et intelligi debent. Et anteq̃ ad exhibitionem potionis perueniam poſt notitiam virtutis eſſentiæ cauſæ & loci ægritudinis

ſcire

ſcire debes ꝙ quædam conſideranda ſunt: quorum quædem ſe tenent ex parte corporis, quædam ex parte medicinæ, quædam ex parte ægritudinis, quædam ex parte earũ quæ conſentiunt vel diſſentiunt ipſi potioni. Ex parte corporis: vt virtus totius aut membri patientis: ſimiliter natura totius vel membri patientis ſitus membri: & locus & compoſitio. Ex parte medicinę, ſubſtantia, qualitas, ſpecies & quantitas. Ex parte ægritudinis locus, quantitas, tẽpus & accidentia. Ex parte eorum quæ conſentiũt vel diſſentiunt: vt ætas, ſexus, conditio. De his autem & de iam dictis tales dantur verſus.

Ars, ætas, regio, virtus, complexio, forma.
Mos, & ſymptoma, repletio, tempus, & aer.
Et iuxta hæc ponantur canones ſibi deſeruientes.

Primus igitur canon ex parte virtutis eſt: ꝙ virtus totius & membri a medico maxime conſiderãda eſt. Qm̃ ſi corpus debile fuerit, aut ipſum membrum non debet regulariter operans exhibere fortes medicinas abſolute ſiue alteratiuas, ſiue euacuatiuas, cum tales virtutem extinguant.

Secundus loquendo de virtute membrorum particularium, incipiendo a principalibus quæ membra principalia non ſunt regulariter medicanda medicinis fortibus in quibus eſt aliquid timoroſum: nam cum nocumentũ principali cõicatum ſtatim toti cõicetur: & maxime ſi cordi toti ſtatim nocumẽtum ſequeretur, dr̃ regulariter: quia aliquando coacte membro principali medicamen forte & timoroſum applicamus: vt ſecunda tertij. de cura tremoris calidi prouenientis a caliditate ꝑꝑ dubietatem futuri ſpaſis. docet. n. Auic. applicare opium & mandragoræ ſemẽ.

Tertius: & eſt ſicut correlarium præcedentis, ꝙ totum euacuandum a membro principali ſaltem notabili quantitate: non debet regulariter operando in vna uice euacuari: & ſilr ipſum alterans vel indiſponens non debet per vnũ alterans forte contrarium: ut infrigidans aut calefaciens in vnica applicatione remoueri. Et dr̃ regulariter &c. qa materia exiſtente multa, de cuius multitudine dubitaremus: aut furioſa debemus in vna vice eũare, & ſuo modo de alterantibus dicatur. Dr̃ notabilis quantitas: quia poſſet eſſe ita pauca: ut per debile medicamẽ: & abſq; multa ſpirituũ reſolutione tota materia euacuaretur.

Quartus: ſi applicamus membro principali aliquid uel aliqua quæ hñt virtutem debilitare eius: vt cum hepati applicamus emplaſtra reſoluentia materiam in ipſo contentam: quæ rarefaciendo ipſius ſubſtantiam ipſum debilitãt cum his debemus commiſcere ſtyptica boni odoris hepati conferentia: vt ſpicam, ſpodium, & huiuſmodi: & debẽt ſtyptica poni in parua quantitate: ne reſoluentium & rarificantium uirtutem ſeu operationem impediant. Quod de alijs membris etiam non principalibus eſt intelligendum.

Quintus: ꝙ non ſolum oportet conſiderare virtutẽ patientis membri, ſed & ſui colligati: vt verbi gratia, ſtante febre intenſa, & adhuc ex materia cholerica: ſtomachoq; q eſt membrum cordi alligatum exiſtente valde debili alijs non contrariantibus: non debet exhiberi aqua vehementis frigoris. Sextus: ſub virtute comprehendendo acuitatem ſenſus membri uel hebetudinem eius quod membro acuti ſenſus non debet medicina acuta exhiberi: vt habenti inteſtina ſenſibilia valde: quia forte a natura multum diſcooperta: vt meçereon: tithymallus, & elleborus, & huiuſmodi. Item in enematibus non multum ſalis ponere. habenti vero inteſtina hebetata multum pinguoſa: in quibus virtus ſenſiua eſt ſubmerſa & ſopita: quæ acuta ſunt exhiberi poſſunt alijs non contradicentibus.

Ex parte naturæ: & primo complexionalis. Primus canõ ꝙ medicus debet oĩno notitiam habere complexionis naturalis totius, aut membri patientis: nam hoc multum aperit mentem medici in actu practico. Verbi gratia, ſcito ꝙ Sor. cuius cõplexio naturalis ſit frigida, patitur morbum calidum: arguit ſtatim medicus morbum diſproportionalem ex conſequenti factum ex forti cauſa: & ipſum a complexione naturali multum elongatum. Vñ concludit ꝑgere forti infrigidatiuo. Et per forte in propoſito ĩtelligo potens effectiue. Et quia non paruus ſpeculator exiſtis: et vt tuum ingenium exerceam: de hac materia ponã caſum in terminis. Ponatur ꝙ Sor. phlegmaticus acquirat vnum gradum caloris præter naturam ſupra complexionẽ eius naturalem: & Plato cholericus medium &c. tunc dico ꝙ intenſiora frigida competunt Platoni q̃ Sorti: quia latitudo cholericitatis reſiſtens infrigidantibus in Platone eſt maior, ut patet q̃ in forte. Secundo dico ꝙ potentiora infrigidantia competunt Sorti: eo ꝙ illa quę induxerunt gradum caliditatis, in eo potentiora fuerunt q̃ illa quæ induxerunt medium in Platone. cum ergo cauſa fuerit potẽtior & ex conſequenti agens debet eſſe potentius. Itẽ quia plus de caliditate eſt abijciendum a Sorte: vt ad ſuam naturalẽ complexionem redeat q̃ a Platone. Conſilr dicendum foret, ſi ad eundem gradum vel ſimilem ſm tactum ambo perducerentur. Si vero æque proportionaliter diſtarent a ſuis naturalibus complexionibus per calidum æque ꝓportionaliter frigida effectiue competerent. Quæ oĩa intelligi habent indicatione ſumpta & diſpoſitione præter naturã: quia indicatione ſumpta virtute ſecus eſt: vt patet in iuuene & ſene cauſoniçantibus. Sed pro ampliori canonia notitia ſciendum, ꝙ remiſſiora frigida qñq; efficiuntur intenſioribus potentiora effectiue: & hoc per frequentationem applicationis remiſſioris: vt verbi gratia, in caſu noſtro dabo Platoni cholerico quæ erunt calã in ſecundo aut tertio: vt portulaca, camphora, papauer, & huiuſmodi. Sorti phlegmatico, endiuiam, & huiuſmodi. ſed Platoni magis in magna quãtitate & vnica approximatione vel duabus, Sorti aũt in parua. & continuabo ipſa per hebdomadam: vñ illum vel conſimilem effectum inducẽt. talis in primo in vna hebdomada quem vel qualem, talis in ſecundo vel tertio, in vno vel duobus diebus, vt dictum fuit. Sed Platoni in magna quantitate: quia alijs paribus non debent in tanta quantitate alterantia frigida exhiberi phlegmatico ſicut cholerico: qm̃ virtus phlegmatici debilior eſt ualde: nec eius calor pateretur tãtam frigidorum approximationem: ſicut calor cholerici: nam ex hoc forte extingueretur.

Ex his infertur: ꝙ iuuene & ſene cauſoniçantibus potentiora frigida effectiue competũt ſeni q̃ iuueni. Et huiuſmodi canon totius intelligi habet de medicinis, aut de rebus alterantibus: vt ſicinam de euacuantibus non intelligitur cum euacuantia agant a forma quę nõ eſt ex primis. Quãtum vero eleuari debent in gradu alterantia &c. conſiſtit in æſtimatiua artificialis medici qui æſtimat quãtum cõplexio elongata eſt &c. vñ exercitatum: & natura prudentem oportet eſſe medicum. a. practicæ.

De natura vero compoſitionali & vnitate nihil pro p̃ſenti niſi quod ſcriptum fuit ſupra, ſecundo capitulo.

Ex parte ſitus membri ponatur huiuſmodi canon. Medicus ſitum membri maxime attendere debet: nam ex ſitu cognoſcet per quam viam materia erit euacuanda: verbi gratia, ſi erit in gibbo hepatis per vias vrinæ. ſi in cõcauo per inteſtina: quoniam concauum ſitum ſuum habet propinquum inteſtinis quæ ſunt viæ expulſionis. Vñ prima apho. Vndecunq; natura reperit inde ducere per conuenientis loca: & verificatur exemplũ materia non exiſtente multum groſſa inepta per vias vrinæ euacuari: & ſilr non exiſtente læſione in inteſtinis &c. vñ Gal. tertio therapeu. docet materiam a parte gibbi hepatis per ſeceſſum eũari.

Ex parte loci membri ponuntur canones: ꝙ locus membri in curatione attendendus eſt: vt longinquitas aut, eius propinquitas: nam ex hoc ꝙ ſcio ipſum eſſe propinquum. arguo ex hoc ꝙ medicinę membro propinquo proportionalę nõ debẽt commiſceri aliquid quod eam ad ipſum ꝑducat ſeu dirigat. vt verbi gratia, cum ſtomachus ſit mẽbrũ propinquũ medicinę ſibi conuenienti, non debet &c.

cum medicina ſtatim ex ſe ad ipſa veniat.

Ex quo inferri põt in practica. ꝙ dum intendimus euacuare ſtomachum non debemus commiſcere directiuum medicinæ ad ipſum: ſicut cum a capite euacuamus directiuũ ſolutiui ad caput: vt ſtœcados et huiuſmodi cõmiſcemus.

Infertur ſecundo ꝙ non ita digeſtiuis: & tot indigemus in euacuando materiam ſtomachi: ſicut aliorum membrorũ.

Si uero fuerit longinquum, duo ſunt tunc canones attendendi. Primus vt in medicina fiat augmentum. quod non fieret ipſo exiſtente propinquo: & cauſa: quoniam medicina ad ipſum membrum nõ põt peruenire niſi per plures trãſmutationes & plurima interualla: in quo tpe medio de virtute medicinæ non parum reſoluitur. Vt verbi gratia, in fractura venæ pulmonis dabo trochiſcos de carabe cũ aqua plantaginis aut portulacæ: iſta tũ prius in ſtomacho actuabuntur. deinde tranſibunt ad hepar. deinde ab hepate ꝑ venas & alia loca ſenſui non bene manifeſta ad pulmonem: vñ in his locis multum de virtute reſoluitur: quare oportet augere: quod non fieret ſi eſſet propinquum.

Secundus ꝙ cum tali medicina debet admiſceri quod eſt dirigens aut faciens penetrare ipſam ad illud mẽbrum longinquum. Vt uerbi gratia, crocum cum medicinis cordialibus: acetum in emplaſtris, quorum virtutem quærimus profundari: ſicut in ſciatica &c. hic canon quaſi continue in practica currit.

Ex parte compoſitionis canon, ꝙ in membro compacto fortior poteſt medicina adminiſtrari, quia virtus fortior propter vnionem maiorem partium: vnde Meſ. primo vniuerſalium. cap. 2. In membro raro & molli conuenit mollis medicina: quia in eo virtus de facili reſoluitur.

Ex parte vero medicinæ conſideranda ſunt ſubſtantia, ſpecies, qualitas, & quantitas. Ex parte ſubſtantiæ: primo quia loquendo ad intentionem medicorum raritas & denſitas ſe tenent ex parte ſubſtantiæ: nam denſa eſt alijs paribus rara potentior: cum ꝓtentia rei penes multitudinẽ formæ attendi habeat. & ideo plus de rara q̃ de denſa alijs paribus exhibendum eſt. de his ſpeciali[illegible]ua infra.

Ex parte ſpeciei ponitur canon: ꝙ medicinæ calidæ vehementer reſoluentes ſimiliter vehementer infrigidantes: vt medicinæ opiatæ venenoſæ ſunt a prudenti medico multum fugiendæ. patet: quoniam tales ſunt virtutum omnium multum ꝓſtratiuæ: aut ipſas reſoluendo, vt tales in quarto: aut ipſarũ ſpiritus congelando: vt opiatæ. de quibus Meſ. de conſolatione medicinarum diſtinctione tertia. 3. cap. Compingere aũt & ſtupefacere eſt vltimum ad quod intendis: & maxime quando oĩa alia non cõtulerunt: & tunc quoq; ſuper narcoticum eſt præſumendum. Aut aliter ſpiritus corrumpẽdo ſeu extinguendo: vt venenoſæ. Ex quibus infertur, ꝙ a medicinis ſcamoneatis debet ſe medicus inquantum põt abſtinere: de quo infra. 4. cap. Infertur ſecundo ꝙ non recte operantur medici qui cum vna pilula euacuare intendunt materias quaſcunq;: quia cum quinq; aut ſeptem euacuare debẽt quoniam illud facere non poſſunt: niſi illa pilula ſit tota ſcamonea, ſal gẽma, aut huiuſmodi: quæ ſunt venenoſa &c. Vñ a veteribus noſtris non inuenies doſim pilularum quibus vtandum eſt, minorem. 3. 5. qui modernioribus in actu practico meo facili iudicio perſpicaciores fuere. immo cõis doſis eſt. 3. j. robuſtiora fuerunt ſuo tempore corpora humana: & non ita delicata.

Ex parte qualitatis prior canon. ꝙ medicina eligẽda eſt quæ ſua qualitate contrarietur qualitati ęgritudinis. oĩs. n. ægritudo ſuo medicatur contrario, vt ſupra. Et per qualitatem in propoſito non ſolum intelligo primã qualitatem ſed ſecundam, tertiam, & quartam. Vt verbi gratia, ex parte qualitatis primæ. quia ſi ægritudo calida fuerit, eligant frigida ex parte qualitatis ſecundæ: vt ſi fuerit oppilatiua, vel ex oppilatione, eligatur deoppilatiua: ex parte tertiæ. ſi in pectore eligatur agaricus, aut alia medicina pectoralis ſibi contraria: vt hyſſopus: liquiritię &c. Ex parte quartæ. vt ſi fuerit phlegmatica eligatur turbith: ſi cholerica, rhebarbarum. & de his qualitatibus ſeu virtutibus infra.

Ex parte quantitatis notandum ꝙ eius quantitas eſt duplex: vna gradualis, alia ponderalis. exemplum primi, vt talis in primo, ſecundo, tertio, vel quarto. exemplum ſecũdi. vt vnius vnciæ vel. 3. Canon. ꝙ in eligendo quantitatẽ gradualem medicinę debet medicus habere reſpectum ad quantitatem gradualẽ morbi, & ad naturam totius & mẽbri patientis, & ad ea quæ huic conſentiunt, vel diſſentiũt: vt ætas, cõplo, regio &c. vt ſupra. verbi gratia, debet medicus artificioſa cõiecturatione cognoſcere quanta eſt menſura gradualis ægritudinis: vt ſi cõiecturabit ꝙ ſit ut duo debet eligere medicinam ſibi contrariam: vt duo. & forti fortem, debili, debilem. & hoc ſi virtus totius & membri tolerat. Aetas &c. nam aliquando ætas & virtus non cõſentiũt: vt ſupra de ſene cauſonizante. Sis tũ memor canonis Auic. quarta primi. 2. ca. ꝙ caliditas alijs paribus eſt acutior in ſua actione q̃ frigiditas: ideo oportet augere quantitatẽ frigiditatis ſi cætera conſentiunt cum uolumus per ipſam caliditati reſiſtere. De quantitate ponderali tñ pro nunc dicatur. ꝙ etiam ipſa conſideranda eſt in relatione eorum q̃ dicta ſunt: nã de tali particulariter infra. 4. cap.

Ex parte ægritudinis primo de loco canon eſt, ꝙ ex notitia loci ægritudinis eligit medicus medicinas directiuas medicinarum quibus indiget. verbi gratia, ſcito ꝙ ægritudo eſt in vijs vrinæ, eliget diureticas. ꝙ ſi eſt in pulmone, pectorales & conſimiliter de alijs.

Secundus. Ex notitia loci ſcitur per quam viam debet tranſire medicina: vt ſi ægritudo fuerit in inteſtinis inferioribus debet medicina imponi per inferius. imponẽdo clyſterem ſicut in colica. ſi in ſuperioribus, per ſuperiora: vt per os, vt in iliaca. Ex parte quantitatis: vt iam dictum eſt: quia forti fortem &c. Vbi notandum. ꝙ ex proportionatis & diſproportionatis ęgritudinis ſciet medicus ſe debere eligere medicinam fortem aut debilem: nã cum ægritudo fuerit proportionalis, eliget medicinam debiliorem reſpectu eius q̃ ſi foret diſproportiõalis: quoniam proportionalis alijs paribus eſt debilior: cum a debiliori cauſa fiat. ſecunda primi de ſignis complexionum.

Ex parte temporis canon. ꝙ ægritudinum tempora & maxime vliã ſunt a medico multũ conſideranda: quoniam alia debentur in principio, alia in augmento, alia in ſtatu, alia in declinatione. Et huic canoni magis obediunt dñi chirurgici q̃ phiſici: & bene docti frequenter non bene aduertunt; vt non mirandum, ſi eis non ſuccedit. Iuxta quem ponunt alij. Primus ꝙ in principio vl'i morbi materia exñte furioſa aut multa. de cuius multitudine timeamus: aut cuius digeſtio non expectatur: vt in ſynocha: debet medicus nõ expectata digeſtione euacuare.

Secundus. ꝙ conſtante virtute debet materia exiſtente furioſa: aut cuius digeſtionem non expectamus a principio eradicatiue euacuare.

Tertius. Exiſtente materia multa de cuius multitudine timemus, debet in principio minoratiue euacuare.

Quartus. His non obſtantibus caſibus debet medicus añ euacuationem propriam digeſtionem materiei facere: & dr notanter propriam: quia euacuationem materierum cõium cũ clyſtere aut medicina leniua ſemp põt præmittere: & meo iudicio debet vt prima quarti de cura putri. in generali fatis ad principium. Ex parte accĩtium dicendum, ꝙ ſicut vmbra ſequitur corpus: ita accidentia ægritudinẽ. & Gal. tertio de accidenti. hinc curata ægritudine curantur facile accidentia, & curæ ipſorum deſeruiunt & iam dicti canones: vñ aliquando oportet prius accidentibus inſtare q̃ morbo ſed hoc eſt coacte & non regulariter. 7. col. de cura ſynochatum. Ex parte eorum quæ conſentiunt & diſſentiunt ponatur canon, ꝙ in exhibitione medicinarum debet medicus ad illa quæ dicta ſunt diligenter attendere: vt ad aerem, ætatem &c. Verbi gratia, ſi ęgritudo eſt calida, & in-

diget

diget medicina frigida, vt dictum eſt: cum aūt aer ſit calidus fouens ægritudinem, hinc frigidiori medicina indiget q̄ ſi frigidus foret. ſilr econtra. Item quia aer factus ſaltem valde calidus trahit materiam de centro ad circūferentiā. & medicina ſolutiua oppoſitum agit . ꝓpter quod in eius operatione multum debilitatur: & virtus proſternitur ex hoc inordinato & contrario motu : hinc ipſa dari non debet: dicente Hip. q̄rta aphoriſ. q̄nto apho. ſub cane &c. et ſi opus ē dare, deſ aere exiſtēte minus calido, ut de nocte: aut aēr alteretur ex arte. Conſilr ex parte ætatis &c. quia ætas pueritię, ſilr ſenectutis fortem non patitur medicinam, iuuentus vero fortius. Ex parte conſuetudinis: quia conſuetus debilis fortiorem tolerabit medicinam q̄ fortis inſuetus: & per alia hoc modo diſcurras.

Et notes ꝙ inter hæc oīa dignior eſt conſideratio aeris. Primo quia aer ſic in noſtra non habetur poteſtate vt cætera. 9. therapeu. 2. cap. Secūdo quia ſine aere ægritudo ſolui non pōt: vt allegato ca. vnde uidemus plurimos in aere vno exiſtentes non potentes ex ægritudine conualeſcere: q cum ad alium ſe transferunt, ſtatim liberātur. Vn̄ plurimi medici qui ægros ſuos ad alium aerem transferre præceperunt maximum honorem ex hoc conſecuti ſunt: & ſilr qui de aere non curarunt in verecundia inciderunt. nam nobilitatem aeris in cura ægritudinum extollit Gal. allegato loco: & Auic. q̄rta primi primo ca. Et ſicut dicimus de mutatione aeris: ita de mutatione terrarum & formæ: nam p̄cipitur patienti torturam, vt ſpeculum chalybeum inueatur, vt laboret in rectificatione eius ex mutatione facta de forma in formam: & æſtimo ꝙ cum ægrotantes non obediunt medicis in his quæ ponuntur ex parte aeris & aliarū ſex rerum non naturalium, ipſi ſanitatem nō æq̄ cito attingunt: vt ex dictis patere pōt: & fortaſſis ob harum rerum negligentiam non raro commotiuntur. Studeas ergo ut in his ægrotantes tui tibi pareant. Alios canon. generales ſuſcipe. Primus ex toto ignorato morbo nō debet medicus cum forti medicamine operari: ſed ipſum magis naturę dimittere: nam probabile eſt, ꝙ hoc contingat ex debilitate morbi quem in paucis natura manifeſtabit : natura nanq; non ęget auxilio medici niſi cum magnificato morbo nequit dn̄ari. interiorū primo. Secundus ꝙ regulariter operando ſemper a facili ad fortius eſt procedendum : vt primo dentur digeſtiua leuia, ſecundo fortiora. Silr de alteratiuis alijs eūatiuis intelligendum. Et dr̄ regulr̄: quia coacte aliq̄n oportet a fortiori medicina incipere. vt verbi gratia q̄n morbus non daret inducias: vt q̄n timeremus materiā fieri furioſam, aut vehementes febres, aut dolores expediremus ex indicijs: aut per inducias timeremus de caſu virtutis. Tertius ſi ex recta operatione comprehenderis non ſequi iuuamentum: debes ad illam medicinam conſimilis virtutis te trāsferre. Vt verbi gratia, vbi ponebas chamomillam: & recte operaberis, pone melilotum: quia aut ꝓpter aſſuefactionem, aut forte a forma ſpecifica iuuamentū non ſequitur. Ex quo ſoluitur q̄ō: ut infra: quare plures medicinæ eiuſdē gradus virtutis quantitatis ponuntur in eadem recepta. Quartus ꝙ in fortibus temporibus regulr̄ non debent fieri fortes eūones: vt ſolutio uentris, vomitus operatio venæ: vt in hyeme, æſtate &c. & huiuſmodi canonis cauſa & intellectus ex dictis patet.

Quintus et ultimus et de hoc magis infra: ꝙ ſummo ſtudio attendendum eſt: q̄n in eadem ægritudine coniunguntur duo quæ requirunt contraria remedia adhiberi: vt verbi gratia, in forti dolore colico ex materia frigida: nam ratione materiæ debentur calida: ſed ratione accidentis frigida ſtupefacientia. Vnde in hoc caſu debet attendi ad id qđ magis ſuſpectum eſt: altero tn̄ non neglecto. Vnde prima quarti de cura putridarū in generali. Et oportet vt obſeruetur res magis timoroſa de vna duarum rerum &c.

Sequitur de caſu in terminis.

EX QVIBVS oībus patet ſpeculanti modus ponendi caſum medicinalem in terminis ſuis : & ut inueniſt faciliter hoc iuuenes quod eſt primum, & maxime cōſiderādum in oī cura, ponam ipſius caſus deſcriptionem cum ſua declaratione vſq; ad exemplorum additionem: ſubiungens ad ingeniorum apertionem modum exemplarem in conſilijs proſequēdum. Caſus in terminis ſm̄ medicum eſt manifeſtatio diſpōnis non naturalis corporis humani quo ad eſſentiam & cauſas eius cum apertione earum rerū quarum notitia medico an̄ actualem medicationem eſt neceſſaria. Nemo quippe in re medicationis recte progrediet niſi eſſentiam ægritudinis eiuſq; cauſas primum aperte cognouerit: nā & pricepſ nr̄ ſua ſingulari doctrina ſic admonuit: vt non niſi cognita ægritudine ad eum medicationis actum feſtinemus. Ioquit. Cū ignoras ægritudinem, ſubtilia regimē: vt ex hoc ægritudo ipſa manifeſtetur. Quis. n. non niſi mentis inſanæ aduerſus ignotam hoīs diſpōnem antidotabit caſu quidem a fortuna nonne operabitur. Expectatur fortaſſis in tanto timoroſoq; opere fortuita ac caſualis operatio. Quid. n. inter terrena hoīe dignius. ſi ī operandis: recuperandiſq; domibus alijſq; artificialibus cōe ingenium ſingulareq; ſtudium adhibemus: vt certa ac recta operatione procedamus : quid in recuperanda hoīum ſanitate faciemus in qua felicitatem humanam non pauci philoſophi poſuere? Intelligaſ quantū ócij dedit Euclides: vt artificialia ipſo non dico coniecturatiua ac vera ſeu firma demoſtratione perficerentur. Non pōt. n. vera diſpoſitiōis huiuſmodi haberi notitia: neq; rei alterius, niſi vt ſuarum cauſarum cognitio prius habeatur. Quod aperte ſummus Ariſt. ſuorum phiſicorum procemio declarauit. Conantur veri authores ex multiplici ſignorum pōne et eſſentiæ diſpōnis in veram notitiam prius diſcipulos ducere: poſt quod & cauſas multiplices immediate demōſtrant. Sicq; eſſentiæ ægritudinis & eius cauſarum notitiam ante actualem medicationem eſt neceſſaria. Ex quibus caſus principaliter conſtituitur. Cūq; proceſſu naturali res medicationis canonibus euacuetur: nō paruam recipientibus varietatem ex ægritudinis ipſius rerumq; naturalium: pluriumq; eis annexarum: cæterorumq; diſpōne diuerſa ob q̄ in alijs aliter, in ceterisq; ſuo ordine congruenti procedere oportet. Non immerito ergo dixi in caſu ipſo eas res aperiendas eſſe. Iuris etenim conſulti ex facti narratione: circūſtantiarumque neceſſitatum ipſum in terminis figurant: neq; medico arbitrabar fore neceſſarium in caſus ſui pōne diſpōnis eſſentiam & eius cauſas circunſtantes & neceſſarias res de quibus poſt manifeſte aperire intēdimus : nam eorum neceſſitatem ex his quæ dicentur quiſq; peritus facile intelliget.

Sunt. n. res ab ægritudine ſumptę, qualitas, quantitas, locus, tp̄s, accidentia. Ex parte rerum naturaliū compl̄o, virtus totius, & particulæ patientis. His vero neceſſario annectitur ætas, ara, ſexus, regio, & forma, ſiue habitudo, conſuetudo, repletio, tempus & aer.

Qualitatem aūt ægritudinis neceſſario cognoſci oportet: cum calidis frigida, frigidis calida annullētur: & acuta in canonibus ſuis a chronica q̄ maxime diuerſificatur.

Quantitasq; non minus cognoſci habet: nam forti fortes debili debiles medicinæ dentur. Addo gradualem mēſuram quam hoc loco ſub quātitate collocaui. etenim gradualē eius receſſum corporis humani reſpectu ſcire oportet regulariter: q̄n talibus in ſecundo debentur talia in ſecundo. & vltra ſicq; de alijs. Amplius q̄n proportionalitate & diſproportionalitate fortis aut debilis debet eligi medicina. Quantūq; loci notitia ad curam faciat: q̄ſq; naturę ſcit operator. Quis. n. ambigit materię vijs ductuū propinquæ faciliorem deberi medicinam q̄ ei quæ in vijs remotis iacet. Item & perſæpe medicina vl̄is particulari ęget: quæ eam ad particulam patientē dirigat. Alia quoq; debentur in ſtatu, aliaq; in declinatione, cæterisq; temporibus ſuo modo iudicandum. Accidentia quoq; ignorare

non oportet: cum perſæpe curam de ſeipſis prius vocent. vt Aui.7.ca. Complexio nãq; prius notari debet in huius rei teſtimonium præter authorum ſententiam vulgatam & non immerito noſtram adduco.

Quid de virtute dicemus, quæ in oĩbus prius eſt conſiderada: eſt etenim oĩum operatrix natura: quam non tñ totius, ſed & particulæ patientis. dico quammaxime colẽdã eſſe. Propter quod & ſenſibilitatem particulę, vt inteſtinorum, aut eorum obtuſitatem pp̃ pharmaca ipſa cõſiderare oportet. quis.n. hæſitat non eandem, eodemq; modo omni poſſe ætati competere.

Artemq; conſiderare velis: cũ a laborioſa & a forti medicina abſtinere nos moneat.

Regionem vero iam annotabis neceſſario: nã meridionalis debiliorem: & ſeptentrionalis fortiorem petit medicinam. Habitudo quoq; neceſſario conſideretur: debiles nãq; in membris ſpermaticis graciles: ſpiritibusq; ſuis facillime reſolubiles nõ eam pati pñt alterationem ſiue euacuationem, quam carne compacti membris robuſti, et ſpiritibus non niſi difficulter reſolubiles.

Pñt nãq; & aſſueti medicaminibus inaſſuetis alijs paribus fortiora pati medicamina: & repleta corpora vacuis pl'a ſuſtinere poſſe. Et nemo dubitat alia in æſtate, alia in hyeme deberi medicamina: nam & qñ in æſtate abſtinere præcipit Hipp. cum caniculam nominat. Sicq; cum aeris fuerit diſtemperantia maior aut minor aliter in exhibẽdis alterantibus. His oĩbus ſexum addere iudico qui ſemper in principio caſus expreſſe ponendus eſt. Et ut hoc facilius memoriæ commendetur hos addidi verſus.

Aetas poſt ſexum, virtus, complexio, forma,
Ars, mos, repletio, ſic regio, tempus & aer.
Eſſe aſſint cauſæ, qualis, quantusq; locusq;.
Tempus, ſymptomata morbi. hæc caſumq; figurant.

His itaq; facile inducitur. q̃ eſſentia & cauſæ diſpõnis non naturalis in caſus manifeſtatione neceſſario aperiunt. Ex quibus omnibus caſus ipſe perfecte integratur.

ET VT FACILE atq; efficacius quę poſita ſunt apud iuuenes intelligantur ex duobus exemplis aperiam.

Primum quidẽ de ægritudine cõi faciam. Alterum de particulari membro caſum in terminis figurabo.

Exemplum de primo, ſeu de ęgritudine cõi. Accedit comes ad principem dicens. dñe princeps Auic. Ego comes xxv. annorum virtute totius fortis, quo. ſ. ad membra vitalia, naturalia, & aĩalia cordis calidi, & non multum & conſiſt cerebri, ſtomachi frigidi & hæpatis calidi ultra naturale principium: & amplius calefacti præter naturaliter ex cauſis quę dicentur cum inteſtinorum ſenſibilitate obtuſa habitudine carnoſa ac in ſpermaticis mediocris: complexione cholericus cum participatione aliquali phlegmatis, venationibus quotidianis, & equeſtribus deditus. dubito ſatis regimine rectus quo ad horas cibi & potus: licet in qualitate & quantitate horum exceſſiue multis humoribus repletus: medicaminum aſſumptionibus cõſuetus ob ventris ſtypticitatem naturalem vrina groſſa tendente ad rubeum. Regione meridionalis. Iam in tpe veris & aeris in moderata caliditate patior febrem quæ eſt tertiana non pura: non tñ a pura multum diſtans. etenim durat horis. x. & ſex: tñ vehementis exiſtit inflammationis: cuius fortitudinem ſiue acuitatem nõ veram: non multum pertimeſco cum ſit talis in ſecundo mei reſpectu: & eius materia coniuncta in locis quæ ſunt añ hepar extra venas continetur. & nunc eſt principium augmenti eius. Eſt.n. cum dolore capitis ſiti intenſa: & nauſea cum hepatis inflammatione: vt dictum eſt. Cuius cauſa ex ſignis compræhenſa & maxime coniuncta eſt materia putrida: extra venas miſta cũ cholera naturali & phlegmate modicum viſcoſo: ſiue putrida fuligo ab eo eleuata. Añs vero materia nõ putrida apta tranſire in putridam: in venis aut ſtomacho collocata. Primitiua vero inordinatum regimen quod feci ex vſu rerũ calidarum calefacientium & deſiccantium ea parte quaſi oĩum ſex rerum non naturalium. Modo ſuper his ſalubre peto conſilium verum &c.

Ex his colligantur primo eſſentia ægritudinis, cum dr̃ febris: et cauſa eius formalis, cum dr̃ tertiana non pura: materialis, cum dr̃ materia miſta: efficiens et propinqua, cum dr̃ coniuncta: remota, cum dr̃ primitiua &c. De finali non ſe intromittit medicus: niſi pro quanto conatur remouere eã: cũ finis eius ſit diſpõnis p̃ter naturã conſumptio &c.

Et ſic apparet notitia diſpõnis quantum ad eius eſſentiã & ad cauſas phyſicas & medicinales: patet ſecundo principaliter eius notitia quantum ad alias res quæ per ea completa habenda ſunt neceſſariæ.

Exemplum de particulari morbo. accedit Iuſtinus ad principem dicens. Dñe princeps Auic. ego Iuſtinus. 40. annorum virtute totius ſatis fortis. ſ. quo ad vitalem aĩalem & naturalem: cordis parumper calidi, cerebri humidi, in caliditate mediocris, ſtomachi declinãtis ad latus frigidũ, & parum hepatis calidi in primo renum calidorũ in principio ſecundi: & debilitatorum accidentaliter ob debilitatem expulſiuæ coitus ſuperfluitate, & artis exercitio vehementi: necnõ ex eorum caliditate ſuperflua attractiua multum vigoratur, cum ſatis remiſſa inteſtinorum ſenſibilitate, habitudine carnoſus, & i ſpermaticis, robuſtus, complexione ſanguineus cum participatione phlegmatis, arte fabrili, multum repletus, medicaminibus non conſuetus: ſed bñ huic morbo ventre naturaliter ſatis lubricus, ſocietatibus & bibitionibus deditus, regione ſeptemtrionalis: iam in tempore autumni aeris immoderata frigiditate. Patior dolorem qui eſt renalis cum punctura acuta quæ ſentitur deſcẽdere verſus pectinem: dolorem ẽt in eodem loco cõmunicato cum frequenti vomitu materiæ miſtæ ex phlegmatæ viſcoſo, multaq; cholera vitellina pauca: & ẽ dolor intenſus valde verſus quartum ſe extendens gradum mei reſpectu: cuius acuitate & magnitudine lapidem pertimeſco per poros vritides deſcendentem: dubitans: ne inde ſequatur viarum aut veſicæ excoriatio. & eſt cum frequenti & pauco mictu: ſiue dyſſuria: vrina tenui valde. Cuius cauſa coniuncta eſt arenulæ vel lapis iam factus. remota vero & primitiua inordinatum regimen ex parte ſex rerũ nõ naturalium: pp̃ quod multiplicatæ ſunt materiæ groſſæ viſcoſæ: quæ per aſſationem in lapidem ſunt conuerſæ a caliditate renum exceſſiua. Añs vero ſiue materialis eſt phlegma ipſum crudum: vel mucilago a ſtomacho vel ab hepate ad renes tranſmiſſum ex inordinato regimine genitum. Modo ſuper his peto veſtrum ſalubre conſilium.

AD QVAE reſpondet princeps. primo ponendo canones curationis: deinde antidota quibus ipſi canones cõplentur. Tertio ſubiungit canones compoſitiuos ſiue magiſtrales. Quarto ad latus inſcribẽdo ex oppoſito canonũ cõpoſitiuorum ſiue magiſtralium ponit canones vſuales.

Ex quibus apparet primo q̃ actus medicationis ex tribus tm̃ conſiſtit. ſ. ex caſus ipſius põne. Notitia canonum. Et antidotum canonibus deſeruientium. Et hoc eſt q̃ pr̃ nr̃ Cermiſonus ſępe inquiebat, dum aſſerebat tria añ actualẽm medicationem noſcere oportere.

Patet ſecundo quis modus & ordo rõnalis valde tenendus eſt in ſcribendis conſilijs. Quem Cermiſonus ipſe ſuo mathematico atque phiſico ingenio Italos medicos illuminando adinuenit.

Et vt facilius iuuenes compræhendant quæ dicta ſunt: ſatis m̃ meo iudicio aperta vnicum exemplar deſcribam conſilium iuxta caſum primum poſitum eis deſeruiens. & hoc ſi primum iſtud ordinauero, quod maius ſecretum artis medicinæ eſt ſcire caſum medicinalem in ſuis terminis ponere: ex quo canones, vt patuit, faciliter eliciuntur i vñ cum libri authorũ antidotis ipſis ſimplicibus et compoſitis morbis oĩbus appropriatis pleni ſint: facile ægritudines ipſe ſic notæ curabuntur.

Ex quibus

Ex quibus inferendum eſt: q̄ deridendi ſunt hi, qui appropriata tantum ſequuntur tanquam artia ſtrictiora ipſum ſcilicet caſum negligentes. Primus. Ordinetur diæta ſex rerum iam dictarum in oppoſitum cauſæ morbi ipſius in qualitate, quantitate, tpe, et hora. Secundus. Euacuent̄ materiæ cōes in mēbris naturalibus contentæ: & aliquantulū ꝑprie ꝑꝑ ꝓpinquitatē earū vijs ductus & repletionē: quā ex inordinato regimine incurſus eſt. Tertius. Leniat̄ venter continue cū clyſteribus lenitiuis, infrigidatiuis, abſterſiuis, & materiæ phlegmatis aliqualiter eductiuis. Quartus, fiat phlebotomia ex vena hepatica cum abſtractione ſex, ℥. ſanguinis: vel circa. Quintus: digerātur materię ꝓpriæ prīo digeſtiuis leuibus ad hoc appropriatis. Sextus, euacuēt̄ dictæ materiæ cū eūatiuis leuibus pharmacijs appropriatis aut vomitu. ſi ita facile fieri potuerit qm̄ ē ex rebus magis iuuantibus inter eūones: & maxime poſt cibū ſtatim et hoc in caſu nr̄o. Septimus, confortet̄ hepar cum frigidis & aliqualiter ſtypticis a proprietate & a qualitate manifeſta hepati huic conferentibus. Octauus. defendatur cerebrum ne vapores eleuatos recipiat: & ab eis offendatur: vt inde dolor mitigetur aut tollatur. Nonus. Exhibeantur ſitim mitigantia ac extinguentia. Decimus. digerantur ſecundo materiæ cum digeſtiuis fortioribus.

Vndecimus euacuetur dictæ materiæ cum pharmacijs fortioribus aliqualiter mordicatiuis propter ſuorum inteſtinorum obtuſitatem. nam cum febris ipſa tranſeat ex ſui natura terminum tertiæ puræ: & ingrediatur ſpatium operis tropicarum non eſt veriſimile ipſam materiam eradicari poſſe in vna eūone minoratiua, attenta ex caſu repletione quam aſſerit ſe incurſum. Duodecimus. Exhibeant̄ poſtremo ad intra & ad extra confortantia hepati & deoppilantia & reſoluentia reſiduum materierum in eo, aut locis ꝓpinquis derelictarum. Iam reſtat dicere quomodo complentur dicti canones: & primo q̄uo completur primus. declinet digeta primo ad frigidum & humidum: cum qua ponitur odor rei calefacientis: nam cum ſit cholericus et exercitio multum deditus, indicatione ē ſumpta a febre ipſa: & a cauſa: cum cholera ipſa in caſu non commiſceat̄ multum phlegmatis attēta ætate competunt frigida & humida: cum quibus propter phlegma addatur odor rei calidæ. Et qm̄ ægritudo eſt talis in ſecundo cōpetunt frigida, & humida in eo in manſione tamen altiori. vt verbi gr̄a, ægritudo eſt in prima ſecundi frigida erunt in ſecunda ſecundi. Et nota huiuſmodi: q̄ vſq; modo ab aliquo authore non inueni rem cibalem frigidam tranſire ſm̄ gradum. de calida autē ſic vſq; ad quartū: quod credo contigiſſe ex amicabilitate caliditatis humanæ complexioni maiori ipſa frigiditate. Exemplum. & procedā eo ordine quo ꝓcedi debet: non tñ multiplicando: ſed de ſingulo ſingulū ponam exemplum: ne ipſius exempli naturā excedere uidear.

De aere: aer declinet ad frigidum & humidum, & ſatis notabiliter propter eius immoderatam caliditatem quam actu habet: ipſe nāq; plus operatur in corpus humanū alijs paribus q̄ cibus ipſe: ꝑꝑ continuam eius actionem in ipſū. Sternantur itaq; frondes frigidæ per cameram, aqua cum aceto ſpargat̄, & huiuſmodi. De cibo: & licet panis hordei ſua manifeſta qualitate videat̄ maxime conferre: tñ q̄a difficilius pane frumenti digeritur: nec eſt naturæ ita familiaris ſpecialiter apud nos non ita vr̄ conferre: ſicut panis de ſimila frumenti qui temperatę exiſtit complexionis: ſi bñ conſideretur: & eſt naturæ humanæ magis conformis: cum ꝑꝑ vſum eius: tum ꝑꝑ occultam proprietatem ab authoribus in eo inuenta. De ferculis dētur blites, lactuca cū pauco ſaluiæ: & decoquantur in brodio pulli macri, nam & brodium carnis non vr̄ competere. ipſum tñ ſic alteratum confert: quia natura noſtra carnium eſui eſt conſueta.

De carnibus. Carnes ſunt complexionis temperatæ, aut ad calidum declinant: licet aliqui carnem gruis frigidam poſuerunt. iō eligantur temperatę: & in earum decoctione alterent̄ cum blite, viola, lactuca, & hmōi tñ credo ex frigiditate aquæ ſola ipſas multū remitti in decoctione: & ſunt pullus, perdix, faſianus, vitulus. Item gelaticia &c. ex carnibus facta. De piſcibus. piſces competunt petroſi, truttę, temali, iaçaroli &c. & elexi ſunt aſſis hoc in caſu conuenientiores. De ouis. Quæ alterata p̄nt cōferre maxime tempore neceſſitatis confortationis virtutis. Alterentur hoc mō. Frāgant̄ oua ī aqua endiuiæ, & in ea dimittant̄ quatuor horis: deinde in aqua feruenti ſubito projciant̄: & ſubito extrahant̄ ne dureſcant. De caſeo. Competit caſeus recenter factus ſine ſale, in modica tñ quātitate. De fructibus. Cōpetunt granata, pruna damaſcena, arancia, & huiuſmodi.

De ſaporibus. ex lactuca & endiuia: & petroſelino cum aceto competit aqua hordei cum pauco çuchari duarum coctarū: aut aqua ſimplex cocta cum ſyrupo acetoſo: non dixi aquam hordei: qm̄ aggregare eam cum ſyrupo acetoſo eſt illaudabile. Aui. prima quarti. de aqua hordei.

De ſomno & vigilia. Somnus ſit æqualis vigiliæ. verbi gratia. dormiat a prima hora noctis: uſq; ad unam horam diei: & in die non dormiat, qm̄ ſomnus diurnus inducit febres, ſitim, & dolorem capitis. De motu & quiete. quiea proportionaliter ſit motu lōgior: nec forti exercitio exponatur: ſed leui: & horis debitis. Item fiant fricationes extremorum: nam ipſę tenent locum exercitij.

De inanitione & repletione, non repleatur: ſed omni die, habeat vētris beneficium natura vel arte: & vtatur enematibus ſiue clyſteribus de quibus infra. Hæc ſunt in propoſito multum vtilia: & Aui. gratiſſima. Et quia coitus ſub inanitione continetur ab eo abſtineat. De accidentibus aīæ. non iraſcatur neq; turbet̄: ſed pro poſſe lætet̄: & in his moderet̄: nam multū animi accidentia faciunt ad curā ſpe dīcdam & expediendam: iuxta illud Hippo. ſecūda apho. Confortari mente &c. continue. n. corpori aſſiſtunt: nō tñ tm̄ faciunt quātum aer. ipſa. n. ſpiritualiter tm̄: aer vero ſpiritualiter & materialiter. Poſt poſitionem rerum quo ad qualitatē quibus in digeta vti debet, conuenit vt de eis quo ad quātitatem, tp̄s, & horam aliquid dicatur. De q̄titate & tēpore digetæ. in hac ægritudine conſiderentur lōginquitas ſtatus: quemadmodum in alijs conuenit ægritudinibus: & cum ſatis longinquus videatur, licet non multum, qm̄ expectatur in. 18. vel. 20. die. hinc in principio & augmento ꝓcedatur cum ſatis groſſa diæta reſpectu eius quod fieret in tertiana pura, vnde ſi in pura dabis lib. in hac dabis lib. &. ℥. & hoc in diſcretione medici ſit derelictum. Cum aūt appropinquat ſtatus, ſubtilia modicū. in declinatione vero iterum ingroſſa reſpectu eius quod in ſtatu. Ex quibus patet q̄uo ſe debet habere in tēporibus huiuſmodi febris.

De hora detur cibus ſaltem quinque horis ante aduētū paroxyſmi. Ex quibus patet complementum primi canonis exemplare. Pro ſecundo canone. lenitiuum & aliqualiter minoratiuum materierum cōium & propriarum. ℞. caſię fiſtu. nouiter extractę & electę. ℥. j. ß. electuarij de ſucco roſarum: deſcriptione Meſue. ʒ. j. extrahatur caſia cum aqua abſinthij & endiuiæ. ana partibus æqualibus. Hoc lenitiuum præcedens aſſumat in mane per vnam horam ant̄ diem calidum & non tepidum: ut cōiter exhibent aſtantes in die quietis. Poſt eius aſſumptionem ſtet dormiēs ſi pōt in lecto per horam vel circa. deinde ſurgat: & aliquā camerā aliqualiter perambulet uſque ad horas quatuor poſt aſſumptionem clauſis feneſtris. & tunc prandeat: & ea die ſe a ſomno abſtineat: niſi ſe multum debilitatum ſenſerit ex euacuatione. quod futurum non credo.

Pro tertio cano. clyſterus lenitiuus, infrigidatiuus: abſterſiuus & materiæ phlegmatis aliqualiter eductiuus. ℞. blitis matrum viol. maluæ. ana. M. ß. ſurfurum frumenti quartam partē. M. j. carthami. ℥. ß. olei viol. ℥. iiij. ſalis cōmunis ſiue panis drach. ß. carthamus prius contundatur, & cum ceteris ponatur ad bulliendum in aqua ſufficientis q̄titatis: & bulliant vſque ad conſumptionē tertię partis.

deinde colentur:& fiat expreſſio ex eis.,& de dicta colatura accipiatur metreta:ſiue lib.j.deinde addatur ſal & oleũ & calidum imponatur ſemper eſt bonũ vt in clyſteri aliquid remaneat ad euitandum ingreſſum aeris.Hoc clyſteri utatur alternis diebus in die quietis mane.Poſt cuius aſſumptionem ſtet ſupra lectum iacens ſuper ventrem. Et cũ ſic ſteterit per quartam horæ emittat ipſum: & cum pannis leuiter calis fricetur venter & ilia ſuauiter.Et poſt eius emiſſionem ſtet per mediam horam anteq̃ aſſumat cibum vt vapores oẽs ſint ſedati.& virtus ex eũone aliqualr debilitata reſtauretur.

Pro quarto canone fiat phlebotomia vſq; ad extractionem ſex.℥.ſanguinis ex vena hepatica facta eũone lenitiua in die quietis ſequentis præpoſito enemate per tres horas, vel circa fiat talis phlebotomia.Quia ſi timetur de ſyncopi ſtet iacens ſupine & fiat præuiſio cum arantijs,granatis, & huiuſmodi,vt cõiter fit. Et poſt ſanguinis extractionẽ ſtet ſic ſupinus per mediam horam: quoniã ſyncopis accidit magis poſt venæ clauſionem.

Pro.5.canon.digeſtiuum leue materię cholicæ nãlis cũ aliquali admiſtiõe phlegmatis. ℞.ſyrupi acetoſi ſimpl.℥.ß.viol.℥.j.aquarum endiuiæ.℥.ij.fœniculi.℥.j.miſce.Iſtud digeſtiuum aſſumat.v. diebus continuatiuis calm & non tepidum hora vna vel duabus ante diem ſaltem poſt cœnam per horas.8.& dormiat ad libitum &c.

Pro ſexto can.minoratiuum facile appropriatum materiæ dictæ. ℞. caſiæ fiſtulæ nouiter extractæ.℥.j. electuarij de ſucco ro.deſcriptiõe Nicolai.ʒ.ij. extrahatur caſia cum aqua endiuiæ & abſinthij ana quantum ſufficit:vt ſit potabilis:& ſcito ꝙ aliqualiter aucta eſt doſis electuarij ꝓpter inteſtinorum obtuſionem. Poſt aſſumptionem digeſtiui accipiat hoc ſolutiuum calm: vt ſupra de lenitiuo Et cum eduxerit bis vel ter:hoc eſt per tres horas poſt eius aſſumptionem bibat vnum cyathum aquæ hordei non çucharatæ calm.deinde per horam poſt aſſumat prandium.Poſſet dari manna:rheubarbarum, electuarium de pſillio & huiuſmodi.ſed hæc ſunt poſita gratia exempli.

Pro ſeptimo confortatiuum hepatis, & ſuæ caliditatis remiſſiuum.℞.aquarum endiuiæ.℥.iiij.roſatæ.℥.ij. ſpecierum ſandalini,ceroti.ʒ.ij.miſce:accipiatur petia linea duplicata lata & longa ſm ſemiſſem & infundatur in dictis aquis.deinde exprimatur & tepefiat: vel ſic frigida hepati apponatur & renouetur p̃ſies ante aſſumptionẽ cibi mane & ſero.Poteſt ſimiliter fieri vnguentum, emplaſtrum, vel cerotum &c.

Pro octauo defenſiuũ ne cerebrũ recipiat vapores &c. ℞.ſucci ſolathri.℥.iij.albumina ouorum numero quatuor, aquæ ro.℥.ſex.aceti.℥.ij.ß.miſce:& agitetur albumina fortiter.deinde ſimul cum reliquis miſceantur forti commiſtione.Poſt iſtas euacuationes &c.fiat cum petia linea circa frontem & tempora,vt de petia ponẽda ſuper hepar dictum eſt:& hoc infeſtãte dolore. Et licet fricationes ad diuerſum in hoc caſu conferrent:tamen de eis ſatis ſit dictũ de exercitio.

Pro nono canone cõiter mitigant ſitim çucharum Candiæ retentum in ore:pruna,arancia &c.ualent ſemina citoniorum,maraſca ſicca poſita in aqua &c.ſed ut dictum eſt hic ſunt gratia exempli poſita.

Pro decimo canone digeſtiuum fortius materiæ iam dictæ.℞.ſyrupi de nenufare.℥.ij.oxyçacharæ.℥.ß.aquarũ aceroſæ violatę,betonicæ:ana.℥.j.miſce.Et licet iulepiçatum ſit delectabilius vſui:tñ non iulepiçatum eſt potẽtius. Vbi tñ requiritur penetratio per eum conueniti vt iulepiçetur: quod non eſt in caſu noſtro &c. Aſſumat hoc digeſtiuum his modis quibus dictum eſt de digeſtiuo leui ſuperius poſito.ita ꝙ poſt aſſumptum minoratiuũ ſtet tribus diebus abſq; aſſumptione alicuius medicinæ: ſed poſt in quarto die incipiat aſſumere hoc digeſtiuum:& continuet quinq; diebus vt ſupra.

Pro vndecimo canone eũatiuum eradicatiuum materię dictæ.℞.mannæ electæ.℥.ß.rheubar.ʒ.ij.aſr electuarij.ſucci ro.ny.ʒ.ß.ſpice.gra.ſex.infundat̃ rheubar.& ſpica prius in vino aromatico lymphato cum modico aquæ endiuiæ & ſtent infuſione per horas ſex ad minus: deinde fiat corũ expreſſio fortis:cum qua expreſſione diſſoluatur manna:et & totũ coletur.Deinde caleſiat & propinetur poſt aſſumptionem digeſtiui ſuperius poſiti. Aſſumat hoc ſolutiuũ calidum:vt ſupra cum ordinibus & alijs requiſitis vt ſupra de alijs dictum eſt.

Pro duodecimo & vltimo cõfortatiuum hepatis deoppilatiuum:& caliditatis remiſſiuum &c.℞. trochiſcorum de rheubarbaro: de diarhodon. ana.℥.j. ex his fiant pilulæ cũ ſyrupo de endiuia.de his pilulis accipiat omni die poſt aſſumptionem dictarum medicinarum quinque pro vice mane cum ſurgit.poſt quas ſtet horis duabus anteq̃ comedat:& continuet vſque ad finem ægritudinis:ꝙ ſi ægritudo non recederet:vt ſperatur: oportet redire ad digeſtiua eũatiua &c.ſm ordinem datum:ſicut dictum eſt in principio.Non multiplicaui exempla.nam de digeſtiuis eũatiuis confortatiuis &c.pl̃a poni deberent ex parte confectionũ, vnctionum &c. ſed ſolum ſic ieiune tranſiui:tñ exemplis intendens ſatisfacere.

Poſtremo notandum ꝙ quia morbus & virtus non raro varietatem recipiunt non ſolum gradualẽ, ſed et formalem:tum ex influxu temporum,tum ex parte virtutum, tũ ex parte temporum medicinalium in fine cuiuslibet conſilij quod de foris mittitur: addi debet ꝙ dicta in conſilio tractentur, & moderentur conſilio dominorum medicorum aſtantium: vt conſcientiæ primo, deinde honori eorum ſatisfiat.

Et ex his omnibus patet quis modus ſeruandus in cura cuiuslibet ægritudinis:& ex conſequẽti in conſilijs ſcribẽdis &c. Pro quibus omnibus Deo ſemper gratias ago.

De compoſitione medicinarum.

SED ANTEQVAM ponatur modus rei medicationis per potionem:præmittendum vt tactũ eſt:ꝙ virtutes medicinarum a quibuſdam ponuntur tres:a quibuſdam quatuor. Et primi de tertia & quarta vnam faciunt: vt Auer.5.col.vl.ca.

virtutes ſeu q̃litates medicinarũq;

Sed ad clariorem doctrinam alios ſequendo, dicẽdum ꝙ virtutes ſeu qualitates medicinarum ſunt quatuor:nam hic virtutem accipio: vt eſt de prædicamento qualitatis, & eſt naturalis potentia qua ipſa medicina corpori humano interius vel exterius applicata ipſum habet immutare.

Dicitur itaque virtus prima medicinæ naturalis potentia qua habet ob aliquam qualitatem ex primis corpus humanum immutare: vt calefacere: infrigidare: humectare, & exiccare.

Secunda virtus eſt naturalis potentia qua habet in corpus humanum iducere effectum a quo denominatur: licet ſit in vigore qualitatum primarum vt ſunt effectus ad primos primarum conſequentes: vt reſoluere,aperire,attrahere,conſtringere,oppilare,vlcerare, conſolidare, hmõi.

Tertia virtus eſt potentia naturalis, qua medicina magis vnum membrum q̃ aliud, aut vnum locum magis q̃ alium reſpicit:& in eo aliud q̃ in alio operatur: vt dactylus reſpicit pulmonem magis q̃ hepar. ſimiliter agaricus magis reſpicit pectus & colocyntis caput magis q̃ aliud membrum:& conſimilis de pluribus alijs.

Quarta virtus eſt potentia naturalis qua effectum per formam occultam ſiue ſpecificam in toto producit: vt uirtus qua medicina eſt ſolutiua & humorum aliter reductiua aut veneni quomodocunque expulſiua: vt virtus qua medicina eſt ſolutiua ventris: vomitiua: prouocatiua vrinæ: ſudoris, & veneni beçoar.

Al'bezahar & ẽ ꝓprie lapis q; uulgo dr̃ lachryma cerui,ñ q̃ñq; vt ẽt hic ꝓ quocunq; qd̃ reſiſtit venenis accipitur.

Vlterius notandũ, ꝙ medicinę ex parte qualitatum primarum reperiuntur in quadruplici differentia.Quædã.n. dicuntur tales in primo. Quædã dicuntur tales in ſecũdo.

Quædam

Quædam in tertio. Quædam in quarto: vt calidum in primo, ſecundo, tertio, vel quarto. frigidum in primo, ſecundo, tertio, vel quarto. conſimiliter de humidis & ſiccis dicendum. Et cauſa omnium horum eſt: quia omnis medicina talis corpori humano occurrens in debita quãtitate: aut ipſum non alterat: ſic ꝙ nec ipſum calefacit, aut infrigidat &c. ſed ipſum conſeruat in ſua complexione, aut ipſum alterat. Si primum, medicina eſt temperata: vt capillus veneris, citrum, & huiuſmodi. Si alterat, aut alterat occulte, quia non manifeſte abſque ratiocinio: vel manifeſte. Si primum, eſt primus gradus. Et dicitur non manifeſte &c. quia dato quod caliditas primi gradus trahat hominem extra latitudinem ſanitatis: vt tenuit Gentilis: non tamen ſic trahit: vt illa caliditas vel frigiditas abſque diſcurſu percipiatur: vt quia video ex calore inducto vrinã tinctiorem, pulſum velociorem, ipſum ſiticuloſum. & in hoc gradu caliditatis reponuntur abſinthium, chamomilla, & huiuſmodi. Si manifeſte alterat hoc tripliciter: vel cum tendentia ad corruptionem, vel non, vel medio modo. Si primum, eſt quartus gradus caliditatis in quo gradu ponitur ſcamonea, euphorbium. Si vero non cum tendentia &c. ſic eſt ſecundus gradus in quo gradu caliditatis reponitur cinnamomum. Si medio modo. ſic eſt tertius gradus in quo reponitur gariophylus. De quibus dari ſolent hi verſus.

Primus dicitur in quo ſenſus non dominatur.
Seoſibus æquato gaudet natura ſecundo.
Tertius excedit, ſed cum tolerantia lædit.
Deſtructor ſenſus neſcit procedere quartus.

Circa quos notandum primo ꝙ effectus tertij triplicatur ſuper effectum primi. & ita quartus quadruplicatur cęteris ſemper paribus.

Secundo ꝙ medicina talis in ſecundo in debita quantitate talem effectum perducit: quæ ſi adminiſtraretur in maiori quantitate inteoſiorem effectum produceret vt infra de quantitate dicetur. Ex quo inferri poteſt ꝙ talis in primo per augmentum in quantitate poſſet producere effectum talis in ſecundo: & ſic de hoc infra.

Tertio ꝙ authores noſtri his gradibus aſſignauerunt manſiones: ita ꝙ cuilibet eorum correſpondent tres manſiones: prima, ſecũda, tertia: quas Galen. tertio thechni per numeros declarauit. Vnde dicimus hæc medicina eſt calida in prima manſione primi, in ſecunda. aut in tertia. & conſimiliter de alijs.

Quarto ꝙ aliquando reperitur diuerſitas in graduatione medicinarum inter authores noſtros: quia aliquando vnus ponit. exempli gratia, cepe calidũ in tertio: vt Auic. in tertio canon. Galen. vero in quarto vt infra de ſimplici medicina. Vnde hoc caſu debet hoc modo conciliari per manſiones: quia Auic. poſuit ipſum in fine tertiæ manſionis tertij gradus. Gal. in principio primæ manſionis quarti: & iſta abinuicem modicum diſtant. famoſiori tamen ſemper adhæreas. Eſto igitur ſolicitus ad ſciendum medicinarum gradus, & manſiones graduum: quoniam alter recta medicinarum compoſitio fieri non poteſt: vt ex ſequẽtibus apparebit magis. Scias etiam ꝙ dicta diſcordia facit ad notitiam manſionis ſimplicis.

Medicũ circa medicinarũ gradus, & mãſiões graduũ ſollicitũ ſolum?

QVIBVS habitis cum his quæ dicta ſunt in præſenti capitulo. cum ad compoſitionem medicinæ venire cupiet incipiens ab alteratiuis debet medicus in mẽte ſua recolligere intentiones omnes quæ ſibi videntur neceſſario conſiderandæ in remotione talis vel talis ægritudinis. habito tamen primo reſpectu ad virtutem: cuius ſubſtantiam nunc ſupponamus conſtantem. Et prima ſumitur a quantitate ægritudinis in ſe. Secunda a materia ægritudinis, vt qualitate, quantitate, ſubſtãtia. Tertia a loco. Quarta a tempore. Quinta a natura membri & ipſius colligantia. Sexta ab his quæ conſentiunt vel diſſentiunt.

Et propter primam intentionem debet medicus in mẽte ſua cum artificioſa cohiecturatione, vt ſupra, ſibi hoc primum ſtatuere, ꝙ medicina tota conficienda debet eleuari in gradu tantum ſecundum ꝙ præternaturalis diſpoſitio ſupra naturalem eleuatur: vt ſi præternaturalis eleuat per duos gradus, & medicina per duos gradus. Itẽ ſi ægritudo eſt fortis, & medicina debet eſſe fortis, ſi debilis debilis. & ſemper ꝓportionabiliter: & de hoc infra. Et hoc aduerte ꝙ ſicut huiõi aſſignantur gradus in medicinis alteratiuis & ſolutiuis vt infra: ita ægritudinibus gradus aſſignãtur: vt dicatur ꝙ illa ęgritudo eſt in primo gradu quæ inducit mala accidentia non notabilr̃ perceptibilia, ſiue notabiliter lædentia: vt eſt ephimera, aut tertiana pura leuis. Illa vero in ſecundo gradu quæ inducit accidentia mala notabiliter lędentia: vt eſt tertiana duplex. Illa aũt in tertio, quæ inducit accidentia mala multum notabiliter lædentia: vt tertiana continua. Illa vero in. 4. quæ inducit accidentia mala vehementer & notabiliter valde lædentia apta in breui corpus corrũpere: vt ẽ cauſon forte. Et cõſilr̃ pñt aſſignari manſiones &c. vt de alteratiuis dictum eſt. Conſidera.

Propter ſecundam intentionem eligit medicinam contrariæ qualitatis: quantum ad primam qualitatẽ. primo quia calidam frigidam &c. Secundo propter quantitatem eligit ipſam talem quantum ad qualitatem & virtutem ſecundam: vt quia reſolutiuam &c. Siſr̃ propter ſubſtantiã eligit medicinã talem ſecũdæ virtutis: vt ſubtiliatiuã inciſiuam: vt ſi eſt groſſa ſubtiliatiuam: ſi viſcoſa incidentẽ: & ſiſr̃ magis & minus ſubtiliatiuam: & ſic de alijs ſcḋm multitudinem et groſſitiem maiorem & minorem ipſius materiei: nam materia exiſtente multa & groſſa in principio non debent exhiberi fortia ſubtiliatiua et aperitiua: nam ſic partes calidę ſubtiles euacuarentur ſiue reſoluerentur: & remanentes ineptiores fierent euacuationi ſiue reſolutioni: quia partes calidæ reſolutæ &c. iuuabant ẽt reſolutioni groſſarũ ſeu earũ eiõni. Vnde Aui. prima quarti. de cura putridarum in generali prohibet in principio tumium aperitiua exhiberi. Oportet ergo in recte operando medicum de facilioribus ad faciliora trãſire: vt Cermoſinus noſter, & Meſue de appropriatis. ca. de ſoda frigida. ſed homines noſtri temporis non patiuntur: & totum in eorum caput reuertitur: ſed in hoc conſcientia non ſpernatur.

Erratũ nři tpis.

Propter tertiam eligit medicinam talem quantum ad tertiam virtutem: vt quia ægritudo eſt in pulmone aut in ſtomacho, aut alio loco eligit medicinam pectoralem vel ſtomachalem. Item ex hoc compræhendit per quam viã medicina exhiberi debet: vt in præcedenti cap.

Propter quartam moderat medicinam electã propter intentionem ſumptam a qualitate materię morbi: vt quia in principio non debet eſſe ita calida & frigida commiſcẽdo eam cum alia quæ eius caliditatem, aut eius frigiditatem remittat.

Propter quintã eligit medicinã. vt verbi grã, quia mẽbrũ cui debet applicari eſt raræ ſubſtantiæ & diſſolubilis quę prohibet eius diſſolutionem ex applicatione medicinæ vehementer calidæ: vt commiſcendo ſtyptica. Nã cum hepati volumus applicare calida reſoluentia materiam in eo cõtentam debemus cum his commiſcere ſtyptica ipſum confortantia: & eius reſolutionem prohibentia: vt ſpicam, ſpodium & huiuſmodi. Item cum membrum eſt debile, aut frigidum non debemus applicare vehementia calida, aut frigida, quoniam virtutes exterminantur.

Propter membrum colligatum deſpicit medicus quandoq; medicinam quæ conueniens eſſet multũ illi morbo. vt verbi gratia, ĩ febre tertiana pura rõne caumatis cordis competeret potus plurimæ aquæ frigidæ qui prohibetur propter debilitatem multam ſtomachi cordi alligati.

Propter vltimam intentionem eligit medicus doſim medicinæ aliam & aliam: vt maiorem in iuuentute ſimiliter fortiorem: minorem in pueritia ſimiliter & debiliorem. Similiter reſpectu regiminis temporis &c. vt in hyeme

fortiorem debiliorem in æſtate. Et ſuo modo, de alijs dicendum.

Et ſicut dictum eſt de alteratiuis: ita de ſolutiuis dicendum. Vnde primo debet eſſe medicus commẽſurans q̃titatem ægritudinis. q ſi fortis fuerit, cum forti medicina ſolutiua eſt aggredienda. vt verbi gratia, quia eſt furioſa: ſtatim debet cum eradicatiuo procedere. Non enim intelligo medicinam fortem ſolutiuam: quia etiam furioſa: ſed quia materiam ſubito extirpat: aut apta eſt extirpare ſeu vincere: ſicut Platonem dicimus Sorte fortiorem: immo in materia venenoſa debemus cauere a medicinis venenoſis: ſed de hoc infra magis. Debet ſecundo conſiderari qualitas, quãtitas, ſubſtantia. Qualitas ſi eſt calida, cholerica, eligit medicinam euacuatiuam, vel euacuantem choleram. Si phlegmatica: euacuantem phlegma & huiuſmodi.

*medicia fortis ſolutionis quæ.*

Quantitas quoniam ſi fuerit multa: de cuius multitudine timeamus: ſtatim a principio fortiter euacuamus: ſi nõ multa &c. digerimus prius: deinde euacuamus.

Subſtantia: vt quia ſi groſſa: viſcoſa &c. eligit quæ materiam educit groſſam: vt pilulas de ſarcocolla &c.

Similiter locum vt in capite & fuerit phlegma eligit colocyntida quæ a proprietate a capite euacuat.

Tempus vt cum ægritudo fuerit in principio non competunt fortia tantum, ſicut in ſtatu aut declinatione: quando ſcilicet materia eſt bene digeſta.

Natura membri vt ſi fuerit principale nõ debemus euacuare in vna vice &c. vt ſupra.

Similiter ſi in ſtomacho. Primo quia ſtomachus eſt mẽbrum debile. Secundo quia ſtatim medicina attingit materiam non debet dari fortis: immo nec a proprietate eligentem: vt per talem eligatur talis laborioſe ſoluens: & eſt canon Auic. decimatertia tertij de cura apatia ſtomachi.

Similiter a colligatio: quia cum comprehendis materiã euacuãdam eſſe in gibbo hepatis & gibbus colligatus eſt vijs vrinæ quæ ſunt loca euacuationis exhibet diuretica: & ſi in concauo educentia per inteſtina: vt ſupra.

Similiter ex parte eorum quæ conſentiunt &c. quia in ætate pueritiæ datur minor quantitas &c. Et conſimiliter de alijs dicendum.

*medicię cur ſunt cõmiſceantur.*

ANTEQVAM autem tractetur modus compoſitionis medicinarum adinuicem ponendæ ſunt cauſæ: q̃re medicinæ adinuicem componi habeãt ex quibus patebit: quare hæc vel illa medicina compoſitionem ingrediatur.

Prima cauſa eſt: quoniam in vna medicina ſimplici oẽs intentiones quæ in mente medici conſurgunt per eam ſimplicem compleri non poſſunt: quandoq; enim intentiones ſunt contrariæ: vt quia ægritudines ſunt contrariæ: aut q̃a accidens vertens ad ſe curam contrariatur morbo aut cauſæ eius. Exemplum primi: vt ſiquis pateretur ægritudinẽ frigidam ſtomachi & calidam hepatis. Exemplum ſecundi, ſicut in colica fortiſſima ſupra. Sed ſi cum ſimplici cõpleri poſſent: non eligat ſuper illam medicinam compoſitam: vt. 2. can. &. 5. primo capit. Ex quo infertur q alijs paribus: quãto compoſitæ medicinæ ſunt ex paucioribus ſimplicibus: tanto commodiores & iuuatiores. nam q̃n tot adinuicem componuntur, indigent q̃nq; fermentatiões: & eis fortaſſe acquiritur contraria operatio ei quod intenditur: ſicut in theriaca eſt videre: nam primo ſtupefacit: & cum fermentationem receperit, calefacit. Deinde poſt talẽ fermentationem inuenitur in ea forma vna quæ non reſultat merito ſuorum miſcibilium, hoc eſt quantum ex parte formarum manifeſtarum ipſorum ſimplicium: vt de viribus cordis. cap. de medicinis cordialibus compoſitis. nec huiuſmodi cauſa inueniri poteſt alia quam quod facit experientia. Vnde Auic. 5. can. capi. 1. Propter quod melior eſt experta non experta. Vnde iuxta hoc habe. q quando eandem medicinam in eadem diſpoſitione a pluribus authoribus collaudatam inuenies: illã ſummæ colerę debes: & pro experta habeatur: & ſit ſicut regula. Ex quibus infertur q veriſſimile exiſtit: q inartificioſe componunt qui in omnia ſua recepta multa et multa ſimplicia ſemp adinuicem aggregant: & magis veritas correlarij ex ſequentibus apparebit. Infertur tertio: q multo eligibilius eſt receptis patrū noſtrorum adhærere: quia eas experti ſunt q̃ ipſas de nouo condere. Vnde te vt in confectione receptarum minime glorieris horto: vt moderni: ſed de antiquis magis quam de te confidere.

*Regula.*

*Erratū medicinaliū in ſtione.*

*receptis (q aiūt) antiquorū ſumẽdū prio.*

Secunda cauſa: quoniam aliquando egemus aliqua medicina quam uolumus membro adhærere aut ad interiora penetrare: & talis per ſe non eſt ſufficiens: vt cum ſit ſicca dura, vt corallus: eam cum cera quæ facit ipſam adhærere commiſcemus. Item cum ea acetum: vt cum eo ad profundiora penetret. Similiter cum emplaſtris factis ex radicibus: vt diſtendantur melius radices, & adhæreant, & ad profunda penetrent, ponimus pinguedines, oleum, acetũ.

Tertia cauſa: quia aliquando egemus aliqua medicina violenta: vt ſcamonea: & ea ſola vti non poſſumus. Vnde admiſcemus ei quæ malitiam ſuam tollant & corrigant. vide Meſue de ſcamonea & alijs medicinis laborioſe ſoluentibus. vbi clara & pulchra exempla inuenies. Et ſicut de violentis dictum eſt, ita de opiatis intelligendum: nam cum opio caſtoreum, cum hyoſcyamo allium, cepe, ſemen raphani: cum corticibus mandragoræ, abſinthium ſinapi &c.

Quarta cauſa: quia aliquando volumus: vt medicina operetur effectus contrarios: vt q reſoluat & ſtypticet ſiue repercutiat. ſic admiſcemus calida reſoluentia: & frigida ſtyptica: vt in augmento apoſtematum ponimus chamomillam, abſinthium, vt reſoluant: roſas, & ſandalos, vt ſtypticent & repercutiant.

Quinta: quando per medicinam intendimus expellere venena multa indifferenter calida, frigida &c. & eis indifferenter reſiſtat: vnde eam cum diuerſis medicinis componimus: & hæc fuit cauſa compoſitionis theriacæ.

Sexta: quia aliquando egemus medicina calida in tertio: & ad propoſitum noſtrum eam non inuenimus. vnde commiſcemus calida in primo cum calidis in quarto: & ſic habetur talis in tertio: ſed de hoc infra magis in ſpeciali.

Septima: quia aliquando intendimus: vt medicina tardet in loco: aut prohibeatur eius reſolutio: cum per multas digeſtiones tranſire debeat. vnde ei commiſcemus quę faciant eam tardare: & prohibeant eius citam reſolutionem. verbi gratia. cum medicina quam volo tardare in hepate commiſcemus ſemen raphani: quoniam ſemen trahit ad contrarium medicinam hepatis: quia raphanus reſpicit ſtomachum, vel os eius. vnde in hac diuerſione titubat medicina: & moram in membro contrahit. Exemplum ſecundi: quia cum per multas digeſtiones medicina tranſire habeat: & ex hoc de eius reſolutione dubitem, pono cum ea quæ eius reſolutionem prohibeant: propter quam cauſam opium ponitur in theriaca quinto canone. primo capitulo.

Octaua fuit medicinarum conſeruatio: nam quædam humida ſunt quæ ratione ſuæ humiditatis cito putrefiunt, niſi cum alijs commiſceantur. verbi gratia. çinçiber, myrabolani, chebuli virides, & huiuſmodi quæ conſeruari non poſſunt niſi cum ſyrupis & alijs commiſceantur. Et ſimiliter plurima alia cum melle componũtur: vt diutius conſeruari poſſint.

Nona: quia aliquando vna medicina indiget confortante, aut acuente, aut dirigente ad membrum a quo volumus euacuare: vel quod intendimus alterare, ſeu confortare. Propter primum cum turbith commiſcemus çinçiber. & dicitur eius calcar. ſimiliter ſal gemma cum agarico: propter ſecundum ſtœcadas commiſcemus cum his cum quibus quærimus a capite euacuare: & proportionabiliter de alijs habentibus reſpectum ad alia membra.

Vbi

Vbi tamen notãdum ꝙ huiuſmodi compoſitio non poteſt cõuenienter fieri niſi a proportione cadente inter ſimplicia: quæ proportio eſt duplex. Quædam formæ abſolutæ: cum dicimus, ſcamonea nocet cordi, flammat, aperit orificia venarum &c. & tunc opponitur ei ambra quę corconfortat, cryſtallus qui infrigidat, gallę quę conſtringũt. Alia eſt formę ſpecificæ: vnde propter primum ponimus cum ea ſpicam. propter ſecundum, camphoram, propter tertium, dragaganthum vel maſtichen. Et hæc ſecunda proportio inuenta eſt experientia & philoſophorum reuelatione: & de hac non oportet prolixare. ſtare enim debemus authorum authoritati ſoli. Et iſtam proportionem poſſumus per areolas Auic. & aliorum venari: & hæc eſt vera & opportuna compoſitio ad quam pauci reſpiciunt. Ideoq; compoſitiones nouæ non ſunt antiquis adęquãdę. Fac ergo vt probatos & veteres ſequatis. Tertia eſt ꝓportio quãtitatis de qua infra ſuo loco dicetur. Ex quibus infertur: ꝙ oportet bonum compoſitorem bonum eſſe ſimpliciſtam: & non paruam habere de ſecunda proportione notitiam: & tu ad hoc conſidera.

Simplicium cognitio, admodũ medico neceſſaria.

Sed ſtatim dices. habeo ex dictis cauſſa compoſitiones quare & ſimplicia compoſitum ingrediuntur: ſed cur de vno plus ꝙ̃ de alio ponatur: dic obſecro huius cauſam.

Secundo quare aliquando plures medicinas calidas aut frigidas eiuſdem gradus & quantitatis in eodem compoſito ponimus. cum videatur vna ſufficere. vt verbi gratia. ℞. cinnamomi: galange, ana. ʒ. v. ſimiliter chamomillæ: meliloti. ana. M. j.

Ad primum dicendum ꝙ aſſignare cauſam quare præciſe tantum de vna medicina ponitur in compoſito & nõ plus eſt impoſſibile: nam cum medicus non poſſit habere punctualem notitiam de ægritudine quantum ad eius mẽſuram præciſam: ſic nec cauſam aſſignare poterit quare tãtum præciſe &c. ſed ſicut coniectura artificiali de menſura ægritudinis notitiam habet, ſic coniectura artificiali cauſam reddet quare plus de vno &c. & ſecundum hunc modum plures cauſæ aſſignari poſſunt.

Prima ſumitur ex parte indigentię maioris aut minoris ipſius medicinæ: nam de illa plus in compoſito ponendũ: cuius indigentia eſt maior: & hæc eſt quæ principali intẽtioni medici ſecundum plurimum correſpondet. Et a medicis baſis dici conſueuit. vnde baſis non eſt aliud quam medicina ſimplex uel compoſita, per quam primo & principaliter & magis perficitur intentio compoſitoris: vnde ſicut linea ſiue coſta ſuper quam erigitur figura dicitur baſis. ita & medicina quæ primo cadit in mente medici cum qua primo complet intentionem ſuam dicitur baſis: ſuper quam erigitur totum: quia medicina compoſita: & ſicut deficiente baſi deficit figura: ita & deficiente medicina q̃ eſt baſis, deficit medicina cõpoſita totaliter & effectu ſuo.

Baſis q̃d ſit cõpõne medicamẽtorũ.

Ex quibus infertur, primo ꝙ alijs partibus plus de medicina quæ eſt baſis: debet poni in recepta, quam de aliqua alia. & maxime quando baſis non eſt multi nocumẽti vel periculi: quare oportet eo caſu vt adiuuans baſim ſit maioris quantitatis: vt patet in compoſitione theriacæ: nam baſis in ea eſt trochiſci de viperis qui ſunt alicuius & ſatis magni periculi: quia pꝰ nõ ſunt bene ſecuri: ſicut ſunt trochiſci de ſquilla: quare de trochiſcis de viperis ponitur q̃titas. 24. aureorum: & de trochiſcis de ſquilla. 48. Et ſimiliter vbi ſcamonea eſt baſis propter eius nocumenta, & periculum de adiuuantibus ponitur plus &c.

Infertur ſecundo ꝙ non debeamus confidere de theriaca quæ apud nos fit propter defectum bonæ baſis.

Infertur tertio. cum ſolutiua ſaltem laborioſa ſint multorum nocumentorum: & periculoſa quæ ingrediuntur ꝓ baſi: de ipſis debet põi minor q̃titas q̃ de adiuuãtibus &c.

Infertur quarto ꝙ de alteratiuis tantum & ſolutiuis benedictis eſt econtra: & tu conſidera. Et conſimiliter vbi minor indigentia: minus &c. proportionabiliter. Vnde ꝓ

Regula.

ue.

regula tenendum ꝙ ſicut intentiones in mente medici ad inuicem proportionantur ſiue comparantur, ſic & medicinæ eis deſeruientes in quãtitate & virtutibus ac alijs ꝓportionari ſiue comparari debent.

Secunda cauſa ſumitur a fortitudine ſiue debilitate medicinæ. Vnde quia eſt debilis virtutis augemus eius quantitatem: vt quantitate ſuppleat loco debilitatis: & de hoc infra. Vnde quia roſa debilis eſt virtutis, eius quantitatem in compoſitis multiplicamus.

Tertia ſumitur a ſubſtantia medicinæ: vt quia denſior, rarior: nam minus de denſa alijs paribus, & plus de rara apponendum eſt: & cauſa patet ex dictis.

Quarta ſumitur a furioſitate, vehementia, benignitate, remiſſione medicinæ: vnde de furioſa minus: vt de ſcamonea. de vehemẽti minus: vt de euphorbio, de benigna plus ut de mãna. de remiſſiori plus: ut de chamomilla: roſis. &c. Et hæc cauſa quarta aliqualiter ſub ſecũda cõpręhẽdi põt.

Quinta propter ſimilitudinem plurium in forma: quã plures comparticipationem vocant: vt quia plura calida ponuntur. verbi gratia, in vna recepta ſtomachali ponentẽ abſinthium, mẽtha, gariophyli, maſtiche: lignũ aloes &c. tunc in hoc caſu debet poni modicum de vnoquoq;: quia iſta multum multiplicata calefaciũt multum: & ſi fuerint notabilis quantitatis calefacient vltra ſecundum: quia, vt dictum eſt, augmentum quantitatis facit ad augmentum, & intenſionem effectus. Vnde iterũ ſi patieris admoneo: vt in multiplicatione tot ſimplicium non delecteris: & audi obſecro Auic. in principio. 2. &. 5. cañ. primo capitulo circa finem. vbi inquit. Et parum medicinatũ melius eſt plurimo earũ in intentione vna: & dixit in intentione vna quia vt dictum eſt propter diuerſitatem intentionum quę per vnam ſolum compleri non poſſunt. Sed tamen ex his collige: quia paucitas ſibi placet. Quantum enim in pluribus: & quare in omnibus intẽtionibus ſimplicem ſyrupũ acetoſum Auicen. collaudat. Quantumue aquam hordei. Quantumq; magiſter Hippo. ſuo de regimine acutorum. ptiſanam hordeaceam. Quantum Gal. melicratum. Quantumue confectionem de manna: vt infra. Paucis ergo ſi potes contentus ſis obſecro. Vnde imaginor latitudinem perfectionis medicinarum tam ſimplicium q̃ compoſitarum eſſe vniformiter difformem: & ꝙ medicina ſimplex obtineat extremum perfectionis: cum Auic. dicat altero loco. Et non eliges aliquam ſuper eam, & conſequenter ſicut in latitudine entium illud eſt perfectius quod magis participat ſimilitudinem primæ cauſæ. ſic illa medicina ſupple alijs paribus eſt perfectior: quæ magis appropinquat medicinæ ſimplici &c. & hæc talis eſt quæ eſt minus compoſita ſemper alijs paribus. Exempla patent, vt infra, quanto magis ſimplicitate participat, tanto melius: & tu ad hoc conſidera. Sexta cauſa: ꝙ propter multa iuuamenta multiplicatur medicinæ quantitas in compoſito. verbi gratia agaricus eſt multorum iuuamentorum. propter quod Democritus vocauit eum medicinam familiæ. ideo eius q̃titas in compoſito multiplicatur. Similiter econtra propter paucitatem iuuamentorũ minoratur medicinæ quantitas. Et hoc totũ intelligi habet reſpectu eius quod eſt eſſe multorum aut paucorum iuuamẽtorum, paucũ de ea in medicinis cõpoſitis ponitur, niſi ea principaliter deſeruiret intẽtioni principali, vt ſupra. Septima cauſa: & fuit canon poſitus ſupra, quia per ſitum & diſtantiam membri oportet medicinas in quantitate augere, ut ſupra exemplificabitur de medicinis pulmonis quæ ad ipſum per viam ſtõi tranſeunt. & dicitur per viam ſtõi, quia non ſic oportet multiplicare medicinas quæ ad ipſum per tracheam arteriã trãſeunt, quia tales per hanc viam non tot tranſmutationes & alterationes recipiunt. Octaua cã augmẽti q̃titatis medicinæ in compoſito eſt ſublimitas, & notabilitas effectus, ſicut abſinthium in paſſionibus ſtomachi, & ſtœchas in paſſionibus cerebri. Econtra minuuntur &c.

Paucitas ĩ medicamẽtoꝝ cõpoſitiõe ſectãda.

Medicamẽta ꝑfectiſſima quę.

agaricꝰ familiæ medicina

Nona cauſa, quia quando in vna medicina eſt aliquod iuuamentum, & illud idem reperitur in alia quæ ponitur in eodem compoſito, & illa alia propter aliam cauſam ponit, tunc eius quantitas diminui debet. vt verbi gratia, in eodem compoſito ponitur galanga, & cinnamomum cum ſint in iuuamento vno conuenientes ſtomacho, licet non ſint omnino eiuſdem virtutis, hinc earum quantitas non debet multiplicari, ſed minui, nam galanga, ponitur ut reaggreget partes ſtomachi, cinnamomum, ut ſubtiliet, & aperiat.

Decima cauſa: quia quando in medicina eadem reperitur nocumentum miſtum cum iuuamento, tunc poni debet de ea parua quantitas: verbi gratia, ſemen raphani nocet ſtomacho, & intendimus per ipſum inducere vomitũ, de eo debemus dare modicam quantitatem.

Vndecima cauſa: quãdo in medicina cõpoſita ſunt aliæ medicinæ quæ deſeruiunt virtuti aliarum, & ipſa medicina de qua ſermo eſt vtilior operationi, & correctiua malitiarum multarum aliarum medicinarũ in compoſito poſitarum: debet eius quantitas multiplicari & augeri. Nam videmus ꝙ in confectione pilularum confectarum ab authoribus noſtris raro ponuntur correctiua aliorum ſolutiuorum: ſed in fine dicunt aloe ad pondus omnium: & cauſa: quoniam aloe eſt omnium aliarum medicinarum corrector bonus, vt Meſue capitulo de aloe, & hæc correctio non poteſt fieri ſolum per remittentia & debilitantia, ſed oportet vt ſit prohibentia nocumenta, quæ prohibitio nõ videtur poſſe fieri niſi ab æquali in virtute: quare oportet vt additio fiat ſecundum eandem quantitatem, ideo dicebatur ad pondus omnium, ſed de hoc infra in quarto capitulo. Et pro iſto vide etiam correlaria quæ poſita ſunt infra in fine tractatus quarti.

*Aloe oĩuꝫ medicamẽtorũ corrector.*

Ex quo patet reſponſio ad primum, quare ſcilicet plus, quare minus, & conſimiliter patere põt reſponſio, quare æqualiter, quia ſicut ex maiori &c. plus, ex minori minus, ſic ex æquali æqualiter.

Ad ſecundum patet ex dictis quid dicendum: nam dato ꝙ aliquæ medicinę ſint ęqualis virtutis quo ad aliquas qualitates, vt quo ad primas vel ſecundas, non tamen quo ad tertias aut quartas ſiue occultas ſimiles ſunt. Viſum eſt enim interdum chamomillam in membrum operari, & non melilotum, quandoq; econtra, & ideo medicus hoc ignorans, vt conſequatur effectum quem intendit, ponit vtrunq; ſcilicet chamomillam & melilotum. Et conſimiliter de alijs dicendum, licet quandoq; cauſa, quare chamomilla in membrum non agit, melilotum autem ſic, ſit alia quam quæ dicta eſt a virtute occulta, & eſt conſuetudo applicationis chamomillæ & non meliloti. Vnde ab eo quod conſuetũ eſt natura non patitur. Propter quod Auic. quarta primi. primo capitu. docet huiuſmodi medicinas, vt chamomillam, & melilotum: & ſic alternatim ſupra membrum poni debere.

*Nã a cõſuetis nõ patitur.*

Ex quibus ſic adinuicem collectis habetur primo, quare fuit compoſitio medicinarum inuicem neceſſaria. Secũdo, quare ſimplicia in compoſitis ponuntur. Tertio, q̃re plus de vna q̃ de alia, quare minus, quare æqualiter.

*Receptę apd̃ ſeplaſiarios excogitatę, magna ex parte caſuales.*

Ex quo patere poteſt modus compoſitionis aliqualiter receptarum, qui quanquam difficilis ſit a ſapientibus facile comprænhendi poteſt.

Ex quibus non vereor inferre ꝙ receptæ in apothecis ordinatę ſunt ſecundum plurimum caſuales, & vt ꝓprius loquar fortunales, qm̃ ægris non raro fortunam præbent.

Infertur ſecundo, ꝙ non debent iuuenes medici verecũdari ſtudere receptas in eorum ſtudijs, & eas ſic confectas in apotheca portare. Debẽt enim dominorum legiſtarum grauiſſimos mores ſequi, qui in qualibet minima petitione prius libros conſulti, & non aliter reſpondent, & clientulis in ſcriptis, vt collegerunt conſilia exhibent, magisq; cum de pretioſiori re ſe interponant.

*Legiſtarũ mos, a iunioribus ꝓſertĩ medicis ſectãdꝰ.*

Et pro complemento eorum quæ dicta ſunt & dicẽtur, notandum pro regula, & facit ad declarationem Galen. de cauſis componendi, ꝙ aliquando vna medicina per aliam remittitur in gradu ſuo, & conſimiliter intenditur: quæ remiſſio & intenſio poteſt dupliciter contingere. Vno modo per admiſtionem ſui contrarij in forma, ſicut cum cõponimus calidum cum frigido. Secũdo per admiſtionem ſibi ſimilis in forma, vt cum calidum remiſſius additur calido intenſius, ſicut cum aqua tepida cum feruenti miſcetur, & eodem modo de intenſione dicendum. Vnde hic non diſputatiue procedens, ſed mere poſitiue tibi inſcribã quæ veriora credo, nam in hac parte illi venerandæ opinioni quam approbat maximus medicinæ illuminator Petrus Paduanenſis noſter adhæreo, quę dictis authorum magis conſona videtur præſertim Gale. 10. therapeu. Et ex principijs philoſophiæ ſuppono, & ex Auic. quinto canone. primo capitulo. & ex Auer. quinto colliget. ꝙ cum medicina minus calida additur medicinæ magis calidæ, ꝙ magis calida remittatur, & ſecundum ꝙ maior eſt diſtantia, ſecundum hoc maior eſt remiſſio, nam minus tale dicitur participatione contrarij, & experientia etiam ad hoc facit. vt de aqua tepida &c.

*Regula.*

Nota tamen ꝙ hæc commiſtio ſiue ſocietas debet fieri & intelligi cum debita quantitate vtriuſq;, nam ſi vinum debile in media vel æquali quantitate cum forti vel potenti commiſcetur ipſum remittit. ſi vero in minima quantitate vel debili addatur forti ipſum non permutabit a ſua fortitudine, quoniam propter paruitatem ſuæ quantitatis non habet proportionem actionis reſpectu illius, tamen ſi commiſcemus piper et crocum in æquali quantitate, remittitur caliditas piperis. vt verbi gratia, ad ſecundum: & croci caliditas ad ſecundum eleuatur. Similiter ſi quantitas croci ſuperabit quantitatem piperis, tunc trahet notabiliter croci caliditas piper fortaſſe ad finem primi, ſicut ſi quantitas piperis ſuperaret quantitatem croci &c. abſq; proportione, tunc trahet virtutem croci ad tertium. Quãtitas autem per practicos conſiderata eſt ęqualis ponderis aut modicum excedentis, aut duplici, aut mediana. In iſtis enim ſtat proportio actionis & paſſionis, ſed de hac quantitate magis in ſequenti capitulo.

Sed quæres. ſi calida in primo additur calidæ in ſecundo, aut tertio, aut quarto ſuppoſita debita quantitate vſq; ad quantum fiet hæc remiſſio?

Pro iſto dicendum, ꝙ etſi in hoc variæ opiniones inueniantur, tamen adhæreas, vt ſupra memorando quod dictum eſt, ꝙ quilibet gradus tres habet manſiones. Vnde eſtimo ꝙ ſi calidum in prima manſione primi addatur calido in prima manſione ſecundi, trahet ipſum ad primum & uſq; ad ſecundam manſionem primi. ſi tamen idem addetur calido in tertia manſione ſecundi non trahet ipſum præciſe ad primam: ſed ipſum remittet infra ſuam latitudinem & vſq; ad primam manſionem ſecundi. Similiter ſi talis adderetur tali in ſecunda manſione ſecundi trahet ipſam ad finem tertiæ manſionis primi. Conſimiliter dicendum. ſi talis in primo additur tali in tertio, quia aut trahet ad ſecundum, aut remittit infra latitudinem tertij, vt de tali in primo reſpectu talis in ſecundo dictum eſt. Similiter ſi talis in primo addetur, tali in quarto, trahet ad tertium, aut remittet &c. vt de alijs dictum eſt.

Sed ſtatim dicet aliquis contra, tunc ſequitur ꝙ paticti cauſonidem conueniret mel, qm̃ eſt tale in ſecundo, & cauſon tale in quarto, ſed tale in ſecundo additum tali in quarto ipſum remittit. ex dictis ergo conſequens falſum, qm̃ tale ex exhibitione mellis multum læderetur.

Secundo ſequeretur ꝙ medicina calida in primo, & frigida in primo erũt eiuſdem complexionis, probatur cõſequentia: qm̃ calida in primo remittit calidam in tertio ad ſecundum. & frigida in primo etiam pręciſe ad ſecundum remittit, vt ex dictis ſequitur, igitur &c.

Pro his dicendum ad primum ꝙ licet aliqua ægritudini opponātur gradualiter, & ex hoc ægritudini eſſent cōuenientia, tamen propter aliud eis annexum vel adiunctū prohibentur, ſicut de fructibus patet, qui licet ſint frigidi, & humidi, tamen propter velocitatem ſuæ putrefactionis vel corruptionis in febribus putridis prohibentur, vt prima quarti. de cura putridarum in generali. Ad propoſitum licet mel eſſet remiſſiuum feruóris cauſonis ratione menſuræ gradualis, tamen quia ei coniuncta eſt dulcedo, ratione cuius eſt inflammatiuum in choleram conuerſiuū opilatiuum &c. hinc prohibetur. Vnde ex eadem cauſa prohibentur dulcia frigida, nam cum melli occurret: ita exuberans calor ſtatim ille remitteretur, ſed poſtmodum inflammaretur inflammatione nocente, & eſt proportionale, ſicut de lignis viridibus igni vehementi expoſitis.

Pro ſecundo dicendum negando ſequelā. Et conſequenter dico, ꝙ ſi caliditas primi gradus remittit caliditatem in tertio, vſq; ad ſecundum, hoc erit in tertia manſione ſecundi, quia ſemper plus.

Sed ſtatim fortius arguitur. danda eſt ex dictis aliqua caliditas primi quæ poteſt remittere caliditatē ſecundi vſq; ad primum primi, ſed plus non poteſt remittere frigiditas primi caliditatem ſecundi. ergo &c.

Pro iſto credo dicēdum, ꝙ vbi cętera forent paria, hoc non contingit, quia caliditas primi hoc non poſſet facere niſi haberet quātitatem incomparabiliter excedentem q̄titatem ſecundi. Quod ſi etiam poneretur de frigida, tunc illa trahet calidam in ſecundo vſq; ad tertiam vel ſecundā manſionem frigiditatis primi, & tu conſidera.

Hæc ergo ſint tibi pro regula: ꝙ minus calidum remit-
Regula. tit &c. vt dictum eſt. Et ſicut de his dictum eſt, quantum ad virtutes primas ipſarum, ita intelligendum eſt pariformiter de ipſis quantum ad virtutes ſecundas, tertias, quartas. Vt cum medicina minus aperitiua additur magis aperitiuæ ipſam remittet, & magis talis addita minus tali ipſam intendit. Similiter ſi medicina minus ſolutiua, vt quę in ſecundo gradu additur magis ſolutiuæ, vt quæ in quarto ipſam minus ſolutiuam reddit, vt in ſequenti capitulo apparebit. Et poſſet regulæ cauſa talis aſſignari. Vna medicinarum quæ ſunt contrariarum virtutum non remittit alteram niſi ſecundum ꝙ habet de qualitate contraria, quia frigida non remittit calidam, niſi per frigiditatem. Similiter vna medicinarum quæ ſunt in vno gradu, non remittit alteram, niſi quia in ea inuenitur qualitas contraria, & ſecundum ꝙ maior & minor, ſecundum hoc magis & minus remittit. vnde calida in primo remittit calidam in tertio per frigiditatem quæ eſt in ea, & plus quam calida in ſecundo, quia in ea quę eſt calida in primo maior eſt frigiditas. Et conſimiliter de alijs virtutibus ſuo modo dicēdum. Sed contra fundamentum regulæ arguitur. ſumatur vnum corpus cuius caliditas ſit in tertio, & frigiditas in primo, & ſit exempli gratia gariophylus. Sumatur aliquid cuius caliditas & frigiditas ſint ęquales, ita ꝙ habeat duos gradus caliditatis, & duos frigiditatis, & ſic exēpli gratia ʒucharum. Et tunc arguitur. magis eſt proportio actionis calidi in duobus gradibus ad frigidum in vno, quam ſit calidi in tertio ad frigidum in duobus, ſed in gariophilo eſt frigiditas vnius gradus quæ contraoperatur caliditati ʒuchari duorum graduum, & in eodem eſt caliditas trium graduum quæ contraoperatur frigiditati ʒuchari duorum graduum, ergo debite approximatis gariophilo, & ʒucharo caliditas ʒuchari remittet frigiditatem gariophyli propter maiorem proportionem, & ſic remiſſe calidum intendet intenſius calidum & non remittet. Et
Nugę aereę uitā- tu conſidera ad hoc q in ſpeculationibus ſubtilibus te glo-
dę. riaris. Sed obſecro te ut  his aereis nugis ægregium tuum ſtudium non diſpenſes.

HABITA itaque cauſa neceſſitatis compoſitionis medicinarum, & cognito quare diuerſæ medicinæ compoſitionem ingrediuntur, & quare plus de vna quam de alia. conſequens eſt, vt ponatur modus quomodo, complere medicus ſciat ipſas adinuicem artificioſe coniungere, vt habeatur integer modus componendi receptas.

Pro quo dicendum, ꝙ ſicut medicinæ dicuntur tales in primo, ſecundo &c. ſic & naturales complexiones dicuntur tales in primo ſecundo &c. Vt verbi gratia. phlegmaticus in primo, cholericus in ſecundo, tertio &c. & ſicut naturales dicuntur tales, ita præternaturales, vt verbi gratia, in medicina dicitur potentialiter ꝙ Sortes acquirat gradum vt vnum, ſeu gradū in primo caliditatis præter naturam ſuper complexionem ſuam naturalem, vel gradum vt duo ſiue in ſecundo. vnde oportet compoſitor primo medicinas quas eligit, ſecundum intentiones ſumptas a qualitate & quantitate morbi, ab ipſiſque medicinis, vt dictum eſt per ordinem ſcribere vt vnam ſub alia, vt primo caliditas. ſecundo frigiditas. tertio humiditas. quarto ſiccitas. Similiter radices cum radicibus, flores cum floribus, herbas cum herbis. Et conſimiliter de alijs hoc modo ſimilibus. Quo facto debet in mente diſponere: vt totum compoſitum ſic in ſua complexione eleuetur: vt qualitati & quantitati graduali ægritudinis contrarietur. Vt verbi gratia, morbus eſt calidus vt duo. compoſitum debet eſſe frigidum vt duo ſaltem effectiue, vt ſupra. Sed hic opus eſt vt diligenter ſtudeas, an curatio fiat per æqualia in gradu. Et complexionem naturalem ſemper in memoria tene quę te cogit ad eligendum, & magis. aut minus calida, aut frigida &c.

Et pro inueniendo hanc complexionem compoſiti eſt ſciendum, ꝙ complexio compoſiti eſt duplex. Vna occulta, ſicut in theriaca conſurgens merito miſtionis de qua debemus ſtare teſtimonio authorum, & de hac non eſt ſermo ad præſens. Alia quæ ex miſcibilibus conſurgit. de qua ſermo noſter erit. Hanc itaque ſequendo dicendum ꝙ medicinæ ſimplices compoſitum ingredientes: aut ſunt eiuſdem complexionis, aut diuerſæ. ſi eiuſdem hoc dupliciter, quia vel eiuſdem gradus vel non. Si eiuſdem complexionis, tunc complexio eſt nota, quia compoſitum reſultans ex his eſt eiuſdem complexionis. ſi ſint eiuſdem complexionis & gradus, & tūc totum ſimiliter erit eiuſdē complexionis & gradus, vt ſi confectio fieret ex cinnamomo, galanga, & maſtiche quæ ſunt calida in ſecundo, totum erit tale in ſecundo.

Sed forte quæreret aliquis nunquid hoc tale compoſitum ſit tale in ſecundo. Recip. galange, cinnamomi, maſtiches ana drach. j. & videtur ꝙ ſic ex dictis, & tamen patet ꝙ ſi hoc totum aſſumetur a Sorte, ipſum vltra ſecundum calefaceret.

Pro iſto dicendum, ꝙ quantitas per accidens eſt cauſa intenſioris effectus, vt & infra dicetur: & cōſequenter conceditur, ꝙ ſi totū illud daretur Sorti ipſum calefaceret vltra ſecūdum. Sed quod dictum eſt, debet intelligi cum quantitate proportionata, vt infra. Vnde pro nunc dicemus ꝙ q̄titas proportionata medicinis talibus in ſecundo eſt drach. ß. cum qua producunt actuatę effectum in ſecūdo, & ideo de illo compoſito debet dari drach. ß. & non plus. Hoc tamen poſitum eſt gratia exempli. ſed de hoc clarius infra.

Si autem ſunt eiuſdem complexionis & non gradus, vt crocus, & piper, tunc oportet conſiderare reſiſtentias, & actiones graduum adinuicem, nam medicina minus calida addita magis calidæ eam remittit. Et quomodo fiat hæc remiſſio habes ex regula poſita ſupra, & vſque ad quem gradum, & illam hic memora.

Si vero ſint contrariarum complexionum, tūc vel ſint æqualia vel diuerſa. Et æqualitas vel diuerſitas attendit in propoſito penes hæc quatuor numerum. ſcilicet quantitatem ſubſtantiam & gradum, tunc ex his reſultat medicina inter illa. Si vero ſunt æqualia in gradu non in quantitate, vt ſit cōpoſitū ex frigido in tertio. ʒ. ij. & ex calido in

æq̄litas, vł diuerſitas penes q̄ attendaſ.

tertio.℥.j.tunc compoſitum declinabit ad calidum in maiori quãto alijs paribus virtuaactionia fortior eſt, & plus perdurat. Si vero ſint diuerſorum graduũ, & vna habeat exceſſum in gradu ſuper aliam, tunc a prædominante debet fieri denominatio, vt ſi ſit calida in ſecundo: cum frigida in primo poſita paritate io quantitate &c. vt ſupra, non tamen tale erit calidum in ſecundo, ſed ſecundum reſiſtentiam denominandum eſt vt in regula poſita, & eſt canon Auer. quinto col. penul. capitulo. Similiter ſi fuerint plures numero &c. a prædominante &c. ſemper alijs paribus in quantitate &c. vt ſupra denſitatem, raritatem ſubſtantiæ ſemper attendas, nam quãdoq; ad actiones faciunt, vt bñ cognoſcis. Et pro his tenenda eſt hæc regula ꝙ hæc miſtio talium fiat ſecundum quantitatem proportionatam. non dico in põdere: ſed proportione. verbi gratia. chamomillæ.ʒ.j. minus calefacit q̃ piperis.ʒ.j. Sumatur igitur q̃titas cum quibus ſaluentur operationes eorum, vt infra. Et quod dictum eſt de alteratiuis intelligatur de ſolutiuis. Ex quibus patet intelligenti quæ ſit miſti medicinalis cõpſo manifeſta. Et de gradibus oppoſitorum ſtatim dicetur.

denotatio a prædõlante fieri dꝫ.

Regula.

A receptarum cõpoſitore cõſiderãda.

Ex omnibus concludendo inuenio ꝙ. 12. ſunt a compoſitore receptarum cõſideranda. Primum eſt baſis ad quã cæteræ attributionem habere debent, vt cõtenta in aliqua ſcientia ad ſubiectum ſuum, quia ſcilicet debent eſſe aut adiuuantia, aut remouentia nocumentum, aut deportantia &c. vt dictum eſt.. Secundum eſt ordo, vt ꝙ cum venis ad compoſitionem receptæ debes omnia per ordinem ſcribere, & vnumquodq; cũ ſuo genere. verbi gratia. primo ſcribendo calida ingredientia per ſe. ſimiliter frigida per ſe. Item flores ſub floribus, herbas ſub herbis, radices ſub radicibus, & ſic de alijs. nam ex ordine facilius ad inuentionem complexionis compoſiti deuenimus.

Tertium, numerus, quia numerẽtur, ſimplicia, quia uerbi gratia ſunt ſex, decem &c.

Quartum, virtus, & hoc quãtum ad omnes virtutes q̃tuor. Ad primam, quia calida frigida &c. Ad ſecundam, quia reſolutiua aperitiua &c. Ad tertiam: quia reſpicientia caput ſtomachum &c. Ad quartã, quia eductiua choleræ phlegmatis &c. Quintum, gradus, vt quia in quo gradu in qua manſione, nam ſecundum varios gradus, variasq; manſiones variantur quantitates medicinæ, vt de ea quæ in quarto gradu & tertia manſione minus poni debet, quã de ea quæ in quarto & prima mãſione. & de hoc infra ſuo loco dicetur. Sextum, quãtitas debita & proportionata, vt quantitas cum qua ſeruatur operatio ſimplicia. verbi gratia. plus calefacit.ʒ.j. piperis: q̃.℥.ß. chamomillæ. Et ad hanc quantitatem multum debet attẽdere medicus: vt infra clare oſtendetur. Et ſub hac includitur ſubſtantia medicinæ, vt patet intuenti, nam ratum & denſum ſunt quantitatis ſpecies. Septimum proportio, vt quia ſimplicia debent adinuicem proportionari, & quo ad virtutes omnes quatuor, vt dictum eſt, & quo etiam ad eorum quantitatẽ & cum quibus ſaluantur earum operationes, & ita vt intẽtioni medici ſatisfiat. Verbi gratia, quia oportet vt ita ꝓportionentur ꝙ totum ſit tale in ſecundo vel tertio aperitiuum in eo, aut plus, aut minus, & ita per alias ſpecies diſcurrendo. Octauum, nocumenta ſimplicium. Nonum iuuamentum eorum quæ duo cognoſcuntur diſcurrendo per areolas Auic. Serapionem & alios ſimpliciſtas.

Decimum, remouentia nocumentum, & hoc fit inueniẽdo medicinas conſolantes, & bonificantes dicta ſimplicia diſcurrendo per authores vt ſupra. Vbi notãdum & memoriæ commendandum, ꝙ ſicut nocumenta quæ exeunt a medicinis ſecundum virtutem primam remouentur per iuuamenta quæ exeunt ab eis ſecundum virtutem primã. ita nocumenta quæ exeunt a medicinis per alias virtutes, ut ſecundam, tertiam, quartam remouentur ab eis ſecundũ virtutes ſecundas, tertias, aut quartas, vnde vt dictum eſt: & dicetur in ſequẽti capitulo, et ſi ſcamonea noceat nimiũ aperiendo, tale tamen nocumentum non conuenienter remouebitur per galangam, ſed per dragagãthum aut maſtichen. In hoc tamen oportet ſtare experientię authorum ut ſupra, nam ponitur caſtoreum eſſe remiſſiuũ ſtupefactionis opij, & non ſic aliud calidum io quarto, propter quod oportet ſemper compoſitorem per areolas ſimplicium diſcurrere. Vndecimum, & ſi ſub nono compræhendi poſſit eſt, quia aliquando meditina eſt tardæ operationis & obtuſæ, vnde oporter adhærere ei acuens, vt ſal gẽma, diagridium & huiuſmodi, vt agarico addimus ſal gẽma, turbith, çinçi. &c. Duodecimũ & ſi ſub quarto cõpræhẽdat eſt, oportet eligere medicinã deferentem totũ medicamen ad locum ęgritudinis, vt & clarius infra. Et vt hæc duodecim memoriæ facilius commendes. hos verſus ſuſcipe.

Bas, ordo, numerus, virtus, graduſq;. deinde
Debite ſit quanta, proportio, noceat, atq;,
Et iuuat, & quanta ſolathri ſit acuentis.
Et deferentis doſis quam coniungere debes.

Nota deinde: ꝙ tam alteratiua q̃ ſolutiua quæ ſunt inter ſm̃ gradum & tertium ſunt quaſi ſicut temperamẽtum in medio extremorum, vñ credo ꝙ ſm̃ plurimum medicinę alteratiuæ ab authoribus noſtris eleuantur vſq; ad illum gradum. Aliqñ tamen cum ægritudo ſit fortior oportet tranſire vſq; ad tertium & ad quartum, ſed illa non fiunt abſq; timore. Similiter de ſolutiuis dicendum, propter qđ tales in ſecundo, & inter ſecundum et tertium dicuntur benedictæ, vt infra. cæteræ autem laborioſæ.

SED RESTAT hic declarare doſes & proportiones earum adinuicem de medicinis quę ponuntur cũ baſi quoniam ſolum de eis in generali actum eſt. dosis, & proporũes medicamẽtorũ cũ Baſi.

Vbi nota ꝙ Ioãnes de Sancto Amãdo poſuit tres tales regulas. Prima ꝙ iuuãtiuũ ad baſim debet eſſe proportio ſubdupla. verbi gratia, baſis in vna recepta eſt turbith, de quo ponitur drac. j. de çinçibere debet poni drach. ß. dicit Raſim hoc voluiſſe. Oppoſitum facit Raſis. 10. Almanſoris. capitulo de feb. phlegmatica, & tu ibi. Item Auic. de feb. phlegmatica qui tantum poſuit de vno quantum de alio. Et idem de cura ſcrophularum, moderauit tamen ſeipſum, quia dixit hanc non habere veritatem, niſi in medicinis mediocriter talibus in grauitate & leuitate, ꝙ ſi poneretur aloe, pro baſi, & colocyntis pro adiuuante non debet poni ſubduplum de colocyntide. Conſimiliter ſi colocyntis pro baſi & lapis laçuli pro adiuuante, non debet poni ſubduplum de lapide &c. Regula.

Secunda regula ꝙ correctiuæ ad baſim debet eſſe proportio æqualis, & hoc vbi baſis nõ ſit correcta, nam alia quantitas correctiui debetur ſcamoneæ, & alia diagridio, vt patet. Hæc etiam non eſt vera, quia cum corrigimus ſcamoneam per myrabolanos, plus de myrabolanis ponitur, & patet per Meſ. & alios. Item ſtat ꝙ maiori quanto ſit maior virtus &c.

Tertia regula eſt de deferentibus quæ non habent limitatam proportionem &c. ſed plus & minus ponitur ſecundum loci propinquitatem & remotionem, vt ſupra.

Sed propter hæc & conſimilia ſcito, ꝙ nullibi reperitur regula de his, eo ꝙ impoſſibile eſt eam dare, nam oportet variare in his doſibus ſecundum varias contingentias, & & intentiones conſurgentes in mente medici: quæ ſumunt ex regulis habitis de cauſis compoſitiõis medicinarũ &c. Hæc enim proportio earum adinuicem eſt coniecturalis, quoniaꝫ certa qualitas rei nec ſcribi poteſt, nec lingua explicari, vel proferri. tertio de ingenio ſanitatis. Fundãt igitur medici in compoſitione ſua iudicia extimatiua ſuper illas regulas, & ſuper indicationes ſumptas a complexione, ætate &c. de quibus ſupra actum eſt, ex quibus ſe determinant. Verbi gratia, dicunt de hac medicina quæ eſt baſis, volo ponere tantum, de hac alia tantum. iuxta regulas & indicationes habitas & collectas, habito reſpectu ad virtutem, ad poſſe medicinarum inter ſe ad corpo-

rum

rum diſpoſitionem: & ad conſimilia: vt tempus anni, cōſuetudinem, ætatem, & huiuſmodi quæ magnam poſſunt recipere, & de facto recipiūt varietatem. hinc varia faciūt iudicia, quæ tamen omnia vera eſſe poſſunt in diuerſis diſpoſitionibus, propter quod reperimus authores noſtros diuerſificare pondera medicinarum non ſolum in diuerſis receptis, ſed etiam in eadem, vt in deſcriptione theriacę eſt videre, & in ſumma nemo expectet vnquam poſſe inuenire alicubi certam regulam & ſcientiam de quantitate ponderum medicinarum quæ compoſitionem ingrediuntur, nam de his quæ contingunt variari, & poſſibile eſt aliter ſe habere non eſt ſcientia certa, vt primo poſteriorum. q̄rto capitulo. Patieris itaque ſi pro nunc de quantitate medicinarum magis in particulari locutus non fuero, nam ad plenum ſcribam quod ſentio vltra dimidium ſequentis cap. de quantitate medicinæ.

Pondus medicamētorū cōpōnē īgredientiū certā nō ſuſcipit rħꝫ.

Et vt tibi amplius ſatiſfaciam, vt promiſſum eſt de gradibus medicinarum ſic compoſitarum aliqua vtilia, & breuia tibi conſcribam, quæ pro nūc ex doctrina Alchindi ſic facile collegi. Vnde cum perueneris ad volendum ſcire in quo gradu eſt medicina compoſita. debes primo ipſam in ſua ſimplicia reſoluere ponendo, vt dictum eſt, calida cum calidis, & frigida cum frigidis, humida cum humidis, ſicca cum ſiccis hoc modo tibi ponendo exemplū. Recip. liquiritiæ raſæ & mundæ drach. j. quæ eſt calida in primo, humida in primo t gariophyllorum electorum. ʒ. ij. qui ſunt calidi in tertio, & ſicci in tertio, ſemen lactucæ drach. ij. quę ſunt frigida & humida in ſecundo, opij. drac. j. quod eſt frigidum in quarto, & ſiccum in quarto.

Debes ſecundo ſtatuere pro fundamento tibi q̄ proporcio talis in primo ad contrarium ſuum, quod eſt in eo eſt proportio dupla. ita quod tale in primo, quia calidum habet duas partes caliditatis, & vnam frigiditatis. vt verbi gratia, caliditas in primo chamomillæ ad frigiditatē quæ eſt in dicta chamomilla eſt proportio dupla, eius uero q̄d eſt tale in tertio octupla, & quod eſt tale in q̄rto decupla. ita q̄ ſemper creſcit proportio ad duplum. Hoc fundamētum non aliter hic probo, quoniam magna indiget perſcrutatione, quam volo theoricis nunc relinquere.

Quibus peractis talē ſtatue figuram quadrangularem ponendo frigida in vno angulo, calida in alio, ſicca in alio, humida in alio, vt verbi gratia.

| | |
|---|---|
| calida | frigida |
| liquiritia | ſemen lactucæ |
| gariophyli | opium |
| | |
| humida | ſicca |
| liquiritia | gariophyli |
| ſemen lactucæ | opium |

| calida | frigida | humida | ſicca |
|---|---|---|---|
| 2 | 1 | 2 | 1 |
| 8 | 1 | 4 | 1 |
| 1 | 4 | 1 | 2 |
| 1 | 16 | 1 | 16 |
| 12 | 22 | 8 | 26 |

Hoc facto, quia iuxta doctrinam liquiritia eſt calida in primo: proportio caliditatis eius ad ſuam frigiditatem eſt dupla, & ideo propter liquiritiam pone in loco calidorū ij. & in loco frigidorum pone. i. Similiter quia gariophyllus eſt talis in tertio, eius caliditas eſt octupla ad ſuam frigiditatem, & ideo in loco calidorum propter gariophyllum pone. viij. & in loco frigidorum pone. i. Deinde te ad frigida conuerte. Semen lactucæ frigidum in ſecundo habet proportionem quadruplam ad ſuam caliditatem: & ideo pone in loco frigidorum quatuor, & in loco calidorum. i. Similiter quia opium eſt frigidum in quarto ad ſuā caliditatem, eſt proportio decima ſextupla. ideo pone in loco calidorum propter opium. i. & frigidorum decem et ſex. Deinde aggrega & ſumma: & vide in qua proportione ſe habent calida cum frigidis & econtra: nam frigida ſunt. 22. & calida. 12. modo per regulam quando aliqua ſe habent in proportione dupla ad alia, illa dicuntur talia in primo: & quando proportio non eſt præciſe dupla: ſed quaſi circa vel modicum diſtans ab ea, dicuntur talia circa finem primi. modo patet q̄ cum frigida ad calida in dicta recepta ſit proportio quaſi dupla: quia modicum minus, tunc tota illa medicina erit frigida in primo circa finē primi. Conſimiliter dicatur de humidis & ſiccis, nam liquiritia eſt humida in primo, & ideo in loco humidorum pone. ij. & in loco ſiccorum pone. j. Semen lactucæ humidum in ſecundo, & ideo ad ſuam ſiccitatē proportio quadruplam, & ideo in loco humidorū pone quatuor, & ſiccorum. i. Gariophylus ſiccus in tertio, & ideo ad ſuam humiditatem eſt proportio octupla ſecundum regulam datam, & ideo in loco ſiccorum pone in octo, & humidorum. i. Opium eſt ſiccum in quarto, eſt ergo proportio ad ſuam humiditatem decima ſextupla, & ideo in loco ſiccorum pone decem & ſex, & humidorum. i. Et ſi bene computabis, octo erunt partes humidæ, & ſiccæ vigintiſex, modo proportio vigintiſex ad octo eſt plus quam tripla attinens aliquid de quadrupla, & ideo medicina dicta eſt ſicca in primo ſecundi. Erit itaque talis medicina frigida in fine primi, & ſicca in primo ſecundi.

Et conſimiliter dicendum q̄ ſi tales partes, vt calidę ad frigidas habebunt ſe in proportione quadrupla, erit talis medicina in ſecundo gradu, q̄ ſi non erit præciſe quadrupla, ſed inter duplum & quadruplum, erit talis medicina circa finem ſecundi, & ſi tales vincentes & victę ſe habent in proportione octupla, talis erit talis in tertio gradu, q̄ ſi non erit præciſe octupla, ſed inter quadruplam & octuplā talis eſt circa finem tertij. Similiter ſi ſe habebunt in proportione decimaſextupla erit in quarto gradu, q̄ ſi inter decimamſextuplam & octuplam, erit in fine tertij.

Inueſtigare etiam in qua manſione ipſa ſit, difficile eſt & longum. Volo tamen tibi hæc modica ſufficere. Et vtinam poſſis talem coniecturatiuam doctrinam de manſionibus tuarum receptarum habere, & bene tibi ſemper ſufficiet. Vide ergo quomodo bene operantur qui longas receptas componunt, quomodo bene examinant ac examinare poſſunt: & ideo ſtude. Et hæc ſunt quæ de compōne receptarum meo exiguo ingenio venatus ſum.

Ex quibus infertur q̄ difficillimum eſt in actu practico ſimplicia adinuicem artificioſe coniungere: quam ſententiam ſpero non ſpernes, vt ſupra. Taceant igitur begani, qui hanc ſacratiſſimam ac difficillimam ſciētiam facilem enuntiant: & qui cognita cauſa ægritudinis ſe poſſe faciliter mederi exiſtimant.

*De exhibitione medicinarum & hora ſua: & de doſibus medicinarū multa pulchra: et de modo eleuandi medicinam ipſam in gradu ſuo.*

Cap. IIII.

Conſequens eſt vt modum adminiſtrationis medicinarum & horam ſuam aliquibus canonibus etiam ornemus.

Pro quo ſciendum, q̄ in exhibitione medicinarum duo ſunt maxime conſideranda. Primo qualitas, per qualitatē intelligendo formam in earum exhibitione ſeu applicatione ſeruandā. Secundum quantitas, per quantitatem intelligendo ponderalem quantitatem, nam de quantitate graduali dictum eſt. Qualitas vero in medicinis ſimiliter hora attenditur diuerſimode ſecundum earum diuerſitatem, nam earum quædā adminiſtrantur per interius, quædam exterius corpori applicantur. Item illarum quæ per interius &c. quædā digeſtiue, quędam ſolutiue. Exēplum

ſ exhibitionem medicinarū, q̄ conſideranda.

primi: vt ſyrupi, decoctiões, aut alia huiuſmodi loco ſyruporum exhibita. Exemplum ſecundi, vt ſolutiua liquida, aut electuaria ſolutiua, aut cõfectiones ſolutiuæ &c. & qđ dicetur de digeſtiuis, poteſt etiã intelligi de omnibus alijs attractiuis, confortatiuis &c. licet de theriaca plurea aliter ſenciant, vt dicetur.

Syrupi calidi, et nõ tepidi exhibendi.

Syrupus nanq;, aut quæ loco ſyruporum adminiſtrantur, debent exhiberi calidi & non tepidi. dicente Galen. 8. therapeu. Tepida quoque exoluunt robur virtutis. Tepida nanque laxando os ſtomachi nauſeam ſiue vomitum inducunt: & modus calefaciẽdi ſecurus eſt in cacabo aquę poſito ad ignem ponatur cyathus in quo eſt ſyrupus, ſicut ponitur vinum in aqua veri frigoria tempore æſtus, & dimittatur quouſque aqua eſt calefacta vltra tepiditatem notabiliter, & tunc extrahatur. Deinde cum aliquo inſtrumẽto miſceatur, vt groſſum cum ſubtili permiſceatur, ita vt habilius potetur. Poſtremo patienti in nomine Ieſu exhibeatur. ꝙ ſi ſenſerit odorem aut ſaporem horridum, obturet nares, aut repleat bombace, muſcato, aut alio odorifero, & iſta tibi auxiliabuntur, vt infra apparebit. Maſticet poſt eius aſſumptionem pirum vel pomum, vuaa, grana granati, aut huiuſmodi, çuchari &c. Deinde in lecto quieſcat, & dormiat: & ſi ſoluerit duabus, tribus, aut quatuor horis.

In Aurora cur medicamẽta potius exhibeãtur.

Hora autem conſuetudinaria eſt talia aſſumere in Aurora hora vna cum dimidia, aut duabus horis ante diem. Cauſa huius eſt: quia tunc communiter, & de communi vſu celebratę ſunt digeſtiones omnes. Vnde natura circa digeſtiones non occupata eſt ex ſomno ciboque fortificata, melius digeſtiuum compræhendit & actuat. Ad quod concurrit ꝙ ex ſomno poſtea facto magis inde natura fortificata facit, vt dictum eſt. Item ſpiritus ex tenebris nocturnis ſtant interius debite concluſi, quod etiam ad fortificationem virtutis, & ad digeſtiui actuationem meliorem conferre ſentitur. Et dictum fuit conſuetudinaria: quia aliquando non inconuenit alijs horis huiuſmodi ſyrupum exhibere, nam oportet medicum conſiderare horaa digeſtionis cibi poſt eius aſſumptionem. Quidam non dubitant poſt aſſumptum cibum per horas ſex digeſtiuum dare, quidam octauam horam poſt conuenientem enunctãt, ſed coacte aliquando immediate poſt ſeptimam licet exhibere, aliquando tranſire ſecundum digeſtionum tarditatẽ, quorum ſententiæ adhæreo. Et pro iſta opinione videtur ſententia Meſ. in ſuo de apoſtematibus hepatis, de ægritudinibus hepatis ad finem, vbi inquit. Syrupus ex inuentione noſtra &c. Et parum poſt ſubdit. Detur de mane ante lucem: & emittat ſuperfluitates primæ & ſecundę digeſtionis, ſi poſſibile eſt, vt inueniat naturam exoneratam & excitatam. De digeſtiuo in dolore capitia exhibendo poſt cęnam. infra de cura doloria capitia. Et ſicut dictum eſt de hora digeſtiuorum, ita intelligas de hora aliorum alteratiuorum confortantium &c. per os aſſumptorum.

Sed notandum ꝙ medicus in ſic calefaciendo, vt dictũ eſt debet conſiderare intentionem ſecundum quam exhibetur digeſtiuum, quoniam ſi intentio fuerit ad ſtypticandum: ſicut cum exhibemus ſyrupum myrtinum & huiuſmodi. tunc fiat eorum calefactio in aqua ciſternę, calybeata, aut decoctione rerum ſtypticantium. Et cõſimiliter de alijs ſuo modo dicẽdum. Poſt autem horum aſſumptionẽ debet aſſumens ſtare quatuor horis ante cibi aſſumptionẽ vel tribus ad minus. Et dictum fuit licet de theriaca &c. nam placuit pluribus propter hominum ingluuiem accepta theriaca concedere cibum per quatuor horaa, quibus non alludo ſaltem regulariter operando, nam ſi recte inſpiciantur mirabiles effectus thæriacæ. inter alios inuenimus quo modo ipſa per omnia loca digeſtionis pertrãſit, quare oportuit addere opium. vt quinto canone. primo capitulo. in quibus locis habet virtutes cõfortare, ſuperflua reſoluere & exterminare. Vnde cum in tam paruo tempore per iſta loca veriſimiliter non pertranſeat: nec in eo ſuos & tales effectus producat, cõgruum eſt tempus maius adhibere poſt eius aſſumptionem. Vnde multis viſum eſt vt tale ſpatium ſit octo horarum uel circa, & hoc regulariter operando. Ad quod confirmandum facit, quia natura hoc tempore a cibo non diuertitur quo theriaca ducitur. Omnium enim natura operatrix: medicus vero miniſter. tertio techni. & prima quarti. de cura pu. in generali. Et hanc tanquam magis veriſimilem pace aliorum collaudo.

Natura opatur.

Regula.

Sed antequam de ſolutiuis quicquam dicatur, pręmittẽda eſt regula vna quæ colligitur quinto canone. primo capitulo. ꝙ medicus debet ſtudere quantum ei poſſibile ſit, vt medicinæ ſolutiuæ ſint guſtui placidæ & delectabiles, & maxime hoc tempore propter nimiam hominum guloſitatem, nimiumque & vehementer adauctam. propter quod authores noſtri commiſcent çucharum, mel, & huiuſmodi: & ſi cum alijs poſſunt fieri delectabiliores fiant, quoniam aliquando dulcia diſplicent, & acetoſa, & acria delectant, nam ex hoc accidit vt melius actuentur, cũ ſtomachus eas melius compræhendat. Iuxta illud Hip. apho. ſecunda. Parum deterior potus, aut cibus &c. Item cum ſunt horridæ, ſtatim a ſtomacho vel natura extra pelluntur, nec medicus nec infirmus inde effectum quem quærebat, conſequitur. Ex quo infertur deteſtabilis modus Empericorum qui ſuccos amariſſimos non aliter præparatos ægrotantibus exhibent.

Nota tamen ꝙ in hoc medicus diligens eſſe debet, ne ex commiſtione rei medicinam guſtui delectabilem facientis eius virtutem minuat notabiliter ſaltem: aut aliter prę parando. Ex quo infertur, ꝙ male operantur medici, qui ſemper ſyrupos faciunt iulępiçare: vt viſui & guſtui magis delectent. Nam ubi materia ſit ſubtilis & facile digeſtabilis, poteſt ſyrupus iulepiçari, vbi vero ſit groſſa difficulter digeſtibilis, non debet iulepiçari, nam ex iulepiçatione rarefit ſyrupus, & de eius potentia vel virtute multũ amittitur, potentia enim rei habet attendi penes multitudinem formæ. Item aliquando quæritur operatio ſyrupi propter partes terreas & ſtypticas, vt in fluxibus ventris quę in colatorio ſecundum magnam earum partem remanent.

Erratũ i ſyrupos iulepizãdo.

Ex quo infertur ꝙ nunq; vel rariſſime in materia phlegmatica vel melancholica ſyrupi debent iulepiçari.

Infertur ſecundo ꝙ in cholerica aliquando poſſunt, aliquando non, vt in tertiana pura: ſic in non pura ſiue nota non. Et ad regulam moderni ſcientifici aſpicientes circa hanc medicinarum dulcorationem, diligẽtiam maiorem habuerunt. ponunt in vna lib. mellis cocti & diſpumati. ℥. ij. ſpecierum. vbi antiqui conſueuerunt ponere. ℥. iij. in lib. vero çuchari ponunt drach. iiij. vel ad plus ſex. vbi patres noſtri ponebant octo vel plus.

Sed ſcias ꝙ ſicut minus ponitur de ſpeciebus in compoſito, ita oportet doſim compoſiti plus augere, & econtra: vbi plus minorare. Et ideo oportet medicũ ſemper habere notitiam quantitatis ſpecierum compoſitorum. Vnde cum primum ad aliquam apothecam peruenit in qua practicare ſperat, debet excutere modos compoſitionis medicaminum, nam diuerſi diuerſa agunt, ad quod pauci reſpiciunt, quos non velis imitari. Et quod dictum eſt de ſolutiuis, intelligatur etiam de alteratiuis &c. Expedito de digeſtiuis & alteratiuis ſic ſatis in generali de ſolutiuis conſequenter agendum eſt. Et dicitur primo ꝙ ſolutiua debẽt calefieri, & ea hora exhiberi, vt dictum eſt de digeſtiuis.

Sed hic cadit locus ſpeculationis, propter id quod dictũ fuit ſupra in fine primi &c. de horis humorum, & eſt, nunquid medicinæ ſolutiuæ debẽt exhiberi horis humoribus aſſignatis. verbi gratia. nũquid ſolutiuum choleræ debeat exhiberi in tertijs, melancholiæ in nonis vel parum poſt, phlegmatis poſt veſperas vel ante, & tu ad hoc conſidera. Item præcipue ſeruetur regula in ſolutiuis: vt dictum eſt.

Item quia propter horribilitatem ſolutiuorum frequenter

quenter accidit vomitus, vt ſupra iam debet medicus ordinare, vt aſtantes poſt aſſumptionem ſolutiui dent parũ aquæ frigidæ qua colluat eius os. Itẽ ꝙ de ea deglutiat circa duo vel tria cochlearia ad remittendum ſenſationẽ oris ſtomachi, quodq; ſi de vomitu inde dubitatur: faciem infirmi frequenter aqua frigida madefaciant, aut ſuper vmbilicum ventoſam ponant, quam vna hora vel plus ſtare permittant. Item datur pirum coctum, & huiuſmodi ſtypticum delectabile, vt agreſta, granatum, & huiuſmodi. Item fricationes tibiarum, pedum etiam conferunt. Item quia ex odore ſolutiui frequenter cerebrum alteratur, & alterationem per neruos reuerſiuos oris ſtomachi cōmunicant, vnde nauſea ſeu vomitus conſurgit, hinc debet medicus ordinare ſolutiuum vt ſit odoriferum, aut tempore aſſumptionis rem odoriferã, vt bombacẽ muſcatam &c. vt ſupra. Aſſumpto autem pharmaco debet patiens quietus in lecto iacere, & ſi fuerit debilis tam ſuper pharmacũ forte ꝙ̃ debile debet dormire, ſed minus ſuper debile, quoniã citius actuabitur, ꝙ ſi fuerit fortis ſuper debile dormire non debet, aut parum: & ſuper forte dormire debet, vt expediens fuerit plus ſcilicet, & minus ſm maiorem aut minorem pharmaci fortitudinẽ. Item notandum ꝙ poſt aſſumptionem debilia debet patiens ſtare in camera feneſtris clauſis vſquequo compleatur operatio medicinæ. Et

Luminis pſentia medicamina impedit.

cauſa: quoniam medicina ex pręſentia luminis in ſua operatione impeditur et debilitatur. Vnde cũ medicina ſit debilis operationis, paruum impedimẽtum ei ſuperueniens, eius operationem ſatis notabiliter impedit, & diminuit. Medicinæ nanq; proprium eſt trahere à circũferentia ad centrum, aeris autem luminoſi ecõtra. Ex quo patet error medicorũ qui permittunt, et conſentiunt accipientes pharmaca ſolutiua domum egredi, & per ciuitatem, & aerẽ luminoſum libere perambulare. Vlterius ꝓ regula habeatur apho. xv. ſectionis. iiij. Hippoc. Cum volueris, magis ducere elleborum, moue corpus. Moueatur itaq; infirmus per cameram molli, & habili paſſu, ita vt ex eo non debilitetur, aut alio modo alteretur. Et hoc veritatem continet pręcipue in corporibus non multum debilibus, multũ autem debilibus motus vehementiſſime nocet. Vnde intelligendũ ꝙ ex motu aliquæ materiæ quiete agitantur, & mouentur vehementi, & multo, & putrido fumo cor petunt, quare inde mora non raro conſequitur. Et vidi meo tẽpore dominas duas. quæ erant valde debiles, &, ut exiſtimo, vixiſſent fortaſſe tribus aut quatuor diebus, quæ propter motum, & agitationem in ſyncopim ceciderunt, & in paucis horis poſt mortuæ ſunt. Et hanc ſententiam etiam collegi ſecũda quarti. de ſpeciebus mortis. inquit. in declinatione totali nõ moritur aliquis niſi propter laborioſas cauſas deforis, quę ſuperuenient infirmo cum eſt debilis, ſicut motus, aut eleuatio &c. & exponitur eleuatio ad ſellam.

Erratũ nõnullorũ medicorum.

Regula.

Vnde hoc loco tibi narrabo quid i egregia domina olim conſorte Blaſij de Meliaria ciuis noſtri multis ciuibus exiſtentibus aperte contigit. dum per duos ex ſolennibus noſtris medicis uiſitaretur, ſemel cum eorum altero famoſiori ad eam viſitandam intraui cameram, eaq; viſa ac pulſu conſiderato per ipſum debilem, ſed non ex toto deſperatã enũciauit, eamq; adhuc bene uicturam aperte ſatis pronũtiabat, ſed cum de vrina videnda inſtaret, ſubleuauerunt eam aſtantes, & vt mingeret adhortabantur. Quo facto, et vrina viſa cameram ingrediebantur, et eam continuo hortabantur. Ego autem his diebus à patre meo Iacobo Forliuienſi de lachrymis inuoluntarijs lectionem Hippo. habuerã. Cumq; ipſas ab oculis fluere percepiſſem: memor eorum, quæ audiueram, pluribus ex his ciuibus eam ea nocte moriturã prognoſticatus ſum. ſicq; in quarta vel quinta hora noctis in domino dormiuit. Huius autem repentinę mortis cauſam exiſtimo motum, & agitationem fuiſſe.

Agitatio debi

Fugias ergo corporum tam debilium agitationẽ, & precipias aſcellam cõmodiſſimã fieri, aut ſaltem in pannis non ſe mouendo ęgerant: quod magis laudo, vnde fortaſſe inaduertẽtia multorum facit quãplurimos hoc modo extingui, qui à morte euaderent, quod tibi probare habitis, quę dicta ſunt non exiſtimo difficile. Vlterius pro regula habeatur ꝙ poſt medicinam ſolutiuã primi aut ſecundi gradus, niſi cum ea miſceatur, quæ tertij aut quarti nunquam eſt lauatiuum exhibendum. Dicitur niſi &c. quia poſt earum aſſumptionẽ ſuo tempore exhibendum eſt, vt ſtatim dicetur. Et cauſa regulæ eſt, quoniam lauatiuum facit medicinam citius lubricare à corpore, & ſic eius operationẽ impedit, quę non niſi in multo tempore cõpletur. Poſt autem aſſumptionem medicinæ tertij aut quarti gradus debet lauatiuum exhiberi calidum & non tepidum, vt ſupra ab. ℥. tribus vſq; ad octo. Deinde per horam mediã vel circa debet patiens comedere. Et cauſa aſſumptionis lauatiui eſt quoniam ipſum habet lauare & mundare ſtomachum, & inteſtina à reliquijs humorum, quæ in eis remanſerunt. Secundo habet remittere malam qualitatẽ vt acutam caliditatẽ, ſimiliter & ſiccitatẽ à pharmaco in eis derelictã.

[uſ] corporũ fugienda.

Regula.

Ex quibus infertur ꝙ aqua hordei non zucharata eſt conueniens lauatiuum cũ à natura non ita retineatur ſicut brodium pulli. Item magis infrigidatiuum magis humectatiuum. Et debet fieri decoctio hordei uſq; ad crepaturam: & hoc, vt humiditas medullaris per quam etiã agere debet, egrediatur: ne inflãmationem inducat: unde cum quęris eius fortem abſterſionem ipſum excortica vſq; ad excuſſionem tenuium corticũ. Cum vero humectationem magis vſq; ad excuſſionẽ corticum tam exteriorum ꝙ̃ interiorum, iuxta doctrinam Meſ. de phthiſana. Ex quo apparet ipſum ſemꝑ excorticari debere, quod multi nõ pręcipiunt. Et colligitur hęc ſentẽtia à Meſ. capitulo de phthiſana. Placet tamen dominabus brodium pulli cum zucharo, quia virtuti plus ſemper intendunt. vt ſupra, quibus, ut potes ſemper complacere ſtudeas. Semper enim de tenore virtutis cum medicis contendunt. propter quod inoleuit magis vſus dandi brodium pulli. Hortor tamen, vt cũ cooſcientia placeas, & vt earum volatilem infamiã fugere, vt potes curare velis. Sed tamen audi hoc loco Albuc. de turbith loquentem, ait. Doſis noui eſt à. ʒ. i. vſq; ad. ij. cum magna cuſtodia, & ex veteri plus, & non detur ſolũ, ſed poſt ipſum ſumatur brodiũ pingue ex pinguedinibus ſubtilibus, & tu conſidera. Potes tamẽ, ſi tibi videtur, hoc modo mediare, vt in brodio pulli hordeum decoquatur, & vtriuſq; intentio habeatur. Sed de zucharo tantum dico. ꝙ cum quęris lauationem fortem, & reſpectum nõ habes ad uirtutem, nec ad delectabilem, et gratuitam aſſumptionem, non debet in lauatiuo poni, quia ex ipſo fit lauatiuum naturæ multum amicũ, & retinetur in poris & venis, & nõ operatur vt debet. Et ſis memor facere fieri ſequenti die clyſterem lauatiuum ex aqua hordei, pręcipue ſi medicina ſit ſcamonea, nã in rugis inteſtini groſſi remanent partes quędam acutæ, quę ſtimulant virtutem expulſiuam, & inducunt teneſmonem. Et ſi quęratur quot horis debet patiens ſtare poſt aſſumptionẽ ſolutiui anteꝙ̃ lauatiuum accipiat. Dicẽdum ꝙ tale tempus pręfixum aſſignari firma ratione non poteſt, ſed à medicis rationabiliter operantibus quadam artificioſa coniecturatione ęſtimatur quatuor horarum cum dimidia uel circa, nam cum pharmacum tale habeat à membris remotis ducere ad ſtomachum & loca expulſionis materiam in eis peccantem, videtur ꝙ hęc operatio in pauciori tempore rationabiliter perfici non poſſit, & hoc experientia ſm plurimũ nobis comprobat. Ex quibus infertur ꝙ poſt aſſumptionẽ medicinæ tertij aut quarti gradus debet patiens ſtare qnq; horis vel circa anteꝙ̃ comedat. Notandum tamen ꝙ medicinæ tales aliquando dantur in ſubſtantia, aliquando dantur in infuſione: & cum illę quæ dantur in infuſione citius compleant actiones ſuas his, quæ in ſubſtantia, citius etiã cibari debet infirmus, & ſm hęc & ſimilia varietur tem-

Hordei coctio qualis.

Mulierculis qñ ꝗ complacẽdũ

Regula.

pua, ſimiliter & hora. Poteſt tamen quaſi pro regula poni, ꝙ ſi contingat infirmum habere tres vel quatuor aſcellationes ante dictum tempus, ꝙ ante illud patiẽs &c. Tu tamen conſidera in hoc quantitatem peccantis materiæ, & quantitatẽ materiæ emiſſæ, & tenoris virtutis non ſis oblitus. Poſt vero medicinas primi aut ſecũdi gradus, vt mãna, caſia, & huiuſmodi debet ægrotans cibari per quatuor horas, & cauſa quoniam huiuſmodi medicinæ non habẽt ducere à locis remotis valde, ſed ſolum materias, quæ ſunt in vijs ductuum quibus ſua ſubſtantia occurrunt. Præterea ſi longo tempore retinentur, cum aptę ſint in nutrimẽtum conuerti, in ſubſtantiã corporis conuertuntur earum multæ partes. propter quod earũ operatio diminuitur valde. Tale nanq; tempus & artificioſa cõiecturatione, & experientia inuentum eſt quatuor horarũ poſt ipſam aſſumptionem, vt dictum eſt.

Clyſterum forma.

Et quia clyſteres ſaltẽ ſolutiui quodãmodo inter pharmaca nominari poſſunt. hinc de eorum forma conſequenter agendũ. debet enim clyſter calidus imponi ieiuno ſtomacho de mane aut ſero, prout medico videbitur expedire, cuius caliditas non ſit acuta propter ſenſibilitatem inteſtinorum, & cognoſcitur eius tempus ex ductu digiti per ipſum. Poſt autem eius aſſumptionem debet patiens ſtare pedibus eleuatis aliqualiter, et paulatine ſe de latere in latus uertere, ita ꝙ cum ſteterit ſuper vno per certum ſpatiũ temporis paulatine ſe ad aliud voluat, & hoc maxime ubi quęritur euacuatio cõmunis, & ſimiliter iuuamentum cõmune. & à partibus ſuperioribus. in quo caſu ſtet patiens ſupinus: et ſi paſſus fuerit in latere dextro longiori tempore ſtet ſup illo. Similiter ſi in ſiniſtro ſuper ſiniſtro, & hoc conſtante virtute. Vnde notandum, quod colligitur ex Auic. ſextadecima tertij. de cura cholericæ, ꝙ cum imponitur clyſter debet medicus conſiderare locum ægritudinis, vt ꝙ ſi fuerit in renibus, ſtet patiens ſuper renes, dum ſibi imponitur, ſi in inteſtinis, ſtet patiẽs ſupinus: ſi in dextro, ſuper dextrum: ſi in ſiniſtro, ſuper ſiniſtrum, & horũ videtur cauſa, ꝙ per talem decubitum liquor ad locũ ęgritudinis facilius peruenit, vnde effectus melior cõſequitur. Qui modus & ſi vſitatus non ſit, eo tamen vtor cum maxime rationabilis atq; vtilior videatur. Poſtea uero cum emiſſus eſt clyſter, ſtet patiens mediam horã vel circa ante cibi aſſumptionem: & ſi ſtabit per horam melius, nam anteq̃ ſedati ſint vapores ſparſi per corpus, & virtus vigorata ex exitu fęcum & humorum cũ quibus &c. aliqui ſpiritus & humores boni egreſſi ſunt, pertrãſit rationabiliter ſpatium tale, æſtimatiuũ tñ, non demonſtratiuum.

Pilularũ inexhibitiõe conſideratio.

De pilulis autẽ dicendum: ꝙ quędam nominantur cum cuſtodia: & ſunt illæ quę confectæ ſunt ex medicinis laborioſe ſoluentibus: de quibus per ordinem dicendum, ſicut de medicinis talibus, vt ſupra. Quędam dicuntur tales ſine cuſtodia quæ ſunt ex medicinis benedictis confectæ, et tales poſſunt omni hora aſſumi, ſiue poſt, ſiue ante cibum per horam vel duas vel dimidiam, vt libet. Vnde pilulæ tales, vt de hiera ſimplici in paſſiõibus capitis poſt cœnã exhiberi poſſunt, unde Damaſcenus. 59. apho. Medicinarũ quędam quę dantur, & maxime quæ faciunt in ſummo capitis poſt cœnam, maxime quando itur dormitum dandę ſunt, vt natura ad interiora intenta ab altiſſimis membris attrahendo ſenſus alleuiet, & apho. 59. Cum quis voluerit purgare caput, aut cerebrum, aut inſtrumenta ſenſuum pilulis maioribus & poſt cœnam, et eundo dormitum datis faciendum eſt. Nota tamen ꝙ hic eſt locus ſpeculationis, ſed nõ poſſum hic tecum diſputare cum me ſolum poſitiuum expreſſerim. nimiũ enim prolongaretur tractatus noſter, quem vt abbreuiẽ maxime ſtudeo, ſed ages, ut alij prudenti diſcretione multa corporibus accomodant. Poſt hęc notes Auic. quarta primi. capitulo de eo quod alibi inquirendum eſt. inquit. Pilulæ pręterea ad bibẽdum dandę nõ ſunt poſtq̃ exiccatæ fuerunt & factę vt lapides, neq; etiam cum ſunt molles ne penetrent & retineantur, ſed ſint quomodo exiccari inceperint, & quæ digitis cedant ſi cõprimantur. Cum autẽ exiccatæ ſunt ab eis reſoluta eſt virtus ſm magnam partem. vnde nihil vel quaſi nihil operãtur, et ſimiliter virt⁹ eas actuare non debite poteſt: vnde neq; infirmi neq; medici conſequuntur quod intendunt. Et ita de alijs medicinis contingit quæ in apothecis veteraſcũt. Quis enim ad hæc omnia aduertit. vix ex mille millibus vnus. Notandum tamen hac parte, quod Damaſcenus ſcribit apho. 62. Pilulę veteres & ſiccæ prius q̃ dentur humectandæ per noctem ex aqua calida ſunt. Ex quibus patet ꝙ ætas medicinæ à medico maxime conſideranda eſt, ad quam pauci reſpiciunt: et tu ipſam non negligas. Et hęc de his quæ per os aut inferius ad infra ſumuntur tibi. ſic in generali ſufficiant.

Regula.

De his vero quæ ad extra applicantur, vt emplaſtra, vnguẽta, ſacculi, epithemata, embrochę, caputpurgia, et huiuſmodi. Dicendum eſt, ſit vt regula, ꝙ omnia iſta regulariter operãdo debent ieiuno ſtomacho, & emiſſis ſuperfluitatibus cõmunibus corpori exhiberi, & ſemper cum hoc conſideretur tempus actionis eorum. Et dixi regulariter, quia aliquando applicamus ſacculos mitigatiuos, carminatiuos &c. poſt cibi aſſumptionem &c. & omni hora, vt in forti dolore. Item talia calida ſm exigentiam, & nõ frigida applicari debent. Et licet quæ dicta ſunt, locum habeant quaſi ſemper, quandoq; tamen inunctiones, ſyrupicas aſſumptiones ordinamus poſt cibũ fieri quę ſunt ſomni prouocatiuæ &c. nam de omnibus particulariter ſcribere eſſet nimium prolixare tractatum, quod quantum, poſſum fugio.

DE QVANTITATE autem medicinæ dicendum, ꝙ triplex eſt quantitas conſideranda. Prima alteratiuorum ſeu digeſtiuorum per ſe. Secunda ſolutiuorum. Tertia conſolantium medicinas ſolutiuas, & acuentium eas. ipſarumq; virtutem ad membra alia, & alia perducentium.

Siruporũ quãtitasq; varia.

Incipiendo à digeſtiuis: quia à ſyrupis magnam diuerſitatem reperio inter practicãtes Paduæ & Venetijs, nam Paduæ datur. ℥. i. ß. ſyrupi cum. ℥. iij. aquæ. Venetijs vero dantur. ℥. iij. ſyrupi cum. ℥. j. ß. aquæ. Variatur tamen hic modus: ſed in hoc ſaltem defecerũt à Patauinis: ꝙ plus de ſyrupo q̃ de aqua exhibent. Et exiſtimant fortaſſe Patauini ꝙ ſi ſyrupus ſolus dari poſſet, non eſſet neceſſaria coniunctio aquę: ſed quia conuenienter potari nõ poteſt, hinc cũ ſyrupis aquam cõmiſcẽt, & duplum aquæ: quia exiſtimãt propter raritatem aquæ ipſam duplicatam æque potentẽ cum ſyrupo effici. Amplius vt aquę ducant ſyrupos ad loca ægritudinum, quia interdum ſyrupi non reſpiciunt loca ſeu membra corporis ſicuti aqua. vt verbi gratia, aceroſus ſimplex, qui nõ reſpicit locum ſeu membrum, & cũ eo cõmiſcetur aqua ſaluiæ: vt ad caput virtus eius dirigatur, & iterũ, quia ex tali cõmiſtione penetrabiliores fiũt. Veneti vero dicunt, ꝙ ex coniunctione tam paucæ aquæ, quia ex ſubduplo ad ſyrupum poteſt ſyrupus conuenienter potari, & ex hoc fit habilis potus, & illa aqua in tanta doſi ſufficit ad dirigendum ſyrupum ad locum ægritudinis. Sed licet ratione efficaci neutrum reprobari poſſet, pace tamen ſua nulli harum in omnibus aſſentio. Nec me pręſumptio mouet, quod auertat bonus Ieſus, ſed perſuaſione quadam moueor de qua aliquid ſupra. Cũ enim ex miſtione dupla aquæ ſyrupus reddatur multũ ſubtiliorius, hinc efficitur paſſibilior & reſolubilior. Ex quibus ſequitur ipſum citius actuari, et eius operationem ex conſequenti citius perficere, & ergo ſtante materia groſſa & indigeſtibili non poterit ipſam niſi in longo tempore digerere, & ex conſequenti tardabitur ſanitas, quod ab omni medico fugiẽdum eſt. vnde ſimiles materiæ requirunt ad earum digeſtionem ſyrupos cõſtantes, qui poſſunt in ſua actione longo tempore durare. puta ſi materia digerenda

Aq̃ cũ ſyrupis miſceaſ.

erit

erit i ſtomacho, et in locis ſtomacho propinquis, quomodo per talem ſyrupū digeretur, cum ex ſua ſubtilitate &c. quaſi ſtatim ab ipſo lubricabit & egredietur. Conſimiliter ad Venetos, ſaluo ſemper iudicio meliori, pace ſua me conuerto, nam aliquādo indigemus ſyrup. ſubtili. imo iulepizato, & hoc cum volumus ipſum faciliter, & cito penetrare, ſicut materia exiſtente ſubtili: & in locis remotis, vnde duplum aquæ vel plus cōmiſcendū eſt. Sic ergo patet quomodo aliquando minus, aliquādo plus de aqua eſt cum ſyrupo cōmiſcendum. Hanc tamen doſim determinatam aſſignare eſt impoſſibile. Vnde oportet aliquando augmentare doſim: & cum ad ægritudinem quę eſt in mēbris remotis digeſtiuum habeat, et per multas tranſmutationes peruenire, vt in canonibus vniuerſalibus dictum fuit, & aliquando minuere, vnde hoc remanet in optima, & ſcientifica penna medici, propter quod bene dictū fuit. Natura prudentem oportet medicum eſſe: & ꝙ vt credo in omni cōmiſtione ſyrupi cum aquis debet fieri aliqualis eorum adinuicem ebullitio, vt per talē melior fiat eorum miſtio: & ſic fortius vnita: fortius & melius operantur. Nota etiam ꝙ ad bene iulepiçandum ſyrupum debet eſſe aquarum ad ſyrupū proportio dupla ſexquialtera vel circa. Et quod dictum eſt debet intelligi de ſyrupis qui habent completam decoctionem, qui vſui per annum reſeruantur, & vocantur ſyrupi breues, nam ſyrupi longi qui reſeruantur ſolum ad tempus paruum vt octo dierum uel infra. qui talem decoctionem non recipiunt ſine aquæ cōmiſtione exhibētur. Et ſi dicatur ſicut iam inſtabat quidam. Meſ. ſyrupos ordinauit, & cum eis aquam non commiſcet. Itē io multis locis ordinat ſyrupos in diuerſis paſſionibus, vt apparet diſcurrendo per ſuum de appropeiatis, & tamen non cōmiſcet eos aquis, quare uos &c. Pro iſto dicendum ꝙ fortaſſe Meſue intelligit de ſyrupis longis & non breuibus, quos nos oportet elongare, vt potu ſint habiles. Alter ꝙ eius intentio eſt, vt cū eis cōmiſceatur aqua vel aliquod tale, & ſi nō ſemper hoc dicit dat intelligi per ea quæ dixit in alijs locis, vbi in ægritudinibus aquam vel aliquod tale ſyrupis commiſcet. verbi gratia, in capitulo ſyrupi acetoſi ſimplicis dixit. doſ. eſt ab. ℥. j. vſq; ad quatuor cum aqua frigida. Item de ſyrupo acetoſo diarhodon. Ex quibus patet ex eius intentione ſyrupis aquam cōmiſceri debere. Secundo ꝙ maior cōmuniter debet eſſe quantitas ſyrupi q̃ aquæ, vt Veneti: nam totius aggregatiui doſis debet eſſe. ℥. iiij. cū. ß. uel quinq; ad plus. Ponitur ergo aqua ſolum, vt apparet, vt ſyrupum habilē potui reddat. Vnde videmus Nicolaum & cęteros in ſuis antidotarijs dicere. detur ab. ℥. ij. vel. iij. cum aqua tepida in vino vel lacte, vt ſolum res ipſa potui habilis fiat: & facilius penetret. Secūdo notandū ꝙ de aqua & lacte &c. quæ cum ſyrupis cōmiſcētur ponitur doſis indeterminata ab auctoribus: & hoc quia relinquitur vt ſupra diſcretioni medici: quia ſm aliam, & aliam indigentiā oportet aliter & aliter variare: & facit pro opiniōe media inter Patauos & Venetos.

Syrupi breuesq;

De quantitate autem aliorum alteratiuorum, vt confectionum electuariorum: & huiuſmodi. Dicendum ꝙ vſq; nunc nō inueni artificialē regulam à doctoribus meis, ſed quid cōmunis practicantium vſus agat tibi referam. Deinde ſubiungam in modum regulæ ꝙ in facili tamen artificio contexui eum quicquid in me eſt ſemper tuum faciā. Conſuetū eſt enim dare de confectione ſolida in qua ſunt. ʒ. vj. pro lib. zuchari vſq; ad. ʒ. iij. & quādoq; vſq; ad. iiij. ſaltem confectiones non tranſeunt tertium gradū, ſed ſunt ſecundi gradus aut mediæ inter ſecundū & tertium. Et qd agendū ſi erunt tertij aut quarti gradus, videbitur. Sed adhuc quidam guloſitati hoīum magis q̃ utilitati indulgentes hanc doſim obſeruant. Et ſi pro lib. zuchari nō ponantur niſi. ʒ. iiij. de electuariorū doſ. maxime de mellinis inuenio, ꝙ datur à. ℥. ß. vſq; ad. ℥. & ſi electuariorū non tranſit gradum tertium dātur de eo. ʒ. ij. vſq; ad. ℥. & inuenitur doſis in pluribus à. ʒ. j. ß. uſq; ad. iij. ſed ſemper quid in hoc agis memora quod dictū fuit ſupra, ꝙ in vna lib. zuchari ponītur. ʒ. vj. ſpecierum in vna mellis. ℥. ij. quod ſi ſic eſt, tunc in vna. ℥. zuchari confectionis erit media. ʒ. ſpecierū, in vna mellis. ʒ. i. Ex quibus infertur ꝙ in tribus. ʒ. confectionis ſolidæ erūt grana. xj. vel circa ſpecierum, nam eadem eſt proportio totius ad totum & partis ad partem in tribus vero electuarij mellini erūt grana. xxx. vel circa ſpecierū. Hic modus & ſi ſit à patribus noſtris, & vſq; ad noſtram ſeruatus ætatem, tamen vt res de qua ſermo clarius luceſcat, contra ipſum dupliciter inſtabo. Primo quia potentiora ſunt valde & acutiora, & non minus alterantia q̃ ſunt in quarto gradu calida, & ſolutiua: naturęq; humanæ à tota ſpecie corruptiua q̃ quæ ſunt in ſecundo vel tertio gradu calida, & naturæ humanę amica: ſed doſis primorū quę ſunt in quarto eſt à granis quinq; vſq; ad. vij. vt patet in ſcamonea. ergo & illorum doſis debet magis eleuari. Confirmatur: quia multorum alteratiuorum & ſolutiuorum, quæ venenoſitate participant. doſis eſt à. ʒ. j. vſq; ad. ʒ. j. ß. vel duas, vt in elleboro, turbith, agarico &c. ergo alterantium, confortantiū doſes vltra iam dictas eleuari debent, patet conſequentia, quia doſes non diminuuntur niſi propter vehementiam aut acuitatē, aut aliquod huiuſmodi. Secundo videtur, ꝙ non ſit paruus error, ꝙ doſes electuariorum de melle ſunt maiores q̃ illæ de zucharo alijs paribus: quoniam mel eſt calidum, & ſiccum in ſecundo, ergo ſaltem vbi ſpecies calidæ ſint augmentabitur caliditas, & ſi non tranſcendent ſm gradum vbi zucharum remittet &c. vt ſupra, quoniā eſt temperatum, & cū hoc erit proportio maioris inęqualitatis zuchari ad ſuas ſpecies. Si ergo calefacere quęrimus cum cōfectione zuchari vſq; ad ſecundū cum. ʒ. iij. calefaciemus vltra ſecundū cum. ʒ. tribus electuarij de melle ex eiſdem cōfecti. Ex quibus ſequi uidetur doſes electuariorum de melle minores eſſe debere doſibus confectionum ex zucharo cōfectarum. Et quamuis antiquis patribus ſemper adhęrere intendam, qa magis expertis, tamen quid ex eis, quæ didici apud me fabricauerim tibi aliter tranſcribam. Ego vero in hac parte accipio quod de ſolutiuis dicetur, ꝙ ſolutiuorum quædā ſunt in primo, ſecundo, tertio, quarto etc. et ſicut in ſolutiuis primi gradus doſis p duos terminos aſſignatur, et conſimiliter ſecundi, tertij, quarti. ſic alteratiui doſes aſſignabo per duos terminos. vꝫ. maiorem & minorem. Termini maior. ſ. & minor ſolutiuorum i primo: vt dicetur ſunt à. ʒ. j. vſq; ad. iij. vel. iiij. & quādoq; vſq; ad. vj. Solutiuorum in ſecūdo à. ʒ. ß. vſq; ad. ij. Tertij à. ʒ. ß. vſq; ad. ij. vel. iij. Quarti à granis quinq; vſq; ad decē, & quinq; vel decem & ſex. Conſimiliter in propoſito dicendum videtur, ſed pręmittendum prius, ꝙ per iſtas doſes medicinæ ſolutiuæ in vna aſſumptione, & breui ſpatio ſuum ſortiuntur effectū. & hoc medicus intendit. Sed cum alterantia, & cōfortantia exhibet, non quęrit, vt in tota eorum acceptione compleatur quod quęritur, quoniam id habiliter fieri non poſſet, vt intelligenti patet. Quęrit igitur per plures vices aliquid conſequi: quare doſis eorum minoranda eſt, nam medicina debilis cōſequitur effectum in multo tempore, quem fortis in paruo, vt ſupra. Credo igitur adhęrēdo patribus antiquis, quibus plus fidei in hac parte q̃ modernis adhibēdum eſt, ꝙ medicinarum ſimplicium ſiue compoſitarum quæ tales ſunt i primo. doſis debet eſſe à. ℈. j. vſq; ad. ʒ. j. ß. & incipio à. ℈. vt includatur omnis ætas: & hoc de empta quantitate zuchari: quæ compoſitionem ingreditur. Vnde Nicolaus in cōfectione illa de zucharo, cuius initium diaſatyrion optimū ponit in vnaquaq; lib. zuchari. ʒ. xxx. ſpecierum vel circa. & tamen illa videtur declinare ad latus ſecūdi. Eorum vero quę in ſecundo cum effectus ſecūdi ſit duplus ad effectum primi, vt quinto col. vltimo capitulo, doſis erit ſubdupla. vt. ℈. ß. ad. ℈. ij. vel.

ij.ß.& vſq; ad.iij. vnde te conſiderare oportet manſiones graduum, vt ſupra, quia.℈.ij.erunt doſis primę manſionis ſecundi.&.℈.ij.ß.ſecundæ ſecundi &c. Illorum vero, quæ ĩ tertio à granis quinq; vſq; ad.℈.i.vel.ß.vel circa. De his vero quæ in quarto dicendum, vt infra de ſolutiuis, & ſupra de manſionibus: ꝙ in his maxime attendere opꝫ manſiones propter vehementiam, & acuitatem ipſorum. nam eorũ quę ſunt in tertia manſione doſis eſt à grano uno uſq; ad.x. Quæ vero in prima manſione à granis duobus vſq; ad decẽ & ſex. Quæ vero in ſecunda à gra.j.ß.vſq; ad.xij. vel.xiij. vnde ſicut manſiones graduum magis eleuantur, ita doſes earum magis deprimi debent. Variãtur itaq; doſes iam dictæ inter illos terminos ſm varietatem ætatis, cõplexionis, regionis &c. quæ ſupra notata fuerũt in duobus verſiculis: ad quæ omnia medicus debet diligenter attendere. Vnde propter hoc auctores ſępe doſes confectionum in antidotarijs nõ ponunt, relinquentes eam in perita medicorum diſcretione. De doſibus autem confectionum de melle per quas calefacere intendimus, credo dicendum ꝙ ipſæ alijs paribus minores eſſe debẽt iam aſſignatis, & cauſa iam dicta eſt. Sed quia ipſas ſpecies in tanta quantitate cum zucharo cõmode, & ita guloſe cõmiſceri non poſſunt, ſicut cum melle. credo ꝙ inductum eſt guloſitati hominum, attendentes plus de ſpeciebus cum melle q̃ cũ zucharo cõmiſceri, ad quod concurrit ꝙ mel in ſua dulcedine in minori quantitate ſpecierum horribilitatem magis obtenebrat. Et ne mea dicta ita difformia videantur, reſpice Nicolaum in confectione cuius initium. Confectio zinziberis: & inuenies ꝙ pro lib. zuchari ponit quaſi ℥.xj. ſpecierũ. vbi ponimus ſex ad plus, & cõmunius quatuor vt delectabiliores exiſtant. Et quidã adulatores medici hodierno tempore intantum, vt gulę hominum deſeruiant, proceſſerunt, & confectiones faciunt fieri cum decoctione ſpecierum ſolũ vt albæ remaneant et viſu placidę, vt iulepiçantes ſyrupũ in omni diſpoſitione &c. vt ſupra. Sed in hac parte & in alijs obſecro, vt patronum noſtrum Cermiſonẽ cõſulas. quicquid in re ipſa dicat ſibi credas. De quantitate clyſteris dicẽdum ꝙ eius doſis eſt ab.℥.iiij. vſq; ad lib. potuiſſet tamen inter ſolutiua collocari, ſed nõ raro ſunt pure alterantia.

Medici adulatores qui.

De caputpurgijs, gargariſmatibus, vnguentis, emplaſtris, & huiuſmodi, vt ſupra, dicendum: ꝙ eorum quantitas põderalis remanet in perita medici, ꝙ ſm iminentem neceſſitatem ipſa in tanta vel tanta quantitate corpori applicat: eorum nanq; quantitas ponderalis certis terminis limitari non poteſt, vt patet intuenti. Sed de vnguẽto & emplaſtro dicatur. emplaſtrum groſſum, vnguentum vero ſubtile.

De quantitate ſolutiuorũ dicẽdum vt ſupra, quędam in primo, quędam in ſecundo, quędam in tertio, quædam in quarto, quod de omnibus ſimplicibus & compoſitis intelligendum eſt. Doſis ſolutiuorum in primo gradu incipiant ab.℥.j. Et quia vt ſupra effectus ſecũdi duplus eſt ad effectum primi doſis ſecundi incipiet ab.℥.ß. tertij à.ʒ. q̃rti à.℈. vel granis: & additur ly granis propter ea quæ ſunt in vltima manſione quarti: cuiuſmodi eſt ſcamonea, meçereon &c. Et horum exempla ponantur, quoniam in tali re nimium clari eſſe non poſſumus. Doſis medicinarum ſolutiuarũ primi gradus eſt ab.℥.j. uſq; ad ſex. vt ſy. ro. mellis roſ. colati, aquæ lactis, & huiuſmodi, vt infra ad plenũ. Vnde ſcias ꝙ ab inde ſupra aſcendet ad ſecundũ gradum, ita ꝙ ſolutiuum primi per augmentum quantitatis poteſt fieri ſolutiuum ſecũdi, vt ſupra &c. Doſis vero medicinarum ſecũdi gradus doſis eſt ab.℥.ß. vſq; ad duas, huiuſmodi ſunt manna, caſia &c. Doſis medicinarum tertij gradus eſt. à.ʒ. vna vſq; ad.ʒ.iij. vt agarici, turbith &c. Et nota ꝙ quidam ponũt rheubarbarum, myrobalanos ſolutiua tertij. Ego vero conſiderans bonitatem & excellentiam rheubarbari, & nullam malitiam, ita vt concedatur omni tempore, omni ætati, imo & pręgnantibus adeo benedictum eſt, non dubitaui ipſum inter ſolutiua ſecundi collocare. Prima eius doſis eſt ab.℥.ß. vt Meſ. ſecũdo capitulo. quã doſim ſolutiuam tertij attingere non videntur. Conſimiliter de myrobalanis, citrinis, & aloe dicendum. Et ne videar ab alijs multum deuiare, dicẽdum arbitror talis eſſe in vltima manſione ſecundi gradus, et ſi ab alijs ponuntur tertij. hoc eſt intelligendum in prima manſione tertij, quæ duæ manſiones ſi recte conſiderentur à ſe inuicem nõ multum diſtant. Vnde exiſtimo talia ſolutiua media inter ſecundũ & tertium, q̃ in aliquo eorum ſi quod medium tale imaginari põt. de quibus modis ſupra. De ſolutiuis q̃rti gradus dicẽdum, ſicut de alteratiuis in quarto dicebatur, nam doſis eorum quæ in prima mãſione quarti eſt à.℈.ß. vſq; ad.ʒ.j. et huiuſmodi ſunt ſynapis, catapucia, cucumer aſininus & huiuſmodi, vt infra. Eorum vero quæ in vltima manſione ſunt doſis eſt à granis. iiij, vſq; ad.xij. & ſm quoſdam vſq; ad.xv. & hoc in regione noſtra. Eorum vero qui in ſecunda medio modo inter hęc, et tu conſidera. Notandum tamen de catapucia ꝙ intelligi debet de puluere eius, q̃a de herba comedi poteſt vſq; ad.℥.j. & in vſu cibi. & eſt vſuale ſolutiuum ruſticorũ, & eorum quæ ſuæ natura participant, et ab his te conſulo omnino abſtineas.

Et ſi iſta memoriæ trades facile peruenies in notitiã doſis cuiuſcunq; compoſiti ſolutiui, quia aut tale compoſitũ ingreditur vnum ſimplex ſolutiuum aut plura. Si vnum ſolum, vt in hiera ſimplici, tunc de ea detur tanta quantitas, ꝙ in illa ſit doſis aloe conueniens. verbi gratia. dabuntur.ʒ.vj. quia in.ʒ.vj. ſunt ſolum.ʒ.ij. aloes, quæ ſunt eius conueniens doſis, vt infra, nam ſi conficitur hięra cũ melle, ita ꝙ eius medietas ſit mel, & altera ſpecies. patet ꝙ cũ in ea aloe ponatur ad duplum aliarum ſpecierum. patet ꝙ in quacunq; parte totius erit eadem proportio, quæ in toto. Vbi ergo reperietur vna.ʒ. aliarum ſpecierum, reperientur.ij. aloes. ĩ ſex ergo.ʒ.iij. ſunt mel. alię tres ſunt vna aliarum ſpecierum, &.ij. aloes. igitur &c.

Si vero compoſitũ ſit ex pluribus ſolutiuis eiuſdem ordinis, vt ſcamonea, meçereon &c. detur de eo tanta quantitas, vt ĩ eo reperiatur doſis proportionata ſolutiuis illius gradus, ac ſi foret vnum ſimplex tantum. Non. n. pluriſicãtur ſolutiua eiuſdẽ ordinis, vt pluriſicentur doſes, ſed propter alias cauſas i vt ſupra. Si vero fuerit ex pluribus diuerſorum ordinum: vt verbi gratia. ℞. ſtœcados, epithymi, hierępicrę, ana.ʒ.j. myrobalanorũ, ſcamonię, ana.ʒ.ß. Tunc primũ quod debes conſiderari eſt quantitas compoſiti. Et patet ꝙ huiuſmodi totius eſt.℥.j. Secundũ eſt ordo illorum ſimplicium quantũ ad fortitudinem, & debilitatem eorum in ſe: & quantũ ad ea quæ debilitant, & iuuant: ſiue acuunt eorum operationes. verbi gratia. ſcamonea eſt fortis hiera myrobalani, & iſta ſunt debilia, epithymus et ſtœcas adhuc ſunt debiliora. Tertium eſt proportio ſolutiuorum adinuicem quæ licet poſſet attendi penes numerum et quantitatẽ, tamen hic attendi habet penes gradum ſuæ virtutis, & ab iſto debet fieri denominatio cum alijs ſit excellentior. ſeptimo therapeu. circa finem. modo ad propoſitum in hoc cõpoſito reperitur ſcamonea, quæ ſm gradum ſuę virtutis alia ſolutiua in eo poſita excedit, & quantitas eius eſt octaua pars. modo patet ꝙ in.ʒ.iiij. huius compoſiti cadũt.xxx. grana ſcamonię, & hęc videtur doſis erronea, cum doſis ſcamonię ſit vſq; ad.xv. vel.xvj. grana ad plus. Debes deinde conſiderare, ut dictũ eſt, iuuantia & debilitantia, vnde ſicut dictum eſt ſupra de alteratiuis, ſicut remiſſum additum intenſo ipſum remittit. ita pariformiter ſolutiuum remiſſum additum intenſiori ipſum remittit, & talis in tali gradu, tale in tali gradu vſq; ad talem gradũ. modo ad propoſitum ſcamonię additur æqualis quantitas myrobalanorum, quę ſunt in gradu ſecundo ſaltem citrini. poſtea additur hiera, & alia ſolutiua ſecundi gradus aut primi quæ ſunt in duplo maioris quãtitatis

ſitatis quam ſcamonea, quare pro certo trahitur ad gradū debiliorem, & per conſequens efficietur ſecundi aut tertij. Vnde doſis eius conueniens erit. ʒ.ij. uel. iij. Sed oportet vt cum regula de alteratiuis poſita conſideres vſq; ad quem gradū poteſt ſcamonea in hoc caſu debilitari, & tunc preciſam doſim ex dictis habebis, & tu conſidera. Et iuxta hoc notandum, q maxime dictæ regulæ attenduntur quādo ſolutiua primi aut ſecundi cum his quæ in quarto commiſcentur, nam ſi ea quæ tertij cōmiſcentur cum his, quæ quarti cum non magnā diſtantiam habeant, exiſtimandū q ea quę quarti modicum remittuntur, diſtantia.n. maior & minor eſt cauſa maioris aut minoris remiſſionis, vt ſupra. Et q hic modus poſitus de remiſſione, ſolutiuorū per compoſitionem debilis cum forti ſit verus, probari poteſt per modum operandi Gal. in ſuo de ſimplici medicina, confirmatum per Meſ. in ſuo antidotario tertię partis. diſtinctionis primæ illa parte. Confectio de manna inuētione Gal. nam in lib. vna mannę ponit. ℥. j. ſcamoneę. Deinde poſt parum ſubdit. Doſis eius eſt. ℥. ß. & ſi recte computatur in. ℥. ß. huiuſmodi compoſiti cadunt. xx. grana ſcamoneę vel circa. modo patet q. xx. grana ſcamoneę tranſcendunt limites conuenientes doſi eius. non ergo aliter & cōuenienter dari poſſet huiuſmodi compoſiti. ℥. ß. niſi ſcamonea in virtute eius debilitaretur per mannam, quæ eſt medicina ſolutiua remiſſior, vt talis in ſecundo, & maioris quantitatis valde ſimiliter quia etiam tale compoſitū ingreditur in magna quantitate ſuccus roſ. qui eſt ſolutiuum primi: et adhuc eſt remiſſius quam ſolutiuum ſecundi, quare, ęſtimandum ipſam debilitari vſq; ad finem ſecū di. aut ad primū tertij, vt ex dictis aperte ſequi videtur.

Quidam tamen huic quod dictū eſt non attendentes, non credentes q per additionem medicinæ ſolutiuæ additę ſolutiuæ medicinæ fortis virtutis debeat doſis fortioris diminui, dixerunt q litera corrupta eſt: vt vbi dicitur. ℥. j. ſcamoneę, dicunt q litera debet eſſe ſic. ℥. ß. ſcam. Vnde dubitauerunt dare de illa confectione. ℥. ß. vbi poſita ſit in lib. mannæ. ℥. j. ſcamoneę, ſed bene cōſiderent, q in illa cōfectione ponitur æqualis quantitas ſolutiui primi gradus cum manna, quę habet ipſum remittere, nā ſicut alteratiui ad alteratiuū, ita ſolutiui ad ſolutiuū. Vnde ſequēdo opinionē poſitā remittitur manna vſq; ad finem primi, & ſolutiuum primi addito ei quod quarto trahit ipſum ad finē ſecundi, vel ad principium tertij, vt de alteratiuis dictum eſt. Hæc tamen firmari demonſtratione non poſſunt, ſed quadā veriſimili cōiecturatione cōcedi habēt. Vnde Gentilis propter id quod dictum eſt magis laudauit literam q dicit. ℥. j. q̄ illam quæ. ℥. ß. & abſolute aſſerit ipſam eſſe ſolutiuam ſecundi. Vnde dixit q merito Gale. eam appellauit medicinam benedictam, eamq; pluribus dotibus inſignijt. Vnde & Meſ. allegato loco eſt nobilis operationis & bonę, facilem ſolutionem reddit, & educit choleram ſine moleſtia: quibus verbis innuere videtur: ut ſit talis in ſecundo. Ex quibus infertur: q hęc medicina. ℞. mannæ. ℥. j. ß. electuarij de zucharo. Nic. deſcriptione. ℥. j. ß. eſt magis benedicta, minuſq; timoroſa valde q̄ confectio Gale. iam poſita. Nam in tota iſta quantitate quæ dari debet in vnica vice ſunt circa grana. xj. ſcamoneę. vbi in. ʒ. ij. confectionis Gale. ſunt grana decem & quinq;, quæ ſunt conueniens doſis. vt Auic. prima tertij. de cura maniæ lupinę. Et cum ſcamonea magis correcta ſit in aſſignata medicina, & plura valde ponantur, quæ eius malitiam tollunt, ipſiuſq; virtutem & acuitatem remittunt. ſequitur q multo plus debet eſſe debilitata q̄ ea cōfectiōe Gal. Amplius, quoniam in medicina aſſignata ponitur ſolutiuum primi gradus, vt ſuccus ro. qui quaſi ſe habet in eadem proportione ad ſcamoneā in qua ſe habet idem ſuccus ad ſcamoneam in confectione Gal. & cum hoc ſolutiuum ſecundi, ut manna ſe habet incomparabiliter in maiori proportione ad ſcamoneam in medicina dicta, q̄ in ea quæ Gal. aut. ʒ. ij. eius ſequitur, q talis medicina inter medicinas ſecūdi gradus, & benedictas collocari habet. adde cū in doſi etiā debitos limites non tranſcendit. Ex quibus infertur q talis medicina materia exiſtente furioſa aut venenoſa, vt in peſtilentia &c. ſecure dari poſſet, quod tamen à multis redarguitur, cum venenoſitatem. ſca. timeant. Ego autem rationi magis q̄ opinioni adherēs exiſtimo iſtam medicinā ſecure poſſe exhiberi, vt ſupra, nec venenoſitatem medicinæ optime correctæ ſic timere debemus. Vnde Marſilius de cura feb. peſtilentialis concedit poſſe exhiberi electuarium de zucharo. deſcriptiōe Meſ. cuius compoſitionem ingreditur ſcamonea. Et Gētilis dicit ſe vidiſſe plures medicos profeciſſe tempore peſtis cum medicinis ſcamoneatis q̄ non ſcamoneatis. Pręterea venenum eſt medicina veneni vt in theriaca. Amplius ſcamonea valet ad expellendum venenum pręſertim ſcorpionis bibita et linita, vt ſecundo canone proprio capitulo. In hac tamen re conſiliū meum quidem eſt, vt ſi cū magis benedictis operari poſſumus. id indubie agemus, et medicinas ſcamoneatas euitemus inquantum poſſumus propter nocumenta ſcamoneę, & ſi in correctione emendentur, nam quod natura ingenitum & infixū eſt non arte vincitur, ſed lenitur: vt Seneca epiſtolarum ſecunda. Item quia apothecarij frequenter in talium correctione diligentem curam non adhibent pericula ex hoc caſura inaduertentes, vnde medicis infamia, ægris vero quod deterius eſt mors inde conſequitur. Et hęc pauca quæ etſi ſint pertinētia, vt patet, noſtro tamē propoſito neceſſaria non erant, pace aliorum adijcere voluí, vt ſocio noſtro aliquid ſit letitiæ. Ex quibus infertur primo: q ſolutiuum tertij poſſet fieri tale ſecundi, vt patet intelligenti.

Natura ingenitū et infixū non arte uincitur ſed lenitur.

Sed ad completiorem doctrinā de doſibus medicinarū habendā, ſciendum q medicinæ redduntur debilioris virtutis ex permutatione regionum, vt tertio techni. cōmento nono & quarta primi. nono capitulo. inquit. ſcamonea nanq; in his qui in frigidis morantur regionibus non operatur niſi debiliter, niſi magna inde detur quantitas, ſicut eſt mos in terris Turcarum. Item propter indebitam cuſtodiam earū ab apothecarijs: vt cum non retinent eas: vt debent, nam aliquando debet medicina conſeruari clauſa ne ab aere &c. Item in tali re ipſius conſeruatiua. vt verbi gratia. debet rheubarbarū conſeruari clauſum ſubmerſum in pulio aut milio, et dimittitur diſcoopertū non ſubmerſum, vnde eius virtus amittitur. Similiter ꝑpter ętatem vt ſupra, quia medicina eſt antiqua. Item ex modo ſubſtātiæ de nouo acquiſitæ, vt cum ſolutiuum eſt durius debito, vt ſupra de pilulis. Conſimiliter conſiderare opꝫ difficultatē eductiōis humoris, vt quia groſſi, viſcoſi &c. in eleuando doſim medicinarum.

Regiōes medicamētorū vim immutare.

Sed aduertendum eſt q cum per bona complexiones: & bonitatem humoris ſtet fortitudo virtutis humanorū corporum. ſi humores innaturales, & mali multiplicātur pro certo deſunt virtutes, ſed deficiente virtute alijs paribus debet doſis ſolutiuorum minorari. ergo in moderna corporibus doſes eorum minorari debent, tenet conſequentia, quia moderna corpora malo vtuntur regimine, propter quod mali, & innaturales humores multiplicantur. vnde auctores noſtri aſſignauerūt latitudinem doſiū medicinarum per tres terminos minorem, maiorē, & medium, quare debilibus minorem doſim, fortioribus maiorem, medijs vero mediam. Similiter diuerſificādo eas per alias medicationes, nam minus de ea exhibetur cum acuitur per aliam, & magis ſi non acuitur. Item notādum q medicinæ cum diu ſteterunt ſunt fermentatæ ſimul et impreſſio ſolutiuorum, tunc eſt debilior, ſed recēter factæ habent de virtute ſolutiui multum. Ex quo infertur q tales in quarto ſunt in pilulis meliores, quia plus fermentatæ, ideo ſecuriores. Item medicinæ primi aut ſecūdi gradus debent dari recentes &c. quia ad hęc omnia.

In noſtri tēporis corporibus doſ. cur minuenda.

Iuxta quæ notes ſicut dictũ eſt de alteratiuis & ſolutiuis:ut q ſunt alteratiua ſiue ſolutiua in primo,ſecundo,tertio,& quarto gradu.Ita de cibis opinari poteſt, vt q quidam primi,quidam ſecundi, quidam tertij,quidam quarti. Verbi gratia.dicemus q cibi temperati ſunt primi gradus,vt carnes hœdi,perdicis, caponi , panis frumenti purus. Secundi , carnes cõmunes. Tertij carnes groſſæ,& nõ proportionatæ corpori,aut cibaria ſalſa,acetoſa,lubricantia quarti. Et notitia horum pendet ex ſufficientia graduum ſuperius poſita:q ſi magis noſce laboras ſimplicia legito.de quibus infra in ſequenti tractatu.

EXPEDITIS de quantitate alterantiũ ſolutiuorum &c.Reſtat ultimo de quantitate acuentium conſolantium ſiue deferentium medicinas ad determinata loca quicq̃ dicere. Pro quo ſciendum:q medicinæ ſaltem ſolutiuæ altera additur medicina, altera quatuor cauſarum, aut vt acuat, aut vt conſoletur , aut vt malitiam corrigat, aut vt eam deferat:vt ſupra.Si autem adduur, vt acuat,ducat,vel conſoletur,non eſt oportunum,ut tale ſit quale cui ſit additio,nam medicinæ ſolutiuæ quæ acuuntur, vtplurimum acutæ ſunt.Addere autem in acutis cauendum eſt. vt Meſ.de cõſolatione in canonibus.Omnis medicina laxatiua quanto temperamento vicinior,tanto incolumior. Debemus ergo ipſas in tãta doſi ponere, q ad doſim medicinæ laxatiuæ conuenienter veniant. Vnde de conſolantibus inuenio q diuerſimode auctores noſtri poſuerũt diuerſas quantitates. Nam aliquando ponunt tertiam partẽ, ita vt ſolutiui ad conſolantia ſit proportio dupla, vt verbi gratia.aloes.ʒ.ij.cõſolantium.ʒ.j.vt patet in hiera Gal. ſeptimo therapeuticæ.ſecundo capitulo. Et per Meſ.auctoritate filij çoar.capitulo de turbith. De acuentibus uero inuenio q aliquando ponitur æqualis quantitas, quandoq; quarta pars. Exemplum primi. ℞.agarici,ſal gẽmę, ana.ʒ.j.fiãt trochiſci cum ſecaniabim.Et hanc deſcriptionem ponit Meſ.capitulo de agarico:auctoritate Dioſcoridis. Exemplum ſecundi. ℞.agarici.ʒ.j.ſ.ſal gẽmæ.ʒ.ſ. et hanc inuenies allegato loco:auctoritate Halyab.& quia iſta acuentia ſunt multum ſuſpecta,& pręcipue actiitas.ſal gẽmæ.hinc exiſtimo tutius fore minuere quantitatẽ quantum eſt poſſibile.Et dicitur quantum eſt poſſibile,quoniã aliquando propter debilitatem , & tarditatem ſuæ operationis oportet augere doſim acuentis,et aliquãdo erit medicina ſolutiua ſatis fortis, & citæ operatiõis,& nollemus ipſam velocitare,& tunc minuemus.Item aliquando fortificare purgationem ſiue euacuationem,et tunc erit etiam oportunum augere, & conſimiliter aliter variare ſm varias intentiones. Vnde finaliter, vt inuenio exiſtimo dicendum q conueniens proportio ſolutiui ad acuens erit proportio decupla, vt dicamus. ℞.agarici.ʒ.j.ſal gẽmæ grana ſex:& hac vtuntur plures moderni conſiderantes debilitatem,& hominũ nimiam ſenſibilitatem,hoc tamen variari poteſt & debet,vt dictum eſt. De producẽtibus dicendum ſicut de conſolantibus. Verum, vt ex dictis apparet in fine præcedentis capituli non habetur certa regula, vnde hęc variari poſſunt ſm magis & minus,vt varię habentur intentiones.Tu tamen te ſuper dictis auctorum cõformẽ facias. Si vero ſit additio ut malitiam corrigat,cũ hæc correctio nõ poſſit fieri ſolum per remittentia, & debilitantia ſecundum, ſed per prohibentia,quæ prohibitio non videtur poſſe fieri niſi ab æquali in virtute, ideo op3 vt additio fiat ſm eandem quantitatem.vt verbi gratia, granis ſeptem ſcamonee addemus ſeptẽ grana maſtiches aut dragaganthi. Vnde Meſ.docet q colocyntis detur cũ æquali quantitate ladani:quia ladanum à proprietate reſiſtit nocumentis colocyntidos. Item poteſt alia ratio aſſignari:quia proprietas effectus à forma ſpecifica non poſſunt impediri niſi à contraria diſpoſitione quæ ſit æqualis virtutis :& hoc vtplurimũ ſtat cum æqualitate quantitatis. Pro his tamen vltimo notandum,q hoc quod dictũ

Addere in acutis cauẽdũ.

eſt intelligitur quãdo medicinæ acutæ non aſſociantur cũ his quæ reprimunt complexionem earum,quoniam quando cum his aſſociantur,ut ſi cum ſcamonea ponantur ſucci frigidi,campliora,& huiuſmodi:tunc nõ eget maſtiche æqualis quantitatis, cum formæ ſpecificæ non agant niſi mediantibus ſuis complexionibus , vt Auerrois ſecundo phyſicorum, nam magnes non attrahit ſi cum allio fricetur nec charabæ niſi caleſiat.Si igitur detur medicina ſimplex ſine his,debet tunc poni æqualis quantitas,& nõ aliter.Sed fuerunt hęc moderata in fine pręcedẽtis capituli.

ET CVM PHLEBOTOMIA inter euacuãtia numerari habeat cum ſit euacuatio vniuerſalis.quarta primi capitulo,de phlebotomia.Hinc congruum uidebatur de quãtitate eius dicendum. Verum cum copioſiorem tractatum de phlebotomia Auic.ſcripſit allegato loco te ad ipſum perlegendũ merito remitto.Tamen vt à me hac parte ex toto vacuus non recedas , facias q phlebotomia ſit aut ratione euentationis,aut gratia diuerſionis,aut quia per eam euacuatio intenditur. De ea autem quæ gratia diuerſionis fit.dari non poteſt certa quantitas,nam aliquando fortis, & multa diuerſio eſt neceſſaria,aliquando pauca,& debilis, & tunc oportet augere & diminuere ſm inſtãtes neceſſitates, vnde relinquitur in medici periti diſcretione.Si gratia euentationis, tunc in iuuene forti, & carnoſo quantitas erit vſq ad.℥.v.& hãc quantitatem aliorum aliarumq; ætatum opera.Si gratia euacuationis,tunc in tali iuuene quantitas erit cõmunis vſq; ad.℥.x. Hanc tamen pertranſire licet,ut ſi talis ſynocham inflatiuam pateretur, vnde & plus & minus euacuare oportet de ſanguine, imo & aliquando vſq; ad ſyncopim,et hoc ſm imminentem neceſſitatem,quæ omnia medicorum diſcretioni,vt ſupra relinquuntur. Et ſi bene cõſideres,multa ſunt in perita medici repoſita.Item notes dictum:& quaſi pręceptum principis.quarta primi:capitulo de phlebotomia apud principium.Phlebotomandus prętereа ſupinus iacens phlebotometur:quoniam hoc eſt conueniens ad hoc:vt ipſius conſeruetur virtus:& ne ei ſuperueniat ſyncopis quam plurimi incurrunt.Vnde miror q hic canon tam vtilis à patribus noſtris non continue ſeruetur , ipſum quoq; tanq̃ vltimum ſerua.

Phlebotomiæ ſpeculatio.

Multa in peritia medici repoſita

SED CIRCA DICTA cadũt tria dubia. Primũ ſi datur de aliquo ſolutiuo in ſubſtantia.ʒ.j.quantum de eo debet dari in infuſione vel decoctione , vt patet duplum,triplum,& huiuſmodi.

Secundum, in quo gradu ſolutiuorum poni debent electuaria ſolutiua ab auctoribus cõmuniter poſita & vſitata,vt ſunt diaphœnicon,electuarium de zucharo,electuarium hamech indum:& huiuſmodi.

Tertium, ſi poni debet differentia inter infuſionem, & decoctionem.

AD HÆC SATISFACIENS pro poſſe, dico ad primũ, q ab auctoribus vſq; nunc nil notum inueni : ſed quæ vero modo comperim ad te ſyncere tranſmitto. Meſ.capitulo de turbith inquit. Doſis eius cõtriti eſt à.ʒ. vna vſq; ad duas:& decocti à.ʒ.ij.vſq; ad.iiij.Serapio ſm Halyab.capitulo de turbith:cõtriti à.ʒ.j.vſq; ad.ij.in decoctionibus vero vſq; ad.iiij.& Dyonſius in decoctione vſq; ad quatuor.Ex quibus patet q duplicatur doſis ĩ decoctiõe ſaltẽ turbith. Meſ.uero capſo de ſena inqt. Doſ infuſi ab aur.iij.vſq; ad.℥.j.Serap.ſm Habix.capitulo de ſena ſicca.ʒ.j.in decoctione.ʒ.v. Et Alman.octauo tractatu de ſena à.ʒ.iiij.vſq; ad ſeptem in decoctione, & in diuiſionibus minorem doſim adhuc ponens dixit à ʒ. iiij.vſq; ad ſex. Halyabbas vero ſecundo practicæ.capitulo de folijs.potio triti.ʒ.iij.in decoctione vero à.ʒ.v.vſq; ad.vij. Ex qbus habes q triti doſis eſt.ʒ.j.vel tres, & ſine dubio datur corporibus mediocribus vſq; ad tres.ʒ.& vſq; ad. iiij.Vnde hic variam proportionẽ comprehendis doſis.ſ. in decoctione ad doſen in puluere,& primo ſm Meſ.quã

Aureus apđ Meſue, eſt pondus. ʒ.j.ʒ. cum dimidia

exiſtimo

exiſtimo ꝙ cum dixit ab aureis .iij. quia tunc tetigit maiorem doſim ſm ipſum ipſius contriti quam minorē doſim fecit in decoctione. Vnde ſicut loquitur precise de myrobalanis citrinis conſtituens maiorem doſim contriti minorem in decoctiõe. Et poteſt hoc eſſe quaſi ſicut regula, & ſic ſm ipſum eſt ꝓportio dupla ſuperbipartiēs tertias, & hoc aureum in propoſito intelligendo .ʒ. ſed de hoc infra. Secundum Halyab. eſt proportio quintupla, quæ eſt maior. Secundũ vero Almanſorem eſt dupla. aut dupla ſexquitertia. Similiter ſm. Halyab. De rhabarbaro inuenio à Meſ. ſic. potio cõtriti .ʒ. j. vſq; ad .iij. infuſi ad .x. Ecce quomodo hic eſt maior proportio, quia dupla ſexquialtera ꝗ aliquã ex dictis. De myrobalanis inuenio ſic Meſ. citrinorum tritorum à .ʒ. ij. vſq; ad quinq;. infuſorum vero à .v. vſq; ad .x. Emblicorum ab auſ. j. vſq; ad .iij. infuſorum ab auſ. iij. vſq; ad ſex. Et hic cadit proportio dupla, vt de turbith dicebatur. Meſ. de agarico inquit. Contriti à .ʒ. j. vſq; ad .ij. in decoctione vſq; ad quinq; & eſt dupla ſexquialtera, vt de rhabarbaro dictũ fuit. Meſue de aloe. ab auſ. ỹ. vſq; ad .ij. in infuſionibus vſq; ad .iij. & hęc eſt ſexquialtera, & in diuerſis diuerſa inuenies. Ex quibus inferri poteſt ꝙ adhuc ab auctoribus noſtris nulla efficax regula compoſita fuit. Infertur ſecũdo ꝙ ſi aliqua ab eis potuiſſet dari cognita fuiſſet. Infertur tertio. ꝙ nulla certa dari poteſt, quoniam & illam antiquiores noſtri nobis in his perſpicaciores cognouiſſent: ex quibus poſſet dici ad dubium.

Regula.

Verum quia ex hoc nõ habetur quod quæritur, hinc qd in re iſta perſcrutatus fuerim, vt menti tuę melius ſatisfaciam, ſic pace aliorũ reſerabo. Accipio enim, quod ſcribitur à Meſ. quem in toto ſequaris conſulo. De conſolatione medicinarum. capitulo primo. ſummę ſecundæ inquit. Omnia .n. quorũ virtus facile reſoluitur aut ſunt debilis texturæ aut uirtutem poſitam habẽt in ſuperficie, debili coctione indigent, ſuperflua enim coctio reſoluit virtutem: et ſunt huiuſmodi: viola, capillus veneris, epithymũ. Et parum infra in eodem. Decoctio quidẽ impetuoſa inflãmatiua reſoluit virtutem medicinæ. Quare tua intereſt decoquere cõmenſurando calorem, & proportionando illum ſubſtãtijs rerum, & virtutibus debilibus, et fortibus. Ex quibus colligitur primo ꝙ vario modo variæ medicinæ decoqui debent. Secũdo quia decoctio reſoluit uirtutem medicinæ. Tertio, quia in huiuſmodi decoctionibus attendēda eſt ſubſtantia medicinæ. Propter quæ exiſtimo dicendum, ꝙ medicinæ, quæ ſunt ſolidæ ſubſtãtiæ et ſatis denſæ alijs paribus minus de virtute per decoctionem amittunt. Quæ vero ſunt raræ texturæ, & non ſolidæ plus alijs paribus. Quæ autem mediocres medio modo. Exemplum primi, vt mirobalani, turbith. Exemplum ſecundi, vt capillus veneris, thymus: epithymus. Exemplũ tertij, vt agaricus, rhabarbarũ: & huiuſmodi. Ita ꝙ imaginor tres modos gradus. & ꝙ quilibet gradus habet mãſiones, vt ſupra. Et in primo pono mirobalanos &c. in tertio capillum veneris &c. in ſecundo agaricum &c. Et per hoc poteris reducere medicinas alias ad has earum ſoliditatem aut texturæ raritatem &c. diligenter conſiderans. Modo ad propoſitum rediens dico. ꝙ proportio medicinæ, quæ eſt talis in primo gradu, in decoctione debet eſſe dupla ad ipſam in puluere vel contritam, vt de turbith, et myrobalanis exemplificatum fuit, & cauſa huius alia reddi non poteſt, niſi quia antiqui patres noſtri, qui his ſimilibus diligentiſſimã curam adhibuerunt, et experientia docti inuenerunt, ꝙ in decoctione conuenienti talium medicinarum per partes ſubtiles agentium medietas virtutis earum reſoluitur: cuius opinionis fuerunt Meſue, & alij vt ſupra. Si vero fuerit rarę ſubſtantiæ &c. ita vt virtus faciliter exhalet nec decoctionem bene toleret, vt quæ in tertio gradu talis, tunc erit proportio eius in decoctione ad ipſam contritã, vel in puluere plus ꝗ dupla, vt dupla ſexquialtera vel circa. Vnde Meſ. de epithymo inquit. Potio in decoctione à .ʒ. v. vſq; ad .xx. & pulueris à .ʒ. iij. vſq; ad ſeptem. Si autem mediocris fuerit ſubſtantiæ, vt quę in ſecundo gradu talis inueniatur proportio media, vel circa, vt de aloe exemplificabatur. Et licet hęc variare aliquando contingat, non tamen credo ab eis multum eſſe elõgandum. Vnde te conſiderare oportet vltra diuerſitatem denſitatis, & raritatis medicinæ locum virtutis medicinæ ſaltem per partes ſubtiles agentis, ut patet. ſ. ſi ſit poſita in ſuperficie, an in centro, et huiuſmodi, propter quod rhabarbarum in decoctione ad ipſum contritum eſt maior proportio ꝗ agarici decocti ad ipſum cõtritum, quia dato ꝙ agaricus ſit rarioris ſubſtantię ꝗ rhabarbarũ, ratione cuiꝰ debet eſſe minor ꝓportio, & agat per ptes ſubtiles igneas, & quæ ſint in ſuperficie, tamen nõ tantum de virtute agarici reſoluitur alijs paribus. Et cauſa, quoniã partes igneæ per quas agit rhabarbarum ſunt in ſuperficie magis, & in centro minus profundatę. Ad quod concurrit ꝙ partes calidæ rhabarbari ſunt magis igneæ, & ex conſequenti citius reſolubiles. Agarici vero magis aereæ interius magis profundatæ: vnde rhabarbarum ponitur calidum, & ſiccum in ſecundo. Et ſic per graduationes ipſorum cognoſces in alijs ſuo modo quod dictum eſt de partibus aereis, & igneis fundatis aut non fundatis &c. de quibus ſimiliter opinandum.

Mesues inſequēdus.

Sed ſtatim quęres tu declaraſti proportionem, quæ eſt medicinæ in decoctione ad ipſam in ſubſtantia, nunquid ſit eadem ipſius infuſę ad ſeipſam in ſubſtantia.

Pro iſto dico ꝙ reperio in pluribus locis ſic decoctionis vel infuſionis. ita ꝙ non videtur ab his poni differentia inter decoctionem, & infuſionem, quantum eſt ex hoc ꝙ plus aut minus amittatur de virtute medicinæ per vnã quam per aliam. Inde in Serapione ſm Hebē Meſues myrobalanorum citrinorum infuſio, vel decoctio. Et Serap. ſeptimo practicę, nigrorũ infuſio vel decoctio, et Meſ. de abſinthio decocti aut infuſi potio. Et cauſa potuit fortaſſe eſſe hęc, quoniam ſic per decoctionem partes ſubtiles exhalant, et debilitatur medicina, ſicut per infuſionem medicina debilitatur, per infuſionem ſaltem notabilem & conuenientem, quę eſſe debet ſaltem .12. horarum vel circa, quia ptes actuales frigidæ eius in quo medicina infunditur exterminant calidas partes ſubtiles aereas, vel igneas medicinæ. Secundo cum ſolum partes ſubtiles medicinæ remaneant in infuſione ſequeſtratę à terreis, à quibus potentiam aſſumebant, vt ſupra. hinc virtus medicinæ multum debilitatur. propter quod fortaſſe ut dictum eſt, tãtũ hoc modo de virtute medicinæ amittitur, quantum per decoctionem. Fortaſſe cupis ſcire quid in re ſentiã. Ego vero patribus meis veteribꝰ, quos obſecro imitari velis ſemper adhærens, hoc loco non aliter ſentio, cum ab eis argumentum non conciperã, quo alteri parti adherere poſſim.

Sed vt ad ſpeculationē te moueam, ꝗ maxime congratularis, quęritur propter quid partes zuchari in decoctione temperata ſic ſe defendunt, ꝙ donec aliquid ſit de aqua in qua fit decoctio nihil de zucharo, vel de partibus eius conſumitur, vt experti apothecarij teſtantur, & tamen de turbith, & de alijs ſolutiuis ſolidioris ſubſtantiæ per decoctionē temperatã partes reſoluuntur & cõſumuntur &c. Secundo quare partes ſolutiui ſubtiles remantes in decoctione non ſunt potentiores his, quę in infuſione remanẽt cum ſint fundatæ in partibus terreis dẽſioribus. Et tu conſidera. Nam & ſi hęc poſitiua ſint, tamen poſui vt ſpeculeris circa modum ſubſtantiæ medicinarum, et qualiter partes earum ad ſeinuicem habent, vt ſubtiles cum groſſibus. Et ſi in ſuperficie an in centro. Hoc enim bonus practicus conſiderare debet. Et ſic patet ad primum.

AD SECVNDVM dicitur ꝙ ex doſibꝰ vſualibus habetur reſpõſio, nam electuaria ſolutiua, quorum doſ eſt vſq; ad .ʒ. ſ. poſſunt poni inter ſecundũ & tertium, vel ſal-

tem in principio tertij. ita φ ſint ſicut temperata inter ſolutiua, & ponuntur ſicut temperamentum in medio, nam ſunt media inter debilia, & fortia ſolutiua, cuiuſmodi eſt electuarium de ſcoichia, id eſt de dactylis, & eſt diaphœnicon. Electuarium hamech indum &c. Quæ vero hunc terminum tranſcendunt, & dantur de eis. ʒ. vj. & vſq; ad. ℥. j. ſunt in ſecundo collocanda, vt diacatholicum, diaſenæ, & huiuſmodi. Et patet per hoc quid de alijs dicendum diligẽter ſpeculanti. Sed iuxta hęc nota φ cum quęrimus ſolutionem ventris, & eius lubricitatem per medicinam agentem per partes ſubtiles, debemus eam dare in infuſione uel decoctione. Si autem poſt ſolutionem quęrimus ſtypticitatẽ, debet dari in ſubſtantia. Et hic canon habetur à Meſ. capitulo de rhabarbaro. Et ſi quæratur, quare moderni plus multo vtuntur infuſionibus q̃ decoctionibus. Credo dicendum φ propter duo, quia habilius ſit infuſio, quę vt dictum eſt. videtur eſſe ęqualis decoctioni &c. Secundo non ſic quilibet ſcit leuem, & temperatam decoctionẽ facere. Vnde medici apothecariorũ errorẽ timentes pręeligunt infuſionem. Vltimo, quia dictum eſt de doſi minori, maiori, et media, & infra dicetur & exemplificatum eſt de extremis, & ſtatim etiam exemplificabitur de medijs, vt habita notitia extremorum habeas & medij, debes hoc loco adducere regulam tuã ad inueniendum medium in latitudine vniformiter difformi. Nam coniunctis extremis reſultat totum, cuius medietas eſt mediũ inter illa, vt patet intuenti &c. Ex quo patet latitudinem doſium eſſe vniformiter difformem.

Medici noſtri tẽpis cur magis vtantur infuſionibus, q̃ decoctiõib⁹

ET QVIA MODVS de ſolutiuis poſitus, & ſi ſit ab auctoribus vſus, tamen non omnibus notus. nec practicatus, vt in eo te clariorem reddam. hic ab ordine quo dictũ eſt plurimũ exempla ſubſcribam, vt & promiſſioni ſatiſfaciam.

Solutiua primi gradus cum ſuis doſibus. Succus roſarum, cuius doſ. ab. ℥. j. vſq; ad duas. Succus violæ, cuius doſis ab. ℥. j. vſq; ad duas. Aqua lactis ab. ℥. vij. vſq; ad. viij. Aqua expreſſionis cucurbitæ elixæ, ſiue frixæ ſemp hęc cum zucharo dulcorata ab. ℥. iiij. vſq; ad. vj. Aqua granatorum cum ſuis pulpis contritorum ab. ℥. iiij. vſque ad. vj. Aqua fructuum deſcriptione Meſ. ab. ℥. ij. vſque ad. iiij. Aqua decoctionis capilli veneris ab. ℥. iiij. vſque ad lib. Pulueris eupatorij à. ʒ. ij. vſq; ad. iij. Ius galli decrepiti vſq; ad lib. ij. Aqua expreſſionis prunorum vſq; ad lib. Stœchadis ab. ʒ. v. vſq; ad. vij. Thamarindorũ aquæ ab. ℥. vſq; ad. v. Volubilis. potio decoctionis magnę: et eſt lupullus ab. ℥. j. vſq; ad. iiij. Et ſicut dictum eſt iſte gradus, vt cæteri habet manſiones. Nam ſi bene nouimus ea, q̃ dicta ſunt in prima manſione primi, erit ius galli decrepiti: quia de eo datur maior doſ, propter quod etiã à ſecundo gradu magis delõgatur. In tertia uero manſione erit ſuccus roſarum. Secundo ſuccus violarum, quia eorum vt patet inter hęc minor eſt doſ. Medię uero quia ſecundæ. erit aqua fructuum: & huiuſmodi, quia inter hæc eius doſis eſt ſicut media, et illa quorũ doſis eſt vſq; ad. v. Quorum vero doſis ſunt vſq; ad. vj. vij. viij. plus ſapiunt naturam primæ. Vnde vt de alteratiuis dictum eſt, ita de ſolutiuis, quia quędam plus ad latus ſecundæ. Et ſimiliter ſecundi tertiæ, & ſimiliter tertij &c. Quod dictum eſt de gradu primo, & ſuis manſionibus ſolutiuorum, intelligendum eſt pariformiter de ſecundo, tertio, & quarto, de quibus ſeriatim.

Solutiua ſecundi gradus cum ſuis doſibus. Cartamus, cuius doſis eſt ab. ʒ. iiij. vſq; ad. v. Caſia fiſtula ab. ℥. j. ad. ij. Centaurea à. ʒ. tribus vſque ad. ℥. j. ß. Succus fumiterrę ab. ℥. j. vſq; ad. ij. Puluis epithymi à. ʒ. iij. vſq; ad ſeptem. Manna ab. ℥. j. vſq; ad. ij. Myrobalani citrini. à. ʒ. ij. vſq; ad ſex. Rhabarbari contriti à. ʒ. j. vſq; ad. iij. Senæ decoctio à. ʒ. iiij. vſq; ad. ℥. & plus valet eius decoctio q̃ ſi in ſubſtantia detur.

Solutiua tertij gradus cũ ſuis doſibus. Agaricus cuius doſis à. ʒ. j. vſq; ad. ij. contriti. Aloe ab auſ. ß. vſq; ad. ij. Ariſtolochia à. ʒ. j. vſq; ad aureum vnum. Aſarũ ab auſ. j. vſq; ad. iij. Hermodactyli ab auſ. j. uſq; ad. ij. Lapis armeni loti à. ʒ. j. vſq; ad. ij. Et dicitur loti: quia nõ lotus magis tẽdit ad latus quarti: vnde ſupra aliquod ſolutiuum in ſubſtantia eſt in tertio gradu quod in decoctione eſt in ſecundo vt patet. Meęereon à. ʒ. ß. vſq; ad. j. & vt patet eſt in tertia manſione tertij. Opopanax: cuius doſis eſt à. ʒ. j. vſq; ad. ij. Cyclamini ab aureo vno vſq; ad. iiij. & vt patet eſt in prima manſione tertij. Polypodium, eius decoctio eſt à. ʒ. ij. vſq; ad auſ. iiij. Pſilium à. ʒ. j. vſq; ad. iiij. Sarcocolla à. ʒ. j. vſque ad. ij. Turbith à. ʒ. j. vſque ad. ij. Ireos à. ʒ. j. vſq; ad. ij.

Solutiua quarti gradus cum ſuis doſibus. Catapucia cuius doſis ſm modernos eſt à granis eius. ij. uſq; ad qnq; et ſi ſtomachus eſt fortis, da integra. ſi debilis da contrita. Herba autem recens non eſt ita fortis, vnde & ruſtici, & q ſapiunt eorum naturam, aliquando mediam paropſidem, & vltra catapucię comedũt vt aſcellent, & quinquies vel ſeptiea, vt retulerunt eorũ vẽtres ferreos ſoluit. Vidi quoſdam etiã delicatos & hoc modo. & etiam in ſalatutio vti, qui ex ea iuuamẽtum ſe aſſerunt conſecutos eſſe, quia quod intendebant, quia ſolutionem ventris cõſecuti ſunt, ſed tales non conſiderant eius nocumenta quando non aliter q̃ aſſumunt pręparata eſt, nec ea ſic vti velis. Colocynthis à kirat ſex vſq; ad decem. Cucumer aſininus à granis. x. vſq; ad. ʒ. ß. Elleborus niger à kirat ſex. vſq; ad. ℈. ij. vel. tres. Puluis corticis radicis ęſulæ à kirat. ij. vſq; ad ſeptẽ: & hac herba, vt de catapucia dictum eſt. vidi quoſdam in ſalatutio vti vt beneficium vẽtris haberent. Euphorbiũ à kirat. j. vſq; ad. iij. Cherua à granis. v. vſq; ad. vij. Serapinum à. ʒ. ß. vſq; ad auſ. j. Scamonea à granis. v. uſq; ad. xij. & ſm quoſdam vſq; ad. xv. et de alijs per te hoc modo ordinare poteris. Et quia de aureo facta eſt mẽtio de quo non parua diuerſitas apud auctores inuenitur iut tecũ omnia communicem quę tranſuidi hoc loco ſuſcipe. Cõmuniter tenetur φ aureus in medicinis debilibus ſit pondus. ʒ. j. ß. in fortibus. ʒ. j. Simõ Ianuenſis. auſ. eſt pondus. ʒ. j. ß. Auellana tantundem quod addidi, quia frequenter in antidotarijs inuenies ad quantitatẽ auellane. Mũdinus. in medicinis magnis, vt theriaca &c. eſt pondus. j. ʒ. Et conſimiliter haberet dicere de hiera. et poſſet eius opinio cõfirmari per hoc, quia nono allegato capitulo de dolore, & apoſtemate ſtomachi poſt deſcriptionem hiere dicit: cuius doſis eſt ab aureis duobus vſq; ad. ʒ. ij. & ly vſq; addatur termino maiori, ſequitur φ. ʒ. eſt maior aureo &c. Sed quidam modernorum, quos non pauci ſequuntur. aureũ pro. ʒ. & ʒ. pro aureo enuntiant. Ex quibus omnibus comprehendere potes facilitatem, & difficultatem in recte medendo corporibus humanis, nam huic arti ętatem ſufficere nõ ſentio, iuxta illud Hippo. Vita breuis. ars vero longa, q̃re ſophiſticas quęſtiones, & enigmata aerea fugito, & his & ſimilibus ſtudium tuum applica. ſi boni medici nomen ſortiri concupiſcis, & hęc de quãtitate medicinæ ſufficiãt.

Kirat arabib⁹, eſt pondus triũ granorũ

Aureus quid.

## *De modo proceſſus in prognoſticando: & de ſignis prognoſticis in generali.* Cap. V.

QVoniam ex prognoſticis non ſolum gloriam, verum & ſępe infamiam adipiſcimur. Cupiens tuæ gloriæ continuo fauere, volui hic addere capitulellum quo te pręuiſum reddam, ne ex tuo prognoſtico in uulgi detractionem peruenias. Primũ etenim eſt in quo te hortor, ut in prognoſticis tardus habearis, nã rem ipſam ſemper mature delibera, vt ſcio facies, nam ſicut prudentis eſt examinare res mature ne facili concludatur in falſa, & labatur. ſic prudentis medici eſt prognoſticum maturitate, ne facili inaduertẽtia in falſum iudicium corruat, infinita. n. ſunt quę poſſunt faciliter medicũ in prognoſticã-

do

ſio decipere, vt ex dictis facile comprehendi poteſt.

Conſiderata itaq; hac in parte, aut ſunt ſumpta ex parte virtutis, aut ex parte ægritudinis, aut ex parte vtriuſq; ſimul. Si ex parte virtutis, cum triplex ſit virtus, vitalis ſcilicet à qua ſpiritus omnes procedunt. animalis & naturalis. debes has ſimul conſiderare, & adinuicem proportionare, q; ſi videris ipſas ſimul deficere, poteris indubie malum, & mortem prognoſticare. Si alteram tantum, vt vitalem cum aliarum principium ſit, & fundamentum. prima primi de uirtutibus. primo capitulo. adhuc malū prognoſticatus eris. Si vero animalem tantum, & tunc nō debes deſperare. Si naturalem debes diligenter conſiderare quoniam & ipſa multum ſuſpecta eſt, tamen prius conſideranda eſt vitalis. deinde naturalis. vltimo animalis, quę minus ſuſpecta videtur. Plus enim ad eſſe, & viuere facere videtur naturalis quàm animalis. Sis ergo ſemper memor vt omnes has hoc modo conſideres, vt cognito tenore uirtutum, poſſis prognoſticum deponere. Si ex parte ęgritudinis, tunc vel hoc erit prognoſticando de longitudine, & breuitate eius, aut quia hæc parua ægritudo inueniatur futura magna. Aut de difficultate, & facilitate curę eius, aut quia ſalubris, aut mortalis, aut ſuper ægritudinem ſuperuenientem prognoſticari ſuper ægritudine pręſenti.

Virtus triplex.

Signa per quæ comprehenditur longitudo aut breuitas ægritudinis in vniuerſali ſunt ſigna ſumpta à materia morbi. à virtute, & ab alijs extrinſecis. A materia morbi, quia groſſa, viſcoſa, multa, quieta, frigida, aut profundatur longe in loco, aut diuerſæ ſubſtantiæ, & huiuſmodi quę veloci reſolutioni cōtrariantur. A virtute, quia uirtus debilis in comparatione ad materiam ægritudinis, qa non potens ipſam non niſi longo tempore ſuperare. Ab extrinſecis, quia tempus eſt diſproportionatū aut proportionatum ſeu fouens. vt. 3 . aphoriſ. xxv. æſtiuæ quartanæ magna ex parte breues, autūnales vero longæ, & maxime quæ hyemē attingunt. Conſuetudo aut inconſuetudo cadendi in ſimilem ægritudinem, & ſic de alijs, vt ſupra. Et deſcendendo ad particularia magis, vt ad febrē, & pręcipue in qua reperitur diuerſitas temporis ſunt longitudo, & breuitas paroxiſmi. Anticipatio, & poſtpoſitio, fortitudo & debilitas, & modus ægritudinis, longitudo accidentium, fortitudo eorū, tempus declinationis paroxiſmi longius priori, vel breuius. Et an poſt paroxiſmum remaneat mundificatus vel circumuolutus. Et pro his recurrere ſupra. vbi de hoc in tertio capitulo.

Signa p quæ cognoſcimus difficultatē aut facilitatē curę eius ſunt ſigna per q̃ cōprehendimus ęgritudinē eſſe ꝓportionalem, & diſproportionalē, & hoc ſtatim in principio attendere debes, nam ex proportionalitate arguitur facilitas curæ. Et ex diſproportionalitate contrarium, ut prima aphoriſ. 14. & ipſam periculoſiorem fore. Signa autē per quæ prognoſticatur paruam ægritudinem fortiorem fieri debere per ordinem ponentur. Tu tamen in omnibus ſingularia ſigna non expectes, nam ex his ad particularia magis teipſum transferas, de quibus in ſuis rubricis infra in ſexto. Patieris ergo ſi vniuerſalia quædam certo ordine monſtrabo per quæ vniuerſalem notitiam habebis. Incipiēs itaq; à capite, & à ſignis ſumptis ab operationibus. ſaltus faciei perſeuerans torturam oris. incubus perſeuerās epilepſiā denunciat. triſtitia perſeuerans ſine manifeſta cauſa melācholiam denunciat. Apparitio muſcarum, & capillorum ante oculos niſi ſtomachus fuerit in cauſa curſum aquæ ad oculum pronunciat. Rheumata continua & ſine interpolatione faciunt timorem phthiſis, et maxime ſi falſa fuerint. Fortis ſyncopis, & crebra ſine manifeſta occaſione mortem nunciant. Repletio ſuperflua perſeuerās ſputum ſanguinis minatur apoplexiam, mortem ſubitam. Stupefactio, & relaxatio motuum apoplexiam ſignificat. Grauitas lacerti dextri vſq; ad hypocondria ægritudinem hepatis ſignificat. Laxitas & membrorum confractio ſine cauſa manifeſta cum caſu appetitus febrem nunciat. Priuatio appetitus cum ſyncopi cholericam ſignificat. Grauitas & extenſio, quæ eſt ſub renibus, & ventre ſignificat ægritudinem renum, pruritus in ano perſeuerans hæmorrhoidas denunciat niſi in inteſtinis ſint vermes innati. dolor capiti fixus, & perſeuerans, vt ſoda, denunciat futuram catarrhactam, aut pupillę dilatationem. A qualitate mutata. Rubedo oculorum, & venarum, quæ ſunt in eis cū fluxu lachrymarum, & fuga à lumine cum forti dolore capitis denunciat apoſtema calidum cerebri. Squalidnas faciei & tumor palpebrarum, & digitorum manuum, et pedum hypoſarcam denunciant. Fætor ſtercoris ſignificat ſupernauſeam. Fætor vrinæ febrem & puttefactionem. Morphea, & fortis rubedo faciei cū ſtrictura anhelitus, & vocis lęſione lepram ſignificant. Ab exeunte mutato ſudor multus perſeuerās ſignificat repletionem. Stercus multum unctum timorem icteritię ſignificat. Vrina vſtiua perſeuerans vlcerationem in virga, & veſica ſignificat. Stercus aduſtum in orificio ani vlcerationem inteſtinorum ſignificat. Multitudo puſtulæ in corpore apoſtema magnum ſignificat. Multa noda apparentia faciunt timere de nodo magno. Et vniuerſaliter dico. q quando permutatur aliquid ex conſuetis ſignificat ægritudinē futuram, ſicut appetitus ſuperfluus, aut diminutus, aut augmentum, aut diminutio in ſuperfluitatibus, aut multus ſomnus, aut paucus, aut alia accidentia pręter iſta.

Permutatio ex cōſuetis ęgritudinē futuram protendit.

De ſignis autem ſalubribus, & malis in ægritudine apparentibus tibi quædam, & principaliora eo ordine quo ſupra velut exemplaria ponam. Sat enim eſt ſi cū his paucis a dea plurima Hippocratis, Auicennæ, Auerrois, aliorumq; in hac parte ſcribentium copioſe te inuitauero.

De ſignis bonis incipiens à ſubſtantialiter inhærentibus, vt contemperantia æqualis in toto, pulſus bonitas, & fortitudo, per quem etiam comprehēditur virtutis robur, anhelitus temperatus, figura faciei ſimilis figuræ ſani exiſtenti. venter tractabilis nō durus neq; apoſtemoſus mediocriter ſe habens. Ab operationibus caliditas ſenſus, bonitas, decubitus motus, bonitas appetitus & huiuſmodi. A qualitate mutata, vt quia color faciei ſimilis eſt colori ſui ipſius ſani. Ab exeunte mutato ſtercus equale inter groſſitiem, & ſubtilitatē coloris aurei, & huiuſmodi. Vrina citrina in fundo habens hypoſtaſim albam, continuam, ſuſpenſam, & huiuſmodi. ſputum album medium inter groſſum & ſubtile, malo carens odore, unde ſputum, quod facile expuitur in peripneumonia, & pleureſi, ſalutē ſignificat, & per maiorem aut minorem elongationem ſignorum ab his, quæ videbis in ægritudine comprehendens diſpoſitionem corporis magis aut minus à ſanitate eſſe elongatam. Similiter, vt magis me extendam in ægritudinibus acutis ſiue febribus, ſudor in die cretico in calore temperatus in toto corpore equaliter exiſtens malo carens odore, ſalutem ſignificat. Fluxus ſanguinis narium in febribus ſanguineis, in apoſtemate cerebri, & inteſtinorū in die cretica ſalutem ſignificat. Sed pro his, & dicendis nota q ſępe replicatum eſt perſeuerās, quia antequā prognoſticum deponatur debet eorum perſeuerantia expectari. Pro quo ſciendum q calor pręter naturā menſuratur menſura caloris naturalis, vt quia cum calor naturalis deficit. ita & pręternaturalis, nam ex inaduertentia ad hoc plurimi famoſi uiri meo tempore decepti remanſerunt, quia cū perceperunt tarditatem in pulſu, enunciauerunt neceſſitatē eſſe diminutam, ſimiliter & febrem, & aſtantibus ſpem ſalutis prębuere, & ſequēti die vel circa ægrotans moriebat, talis aūt tarditas ab vltima debilitate virtutis, & nō à diminuta neceſſitate proueniebat. Et ſi per ſigna bona, quæ dicta ſunt, mala faciliter cognoſci poſſunt, tamen ex prognoſtico infamiā quis facile incurrere poteſt, vt te ab hoc

Erratū nonnullorum.

periculo tuear ſi valeam in eis aliquantulum me extendere non dubitabo.

Signa mala ſunt, vt dixi diſtemperantia in toto, pulſus malus, per quem compręhenditur debilitas à forma ſeu figura faciei nō ſimul &c. Et vt Hippocra. veſtigia ſequar, facies tornatilis, atq; naſus acutus, oculi concaui, tempora plana, aures pendētes, cutis faciei tenſa, & huiuſmodi. Quę omnia intelligi habent merito ægritudinis, quoniam hæc aliquando poſt fortem euacuationem, aut multam, & ſuperfluam vigiliā contingere poſſunt. Ab operatiotubus, vt turbatio ſenſuum, et huiuſmodi vt ſupra. Item quando oculi lumen effugiunt, & inuoluntarie lachrymant malū, & ſi veloces fuerint, et rubicundi, et vnus altero minor apparuerit, ſignum mortis. Quando labia aſtringuntur ſpaſmum cerebri annuntiare videntur, & quando infirmus à capite vſq; ad pedes lecti ſe iactauerit mortale, & vniuerſaliter cum infirmus non ſteterit ad modum ſani, malum. Et quando infirmus ſe adhęreret capiendo ſeu ſuſtentando ſe vbiq;, & colligit paleas, vel feſtucas. ſignū mortis proxime. Et quando anhelitus aliquando fortis, & aliquando occultus fuerit interfectus vel intercifus, malum. Somnus cum lęſionem, uel dolorem inducit, malum. Item ſomnus in ſenibus ſuperfluus malus, & in quibuſdam mortalis, & uigilię, in iuuene, male. malus motus. mal⁹ appetitus &c.
A qualitate mutata quando album oculi rubeum fuerit, et ipſius venæ nigræ fuerint, aut obſcurę, ſignum mortis procul dubio, et maxime in acutis, quia nigredo extinctionem caloris naturalis ſignificat. Et albi rubedo repletionē cerebri ex humoribus inflammatis, propter quod eminentia oculi in ægritudinibus acutis malum ſignum eſt, niſi ophthalmia aut vomitus in cauſa fuerit. Color faciei uiridis vel obſcurus, & oculi quaſi cineritij in ægritudinibus acutis mortē prognoſticatur. Quādo ſupercilium, aut labiū, aut naſus, colorem luteū habent obſcurū. mortis ſignum. Frigiditas extremitatum in acutis mala. Quando digiti et vngues ad obſcuritatem, & viriditatem ſunt decliues, ſtāte pulſu debili, mors vicina eſt: q; ſi nigredo fuerit in die cretico cum fortitudine pulſus, ſalutē ſignificat. Ab exeūtibus quando puſtulæ botorales in lingua apparent cum frigiditate extremitatū. propinqua eſt mors, quod eſt, quia ſignificat in cerebro aut ſtomacho apoſtema malum. Et quando in carne apparent puſtulæ ad ſimilitudinem granorum milij, ſignum malū. quia ſignificat q; materia pauca digeſtionem non recipit. Stercus viride nigrum fętens, & cum pinguedine in febribus acutis ſignificat mortem, quia nigredo aduſtionem vltimam. pinguedo membrorum liquefactionem, fætens corruptionem humorum ſignificat. Et quando in carne apparent primo puſtulæ rubeæ. deinde ad nigredinem, & viriditatem conuertuntur. ſignum malum. Et ſi in acutis ægritudinibus apparent in ſuperficie minimę puſtulæ, vt dictum eſt ad ſimilitudinē granorum milij, ſignum malum. Stercus albū liquidum, quia chiloſum in acutis malum. album ſtercus icteritiam ſignificat. Vrina nigra ſimiliter. ſimiliter hypoſtaſis i acutis mortē. Vrina ſubtilis aquoſa in pueris perſeuerans malum, quoniam in eis debet eſſe groſſa. Vrina aquoſa io acutis mortem. Vrina turbida quando nō clareſcit mala. Vrina furfurea, & laminoſa in acutis febribus mala, ſi vitio renum aut veſicę non affuerit, quia liquefactionem ſignificat. Signa quæ ſumuntur ab ægritudine ſuperueniente ſunt. ſi ſuperueniens ſit contraria cauſis antecedentis, aut quia moueat cauſam ęgritudiois prehabitę ad partem diuerſam. Exemplum primi, vt febris ſpaſmo repletionali ſuperueniens. Exemplum ſecundi. vt cum cauſoni ſuperueniat rigor, & quando varices ſuperueniunt podagricis arthreticis ęgritudinibus renum, fluxui hęmorrhoidarum melancholiam patientibus, & huiuſmodi, & tunc ſunt ſignum ſalutis. Et quia has res ſubtiliter perſcrutaberis, vt ſpero à teipſo multa inuenies, & tu conſidera. Similiter ſi ægritudo ſuperueniens fuerit fortior pręcedēti, aut in nobiliori loco, ſignum malum, ſicut ſi in ſquinantia in quarto die humor ad pulmonem deſcendit patiens in ſeptimo morietur. Et ſimiliter omnis ægritudo ſignificans ægritudinem, vel fortitudinem cauſę efficientis ægritudinē mala eſt, ſicut repletio rheumatum in capite phthiſicorū mala eſt, & ſingultus in ægritudinibus acutis, quia ſpaſmum ſignificat. Ex quibus omnibus patere poſſunt ſigna ex parte vtriuſq; ſumpta.

Sed vltra hæc ſigna ab auctorib⁹ cōmuniter tacta, addo quædam non cōmunia.

Primum. ſi lac mulieris dimulſum ſuper vrinam infirmi natabit viuet. Si vero demerſerit morietur.

Signa nonnulla, uulgata nequaquàm.

Secundum. ſi vrina infirmi ſuper vrticas recentes proijciatur, & ſic ſteterit per vnam diem, & vrticę non mortificentur ſignum ſalutis. Si vero mortificabuntur mortem ſignificabunt.

Tertium. ſi detur caoi paſta, qua calida exiſtente aſtringantur pedes, facies, mamillę, inguina, & manus infirmi ſi eam comederit euadet. ſi non. morietur.

Quartum ſi detur infirmo metridatum et prouocet ſudorem, ſalutem ſignificat, ſi non prouocabit, mortem.

Et vt ex his habeas ordinatum epilogum, qui forte tibi gratus erit. ſic collige, & per ſigna diſcurras à capite faciens initium. Primo conſidera diſpoſitionem faciei: vt ſi ſimilis ſit ſibi ſano, an noo oculos, palpebras oculorum nares, tempora, maxillas, labia, aures, & reliquas faciei partes, vt ſupra. deinde linguam, ſi arida, nigra, limoſa &c. dētes ſimiliter ſi limoſi. Vltimo de toto capite ſi dolet. i qua parte. & his quæ videntur in capite fieri, vel ab ipſo prouenire, ut ſomnus, vigilia &c. motus, phantaſia, cogitatio, vt quales phantaſias, quales cogitationes. nunquid ſit mente alienus, & huiuſmodi. Deſcende deinde ad pectus, vt conſiderando anhelitum, pulſum. Item tangas pectus. ſi calor eſt acutis igneus, pungitiuus, vel ſuauis. ſi tuſſim habet. ſi ſcreat, aut non. ſimiliter ſi dolet, & in qua parte. Et ſic diſcurrendo per illa, quæ ipſi ſic contingere poſſunt, & ab ipſo prouenire, vt de omnibus mēbris alijs facere debes. Deinde ad ſtomachum deſcendens, primo quæras de appetitu, ſi ſanus, aut corruptus, aut alio modo læſus. ſi vomitum nauſeam. ſi dolorē, tenſionem, tumorem patiatur. ſi eructuationem acidam, fumoſam, acetoſam, acrem, inſipidam, putridam, & huiuſmodi: vt ſupra. Deinde ad hypocondria ſi in dextro aut ſiniſtro grauitatem, teoſionem, duritiem, dolorem, vel tumorem ſenſerit. Conſimiliter de ventre an tumorem circa vmbilicum, an dolorē, vel ſupra, vel intra, vel ad latus eius nominando diſpoſitiones ventri communes. Cum quibus ſi adiunges ſigna ſumpta ab ægeſtionibus, vt vrina, & alijs ſupra per ordinē in primo capitulo poteris ſecure determinationē ęgritudinum ad bonum, vel ad malum prognoſticum deponere. Et hæc de prognoſticis ſufficiant, quæ gratia exempli, et ad profectionē tractatus ſic inducta ſunt. Et ſi hæc pauca menti mandabis: facilius in pelago ſignorum prognoſticorum enatare poteris.

Finis primi libri Sauonarolæ

Tractatus

# TRACTATVS SECVNdus de ſex rebus non naturalibus. nouem continens capitula.

*De quinq; rebus non naturalibus, ſcilicet de aere: ſomno, & uigilia, motu, & quiete, ubi de exercitio, & balneis naturalibus, aliqua pulchra. De inanitione, & repletione, ubi & de coitu multa, & de accidentibus animæ ultimo.* Cap. I.

Diæta quid hic ſibi velit.

CVM DICTVM ſit in præcedenti tractatu curam phyſicam fieri diæta, & potione, intelligendo per diætam debitam ſex rerum non naturalium adminiſtrationem in qualitate, quantitate, tempore, & ordine vt ſupra. Et per potionē medicinarum ipſarum debitam corpori approximationem. Hinc de ipſis omnibus ſex rebus oon naturalibus prius arbitratus ſum in vniuerſali quicq̃ dicere. Deinde per modū antidotarij de medicinis ipſis ſingularibus, & cōmuniter à capite vſque ad pedes in ægritudinibus cōmunibus, & particolaribus valentibus quędam recolligere, vt per hęc pauca, & abſq; ſtudio magno ægrotantibus, Deo auxiliante ſuccurrere valeamus.

Aer qd. ac eius I generatis iuuamentū.

AB AERE IGITVR initiū faciens dico una cū Auic. prima primi. doct. ſecunda. capitulo de elementis, et aer eſt corpus ſimplex natura calidum & humidum, in generatis pręſtans iuuamentum, vt rarificentur, & ſubtilientur, & alleuiētur, & ad ſuperiora eleuentur. Cuius locus naturalis eſt, vt ſit ſuper aquam, & infra ignem, & eſt eius leuitas cōparatiua. Et dicitur natura calidus & humidus, quia accidentaliter corpora humana exiccat. Vnde Aui. ſecūda primi doct. ſecūda tertio capl'o. & Gal. iij. techni. & Auer. ſecūdo col. vltimo capl'o. Aer in oī ſua diſpoſitione corpora noſtra exiccat propter virtutem ſolis & ſtellarum, qd' ſubſtantifice maxime intelligi habet, & hęc eſt vna de cauſis adueotus mortis naturalis, vt Auicen. prima primi. capitulo de ætatibus.

Mortis naturalis ſūma cauſa.

Ex quo infertur primo. q̃ pro aliquo tempore aer humana corpora exiccat, pro quo etiā ab eodem humectantur. Infertur ſecundo q̃ ab aere ipſo humanum corpus varias recipit mutationes. Vbi notandum q̃ aeri accidunt mutationes naturales, & mutationes curſum egredientes naturalem ei contrariæ. Sunt naturales mutationes temporales quas aer acquirit merito peragrationis ſolis in circulo ſignorum, in alio enim tempore ad aliam conuertitur complexionem. vt Auicen. ſecunda primi. doctrina ſecunda capitulo ſecundo. Nam in ęſtate cōplexiones calidæ et ſiccæ: in hyeme frigidæ & humidæ: in autūno frigidæ et ſiccæ: in vere temperatæ. Nota tamen has cōplexiones graduari ſm intenſum & remiſſum, ſm q̃ cum ſole dominatur influentia aſtri, vel aſtrorum aerem in ſua complexione remittentium, aut intēdentium, ſicut ſi cum ſole in æſtate dominaretur influxus Martis non aliunde remiſſus, aer in caliditate plus ſolito intenderetur, ſi vero, Saturni remitteretur. Et conſimiliter de alijs ſuo modo dicendum. Sed ſtatim diceret aliquis. ver eſt complexionis calidæ, & humidæ. ergo. aſſumptum eſt Hippocra. in libello de humana natura: & Galeno octauo de ingenio. & Ariſtotelis quarta problematū, & in libello de ſex principijs. inquit. Sanguinei in uere deterius ſpeculantur, quod

Simile

euenit, quia ſimile iunctum ſimili facit ipſum furere. Sanguinei calidi ſunt & humidi. igitur. Pro his dicendum, q̃ ver poteſt dupliciter cōſiderari. Vno mō, vt eſt vnum de quatuor temporibus contra alia diſtinctum. Secundo modo, vt ad humanum corpus in ſua complexione cō paratur. Primo modo eſt complexionis calidæ, & humidæ cum aeri proportionetur cum temperamēto tamen. Secundo modo eſt contemperamentum, nam ratione actionis quam facit in corpore humano magis eſt ei cæteris paribus proportionatum, ita quòd hæc contemperantia non in æqualitate qualitatum conſiſtit, & etiam proportionabiliter, vt de ſanguine dicendum. Vt enim ad alios humores comparatur, calidæ, & humidæ cōplexionis habetur. Prout autem ad corpus refertur temperatus, quia magis proportionatus, & à natura magis dilectus & ei amicus, & filius, vt Iſaac quinto febr. & elementorum primo.

iūctū ſimili, facit ipſum furere.

Aſtronomi ac medici varij ad modum circa tēporum ſpeculationem.

Et quia de his temporibus aſtronomi, et medici diuerſimode ſentiunt. hinc ſequendo medicos quid dici habeat aduertendum quòd æſtas ab Auicenna ſecunda primi. doctrina ſecunda. tertio capitulo. ſic deſcribitur. Æſtas eſt totum tempus calidum: & hyems ſibi oppoſitum eſt tempus totum frigidum, & quod eſt inter hæc eſt ver, & autumnus. Ex quibus infertur primo, quòd hæc tempora non ſunt æqualia. Infertur ſecundo, quòd hyems eſt aliquando maior æſtate, aliquando econtra, vt notat experiētia. Infertur tertio, quòd ver, & autumnus ſunt tempora eis adhuc minora. Infertur quarto, quòd cōſimiliter ver eſt aliquando autumno maior, aliquando minor, vt patet intelligenti. Variātur etiam hæc tempora ſm varietatem locorum, nam in aliquo loco ęſtas eſt longior hyeme valde, aliquando econtra. & tu conſidera.

Aeſtas quid.

Temporum varietas iuxta loca

Ver qd ac eius initiū.

Sed vt de his clarior habeatur doctrina, dicamus cum Auicenna allegato loco, quòd ver eſt tempus in quo arbores incipiunt frondeſcere, & niues de montibus cadere, neq; tunc multis egemus cooperimentis propter frigus, neque paucis propter æſtum. Et exiſtimatur quòd incipiat quādo ſol eſt in medio thauri circa principium Aprilis, & principium Maij, in quo tempore multiplicatur ſanguis & ſpiritus, multiplicantur quoque, & ægritudines ſanguinolentæ, propter quod nulla eſt res, quæ ita nos tueatur ab ægritudinibus veris quàm phlebotomia, diminutio comedendi: & augmentum bibendi. vt ſecunda primi. doctrina ſecunda. quinto capitulo. Ver pręterea eſt pueris conueniens, & eis quę ſunt circa ipſos. vbi ſupra. allegato capitulo.

Autumnus qd.

Autumnus vero eſt tempus mutationis coloris foliorum: & principium caſus eorum, & in quo fontes minorantur, & aquę ductus. In quo tempore cholera multiplicatur nigra, quoniam æſtas adurit humores, & autumnus facit ex eis cinerem. Multiplicantur itaque ęgritudines hoc tempore melancholicæ, vt quartanæ, aut quæ ex cholera generantur adulta, vt ſcabies, impetigines, cancri, & huiuſmodi. Autumnus præterea malus pueris, & debilibus, vt. x. aphoriſ. ſect. iij. Autumnus ſenibus malus, eſt tamen eius principium ſenibus aliquo modo conueniens, licet eius finis eos impediat maximo impedimento. Auicenna allegato loco.

Aeſtas quid.

Æſtas vero eſt tempus calidum valde, in quo folia redduntur perfecta, & in cuius fine incipiunt dealbari, & fructus plurimi matureſcunt, neque pannis egemus frigore, ſed propter calorem eorum depoſitione in quo cholera augmentatur rubea, licet in eius fine cholera nigra augeatur. Multiplicantur nanque hoc tempore ægritudines cholericæ, vt tertianę, cauſon, & corporis extenuatio, heriſipilla, dolores aurīū, ophthalmiæ & hmōi. In æſtate pręterea iuuenes, & ſenes, & qui eis aſſimilātur ſunt fortiores. vt Auic. allegato loco.

Hyems quid.

Hyems eſt tēpus huic omnino oppoſitus, vt ex dictis manifeſtum in quo phlegma augmētatur. In ipſo quoq; phlegmaticæ ægritudines multiplicantur, vt apoplexia, epilepſia, catarrhi, phlegmaticæ

febres, dolores capitis chronici, & hypoſtaſes vrinatum plus quàm in æſtate multiplicantur. Senibus vero nocet hyems, & eis ſimiliter qui eis ſimiles exiſtunt, ſed medijs iuuamentum pręſtat, vt Auicē. ſecunda primi. allegato loco. Aſtronomi vero hæc tempora æqualia faciunt vnicuiq; eorum tres menſes aſſignantes, incipientes uer ab ingreſſu ſolis in arietem, quibus plurimi medicorum applaudunt.

Senibus hyems cōtraria

Veris initiū ſecūdū aſtronomos.

Pręter autem has mutationes, recipit etiā aer alias quatuor, vt ex ortu, & occaſu ſtellarum. Ventorum impetu. Terrarū ſitu. Et fumoſitatibus vaporoſis, quas medicus, & merito conſiderare debet, nam ſicut temporum mutationes cauſæ ſunt ægritudinum inductiuæ: vt Hippocra. primo aphoriſ. ſect. iij. et prima problematum Ariſt. problemate primo. ita ſunt ſanitatum effectiuæ, vt Hippo. & Ariſtote. allegatis locis. & Auicenna quarta primi. primo capitulo. Propter quod medici negligentes aeris conſiderationem, ipſius rectificationem, & bonificationem non raro quod nolunt cōſequuntur. Studeant ergo in hoc principaliter, vt aer eis auxilietur ad inducendam ſanitatem, et remouendam ægritudinem ſiue naturaliter ſiue artificialiter, vt cum frigidis infrigidando, & calidis calefaciēdo, & ſic de alijs, vt infra. Vnde Auer. ſeptimo colon. primo capitulo. Quando aer contrarius eſt ægritudini, tunc bonum eſt infirmo, & gaudium medico. Et ſi aer per ſe talis non exiſtit, tunc artificialiter medicus facere debet. Non enim minorem in corporibus humanis mutationem efficit ipſo cibo aut potu. Vnde Gale. tertio Techni. Quando vero diſtemperatum fuerit continens. i. aer intantum contemperantiam oportet minui aliorum inquantum eucraſia ipſius corrupta eſt. Aer nāq; cū ſuis qualitatibus actiualibus ſibiq; ex multitudine planetarum impreſſis immediate, & continue cor attingit ſpiritum, & calorem totius cōmunem, à quibus ſanitas ipſa principaliter dependet, & ex quorum alteratiōe mutatur. Sit itaq; medicus aeris primo diligentiſſimus perſcrutator: vt in pręcedenti tractatu dicebatur.

Aeris non tantum naturali uerū etiam artificialiter à medico in ſudcenda ſanitate ſtudēdū

Εὐκρασία. i. temperies.

Aeris medicus primū ſit diligentiſſimus ſcrutator.

Aer pręterea quemadmodum humanum corpus complexionatur, nam quidam temperatus, quidam diſtemperatus. Temperatus eſt aer non ingroſſatus neq; turbidus propter vapores, delectabilis odoris, vel ſaltem nō extranei, quo nec ſudant corpora, nec frigeſcunt, velocis mutationis ad caliditatē, & frigiditatem, in ſolis ortu, & occaſu confortans virtutē, & obtemperans complexionē corporū, mundificans humores, clarificans ſpiritus, & meliorans digeſtionē. Et groſſitiei & turbedinis eius ſignum, q̄ ſtellę minutę parū apparēt, et q̄ ſplēdor, qui ex eis eſt ſimiliter ex planetis remiſſus compręhenditur, vt ſecunda primi doctrina ſecunda. ſexto capitulo,

De diſtemperantia dici poterit ſicut de diſtemperantia humani corpis, vt prima primi, capl̄o de cōplexionibus, vt q̄ quædam eſt ſimplex, compoſita quædam, quarum quęlibet in quatuor membra partitur, vt dicendo, diſtemperantiarum ſimplicium, quædam calida tantum, quædā frigida tantum, quædam humida tantum, quædam ſicca tantum. Conſimiliter compoſitarum adinuicem compoſſibilium, quædam calida, & humida, quædam calida, & ſicca. Quæ diſtemperantiæ compoſitæ naturales quatuor correſpondent iam dictis mutationibus temporaneis. Poteſt enim labi aer ad vnam qualitatem tantum quemadmodum, & corpus temperatum. Eius nanq; lapſus ad has qualitates per ſigna à medico compręhenditur, incipiens à caliditate dicendum. Signa aeris calidi, aer calidus diſſoluit & laxat, & ſi fortiter caleſit iuncturas laxat, humores reſoluit, in ſiti augmentum pręſtat, reſoluit ſpiritum, & deijcit virtutem, digeſtionem prohibet propter hoc, q̄ calorem occultum innatum reſoluit, qui eſt inſtrumētum naturæ, colorem efficit citrinum, propterea q̄ humores reſoluit ſanguineos colorem rubificantes, & choleram aliās facit ſuperare humores. Cor calefacit calore non innato, facit humores fluere, & ipſos putrefacit, & defert eos ad concauitatem, & membra debilia, & corporibus ſanis nō eſt bonus, ipſe quoq; multum efficit ſudorem, & vrinam minuit, confert tamen hydropicis, paralyticis, alcuęq; frigidis, ſpaſmo humido, torturę humidæ, vt Auicen. ſecunda primi doctrina. 2. 9. capitulo. Signa aeris frigidi. Aer frigidus conſtringit, & digeſtionem fortiorem reddit, & vrinam efficit multam, quia humores conſtringit, et in ſudorem paruum reſoluuntur, egeſtionē minuit. Vnde. lxxxiij. aphoriſ. ſect. iiij. Mictio noctu plurima facta, paruam ſignificat deiectionem, & hoc cū fortis non fuerit frigiditas. Hęc nanq; mortificans eſt, catarrhum facit, debilitat, neruos, & tracheam arteriam magno lędit impedimentos & ad vltimum magis eſt ſanis conueniens q̄ aer multæ caliditatis. vt Auicen. allegato loco. Signa aeris humidi. Aer humidus cutē lenit ſeu mollem facit, & poros dimittit apertos, corpus humectat colorem efficit bonum, ſed ad putrefactionem, & ad ægritudines humidas pręparat, vt ſecūda primi. allegato loco. Signa aeris ſicci. Aer ſiccus cutem exiccat, & corpus denigrat, et humido omni eſt contrarius. Ex quibus ſatis aperte compræhenditur aeris diſtemperantiarum compoſitarum ſatis particularis notitia. Diſtemperatur quoq; aer præter naturam, ut ſupra, ex cuius diſtemperātia corporibus diuerſę accidunt ęgritudines tam in ſubſtantia eius q̄ in qualitatibus. Exemplū primi, vt cum aer efficitur epidimicus ex miſtione vaporum corrumpentiū aerem inſpiratum reſolutorum ex paludibus, lacubus circūiacentibus ciuitatibus, vel cadaueribus, vel quolibet aliter merito radicis inferioris ſiue ſuperioris. Exemplum ſecundi, vt cum tempora anni ſuam non ſeruauerint naturam, vt cum hyems fuerit calida, & non pluuioſa, eſtas vero econuerſo. Aut ex ortu, & occaſu magnarum ſtellarū elongatione, & propinquatione ipſarum ad ſolem. Aut cauſa ventorum quatuor principaliū, vt meridionalis, cuius complexio calida, & humida exiſtit. Septentrionalis frigida, & ſicca. Orientalis temperatę caliditatis. Occidentalis quaſi temperatæ caliditatis, licet videatur ad frigiditatem tendere. Aut ex ſitu terrarum. nā terrarum altarum, aer, & aqua ſunt clari, & colores incolarum pulchri, imarū econtra. Ex quibus omnibus inferri poteſt, q̄ aeris conſideratio eſt à medico in cura morborū pręponenda. Studeant itaq; vt ſupra: q̄ aer primo ęgritudini contrarietur, omnis nanq; ęgritudo ſuo curatur cōtrario: vt tertio Techni. et pluries in pręcedenti tractatu.

Ventorū qualitas.

Omnis ægritudo ſuo curatur cōtrario

DE SECVNDA re non naturali ſcilicet de motu, & quiete, licet motus in plus ſe habeat q̄ exercitium, et exercitium non ſit proprie res non naturalis, tamen per motum intelligimus in propoſito exercitium, vt ſenſus rubricæ ſit. De motu ideſt de exercitio & quiete: ideſt ceſſatione ab exercitio. Vtrumq; enim ſanitatis eſt effectiuum, & cum ſuperfluit, ægritudinem aptum eſt inducere. et eſt ſermo de exercitio: vt per ipſum tantū eius iuuamenta quæruntur, & non vt eſt occupatio alicuius humanarum operationum.

Dicamus igitur cum Auicen. tertia primi capitulo de exercitio. Exercitium eſt motus volūtarius propter quem anhelitus magnus, & frequens eſt neceſſarius. Quod principali diuiſione diuiditur in temperatum & diſtemperatum. Temperatum eſt motus temperatus quo corpus perducitur ad principium laſſitudinis cum frequentia anhelitus, & ſudore fluente in ſudare conſuetis, & quo color corporis rubricari incipit, & venę ingroſſari. Ex quo patet, quid ſit diſtemperatum. Item diuiditur quoniam quoddam eſt vniuerſale, quoddam particulare. Exemplum primi, vt exercitium quo totū corpus exercitatur, ut ludus pilę abſq; inſtrūo aliquo, aut luctatio ſeu ſaltatio. Exemplum

Exercitiū qd.

ſecundi,

ſecundi, vt videre oculi, cantare pectoris, & canne, & ſic de alijs. Et licet talia, iuxta deſcriptionem non ſint proprie exercitia, tamen quia per ipſa membra particularia effectus principales exercitij cõſequuntur, hinc in numero exercitiorum reponuntur. Ex quo amplius, quoddã eſt multum ſeu diuturnum, quoddam paucum ſiue breue, quoddam forte, quoddam debile, quoddam velox, quoddam tardum, quoddam ex horum aliquibus cõpoſitum, & inter hæc extrema reperitur æquale. Item quoddam nobilium, quoddam ruſticorum. Exemplum primi, vt equitatio, iacere cum arcu, ſcrimire, cum pila ludere, ſaliare & huiuſmodi. Exemplum ſecundi, vt ligoniçare, dolabrare, ligna incidere, fodere cum ligone & huiuſmodi. Ad quæ omnia debet medicus conſiderare, vt corporibus conuenientia exercitia ſciat proportionare, quibus ſanitatem inducere cupit.

Ex exercitio iuuamenta plura conſequitur corpus.

Exercitij q̄ plurima iuuamẽta.

Primum iuuamentum exercitij, quoniam eſt ſuperfluitatum ex digeſtionibus relictarum conſumptiuũ, quo corpus ab ægritudinibus ex ipſis aptis puenire manifeſte defendit. Nam ſi corpus in omnibus regimine debito utatur, eſt exercitium aptum ipſum ab ęgritudinibus preſeruare, ita vt non ſit opus medicina ſolutiua, à qua inquantum poteſt debet medicus abſtinere, cum quęlibet talis naturam frangat purget et inueteret: vt Auicen. tertia primi capitulo de exercitio. Secundum iuuamentum, quia per ipſum prohibetur oppilatio materialis cũ prohibeat materiam congregari. Tertium quoniam calorem naturalem viuificat, & acuit ex motu cuius eſt calefacere: & ipſum renouat, ita vt corpori leuitatem preſtet. Quartũ quia per ipſum ſuperfluitates, & alia ad ſua loca perducit. Quintum quia iuncturas, & chordas duras efficit, quamobrem operationes efficere poſſunt, et à paſſionibus ſecuræ fiũt. Sextum quia confortando virtutes membra apta reddit, vt nutrimentũ ſuſcipiant. Propter quæ bene dicebat Fultius deſcribendo exercitium. Exercitium eſt humanę vitæ cõſeruatio, caloris naturalis lima, & exercitatio, ſuperfluitatum conſumptio, virtutum roboratio, temporis lucrum, ocio inimicũ, iuuentutis debitũ, ſenectutis gaudiũ. Ille ergo ſolus ab exercitio ſe abſtineat, qui ſanitatis gaudio vult carere. Vnuſquiſq; homo præterea ſm ſe habet exercitium, debilis debile, fortis forte, in cuna reuolui pueris, & conualeſcentibus, & illis debilitatis, qui ſe mouere non poſſunt, maxime eſt competens exercitium, et ſuo modo fortioribus fortiora. De exercitio complexionum tantum dicendum q magis calefactiuum, & reſolutiuum debet eſſe exercitium corporis phlegmatici reſpectu proprij temperamenti, & non abſolute alijs paribus q̄ cholerici.

Exercitij pbel- laſſatio

Patet quia pluris, & difficilioris reſolutionis in phlegmatico multiplicãtur ſuperfluitates. Similiter calor phlegmatici minus eſt inflammabilis. Econtra in cholerico ſunt ſuperfluitates pauciores membrorum, & ſpiritus inflammatiuæ, igitur minus calefactiuum, et reſolutiuum ſibi competit exercitium. Et pro illo videtur Auicen. tertia primi doctrina quarta, primo capitulo cum dixit. Habentium complexionem calidam exercitium eſt alleuiandũ. Et infra parum. Ab omni re calefaciente prohibeãtur. Ex quibus ſequtur primo, q ſanguineus exercitio medio inter exercitium cholerici, & phlegmatici debet exercitari. Infertur ſecundo, attenta debilitate virtutis id eſt q debilioribus debiliora competunt exercitia, q melancholici alijs paribus minus calefactiuo, & reſolutiuo horum exercitio ſunt exercitandi. Sciendum tamen q exercitium, phlegmatici efficitur magis calefactiuum propter ipſum eſſe lõgius. unde longiori exercitio debet exercitari phlegmaticus alijs paribus, q̄ ſanguineus, aut cholericus. Placuit tamen Pluſq̄ cõmentatori & Dyno. vt magis reſolutiuum ſit exercitium phlegmatici q̄ cholerici, ſed non magis calefactiuum. nam calidiora calidioribus &c. Et conſequenter negant conſequentiam principalem, & dicũt quòd bene ſequitur, ergo magis reſolutiuum. & tu coſidera.

Hora exercitij.

Preterea. Te ſcire conuenit, quòd cum exercitium inuentum ſit ad ſuperfluitatum conſumptionem, hora eius humano corpori conueniens eſt poſt digeſtionis complemẽtum, hoc quoq; in conſuetis bis regulariter cibari, bis in die fieri debet, ante ſcilicet aſſumptionem prandij & cęnę. Aliter & aliud in diuerſis ſm periti medici diſcretionem. Factum nanque ante digeſtionis complementum eſt cauſa, vt membra cibum indigeſtum ad ſe trahant: & quòd virtus retentiua membrorum noceatur, ſimiliter & digeſtiua, quæ quiete perficitur, & q inde ægritudines multæ generari valeant. Similiter poſt cibum immediate, niſi cibus propter dilatationem ſtomachi nataret in orificio eius, & tunc vtendum eſt exercitio moderato ad hoc, vt cibus deſcẽdens reſidat in fundo ſtomachi. Studeat nãq; exercitandus, vt anteq̄ exercitium inchoet, vt ſuperfluitates ab interioribus expellantur inteſtinis, & veſica, vt ſuper remanens natura exercitio potẽs reddatur. Hora preterea in ſitis temporibus moderatior eligatur, vt in æſtate de mane, in hyeme iuxta meridiem. In vere & autũno medio modo. Item in loco vmbroſo in loco magis calido, aut ſole percuſſo, aut ĩ domibus vel templis. vel aliter ſm medici periti iudiciũ. Ex quibus pз primo, q complexio exercitij eſt calida & ſicca, quapropter debet medicus ſtudere, vt ægritudini contrarietur. Infertur ſecundo q diuerſa corpora diuerſatumq; ſtatum ſuum diuerſis exercitijs exponenda. tu conſidera.

Quietis conſideratio.

De quiete tantum dicatur quòd cum quies, ut ſupra exercitio contrarietur, eſt effectuum contrariorum productiua. Eſt enim quies contrarię complexionis, propter qđ infrigidat, cum non viuificet calorem & humectat, quia ſuperfluitates non reſoluit carnoſitas phlegmatica corpori acquiritur, turpitudo effigiei, quod manifeſte declarat carceratorum facies, quoniam propter priuationem exercitij eorum facies caçaraticæ fiunt ſeu citrinæ, et eorum color non eſt purus, ipſorum operationes leſæ ſunt. Et hæc non ſolum homini accidit, verum & alijs animalibus contingit, ſicut volucribus in caueis detentis. vt Auer. ſexto colon. primo capitulo. Et conſimiliter de multis alijs dicendum, quæ prouenire poſſunt ex lęſione digeſtiuæ virtutis. & tu conſidera. Vnde quies ſiue ceſſatio ab exercitio eſt cauſa, vt frequẽter hectica corpori ſuperueniat. vnde Auicen. tertia primi capitulo de exercitio. Exercitium autem relinquens hecticam frequenter incurrit, quoniam membrorum debilitantur virtutes, propterea q motum dimittũt, qui innatum ioeis defert ſpũm, qui vitæ cuiuſq; membri exiſtit inſtrumentum.

SED QVONIAM quandoq; per exercitium nõ omnino reſoluuntur ſuperfluitates omnes ſaltem ſubcutaneę, quæ fricatione conſumuntur, hinc conſequenter agere de ipſa arbitratus fui, cum & inter patria exercitia collocari poſſit, nam ad exercitium ita ſe videtur habere, vt ſternutatio ad epilepſiam. Eſt itaq; fricatio ductio man⁹, aut cum panno, uel ſibi proportionabili ſuper membrum vel membra, qua quęritur ſuperfluitatum in muſculis retentarum reſolutio, ex eo quòd per exercitium nõ euacuatur, vt euaporet, & non accidat fatigatio, & hoc vocatur requieſcere faciens, aut vaporum ſeu humiditatum diuerſio, aut ipſarum attractio, ſicut per fricationem ſanguis cutiattrahitur, vt docet Auicẽ. quarta primi. de ſanguiſugis. Ex quibus patet q non omnis fricatio eſt diuerſiua, ſed aliqua attractiua.

Frictionis vſus ac ſpẽs.

Pro quibus ſciẽdum, q ſpecies fricationis ſunt quinq;, quædam eſt aſpera, quædam mollis, quædam attractiua, quædam diuerſiua, quædam reſolutiua. Aſpera eſt, quę pannis aſperis perficitur, & hanc conſequitur velox attractio ſanguinis ad exteriora. Mollis, q̄ fit palma man⁹, aut pãnis lenibus, q̄ ſanguinẽ cõiungis, & ipm in membro

continet. Vnde hæc ſi vniuerſalis erit ad corpus nutricationem conferre non parum videtur. Attractiua eſt qua quęritur humoris ad locum attractio,& hæc indifferenter poteſt eſſe aſpera mollis ſiue fortis aut debilis. Similiter de diuerſiua aut reſolutiua dicēdum. Ex quibus apparet quare præcipiuntur fortes fricationes ægrotantibus fieri. nam quandoq; vnus ex his effectibus quęritur, quandoq; duo, quandoq; plures, vt exempli gratia in febricitāte, diuerſio vaporum à membro principali, attractio ſanguinis ad membrum, vt melius nutriatur, reſolutio ſuperfluitatū in muſculis retentarum &c.& quod ex fricatione quęritur eſt corporum rarorum inſpiſſatio, & mollium induratio, et ſpiſſorum rarificatio, et durorum mollificatio. vt tertia primi de fricatione. Ex quibus omnibus patet quomodo fricatio pars altera exercitij exiſtit.

SED QVONIAM ex eadem radice balneum nō minus fricatione altera pars videtur eſſe exercitij. Hinc pro completiori doctrina de exercitio alio de balneo dicere inſtitui. Pro quo nota q balneum eſt corpus ſubtile, vel liquidum corpori circūferentialiter occurrens actualiter ipſius imutatiuum. Cōciliator differentia 120.& deriuatur à valantione gręce, quod latine eſt idem quod immuto, & dicitur ſubtile propter aereum vel igneum. Dicitur liquidū propter aliquod, quod prius dicitur lauacrū. Dicitur corpori &c. propter illa quæ ſolum parti corporis occurrunt, vt ſuffumigationes &c. Dicitur actualiter propter ea quæ virtualiter operantur, & nō ſunt balneū.

Balnei ſpeculatio.

Vel malumus παρὰ τὸ τάς βαλάνους ἀνίειν.

Balanos nāq; ſuccendere veteribus moris erat.

Balneum quoq; multas recipit diuiſiones, quia quoddam igneum, vt quod furni, ſeu fornacis, ſeu ęſtuarij ſicci, & eſt calidæ & ſiccæ complexiōis. Quoddam aereum, vt quod æſtuarij humidi, & eſt calidæ, & humidæ complexionis. Quoddam aqueum, & hoc eſt duplex. nam quoddam eſt ex aqua dulci tantum ſeu ex aqua dulci, in qua res diuerſarum complexionum bullitæ ſeu poſitæ ſunt, quoddam ex aqua ſalſa ſeu nitroſa ſulphurea, vel aluminoſa &c. De quibus per ordinem aliquid dicendum tangendo ſing eorum vtilitates & nocumenta.

Balnei ignei rari vſu.

Balnei autem ignei quo raro auctores vtuntur iuuamētum eſt calefactio, & exiccatio quapropter hydropici, & proprie hypoſartici ponuntur in furno poſt extractionem panis vt reſoluatur, & exiccetur aquoſitas in ventre contenta. vt Auic. quartadecima tertij de cura aſclitis. Similiter iuuat æſtuarium ſiccum, quod in propoſito balneum vocamus, dūmodo fiat cum lignis bonis nō putridis &c. & locus teneatur mundus non fetens, & q aer debite innouetur & magis in regionibus frigidis dum quęrimus moderatam reſolutionem & exiccationem. Nocet autem habentibus paſſiones acutas calidas etc. vt facile pz intuēti.

Aereū balneū.

Balneum vero aereum multa habet iuuamenta quando eſt diſponens corpus ad ſudorem, vt exercitiū poros aperit, ſuperfluitates à corpore educit, vētoſitates diſſoluit ſeu reſoluit, paralyſi, & quartanæ confert iuuamentum maximum, & maxime vniuerſali purgatione pręcedente. Nocet autem repletia valde faciēs oppilationem, & humores indigeſtos per corpus fluere. unde periculū incurſuum febrium & apoſtematum.

Aqueū.

Balneum vero aqueum ex aqua dulci tantum maxime ſi ſit temperatæ caliditatis calorem naturalem confortat, præternaturalem remittit, corpus & membra humectat, ſuperfluitates temperate reſoluit, nutrimentum ad membra nutrienda trahit, quapropter hecticis maxime conuenit, & febrientibus febre ephemera, dolores mitigat, vrinam prouocat, ſorditiem corporis, & pruritum remouet, catarrhum digerit, & ventris digeſtionem procurat, & ſi in eo decoctæ, vel poſitæ fuerint aliæ res, vt chamomilla, abſinthium, parietaria & huiuſmodi conſequitur, vt ſupra hęc iuuamenta, quę ex ipſis cōſequi poteſt humanum corpus. Quod etiā de aereo à tali aqueo cōſurgēte intelligi debet. Nocumenta ſunt, quoniam ſuperfluitates ad membra debilia tranſmittit, corporis laſſitudinem efficit maxime quando eſt exceſſiuæ caliditatis, aut corpus in eo longam contrahit moram, vnde & ſic caliditatem naturalem debilitat, & ſit eius introitus ante cibi aſſumptionem.

Balneum vero ex aqua non dulci multas habet differentias, quia quoddam eſt ex aqua ſalſa, quoddam ex nitroſa, quoddam ex ſulphurea, quoddam ex ferrea, quoddam ea grea: quoddam ex cineritia: quoddā ex aluminoſa: quoddam ex his pluribus aut paucioribus compoſitum.

Balneum vero ex aqua ſalſa hæc habet iuuamenta, quia complexionem calefacit, & proprie matricis, veſicæ, & inteſtinorum, quapropter balneum ex aqua ſalſa confert patientibus colon, ſed eſt repletiuum capitis, quapropter abſtineat ſe à balneatione capitis, qui in eo, ſe balneauerit. Salſum.

Balneum vero nitroſum & ſalſum, capiti, & pectori auxilium prębet, quę conſueuerunt materias recipere ſeu materia repleri, & confert ſtomacho humido, & habentibus inflationem, & hydropiſim. Ex quo infertur quòd talibus conferunt balnea de ſancta Helena de Padua. Ad quæ vadant etiam debiles in membris propter frigiditatem, & humiditatē, & valent de menſe Marij vſque ad Septēbrē. Nitroſum, ac ſalſum.

Balneum ſulphureum habet hęc iuuamenta, mūdificat neruos, & omnes dolores mitigat neruorum, ſpaſmū atq; tetanum de repletione mundat, ſuperficiem corporis à ſcabie, & bothor, & vlceribus morpheas, & albaras reſoluit, ſuperfluitatem à iuncturis, ſplenem groſſum mundificat: ſuperfluitates matricis exiccat: ſed ſtomachum laxat, et deſiderū deijcit. Ex quo infertur q in his diſpoſitiōibus maxime cōfert balneum de Pitriolo in comitatu Senarū, ad quod itur de menſe Septēbris vſq; ad menſem Februarij. Infertur ſecūdo q balnea de Monte Grotto in comitatu Paduano ſunt in his paſſionibus etiam vtilia cum ſint in vltimum ſulphurea. Sulphureum.

Balneum vero ferreum hæc habet iuuamentā, quia ſplēnem, & ſtomachum iuuat, quale eſt balneum quod eſt prope Bullicanum in comitatu Viterbij, ad quod vadunt omnes habentes debilitatem in membris naturalibus, ſtomacho, ſplene, hepate, inteſtinis, & renibus &c. ac etiam habētes aſthma, & pulmones debiles, & itur ad illa balnea in quarta parte anni. Ferreū.

Balneum æreū hæc habet iuuamenta, quia valet in ęgritudinibus quæ ſunt ex humiditatē, et frigiditate in doloribus articulorum & podagræ, & confert laxitati aſthmati ægritudinibus renum, & fracturæ & reſtaurationem fortem efficit. & confert carbunculis. Æreū.

Balneum vero æneum oti ſtomachi, vuluę, oculo laxo, & humiditatibus auris confert. Et de talibus balneis vſq; modo notitiam non habui, nec ſcio q in Italia ſit aliquod tale, quare non exemplificaui. De cineritio dicendum ſicut de ſalſo nitroſo. Aeneū.

Balneum autem aluminoſum habet hæc iuuamenta, cōfert nimię groſſioni ſanguinis per hęmorrhoidas, & menſtruis albis, & rubeis, vomitui, nauſeæ, cachexiæ, multo ſudori, paſſionibus neruorum, et matricem, ad conceptionem diſponit, oppilationibus ſplenis, & hepatis, & venarum calculoſis, & doloribus iliorum, & catharroſis: pręmiſſa tamen ſemper debita purgatione. Ex quibus infertur quòd balnea dalla Poretta i comitatu Bononię ſunt in his paſſionibus maxime conuenientia. ad quæ itur de menſe Auguſti. Cineritium. Aluminoſum.

Vltimo ſciendum q in partibus iſtis iam dictis non reperitur balneum aliquod ſimplex, ſed quodlibet eſt compoſitum, vt quoddam eſt ſulphureum, & aluminoſum, vt illa de Monte grotto de Padua. Quoddā eſt ſalſum vitroſum ſulphureum, ut illa de ſancta Helena de Padua. Et aliquod eſt ferreum, & aluminoſum, & partim æneum, vt balneum ſanctæ Mariæ in Ligino in Romandiola, quod vocatur balneū dominarum. & cōſimiliter de alijs. Vnde

ſicut

ſicut diuerſimode compoſita ſunt, ita diuerſa iuuamenta ſortiuntur. Et hec de balneo curſim ſufficiant. & ex cooſequenti de exercitio.

Sõn⁹ & vigilia.

DE TERTIA re nõ naturali. ſ. de ſomno, & vigilia cum ſomnus quieti & vigilia exercitio proportionetur. Hic de ipſis conſequenter agere arbitratus ſum.

Somn⁹ quid in vniuerſum.

Eſt itaq̧ ſomnus & maxime vniuerſalis. vt Auic. prima tertij. cap. de ſubeth reditus ſpiritus animalis ab inſtrumentis ſenſuũ & motus ad principium cum quo priuantur ipſorum inſtrumenta ab exitu operationis in ipſis, niſi quæ neceſſaria ſunt ad hoc vt vita pmaneat, & illa ſunt ſicut inſtrumenta anhelitus. Fit autem ſomnus eo q̧ vapores à cibis, et potibus reſoluti, & alijs humiditatibus pręexiſtẽtibus admiſti petunt cerebrum, & inuenientes ipſum frigidum, et denſum cõgelantur, & inſpiſſantur velut vapores ab aqua inferius eleuati ad partem ſuperiorem, & graues facti deſcendentes oppilant meatus ſenſitiuos membrorum, vt ſpiritus ad cerebrum à ſuis retrahantur inſtrumentis, vt in cor tandem deſcẽdant, oppilatur quoq̧ medius uentriculus cerebri circa uermẽ in eius apice exiſtentem, intantum ut ſpiritus à primo ventriculo nequeat in poſtremũ tranſire aut e contra. vnde tunc animal ſenſu priuatur motu. Propter quod Auer. io de ſomno, & vigilia dixit. ſomnum fore im potentiam ſenſuum.

Somni partitio

Et dicebatur etiam maxime vniuerſalis, quia particularis eſt triplex, naturalis, pręter naturã, & inter hos medius. Naturalis eſt duplex. quidam naturalis ſic abſolute dictus, qui eſt reditus ſpiritus uitalis ad interiora ut cibus digeratur &c. vt ſupra. Alter non abſolute naturalis, qui eſt reditus ſpiritus ex inſtrumentis ad ſuũ principium propter ſuperfluitatem reſolutionis ipſius, vt ſomnus ex nimio labore proueniens. Pręternaturalis vero eſt reditus ſpiritus propter cauſam inſtrumenta humectãtem, & ſubſtantiam ipſius perturbantem, & oppilantem, et ſubſtantiam neruorum et maxime oculorum laxantem, velut accidit ebrijs et ſtomacho nimiũ repletis. Eſt & tertius medius fere qui eſt reditus ſpiritus animalis ab inſtrumentis propter cauſam infrigidantem contrariam ſubſtãtiæ ſpiritus, aut ab exteriori frigiditate, aut à medicinis infrigidantibus vt ſunt opiate &c.

Iuuamẽta ſomni

Iuuamenta ſomnum ſequentia ſunt, quia omnes operationes naturales fortes efficit, virtutem animalem confortat, oẽs modos laſſitudinis remouet. Propter quod Auer. in de ſomno & vigilia dixit. q̧ eſt ligamentum virtutum confortatioq̧ earum, fortes retinet euacuationes, iuuat ad expellendum corporis ſuperfluitates. propterea quia calorem interius dolores ſedat, & digeſtionem maxime procurat, ſuccurrit debilitati, quę ex fatigatione & coitu, aut ira, aut reliquis ab inteſtinis prouenit. Somnus propterea tẽperatus cum inuenit æqualitatem humorum in qualitate, & quantitate eſt humectans, & calefaciẽs & eſt res magis proficiens ſenibus, quoniam humiditatem in eis cõſeruat. Et propter hoc dicebat Gal. de ſimplici medicina. Comedo quaq̧ nocte olera ex lactucis facta quidem, eo q̧ dormire faciunt, aliquid addens ex aromatibus ad emendandam earum frigiditatẽ. Et dixit q̧ nunc ſum indigens ſomno cum ſim ſenex, & confert mihi humiditas quam ſomnus facit. Et hoc quidem regimen conueniens eſt ei cui rebellat ſomnus. Somnus pręterea melior eſt qui fit poſtq̃ cibus ad fundum ſtomachi deſcẽdit, q̧ ſi tardauerit deſcẽdere parumper incedere debet. Somnus nanq̧ quadrupliciter variatur. Primo nanq̧ ex parte temporis. ſecundo ex quantitate et qualitate materierum. tertio ex parte horę. quarto ex parte figuræ ſeu formæ. Ex quantitate temporis: quoniam ſi ſit prolixus, & maxime in die virtutis alales concitat & diſſoluit, vias laxat, corpus refrigerat et humectat, phlegma augmẽtat, calorem debilitat, naturalem colorem corporis corrumpit, motus hebetat. Si autem fuerit minore tempore ſufficienti factus mollis naturę, cõſurgit imbecillitas. Infirmitas digeſtionis, corporis ſiccitas, calor diſſoluitur ex acuto. Moderato autem tẽpore factus cibos digerit, corpus ingroſſat, laborem diſſoluit, naturã confortat, vt ſupra. Ex parte quantitatis & qualitatis materiæ ſimiliter ſomnus tripliciter variatur, quoniã aut fit corpore repleto cibis multis frigidis viſcoſis difficilis digeſtionis &c. & tunc ſomnus ſuper hoc ſtatim occurrens calorem ſuffocat naturalem, facitq̧ in his ebullitionem, & ipſos diſpargit, & ipſos repurgitando ſuper calorem ipſum ſuffocat, & extinguit, uelut ſolet cõtingere à ſomno in principio febris phlegmatice facto. Si vero corpus fuerit vacuũ omnino, & ipſius cibaria fuerint prius ſubtilia, & inflãmabilia, calor naturalis conuerſus ad humiditates ex illis genitas exurit, & conſumit illas, corpuſq̧ debilitat & exiccat omnino. Propter quod Auic. tertia primi. cap. de ſomno & vigilia dixit. Amplius ſuper vacuitatem dormire eſt malum, & virtutem dejciens. Si vero in indiſpoſitione inter hęc media aduenit, ex eo prouenient quæ dicta ſunt ex ſomno moderato tempore facto. Ex parte horæ; quia nocturnus ſemper alijs paribus melior eſt diurno, vnde in die dormire eſt malum, generat. n. ęgritudines humectantes, & reumatiſmos, & corrumpit calorẽ, grauat ſplenem, & laxat neruos, & efficit pigritiam, & debilitat deſiderium, & generat apoſtemata, & febres frequenter, & qđ maxime nocet in eo eſt cũ fit eius ſubita interruptio.

Dormiquando

Ex parte formę ſeu figurę eſt, vt ſupra dextrum incipiat latus, & deinde ad ſiniſtrum reuoluatur, q̧ ſi eius initium ſuper ventrem fuerit auxiliabitur potenter digeſtioni. Reſupine autem dormire, corpus pręparat ad malas ægritudines, ſicut apoplexiam, incubum, phrẽneſim, quoniam ſuperfluitates ad poſteriora declinare facit & retinentur, et per ſuos non incedunt cãnales, ſicut per nares, palatum & huiuſmodi. Et hunc ſitum conſueuerunt incurrere debiles, propter debilitatem muſculorum ſuorum, & membrorum. vnde vnum latus alterum ſuſtinere non poteſt, imo cito reſupini voluuntur, quoniã dorſum latere fortius exiſtit, & propter ſimilem cauſam aperto ore dormiunt, nãq̧ debilitas muſculorum, qui mãdibulas cõſtringunt, eſt cauſa huius.

Vigilia.

Quid autem de uigilia dicendum ſatis patere poteſt intelligenti ea, quæ de ſomno dicta ſunt, cum vigilia ſomno contrarietur, nam ſicut ſomnus humectat, ita vigilia exiccat corporis humiditatem, quare in purgatiõe reumatum vigilia pręcipitur. ipſa tamen moderate facta virtutem cõfortat, calorem acuit, appetitum excitat &c. Si autẽ ſuperfluerit complexionem cerebri corrumpit ipſum nimium exiccando, & debilitat ipſum, & cõmiſcet rationẽ, & adurit, humores, & ęgritudines facit acutas. Et quia in vigilia calor ad extra conuertitur. In ſomno vero ad intra, ppter quod membra exterius frigida in ſomno remanent q̃ in uigilia, hinc cooperimenta plura in ſomno q̃ in vigilia ſunt neceſſaria. Et hic de ſomno & vigilia.

Cooperimenta cur magis ſom no, q̃ i uigilia neceſſaria.

DE QVARTA re nõ naturali. ſ. de inanitiõe et repletione ſequitur. Et licet de dictis in pręcedẽti tractatu liqueat quid de inanitione, & repletione dicendum ſit, tamẽ hoc loco tantum dicatur, q̧ cum vtraq̧ ſuperfluerit, ęgritudinem inducit, corpus laxat, & oẽs virtutes debilitat. Quapropter debet medicus de his ſolicite conſiderare, vt debitam euacuationem corpori concedat, & à repletione pręcipue contrariarum ſe abſtineat.

Inanitio ac repletio.

Et quia coitus ſub inanitione comprehenditur. vt Halyab. & Ioannitius: quo cõmuniter homines abutuntur, hinc de eo particularius dicere ſatis perutile iudicaui. Nã & quoniam in cura ægritudinum confert: vt vigeſimotertio de iuuamentis eius eſt: nanq̧ coitus applicatio maris et feminę in membris generationis, qua ſuperfluum expellitur quantum ad finẽ ſpeciei, vel indiuidui ordinata: vt differentia. 124.

Coitus quid ac eius iuuamẽta.

Cuius iuuamenta ſunt: ſi debite corpori adminiſtretur. reddit hominem alacriorem: audaciorẽ, vt in equis eſt videre, minus iraſcibilẽ, minuſq̧ cogitãtem, ingenioſiorem,

moribus grauiorem, corpore leuiorem, melius dormientem, calorem excitat naturalem, ac eius firmat virtutes, cōfert melancholiæ, ac renum doloribus, & quandoq; teſticulorum, et ægritudinibus phlegmaticis. dūmodo caliditas fuerit ſufficienter fortis. vt Ioannitius & Hippoc. ſexto epidimiarum. preſeruat etiam ab apoſtematibus inguinū, & partium genitalium, & fumū reuocat caput petentem, quapropter quandoq; confert in dolore capitis, tollit tenebroſitatem viſus, vertiginem, grauitatem capitis proprie cum ſperma fuerit coartatū coitus omiſſione. Nocumenta quoq; ipſius quāplurima exiſtunt tam animę q̄ corpis, cum indebite fuerit expletus, uitam abbreuiat, ſenectutem accelerare facit, intellectum, ſenſum, & uniuerſaliter oēs uires debilitat ac corrumpit, ſimiliter ſpiritum, & calorem ipſorum, & neruos motiuos diſſoluit, & articulos, & proprie anchas, et uniuerſaliter membra, greſſus, oculos, cerebrum, nuchā, et ſtomachū pręcipue debilitat, omnēq; prauam diſpoſitionem corpori acquirit, & ad ſummū totam animam diſſipat, & corrumpit, quæ oīa maxime etiā inducit, quando quis grandi cum delectatione ipſo vſus fuerit, cum inde maior quātitas humidi emittatur, & ſpiritualis calidi, & plurima alia quæ ab Auic. colliguntur. 20. tertij. cap. de nocumentis coitus.

Et qm̄ ſermo huius rei non paucos delectabit, non paucisq; proficiet opinatus ſum de re ipſa hoc ordine diſſerere, vt primo eius conueniens hora exprimatur. Deinde cui cōplexiōi habitudioi atq; ętati magis aut minus noceat.

Hora coitus.

Hora coitus duplex exiſtit: vniuerſalis. ſ. & pticularis, hic per horam tempus intelligēdo. Vniuerſale autem tempus eſt tempus totius anni, quod in q̄tuor quadras diuiditur. In cuius prima quadra. ſ. vere, magis cōuenit, deinde hyeme, æſtate minus, minime vero autūno. Et tēporibus quibus graues, & peſtilentes imminent morbi, iuxta illud. Sanus in autumno ſuus paratus cumnus

De tempore particulari quod duplex cōſideratur. Primū quod cōſiderat de coitu ordinato in cōſeruatione ſpeciei. Alterum quod conſiderat de coitu ordinato in ſalutē indiuidui. Primū autem eſt tempus quo digeſtio ciborū eſt non in ventre celebrata, et ante ſomnum, vt eo repleto, dormiatur et quieſcat. Hoc. n. tempus optimum eſt prolificationi, quia cum dormit mulier, ſperma maris firmatur in matrice, ſpiritus etiam gignitiuus cum materia ſpermatis hac viget hora indigeſtione non crudus nec ſupflue inanitus. Particulare vero eſt tēpus quo facta eſt ſuperfluitatum euacuatio, quod erit celebrata digeſtiōe perfecta in ventre, & plus q̄ dimidia in hepate, ita vt fiat in expanſione iam nutrimentum digeſtione tertia: & hoc diuerſificatur in hominibus: vt Auic. 20. tertij de horis coitus, ſitque tempus tale in quo corpus fuerit oīum circumſtantiarum medium, neq; repletum, neq; euacuatum, non calefactum, non infrigidatum, humectatum, aut exiccatum, et vniuerſaliter vt poſſibile fuerit quo corpori totius occurrit mediocritas. Corpora quibus cōuenit coitus ſunt calida & humida, q͂ iuuātur ex coitu moderate, minime vero aliorum diſtemperatorum comparatione nocētur. Et dicitur diſtemperatorum, quia fortaſſis alijs paribus plus temperato. Viſus tamen eſt Conciliator differentia. 124. abſolute dicere temperatum plus alijs paribus calido & humido ex coitu noceri quæ opinio firmari poſſet, cum tali ſuperfluitate plus alijs paribus abundet ſanguineus temperato. Sed circa hoc ſpeculator conſideret. Deinde cholerica, deinceps phlegmatica. Minime vero ex coitu melancholica alleuiatur, imo nocetur q̄ maxime. Vnde quarto alimētorum. A coitu corpora habentes ſicca, vt ab inimico interficiente ſibi cauere debent. Competit et minus nocet habitudini carnoſæ, minus vero macræ extenuatæ, minime vero ſqualidæ, & his vltimis magis nocet. In ætatibus vero maxime conuenit iuxta adoleſcentię finem cum corporis augmentum incępit deſinere, & antea parum, ac in iuuentute, minus in ſenio primo, minime in poſtremo. Vnde & iuuenes, & ſenes audiant Auic. tertio aīalium inquit quando de hoīe ſperma exit multum diſcoloratur, & debilitatur ſuum corpus magis q̄ ſi quadrageſies exiret de corpore ſuo ſanguis tantus, quia res eſt habilitata, vt tranſeat in membra. Vnde primo de generatione animalium. Modiciſſimo abſcendente ſpermate fit diſſolutio manifeſta. Vltimo de eius forma aliquid dicendum, vt inſpectis vitalibus animæ & corporis, debet vir cū muliere coire moroſe, honeſte, & forma naturali. Nam quidā ribaldones faciunt ſe ab eorum vxoribus equitari, qui frequenter bene puniuntur, nam illa forma peſſima eſt, & ex illa quis plurima periculoſa poteſt incurrere nocumenta. vt. 20. tertij de nocumentis coitus. Ex quibus infertur ꝙ impoſſibile eſt partiri tempus particulare coitus per numerum dierū aut ſeptimanarum. oportet. n. hoc iudicium ſumere à rebus naturalibus & non naturalibus, & alium, & aliū terminū aſſignat alteri, & alteri cōplexioni ætati & habitudini &c.

Ribaldones in coitu q.

DE QVINTA re non naturali ſequitur. ſ. de accidentibus animæ, in quibus vtinam tantum valerent obedire ægrotantes, vt in cæteris non naturalibus rebus. Plurimi enim ex ingentibus animę accidentibus, vt videbitur cōmoriuntur, & multorum cauſa ſunt interitus, quæ et medicos frequenter latent cum ſigna niſi relatione infirmorum manifeſta non habeant. Multorum [illegible] morborum cauſa ſalutis frequentiſſime reperiūtur vt [illegible]artana fortis timor 18. continentis. Ideoq; debet vt poteſt medicus ea ſic ſuo poſſe deponere, vt infirmis ſalus fiat, nec ea nullo mō prętermittere. Vnde tertio techni.

Accidētia aī.

Abſtinere vero manifeſtum eſt, qm̄ ab intemperantia omnium harum animæ paſſionū, ire, triſtitiæ, furoris, inuidiæ, timoris, et ſolicitudinis. Exterminant enim hęc, et immutant corpora ab ea, quæ ſm naturam conſiſtentia &c. Vbi apparet manifeſte horum intemperātiam eſſe ſanitatis remotiuam, & moderantiam ſanitatis effectiuā. Et tertia primi doct. quarta. quarto capitulo. In temperamento igitur morū cuſtodia ſanitatis animæ, & corporis ſimul cōſiſtit. Et horum omnino cauſa eſt motus ſpirituum ab intra vel ab extra. Quòd ſi fuerit ordinatus, & cōmēſuratus gaudium ſalutiferum, et huiuſmodi producet, ſi inordinatus, & ſubitus gaudij pernicioſi cauſa eſſe poterit. Vnde ſuperfluus, et inordinatus motus ſpirituum ad exteriora in gaudio, quoniam interiora remanent ſpiritibus depauperata, & ſpiritus in exterioribus reſoluuntur, eſt cauſa ſyncopis aut mortis: vt ſecunda primi doctrina ſecunda. quatuordecimo capitulo. Vnde pro his aduertendum quod ſcribitur ab Albuca. de Baldach in ſuo tacuino, ꝙ quinq; ſunt ordines accidentium animæ, ſcilicet ira, gaudium, verecundia, anguſtia & timor. Et cauſa in hoc, quia cor aut mouetur verſus partem pectoris, aut verſus partem dorſi, aut vtrobique. & in quolibet iſtorum duorum modorum mouetur cor vel impetuoſe & repente: vel paulatim, & ſucceſſiue. Si impetuoſe verſus pectus operatur iram. ſi paulatim, gaudium. ſi impetuoſe verſus dorſum, timorem operatur. ſi paulatim. anguſtiam, & ſi vtrobique, verecundiam, & triſtitiam, & hęc vocantur accidentia aīalia, licet ſint vitalia cauſa deferentis, qui ſunt ſenſus, & cogitatio, ſenſus videlicet deferūt delectantiā & nō delectantiā, & cogitatio etiā eodē mō. ¶Et anguſtię ſunt pręter naturā, & triſtitia de rebus cōpoſitis ex ſpe, & deſperatione.

Gaudiū

Et ſeipſum amplius declarans, et à gaudio initium faciens dixit. Gaudium impinguat corpora macilenta, & gracilia propter afflictiones adæquando humores, & trahendo calorem naturalem exterius. Verum cum repente accidit quandoque interimit, vt ſupra. Et fit Gaudiū huiuſmodi diuerſimode, cantilenis, ſono, coreis, coragijs, præſentatione æris, gemmarum & huiuſmodi. Vnde oportet medicum in hoc prudentem fore vt cognoſcat mores, & conſuetudines ægrotantis, & ꝙ caute inueſtiget ab ipſo

vel

vel ab aſtantibus quod cuperet, & in quo gauderet. vnde interdum viſu pulchrarum dñarum multum gaudēt infirmi precipue qui conſueuerunt philocari, ſtudeat igitur in hoc, vt cum oportuerit gaudium pro poſſe inducat.

*Anguſtię.* Anguſtia.n.gaudio contraria eſt, quæ ita rebus diſplicibilibus aut tedioſis inducit ſicut gaudiū placibilibus &c. & eſt nociua multum corporibus frigidis & ſiccis & corpora macreſacit. Quæ ſi continua fuerit interimet, niſi utatur bona dieta, & animam regat bono regimine.

*Verecūdia.* In verecundia mouetur calor naturalis intra fugiendo ab eo quod verecundiam induxit, propter quod color corporis fit pallidus, deinde per cogitationem mouetur calor exterius & efficitur color ipſius rubeus, & ſič in triſtitia.

*Triſtitia. Ira.* In ira mouentur calor & ſanguis ad exteriora, quapropter color corporis fit rubeus, venas replet, ſudorem prouocat, & qñq; propter motū cholere color efficitur citrinus. Accidit ex ea tremor & anxietas & feb. niſi diſcretio naturalis expellat vel refrenet ipſam.

*Timor.* Timor vero eſt his contrarius, eo ꝙ calor reuocatur ad intra, de quo poſſibile eſt vt interimat maxime timentes ex re modica & ſuſpicantes ſuſpicationibus mendacibus, vnde plurimi mortui ſunt. Similiter quoq; plurimi ex magno timore ab ægritudinibus curati ſunt, vt de quartana ſupra. 18. continentis. Cuius cauſa eſſe poteſt, quia fortem, & ſubitum motum ſpirituum ad interiora in timore vehementi, ſequitur ſanguis & humores alij, quos accidit ad loca expulſiōis dirigi, & ſic morbū remoueri. et tu cōſidera.

*Cur timore ęgritudines quandoq; ſoluant.*

Præter has autem affectiones animales iam dictas aliæ ſunt multæ, ſicut imaginationes, quæ non minus ſunt ſanitatis, aut ęgritudinis factiuę. Aui. in quarta ſexti naturaliū. 4. ca. poſuit intentione propria ꝙ aīa humana propter fortem imaginationem non ſolum proprium corpus ſufficit immutare, ſed etiam alienū, ita vt fortis imaginatio vnius ſufficit alienum corpus ſanum ægrū facere & econtra, qd' pluribus ſignis & rōnibus comprobat. & tu illa loca cōſidera. Eandem ſententiam ponit ſecunda primi. doctrina ſecunda. 14. ca. vbi inquit. Illi qui ſapientiam diligunt non negant eas quemadmodum negant rem quæ eſſe non pōt. Ex quibus omnibus habentur iuuamenta & nocumenta q̄ ex accidentibus animæ conſurgere poſſunt quæ medicus ſua diſcretione in curandis ægris, debite & ſuo modo gubernet. Et hæc de accidentibus animæ.

*Imaginationis vis, ac robur.*

## *De cibis temperatis cuius rubricę ſunt octo.* Cap. II.

### *De cibo in generali.* Rubrica. I.

*cib⁹ qd, ac eius ſectio.* Cibus vt colligi poteſt ex Auic. 2. primi de eo quod comeditur & bibitur, eſt corpus paſſibile a cibato cuius eſt reſtaurare quod ex eo diſſolutum fuit primo, & augere calorem innatum, propterea quia in ſanguine facit augmentum. 2. & operari ſuis qualitatibus, quę remanſerunt in ipſo. 3. Vel ſic. Cibus eſt omne quod ingrediens corpus humanum eſt in eo a materia operatiuum, quia taliter a calore noſtri corporis paſſibile & tranſmutabile, vt eius materia præexiſtentē formā perdat, & formā mēbri, aut ſpiritus, aut alterius humiditatis noſtri corporis recipiat. Vnde. 5. col. cibus eſt illud quod ponitur naturales partes cibati, & hæc pars eſt in ſpecie partis diſſolutæ. Et diuiditur cibus in cibum cibalem, & cibum medicinalem. Cibus medicinalis eſt cuius eſt tranſmutari in corpus & alterare corpus notabiliter, licet magis tranſmutetur q̄ alteretur. Cibus cibalis eſt, cuius eſt ita tranſmutari ꝙ non alteretur notabiliter. Exemplum primi, vt lactuca, olera, alia, & fructus. Exemplum ſecundi, vt panis, caro, vinum &c. Et de his omnibus per ordinem proſequendum cum ſuis gradibus, & præcipue de vſualibus & ſimplicibus, & compoſitis. Vnde memorando dictum Auic. prima primi de complexionibus. Debes autem ſcire vltra hoc quod ſciuiſti, ꝙ cum dicimus de medicina ꝙ eſt temperata, nolumus dicere ꝙ eſt temperata certe, qm̄ illud impoſſibile &c. Et parū infra. Sed volumus ꝙ cum propter calorem naturalem qui eſt in corpore humano patietur q̄litatem eſt efficere quæ hominis æqualitatē non ſupergredietur in aliqua duarum extremitatum excedentium. Non ergo in ipſo operabitur effectus æqualitatem excedētium. Conſideratione igitur ſuæ operationis in corpore humano eſt æqualis. Nam proportionabiliter omnino de cibo dicendum. Ex quibus patet, quid per cibum temperatum, quid per ſimilem, diſſimilem ſeu diſtemperatum intelligere debeamus. Dicitur.n. ſimilis homini, quia talis eſt in potentia paſſiua, qualis eſt calor mēbrorum naturalis in potētia paſſiua. Ex quibus infertur primo ꝙ talis ſimilitudo eſt virtualis & non formalis. Infertur ſecundo ꝙ cibus dicitur temperatus non in relatione ad unicum determinatū membrum, ſed in ordine ad habitudinem totius, vt cibū illum dicimus temperatum, non ex quo reſtaurata ſit pars proportionalis, aut ſimilis diſſolutis in ſtomacho, vel corde, ſed quia in corpore temperato ex eo aptus eſt conuerti & in chylum temperatum, ſanguinem temperatum, humiditates temperatas, & tandem in partes omnium mēbrorum temperatas. In ſanguine.n. temperato in hepate genito ex chylo temperato ſunt partes omnibus membris temperatis ſimiles potentialiter, ex quibus omnia membra tēperata reſtaurantur. Ex quibus patet ꝙ cibus dicitur tēperatus reſpectu habitudinis totius & non alicuius partis, vnde aliquis cibus eſt ſtomacho temperatus, qui eſt toti diſtemperatus, & hęc ratione probari poſſent. ſed ea ſpeculanti relinquo. Item nunquid cibus temperatus ſit talis reſpectu cuiuscunq; diſtemperati. Item quanta ſit quantitas debentis calefacere in primo & de ſecundo & tertio. tu cōſidera. Item nota hoc argumentum, non minus diſtat complexio cholerici a complexiōe phlegmatici, q̄ complexio cordis a complexione ſtomachi, q̄ ea quæcunq; ſunt temperata reſpectu cholerici ſunt tēperata reſpectu phlegmatici. ergo quæcunq; ſunt temperata reſpectu cordis ſunt tēperata &c. et ſic cibus temperatus reſpectu vnius membri erit temperatus reſpectu cuiuslibet. & tu conſidera. Et ſicut de temperatis dictum eſt, ita de diſtemperatis conſimiliter dicendum. Sequendo igitur propoſitum primo ponendi ſunt cibi ſimplices temperati, deinde cibi ſimplices diſtemperati, quibus cōiter vtimur qui non ſunt carnes, quia de illis infra ſpecialiter dicetur. Et vltimo de compoſitis cum ſua graduatione apponendo ēt cum oportuerit correctiua ipſorum, quia remouentia nocumentum, & ſæpe interponendo quibus ægritudinibus competunt.

*ꝑ medicinā tēperatā qd intelligēdum.*

*cib⁹ cur tēperat⁹ dicatur.*

### *De oleo ex oliuis:* Rubrica. II.

OLEVM oliuæ conuenientis naturæ & nouū, quia non antiquum. Et dicitur conuenientis naturæ, quia factū ex oliuis immaturis frigidæ & ſiccæ complexionis exiſtit in primo. Placuit tamen quibuſdam vt oleū de oliuis maturis ad humiditatem aliqualiter tendat. Et dicitur non antiquum, quia vetus calidum eſt & reſolutiuum, & melius eſt lotum q̄ non lotum. Et Auic. Oleum quidem ſanis melius eſt oleum omphancinum: idem Serapio. Et cauſa uidetur: quia ſua ſtypticitate ſtomachum confortat, & eſt ſicut vniuerſale beçoar venenorum ebibitorum, quia cum de eo potatur & aſſidue quantitas notabilis. vt. ℥. vj. uel circa facit ea vomitu de corpore egredi. Et Auer. 5. col. oleum impinguat & augmentat ſubſtantiam hepatis, & generaliter eſt conueniens homini multum ſm̄ ſubſtantiam ſuam propterea cum eo decoquuntur carnes, de quo infra. Ex quo patet, quare religioſi vtentes oleo & non carnibus pinguescunt, ad quod etiam cōcurrit multus & aſſiduus vſus ouorum. nam oua in oleo cocta, noua, tremula multū pinguefaciunt. vt idem Auer. Et apud nos talia appellantur piſis ouorum, ponūtur.n. vitella ouorum ī patella cū oleo donec ad aliqualē ſpiſſitudinē veniant vel tenuē, & qm̄ ex oliuis fit, ſintq; in vſu multū, hinc de eis aliqua dicamus.

*religioſi cur pingues.*

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMAN.

Oliuæ autem ante completam maturationem in aqua nutritæ, & a ſapore ſuo amaro purgatæ, cum ſic ſalitæ fuerint & debite, licet ſint grauis digeſtionis, ſtomachum tñ & appetitum confortant & excitant. Et Auic. Groſſæ earum ſalitæ ſubleuant appetitum, & confortant ſtomachũ & generant humorem ſtypticum. Et Tacuinus. Sunt propinquæ vt ex eis generetur humor cholericus & inde accidat fluxus.

### De lente. Rubrica. III.

LENS eligibilior eſt alba & lata & quæ aquam non denigrat, & vſus eius continuus inducit viſus tenebroſitatem, & eſt duræ digeſtionis, mala ſtomacho, & præcipue qñ coquitur cum cortice ſuo, & facit uidere ſomnia mala, & nocet neruis, & pulmoni, & diſpoſitionibus melancholicis, vt quartanę, lepræ, &c. & decoctio eius cum hordeo, ſiue bleta, vel ſpinachijs, ſiue atriplicibus facit vt ſit conueniens nutrimentum, debet. n. decoqui bis, & ſit eius decoctio plurima proiecta prima aqua. Et melior eſt cum oleo q̃ cum carnibus, & cum ea non commiſceatur aliqđ dulce, qm̃ inducit hepatis oppilationem: & prima aqua in qua decoquitur eſt ſolutiua. ſecunda vero ſtyptica. Vnde Hip. 6. epidimiarum. Lens componitur ex ſubſtantia quæ diſtringit ventrem & ex ſubſtãtia quæ laxat, & melius eſt q̃ excorticetur, cum ſit non tantum ſtyptica, & eſt ſanguinis inſpiſſatiua, propter quod conuenit in ægritudinibus ſanguineis cholericis, vt variolis, & morbilis, &c. & minorat menſtrua, & vrinam, quare in fluxu menſtruorum, & vrinæ conuenit, & ſi cum ea ponetur acetum plus infrigidabit, & ſtypticabit, declinat autem ad ſiccum ſecũdo, licet in actiuis ſit temperata.

### De ſparago, uel aſparago. Rubri. IIII.

SPARAGVS Albucaſof de Baldach & Serapion. Inter olera multum nutrit, et maxime hortulanus quia humidior eſt ſylueſtri, & qui inter lapides oritur eius, tñ nutrimentum paucum eſt et nõ boni chimi. Et leui decoctione decoctus naturam mollificat & vrinã prouocat, & eſt ſatis cõueniens ſtomacho, valet in oppilationibus ſplenis, & hepatis & renis & icteritia, & eius decoctio in doloribus dorſi & ſciæ. Et eius vſus aſſiduus nauſeam inducit. Et meliores ſunt conditi cum aceto & oleo: vt Gale. de alimentis dixit.

### De ouis. Rubrica. V.

OVVM GALLINAE ſm Auic. temperatæ exiſtit complexionis, licet albumen ad frigiditatem, & vitellum ad caliditatem tendat, & ambo humida ſunt, dixit tñ Serapio. q̃ eſt parum frigidius temperato corpore. ipſum nanq; infrigidat infrigidatione temperata & deſiccat ſine mordicatione, & huius viri opinionem magis laudauit. Conciliator in annexo differentiæ. 172. quia conſiderauit quãtitatem frigidorũ. ſ. albuminis teſte panniculorũ &c. quæ in quãtitate excedunt vitellum qđ ponitur tẽperatũ.

Ouum nanq; multiplicem recipit cõſiderationem. Primo ex generatione. 2. ex ætate. 3. ex tempore. 4. ex quantitate. 5. ex præparatione. 6. ex ſubſtantia. Ex generatione melius eſt gallinaceum non gallinaceo genitum ex gallina tẽperate carnoſa iuuene. Et quia cõiter vtimur ouis gallinarum & non alijs, de ipſis ſit principaliter ſermo, ſed etiam quæ dicentur de alijs ſuo modo intelligenda ſunt cum alia ſapiant naturam eorum. Sed vt habeatur plenior notitia ſciendum q̃ poſt oua gallinacia laudantur, oua perdicis. Poſt illa oua anſerum, quæ multum dant nutrimentum, re plus q̃ gallinacia, ſed ad digerendum ſunt duriora, quare, p ruſticis ſunt optima. Poſt hæc oua ſtrucci ſunt in odore grauia & dura digeſtioni. Vñ non deſino mirari cur Dux Mediolanenſis ſenior eis, ita vteretur. In generatione autẽ ouorum deteriora ſunt q̃ pauonum, quia ſunt indigeſtibilia & complexioni humanæ contraria. Ex ætate, quia noua, recentia meliora, quia eorum calor naturalis fortis eſt, & calorem naturalem cõfortant. Antiqua peſſima, mediocris medio modo, & plus & minus ſm elongationem maiorem & minorem a nouis. Ex tempore, vt genita in nouilunio uſq; ad plenilunium alijs ſunt meliora, eo q̃ humectantur, & replentur bona humiditate, quæ vero econtra contrario modo ſe hñt. Ex parte quantitatis, quia paruula longa, vnde quia paruula habetur q̃ ex animali iuuene & pingui, quia alijs paribus iuniora et pinguia pariunt minora, & ex longitudine arguitur fortitudo caloris, & ideo talia bñ nutriũt, & calorem naturalem maxime confortãt. vnde multum adhereo his verſibus.

Regula presbyteri iubet hoc pro lege teneri.
Quod bona ſunt oua paruula longa noua.

Presbyterorũ regula.

Quidam tñ conantur defendere q̃ maiora ſunt meliora ſed non video ſic expreſſam rationem. Ex præparatione quia decocta in aqua ſorbilia, & tremula ſunt cæteris meliora, aſſata in cinere ſunt groſſioris chimi, & tarde tranſitionis, & ex cinere & igne amittunt humiditatem naturalẽ quæ eis reſeruatur ſi in aqua coquantur. Frixa vero in patella peſſimum hñt nutrimentum, et multum alteratur eorum complexio, & in fumoſitates & humores cholericos malos cito conuertuntur. Dura vero difficulter digerũtur & tarde tranſeunt, licet plus nutriant ſm Almanſo.

Ex parte ſubſtantiæ, quia ſubtiliora ſunt gallata nõ gallatis propter ſpermatis ſubſtantiam & eius calorem, & iõ facilius digeſtibiliora, vt dictum eſt. unde alijs paribus eligibiliora. Oua nanq; ſunt maxime nutriẽtia, vt quarta primi primo cap. qm̃ ſm ſe tota in ſubſtantiam conuertunt, & parum ſuperfluum ab eis reſecatur. Conueniunt in omni ægritudine & maxime ſubueniunt debilibus.

Sed notandum q̃ quia vitellum ad caliditatẽ declinat, & ex modo ſuæ ſubſtantię eſt facile inflammabile, hinc in febribus & in ægritudinibus calidis prohibetur. Sed exiſtimo q̃ ſi alterantur vt conſuetum eſt ſecure dari pñt, vt q̃ per horas ſex vel circa infundantur in aqua frigida. Valent in fluxu ventris maxime ſi in aceto coquãtur, & ſi fiat epithema ex albumine prohibet corruptionem coloris a ſole et remouet eum. Vnde prima tertij de cura ſode. Et pone cibum ipſorum quæ habeat infrigidationem, humectationem, & ſubtiliationem, vt ſunt vitella oui. & cõſidera.

Ouorũ pparatio, ſeu alteratio.

### De citro. Rubrica. VI.

CITRVM & ſi non ſit apud oẽs in vſu: tñ apud nobiles hodierno tpe cum cibarijs et aſſatis comeditur, quare de eo aliquid dicendum eſt, immo Serapio quãtum ad totam ſubſtãtiam ipſum enumerat inter ſimplicia temperata. nam ipſum eſt compoſitum ex triplici parte corticali. ſ. quæ ponitur calida in primo. & carnea quæ cum cortice tenetur, & hanc aſſerunt quidam frigidam, nonnulli calidam. Quam etiam calidam exiſtimo ſaltem in primo, qm̃ ſapore dulcis cum quadam aromaticitate. Ex parte. 3. quæ dicitur acetoſa in qua ſunt grana ſeu ſemina eius quæ ab hominibus frigida & ſicca ponitur in. 3. de qua ſit ſyrupus de acetoſitate citri contra inflammationes febrium. Vnde ex frigidis cum calidis ſic iunctis componitur medium. ſ. temperatum &c. quare ipſum poteſt dici temperatum. Verum ſi põderantur partes corticales & carneæ ipſæ vincunt in maſſa acetoſas, quare dicere ipſum declinare ad latus caliditatis non eſt inconueniẽs magnum. Sed ego vereor inter authores me ponere qui voluerunt eum ſm totam ſuam ſubſtantiam graduare. nam ſtatim deſcendũt ad graduandum ipſum ſm partes eius, non ſm totum. vt Auic. &c. De cortice eius ſit ſyrupus ſtomachum vehemẽter confortans. Caro eius qua vtuntur nobiles eſt guſtui delectabilis. eſt mala ſtomacho inflatiua, tarde digeſtiõis, et facit vtentes ea poſſidere colicã. Remouetur eius nocumentum ſi cum almuri hoc eſt cum ſalſamento ex dulci et acetoſo

oui multiplex cõſideratio.

acetoſo cōfecto comedatur. Item cum melle nutrita eſt la nior niſi in plurima. Et oportet quidem vt citrum comedatur ſingulare ꝙ non miſceatur cibo ante ſe nec poſt ſe. Aui.cortex m̄ eius iuuat ad digeſtionem qñ commiſcetur cibis, ſicut ſemina eius, ipſe m̄ nō digeritur propter ſui duritiem. Acetoſitas eius valet ad faciendum appetitum maxime in ſtomacho calido & ſedat vomitum cholericum. Cortex citri cum ponitur in pannis prohibet eos a corruptione tinearum. Similiter eius odor rectificat aerem & peſtilentiam.

Citri cortex phibet veſtes a tinearũ roſione.

De farre. Rubrica. VII.

FAR EST temperatum, cuius nutrimentum eſt medium inter nutrimentum hordei & frumenti, & ſimiliter quantum ad qualitates alteratiuas, plus m̄ nutrit q̄ hordeũ. Nutrimentum vero eius eſt viſcoſum, & remouetur hoc nocumētum ſi cum ſucharo præparetur. De eo pauca ſeribo quia minima inueni. nam non video authores de eo lōgam facere mentionem, licet moderni medici eo multum vtantur.

Farris p̄paratio.

De lupulo, Rubrica. VIII.

LVPVLVS & ſi magis ſit medicina cibalis q̄ cibus, quia tñ plurimi eo vtuntur loco ſpargorum cum eis carent, & in ferculo etiam. hinc de eo aliquid dicere arbitratus ſum, & ſi pauca de eo inueniam. Ioannes.n. Meſ. de conſolatione medicinarum eum ponit eſſe ſpeciem volubilis, eſt æqualis declinans tñ ad frigiditatem. Sed aduertēdum ꝙ leblebi eſt lupulus, vt exponit Gentilis de cura putridę in generali. prima quarti. de quo dicit Habē. meſuai. ꝙ eſt calidus in medio primi gradus, & ſiccus ĩ principio eiuſdem. Alcançi vero eum pronunciauit frigidum. & Habi. ſimiliter, non credo m̄ inter hos viros eſſe ſenſibilem differentiam, ſed tu conſidera vt de ſimilibus ſępe dictum fuit. Purgat choleram citrinam, & ideo mundificat ſanguinem ab ea, & etiam purgat choleram aduſtam prouocat vrinam eſt inflatiuus. Remouetur nocumentum cum decoquitur & elixatur præcipue cum ſteterit in infuſione in aqua caſei, & tunc ſi recipiatur de illa aqua vſq; ad.℥.x. cum penedijs ſoluit ventrem.

Lupuli p̄paratio.

*De cibis calidis in primo, ſiue humidi, ſiue ſicci fuerint cuius rubricæ ſunt. vigintiquatuor.* Cap. III.

De frumento uel tritico. Rubrica. I.

FRumentum calidum in primo, temperatum in humiditate & ſiccitate, & melius eſt nouum bene maturũ, plenum ſiue pōderoſum, coloris aurei. Et dicitur nouum &c. ad differentiam veteris quod. xiiij. menſium & vltra, quia de eo naturalis caliditas & humiditas conſumpta eſt. quapropter redditur ſiccum parum nutrimenti ad digerendum durum. Et per nouum intelligo quod eſt triũ menſium ad minus, &. xij. ad plus, quia quod eſt vnius mēſis vel circa, quia nondum humiditatem accidentalem a terra acquiſitam depoſuit, eſt inflatiuum, duræ digeſtionis ventoſitatem, & rugitum in ventre faciens. Et quod in terra non valloſa, in pingui ſeu craſſa naſcitur pinguius, ponderoſius, & nutribilius, quod vero in macra macrius, & minus nutriens, & eſt nutribilius omnibus alijs granis, & ſanguis ex eo generatus eſt temperatior ſanguine, qui ex alijs granis generatur, & hoc eſt propter ſimilitudinem ipſius ad corpus humanum. Et elixatum inflatiuum eſt difficilis digeſtionis, ſi tñ digeritur nutrimētum eius plurimũ exiſtit. Et Auer. 5. col. Frumētum coctum cum aqua eſt groſſum, viſcoſum, oppilatiuum, durũ digeri plus alia re & eſt valde malum. Farina frumenti quæ recens eſt calidior eſt frumento, & eius caliditas ad principium ſecundi peruenit, vel ſaltem ad finem primi propter caliditatē quā in mola acquiſiuit, & ſicca in fine primi propter eandem cauſam. Antiqua vero minus calefacit & plus exiccat. Media vero medio modo ſe habet. Ex quo infertur ꝙ panis de farina tali eſt corpori magis conueniens.

Farina recēs calidior tritico.

De furfure. Rubrica. II.

FVRFVR calidæ complexionis, minus m̄ medulla frumenti & eſt calidum & ſiccum in primo. & eius ſorbitio lenit ventrem maxime cum ſucharo rubeo, vt ℞. pugillos. ij. furfuris & aſpergātur aqua, ita vt furfur ſit bene humectatum, & permittatur ſtare. viij. horis vel circa: deinde exprimatur, de qua expreſſa accipiatur quantitas vnius mediocris parapſidis, cui infundatur. ℥. ß. ſuchari rubei, deinde caleſiat & bibatur, Et ſi furfur ponatur in lacte, inde nutriatur, deinde exprimatur & coletur & decoquatur, vt fiat ruſculum, eſt cibus valde nutritiuus, pectora & pulmonē a viſcoſis humoribus purgat, & eſt optimus cibus pro pauperibus hæc patientibus.

De nenulis. Rubrica. III.

ET QVIA nenulę ex farina fiunt frumenti, hinc de eis conueniens hoc loco fuit dicere. Diuerſificantur in earum factione, quia quædam fiunt cum ſucharo, quædam ſine. Quædā cum ſucharo & aniſo. Sine ſucharo ſunt malæ præcipue pueris, ſunt.n. materia vermium, cum ſucharo minus malæ, ſunt.n. correctæ a viſcoſitate propter ſucharum, & ab inflatione propter aniſum. Conualeſcentibus pluribus non potentibus comedere & omnino appetitu carentibus proficiunt miro modo. Vnde interdum cōcedendę ſunt vt virtus ex aliquo aliqñ refocilletur. Ego nanq; in fluxu ventris conceſſi præparatas cum aqua roſ. & puluere corallorum & margaritarum.

De riſo. Rubrica. IIII.

RISI vel riſum calidum in primo, ſiccum in ſecũdo, multum prebens nutrimentum ad quandam declinās ſiccitatem. Et quia corpori aliqua infert nocumenta, maxime quia ventrem valde conſtringit, hinc habeo modum corrigendi eius nocumenta & modum ipſius præparationis, & eſt vſus eius etiam in ſanis. Infundatur riſum per noctem in aqua furfuris, deinde exprimatur fortiter vt partes corticales in quibus conſiſtit ſtypticitas magis in ſtypticitate diminuantur, deinde in lacte amigdalarum decoquatur quouſq; diſſoluatur & fiat chiſt, & cum ſucharo comedatur. Et dicitur in lacte amygdalarum, quia in lacte ouino decoctum eſt oppilatiuum. Lac.n. amygdalarum ſm authores, eius ſtypticitatem remouet. Eſt m̄ non facilis digeſtionis propter quod non conuenit niſi ſtomachus fuerit fortis virtutis ad cibos. Valet in vlceribus & punctionibus inteſtinorum vt dyſenteria, & alijs ē fluxibus, vt diarrhæa. Et vſtulatum magis conſtringit & non infuſum, vt ſupra. Et ſimiliter valet ſi ex eo clyſtere fiat. Conſimiliter ſi cum carnibus pinguibus decoquatur multum nutrimētum dat. Propter quod dixit Gal. ꝙ addit in ſpermate, & eius vſus vrinam, fæces, & ventoſitatem minorat.

De caulibus, Rubrica. V.

CAVLIS calidus eſt in primo ſiccus in ſecundo, & meliores, & ſtomacho minus nociuæ ſunt ſummitates, & magis prouocatiuæ. Et meliores ſunt hyemales. nam qui æſtate oriuntur ſunt mali ſtomacho, & acutioris ſaporis. Et humidus eſt corpus folijs. Sunt parui nutrimēti, ſed ſtomacho non multum conuenientes, & eius vſus eſt tardæ digeſtionis. Et ſanguis ex eo genitus malus eſt, quia turbidus & melancholicus. Et cum bulliuntur bullitione leui & comeduntur, laxant uentrem & prouocant vrinam, & maxime aqua decoctionis caulium non lotorum cũ oleo & ſale. Et cum bulliunt bullitione multa, & ſi bis proijciatur aqua retinent ventrem. Remouetur autem multum & diminuitur eorum nocumentum ſi decoquantur cum carne pingui maxime pecudum, aut porcina, aut gallinis pinguibus abiecta prima aqua, aut oleo, et ſale. Et ſunt ciminum,

allium, coriandrum, & aniſum ſicut ipſorum theriaca.

Vocem clarificant, quia deſiccant humiditates capitis, & alleuiant linguam grauatam phlegmate. Cōferunt tuſſi antiquæ, prouocant vrinam, & menſtrua. Et ſemen eius occidit lumbricos, & ſedat ebrietatem, inducit tenebroſitatem oculorum maxime ſiccæ complexionis, facit videre ſomnia mala. Et in fine omnibus vuluæ doloribus ſm medicinam conuenit. Et caulibus ineſt proprietas prohibendi eleuationem vaporum ad caput. prima tertij. de cura doloris capitis ex ebrietate.

Braſſicę vis contra ebrietatem.

## De cicere. Rubrica. VI.

CICER album calidum eſt & ſiccum in primo, & præcipue medij temporis, aut antiquum. Et dico medij temporis aut antiquum, quia credo ꝙ nouum ſit humidum. Vnde Serap. dixit ipſum fore humidum, quod de nouo eū credo intellexiſſe. Idem Iſaac humidum in medio primi. Eſt multum nutritiuum, & nutrimentum eius non eſt bonum, & fortius eſt nutrimento fabarum, non facile digeſtibile, maxime qñ comeditur cum cortice ſuo vt moris eſt. Debet. n. decoqui vſqꝫ quo veniat ad certam ſpiſſitudinē mediam inter tenuem & ſtrictam, deinde colari, & ſic abiectis corticibus facilius digeritur.

Conuenit in ægritudinibus phlegmaticis maxime vbi non fuerit vehementia febris. Nutrit multum pulmonem maxime abiecto cortice plus q̄ alia res, & ideo fiunt ſorbitiōes ex eo. Cōuenit hydropicis, ſpleneticis, hepaticis &c. ſed magis nigrum. Eſt inflatiuum & ventoſitatem faciens, quæ inflatio pipere remouetur, aut alio ſimili ventoſitatē carminante. Et licet tam nigrum q̄ album ſit lactis augmētatiuum. & ſpermatis, ſicqꝫ vrinæ prouocatiuum. Placuit Iſaac in his tribus virtutibus laudare nigrum plus q̄ albū propter dulcedinem albi & ipſius ſaporoſitatem maiorē, nigrum tn̄ eſt albo fortius, & rubeo, vnde rubeum eſt medium inter hæc. Et hoc forte medium voluit laudare Aui. quod eſt cæteris melius, & digeſtibilius & non ſit multū antiquum neqꝫ multum nouum, & prouocat urinam cum ſubſtantia ſua dulci, & ſoluit cum ſubſtantia ſua nitroſa. Vnde dixerunt antiqui ꝙ in ſuperficie corticis eorum eſt humiditas baurachia cum caliditate ſubtili quę tollitur in ebullitione. Et eſt alia humiditas quæ ſedet intrinſeco corpore eorum, & eſt dulcis nutritiua multum ſed inflatiua. Si ergo coxeris lib. j. cicerum conſeruantium adhuc integritatem ſuam cum lib. xx. aquæ tūc erit eorum aqua potius medicinalis abſterſiua, aperitiua oppilationū, ſanatiua præcordiorum nutritiuorum, & viarum vrinæ, frangitiua lapidis in eis. Et ſi ulteriorem recipit decoctionem uſquequo veniat ad ſubſtātiam ſpiſſam mediam inter tenuē & iunctam, vt ſupra eſt cibus bonus phlegmaticis ægritudinibus vt ſupra, verum dari debet colatum.

Piper flatū diſcutit.

Et vltimo notandum ꝙ Auic. dicit. 2. can. proprio ca. ꝙ non comedatur in principio cibi, neqꝫ in fine: ſed in medio eius. Et hoc dictum non videtur in ſe habere rationē, & ideo credo literam corruptam. Et ꝙ Auic. voluerit laudare cicer medij temporis reſpectu antiqui & noui: aut cicer quod eſt rubeum: quia hoc eſt medium: ut dictum eſt. conſidera.

Auicēnæ litera corrupta.

## De amygdala. Rubrica. VII.

AMYGDALA ad pñs ſic diſtinguatur, quia q̄dā eſt dulcis, quædam amara. Dulcis eſt duplex, quædam matura, quædam viridis non matura. Dulcis matura eſt calida & humida in primo, & in prima māſione primi. Et dr̄ in prima manſione primi, quia Auic. placuit vt ipſa dicatur ad æqualitatem tēdere. Et idem Auer. 5. col. Iſaac vero ut ſit calida & humida in medio primi. cui nō parum authoritatis adhibendum, cum de his non paruam ſollicitudinē habuerit. Volēs igitur inter hos viros mediare, & quodāmodo ipſos aliqualiter reconciliare dicebam in prima mā ſione primi, quia illa māſio videtur ſapere quodammodo naturam vtriuſqꝫ temperati. ſ. & medij primi gradus. Præterea. Ita parua diſtantia vr̄ eſſe inter temperatum, & tale in prima manſione primi, vt quibus temperamentum debetur, poſſit & tale in prima manſione primi conuenienter exhiberi. Et ſimiliter dicatur de tali in medio primi reſpectu talis ī prima primi. Et ego video ſatis ex his hos viros reconciliatos, nec hoc miretur proteruus, quia non multū proficiet: & huius ſententiæ fuit Serap. cum dixit authoritate Gal. Virtus eius prima eſt temperata cum caliditate, & authoritate Archigenis & Sindaçar, ſunt calidi & humidi tñ primo. Et amygdala noua bonum præbet nutrimētum, licet paruum, & oleum eius leuius eſt corpore ipſius. Augmentat ſperma, & ſubſtantiam cerebri, facit ſuauiter dormire, mundificat vias vrinæ, & eius acuitatem, & ardorem remittit. Et vſ͞r eius vſus corpus impinguat. Confert tuſſi antiquæ, aſthmati, pleureſi, & ſputo ſanguinis. Similiter earum oleum & ſauich ſunt non facilis digeſtionis & difficilius nucibus digeruntur, ſed nuces facilius in cholera conuertuntur, ad quod concurrit eius oleoginoſitas. Hæc autem duo nocumenta remouentur per impoſitionē earum in aqua calida, in qua dum ſteterint per duas horas vel ad minus per vnam cortices abijciantur. deinde cum panno mundo leuiter exprimantur. & ſic remouetur eius cortex primo rōne cuius erant duræ digeſtionis ſm maiorem partem ſecundo oleaginoſitas eius, quæ in aqua remanet, propter quod tutius in ægritudinibus poterunt adminiſtrari. ſi tñ per noctem ſic emundatæ in aqua teneantur conuenientiores erunt. Comedātur autem cum çucharo aut melle, quia facilius digeruntur, & a ſtomacho citius egrediuntur. Dulces virides ante formationem corticis interioris ſunt teneriores, & laudabiliores propter earum aquoſitatem, quæ cum comeduntur gingiuas confortant, & calorem ſtomachi refrigerant. De amaris autem, quia non dantur loco cibi, ſed loco medicinæ hinc de eis nihil ad preſens, & conſimiliter de antiquis rancidis.

Auicēnæ & Auerrois, atꝙ Iſaac conciliatio.

Amygdalarū pręparatio.

## De auellana. Rubrica. VIII.

AVELLANA reperitur dupliciter, humida. ſ. quia recens & ſicca ſiccę complexionis. vt vr̄ innuere Auic. ad caliditatem quandam & paruam ſiccitatem declinat. Ita vt videatur poſſe dici ꝙ calida ſit & ſicca in primo. licet quidam eam exiſtiment calidam in ſecundo & humidam in primo. Et licet ita ſit ꝙ calidæ & ſiccæ complexionis exiſtat, non tñ priuatur humiditate extranea, qua redditur ventoſitatum factiua vt infra. Vnde credo ꝙ recēs ſit declinans ad caliditatem & humiditatem, propter quod eſt ſtomacho nociua, & facilius digeritur. Præterea. Quia dulcior & ſapidior melius a virtute ſtomachi amplexatur & melior ex ea eſt domeſtica, & quæ cniua enucleatur. Et dicit Auic. authoritate Hippo. ꝙ ipſa in cerebro facit augmentum. & Dioſco. ꝙ corpori ſano pinguedinem affert. Et. 14. tertij. de rebus conuenientibus hepati dicit. ꝙ auellanę conferunt omnibus hepaticis, qm̄ non ſunt vehementis caliditatis, & ſunt aperitiuæ: & earū chimus eſt bonus. In auellana vero eſt ſubſtantia frigida terrea plus q̄ in nucibus, ꝑpter qđ difficilioris ſunt digeſtionis & tardioris.

Sed dicetes q̄uo ſunt boni chimi, & impinguatiue, et cerebro ita augmentum facientes ſi ſunt tardę & difficilis digeſtionis. Pro iſto dicendum ꝙ auellana humida, ſiue recens aut ſicca adhuc in duplici reperitur differentia, quia quædam ſylueſtris, quædam domeſtica. Domeſtica eſt lōgior, ſubtilior, corticem ſubtiliorem hñs, leuior, & ſaporoſior. Sylueſtris rotunda, breuis, inſipida, corticem duriorem habens, terrea, grauis. Ad propoſitum de primis intellexit Auic. 14. tertij. & Dioſ. & Hip. de cæteris. Auic. ſecūdo can. & Serapio tranſeat pro nunc iſta ſolutio. Eſt mala ſtomacho & difficilis digeſtiōis. vt dictum eſt. Sed huius cauſæ maxima pars eſt cortex eius, a quo ſi mundetur, facilius

cilius valde digeritur, multiplicat vẽtoſitatem, & hoc nocumentum per vſtulationem ab ea remouetur, ex ea generatur cholera, minus tñ q̃ ex nucibus, qm̃ non eſt cum dulcedine ſua tanta participans unctuoſitate. pp quod nõ cõuenit in ægritudinibus cholericis, ſed in phlegmaticis magis non exiſtente febre. Credo tñ ſi excorticẽtur eo modo quo dictum eſt de amygdalis non inconuenienter eas exhiberi in febre phlegmatica. ſed tu conſidera.

Auellana excorticata vt dictum eſt piſtatur & cum aq̃ mellis: vel melle eſui exhibita tuſſim curat antiquam, quę ſi ſola comedatur et cum cortice tuſſim prouocat. Et ſi comeditur cum rutha & ficubus valet contra venenum, ita vt etiam contra serem peſtiferum & venenoſum. & moderni hoc medicamine utuntur ponentes loco auellane nucem, vt infra de nuce dicetur.

auellanę loco nux.

## De apio. Rubrica. IX.

ET LICET APII ſex ponãtur ſpecies ab authoribus noſtris, tñ ad pñs ſermo tm̃ erit de apio domeſtico. quod in vſu cibariorum hominibus conuenit, & eſt alijs ſpeciebus melius. Et tale ponitur calidum in primo ſiccũ in ſecundo. Iſaac m̃ ipſum ad tertium gradum caliditatis eleuauit. Eſt conueniens hepati, & ſpleni, aperiendo eorũ oppilationes, & eructuationem mouet pp ſuam reſolutionem. Et ſubſtantia radicis eius non eſt velocis digeſtionis & eſt ſtomacho magis conueniens alijs ſpeciebus, & eius radix fortior ſemine, & ſemẽ fortius folijs. Vnde etiam ex hoc conciliari poſſunt Iſaac & Aui. vt ꝙ Auicenna de folijs. Iſaac de radice intellexit. ſed credo ꝙ Aui. ẽt de radice intelligat, & tu cõſidera. Eſt ſubtiliatiuum, inciſiuum, aperitiuum, vrinæ, & mẽſtruorum, & libidinis prouocatiuũ, propter quod malum eſt pręgnantibus, & lactantibus. vñ eis prohibetur, quia incitat nutrices ad coitum, & lac earũ abſcindit & corrumpit. odorem oris efficit bonum. quare patientes fætorem oris cum principes alloqui volunt ipm̃ maſticent. Et eſt ex eis quæ temperant frigiditatem lactucarum, licet magis i hoc vtamur petroſellino. ex quo poſt purgat renes, ueſicam, & matricem. Et ineſt proprietas ſemini apij montani, vt ventrem io colica laxet. Inducit epilepſiam, & aggregat ſeu coadunat humores membrorum totius ad ſtomachum propter quod redditur nauſeatiuũ, & vomitum faciens. quare eius uſus in cibarijs non eſt laudandus, & commiſtio lactucæ cum eo remouet magnam partem ſui nocumenti. Et ſcias ꝙ non debet comedi tempore quo mouentur aialia venenoſa. tpe. ſ. veris, quia aperit vias & iuuat ad tranſeundum, valet interius venenũ in ægritudinibus phlegmaticis. Et ſcito ꝙ trifolium eſt ſpecies apij. Controuerſia aũt quæ vr̃ inter Auic. & Iſaac. vr̃ ſic ſuperficietenus ipſum Iſaac commouere cũ dicit. Apiũ quod naſcens in loco humido aquoſo eſſe domeſticum & digeſtibile, minusq; ſtypticum, & cæteris minus calidũ. De quo fortaſſe loquebatur Auic. Et tu hæc & ſimilia ſemper conſidera. non enim in actu phyſico hæc paruam faciunt diuerſitatem.

Auic. & Iſaac cõciliati.

apĳuim ſrenãtia

## De boragine uel bugloſſo. Rubrica. X.

BORAGO calidę & ſiccę complexionis in primo, & in prima manſione ſaltem ſm̃ caliditatem, licet ſm̃ humiditatem uideatur eſſe in tertia. Eligibilior eſt cocta nõ cocta. Et vtilis eſt cum commiſcetur cum lactuca contẽperando eius frigiditatem, & generãdo bonum ſanguinẽ.

Valet in ægritudinibus melancolicis lætificando cor. vnde lætificat melancolicos abſq; cauſa ſi commiſcetur cum vino quod eis in potu tribuitur. Solet. n. de ea dici. Agit borago gaudia. Borago confert cardiacis, ſyncopizãtibus, triſtibus. Confert etiam in ægritudinibus cordis calidis ſi cum ea commiſcetur lutum armenum, & çucharũ. Et æſtimauerunt multi eius vſum multum conferre ad firmandum memoriam.

Borago gaudia facit.

## De bliti. Rubrica. XI.

BLITON calidæ & ſiccæ complexionis. valet in aperiendo oppilatiões hepatis maxime ſi ſit de groſſis humoribus ſed eſt laudabilis nutrimenti, & parui vt cætera olera & ſtomacho nocens propter humiditatem multiplicem accidentalem. Remouetur aũt eius nocumentum ſi in aqua coquantur, & condiantur cum aceto & oleo omphacino, aut oleo cõi, aut amygdalino & ſale. & Hippo. Apoçima blitonis ſolutiuum eſt: corpus eius conſtipatiuum.

## De butyro. Rubrica. XII.

BVTYRVM calidum, & humidum in primo. & gradus humiditatis altior eſt gradu caliditatis. Melius ex eo eſt ouinum. Reperitur butyrum in multiplici differẽtia, qm̃ aliud crudum, aliud coctum, aliud recens, aliud antiquum. Natura cocti eſt ſicut natura crudi recentis. verũ tñ eſt calidius propter ſalis admiſtionem. Recens vero eligibilius & minus calidum q̃ antiquum, nullum m̃ ipſorũ primum gradum tranſcendit. & quanto plus antiquatur tanto calidius efficitur & magis mundificatiuum: & recẽs quanto recentius tãto plus nutritiuum. Et eius effectus eſt ſicut effectus olei recentis, & ſilr̃ veteris in caliditate, mõ autem in ſiccitate. Et plurimi hominũ eo loco olei vtunt.

Butyrum quoq; corpus nutrit & impinguat. Et cõfert tuſſientibus ex cauſa frigida proprie cum amygdalis & çucharo eſt mundificatiuum & maturatiuum, propter quod conuenit in pleuriſi, & peripleumonia. verũtñ cum eſt ſolum eius mundificatio minor eſt maturatione. verum cũ çucharo admiſtum, aut melle econtrario facit, propter qd̕ ſic admiſtum ſcreatum reddit facile. Butyrũ ſtomacho nocet, quia villos ſtomachi mollificat, & relaxat, & non aſſuetis nauſeam facit, vt cætera vnctuoſa.

Butyrũ loco olei

Vnctuoſa nauſeã parere.

Præterea. quia aereum eſt natat ſuper cibum in ſtomacho ſicut oleum ſuper aquam. quare cibis groſſitatem tribuit & viſcoſitatem, propter quod difficilius digeruntur, & cibos digeri incipiẽtes lubricat, & deponit a ſtomacho poſtq̃ coctionis tp̃s non compleuerint. Remouetur autem nocumentum eius ſi cum eo commiſcẽtur ſtyptica & ſtomachum confortantia. Eſt maturatiuum & reſolutiuum ſpatum, maxime in corporibus teneris: & medijs. in duris autem aliqualem operationem inducit: vt. ſ. col.

Eius uſus ſoluit ventrem. Et butyrum Teruiſinum noſco cuius vſus ſoluit venter. & rõnabilr̃ cum ſit lenificatiuum. & eius potus eſt theriaca omnibus venenis. & cum linitur ex eo caro gingiuarum iñfantium admiſto melle fit facilis ortus dentium non minus q̃ cum cerebro ædi, vel leporis, licet fortius inter hæc lac canis.

Butyrũ Teruiſinum qd poſſit.

Dẽtes facilis ortus faciẽtia.

## De caſeo. Rubrica. XIII.

CASEVS multas habet differentias, qm̃ quidam recens, quidam antiquus: quidam medius. Item recentiũ, quidam ſalitus, quidam non ſalitus. Item quidam ex oue, quidam ex vacca, quidam ex capra, quidã ex alio animali. ſed de hoc in fine capituli. Recens nõ ſalitus frigidę & humidæ complexionis exiſtit in tertio. vt Aui. placuit. Iſaac ipſum ſcripſit quaſi vicinum primo. & ſi ipſum in ſecundo poneremus non eſſet error. Hic autem cæteris melior habetur, eſt ſtomacho bonus, vel ſaltem non nociuus nutritiuus, impinguatiuus, facile ad membra tranſiens, vẽtrem mollificans mollificatione temperata.

Caſeus recens ſalitus cum æqualitate, propter ſalis admiſtionem ad aliqualem caliditatẽ tendere videtur. & hic ſtomacho fortaſſis priori nõ minus gratus exiſtit, & iuuamenta habet vt primus. licet non ita efficacia. Et dr̃ cum æqualitate, qm̃ ſi fuerit notabilr̃ ſalitus eſt minoris nutrimenti, malus ſtomacho, quia mordicatiuus, & eſt macrefactiuus, & maxime qui fit ex lacte vaccino.

Caſeus vetus ſalitus calidæ & ſiccæ complexionis, abſterſiuus, mundificatiuus, humoris cholerici multiplicati-

mus,& ad digerẽdum grauia. vnde Iſaac. Caſeus vetus cauendus eſt, quia non eſt bonus ad nutriendum, nec ad bonum ſanguinem generandum. ſed eſt cauſa generandi lapidem in renibus, & veſica, quia habet ſecum materiam lapidis & agens iuuans ad petrificãdum, quia caliditatem cõſurgẽtem ex ſale & coagulo. Et de tali dixit Raſis, q᷑ in modica quantitate ſumptus poſt cibum irritat appetitum, & ſtomachum corroborat. præcipue poſt cibos ventoſos & pingues. & de tali fortaſſe loquitur verſus.

Caſeus eſt ſanus quem dat auara manus.

Medius vero medio modo ſe habet inter hæc extrema. Et diuerſificatur ſm̃ q᷑ participat magis, aut minus extremis. & eligatur ille qui non extenditur, vt viſcus, neq; eſt cito frangibilis declinans ad dulcedinem & ſuauitatem & qualitatem in ſale, q̃m talis non remanet in viſceribus plurimum. & hic competit omni ætati, tempori, regioni &c, debetq; habere conditiones in verſiculo notatas.

Caſeus non albus, non argus, ſed magdalenus.

De iuuamentis aũt & nocumentis eius ſubſcribo vſq; quo complebiẽ diſputatio de eo, quæ mouetur pp̱ varias authoritates: quæ de eo inueniuntur. Et quia ſępe medici in conuiuijs de ipſo poſtulãtur. Eſt dubitatio talis. vtrum caſeus ſanis corporibus conferat an noceat. Et q᷑ noceat arguitur authoritate Hipp. & Gal. 4. regiminis acutorum in fine. vbi aſſerit caſeum eſſe generatiuum ventoſitatum, oppilatiuum, & quod acceſſionem cibariorum facit: et humores crudos generat &c. et Iſaac in dietis particularibus circa finem. Caſeus inquit vſr peſſimus, ſtomachi grauatiuus, digeſtioni difficilis. &. 2. can. vt ſupra. Generat lapidẽ in renibus. Et Gal. in libello de euchimia & cacochimia, ſunt caſei oẽs groſſorum humorum generatiui. Et. 3. de alimentis. c. de caſeo. Et oĩum caſeorum cõis accuſatio eſt humorum cacochymium generare. Ad oppoſitũ eſt Auic. 2. can. & Serap. de ſimplicibus. & Raſis. 3. Almanſoris. & Iſaac de dietis. Oẽs. n. hi caſeum laudant vt ſupra.

caſei uſ⁹ cõtinu⁹ malus.

Pro his breuiter dicendum q᷑ continuus vſus caſei malus eſt, et ab authoribus blaſphematus maxime in non cõſuetis. Nam in his qui aſſueti ſunt, vt ſclauones &c. ſecus ẽ, & hoc voluerunt authores dum caſeum non laudauerunt. Caſeus aũt interdum & in modica quantitate ſumptus laudatur vt obſeruetur conſuetudo. Itẽ propter delectationẽ cibariorum cum quibus commiſcetur, vt ſunt laganæ, arrocreæ & huiuſmodi. Item pp̱ cibi compreſſionem poſt alia fercula laudatur. Et pp̱ hãc vltimam cauſam eum maxime laudauit Raſ. 3. Alman. vt ſupra. Et in ſumma nocet aſſuetis, nec eo pueri nutriri debent, & ſi eo continue vtuntur inducit oppilationem viſcerum, fe. putridas, hydropiſim, apata. generat aũt lapidem in renibus, & dolorem iliacum, & cholericam poſſidere facit. & ſi fuerit multum ſalſus interdum i corporibus diſpoſitis veſicæ excoriationẽ inducit, & quod deterius eſt ex ſe infirmitates conſurgunt ex vſu eius continuo. Sed vltimo reſtat difficultas, quam ab authoribus non inuenio diſcuſſam, an. ſ. pecorinus ſit melior caprino. ſ. & vaccino, aut econtra. Nam ab Aui. in ſuis areolis conſueuit dici. Et eligatur, & hanc electionem de caſeo tacuit. Sed quod ouinus ſit melior arguitur, quia

caſei ele ctio q̃lis

ille caſeus eſt melior, qui cęteris paribus ex lacte ſit meliori. ſed lac ouinum eſt melius. ergo. maior ex ſe vr̃ nota. & ẽ Auer. 5. col. c. de lacte. minor probatur, quia lac naturam & complexionem aĩalis cuius eſt imitatur, & Iſaac de dietis capit. de lacte. ergo qualis eſt proportio naturarum & complexionum aĩalium inter ſe, talis debet eſſe naturæ & complexionis lactis earundem. ergo ſicut complexio ouis eſt melior complexione capræ & vaccæ, quia ca. & hu. capra & vacca frigida et ſicca. ita complexio lactis ouis cõplexione lactis capręvaccæ &c. Et confirmatur ex practica & vſu cõi: q̃m plus cæteris caſeus laudatur ouinus. Itẽ Iſaac de dietis. Lac ouium laudabiliſſimum. Sed q᷑ caprinus ſit melior arguitur vt ſupra, quia ex lacte ſit meliori.

Lac nãz & tẽperamẽtũ cuiuſ ãĩalis imitatur.

nam lac caprinum ab oĩbus authoribus temperatum ſcribitur in ſecũdo can. c. de lacte, temperatum autem cæteris vr̃ melius, igitur &c. Item oẽs plus lac caprinum ouino comendant, vt eſt cõi conſuetudine inductum. quam non ſine ratione ſic ab omnibus firmari arbitrandum eſt.

Sed q᷑ vaccinus melior ſit arguiẽ, quia in vaccino plus reperitur de butyroſitate q̃ in ouino. ſed butyroſitas ipſa cum ſit calidæ & humidæ complexionis, remittit frigiditatem et ſiccitatem partis caſealis. ergo ubi plus erit de butyroſitate, facit vt pars caſealis minus a complexione hoĩs ſiſtet, & per conſequens talis caſeus naturæ humanæ erit conuenientior. Item lac vaccinum eſt ouino nutribilius, ergo & caſeus. conſequentia vr̃ tenere ex hoc: quia qualis ẽ habitudo lactis ad lac &c. & aſſumptum eſt authorum de lacte loquentium. Et tunc vltra nutribilior. ergo melior. patet conſequentia, cum alimentum ad finem nutricatiõis inuentum ſit. Pro reſponſione ad dubium. & eius declaratione præmittantur primo quędam ſuppoſitiones. ſecũdo concluſiones. Prima ſuppoſitio. Alijs paribus caſeus ouinus vaccino eſt terreſtrior, patet ſuppoſitio ex Iſaac de dietis vſibus. c. de lacte. Secunda q᷑ melioris odoris eſt lac ouis lacte vaccino. licet lac ouium ſit grauioris odoris lacte vaccino. Suppoſitio ex experientia nota eſt.

alimẽtũ nutritionis gr̃a inuentũ

Tertia. dulcioris & ſuauioris guſtus alijs paribus ẽ ouinus vaccino. Quarta. minus viſcoſus ẽ ouinus vaccino. hæ ſuppoſitiones patent experientia.

Prima concluſio. alijs paribus minus malus eſt ouinus vaccino: & ſi licet dicere ſalubrior eſt vaccino. patet concluſio ex ſuppoſitis, & ex argumentis ad oppoſitum. eſt. n. melioris odoris, ſaporis, guſtui, magis proportionatus factus ex lacte, cuius complexio eſt melior complexione lactis ex quo ſit. vaccinus non frangibilis, non viſcoſus. ergo &c. concluſio eſt nota cum antecedente intelligẽti. Prętterea lac vaccinum generat groſſiorem ſanguinem ouino. ergo ſic & caſeus. patet conſequentia: quia qualis eſt ꝓportio lactis ad lac in generando ſanguinem, talis erit caſei ad caſeum. & aſſumptum probatur, quia ex ſanguine groſſiori generatur. Pro iſto vr̃ ſententia Auic. ſecundo can. vbi inquit cap. de caſeo. Melius eſt medius inter illum qui extenditur vt viſcus: & frangibile, ambo enim ſunt mali, & qui eſt priuatus ſapore, & decliuis ad dulcedinem, & ſuauitatem æqualis in ſale. talis. n. ouinus reſpectu vaccini & caprini, quia vaccinus viſcoſus & caprinus frangibilis. ouinus uero multum ſalitus qualis eſt caſeus marſalinus de romandiola: aut reſtinatiuus. Et ſi arguitur contra. ouinus eſt terreſtrior vaccino. ergo difficilius digeſtibilis, & per conſequens non ita bonus. Pro iſto dicendum dupl̃r, primo negando conſequentiam, & cauſa quia vaccino eſt tãto plus viſcoſior, quæ viſcoſitas non minus vr̃ impedire digeſtionem ipſa terreſtreitate. Secũdo. ſi de vtroq; comedatur proportionabile digeſtioni melius nutrimẽtum generabitur de ouino. et hoc forte ſubintellexit, cum dicebat alijs paribus. Et ſi arguitur lac ouinum eſt caſeatius, ergo terreſtrius, & tunc vltra. ergo groſſius. & vltra, ergo groſſiorem ſan. generabit. Pro iſto dicendum q᷑ lac ouinum dr̃ terreſtrius vaccino qualitatiue, non quantitatiue: & eſt modus loquẽdi antiquus: & eſt idem dicere. q᷑ illud groſſum terreſtre quod eſt in ouino eſt magis terreum groſſo terreſtri quod eſt in vaccino. ſed groſſum terreſtre vaccinum eſt extenſius: quia maior eſt eius latitudo. i. multitudo plus eſt de groſſo terreo in vaccino. Et licet iſta rñſio ſit a quibuſdam laudata, tñ contra ipſam arguitur ſic. Illud q̃d reddit ouinum ſubtilius eſt aquoſitas. Iſaac de dietis capi. de lacte. ſed in factione caſei illa ſeparatur, ergo remanens debet eſſe groſſius. Rñſio patet intelligenti.

antiqu⁹ loquẽdi modus.

Secunda concluſio eſt quaſi ſicut correlaria præcedentis. Melior ẽ ouinus maſculinus, ſiue vernalis alijs paribus ouino facto. probatur concluſio. q̃m lac vernale cæteris melius eſt & temperatius, ut infra dicetur cap. de lacte.

Tertia

Tertia concluſio. Licet ita ſit vt præcedentes ponunt concluſiones magis nutritiuus eſt vaccinus ouino, patet concluſio, quia butyroſior eſt vaccinus, & butyroſitas caſei eſt illud in caſeo quod magis nutrit, cum ſit calidæ & humidæ complexionis complexioni humanę magis proportionatum. igitur &c.

Guloſorū ppoſitio.

Quarta concluſio. & eſt guloſorum, & ab eis habui q caſeus compoſitus ex duabus partibus lactis ouini, & tertia vaccini eſt guſtui delectabilior, & ab eis ſanior reputatur, quæ concluſio & firmari rōne poſſet, quia talis eſt facilius digeſtibilis, & magis nutritiuus. igitur &c. ſaltem cū ſale confectus alijs paribus.

Quinta concluſio. Et licet lac caprinum dicatur temperatum, eius tñ caſeus oībus his eſt deterior. prima pars cōcluſionis declarabitur cap. de lacte. in quo oſtēdetur qualiter dicatur temperatum. ſecunda pars patet, quia ſtatim exiccatur, & terreſtrificatur, & efficitur valde frangibilis, & poroſus vt notat experientia mali odoris, & grauioria guſtus.

Sexta concluſio ponitur probabilis. q caſeus caprinus vnius diei ſanior eſt caſeo vnius diei alterius lactis. patet concluſio cum habet cōditiones quas debet habere bonus caſeus. & tu hæc conſidera. Ad rōnes ſuperius adductas patet quid ſit dicendum. Et hæc ſic rimata de caſeo, & cū aliorum ſupportatione ſic conſcripta maneant.

### *De caſtanea.* Rubrica. XIIII.

INVENIO diuerſitatem ab authoribus in graduādo caſtaneam. Auer. 5. col. ponit eam frigidam. Idem vr̄ ſentire Serapio cap. de glande. Iſaac tñ cui non parum curæ fuit in inueſtigando ſimplicium dietalium complexionem poſuit eam calidæ, & ſiccæ complexionis in medio primi. Et ſigna caloris earum ſunt dulcedo & ſaporoſitas. Vnde & Auic. cap. de glande inquit. In caſtanea aūt eſt parum caliditatis pp ſui dulcedinem. Hos aūt conciliare ualemus: vt ſupra in primo tractatu. & poſſumus eam ponere in fine primę manſionis primi. & ſic in ea erit parum caliditatis, modo Auic. Et hic gradus ita remiſſus eſt, vt q̄ſi uideat frigiditas. q ſit ſicca in ſecundo concordant in hoc fere oēs authores. Eſt difficilis digeſtionis, corpori tñ in quo digeritur fortiſſimum, & ſolidum dat nutrimentum apud aūt nos laudabile nutrimentum præbet, multiplicat in corporibus noſtris inflationes & humores phlegmaticos indigeſtos, & facit ſodam. Dixit Aui. de eis allegato loco. q earum nutrimētum fortaſſis porcis laudatur. Remouetur earum nocumentum cum aſſantur, quia earum corpus ratificatur, & humiditas ſuperflua aquoſa remouetur. ſed ſtypticiores fiunt. Melius aūt decoquuntur in aqua, qa earum complexio temperatur ex aquæ mollitiæ, & humiditate, & ſic ſunt ſatis boni chymi generatiuæ. Cholerici vero cum çucharo, & phlegmatici cum melle comedant. Et inter cætera eſt caſtanea ieiuni inteſtini maxime cōfortatiua. Et cataplaſma factum ex eis cum farina hordei et uino mamillarum tumori potenter auxiliatur.

Auic. & Iſaac cōciliatio.

caſtaneę aſſatæ cur meliores.

### *De ficubus.* Rubrica. XV.

FICVS HVMIDA matura calidæ complexionis eſt in primo, & humida circa finem ipſius, aut humida in ſecundo, aut temperata, & hoc ſm participationē minoris aut maioris aqueitatis, ſiue humiditatis. & eligat̄ alba montana pp ipſius ſubtilitatem & temperantiam caliditatis ipſius, deinde rubea, deinde nigra. & q̄ maturior extiterit melior habeatur. Et hæc eſt de qua dixit Auic. & q̄ eſt vehementis maturationis propinqua eſt ad hoc vt non noceat. & exiſtimo vt hæc ſit ficus: quæ tenet medium inter humidum & ſiccum; & apud nos vocatur ficus paſſa, humida ſtomacho nocet, & maxime qñ cum corticibus comeditur, & eſt inflatiua, & oppilatiua, & fluxus ventris inductiua. Remouetur aūt nocumentum, quod ex ipſarum magna miſtione conſequitur ex potu aquæ frigidæ, quæ ipſas de ventre lubricare facit. q ſi vinum biberetur faceret eas per venas & membra penetrare. Et licet ficus ſicca ſm quoſdam primum gradum caliditatis trāſeat, tñ nō multum. vnde Aui. ponit eam in fine primi. iō de ipſa hic ne ē in capitulis multiplicem. Siccæ itaq; complexionis ē in fine primi, aut in principio ſecundi calidæ. & eius ſiccitas in primo. & eſt ficus nutribilior cæteris fructibus. & ē bona ſtomacho. vnde Auic. eius iuuamētum cum ieiuniū adeſt eſt mirabile in aperiendo vias cibi; & proprie cum nuce & amygdala. fit tñ ipſius nutrimentum plus cum nuce & amygdala, mundificat pectus, pulchrum efficit colorem, & aperit oppilationes hepatis & ſplenis, & qñ comeditur cum ſale mundificat ſuperfluitates ſtomachi. Cōfert renibus, & veſicæ vrinam prouocando. Et licet nutrimētum eius non ſit in robore carnis & granorum, eſt tñ vehementioris roboris oīum fructuum. Et oēs ipſarum modi expellunt ſuperfluitates ad cutim. propter quod vſus earū pediculos, ſordes, febres, ſudores, ſcabies & huiuſmodi talia facit. Et Paduæ meis diebus puer quidam annorum. x. vel circa cum latenter ficus ſiccas dñi ſui comediſſet lib. xl. hecticus factus eſt. Conuenit aſperitati gutturis, & cannæ pulmonis. Et vīr ſpecies ficus ſunt inconuenientes curſui humorum, ſeu materierum ad ſtomachum, & ſunt ſiccæ facilr̄ & humores cholericos apte conuerti. & ſi ſuperfluos humores in ſtomacho inueniat dura ſit ad digerēdū, ad corruptionemq; muratur, & inflammationem & uentoſitatem generat, & peſſimum ſanguinem, & talis ſanguis facile corrumpitur, & generat ſcabies & huiuſmodi. quapropter ante cibi alterius aſſumptionem aſſumatur.

Aq̄ frigida cur poſt ficuū comeſtionem.

ficus hecticā parere.

Et qui eius nocumenta vitare cupit ieiunus accipiat. & poſt comedat calamentum, aut piper, aut çinçiber, aut hyſſopum & huiuſmodi. Et qui ex ea nutrimentum expectat cum nuce, aut amygdala, vt ſupra comedat. Et ſi decoquatur cum vino, & ex eo fiat clyſtere, valet ad dolorem ventris qui ex groſſis accidit humoribus.

### *De faſeolis.* Rubrica. XVI.

DE FASEOLIS reperiuntur rubei & albi. Rubei vt vr̄ ſentire Auic. calidi ſunt & ſicci, & calidiores albis. Et huic ſcientiæ quantum ad hoc q ſunt calidi alludit Serap. & Iſaac. Poſuerunt itaq; faſeolos Serap. & Iſaac. qbus hac parte maxime credendum, calidos in primo gradu, & humidos in eodem vnde Sera. authoritate Habē meſuay. Signum ſuæ humiditatis eſt q inflant cito & generant humores phlegmaticos groſſos. Et Iſaac teſtatur hoc q ſunt humidi, quia non pñt vt cætera grana perfecte deſiccari, & niſi deſiccentur non multum temporis ſeruari poſſunt. Dixit tñ Auic. vt ſupra. Et apud me ſubſtantia eorum eſt ſicca in qua eſt humiditas ſuperflua & humoris phlegmatici generatiua. Quidam annuntiauerunt abſolute ipſos frigidos & allegant Auic. & volentes hanc conditionem diſſoluere dixerunt q intelligendum eſt de albis.

Eligantur rubei non corroſi. inflatiui ſunt, minus tñ q̄ faba, & humorum, frigidorum, groſſorum, & phlegmaticorum generatiui & nocēt ſtomacho, & humidiorea ſunt albi & grauiores digeſtioni. & humorum phlegmaticorū magis multiplicatiui, & ſtomacho magis nocentes, & qui ex eis recentes ſunt adhuc eis ſunt deteriores, & faciunt videre ſomnia mala, & inducunt ſcotomiam.

Remouetur nocumentum eorū ſi primo alixati, & abiecta prima aqua excorticentur. deinde comedātur cum aceto ſale pipere & origano, & poſt bibatur vinum purum aliqualiter groſſum aut gropellum clarum nō minus groſſum. Remouetur ēt eorum nocumentum ſi comedantur cum ſynapi. ſilr̄ cum pipere & cimino, ſilr̄ cum oleo multo & ſynapi. ſed recentes debēt comedi cum ſale pipere & origano. Et multi ſunt q eos nutriunt prius in aceto. deinde eos coquunt vt ſupra. & tales ſunt minoris humiditatis

faſeolos comedēdi mod⁹

valde, ſed efficiuntur digeſtioni duriores, valent pectori & pulmoni. Et de proprietate eorum eſt vrinam & mẽſtrua prouocare, & maxime rubeorum. vnde vis eorum cum oleo de neriden in quantitate.ʒ.iij. mẽſtrua prouocat qñ cum eis decoquitur artemiſia.& Iſaac. Volẽs mẽſtrua prouocare de brodio ipſorum.ʒ.accipiat.iij. & olei nardi ni.℈.v.galbani.ʒ.ß.illudq; calidum bibat.

### *De iniubis.* Rubrica. XVII.

IVIVBÆ ſaltẽ maturę, vt Iſaac placuit calidæ ſunt & humidæ in primo, licet Auic. poſuerit eas frigidas in eo & temperatas in paſſiuis, & credo ipſas calidas eſſe cum plurimi authorum in hoc conueniant. ut patet ex Serap. capitulo de iuiubis. Et hoc ẽt aliqualr cõfirmat dulcedo earum, vnde eas exiſtimo calidas in prima manſione primi. & dixit de eis Gal. in libro de dieta. ꝙ earum nutrimentũ parum eſt, & duræ ſunt digeſtionis. & ideo ſtomacho nociuæ ſunt & generant phlegma & ſanguinem phlegmaticum & inflammationem. Eligantur maiores nõ corroſę & bene maturæ. Remouetur earum nocumentum ſi cum paſſulis enucleatis comedantur. Conferunt acuitati ſanguinis calidi proprie qñ ſunt immaturæ & ponticę. Sed decoctio maturarum pectoris & pulmonis lenit aſperitatem. Audi tñ quod dicit Auic. authoritate Gal. Non reperi iuiubas in conſeruanda ſanitate, & remouenda ægritudine aliquid operantes. ſed reperi eas difficilis digeſtionis & pauci nutrimenti. Et quidam exiſtimauerunt ꝙ conferunt dolori renum & veſicæ. Et ꝙ ſint vrinę & menſtruorum ꝓuocatiuæ. Poſtremo ſciendum ꝙ nonnulli eas temperatas poſuerunt.

### *De lupino.* Rubrica. XVIII.

LVPINVS & ſi magis medicinæ q̃ eſui conueniat quia tñ apud nos comeditur de ipſo aliquid dicere ſtitui. Ponitur ab Auic. calidus & ſiccus in primo vbi Iſaac & Serapio ipſum in ſecundo ponunt, & credendum vt ſupra ꝙ ſit in fine primi quaſi ad principium ſecundi. Romouet ab eo amaritudo per infuſionem eius in aqua multoties ſicut de oliuis, quę aqua cimices interficit. Et eligantur albi, & ponderoſi, & ſylueſtres fortiores ſunt in opera medicinali. difficulter digerũtur, et maxime dulcorati, & humores crudos in venis generãt. Remouetur eorum nocumẽtum ſi dulcorati cum aceto, ſale & pipere comedantur.

cimices īterficit lupinorũ aqua.

Item dicit Auic. ꝙ aperiunt oppilationes hepatis, & ſplenis proprie qñ coquuntur cum aceto, melle, rutha, & pipere. & ſubdit. Et qui amaritudinem non habet ſedat nauſeã, diſrumpit appetitum. Et ex farina eius fit emplaſtrum pueris patientibus vermes, & eſt expertum. Item lupinus decoctus & ſuper vulnere poſitus extrahit aſcarides, & potatus cum aceto & melle doloribus mulierum confert.

lupinos comedẽdi modus.

### *De moris.* Rubrica. XIX.

MORVM dulce calidum & humidum in primo. acetoſum vero ad frigiditatem & humiditatem decliue, ẽ malum ſtomacho, & facile in eo corrumpitur, præcipue dulce qñ inuenit ſtomachum humoribus plenum, & corruptio eorum eſt mala & multum nociua, & qñ non corrumpitur non nocet. uñ acetoſum ſtomacho cholerico nõ nocet, & dulce ẽ minoris & deterioris nutrimenti q̃ ficus, & magis ſanguinem deſtruens & deterius ſtomacho. in reliquis vero diſpoſitionibus Auicẽ. dixit ficui aſſimilatur. Et dixit Gal. & quod cõuenit ex comeſtione ipſorum corpori. eſt nutrimẽtum paucum ſicut & cibo melonum, niſi quia mora non ſunt ita nociua ſtomacho, nec ita prouocãtia vomitum ſicut melones. & dixit in lib. de chymis. Mora qñ deſcendunt anteq̃ corrumpantur non inferunt nocumentum: niſi de ipſis nimium ſumatur. Eligãtur magna, & nigra, & oẽs ſpecies eorum comedãtur ante cibum, ſtomacho exiſtente mundo a ſuperfluitate, & tunc faciunt appetere cibum & faciunt ipſum lubricum, & extrahunt eũ velociter, & omnino deſcenſus eius ex ſtomacho fit velociter. ſed eius deſcenſus ex inteſtinis eſt tardus. vnde Gale. in lib. de cibis. Mora qñ comeduntur ante cibum & inueniunt ſtomachum purum, egrediuntur a ſtomacho cito, et propterea faciunt exitum aliorum ciborum, ſed poſt cibũ ubi in ſtomacho ſunt humores frigidi accelerant ad corruptionem, & corruptio eorum eſt nociua. Remouetur aũt eorum nocumentum ſi prius q̃ comedantur infundantur in aqua, & lauentur. valet in apoſtematibus gutturis ſaltem in principio, & extrahitur tempore meſſis lachryma, quia foditur circa radicem mori, & fiunt in radice ſciſſure & dimittitur ſic per diem & noctem. mane vero inuenitur ſup locum ſciſſum lachryma coagulata, quæ adminiſtratur in dolore dẽtium reſoluit apoſtata: & ſolutiuum eſt ventris. De ſylueſtri & ſi non venit in vſu ciborum. communiter tñ dr̃ de eo ꝙ eſt fri. & ſic. in principio ſecundi vel in fine primi ſtypticum magis q̃ dulce, aut acetoſum domeſticũ, ex quo etiam domeſtico fit diamoron quo vtimur in gargariſmatibus.

Mori lachrymã extrahẽdi modus.

### *De pomis.* Rubrica. XX.

POMORVM non aranciorũ, quia de his infra, alia dulcia & matura aut immatura, & alia acetoſa, alia ſtyptica, alia pontica. De iuuamentis vr̃ dicẽdum ꝙ mala ſunt ad frigiditatem & humiditatem declinantia, & inflatiua, & humorum crudorum & phlegmaticorum generatiua, & de facili putreſcibilia. ita vt facile in humores putridos conuertantur. & de his & ſimilibus præcipue verificatur textus Auic. prima quarti. de cura pu. & oẽs fructus nocẽt febricitanti cum ebullitione, & corruptione ſua in ſtomacho. De pomis dulcibus & maturis dicẽdum ipſa ad primam manſionem primi caliditatis declinare. licet in humiditate eam aliqualr̃ reãſeat, cuiuſmodi meo iudicio ſunt in partibus noſtris poma muſica dactylina, & fortaſſe calamana, apiola ẽt meo viſu his addenda ſunt. Placuit tamẽ quibuſdam vt pro parte vr̃ ſentire Auic. ꝙ talia ad temperamentum in caliditate declinent, & talia abſolute ꝓtulit Theodoſius. Eligãt dulcia & comedantur abiectis corticibus, & meliora ſunt cocta non coctis, & decoquantur ſiue aſſentur in paſta, & comedantur cum çucharo, aut cũ çucharo ro. & tunc confortant ſtomachum debilitatum, & prouocant appetitum, & confortant cor, & ſi ſit eorum odor, & confortant digeſtionem, & letificãt animum, delent ſyncopim, & maxime qñ maſticantur infuſa in aqua roſ. & eorum ſyrupus confert fluxui & cholericæ. & dulcia qñ iſto modo inueniũt humorem groſſum qñq; deponunt ipſum cum egeſtione, & ſi eſt vacuus retinẽt. eorum digeſtio non eſt multum facilis, ſed ex abiectione corticũ, & eorum coctione ſimul cum miſtione çuchari fit eorum digeſtio facilis, & vſus eorum præcipue veruallium inducit dolorem & neruorum malam diſpoſitionem.

Poma edendi modus.

Acetoſa vero ſtyptica & pontica ad fri. & hu. declinãt, & in eis eſt inflatio: et ſunt generatiua humorum phlegmaticorum & pręcipue putreſcibilia, & generant fe. proprietate ſui humoris & ſui cruditate. Confortant ſtomachum, maxime ſtyptica, & ſi acetoſa valẽt cõtra cholericas ęgritudines, & licet de his dici debuerat in cap. de fructis, tñ ut non multiplicentur capitula de his tm̃ ſufficiat.

### *De rapa.* Rubrica. XXI.

RAPA domeſtica, quia de ſylueſtri non eſt ſermo in pręſenti calida eſt in fine primi. verſus ſecundum, & humida in eo. eligantur dulciores & minus durę. eſt multum nutritiua. & hoc bene ſciunt ruſtici, qui animalia ſua ex rapis cito pinguefaciunt. ſed mollem & inflatam generant carnẽ propter ſui ventoſitatem & inflationem. Vnde Gal. 5. lib. alimentorum. Et rapa per aquam eluatur, non minus aliqua

qua

qua homogenearum plantarum nutrit. & Iſaac. Plus cæteris herbes nutrit, & quia eſt inflatiua & ventoſitatum facti ua & multum præbet nutrimentum. hinc coitum excitat, ſeu incitat, & ſperma augmentat, eſt difficilis digeſtionis, & difficilius digeritur radix folijs eius. & quæ eſt non bene cocta difficillime digeritur, & generat inflationē & oppilationem in venis. Remouetur autem nocumentū eius ſi bis in aqua elixetur, & proijciatur aqua & tertio cum pinguiſſimis carnibus coquatur. & ſic præſtabit laudabile & quaſi temperatum nutrimentum ſaltem medium inter bonum & malum, & rapa quidem diuretica eſt tam ex parte radicis ꝙ ex parte foliorum. Vnde Dioſ. Cima eius elixata & comeſta diuretica eſt, eadem quoq; virtus in eius ſemine exiſtit. Et quidam opinati ſunt vt in meditullio foliorū eius ſit virtus diuretica multum fortis quorum opinioni vr̄ aſſentire Dioſ. Et qñ f ditur rapa vna interius & ponitur in cauatura illa cera liquida cum oleo ro. & ponitur ſuper calidos cineres, & caleſit multum confert ſciſſuris vlceroſis, quæ fiunt a frigore tempore hyemalis. Similiter ſciſſuris, quæ accidūt pueris paruis ex aduſtione vrinæ, & acuit viſum comeſtio eius. vt dixit Auençoar. ita magnus medicus. & Auer. ſ. col. Scias vltimo ꝙ eſt alia ſpecies, quæ minor eſt & vocatus nauoni, ſiue nauon, eſt minoris nutrimenti quam rapa. Sed quæret rationabiliter aliquis quæ melior exiſtit, an rapa elixata, ao aſſata. Pro iſto dicendū vt notat Conciliator. xx. problem. problemate. v. ꝙ ſicut corpora lapſa debent regi per contraria ita cibaria condimentis oppoſitis, & cōtrarijs actionibus gubernari, vt calida frigidis frigida calidis, & conſilr de humidis eſt dicēdem. Ex quo patet ꝙ cum rapæ humidæ ſint, meliores erunt aſſæ ꝙ elixæ. Pro iſto vr̄ ſnia Auic. tertia primi de regimine eius quod comeditur, & bibitur. nam quæ humida ſunt non oportet amplius humectare: & quæ ſicca non amplius exiccare, cum ſimule additum ſimili diſtemperet & corrumpat. Hæc tñ vlteriori indagatione indigerēt. ſed pñs opus non expoſtulat.

Rapa vt coquenda.

De tri. Rubrica. XXII.

TRI EST ſicut corrigię rotundæ longæ factum ex açimo, quod coquitur cū carnibus & aliqñ ſine carnibus, & vocatur a quibuſdam, vt in marchia iria a quibuſdam vermecelli, a quibuſdam oriti, & quibuſdam minotellæ. Nam ca. eſt & hu. et humiditas eius ſuperflua exiſtit. eſt tarde digeſtionis & deſcenſionis a ſtomacho & maxime açimum, ſed fermentatum melius, & tale elixatur, & coctum cum carnibus, & abiecta prima aqua. & tunc eſt plurimi nutrimenti, & ſi comedatur cum penidijs, aut çucha. confert pulmoni & pectori propter tuſſim & ſputum & lenit ventrem conſtipatum. Remouetur eius nocumentum ſecundum plurimum ſi poſt ipſum bibatur uinum antiquū bonum, & ſi cum eo ponatur oleum amygdalarum & paſum piperis.

De uua. Rubrica. XXIII.

VVARVM ALIA acerba, alia perfecte matura, & dulcis, alia muça. i. medij ſaporis. Acerba frigida eſt & humida intelligendo per acerbam illam quæ non eſt quaſi dulcis, ſed in qua tamen ꝓceſſit digeſtio complete, quoniam agreſta in qua digeſtio nō proceſſit complete, vt eſt agreſta, ſeu agreſtum eſt frigidior valde, & forte vſq; ad tertium gradum, vt voluit Iſaac & ſicca in ſecundo. Perfecte matura calida eſt in primo, & humida in ſecundo, uel circa licet cortex eius frigidus ſit, et ſic quanto dulcior tanto calidior. Quidam tamen ponunt dulcem bene maturam temperatam. Muça vero medio modo ſe habet.

Sequendo de perfecte matura, de qua ſermo videtur, eſt principalius dicendum. ꝙ eligi debet alba alijs paribus in dulcedine ſubtilitate & humiditate. deinde rubea. tertia nigra. Et melior ex ea eſt quæ eſt ſubtilium corticum & modicum aquoſa, & quæ poſt eius collectionem ſuſpenſa ſtetit tribus, aut quatuor diebus, ita ut eius cortex detumeſcit & eſt boni nutrimenti impinguat corpus, & ipſum confortat, & aſſimilatur eius nutrimentum, nutrimento ficuū, & ſi ſtomachus vacuus ſit bene digeritur & laudabilem ſanguinem facit. confert pectori & pulmoni.

Vua vero cum depoſita eſt a vite, ſi comedatur eſt inflatiua, ventris ſolutiua, & ſi ſtomachum inuenit repletum humoribus conuertitur in malos humores, & rugitum facit, & fumum nociuum plurimum creat. & quando vua non digeritur, eius nutrimentum crudum eſt, & nutrimentum vuæ cum ſua diſpoſitione plus eſt nutrimento ſucci eius. ſed ſuccus eius eſt velocioris penetrationis & diſcenſionis. & quæ habet corticem groſſum vt ſunt apud nos variationes magis difficile digeritur ſi cum eorum cortice comedatur. Et vua dulcis nocet hepati & ſpleni oppilādo &c. Præterea ſciendum ꝙ io vua reperiuntur quatuor ſubſtantiæ, cortex, granum, carnoſitas, & aquoſitas. vnde carnoſitas & aquoſitas ſunt eiuſdem complexionis. Cortex vero & granum vuæ frigida ſunt & ſicca a virtute digeſtiua non patiuntur, & experientia notat. vt enim comeduntur extra geruntur. Si tamen ex granis eius fiat farina, granis aſſumptis ſtomachum confortant, & chołericam ſtringunt egeſtionem. Sed quæreret rationabiliter aliqs, an ante cibum, vel poſt cibum aſſumi debeat.

Vuę ſubſtãtię. 4.

Pro iſto dicendum ꝙ vua dicta vt ſupra, quæ ſterit ſuſpenſa vt ſupra debet ſumi ante cibum, eo ꝙ ſtomachum confortat &c. & quia longinqua eſt ab inflatione, & furioſitate, & ab alijs nocumentis. Sed vua quæ ſtatim depoſita eſt &c. debet poſt cibum comedi, quoniam ante cibū aſſumpta impedit digeſtionem, & nocet ſtomacho eo modo quo infra de raphano. Poſtremo ſciendum ꝙ vua ab authoribus noſtris plus laudatur cæteris fructibus excepta ficu. Et dixit Auic. Omnis vua nocet veſicę, quoniam cauendum eſt eam concedere in diſpoſitionibus eius, vt quidam faciunt. Et Dioſco. præcepit ſuccum vuæ acerbæ ante dies caniculares ad ſolem poni donec inſpiſſetur vt mel. & ex iſto facere clyſterem in vulneribus inteſtinorū & in fluxu humorum ex vulua diuturno.

Sed quia paſſula eſt ſpecies vuæ hinc in eodem capitulo de eo conſequenter agendum. Paſſula triplex reperitur. Eſt enim quædam carnoſa multorum paruorum granorum. Eſt & alia parua non ita carnoſa, & magnorum granorum in comparatione ad carnem. Eſt & alia abſq; granis ſiue arillis, magna carnoſa & multum dulcis calidę eſt & humidæ in primo complexionis. Parua autem & multorum granorum ſeu magnorum minus calida maiori ſtypticitate participans. Media vero medio modo inter has. Et hæc fortaſſe eſt illa quam Raſis temperatam dixit.

Eligatur carnoſa rotunda paruę dulcedinis. & dixit Habē Meſue. Et beſcha meliores ex eis ſunt pingues ſubtilis corticis & parui grani, eſt multum nutritiua & confortat ſtomachum, & magis illa quæ eſt minor, & magis ſtyptica plus granis abundans, ratione quorum illud operatur. Et multo plus nutrit carnoſa non carnoſa alijs paribus. confortat etiam hepar non oppilando vt dactyli. Vnde Auicen. xvij. tertij. de cura fluxus hepatici. Et iam laudatę fuerunt paſſæ pingues in hoc capitulo, ita ꝙ quidam eſtimauerunt quod ipſę ſanant fluxum lotinum difficilem. Et nos experti ſumus illud fuit res non longinqua ab eo quod dixerunt. Et ego vidi experientiam in Baptiſta Galeaçij. quem his paſſulis curauit. Cermiſonus noſter confortant renes & veſicam. vnde Auer. quinto col. Paſſæ proſunt hepati a tota ſubſtantia, & conferunt renibus & veſicæ. & Auicen. Paſſa amica eſt ſtomacho & hepati. Et Galen. in de alimentis. Paſſæ ſunt meliores ſtomacho ficubus.

Paſſula rū admi niſtratio.

Et eſt notandum ꝙ paſſę aliquando adminiſtrantur cū granis ſuis, & aliquando abiectis granis. Vbi enim quærit ſtipticatio & membri cōfortatio ſicut in diſpoſitionibus ſtomachi & fluxu hepatis debilitatione renum aut veſicæ, tunc debet cum grania adminiſtrari. Vbi vero quærimus æquationem humorum, & confortationem virtutis & nō ſtypticationem in membro ſicut in paſſionibus pulmōis, pectoris. vt in tuſſi & huiuſmodi: debet tunc abſq; granulis adminiſtrari. Nocumentum ex eis eſt aduſtio ſanguinis. Et remouetur ſi cum eis comedantur citrulli recentes. Et vua paſſa confert doloribus renum & veſicæ, & doloribus inteſtinorum. vnde Iſaac. Si malos in ſtomacho inuenerit humores temperat & mitigat morſionem præſertim ſi carnoſa ſit & corticis tenuis. Exiguorum autem oſſium mundificat renes & veſicam & ventrem laxat.

Arilli idē qđ nuclei.

Et eſt notandum ꝙ vbi eſt oppilatio, aut in hepate, aut renibus, aut veſica &c. debēt adminiſtrari abiectis arillis, ſiue nucleis, & illę quæ naturaliter carent nucleis ſunt alijs dulcibus ſubtiliores, habitantes in oriente diligūt eas plus alijs, & miſcent eas cum çucharo & nucibus amygdalis vel auellanis. Nos autem paſſulis cum amygdalis vtimur. ſi eſt nutrimētum bonum cum quo commiſcetur çucharum. vt in ſplendidis conuiuijs adhuc præſtantius.

## De zucharo, uel ſaccharo. Rubrica. XXIIII.

DISTINGVITVR çucharum ratione ætatis & ratione præparationis, ratione cuius exiſtimo ipſum in complexione variari. quoddam eſt vnius coctionis, aliud duarum, aliud trium coctionum. Zuchari complexio a diuerſis diuerſa habetur. Vnde quidam vt tacuimus de Baldach, ſiue Albucaſis ipſum temperatum pronuntiauit. quidam ut Auic. Habē Meſue & cæteri ipſum calidum in primo. & in fine humidum in medio eius eſſe dixerūt. Nōnulli calidum in ſecundo eum ponere non dubitauerunt. Et omnium horum opiniones veras eſſe exiſtimo. Vnde çucharum nouum antequam ad ſoliditatem aliquam educatur remanens. ſ. ſub forma pulueris, quod appellatur çucharum rubeum, eſt calidæ complexiōis vſq; ad ſecundū. Zucharum vero nouum ad ſoliditatem reductum p vnā decoctionem calidæ complexionis exiſtit in fine primi. Reductum vero ad ſoliditatem, per duas calidū in medio primi. Reductum vero per tertiam, & appellatur çucharū trium coctionum temperatæ complexionis exiſtit, & tale eſt çucharum taberçet. Et hanc ſententiam viſus eſt velle Auic. 2. can proprio cap. de çucharo. dum dixit çucharum taberçet frigidius. i. minus calidum; cum çucharum vſiter calidum ponat. per coctiones itaq; partes ſubtiles igneæ çuchari conſumuntur. & quanto plus coquitur tanto &c. & ideo per trinam decoctionem ad temperiem reduci vr. De antiquo dicendum ꝙ ſine dubio quanto magis antiquatur tāto magis exiccatur. ita vt ſiccum dici debeat cōparatione noui. vt Auic. & Serapio. De eius vero caliditate ſimiliter dicendum ꝙ variatur licet non multum a caliditate non eligatur album clarum trium coctionum vt eſt taberçet, quod ſic nominatur aut a loco, aut quia in loco tali ſic trina decoctione decoquitur. Cōfert ſtomacho, in quo non generatur cholera propter facilitatem conuerſionis eius in choleram. Abſtergit ſtomachum & mundificat eum a phlegmate, & proprie antiquum. & nutrimentum eius maius eſt nutrimēto mellis. eſt lenificatiuum, vētris abſterſiuum. lauatiuum, lenit pectus & aſperitatē eius remouet. Confert doloribus veſicæ, & renum, abſtergit obſcuritatem viſus. & eſt oppilatiuum aperitiuum.

Nocumentum autem eius eſt ꝙ ſitim facit minorem tū ꝗ mel & in choleram conuertitur. Remouetur ſi comedat cum granatis muçis. & ſi decoquatur, ita vt ab eo ſpuma remoueatur. Soluit ventrem quod eſt ſub forma pulueris proprie vt çucharum rubeum. Et ipſum cum oleo amygdalino confert colicę.

## De cibis calidis in ſecundo, et de his que cum uſu cibariorum ueniunt aromatica, cuius rubricæ ſunt. 16. Cap. IIII.

## De aniſo. Rubrica. I.

ANiſum ab Auicē. authoritate Gal. ponitur calidæ cōplexionis in ſecundo, ſiccę in tertio. licet Serap. ipſum ponat calidum in tertio & ſiccum in eodē, propter quod tenendum eſt vt ſupra ꝙ ſit tale inter ſecundum & tertium uel quaſi. vnde & Auer. 5. col. videtur adhærere opinioni Serap. propter acuitatem ſaporis &c.

Eligatur recens habens grana groſſa plena et penetroſa, & quod portatur ex inſula Cretenſi alijs oībus eſt melius, licet Aui. Romanū videatur plus laudare. Cōfert oppilationi ſplenis, & hepatis gn̄atę ex humiditatibus, carminat ventoſitatē, ſedat dolores, ꝓuocat vrinā, & menſtrua. mūdat matricē a fluxu humiditatū albarū, eſt motiuū coitus, apit oppilatiōes renū, & ueſicę et matricis, eſt & aqua eius decoctionis ſudoris prouocatiua maxime cum calida bibit, & ſi decoquat in vino fortius confortat ſtomachū frigidum, maxime in quo ventoſitates multiplicantur.

## De artemiſia. Rubrica. II.

Artemiſia idē qđ apđ arabas berengeſiſ.

INVENIO eam apud Dioſc. apud Cermiſo. & ſm Simonem Iauuenſem, & ſm Auic. ſub vocabulo berengeſiſ. & licet Auic. exponat berengeſiſ. quod eſt abrotanum: tū cum de abrotano ſpeciale capitulum fecerit dicit berengeſiſ. eſſe artemiſiam. Et Dioſco. ponit eam calidā & ſiccam in tertio. Auicen. vero ponit calidam & humidam in primo. Cermiſo. calidam & ſiccam in ſecundo. quod credo verius. Appoſui. n. eam hic cum ſit herba, quæ dicatur aliarum herbarum mater. Et multi eam matricariam vocant. præcipue dn̄ę, quibus ipſa eſt theſaurus. & ex qua cū caſeo, ouis &c. faciunt tortellos tpe feſtiuitatis ſanctæ Mariæ. Vnde & quędam dn̄æ eam herbam ſanctæ Marię vocant. Eligantur folia eius viridia magis ꝗ ſicca. Eſt aperitiua, ſubtiliatiua, conuenit in vis cibi dn̄abus pinguibus, & non macilentis. ſed in via medicinæ conuenit omnibus mulieribus, quæ a matrice vexantur vt dn̄æ, eſt ſtomachi confortatiua, & præcordia ſanat, valet contra ſterilitatem ex humiditate prouenientem. nam ſi ex ſiccitate obeſſet ſanis. ſed hoc compræhendi poteſt ex complexione eius mulieris ſi ſit pinguis, aut macilenta. Item accipiatur puluis artemiſiæ, biſtortæ, nucis muſcatę ana & conficiatur cum melle aut ſyru. ſimplici & detur in vino albo ſero & mane cum decoc. artemiſiæ. Item accipiat patiens fumum colophoniæ ſuper carbones poſitæ deinde calefiat artemiſia ſuper teſtā. & calefacta ponatur ſuper lapidem molarem & deſuper ſedeat infirma probatum eſt, frangit lapidem in renibus: & prouocat menſtrua ſedendo in eius decoctione.

Artemiſia aliarū herbarūmater.

## De capparis. Rubrica. III.

CAPPARES CALIDI ſunt & ſicci in ſecūdo ſm Auic. licet aliqui vt Dioſco. traxerunt eos ad tertium. Confirmat autem opinionem Auic. Iſaac dicens. Hoc teſtatur eorum amaritudo & acumen. Eligantur Alexandrini. Sunt inciſiui, & mundificatiui ſtomachi a ſuperfluis humoribus, & maxime phlegmaticis groſſis, apēritiui oppilationum hepatis & ſplenis, & remouent ſplenis duritiem. & vt dixit Galen. conferunt ſpleni plus omni alia re, ſiue medicina, quæ ponitur exterius in emplaſtris. & etiam quando interius aſſumitur cum aceto & melle poſtquam deſiccatur & teritur. Sunt mali nutrimenti. nam ſanguinem melancolichum multiplicant, & humores cholericos generant.

Splē ſupramodū iuuāt.

Remouet eorum nocumentū ſi prius cum aqua tepida, & ſale a ſorde mundentur, deinde exiccētur et condiant cū aceto et oleo. Conſueuerunt & hoc mō ꝑparari, & mūdificari

Cappares eſui, ut ꝑpatē tur.

cati in aqua feruenti ponantur, & deinde extrahantur integri. deinde præparentur cum oleo & aceto. hoc.n. modo præparati eſui ſunt delectabiliores. ſed non ſunt ita faciles digeſti a ſtomacho & alijs membris ita conuenientes. Ipſi igitur præparati vt prius ſunt appetitus prouocatiui & laxatiui ventris. & qui timent acetum comedant cum vino ſubtili albo & bono, aut cum aceto paſſulato ꝗ ſic fit. ℞. paſſularum electarum vt ſupra. ℥. iij. aceti lib. j. bulliant vſq; ad conſumptionem tertiæ partis. Quidam delectantẽ eos comedere cum carnibus. ſed tales eos ſic comedant cũ coriandro, quoniam coriandrum vt ponunt authores remouet omne nocumentum capparorum. ſed nutrimentum eorum hoc modo eſt plus ꝙ nutrimentum ipſorum primo modo præparatorum. Sunt tamen in via medicinæ vtiliores ꝙ in via cibi, & capparus non ablutus quãdo comeditur laxat ventrem. licet etiam ablutus expellit phlegma groſſum per ſeceſſum. ſed debilius & ſumitur de radice eius in potu. ℥. ij. omni die vſq; ad tres dies reſoluit duritiem ſplenis, & extenuat ipſum, prouocat vrinam & educit ægritudines ſanguinolentas. Et dixit Dioſco. Si ille qui habet dolorem in dẽte momorderit radicem eius cum dẽte dolẽte ſedatur dolor. Similiter collutio oris facta ex decoctione cappari in aceto. & qñ terũtur folia & radix eius & fit inde emplaſtrum ſuper ſcrophulas, & apõſta dura reſoluit ea. Et dixit Serap. Ego quidem reſolui duritiem ſcrophularum aliqñ i paucis diebus cum folijs cappari ſol. Et nota dictum Habẽ meſuay. Illi qui condiuntur cum ſale faciunt operationem ſupra. niſi quia ſunt mali ſtomachi malitia tñ pauca. Et ſi condiantur cum aceto prouocãt appetitum, qm̃ acetum prohibet nocumentum eorum a ſtomacho. Cortex radicis capparis maſticatus extrahit, & purgat hũiditates phlegmaticas a capite. Et vt dixit Auic. eorum vſus interficit vermes in ventre.

*Corian drũ nocũã capparoꝝ ſrenant.*

*Dentiuꝫ doloreꝫ ſedantia*

*De dactylis.* Rubrica. IIII.

DACTYLIS ponuntur calidi & humidi in. 2. gradu. Cermiſo. tñ ipſos calidos in primo & ſiccos in eodem pronuntiauit. Et diuerſificati dicuntur ſm diuerſitatem regionum in quibus naſcuntur. Nam eorum aliqui in regione naſcuntur calida, & hi ſunt cæteris dulciores, & magis viſcoſi, & in caliditate fortaſſis altiores. Alij in regiõe naſcuntur frigida. & hi ſunt minus calidi crudi, põtici, & ſicci reſpectu primorum. Nonnulli in regione harum media naſcuntur. & tales licet in perfecta maturitate exiſtant, tñ eis tanta eſt ſiccitas, vt maturitate ſeruari nequeant. abũdant.n. quadam humiditate ſuperflua, qua corpora replẽt multis, & crudis humoribus. Eligantur minores minus dulces de regione media & perfecta maturi. & ſi quæratur eorum maior caliditas & ſiccitas. eligantur antiqui. noui vero vbi econtra. Difficilis ſunt digeſtionis, ſanguinis groſſi generatiui. ficubus tñ ſiccis ſunt digeſtibiliores. & vſus eorum hepatis & ſplenis groſſitiem & conſtipationẽ ſiue oppilationem facit. Nocent gingiuis, dentibus, gutturi, & voci. & frequẽter dolorem in ore ſtomachi adducũt. & ſm Serapionem facile in choleram conuertuntur, pp ꝙ mali ſunt ſtomachis calidis a complexionibus calidis. Iuuant habentes oppilationem pulmonis & nocumẽtum in eo, maxime ſi cum pineis mundatis comedantur. & hoc ꝑ quartam uirtutem vt ſupra in primo tractatu. Et ſimiliter his qui non ſunt calidæ complexionis, ſed tñ fortis uirtutis qui quærunt impinguari. Et dixit de eis Auic. tertia primi de regimine eius quod comedit & bibitur. ꝙ dactyli ſunt in numero fructuum magis ſimilium nutrimento nr̃o, & ꝑcipue in locis i quibus naſcunt. Remouet pars maxima nocumenti eorũ ſi cum papauere comedant. & amygdalæ in hoc proprietatẽ habere videntur. Oſſa eorũ trita poſitaq; ſuper vmbilico puerorum ſtringunt eorum fluxum, & ipſa aſſata valent multum in egreſſione & eminẽtia oculi, vt Auic. 13. tertij de cura exitus oculorum.

*De enula, ſeu inula.* Rubrica. V.

ENVLAE duplex maneries reperitur. hortulana. ſ. domeſtica, qua ſæpe vtimur. & alia quæ campana. dr̃ & eſt reſpectu alterius ſylueſtris, & in medicina fortioris efficaciæ. & habet folia magna ſuper terram expanſa. Ponitur ab Auic. præcipue, & ab alijs doctoribus calida & ſicca i ſecundo gradu. Cermiſonus tñ poſuit eam calidã in tertio, & humidam in primo. & forte hoc dixit pp̃ illud quod dixit Dioſc. authoritate tñ aliorum qui eam ſinç. de ſceni vocant. Aut locutus eſt de ſylueſtri, ꝙ abſq; dubio calidior eſt. dixit tñ Auic. ꝙ habet humiditatem ſuperfluam. & iõ non calefacit corpus ſtatim cum ei occurrit. Eligatur hortulana & precipue radix eius, quia ipſa eſt ꝙ eſt nobilis cibus & melior eſt parua alijs paribus magna. & ſit boni odoris & exiccata melior eſt. humida. eſt.n. pectoralis & io hoc multum ab authoribus noſtris laudatur. Et conſulunt vt cum clectuarijs mundificantibus pectus cõmiſceatur. ipſa enim cum melle deglutita maxime iuuat ad excreandũ humiditates pectoris groſſas & viſcoſas. & poſuit eam Aui. cordialẽ. & dixit Humaim ex verbo Hippo. Enula auferet iram & triſtitiam, & fortificat os ſtomachi. Et dixit Dioſ. qñ radix eius commiſcetur cum reb. eſt bona ſtomacho, neſcio an a proprietate, an quia in ſe ſit difficilis digõnis, quod magis credo eſt mihi inimica, quia. ſ. eam male digerere valeo. vñ magnã partem groſſam terreſtrẽ in ea inuenio. facit ſodam. verum exterius embrochata capiti curat hemicraniam. Fit ex enula vinum. Vt accipiatur radicum enulæ faſciculum vnum & minutim incidantur, & ponat in dolio muſti, ita vt totum ad inuicẽ bulliat. & poſt tres menſes ſit vſus vini mirabiliter mundificat pectus, etiam pulmonem. & eſt ſententia Hippo. quam maxime cõmendat Gal. Auic. & alij. Succus eius cum melle bibitus interficit uermes. Hoc expertum eſt. Et cum folia eius coquunt cum vino & ꝑcipue cocto. & fit ex eis inde empl̃m. maxime confert doloribus ſciæ. De campana eſt verſus talis. Enula campana, reddit præcordia ſana.

*Vinũ ex enula q̃uo.*

Et conuenientior modus præparationis eius eſt vt exiſtimo vt prius ſub cineribus aſſetur. deinde ponatur in aq̃ feruenti ad ignem & ſtet per certum ſpatium vt bñ mundificetur. deinde exprimatur fortiter vt recedat ab ea humiditas illa ſuperflua quæ corpori nocet vt ſupra. deinde bñ piſtetur, & ea vtatur vt libet. aut cum ouo, aut caſeo, aut in artocrea &c. Eſt eius vſus cõis, & eſt eius vſus vtilis valde dñabus. quæ in menſtruis ſuis non debite purgantur. Soluit etiam ventrem & vrinam prouocat.

*De eruca.* Rubrica. VI.

ERVCA domeſtica & hortulana, de qua ad pñs calida in primo, & ſicca, in primo eſt ſicca, & ipſa humida ẽ humida in primo. Eligatur hortulana. Et cocta eſt aperitiua, & facit abundare lac. & eſt faciens digerere cibum. et qñ de ea cocta multum comeditur ſcitat libidinem. Et de proprietate eius eſt facere erectionem virgæ, ſed ſola comeſta facit dolorem capitis, & præcipue hemicraniam uentoſitatem & inflationem facit. & ideo Gal. de differẽtijs feb. eam ponit in numero malorum ciborum. Remouetur autem eius nocumentum ſi cum lactuca, aut endiuia, portulaca, aut ſcariola comedatur, & aceto. vnde melior eſt cũ lactucis. Hæc herba comeſta ſalubris. ſuccus erucæ recentis qñ miſcetur cum felle bouino cicatrices vlceris ex ea linitas delet. Et ſemen eius cum vino tritum maxime valet in apõſtatibus peſtiferis. & fortius eſt ſylueſtris ſemen. quare in emplaſtris ponendum. conuenit frigidis natura. & ſanguinei & cholerici ab ea & vſu eius ſe abſtineant. ſaltem eam ſolam comedendo. Inuenitur inter Dioſ. & Hippo. contenrio. de eruca ſeu curuca. dixit Dioſ. eam vrinam prouocare. quod Hippo. abſolute negauit. cuius ſententiam plurimi medicorum ſecuti ſunt.

### Defœniculo. Rubrica. VII.

*Gl.ª de domeſtico loquit^r cũ ipsũ calidũ in 3° aſſerit et siccũ in 3° 7° de ſimpl: med: fac.*

FOENICVLVS domeſticus calidus eſt & ſiccus in ſecundo. & Iſaac dixit ipſum calidum in medio ſecundi & ſiccum in medio primi. Syluestris vt ponit Auic. eſt di gnus tertio gradu. & authoritate Gal. dixit Serap. eum in tertio gradu collocari debere. Eligatur hortulanus & domeſticus plenus & ponderoſus. Eſt tardæ digeſtionis. & eius nutrimentum eſt malum. ſed tamen cum datur cum aqua frigida confert nauſeæ & inflationi ſtomachi. Aperit oppilationes hæpatis, renum & veſicæ. lapidem frangit et proprie ſylueſtris. vrinam & menſtrua prouocat. & humidus hortulanus comeſtus facit abũdare lac & acuit viſum in omnem modum adminiſtrationis eius. Vnde Auic. authoritate Democriti dixit ꝙ venenoſi vermes paſcunt ſemen fœniculi recentis. ut eorum viſus confortetur. & uiperę & ſerpentes, qui ſteterunt in cauernis cum egrediuntur per hyemem fricant oculos ſuos ſuper ipſum vt confortentur & illuminentur eorum oculi. Et ideo putarunt authores eius vſum maxime conuenire in reparatione oculorum ſenũ. Vtantur eo & radice ſua dominę quæ a menſtruis ſuis non debite purgantur. vnde radix eius ſuppoſita menſtrua educit. ſi tamen in parua quantitate vtatur cum alijs bonis cibis non videtur facere nocumentum ſed iuuamentum. Poſtremo habendum eſt quod dicit Circa inſtans experimẽtum optimum & certum ad oculorum pruritum. Conficiatur modicum aloes optimi in ſucco fœniculi & ponatur in vaſe æneo ad ſolem per. xx. dies. deinde in oculo ponatur ad modum collyrij.

Fœniculum cur oculis prodeſſe dicatur.

### De phiſticis, ſiue piſtachijs. Rubri. VIII.

PHISTICI calidi & ſicci ſunt in ſecundo. licet in eis ſit humiditas plurima. & dicit Auic. Dicitur ꝙ ſunt uehementioris caliditatis q̃ nux & amygdala. & fuit opinio Archigenis, eos tamen humidos abſolute protulit. Circa inſtans, cui non tantum fidei adhibeo quantum Iſaac. Nõnulli eos temperatos vel quaſi temperatos eſſe dixerunt.

Eligant̃ noui, pleni, boni ſaporis dixit Dioſcor. ꝙ ſunt ſtomachi maxime iuuatiui. & Gale. illud noluit affirmare & dixit eos nec iuuamentum, nec nocumentum facere ſtomacho. Dixit tamen ſi aſſentur ſtomacho iuuamentum p̃ſtant. A quibus abſtineant calidam habentes complexionem. Et dixit Auic. prohibent nauſeam, & ſubuerſionem ſtomachi, & os eius confortant. bonum comedentibus p̃ſtant nutrimentum. habent tñ in ſe aliquid amaritudinis et ponticitatis. vnde ſunt etiam hepatis confortatiui, pectus & pulmonem mundificant. Et oleum confectum ex eis tritis addito puluere nucis indicę: & ſumptum in modica q̃titate, & melle ſufficientis quantitatis optime coitum coofortant.

### De melle. Rubrica. IX.

MEL apum calidæ & ſiccæ complexionis exiſtit in ſecundo. Eligatur id quod eſt veræ dulcedinis declinans ad aliqualem acredinem & rubeitatem. & eſt vt palea in colore quod non eſt ſubtile & viſcoſum neq; nimis liquidum. ſed vt dicit Gal. 7. de ingenio ſanitatis: quod eſt odoriferum clariſſimum & a viſu penetrabile ſaporis aliquanti acuminis, & delectabiliſſimum in guſtu. & cum diſtillatur coniunctim deſcẽdit ſine ſui ſeparatione. Nam ſi nõ ſit continuum, aut eſt groſſius q̃ oportet, aut ſubtilius, aut diſſimile per partes. i. ꝙ quædam partes apum groſſæ & quædam ſubtiles. Mel autem quod eſt groſſius q̃ oportet eſt propter nimiæ ceræ multitudinem. Quod autem ſubtilius eſt q̃ oportet, eſt propter tarditatem, aut propter indigeſtionem, ideo oportet vt ſit inter hæc mediocre, vt dictũ eſt. Et dixit Dioſ. Signum bonitatis eius eſt odor bonus, ſapor dulcis, color ſubrubeus. Et quãdo miſeris in eo digitum adhęret digito, & venit cum eo. Et recipit diuerſitatem in bonitate & malitia ex parte temporis nutrimenti apum & præparatiõis. Ex parte temporis, quia melius eſt vernale. æſtiuum uero melius eſt. autumnale & hyemale omnibus deterius. Ex parte nutrimenti apum, quia factum ab apibus paſcentibus bonos flores, vt eſt flos amygdalę cæteris temperatius exiſtit. Ex hyſſopo, vero calamẽtho, abſinthio: heupatorio & huiuſmodi herbis calidis aromaticis calidius eſt, & ægritudinibus frigidis, vt ẽ epilepſia, paralyſis &c. magis eſt conueniens. Fit etiam mel apum ſylueſtre ex floribus caſtanearum. & idem eſt ſubamarum non ita bonum ſaltem in cibis cõdiendis. Ex pte præparationis, quia quoddam eſt coctum, quoddam crudum, & crudum ventoſitatem, & inflationem generat, & pectoris aſperitatem augmentat propter ſui acumẽ a natura apum acquiſitum. Coctum vero & cum aqua, & ſine aqua ab his nocumentis remouetur. ideo vt præſtãtius eligatur, & eſt tanq̃ aurum, cõmendandum memorię vt ſemper ſpuma remoueatur, quia ipſa nõ abiecta inflat & facit tuſſim. & ſic habetur remotio nocumentorum eius. Eſt abſterſiuum, aperitiuum, corpus mundat & purgat, & expellit humiditates a profundo corporis, & prohibet putrefactionem, & corruptionem carnis, & linimẽtum eius interficit pediculos, & lẽdines, abſtergit tenebroſitatem oculorum ſi ſit ex eo collyrium per. xx. dies. & aqua eius facit appetere cibum & confortat ſtomachum. Et valet in paſſiõibus pectoris, ita vt ſit vehiculum aliarum pectoraliũ, frigidis & humidis natura maxime conuenit præcipue in ſenioribus, cito in ſanguinem in eis conuertitur. & ſimilr̃ ægritudinibus frigidis & hu. vt paralyſi &c. calidis cholericis maxime conueniens. Et dixit Circa inſtans. ꝙ mel album debet uti in ægritudinibus frigidis. ſubrubeum in calidis. Et ſciendum ꝙ coctum non mouet ventrem. immo q̃nq; ſtringit phlegmaticos & eſt plurimi nutrimenti, nõ coctum autem ecõtra. Poſtremo habeatur hoc iocoſum de melle et verum ꝙ aqua eius facta ad alembicum et q̃ter alembicata dummodo fuerit mel primo coctum facit capillos pulcherrimos, & interficit lendines & pediculos. Res pueris optima & dominabus placidiſſima.

Mel ẽ uehiculum aliarum medicinarũ pectoraliũ.

Capillorũ ſtimũ auxiliũ.

### De mentha &c. Rubrica. X.

MENTHA calidæ & ſiccę complexionis exiſtit in ſecundo & in fine. vt etiam voluit Habẽ meſuay. licet ad tertiam traxerit. & licet ſicca ſit tamen in ea eſt ſuperflua humiditas, & tanto plus quanto in loco humidiori naſcitur. Sunt eius plures ſpecies. ſed inter alias eligatur hortulana quæ in viſum noſtrum ſæpe venit. Eſt ſtomachi confortatiua, & ipſum calefacit, & ſedat nauſeam, & maxime phlegmatica & ſingultum, & digerere facit. prohibet vomitum phlegmaticum & ſanguineum. Vnde de ea dicitur. Nunquam fuit lenta, ſtomacho ſuccurrere mẽtha. Et dixit Serapio ꝙ ipſa cum alijs comeſta eſt bona ſtomacho, prouocat appetitum proſtratum propter ſuam odorabilitatem, & aufert faſtidium. & prohibet coagulationẽ lactis. vnde cataplaſma factum ex ea ſuper tumorem mamillarum ex coagulatione lactis genitum ſtatim diſſoluit ipſum, & prohibet coagulationẽ et caſeationem lactis in ſtomacho ſi cum lacte ipſo comeditur, & coitum incitat maxime hortulana. vnde ſecundo problemate. propter hoc prohibetur ne mentha comedatur, aut ſemen in bello, quia propter vſum coitus corpora redduntur frigidiora, aut minus animoſa. Vltimo pro habentibus maximam quantitatem caſei habeatur, ꝙ ſi caſeus liniatur ſucco menthæ a putrefactione præſeruatur.

Mentha cur marti inuiſa.

### De nuce. Rubrica. XI.

ET LICET de nuce. s. ponant̃ ſpẽs, ſmo tñ ad pñs ẽ tñ de nuce, q̃ in vſu venit. & ẽ nota. Cuius cõplo eſt calida ad tertiũ & ſicca in primo, qd' maxime credo verũ de non recẽti. Recentis vero cõplexio vt ipſe exiſtimo eſt ad

intra

ſitra ſecundum. in ipſa tñ eſt humiditas groſſa, quæ deletur cum antiquatur. Eligatur nutrita & recens mundata a corticibus ſuis, & quæ velociter enucleatur. eſt.n. ſtomacho minus nociua. & eſt dulcior: & guſtui delectabilior. Et nux quidem cum melle nutrita & præparata cõfert ſtomacho frigido & renibus frigidis & ſoluit, & ſi cũ ficubus comedatur laudabilem generat ſanguinem, ſtuporem dentium remouet. Nuces ſunt grauis digeſtionis. nociuę ſtomacho, generãt choleram, & ideo inconuenientes ſunt ſtomacho calido. nocẽt pectori, & tuſſientibus, p maxime inducunt dolorem capitis, grauãt linguam, et faciunt in ea puſtulas & in ore, remouetur aũt hoc nocumẽtum ſi cum ſale aut amygdalis, aut ſemine papaueris albi comedãtur. Remouetur aũt earum nocumentum ſi prius mundatæ ponantur in aqua calida p noctem vt recipiant humiditates aquę & fiant vt virides. vñ & oleaginitas earum remouet ſicut de pineis dicetur. Dixit tñ Auer. 5. col. q tpe magni frigoris, non ſunt nociuæ. & vſus earũ multus inducit vermes paruos qui in recto naſcuntur inteſtino. Et dixit Aui. c. proprio q comeſta cum ficubus & rutha eſt medicamẽ o͞ibus venenis. Vñ & moderni quidam hoc cibo vtuntur tpe peſtis. et ipſum p maxime cõmendant. Et Iſidorus lib. 17. de nuce dixit ad propoſitum. q tãtam vim hȝ: vt ſi ponatur cum frigidis & alijs venenoſis quicquid in eis violẽ tum eſt effundit rapit & extinguit. Et poſſet eſſe rerum dictarum proportio hoc mõ. ℞. ruthę folia. 20. caricarũ nu. ij. nucem. j. quæ & ſi comedatur añ medicinam mortiferã eſt theriaca optima contra ipſam. Et eſt res valde vtilis p dñis, & pro his qui timent intoxicari. Conſilr valebit, ſi cõtra aſſumptũ toxicũ ſumat. Et cortex eius qñ aduritur, & miſcet cũ vino et oleo, et liniunt inde capita puerorũ facit capillos pulchros & bonos, & facit oriri pilos i alopicia.

Nocendi medendi modus.

Venenis nuces ſiſtere.

Capillos fouentia.

De paſtinaca. Rubrica. XII.

PASTINACAE duę ſunt maneries. alia domeſtica. alia ſylueſtris. Et domeſtica alia alba, alia rubea. Similiter quoq; & ſylueſtris idem. Eligatur domeſtica rubea dulcis, & hyemalis, quæ non ſtetit lõgo tempore in terra. cuius cõplexio eſt calida in ſecundo, & humida in primo. Sylueſtris tñ cõplexio magis ad ſiccitatem vertitur, & ad gradum intenſiorem, licet non tranſcendit ſecundum. Eſt difficilis digeſtionis, duri & groſſi nutrimenti maxime q̃ humida & recens eſt & groſſa. ſ. quæ ſtetit longo tempore ſub terra eſt inflatiua, & mali & corrupti ſanguinis generatiua, & coitum cõmouet. Remouetur autem nocumentũ eius ſi bis elixetur, & proiectis aquis tertia coquatur cum lactuca, coriandro, cepis, oleo bono, & omphacino, aceto, pipere, ſapa, & ſinapi, eſt menſtruorum prouocatiua, & facit detumeſcere ventrem dñarum, quæ aliqñ apparent prægnantes, & hoc notetur, quia hic caſus non raro uenit, prouocat vrinã, & proprie ſemẽ eius, & maxime ſylueſtris plus omni alia re, unde pueris ſufficit decoctio ſeminis eius, aut radicis in qua eſt etiam virtus, vrinæ, & menſtruorum, prouocatiua, & valet decoctio eius ad lumborum hepatis & ſplenis tumorem. Et quidam dicunt q fricata ſuper dolentem dentem dolorem aufert, & decoctio eius in lacte multum valet in aſthmate. Et eſt remedium pro pauperibus et ruſticis. Et ſcito q in omni re fortioris eſt operationis ſylueſtris domeſtica, licet domeſtica in nutrimento eſt magis conueniens.

De pineis. Rubrica. XIII.

ARBORIS pini reperit maſculus & fœmina, & eſt fœmina maior maſculo, et eſt illa q̃ fructum facit bonum. Sunt vr̃ calidæ & ſiccæ, & ẽt eſt calida in. 2. ſicca in. 1. & maſculus calidior. Eligantur pineæ ex fœmina pini pductæ nõ inueteratę. Difficilis ſunt digeſtionis, & ſunt mordicatiuæ ſtomachi, & hñt in ſe acuitatem, propter qđ tuſſientibus nocent niſi pparentur, ut infra, dant groſſum nutrimentum, & ad diſſoluendum difficile. Remouetur nocumentum eorum ſi prius in aqua calida infundantur. vñ Serap. ſic recedit acuitas & punctio quæ in eis eſt. & elongantur a mordicatione, & tunc ſunt quaſi mediæ inter q̃litatem calidam & frigidam, & inter ſubſtantiam aquoſam & terream. Silr̃ recedit ab eis oleaginitas qua redduntur inflãmabiles, & ſic præparatæ, aut in electuarijs, aut in cibis laudabile dant corpori nutrimẽtum. Et cõfirmat Iſaac. Cõferunt tuſſientibus, maxime a cauſa frigida, & educunt ſaniẽ de profundo pectoris, & dolorem in eo mitigant, & ſi cũ ſeminibus cucumeris datę fuerint renum ardorem vrinæ prouocando auferunt, & qñ cum ſapa præparantur, mundificant veſicam a ſanie, & lapidem frangunt. præcipue in pueris. Et debito modo corpori debili aut hectico exhibitę fortitudinem præſtant, & ſanguinem augmentant, & calefacti comedant eas cum çucharo, & infrigidati cũ melle poſtq̃ infuſæ fuerunt in aqua.

De ſale. Rubrica. XIIII.

LICET ſalis multiplices ſpecies ſint, tñ de ſale cõi, ſiue de ſale panis ad pñſens noſter ſermo fiat. Et eſt duplex. Vnus marinus, alius mineralis ſiue metallinus, & vterque ponitur ab authoribus calidæ & ſiccæ complexionis in ſecundo: licet Iſaac eum minus calidum expreſſit. Eligat̃ ſecundum Dioſco. mineralis boni & clari coloris non habens lapides, & cuius partes ſunt ęquales, & hic fortior eſt marino, licet hoc Gal. negauerit qui dixit eorum acuitatẽ eſſe æqualem. Dixit tamen Dioſco. & confirmat Meſ. cui hac in parte fidem nõ paruam adhibeo, & ipſum ſalem mineralem eſſe fortius exiſtimo, & potentius ſaltem ad operationes quæ ſunt incidere, exiccare, putrefactionem prohibere, &c. de quibus infra. ex ratione horum dico ipſum potius eligi debere, ſed ratione qua virtutes naturales confortant, vt quia appetitiuam, digeſtiuam &c. præſtantiorem eſſe exiſtimo ſalem marinum. Et ex hoc eligatur albus clarus, æqualis in partibus ſuis factus in radio ſolis æſtiuo tẽpore. Sal autem componitur ex partibus terreis aduſtis & amaris, et aqueis ſapore carentibus, quare cum plus partes terræ dominantur tanto ſal amarior, & eſt unum de ſignis bonitatis ſalis. ſ. priuatio amaritudinis. Eſt autem ſal liquefactiuus medius ſubtiliatiuus, reſolutiuus ventoſitatum, propter quod ponitur in ſacculis carminantibus, & aduſtus vel vſtulatus. Eſt maioris reſolutionis, & exiccationis, ſolutiuus, conſtrictiuus, præſeruatiuus a putrefactione, exiccatiuus, mordicatiuus, & interdum ad vomitũ præparans. Vbi ſciendũ, quia dicebatur q eſt ſolutiuus, q non eſt proprie radix in re medicinæ, ſed eſt ſicut ſtimulus, propter quod ponitur in clyſterijs, collyrijs, pilulis, & alijs medicinis, vt eas in educendo confortet, & etiam vt educat humores groſſos, viſcoſos, & hoc facit liquefaciendo quod ex humiditatibus venit, & poſt illud ſtringit vẽtrem. Thomaſious noſter accipiebat medium manipulũ ſalis, & inuoluebat lino in modum ſuppoſitorij, & ex eo habebat ſedes plures ex groſſis humoribus phlegmaticis quos proprie educit. Et ſal eſt confortans appetitum, & virtutem digeſtiuam, & facit cibos faciliter digeri, ppter quod ponitur in eis. vnde Ariſto. de ſenſu & ſenſato. Sal facit cibum ad fundum ſtomachi cito deſcendere: & ppter hanc etiam cauſam admonet. 21. problematum. proble. 5. vt i pane ponatur, quia ex eo redditur ſaporoſior & guſtui delectabilior, & digeſtioni facilior. Sed diceret aliquis contra, ſal habet in ſe multas partes terreas per quas valet. faciat cibum cui admiſcetur magis terreſtrem, vt exempli gratia. panis. & ex conſequenti redderetur difficilior digeſtio. igitur, &c. & motum eſt dubium propter auaros qui non permittunt in pane ſalem poni cum dicunt ipſum fruſtra in eo poſitum eſſe. Soluit Conciliator ex ſententia Ori. quia ſal ſui caliditate & ſiccitate habet reſoluere, & deſiccare illa quibus admiſcetur, vnde cum humido

Gale. ab alijs diſſenſio.

Salis bonitas q̃.

Sal i pãe ponẽdũ.

Auaros deteſtat.

aqueo. exempli gratia. panis admiſcetur ipſum reſoluit & exiccat ratione cuius panis reddebatur grauior & ponderoſior. Ex quo patet ꝙ panis ſic ſalitus leuior eſt, & digeſtioni paratior quantum eſt ex parte ſalis, licet etiã ad hoc concurrat confortatio virtutis digeſtiuæ per ipſum ſalem facta, & ꝙ ita ſit ut reſponſio dicit habere poſſimus ſigna duo. Primum quia panis ſic ſalitus quanto plus inueteraſcit, tanto leuior efficitur, quod non eſt ex alio, niſi ex conſumptione humiditatis, ratione cuius panis reddebatur põderoſior. Secundum quia piſtores falſi hoc ſcientes ſalem in pane non ponunt, nec ſufficienter decoquunt, vt pondera a præſide conſtituta adæquent. nam cognoſcunt humiditatem in pane cauſam eſſe ponderoſitatis quam igne minime conſumere volunt. Tertium poteſt addi: & ſi in. 2. videatur verti, ſed ad clariorem notitiæ euidentiam ponetur, & eſt, quia panis non bene fermẽtatus eſt alijs paribus grauior, & huius cauſa nulla alia eſt, niſi quia partes humidæ, aqueæ non ſufficienter a fermento fuerunt reſolutę que erat cauſa grauitatis panis. Et ex dictis haberi poteſt cauſa quare ſal corpora a putrefactione præſeruat, & eſt cauſa ſæpe quæſita, ſui enim ſiccitate conſumit, humidum ſuperfluum ebullire aptum ac putreſcere a calido continentis ſubintrando, & ſic denudando partem ab illo humido facit corpora longo tempore eſſe incorrupta, ſicut aloe, myrrha, balſamus &c. Amplius ſui ſtypticitate cõſtringit poros, & meatus corporum quæ ſaluantur, ita ꝙ neq; calidũ eorum innatum poteſt exire, neq; calidum continentis extraneum poteſt ſubintrare, propter quod talia tempore lõgiſſimo permanent imputrida, nocet cerebro & viſui ad intra fumotum. Remouetur eius nocumentum ſi lauatur aut torrefiat, aut ſi comedatur cum aliquo remittente eius acuitatem, vt eſt ſiſamum proprie, aut ſemen papaueris, ſtringit gingiuam mollificatam, ſed magis ſal gemmæ, & quando commiſcetur cum oleo, & ponitur ſuper combuſtionem ignis non ſinit locum veſicari. Et coctum cum oleo, & pauca tẽrebinthina ponitur ſuper puncturam nerui cæcam, & prohibet ab eo ſpaſmum.

piſtores notanť.

ſal cur a putrefactiõe ꝑſeruat.

Salis uim ſtre nantia.

combuſtiõis nõ cõtẽnẽdũ remedium.

De ſaluia. Rubrica. XV.

ET LICET ſaluia reperiatur ſyluestris & domeſtica, de vtraq; tamẽ erit ſermo noſter. Diuerſimode enim graduantur. Nam Serap. authoritate Gal. dicit ſecundum vnum textum ꝙ eſt calida caliditate modica, & alius dicit caliditate manifeſta, & eſt parum ſtyptica. Auic. vero dicit authoritate Damaſce. ꝙ eſt calida in tertio, & ſic. in ſecũdo. nam vt dicit calidior eſt & fortior maiorana. Credo tamẽ cum ſit multum ſtomachalis ꝙ eius caliditas nõ tranſcendat ſecundum gradum. vnde Serap. numerat eam in latitudine medicinarum calidarum in ſecundo gradu. et ſic plus adhæreo Gal. ꝙ̃ Damaſc. in hac parte. Circa inſtãs eam in primo gradu collocauit, & ſiccam in ſecũdo dixit.

Gal. magis pbať

Eligatur hortulana bene culta, & in loco non nimium humido nata boni ſaporis. Eſt reſolutiua ventoſitatum, et phlegmaticarum oppilationum aperitiua, confortat ſtomachum maxime, & exiccat humiditatem eius, confortat inteſtina debilis, propter quod eius vſus confert his qui ex frigiditate inteſtinorũ ventoſitates multiplicant. Inebriat velocius cum ponitur in vino, propter quod caueant ſibi qui catarrhum patiuntur ab impoſitione eius in vino, vt ſtomachum confortent, ne ex vna parte iuuamentum ſentiant, & ex alia ſibi nocumentum augmentent. Et appoſui hoc propter multos qui ſic delectantur ab impoſitione eius in vino cum prandent aut cenant, eſt tamen capitalis cum ponitur in embrochis & ſacculis ad reſoluẽdum materias phlegmaticas frigidas. Decoctio eius cum ſuis ramulis çucharo dulcorata quando bibitur vrinam & menſtrua prouocat, & fœtum educit, ſimiliter ſedat pruritum genitalium virorum & mulierum. & eius vſus in ſalſamẽtis optimus eſt, et trita poſita ſuper morſus venenoſos optime confert. & ſimiliter ſuper vulnera recentia retinet fluxum ſanguinis. Et eſt vltimo notandum ꝙ Auic. fecit capitulum de marmacora: & eſt ſaluia ſi bene inſpiciatur capitulum illud. licet Simon Ianuen. videatur dicere ꝙ marmacora ſit meliſſa. nam Auicẽ. fecit capitulum de meliſſa ſub hoc vocabulo bederençegni, & eſt vocabulum arabicum, & ponitur a Simone ꝙ eſt meliſſa. ſimiliter a Serap. Veruntamen eſt eliphacos græcæ, ſaluia latinæ, & in hoc vocabulo imitatus eſt arabs græcum, & hoc vocabulo ſcripſit etiam Serap. ſaluiam.

ſaluia caueať I vino.

Marmacora qd apđ aui.

Bederenzegni idẽ qđ meliſſa.

De petroſellino. Rubrica. XVI.

PETROSELLINVS calidus eſt & ſiccus in. 2. vt placuit Serap. verum non graduatur ab Auicẽ. & Iſaac ponit ipſum in fine tertij. Circa inſtans vero ponit in. 2. ca, & ſic. & credo eſſe verius præcipue intelligendo de hortulano qui multam habet humiditatem obtundentem caliditatem eius. Et fortaſſis authores illi de ſyluestri aut montano intellexerunt. Et ſi bene conſideretur mens Auic. in ca. de apio. nõ videtur eum eleuare multum in gradu cum uideatur ipſum ponere ex ſpeciebus apij. Eſt diureticus diſſoluens ventoſitatem, & herba eius cum alijs cibis poſita digeſtionem confortat. Radix tamen eius eſt difficilis digeſtionis, Et remouetur eius nocumentum ſi bene coquatur. valet etiam in prouocatione mẽſtruorum, & in cibis patientium colicam.

*De calidis in tertio, cuius rubricæ ſunt. xiiij.* **Cap. V.**

De allio. Rubrica. I.

ALlium enim eſt duplex. ſ. domeſticum et ſyluestre. Domeſtici complexio ab Auicẽ. ponitur calida & ſicca in. 3. vſq; ad. 4. & intelligo per ly vſq; &c. ꝙ ſit in tertia manſione tertij quę ad quartum terminatur: ita ꝙ ly vſq; teneatur excluſiue. multi tamẽ poſuerunt ipſum cal. in. 4. quod intelligi debet de prima manſione quarti, q terminatur ad tertiam tertij. credentes recens eſſe minus calidum non recenti, & hoc modo poſſunt conciliari hi qui videntur adinuicem aduerſari. De ſyluestri autem de quo non eſt præſens ſermo, tantum credo dicendum ꝙ ſit abſolute tale in quarto. Eligatur illud ex domeſtico, quod eſt minus acuium. Eſt inciſiuum, ventoſitatum carminatiuum plus omni alia medicina quæ ventoſitatem reſoluat ſm ꝙ Serap. poſuit, aperit oppilationes, prouocat vrinam vocem clarificat, confert tuſſi ex frigiditate, interficit vermes, & proprie cucurbitinos, ꝑꝑ qđ pueris interdum datur, confert dolori ſtomachi, & inteſtinorum ex frigiditate, eſt praui, & parui nutrimenti, debilitat viſum, & nocet capiti cholericis & naturaliter calidis. Remouetur ab eo nocumentum ſi comedatur cum acetoſia, & oleribus, ut ſi ante comeſtionem in aceto infundatur per tempus. Similr ſi bis elixetur, deinde condiatur cum aceto & ſale, & ſi comedatur a frigidis & humidis cõfert, & vrinam prouocat & ventrem humectat. vnde Auic. proprio ca. docet facere enema ex decoctione eius in ſciatica, & ipſum multum laudat. & ſubiungit. Qm̃ ſolutione educit ſanguinem, & humorem cholericum. Et decoctio eius cum olibano cõfert multum dolori dentium, & ſuppoſitũ prouocat mẽſtrua, & extrahit ſecundinam, & dixit Habẽ meſuai. ꝙ proprietas eius eſt ꝙ abſcindit ſitim q̃ eſt ex phlegmate ſalſo qđ generať in ſtomacho ꝑꝑ reſolutionẽ & deſiccationẽ eius in eo, & valet contra multa genera uenenorum morſus ſerpentum & hmõi. & aerem peſtiferũ. Vñ Gal. 12. therapeu. dixit. & ego demũ theriacam ruſticorum nolem hãc eſcã. Et Iſaac in fine cap. dixit. Et allia quidẽ proſunt his q ſunt veneno infecti, et frigidas paſſiones hñtibus, ſicut theriaca magna, mundificat, & incarnat vulnera. Et dixit Gale. Et vt valet ad vulnera fraudulenta ſi ponitur recens ſuꝑ ea, aut ſi deſiccatur & puluerizatur ſuper ea. Et expellit ſanguiſugas vndecunq; adhæſerint.

Alliũ vt comedẽdum.

Secũdinã extrahentia.

Ruſtico rũtheriaca.

De anetho.

De anetho. Rubrica. II.

ANETHI complexio diuerſificatur. Auic. ponit ipſum ca. inter ſecundum & tertium gradum. Gal. uero vſq; ad. 3. Idem Habẽ Meſuai. & Oribaſius. quibus tribus vt eſtimo magis credendum eſt: quoniam experimentatores fuere. Et ipſorum ſententię alludit Serap. ponẽs ipſum cal. vſq; ad finem tertij. Sed vnum quęro q cum reperiatur uiridis & recens & ſiccum ſit calidius humido, et humidum ſit eligibilius ſicco, q Auic. tanquam de eligibiliori locũ eius eſt. & de hu. Gale. vero & cæteri de eo quod eſt magis in vſu q̃ ſiccum. Et ſic conciliari poſſunt hi viri. Siccum eſt in ſecundo. Semen eſt magis in vſu. radix ſecundario, tertio herba eius. Debet colligi in vere. Eſt maturatiuũ humorum frigidorum, ſedatiuum dolorum a cauſa frigida venientium, carminatiuum ventoſitatum, & eſt aperitiuum. Remouet ſingultum ex inanitiõe cibi in ſtomacho factum, ſed generaliter ſemen eius ſtomacho nocet.

Remouetur eius nocumentum ſi cum limonibus comeditur, & ſorbitiones ex eo factæ lac multiplicant. Et ſimiliter ſemen eius poſitum in polentis lac multiplicat. & ſeſſio eius in aqua decoctionis eius hemorroidibus confert: & ſi comburitur eius ſemen: & ex eo fiat emplaſtrum ſup hemorrhoides aufert eas.

De cepa et ſcalumnia. Rubrica. III.

EX CEPIS reperitur diuerſitas ex parte coloris formæ & præparationis. Nam eorum quædam rubea, quædam alba, quædam rotunda, quædam oblonga, quædam cruda, quædam cocta. Conueniunt quaſi omnes authores q ſit cali. & ſic. in tertio: licet ĩ eo ſit humiditas ſuperflua. Dico quaſi, quia quidam non dubitauerunt eum ponere cal. in primo, qui longinqui ſunt, vt exiſtimo a veritate. & Gale. poſuit eum cal. in quarto, quod forte de ſicco longo rub. contrariauit quod eſt fortius, & poteſt conciliari, vt ſupra. Et ex eo melius eſt album, rotundum, coctum, ſiue aſſatum. Eſt ſubtiliatiuum, inciſiuum, abſterſiuum, fortiter aperitiuum, & inflatiuum. Et crudum non generat nutrimentum de quo ſit curandum, eſt tamen ſtomachi debilis confortatiuum, licet ſit difficilis digeſtionis, & ſpecialiter ſyluestræ, & facit appetitum. Eſt eligibilius ſi bis decoquatur, & vſus eius facit ſubet, & nocet itellectui, obtenebrat viſum mirabiliter, ideo vulgares dicunt. Tu me ha ſtrucca la cepolla in l'occhio. Minoratur nocumentum eius ſi cum aceto colluitur, aut decoquitur. & ſimiliter ſi aſſumatur cum lacte. Et quando admiſcetur cum adipe gallinæ, & ſuper callos apponitur. aufert eos. Et quando emplaſtratur cum ſale & ruta ſuper locum morſus a cane rabido confert valde. Scalumniæ ſunt quaſi in virtute ſimiles cepis, & mulieres noſtræ vtuntur eis dando pueris contra vermes. Non ſunt ergo pueris dandæ in magna quantitate: ſed paucæ & interuallatim.

Callos auferentia.

De porro. Rubrica. IIII.

PORRVM domeſticum quo in via cibi vtimur. cal. eſt & ſic. in tertio. & eo fortius eſt ſylueſtræ. Eſt it flatiuum, malum ſtomacho, difficilis digeſtionis, & illaudabilem humorem generat, facit capitis dolorem, obtenebrat viſum, & intellectum. Remouetur nocumentum eius cum aceto & oleo ſi cum eis præparetur. Et ſimiliter ſi bis elixetur, deinde cum bonis carnibus dinguibus addita radice fœnic, vel petroſ. Quidam eo vtuntur ante cibũ cum ſale & eo caſu confert purgando ſtomachum a groſſis humoribus, & viſcoſis, prouocat appetitum, & veneream ſoluit, & fuit cibus Thadei de Florentia medicinæ maximi illuſtratoris. Et ipſum cum melle ſumptum clarificat vocem purgando canna a groſſis humoribus, et ſuffumigatio facta ex ſemine eius cum alchitram ſiue cũ gummi cedri facit exire vermes de dente. Quidam moderni ſuperponunt pueris porros non tranſplãtatos ſuper ſtomachum ipſorum, & dicunt mirabiliter conferre in expellendo lumbricos.

De raphano. Rubrica. V.

RAPHANVS eſt duplex. ſylueſtris de quo non eſt ſermo & domeſticus, qui eſt in vſu comeſtionis. de quo ad præſens: Cuius complexio vt aſſerunt Iſaac Serap. & Gal. cal. in tertio. ſiccus in ſecundo. quibus hac parte adhęreo, licet Auic. dicat ipſum ſeu lignum eius cal. in primo & humidum: & ſemen cal. in tertio. Et non eſt dubium quin ſemen eius calidius eſt corpore eius. Vnde credo corpus ponendum eſſe in prima manſione tertij. ſemen in tertia tertij. Eeligatur raphanus elixatus. eſt enim magis temperatus, & maiores alijs paribus ſunt minoribus meliores vt patet. 20. proble. proble. ſecũdo. Eſt malus ſtomacho faciens eructuationem, difficilis digeſtionis, & poſt cibũ lenit ventrem, & facit cibum penetrare, & ante cibum facit natare cibum, & non quieſcit, & non permittit ipſum deſcendere ad fundum ſtomachi. & ideo impedit digeſtionem & propter hoc etiam facilem efficit vomitum, & proprie cortex eius. Nocet capiti, dentibus, & palato, & viſui ſaltem multum comeſtus, licet aqua eius in oculo deſtillata ipſum mundificet, & abſtergat. Si vero coquitur confert tuſſi antiquæ & humoribus aggregatis in pectore: & ipſe confert præfocationi accidenti ex fungis mortiferis.

Auic. ab alijs diſſenſio.

Comedatur nutritus in aqua, ita vt proijciatur aqua bis, deinde præparetur cum aceto & oleo & ſale, & ſcindatur valde ſubtiliter ĩ fruſta ſubtilia, vt digeſtiõi ſit paratior. Et folia eius vernalia quando elixantur comeduntur cum aceto, oleo, & ſale nutriunt plus q̃ radix. Et raphanus multiplicat lac, & auget ſperma, & miſtus cum farina lolij facit naſci pilos in alopetia, & eius aqua bibita prouocat mẽſtrua, & vrinam, & lapidem in renibus frangit. Et ſemen eius bibitum valet contra venena vt theriaca, & ualet cõtra morſum ſcorpionis, vt qui comederit raphanũ a ſcorpione non ſentit nocumentum. Et in aqua eius viſa eſt hęc experiẽtia, vt proiecta ſuper ſcorpionem redditus eſt ſcorpio immobilis & tumefactus intantum vt crepatus ſit. Vnde & Auic. dicit q fructum eius ſuper ſcorpionem poſitum interficit ipſum. poſtremo ex omnibus habetur q in uia cibi conuenientius eſt comedere eum poſt cibum q̃ ante. nam ſic comeſtus minorem agit ventoſitatem ſuperius aſcendentem, & cum ſua grauitate deſcendit inferius, & deponit cibum in loco coctionis, & melius digeritur, & virtutem magis confortat. vbi ante cibum aſſumptus inducit maxima nocumenta.

raphani pparatio.

pilos augeſcẽtia.

venenis mirum lmoduz raphani medeſ.

De ruta. Rubrica. VI.

ET LICET ruta non ſit cibus vſualis. plurimi tamen ea in cibis vtũtur, quare de ea aliquid dicere inſtitui.

Ruta domeſtica diuerſificatur ex tempore. nam recens & humida minus calida ponit & ſicca q̃ ſicca & antiqua: humidæ & recentis complexio cal. eſt in ſecundo Auic. cęteriq; q̃ plures authores Iſaac. Circa inſtans Gal. & cæteri omnes abſolute pronunciauerunt calidam & ſic. in tertio: quod maxime exiſtimandum eſt ipſos intellexiſſe de ſicca & antiqua: & in hoc conuenit ſententia Auic. cum eis.

Fœtorẽ ſirenãtia

Et ex ea melior eſt quæ oritur apud ficum, eſt inciſiua, reſolutiua, carminatiua valde, & confortatiua ſtomachi, et facit appetitum cibi, ſedat ſingultum phlegmaticũ. Et eius folia recenta in vino tempore meſſis, cõfortant ſtomachũ frigidũ, & aufert fœtorem, ſiue odorem ceparum & alliorũ maſticata. Et nota pro bibulis, qui prudentes & temperati haberi volũt in populo ſuo inordinato appetitum ſtudẽtes viſum corroborat, & inter cętera potenter valet ad epilepſiam puerorum ſi cũ ſucco eius nares eorũ ſtringant. Aui. prima tertij de cura eius. & fort⁹ iſto ſi puluis peonię bullitã in ſucco eius, & cum vino detur patienti, aut liniantur

rates &c. Item ex ea cum nucibus & ficu fit compoſitum ſiue antidotum in peſtilentia. Non pono remotionem nocumenti, quia non inuenio nocumētum manifeſtum in ea ſaltem dum accipitur in via cibi vel in cibis.

### *De roſmarino.* Rubrica. VII.

ROSMARINVS eſt herba qua ruſtici corpora leporum implent, vt ſint melioris odoris, & ne fœteant. Calidus eſt & ſiccus vſq; ad tertium: quidam tamen non determinant eius gradum. credo q; ſit talis infra tertium. Et flos eius dicitur anthos ex quo fit electuarium ſiue confectio quæ dicitur anthos quam ponit Nicolaus, quæ valet macilētis, cardiacis, et miro modo letificat hominem. Herba eius eſt in vſu. Eſt calefactiuus, reſolutiuus, ſubtiliatiuus, & ex conſequenti ventoſitates expellit, & aperit oppilationes hepatis, ſplenis, & inteſtinorum, confert cerebro ex cauſa frigida debilitata. ſcilicet recepto fumo ex decoctione eius cum vino, nec eſt in vſu eius nocumentum apparens. dico in vſu eius moderato, & quibus conuenit. nam calidis cholericis eſt aptus nocere, vbi frigidis aptus eſt conferre, & tu in his ſemper conſidera.

### *De ſinapi.* Rubrica. VIII.

SINAPIS eſt granum calidum & ſiccum in quarto gradu, licet Auicen. dicat vſq; ad quartum quod poteſt teneri incluſiue & excluſiue, ſed credo teneri debere incluſiue, vt eius via non diſſonet a ſententia Iſaac, & aliorum. nam ſemper debet quæri authorum conciliatio, vt quam melius fieri poteſt. Et ex eo melius eſt recens hortulanū, & ad rubedinem declinans. Eſt ſplenis extenuatiuum, & ſtomachi, exiccat humiditates capitis, ledit tamē cerebrū.

*auctorū cōciliatio ſp̄ ſq̄renda.*

Cuius nocumētum remouetur ſi cum ea miſceatur acetum, aut amygdale. & ſi ſumitur de ea parum, prouocat vrinam. ſi multum laxat ventrem. Cataplaſma ex eo, vel herba eius factum ſoluit ſtranguriam, & dyſuriā, & maſticatio multum valet his qui linguam habent ingroſſatam ex mala humiditate, & maxime præcedente bona purgatione. Similiter valebit in ſciatica cataplaſma ex eo factū, nota tamen ſemper q; vniuerſalia debent præcedere particularia.

*Sinapis vim ſfrenantia.*

*Vſia debēt p̄cedere pticularia.*

Sequitur de quibuſdam calidis quæ magis vim habent medicinæ quam cibi, immo cibi nihil, ſed ſunt ciborum condimenta, vt ſunt piper, garyophyllon, cinnamomum, maiorana, çinçiber &c. de quibus breuiter pertranſibo de eis ſolum tangens quæ neceſſaria erunt ad vſum, & condimentum.

### *De pipere.* Rubrica. IX.

PIPER reperitur in multiplici differētia, quoddam nigrum, quoddam album, quoddam longum. horum tamen in vſu magis eſt nigrum. Sed nota q; album eſt magis conueniens ſtomacho, & ipſum magis confortat, vt Auic. Piper autem nigrum eſt fortius albo. medicinæ autē ſtomaticæ ſiue res ſtomachum confortantes alijs paribus non debent multum in gradu eleuari. Omnes nāq; conueniunt piper eſſe cal. & ſic. vſq; ad quartum: quod ly vſq; a quibuſdam tenetur excluſiue, a quibuſdam incluſiue. Ego vero credo album eſſe tale infra. 3. Nigrum vero ad. 4. tendere, pp̄ quod album amplius laudatur, ſed quia nigrum ſine proportione hr̄ in maiori copia & meliori foro, hinc de eo plus vtimur non attendētes multum ſanitati, ſed auaritiæ & guloſitati. Eſt calefactiuum & vrinæ prouocatiuum, ſi de eo multum ſumitur ventris ſolutiuum, ſi de eo parum, vt prima probl. probl. 10. Eſt ſtomachi confortatiuum præcipue frigidi, & facit appetitum. eſt. n. ſanis cōueniens, & confert ægritudinibus neruorum ſm̄ oēm eius adminiſtrationem, & mundificat hepar, ventrem, & pulmonem, ut dixit Serap. propter quas proprietates fortaſſis Theutonici eo vtuntur in condimentis.

### *De garyophyllo.* Rubrica. X.

GARYOPHYLLON graduatur ab Aui. calidus & ſic. in. 3. quidam in. 2. debet intelligi verſus. 3. Vel aliter, quoniam quidam eſt optimus, & talis calidior, quidā nō ita bonus, & talis in. 2. graduabitur. & hoc patet ex decoctione ipſorum. nam qui ſunt meliores ſunt acutiores.

Eligantur autem qui in ſuperficie habent aliqualem planiciem. nam per hoc arguitur ipſos ſubtilem habere humiditatem qui ſunt tuberoſi aliquantulum, & qui ſunt acuti saporis, & quanto acutiores alijs paribus meliores. et quorum color ad aliquantulum ruborem vergat.

Stomachi, & hepatis ſunt cōfortatiui, & confert dolori ſtomachi vinum decoctionis eorum ex cauſa frigida, aut ventoſitate prouenienti, odorem oris bonum reddit, & cibaria guloſis gratiora reddit, aut puluis eius poſitus ī cōdimentis, aut corpus totum poſitum in corporibus auiū, & aliorum animalium, ita vt non ſolū ex ipſis ſtomachus confortetur, ſed cerebrum ex odore eius &c. vt patet. ualet in ſuffocatione matricis puluis eius bibitus cum vino odorifero calido. Item tale vinum odore ſui confert præcipitationi eiuſdem, propter quod eum multum venerantur mulieres, & vſum eorum habent. In eis non eſt nocumentum apparens.

### *De maiorana.* Rubrica. XI.

MAIORANA ab Auic. & Gal. ponitur cal. & ſic. in. 1. Circa inſtans & cæteri dicunt eam calidā in. 2. quorum diuerſitas tolli poteſt, & ad cōſilium reduci cum ſicca & humi. nam ſicca calidior eſt vt ſupra in reliquis cōſimilibus dictum fuit. Eſt reſolutiua, ſubtiliatiua, &c. cōfortat omnia viſcera, & præcipue caput. vnde vt credo propter eius bonum odorem a quibuſdam diligitur. Et fomentatio cum ea facta matricem mundificat, & confortat mirabiliter. & eius ſuperfluitates conſumit, & in initio ſ̄focationis potenter valet, propter quæ exiſtimandum eſt mulieres eam tm̄ diligere, licet domicellæ & philocaptæ ex alia cauſa eam diligant, & propterea ſerta ex ea faciunt ſibi, vt cauſam legitimam habeant eundi ad feneſtras. vbi a procis videri poſſint in quibus communiter eam tenēt aut gratia ſpatiandi.

### *De cinnamomo.* Rubrica. XII.

CVM CINNAMOMVM multum in vſu ſiue condimento cibariorum conueniat, ſtomachoque præ cæteris maxime confert, hinc in hac parte non eſt prætermittendum, ſed de eo dicendum quantus fructus ex eius vſu humano corpori accidat. Inuenio duos textus Auic. de eius graduatiōe. Vnus ponit ipſum calidum & ſiccum in tertio, & huic applaudit Iſaac de dietis particularibus. proprio ca. Alius calidum in ſecundo, ſiccum in tertio, & huic adhæret Auer. qnto col. de cānella ſiue cinnamomo. Gal. vero viſum eſt, vt ponit Serap. eum trahere ad tertiū gradum caliditatis. Sed cum cōſidero ea quæ maxime ſtomacho conferunt præcipue aromatica, inuenio ea non trāſcendere ad. 3. gradum. & ſi tranſeunt non exeunt primam manſionem tertij. Vnde cum illa quæ ſunt cal. in tertio notabiliter corpus humanum alterent, vt ſupra. primo trac. Et non ſic confortent, & præcipue ſtomachum. hinc credo textum Auicen. cui applaudit Auer. eſſe magis verum.

Eligatur nouum nigrum cineritium cum rubore quod eſt ſubtile leue, & rami eius ſunt ſpiſſi admiuicem leues & pleni nodis odorem habentes bonum, & eius odor debet declinare ad odorem rutæ & cordumeni. Et duo ſunt ſigna bonitatis eius. Primum, quia ſuo odore vincit odorem aliorum, quæ ſunt circa ipſum. Secundum, quia quando maſticatur, & guſtatur ſubito replet fauces ſuo odore magno. Dixit Galen. in libro de cibis. Cinnamomum aromatiçat ſtomachum, propter quod cinna. & alia ſtomatica debent cum eo aromatiçari. Confert frigiditati

*cinamomū aromatiçat ſtomachum.*

ditati eius,& frigiditati hepatis,facit ſomnum, aperit oppilationes,prouocat menſtrua,abſtergit obſcuritatem viſus, & deſiccat humiditates, quæ ſunt in capite,& ſtomacho.Et de proprietate eius eſt,ꝙ vſus comeſtionis eius cōfert obſcuritati viſus, quæ accidit ab humiditate etiam ſi cum pane comedatur. Cōueniunt autem auctores omnes in magna laudatione cinamomi in diſpoſitionibus ſtomachi, & maxime frigidis. Confert etiam frigiditati inteſtinorum,& expellit ventoſitates ab eis, & confert doloribꝰ renum,& vrinā prouocat. Auicē.in de viribus cordis dixit.ꝙ ineſt ei proprietas theriacę. Et propter multa quæ viderat Marſilius patauus ſcripta ab auctoribus de cinnamomo dixit.ꝙ in omni diſpoſitiōe ſtomachi nō erat prętermittendum cinnamomū. Dixit Auic.oleum eius mirabilem proprietatē habet in tremore,& quando fit linimētum ex eo & melle, delet maculam lacteam oculi,& lenti-
Lentigines delētia. gines faciei,& quando teritur cinnamomū,& ex eo,& vino odorifero fiunt trochiſci,& deſiccantur in vmbra,ſeruatur eius virtus vſqꝫ ad.xv.annos, & vſqꝫ horum trochiſcorum maxime confortant ſtomachum frigidum. Et ſi
Cinnamomi loco ponitur cubebe. non habetur cinnamomū ponatur loco eius duplum cubebarū,et hoc additum eſt,quia aliqñ repertum eſt marchiā noſtram.x.annis continuis carere cinnamomo.

### De zinzibere. Rubrica. XIII.

ZINZIBER calidum eſt in tertio,ſiccum in ſecundo.nam habet in ſe quandam humiditatem ſuperfluam,& maxime recens, & cum antiquatur efficitur magis ſiccum & minus calidum. Eſt calefactiuum,reſolutiuum,inciſiuum,ſtomachi confortatiuum,& maxime frigidi,& conſumit ſuperfluitates in eo exiſtentes.& ideo habentes ſtomachum frigidum aut humi.eo condito libenter vtūtur. à cuius vſu abſtineat qui hepar calidum habet,ratiōe cuiꝰ caliditatis ſtomachus redditur frigidus,& quaſi cōmuniter in omnibus inueni,& rationabiliter inueniri debet.ponitur in condimentis , & ſaporibus , & in eo inuenio nocumentum.

### De croco. Rubrica. XIIII.

CROCVS qui etiam in condimentis cibariorum ſępe venit à diuerſis diuerſimode graduatur. Auic.eū posuit calidum in ſecundo,ſiccum in primo.& in hoc conuenit cum Gale.Iſaac.ipſum cal.& ſiccum in primo abſolute protulit.nōnulli vero temperatum.Credo autem, vt ex effectibus apparebit ipſum cal.& ipſius fortaſſis caliditas eſt circa finem primi,aut principium ſecundi, vt inter hos tantos viros medię,aut ad concilium reducam. Eligitur nouus,cuius color tendat ad albedinem,longus,non frangibilis,plenus , qui quando fricatur cito tingit manus,acuti odoris. Eſt maturatiuus, ſtypticus, reſolutiuus, & ſm Gale.viſcera confortat, & oppilationes hepatis aperit, & cuius potus clarificat colorem,& eſt cordis,& inſtrumentorum anhelitus confortatiuus. Et licet ſtomachum confortet propter id quod eſt in ipſo caliditatis & ſtypticitatis,tamē facit nauſeam, & deijcit appetitū,propterea quia oppoſitus eſt acetoſitati , q̄ eſt in ſtomacho ex qua eſt appetitus. Vſus tamen eius facit dolorem capitis, & inducit ſomnū,& obtenebrat ſenſus. Et cum bibitur cū vino inebriat,ita vt roona perducat, vt dicit Auic.& eſt roona cū quis ſine cauſa ridet.Et dixit Conſtantinus proprietas cro-
Croci doſis. ci eſt ꝙ letificat adeo, ꝙ occidit nimietas eius, q̄titas eius ad hoc eſt.ʒ.iij.ad hanc ſententiā poſuit Auic.excitat coitum,vrinam,& menſtrua prouocat, & partum facilem fa-
Partus optimū auxiliū. cit. Vnde Raſ.fuit mulier quędā quæ pluribus diebus laborabat in partu,& dedi ſibi in potu.ʒ.ij.croci,& peperit ſtatim,& expertus ſui hoc ſępe,et ſemper fuit ita,et eſt hoc remedium cōmune in Italia apud dominas, & apud medi-
Croci loco qd corum maiorē partē. Dixerunt auctores ꝙ ſi accipiatur.ʒ.coſti.&.ʒ.corticis caſię ligneę,& quarta pars.ʒ.i.de ſpica,& totum adinuicē ponatur ꝙ tātum valet ſicut.ʒ.j.croci.Et ex dictis apparet quare cōmuniter in emplaſtris ponitur.in emplaſtris tamen capitis poni non debet. adhibeatur.

## De frigidis in primo,cuius rubricæ ſunt.15. Ca. VI.

ET ſi aqua ſit primū frigidorum , quia tamen de ipſis inſtitui ſcribere ſm ordinem graduum,& ipſa ſit talis in quarto,hinc de ea poſt amplius , quia de cibis prius, & de potu poſterius dicendum , & ipſa inter potus numeretur hinc &c.

### De amylo, Rubrica. I.

AMYLVM quia ſic nominari, & proferri debet, licet aliqui amylum pronuntient:eſt medicina cibalis magis q̄ cibus.de eo tamen aliquid dicatur , cum plurimi eo loco cibi vtātur, vt iuſculis eius. Frigidum eſt & ſic.in primo. Duræ eſt digeſtionis aliqualis, & ſi bene à ſtomacho digeritur.nam malum generat ſanguinem , & ſi cū ſimila,vel flore frumenti coquitur generat ſanguinem temperatum , & bene nutrit. Et poteſt fieri amylū ex hordeo, vel farre,& tunc optime cōuenit febrientibus acute. Decoquitur cum plurima aqua addito modico zucharo , & fient iuſcula clara, & ſic remouebitur nocumentū eius. Valet remouendo aſperitatem pulmonis, & cannæ,& iuſcula eius valent in abſcindendo ſanguinem à pectore, maxime ſi dentur cum zucharo vnius anni, & conſolidat vlcera pectoris & pulmonis, & tales pulmonatici vtuntur, & aliquando cum lacte decoquuntur.

### De citonijs ſeu cotoneis. Rubrica. II.

CITONIA reperiuntur in duplici differenia,quædam ex eis dicuntur poma,& quædā pira. Poma ſunt minus ſicca, ſed in actiuis nō multum excedunt pira , nec exceduntur ab eis, vt exiſtimo,qa tamen pira ſunt magis terrea,& poma magis aerea.hinc dicere poma minus frigida non imputabitur morſu digna.Sunt frigida in primo,ſic. in ſecundo:licet Iſaac dicat ea eſſe frigida in medio ſecundi,& dulciora ex eis ſunt minus frigida & minus ſtyptica. Eligantur matura & groſſa,ex eis conuenientiora ſunt aſſata,quæ hoc modo pręparantur. Concauentur & extrahantur ſemina , & impleantur melle, vel zucharo rub.deinde cooperiantur, & liniantur paſta vel argilla, & ſub cineribus decoquātur. Et moderni plures citonio concauato in eius cōcauitate ponunt zucharum tabarzeth coquēdo ſub cineribus. Vtuntur in fluxu ventris,& in hoc caſu eligibilius eſt zucharū,licet aliud eſui ſit delectabilius. Eſt ſtomachi confortatiuum, & confortat appetitum deiectum, & mortuū reducit, duræ eſt digeſtionis. Remouetur eius nocumentum ſi cum zucharo vel melle decoquatur, vt ſupra,aut elixetur, plurimus tamen eius vſus generat dolorē neruorum cholericū, & poſt cibum aſſumptum ſoluit,& ſi multum de ea aſſumitur , facit cibum deſcendere indigeſtum,ante cibum vero ſtringit, & tollit vomitum cholerę,non corrumpitur faciliter in ſtomachis ægrorū,quanto magis in ſtomachis ſanorum.

Cotoneorum pręparatio.

### De endiuia. Rubrica. III.

ENDIVIA eſt dupliciter.ſylueſtris,& domeſtica, domeſtica recens frigida eſt & hu.in primo. Et dicitur non tātet recēs,quia ſicca.eſt ſicca: vt Aui.ſecundo cañ.ex quo apparet ꝙ aliqñ ex tempore variatur rerū cōplexio in paſſiuis,quod de actiuis concludi poſſet,& ſimiliter ex loco. nam hortulana et culta,humidior q̄ non hortulana,& non culta orta in loco arido. Exiſtimo tamen quomodocunqꝫ ipſam, neqꝫ in actiuis, neqꝫ in paſſiuis tranſcendere primū gradum,licet aliqui trahant eam ad principiū ſecundi,ſed inter finem primi gradus,& principium ſecundi,non inuenio ſenſibilem differentiā. Sylueſtris autē frigida & ſic. eſt in eodem gradu , ſed remiſſius tamen , & quæ ex ea eſt amarior,eſt minus frigida, vt.14.tertij,de rebus conferen-

Endiuia ſylueſtris roſtrū dicitur porcinū, uel radicchio.

tibus hepati. q̄uis quidam dicant, ꝙ quæ vehementer eſt amara eſt calida, quam opinionē ſecutus eſt Guil. placentinus in ſuis ſimpl. & Haly ſecundo techni. & apud nos dícitur roſtrū porcinū, in Tuſcia et in Lombardia radichio atq; in foro Iulij, talia eſt aperitiua, & aliquali participat ſtypticitate. Eligatur ſylueſtris magis, & maxime calida, & eſt hepatis confortatiua, & ſtomachi quęcunq; dyſcraſia fuerit, & aperit oppilatiões hepatis, & maxime quę eſt magis amara. Nec in ea eſt nocumentum ſicut in reliqs oleribus frigidis, et quādo comeditur cum aceto ſicut cōmuniter fit, ſtringit ventrē, & tamen qn̄ coquitur ſiue ſylueſtris ſiue domeſtica confert debilitati ſtomachi. Serap. Et quæ ex ea eſt amarior deteriorem ſanguinem generat. Et emplaſtrum factum ex ipſa & radice eius confert morſibus venenoſis ſcorpionum & huiuſmodi.

*De faba,* Rubrica. IIII.

FABA eſt frigida & ſic. in primo, ita enumerat illā Sera. inter illa huius gradus, licet Aui. & Gal. ponat eā pximā eſſe æqualitati, ſed quæ ex ea ſicca eſt, ſiccæ complexionis exiſtit, quæ vero viridis humida humidæ. Eligatur groſſa alba non recens quæ à gurgulionibus non perforatur. nam recens eſt inflatiua magis. Eſt abſterſiua, & ideo decoctio eius purgat pannū ab oculo. Eſt inflatiua uētoſa difficilis digeſtionis, & maxime cū cortice comeſta, & quæ frixa eſt tardius digeritur, ſed paucioris exiſtit inflationis. Remouetur eius nocumentum ſi abſq; cortice comedatur, et decoquatur bis abiecta prima aqua vſq; ad ſpiſſitudinem pulcis cum ſaluia, pipere, origano, ſale, aut oleo &c. & prius ſteterit in aqua notabili tempore infuſa. & ipſa ſic decocta apud Lombardos dicitur pachiarina.

Faba vt comedēda.

Confert pectori, & pulmoni, et ſputo ſanguinis ſic preparata, & bonum dat nutrimentum ſm̄ Gal. et Hip. faba autem diu agitata donec ad ſpiſſitudinem uenerit, et magnū vt eſt faba dicta fauamenada facilioris eſt digeſtionis ea, quæ eſt cum corticibus, & difficilioris ea, quę eſt decocta ſine cortice, vt dictum. Si tamen de ea aſſumitur à ſtomacho forti, & moderata quantitate bonū, & ſolidum dabit nutrimentum, et maxime cū oleo oliuæ comeſta, aut brodio carnium pinguiū, & intellige ꝙ ſit bene agitata & ducta, vt inde fit facta lenis & alba, vt faciūt ſolēnes religioſi. facit ſodam, et nocet his qui ſunt conſueti habere eam. et facit videre ſomnia mala, & confert dyſenteriæ ſi concedatur decocta, aut frixa cū aceto, aut prius decocta cū aqua & aceto, deinde frixa. eſt autem cibus optimus dyſentericis ruſticis & patauis. Et ex ea ſic cocta & fracta cum vino, & agitata &c. fit optimū, & expertum emplaſtrū apoſtematibus, et tumoribus teſticulorum, et ego plures cum eo ſanaui. Sed nota ꝙ in calidis cum frigidis applica, & in frigidis cum calidis, et ſimiliter in tumoribus mamillarū, & maxime qn̄ lac erit caſeatum. Et docet mulieres non dare fabam gallinis ſuis, quia abſcondit generationem ouorum, & qui vſi fuerunt ea efficiuntur timidi, & cogitatiui, propter quod pauui &c. Cortex autem fabę nunq̄ digeritur, ſicut nec botrum vuę. Poſtremo aduerte ad id quod vulgares & matronę dicunt, & de hoc ſe habere experientiam. vt ꝙ ea quę à gurgulionibus perforata eſt ſit melior contra Auicē, & auctores medicinæ. Credo dicendum ꝙ ea, quæ à gurgulionibus &c. ſit facilius decoquibilis, qm̄ talis eſt humidior, cum ex eius humiditate ſuperflua, & nō bene regulata generentur gurguliones. Vnde arguunt vulgares citius decoquitur. ergo melior, quę conſequentia nō valet. quæ autem ſicca eſt non perforata difficilius, vel tardius decoquitur, ipſa tamen cum humiditate ſuperflua ſit magis munda melior exiſtit, ideo conſidera, & quia Patauus ſum tm̄ de faba motus ſum ſcribere.

Gallinis faba minime dāda.

Sauonarola homo Patauus.

*De granatis.* Rubrica. V.

REPERIVNTVR granata dulcia, muça, & acetoſa. Dulcia & ſi à quibuſdam ponātur æqua in actiuis. Credo vt placuit Auic. ipſa declinare ad latus frigiditatis & humiditatis ſaltem in prima manſione primi, & ſi ſint cito inflāmabilia. Vnde Auençoar cito in choleram conuertuntur. Acetoſa vero frigida, & ſicca vſq; ad ſecundū. Muça ſiue medij ſaporis medio modo ſe habēt inter hęc. Acetoſa pręcipue reprimunt choleram, & multos curant cum exhibitione bucellæ panis infuſæ in ſucco eorum ante exhibitionem cibi, quibus poſt aſſumptum cibum contingebat vomitus ad choleram in ſtomachis eorū exiſtentem ſtimulantem ſtomachum. Omnia ſtypticitate participant, licet dulcia minus, ſed dulcia ſunt ſtomacho conuenientiora & acetoſa minus. Muça vero medio modo. vnde ex eis vinum eſt melius, & grana eorum ſtomacho nocent. Febrientibus conuenientiora ſunt muça, dulcia vero mala acutas feb. habentibus, & ipſa ſunt pectoralia. Remouetur eius nocumentum cū caſeo mellino, aut diacitonitē. Et dixit Auic. tertia quarti. de cura prunæ ſiue carbūculi & ignis perſici. Et de medicinis bonis in hac hora, & poſt ipſam eſt, vt ſumantur granata acetoſa, & fundantur retro quater in aceto donec humectentur, deinde terantur & ponantur ſuper pannis, & adminiſtrentur, ipſum enim conueniens eſt in omni hora, & eradicat hanc ægritudinē in principio, & ſtatu.

*De charubijs.* Rubrica. VI.

CHARVBIÆ ſiue carubię fructus apud nos non bn̄ notus frigidæ ſunt et ſic. complexionis. Auer. & archadius, licet aliqui vt Ieſus eas dixerit calidas eſſe, & licet nō expreſſerint gradum, tamen cum Ieſus eas calidas &c. credo non multum eas eleuari debere, ſed in primo gradu frigiditatis & ſic. poni. Habent ſaporem dulcem cum aliquali ſtypticitate, & maxime ſiccæ. Ex eis meliores ſunt ſtomacho ſiccæ, tardæ ſunt digeſtionis. Remouetur earum nocumentum ſi cum penidijs comeduntur. Iſaac auctoritate Gal. dixit. Vtinam non ducerentur ad nos de hieroſolymitanis, quia earum nocumentū eſt nobis apparens magis q̄ in locis vnde apportantur, eo ꝙ recentes faciunt fluxum, & quando deſiccantur ſtringunt, quoniam deperditur humiditas earum, & ſubſtantia remanet terreſtris.

*De myrto,* Rubrica. VII.

SPECIES myrti, & ſi ſunt in vſu, quia mittūtur in ſaporibus &c. tamen habent vim magis medicinæ de eo parum eſt frigidæ & ſic. complexionis in primo, ſiccitas eſt maior frigiditate, ſunt ſtomachi confortatiuæ, & pręcipue calidi, ſed inter cętera prohibēt fluxum humiditatum ad ſtomachum, & maxime grana earum. quidā tamen trahunt ipſa ad ſecundū. ex granis earum cum uino cocto fit ſapor bonus.

*De melica.* Rubrica. VIII.

MELICA eſt granū ex quo fit panis minus nutriēs q̄ aliquis alius ex quocunq; alio grano fiat. Frigidū & ſic. in primo Gal. difficilis digeſtionis, ſtringit ventrem. & iō in dyſenteria facimus ex ipſo ſacculum quē ventri, & ano calefactum ſuperponimus, & vtilitatem prouocat.

*De neſpillis.* Rubrica. IX.

NESPILLA fri. & ſic. eſt in primo gradu. Iſaac. Confortat ſtomachum maxime calidum, modicum nutrimentum prębet & groſſum. Et melius eſt eam aſſumere ante cibum. poſt cibum vero quandoq; conferunt ad robur ſtomachi & ventris. Gale. in libro de euchimia. Sunt duræ digeſtionis, ꝙ ſi comedi voluerint, in ſtomachi confortatione aſſumantur in pauca quantitate.

*De bordeo.* Rubrica. X.

HORDEVM ponitur ab. Auic. frigidum & ſic. in primo, licet aliqui eum in ſecundo, vel ad ſecundū trahāt. Circa inſtans & cæteri. Eſt abſterſiuum, & mundificatiuū, aperitiuū, abſterſiuum quidē cum fuerit excortica-

tum

tum à cortice exteriori, & eo ſic vtimur, cuius excorticationem facilem docebo in fine capituli. Ex eo fit aqua tuſcula & far, vt dicetur. Eligatur albũ, & mundũ, & ſubtile, mediũ inter antiquum, & nouum, nõ corruptum, perfectum, & maturitate ſua non pulueri admiſtum, quod ſteterit in aere libero. Nutritiuum eſt, ſed minus frumento, & aqua eius eſt nutribiliori ſaoich ipſius, et ambo frangũt acuitatem humorum. Aqua eius fit accipiendo de eo excorticato partem, 1. & aquę partes. 20. decoquendo cũ facilitate vſq; ad conſumptionem medietatis aut duarũ partium ſemper abijciendo ſpumã, & decoquatur ſine fumo in olla munda. & ſic decoquendo exiſtimo, ꝙ remouetur nocumentum eius de quo dicit Auic. ꝙ nocet ſtomacho. Aqua eius eſt inflatiua, quæ omnia credo verificari de aq̃ ipſius non excorticati, & non multum decocti. Iuſcula fiunt ex farina eius, & aqua ſemper agitando, & ducendo leuiter ne ex fumo contagium recipiat. Far eius fit ex eo mundato, & groſſo modo confracto in olla, vel etiam cũ mola, et cum aqua decoquitur, & fit cibus optimus febricitantibus & maxime ex apoſtemate in ſpiritualibus, et in pleureſi &c. Et in calidis feb. aqua eius multum valet. laudat Auicẽ. eo ꝙ eſt infrigidatiua, & humectatiua &c. & in frigidis vero cũ apio & foeniculo, & quod eſt coctum cũ ficubus, & melle trito valet in febribus phlegmaticis. Modus excorticandi ipſum facilis eſt, vt prius in ſole, & melius in furno extracto pane deſiccetur. deinde balneẽ optime, & ſic balneatum ponatur in pixidem magnam. deinde cũ piſtello ligneo magno, et groſſo piſtetur leuiter. deinde exuſſleotur cortices, & ſic vſq; quo fuerit excorticatum bene. ſi cum pecia fricetur fortiter optime excoriabitur.

Hordei aqua vt inſtituẽda.

Far ex hordeo quomõ.

Hordeũ vt excorticetur.

*De piſis.* *Rubrica.* XI

ROBILIE ſm vulgare noſtrum piſa ab auctoribus dicte. Meſ. & Sera. &c. ab Aui. vero dicitur meiſce. Sunt ſm Iſaac frigidę in primo: mediæ vero inter ſiccitatem, & hu. & ſm Serap̃. ſunt ſiccitati q̃ humiditati magis propinquę, & eſt maxime verum de nõ excorticato, quoniam in cortice eius eſt ponticitas. Eligantur recentes, et magnę, ſunt inflatiuæ, ſed minus faba. A qua vt dixit Gal. to tota ſua ſubſtantia nõ remouetur pręterq̃ in duobus, quia non ſunt inflatiuæ, vt fabæ. ſecundo ſunt tardioris deſcenſionis à ſtomacho. generant chymũ laudabilem, & laudabiliorem ſi decoquũtur cum oleo amygdalino. Verumtamen nocumentum eorũ remouetur ſi cum eis decoquatur parum carthami. Nota tamen ꝙ textus Auic. ſic iacet, vt reperio, & non eſt in ipſo tarditas digeſtionis fabarum, ꝙ videtur contradicere textui Gal. paucum dat nutrimentum, & multam habet ſubſtantiam: ſicut cætera leguminis. Eſt cibus qui cõuenit febrientibus, vt Baldach. Conferunt dyſentericis ſi abiecta prima aqua decoquantur, & acetoſentur cum granatis acetoſis.

*De ſpanachijs, uel ſpinachijs.* *Rubrica.* XII.

SPINACHIA frig. & hu. eſt in fine primi. quidã trahunt eam ad ſecundũ: nec inter hos magna exiſtit diſtãtia. Eſt lenitiua, lauatiua, abſterſiua, & vincẽs choleram, & brodium earum fortaſſis refugit ſtomachus, quare ſine brodio comedatur, vt ẽt placuit Gale. Decoquitur prius lota cum aqua, & modico olei in patella: & eſt cibus conueniens ſanis, & confert pectori, & pulmoni, & maxime ſi coquantur cum oleo amygdalino, aut ſiſamino, & eſſet cibus plectoricorum. dum decoquantur in aqua eſt melioris nutrimenti q̃ blitis vel gryſolocanna.

Spanachia vt eſui apta

*De tribulis.* *Rubrica.* XIII.

TRIVLI dicti ab auctorib⁹ tribuli, & maxime fluuiales. de quibus eſt ſermo ſunt frig. et hu. licet aliqui dicãt ipſos declinare ad ca. propter dulcedinem, quæ eſt in eis, & de eorum gradu proportionabiliter dicendo, vt de cha ſubijs. Sunt multi nutrimenti. Et quidam ex eis faciunt panes tempore neceſſitatis. difficulter digeruntur, & videtur habere ſimilitudinem non paruam cũ caſtaneis, & Paduæ nominantur caſtaneę marchesanæ. Naſcuntur ibi in foſſato magno ſancte Iuſtinæ: et plurimi in eis delectãtur. Conferunt renibus, & ſtranguriæ, & frangunt lapidem in renibus & veſica.

Lapidẽ frangentia.

*De piris.* *Rubrica.* XIIII.

PIRA & ſaltem domeſtica, de quibus principaliter eſt ſermo abſolute pronũtianda ſunt frigida & ſic. ſed eorum quoddã magis appropinquat temperamento in actiuis, quoddam magis diſtat declinantia plus ad actus frigiditatis. Exemplũ primi, ut ſunt muſcatella, iaceola, ſementina. Et poſt iſta pira dicta ſancti Nicolai. pira de Pola ſeracena. Exemplum ſecundi: vt ſunt pira Nicolai, & multa alia, quæ non participant dulcedine multa, ſed habent dulcedinem remiſſam cum ponticitate admiſtã. Et de his omnibus apud nos reperiuntur in magna copia. Ex quibus inferre poſſum⁹ ꝙ muſcatella & huiuſmodi ſunt cal. in primo. reliqua vero in ſecundo. dicit tamen Auic. ꝙ in partibus ſuis reperiuntur, pira magnæ capacitatis, & rotunda multũ ſubtilis corticis boni coloris quaſi pini, & boni ſaporis, ita vt videantur ſicut aqua zuchari congelata, & cũ cadunt ab arbore ſuper terram deſtruuntur, & ꝙ iſta ſunt in quibus non eſt nocumentum apparens de ſpeciebus pirorum. Iſta autem nobis poſſunt eſſe ſicut metrum & mẽſura in iudicando de bonitate pirorũ. Eligantur bene matura, & non laudo maturationem eorum in paleis, ſicut cõmuniter fit. nam illa maturatio uidetur mihi non maturatio, ſed eorum ad putrefactionem pręparatio. Sunt ſtomachi confortatiua, & quæ ex eis ſunt propinqua temperamẽto, vt ſupra. ſunt boni chymi, & laudabilius prębent nutrimentum pomis. Dicitur ꝙ de proprietate ipſorum eſt facere vermes, colicam, quod maxime intelligendum eſt de crudis & põticis, & ieiuno ſtomacho ſumptis, & ideo decoquantur, & ſint dulcia, & maxime cum aniſo & zucharo, aut aniſo confecto comedantur, aut cum pauco pipere, cinamomo, zinzibere, aut ligno aloe, ſic. n. remouetur eorum nocumentum, decoquantur cum fungis, & maxime ſylueſtria, licet domeſtica etiã ad hoc valeant, & ſunt beçoar eorum, comedantur poſt cibũ, & non ieiuno ſtomacho, quoniam ſic comeſta non nocẽt. Dioſc. & ſemina interficiunt vermes. De ſylueſtribus, quia in vſu cibariorum non veniunt dictum eſt. ſunt tamen magis ſtyptica, & frigida domeſticis.

frig.

Pirorũ electio.

Pirorũ eſus.

*De ceraſis.* *Rubrica.* XV.

NON INVENIO expreſſam graduationẽ ceraſorum, ſed ipſa pono frig. & hu. ſaltẽ in primo, & magis frigida q̃ hu. Iſaac. cap̃. de prunis dicit. idem dicendum de ceraſis: quod de prunis. Gale. vero in libro de cibis dicit. ꝙ idem eſt dicendum de ceraſis quod de moris. Sed nota, ꝙ reperiuntur dulcia: acetoſa ſiue acria & pontica. Dulcia dicuntur proprie ceraſa. Acria vero bifurcãtur, quoniam eorum quædam dicuntur maraſcę, quædam verlę. Dulcia cito deſcendunt de ſtomacho, et iuuamentum, quod et inferunt eſt paucũ. ſunt. n. cito putreſcibilia, & molliunt uentrem, ideo vulgares tempore ceraſorum multum de eis comedunt, aſſerentes ipſa eſſe optima medicina ad ſubductionem ventris. Et male opinantur, quoniam nocumentum eſt maius iuuamento. ſunt. n. multũ, & faciliter putreſcibilia. Et acetoſa quæ dicuntur verlę ſtyptica ſunt, et magis cum ſint ſicca, et ſimul pontica, ſed minus acetoſis. vnde in fe. bene conueniunt maxime, et eo modo quo conſueuerunt dari infuſa in aqua &c. In feb. autem phlegmaticis conueniunt magis acetoſa. Eſt. n. in eis virtus inciſiua conferens, ſed vt dictum eſt in pręcedenti ca. medicus ſemper debet comparare iuuamentum nocumento, & quod pręiuuamẽtũ nocumẽto ſp comparãdum.

Ceraſa ſnimica medicis

ſtãtius eſt eligere. Dicunt uulgares ꝙ ceraſa ſunt inimica medicis, quia ſoluunt &c. relinquo de moro acetoſo ſylueſtri, quia dictum eſt ſupra de moro dulci.

## *De frigidis in ſecũdo cuius rubricæ ſunt. 18. Ca. VII.*

### *De bliti.* Rubrica. I.

BLitis apud Auic. dicta ſicla nota eſt, & reperitur alba viridis trahens ad nigredinem, et nigra eſt minus hu. & min⁹ ſtyptica. fri. eſt & hu. in ſecudo: vt Gal. licet Iſaac trahat ipſam ad tertiũ, qđ intelligi debet de prima manſione tertij. Aui. vero medians dixit ipſam eſſe cõpoſitarum virtutum, nonnulli eam pronuntiauerunt calidam, vt Oribaſius & Ioan. Eſt abſterſiua propter virtutem baurachiam, quæ in ea eſt ſubtiliatiua, lenitiua, aperitiua. Eſt nociua ſtomacho propter bauracitatem, mordacitatem, & propter hoc etiam eſt mali chymi, & pauci nutrimenti ſicut cætera olera. Dixit tamen Iſaac ꝙ laudabilẽ generat chymũ, quod intelligi debet de ipſa correcta, vt ꝙ abijciatur prima aqua, & pręparetur cum aceto, aut ſinapi, aut nuſci: aut alijs ſpeciebus communibus in vſu cibariorum, vſus tamen eſt malus. Et ex ſucco eius cum melle cõmuniter fit caputpurgium in educendo ſuperfluitates à capite, qa atriplex quaſi ꝓpinqua eſt bliti: & ſic ab Auicẽ. ponitur cap. de ipſa non facio mentionem, quoniam in uſu cibariorum non venit.

Olera pauci nutrimenti exiſtunt

### *De cucurbita.* Rubrica, II.

CVCVRBITÆ frig. & hu. ſunt in ſecundo. Eligantur recentes & virides, ſunt infrigidatiuæ, humectatiuæ, laxant ventrem, & nõ prouocant vrinam. baldach. de quo mirabitur quis forte, cum earũ ſemina ſint urinę prouocatiua. Nec mirandum. quoniam ſemen ſępe contrariæ eſt complexionis ab eo, cuius eſt ſemen, vt ſupra de citro, & ex conſequenti contrariæ proprietatis & virtutis. nam pira vermes generant, et ſemen eorum interficit eos, vt ſupra. De cucurbita cõueniunt omnes ꝙ ipſa conuertitur in eum humorem quẽ in ſtomacho inuenit, & ex ipſa generatur humor bonus, vel ſm̃ ꝙ ei aſſociatur alter aut alter cibus, vt ſi cum ſynapi comeditur malus inde humor generatur, ſi cum citonijs, aut agreſta, aut vino granatorum cõmiſcebitur, inde bonus humor generabitur, et pręcipue in ſtomacho calido. Semper aduertatur ad complexiones cũ laudatur res, quoniam per eas graduatur, & non ita conuenit maxime cũ ſimplex datur, vt medicinæ cibalis, & pauci nutrimenti, ſicut cætera olera, ſed maioris exiſtit cũ elixatur, & velociter deſcendit de ſtomacho ſi non corrumpitur ante digeſtionem propter aliq̃ cauſam, vniuerſaliter cucurbitæ ſunt malę quibus dominatur phlegma aut melancholia, & bonæ ſunt choleticis, & maxime in æſtate cũ modicum elixantur, & decoquuntur in ſartagine, & ſuper ipſam funditur agreſta, vt cõmuniter fit. Cõueniunt itaqꝫ habentibus humores calidos in ſtomacho, & de proprietatibus earum eſt inducere colicam. dixit Gal. Sicut cucurbita eſt minoris malitiæ q̃ cæteri fructus æſtiui quãdo bene digeritur, ita ſi non digeritur, & non deſcendit à ſtomacho cito corruptio eius eſt mala valde, ideoqꝫ bene ſani, & mundi ſtomachorũ calidorum aut non frigidorum eis uti poſſunt ſecure in moderata quantitate plus alijs &c. Experimentum optimũ, & probatum, cinis cucurbitæ ſiccæ, et combuſtæ puluerizatæ ſuper vlcera virgæ putrida mundificat, & conſolidat perfecte.

Semẽ ſæpe cõtrariç ẽ cõplexionis ab eo cuius eſt ſemen.

Vlcera uirgę ꝑfecte ſolidantia

### *De lactuca.* Rubrica. III.

LACTVCA frig. eſt & hu. in ſecundo. Eligatur ampla, & citrina, & quæ lacte caret. Eſt facilis digeſtionis, & confert ſtomacho maxime calido, & maxime hortulana de qua eſt ſermo, quia de ſylueſtri ad pręſens nõ curo. vnde aſſumpta cum aceto facit appetitũ, ſed ea meliorem, quæ recipit decoctionem aliqualem, non abluta melior eſt abluta. ablutio. n. addit inflationem, ſicut in omnibus oleribus frigidis. Remouetur nocumẽtum eius ſi cũ ea comedatur apium, vel petroſelinus, facit ſomnũ, et maxime ſemina eius, & etiam herba. Vnde Gal. non inueniẽs remedium ſuæ magnæ vigiliæ comedebat lactucas in ſerculo cũ modico piperis, & parumpoſt reſtitutus eſt ſomno, & hoc remedium multum magnificat, ut ſupra in precedenti tractatu.

Ablutio in oleribus frigidis vitanda.

### *De melone.* Rubrica. IIII.

MELO ſiue pepo fri. & hu. complexionis vſqꝫ ad ſecundũ, & dulcis minoris eſt frigiditatis, Imo quidam dulcem calidæ exiſtimant complexionis. Eſt abſterſiuus, & prouocatiuus, minus tamen q̃ bateca, & cucumer tardę eſt digeſtionis. melior tamen eſt bateca, nec ita faciliter corrũpitur. nam bateca in eum humorem conuertitur, quem in ſtomacho inuenit, ſed ad phlegma eſt decliuior, & ſi nõ digeritur cito ad naturam conuertitur venenoſam, quare cũ ſentitur eius indigeſtio euomatur. debent tamen pepones comedi ante cibum alium. nam ſi poſt cibum comedũtur faciunt cibum indigeſtum ex ſtomacho lubricare, & rugitum, & ventoſitatem generant. volentes itaqꝫ eos ſine nocumento comedere ante oẽm cibum comedãt ſtomacho exiſtente vacuo ab humoribus. et vt remoueatur nocumẽtum ipſorum comedantur cum ſeminibus, & matre ſeminum eorũ, quæ cum carne eorum cum modico zucha. aut penidiarum. Vtrũ autem poſt eorum aſſumptionem ſit bibendum. dicetur in fine capituli. Nocumentum ꝙ multus, & continuus vſus eorum, vt cõmuniter fit, inducit homines ad colicam. caueant ergo, qui hoc peccato intincti ſunt. Semina eorum valent in mundificando renes, & in frangendo lapidem in eis.

Melopepones ut comedendi.

Lapidẽ frãgẽtia

### *De cucumeribus, & citrullo, & anguria.* Rub V.

DE CVCVMERE dicit Gale. ꝙ eſt ſubſtantiæ groſſæ, & duræ digeſtionis malum generat chymũ, paratum corrumpi, & fieri materia febrium putridarum malarum, quãuis pepo magis ſit corruptiuus, & virtus eius eſt ſicut peponis, ſed eſt frigidior, & humidior ad intus ſecundum gradũ. Ex quibus fortaſſe colligi poteſt cauſa, quare Venetijs omni anno tot multiplicantur febres putridæ. nã vſus multus, et continuus cucumerum non ſolum à pauperibus, verum & à diuitibus, & nobilibus factus cauſa eſt earum, ad quod concurrit vſus multus, & aſſiduus aliorũ fructuum. Eſt abſterſiuus, prouocatiuus, nõ tamen ſicut melo: &c. Dioſ. tamen dixit de eo, ꝙ eſt bonus ſtomacho. hoc idem Aui. proprio. c. credo ipſos intelligere ipſum eſſe bonum in via medicinæ alterando ſtomachum calidũ. Nam ſubdit Auic. et ipſe raro digeritur bene, ſed intelligit de eo in via cibi, quia vt ſic eſt ſtomacho valde malus. De citrullo idem dicatur quod de cucumere. nam eſt tardioris digeſtionis, & facilius diſcurrit in venas crudus, & febres magis chronicas facit. De bateca ſiue anguria idẽ dicatur: quia ipſa eſt frigida & hu. plus q̃ pepo, ad intra tamen ſecundũ gradum, & quæ ex ea eſt dulcior minus frigida, & eſt magis abſterſiua melone. Mouetur hic dubiũ à multis expectatum. vtrum poſt pepones debet uinum ſumi: & quale & quantum. Auic. tertia primi. c. de regi. aquę & vini. Super cibum mali chymi, bibere vinum dum comeditur aut ante aut poſtq̃ digeritur eſt malum, quoniam facit malum chymũ in extrema corporis penetrare, & ſimiliter ſuper fructus, & proprie melones. Ad oppoſitũ. fama cõmunis nõ omnino deperditur quã populi ſamãt. Habec ſeptimo. ipſa. n. cõſequitur impetus cęleſtes. Famoſum. n. eſt et proprie apud nos Patauos cum aliquod vinũ eſt potentius, & aromaticum id bonũ pro peponibus exiſtere. Reſpondetur pręmittẽdo, ꝙ vinum aſſumptũ poſt eſum peponum, aut ſumitur via alimenti, aut gratia corrigendi malitiam peponis aſſumpti. Secundo pręmitto, ꝙ

Venetijs ſemꝑ omni anno febres putridæ.

Vinũ ne poſt pepones.

aut

aut ſitis poſt ipſum aſſumptum eſt valida et fortis, aut debilis & remiſſa. Iuxta hoc ponantur concluſiones. Prima q̧ ſi ſitis fuerit valida, & fortis, ſuper peponem aſſumptum eſt bibendum. hęc concluſio eſt de mente Raſi. quarto Almanſ. & Gal. in libello de maraſmo. Secunda concluſio. ſi ſitis fuerit remiſſa & debilis, & vinū bibatur gratia corrigendi &c. tunc ſuper ipſum eſt bibendum vinum potens & aromaticum, et in parua quantitate. Et hęc concluſio eſt Iſaac in libro ſuo de dietis. & Gal. ſecundo regi. acutorum. & Auicen. tertia primi. allegato ca. Tertia cōcluſio. ſi vinum bibatur alitionis gratia ſuper peponē non potandum, & pręcipue in quantitate magna. Praua. n. humida in extrema corporis penetrare facit. hoc voluit Aui. in auctoritate ante oppoſitum deducta. Et ſi dicatur, videmus quotidie oppoſitum: vt q̧ non patiuntur qui bibunt vina potentia in magna quantitate poſt pepones. Dicendum q̧ ſi non patiantur in pręſenti, lęduntur deinde in poſterum ex aggregatione paulatine facta humorum &c. vt Gal. alimentorū primo. Quarta concluſio, & eſt in Aui. alle. ca. ſuper peponem bibere. ij. vel. iij. brielas. briela eſt nomen menſurę. vnde bria. i. menſura. briela eſt parua mēſura. q. d. Auic. ij. vel in briela. i. duos vel tres paruos hauſtus non nocet ei qui conſueuit. Conſuetudo nanq; eſt res potētiſſima in cōſeruāda ſanitate. ſecūdo in regi. acutorū.

Briela nomen menſurę

### De prunis. Rubrica. VI.

PRVNA reperiuntur in multiplici differentia. Eorū quædam alba, quædā citrina, quædam rubea, quædam nigra omnia nāq; frigida & hu. complexionis, ſed ex eis quę dulciora ſunt ad intra primum gradum ponuntur fri. quæ autem minus dulcia, & aquoſa magis ad ſecundum perueniunt gradum. Muça uero ex eis medio modo ſe habēt, inter hæc omnia ſunt magis hu. q̄ fri. Et ex iſto tollitur quædam apparens controuerſia inter auctores de graduatione ipſorum. & tu conſidera. De electione ipſorum ab auctoribus eliguntur damaſcena, ſed talia nō habemus hic apud nos, ſed loco ipſorū eligimus nigra, quæ naſcuntur de mēſe Auguſti, & dicuntur auſtana, & talia reperiuntur parua & magna. Nam magna rotunda, & magis carnoſa, & parui oſſis ex his ſunt eligibiliora, deteriora olum ſūt alia magis, tu tamē per te habita notitia extremorum notitiam de medijs iudica. Sunt infrigidatiua & humectatiua, grauāt ſtomachum pręcipue alba, & omnia ipſum mollificāt, & penitus ſtomacho non conueniunt oīſi illi in quo eſt multa cholera citrina, et eſt complexione fortis. Ex quo ſequitur q̧ non ſemper laudandus eſt vſus eorum, vt cōmuniter à quibuſdā medicis fit. nam in corpore cholerico multiplicamte choleram in æſtate in ſtomacho eius competere poſſunt, & conceduntur ad ſubductionem cholere à vētre. Nota tamen q̧ omnia ſoluunt, & humida magis q̄ ſicca, & dulciora magis q̄ acria, & muça, & magis magna q̄ parua, licet Dioſ. dixerit q̧ damaſcena ſtringant quem erraſſe expreſſit Gal. & Meſ. videtur idē implicite dicere.

Dioſcorides errata.

Sed aduertēdum q̧ reperiuntur pruna parua ſylueſtria naſcentia in fratigeris ſiue ceſis, quæ dicuntur apud nos brugnoli, & iſta ſine dubio vētrem manifeſte ſtringunt, & ex eis fit achatia, & de ipſis nō ſum locutus principaliter, qm̄ non veniunt in vſum cibarij, ſed medicinæ. Remouetur nocumentum eorum cum zucharo roſ. de ipſis dicit Gal. in libro alimentorum. Ex iſto autem fructu corpus recipit pauciſſimū nutrimentū. Vtilis ad infrigidare, humectare, ſubducunt ventrem midiocriter. Item dicit q̧ confert ſubductioni ventris ſi poſt oblationem eorum ſuperbibatur vinum ſtando per certum ſpatiū temporis, deinde ptādere. Poſt aſſumptionem eorum nobilibus conuenit vinū dulce, cæteris melicratū. Vtimur eis ſiccis infuſis in aqua in feb. Scito tamen q̧ licet vtraq; in ſtomacho corrūpantur, ſicca tamen minus corrumpuntur, & humida putrefactioni ſunt parata, ſed quando aſſumuntur ſicca dantur ad alterandum non ad nutriendum. Et tūc oportet medicum

Achatia ex quibus confecta.

comprehendere quid inde magis ſequatur iuuamentū, aut nocumentum reſpiciendo quantitatem eorum aſſumptorum, licet eo caſu ſolus videatur ſuccus deglutiri. Poſtremo notandum q̧ pruna poſſunt ad ſolatium fieri ſolutiua multum hoc modo perforetur arbor in duobus, vel trib⁹ locis, ita q̧ vnum foramen diſtet ab alio per ſpatiū vnius palmi, deinde impleantur foramina ſcamonea, & luto ſiue argilla cooperiantur, & inde fiunt fructus ſolutiui, & hoc maxime faciunt iameni. Item ſcito q̧ ſi decoquātur pruna in aqua vſq; ad ſpiſſitudinem, & detur de ea aqua aratori lib. i. cum zucharo ſoluit. ego autem dedi ſuccū ipſorum cum zucharo: & ſucceſſit.

Pruna quomō ſolutiua fiant.

### De chryſomillis. Rubrica. VII.

CHRYSOMILLA ſeu griſolima, et noſtro vulgari armilini. Sunt fri. & hu. in ſecūdo. meliora ſunt minora ex eis, & in montibus nata, generant phlegma groſſum viſcoſum in concauitate hepatis, & venarum, quare ex eis feb. diuturnæ fiunt. Sunt vomitus prouocatiua, & infrigidant ſtomachum vehementer, & facile corrumpuntur, & eorum corpus vniuerſaliter malum eſt, ſed horum infuſio ſedat ſitim. et cōuenientiora ſunt ſtomacho q̄ perſica. Comedātur ante cibum ſtomacho inanito, quia poſt cibum exiſtente pleno natant in ſuperiori parte, & in aciditatem putredinēq; cito conuertuntur, & poſt eorum aſſumptionem accipiatur aniſum, maſtix, vel vinum vetus, vel odoriferum nouum, et valet contra choleram, ſicut thamarindi, & ſibi ſimilia, & infuſio ſiccorum confert febribus acutis. Et oleum ex nucleis eius valet hęmorrhoidibus, & expertum eſt Auer. Sunt naturę perſicorum, ſed non habent omnem proprietatem eorum.

### De perſicis. Rubrica. VIII.

PERSICA reperiuntur multifaria. nam ex eis ſunt quædam quorū caro ab oſſe non ſeparatur, quędam quorum ſic. Item quędā dulcia, quędam muça ad acredinem, vel remiſſam acetoſitatem declinantia. Item quędam quæ dicuntur perſica citonia, quędam quę dici debent, aut poſſunt perſica poma. Item quędam dicuntur, & ſunt perſica ſanguinaria. Item quędam nux perſica, et quędam antiperſica, & ſunt griſolima de quibus ſupra. Et horū olum quędam ſicca, quędam hu. ſiue recentia. Omnia ſunt fri. & hu. vſq; ad ſecundū. verumtamen recipiunt intenſionē, & remiſſionem intra hūc gradum. nam dulcia cæteris paribus ſunt minus frigida, acria vel acetoſa magis fri. muça vero medio modo ſe habentia. Eligantur magis dulcia odorifera. Et quoniam ſunt nociua propter eorum humiditatē putreſcibilem de facili. hinc forte exiſtimo citonia eligibiliora q̄ poma alijs paribus. Citonia dico perſica &c. Sanguinaria vero ſunt multum putreſcibilia. Nux perſica vero digeſtioni difficiliora, & vt exiſtimo cæteris frigidiora. ſunt. n. magis ad ponticitatem et acredinē, vt ſupra tendentia. Omnia tamen ſtypticitate participant, licet remiſſa, ſed nux perſica magis, & perſica citonia plus pomis, & ſicca plus humidis. Et licet ſint cito putreſcibilia, qd' declarat velox putrefactio, quæ eis ad extra contingit, tamē ſtomachum confortant, & mouent appetitum ad cibum. Et meliora & digeſtibiliora ſunt ea ex quibus egrediūtur oſſa. Baldach, ſed ſapidiora ſunt illa à quorum carne oſſa non ſeparantur ſemper alijs paribus. Ex quibus patet ſolutio ad quæſtionē moueri ſolitam à nobilibus, quę meliora ſunt an ea quorum caro &c. Et ſi arguitur ſapor melior inſequitur meliorem pēpaſim. i. digeſtionem, ſed vbi eſt melior digeſtio alijs paribus hoc digeſtibilius uidetur. igitur conſidera tu. Nota tamen q̧ quę ab oſſibus ſeparantur ſunt minus humida humiditate ſuperflua. ideo &c. Sicca autem difficulter digeruntur. & nō ſunt boni nutrimenti, ſed tamen multum ſtomachū confortant, & maxime ſi cū melle decocta fuerint. Et non debent pſica comedi poſt cibum, ſed ante, quia corrumpuntur et corrumpūt cibum.

Perſica qn̄ cōedenda.

Et debet cum eis ad remouẽdum nocumentum eorum bibi vinum vetus odoriferum, aut in eo infundi, ut ſit cõmuniter. Et de eis dicit Auer. quinto coll. ꝙ habẽt mirabilem proprietatem reſiſtendi ictori à ſtomacho prouenienti, & odor eorum valet contra cardiacam paſſionem, & eſt cordialis. Scito poſtremo tu, qui eis libẽter vteris ꝙ poſt ſpatium aſſumptionis eorum ſatis lõgum vnius, vel duorum mẽſium &c. faciunt feb. longas. Oleum ipſorum valet in doloribus aurium in cauſa cal. & fri. vt dicit Auic.

### *De milio.* R*ubrica.* IX.

MILIVM granum ſatis notum fri. & ſic. complexionis vſq; ad ſecundum. Et eſt granum ſtypticũ, & exiccatiuum ſine mordicatione. Eſt tarde digeſtionis, et in ſua ſubſtantia, & in pane eſt ſanguinis pauci generatiuus, et cũ hoc regulariter generat ſanguinẽ malum, quare ab eo abſtineant, qui debilium ſunt ſtomachorum, ſua tamen ſtypticitate videtur ſtomachum confortare, & ex eo fit polẽta, & ſimiliter fit ex eo fracto & excorticato, ſicut fit de panico cibus polenta, aut naturam ſapit milij. Et ſi in decoctione aliqualem recipiat caliditatem, tamen ab aqua recipit frigiditatem fortaſſe ampliorẽ, et eſt difficilis digeſtionis, tamen ſi comedatur cũ lacte, & bene digeratur dat bonum & ſolidum nutrimentũ. Et datur cibus ex grano eius

*Paſtores cur pingues*

excuſſo cum lacte, aut cum aqua furfuris, et oleo amygdalino recẽti. Ex iſto apparet, quare paſtores ſunt ita pingues & pinguedine ſolida. Fit & etiam ex eo panis, & ipſe minus nutrit pane, qui cõmuniter fit ex alijs granis. Dico cõmuniter, quia etiã interdum fit panis de panico, qui eſt minoris nutrimenti. Auic. Et panicum ipſum eſt ſpecies generis, ſicut & milium. Aui. ſed eſt magis frigidum & conſtrictiuum. vnde cæteris dicitur habere ſimilitudinem. Nam quinto coll. cũ dixit de milio ſubdit. et hoc idem facit panicum. Idem Iſaac. Et multum quidem decoctũ cum rebus dulcibus, vt cum lacte. & maxime chalibeato confert fluxui cholerico, & dyſenterio, & cũ zucharo, et lacte amygdalarum, & oleo amygdalino, & butyro confert aſperitati pectoris. Gal.

*Panicũ vt præparetur.*

Panicum conſueuit multipliciter præparari & aſſumi, quandoq; præparatur cum carnibus pinguibus, vt anatibus pinguibus, quandoq; cũ lacte, et quandoq; cum aqua ſola, & bibitur quando ſic præparatum eſt cum vino, cum carne pingui coctum boni laudabilis, & plurimi nutrimenti exiſtit, ſiccitatem ſuam amittit, et ſtypticitatem propter mollitiem, & lubricitatem pinguedinis. Coctum cum lacte eſt laudabilis nutrimenti, cũ vino vero bibitum cum eo ſe ſolum aqua decoctũ eſt ſtomachũ mundificat, & vẽtrẽ ſoluit per accidens.

*Mediolanenſiũ medicorum opinio.*

Dicunt Mediolanenſes, ꝙ eſt refrigeratiuum &c. & verum dicunt. Cæteri vero ꝙ ſumptum cum vino calefacit, & eſt verum hoc modo ſi aſſumitur calidum cum vino ſatis potenti. ipſum nanq; multum retinet caliditatem vini propter eius terreſtreitatem. Et ideo patientes tuſſim ex frigore eo cum vino calido vtuntur, & bene quãdo ex ſola complexione frigida dependet.

Sed vltimo reſtant dubia duo de milio. primũ an ſuper polentam comeſtam ſine lacte, ſed cum caſeo ſit bibendũ vinum aut aqua. Secundũ an ſuper ipſam cum lacte comeſtam ſit bibendum vinũ aut aqua. Ad primũ dicitur ꝙ ſumatur vinum in pauca quantitate cum corrigat malitiam polentæ ex parte qualitatum primarum & ſecundarum, cum viſcoſitatẽ tollat aliqualiter, propter quod poſt ipſam bibendum eſt vinum.

*Vinũ cõſuetis audacius dandum.*

Dico ſecundo ꝙ cõſuetis audacius, & plus dandum vinum eſt &c. vt ſupra de peponibus. Ad ſecundũ dicitur ꝙ melius eſt bibere aquam. uinum. n. vniuerſaliter aſſumptum poſt lac bibitum ipſum coagulat et corrũpit. quinto de ingenio ſanitatis. Et idõ phthiſici, q aſſumunt lac poſt ipſum aſſumptũ uinũ nõ potent.

### *De arancijs.* R*ubrica.* X.

IN ARANCIIS duplex reperitur natura. vna quæ corticis, & alia quæ carnoſitatis. Corticis complexio eſt ca. & ſic. in ſecundo, acetoſitas eius eſt fri. & hu. in eodem ſed intenſiorem gradum obtinet, vt experientia docet. Ideoq; cum acetoſitas ſit in quanto maior cortice & intẽſioris grad⁹ frigiditatis ꝗ ſit cortex caliditatis exiſtimo dicẽdum ipſas poſſe dici frigidas et hu. in principio primi. Eligantur ponderoſa magis, & minus acetoſa, & iuxta vulgare minus acria. nam illa quæ ad dulcedinem trahunt minus ſtomachum lędunt & ſunt minus frigida. Odor eorũ confortat cerebrum, et cor. Et cortex eius ſi ſit difficilis digeſtionis, tamen confert ſtomacho frigido & maxime cõfectus, & adiuuat ad digeſtionẽ. Caro eius confert ſtomacho calido & cholerico, & nocet frigido multum, vt experientia notat. Reprimit choleram, & ipſius acuitatẽ extinguit. Ideo cum phlebotomatur quis, & dubium ſit de motu cholerę debet exhiberi ante phlebotomiam acetoſitas eius. Interficit vermes maxime propter amaritudinẽ corticis, & ſeminum eius. et ideo quidam concauant arancium & replent eum oleo abſinthij, & aloe puluere garyophyllorum, & hęc omnia faciunt ad ignem bullire in arancio. deinde exprimunt totum, & faciũt inde oleum, quod ſublime habetur contra vermes.

### *De limonibus.* R*ubrica.* XI.

QVID DE limonibus dicam, cum de eis non legerim adhuc apud aliquem famoſum auctorẽ pręterꝗ apud Auic. prima quarti ca. de cura fe. acutarum circa medium capituli. vbi ſic dicit: & aqua agreſte, & aqua mori de ſceni, & aqua acetoſitatis limi non ſalſi, & omnes per limum exponunt limonem. nã ex ſententia Aui. eius acetoſitas debet eſſe fri. & credo non minus ea, quæ arancij, et ſi minus non multum. nã conuenit in fe. acutis vt patet. ad quod facit experientia, quia videmus eorum acetoſitatẽ ledere ſtomachum frigidum, & iuuare calidum. Cortex vero eius eſt paucæ caliditatis vt exiſtimo. itaq; totum abſolute dicendum eſt fri. & hu. vſq; ad ſecundũ. eius cortex eſt difficilis digeſtionis, & vtilis in ſaporibus, & guſtui multum delectabile. datur cũ aſſato & bene habito reſpectu ad aſſatum vt aſſatum eſt.

### *De ſorbis.* R*ubrica.* XII.

NVNC DE SORBIS & ſorbellis dicã. Et ſi aliqui eas comedant, tamen ſunt magis medicinæ ꝗ cibus. & ideo de eis hoc dicatur ꝙ ſunt fri. et ſic. & ſiccitas in eis eſt maior frigiditate earum. & ideo ſunt multum ſtypticæ. Et ex eis fit electuariũ de ſorbis multũ cõmendatum à Meſ. & hodierno die vſitatum eſt à medicis in dyſenterijs, exiſtimo ſiccitatem ad tertium peruenire. frigiditatem vero ſtare infra ſecundũ. Sunt tardæ digeſtionis, confortant ſtomachũ ſua ſtypticitate, & dicuntur arabice çaror. i. faciẽs appetitum. Alia litera habet çarinæ. Aui. reprimit cholerã rubeam, & ſtringit ventrem plus omni alio fructu.

### *De tutuberibus.* R*ubrica.* XIII.

DE TVTVBERIBVS ſiue tartufulis nondum inueni complexionem determinatam. nam cũ oriantur in locis aridis, & ſiccis, & multum terrenis, videtur ꝙ debẽt eſſe ſicca, & terrea frigida, cum locus, & locatum debeant eſſe ſimilia.

*Loc⁹ & locatũ ſimilia.*

Item ponunt multi ea frig. & hu. vt Ieſus çarauius Baldach ſub vocabulo chemi vel cheme. ex alia parte videtur calida: quoniam vbi naſcitur non poteſt ſtare, vel durare nix, quod non videtur niſi ab eorum caliditate prouenire. Item prope ipſa non ponitur herba, ego autem credo ꝙ ſint frig. complexionis & hu. in primo: quia ſunt de natura, vel ſpecie fungorum, qui hu. ſunt & fri. vſq; ad tertium. ſecundo, quia omnes auctores cõueniunt, ꝙ ipſorum nocumentum remouetur pręparando ea cum rebus notabiliter calidis, vt pipere &c. quod non ex alia cauſa facimus niſi, vt exceſſum eorum in ſuis malis qualitatibus remoueat.

remoueat: vt de alijs ſupra, quod fit cum his, quę ſunt cō-traria. Item dicit Auicen. ꝙ in eis eſt ſubtilitas, & acreitas pauca. Item dicit ex eis timetur paralyſis. & apoplexia, & faciunt colicam. ergo ex effectibus ſuis arguemus ipſa fri. & hu. Sed ad rationem de niue dicendū ꝙ hoc prouenit ex parte diſpoſitionis terræ vbi naſcuntur. nam eſt terra are-noſa, & ſicca valde. & ideo ab ea ſorbetur nix, ſicut vide-mus de terra ſicca ſorbēte aquam reſpectu humidæ, & ꝓ-pter hanc eandem cauſam non naſcitur ibi herba cum lo-cus ille ſit nimis calidus, et cōgruo nutrimento carens hęc materia habet multa argumenta ſeu habere poſſet quæ re-cuſo, quoniam eſſet prolixare, & quaſi egredi propoſitum noſtrum. Sed quęreret aliquis in quo gradu ſunt fri. Dicē dum puto ꝙ cum plus ab auctoribus laudētur ꝙ fungi, ꝙ ipſa non debent in ſuis qualitatibus tantū excedere, ut fun-gi. & ideo credo ipſa collocanda eſſe inter fri. & hu. in ſe-cundo: & ſunt minus hu. ꝙ fri. Nā dixit Auic. Sunt ex ſub-ſtantia terrea & aquea nimia: & iſta ſententia eſt viſa meo iudicio grata Ieſu & Açarauij: vt in Baldach in ca. de ole-ribus. Dixit Gal. ꝙ ſi miſcentur ſpecies calidæ cum eis ef-ficiuntur ca. ſi frigidæ frigida. Et ſubdit ꝙ ſanguis genera-tus ex eis eſt groſſior temperato. Ex quibus verbis vide-retur concludi, ꝙ eſſent temperata aut à temperamēto mi-nus diſtantia. Auic. dicit Gal. dixiſſe ea non eſſe mali chy-mi, et ipſe non conſentit in hac parte ſibi. Ego autem adhe-reo ꝓnunc rationibus à dictis auctoribus allegatis: & Aui. magis ꝙ Gal. & parcat Gal. & conſidera. Eligantur magna rotūda alba nata in loco arenoſo, & in quibus nō eſt odor malus. Sunt tardæ digeſtionis impedientia ſeu grauantia ſtomachum groſſi chymi. Remouetur nocumentum eo-rum ſi prius excorticantur, & ſcindantur cum cultello, & elixentur & pręparētur. deinde ſiue decoquantur cū oleo, ſale, pipere, aut alijs ſpeciebus odoriferis, vt fit de fungis, aut decoqui poſſunt in vino cum his ſpeciebus, & genera-bitur inde nutrimentum groſſum non malum. vnde vinū purum eſt eis theriaca. Quidam decoquunt ea ſub cineri-bus, & pręparant cum oleo ſale & pipere. Quidā condiunt cum carnibus pinguibus, & eſt laudabile cum ſpeciebus. De eorum nocumentis dictum eſt. nam vltra colicam in-ducunt ſtranguriam. ideo nobiles, qui in eis delectantur, quia ſunt res rara, ideo cara, deberent non vti, ſed eis abuti cum in eis nullum reperiatur iuuamentū, & propter ipſos me in eis tantum extendi. nam ad malum finem vtuntur. timeant Deum &c.

Galenus ab Auicenna reijcitur.

## De fungis. Rubrica. XIIII.

COMPATIENS guloſis, qui Adæ comparandi ſunt, cum ex vno bolo ſe periculo mortis exponunt de fun gis quędam tangam vtilia valde. nam eorum natura frig. & hu. vſq; ad tertium, & qui ex eis venenoſi ſunt. amplius fri. & hu. ita vt quidam trahant ipſos ad quartum. vnde di cunt ex hoc ipſos interficere. Reperiūtur venenoſi, & nō venenoſi. Et prius de venenoſis et malis dicendum. Et pri mo notandū ſignum per quod comprehenditur ipſos ma los & putridos, ac vt ita dicam venenoſos eſſe. nam in ſu-perficie malorum reperitur humiditas viſcoſa multum, et cum frangitur fungus malus, & permittitur modicum ſta re ſtatim comprehenditur ꝙ incipit putrefieri ſiue corrū-pi. Item tales ſunt multū molles, & viſcoſi, & humidi val de & groſſi. Item ex loco ortus ipſorum acquirūt malitiā, & venenoſitatem, vt ſi ſub arbore nati quæ proprietatem habet, vt corrumpat fungos, qui ſub ea nati ſunt, vt eſt oli ua. Item ſi apud ferrum æruginoſum, vnde frequenter in campis, aut quia fuerit fimus ex equo, aut ex vaccis, aut ex cultellis ruſticorum iacet ferrum æruginoſum. Item quia ſunt nati apud parietes putridos, aut prope cauernas ſerpē tū, aut quia nati ſunt apud herbas venenoſas, vt tithymal-lus, & apud alias res putridas. Nōnulli, vt dictum eſt ſunt à tota ſpecie venenoſi, albi, rubei, dicti boleti, aut perfora-ti dicti ſpongiæ, quia ſpongiæ ſimulantur, quorum olim bonitas ex ſignis comprehenditur contrarijs dictis, vt ꝙ ſint nati extra illa loca dicta, vt ꝙ ſint ſolidi non multum humidi, et cum frangūtur non cito corrumpūtur &c. Et olim minus fri. ſunt boleti, & meliores ſunt ſic. ꝙ hu. recen tes. Sunt difficilis digeſtionis, & quaſi ſemp integri emit tuntur, faciunt ſtranguriam, colicam, ſyncopim, et frequē-ter mortem. Remouetur nocumentum eorū ſi prius eli-xantur bis, & cum eis bulliant pira ſic. vel hu. & maxime ſylueſtria, vel buccella panis cum modico calamēthi. de-inde pręparentur cum oleo ſale, & ſpeciebus optimis, et ſu perbibatur vinum bonum purū, et potens in parua quan-titate, ne multum faciat chymum malū ex eis generatum in extremas partes corpis penetrare, & bezoar poſt come-ſtionem ipſorum eſt alleum crudum. Et ſi contingit ali-quem aſſumpſiſſe fungos malos cū ex eis ſentiat nocumen tum quod eſt eis propriū ſentiat ei peruenire pręfocationē & ſtomachi anguſtiam, ſtranguriam &c. tunc īmediate fa ciat vomitum cum oxymelle aqua, et calamentho ſiue pu legio. Item facit in modum loch ex ſtercore gallinæ, mel-le, & aceto compoſitum. de quo ſumat. Item propinandū eſt vinum in quo bullitum ſit piper nigrum. Item clyſte-rizetur ex aqua melle, & ſale, & fomentetur fęmur cū oleo nardino. Multos modos pręparationis ipſorum haberem quos taceo, quoniam diligens hominum vitam conſulo, vt omnino dimittantur cū in eis nullum prorſus iuuamen tum reperiatur: & tanto vt comprehenditur ex eorum uſu periculo exponuntur.

## De portulaca. Rubrica. XV.

PORTVLACA frig. eſt in tertio. hu. in ſecundo. nonnulli in primo. Eligatur quæ eſt foliorum latorū ten dens ad acetoſitatem. Et ſuccus eius eſt in ea vtilis opera-tionis. In via cibi paucum dat nutrimentum et illaudabile, quia fri. & hu. viſcoſum, & debilitat appetitum. Sed in uia medicinæ cōfert ſtomacho calido: & prohibet vomitum cholericum, & inflāmationi hepatis, confert ſputo ſan. ma xime propter eius ſtypticitatem & viſcoſitatem. Et ſi aſ-ſetur portulaca, valet in ſolutione dyſenterica: & ſimiliter clyſtere ex ea factum, vel ſucco eius: delet per proprietatē deſiderium coitus. & ideo eo vtantur religioſi. Et ſi maſti cetur aut fricentur ex ea dentes, remouet ſtuporē eorum.

## De piſcibus. Rubrica. XVI.

PISCES reperiuntur in multiplici differentia, quo-niam quidam ſunt maritimi, quidam non maritimi, ſed ex aquis dulcibus. Vniuerſaliter recentes non ſalſi fri. ſunt et hu. vſq; ad ſecundum. Dicitur uſq; ad ſecundū, quia aliqui ſunt in vltima manſione primi, vel in prima ſecundi, ſed marini minus fri. & minus hu. & paucarum ſpinarū. Flu-uiales vero ecōtra. ſunt. n. omnes phlegmatici, & ſpeciali-ter aquoſi generatiui incōuenientes frigidis corporibus hu midis natura, & mollificant neruos. Eligantur alijs pari-bus maritimi. ſunt. n. meliores. ſunt. n. minus frig. & hu. & viſcoſi. de quibus prius. Maritimorum quidam magni, quidam parui, quidam ſalſi, quidam non ſalſi. Et ex ſalſi-tis quidam recenter ſalſi, quidam in quibus proceſſit iam tempus multum. De quibus maritimis dixit Auic. ꝙ ſunt optimi, & ſubtilis carnis pręcipue cum eorū habitatio ſit in littoribus petroſ, aut arenoſ, vt ſolia rubei, rubei vario li, orate, paſſeres, arbores, menolę in ſuis temporibus &c. Ceuoli quoq; in ſuo tempore dant bonum nutrimentum, ſunt tamen difficilis digeſtionis. Et quoniam prima diffe-rentia eſt de magnis & paruis. audi quid ſcribit Aui. Me-liores piſces ſunt illi, qui non ſunt magni ualde, neq; habēt carnem duram, neq; ſiccam, & in quibus non eſt pingue-do, ita ꝙ quaſi frangantur, neq; mucilago, & in quibus nō eſt malus ſapor, uel odor, in quibus etiam eſt ſapor ſuauis, & qui ſunt pingues ſuperfluam non habentes pinguedinē neq; groſſam, vt ſepum, & quibus nō cito aduenit fe. cum ab aqua ſeparātur. Hęc enim videtur regula ad diſcernen-

**Notæ piſciũ laudabiliũ.**

dum bonos à non ita bonis. Ga. tamen de dięta ſubtiliatiua dixit. Quicunq; piſces mollem, & frangibilem habent carnem ſunt alijs meliores. Et ſubdit ꝙ hæ ſunt duæ vere cognitiões de cuiuslibet animalis carne. ſ. mollities, & frãgibilitas. Et maior cuius caro eſt mollis melior. minor uero cuius caro dura eſt melior. Sed diceret aliquis. fama quam oẽs famant non ex toto perit ethicorũ ſeptimo. ipſa enim cœleſtes impetus ſequitur. ſed fama eſt, ꝙ meliores ſunt piſces antiqui, qui cõmuniter maiores ſunt non antiquis. ergo &c. Pro iſto credo dicendum, ꝙ illud dictum abſolute non eſt verum, ſed intelligitur meliores. i. guſtui delectabiliores, cum quo ſtat ꝙ non ſunt meliores, quia ſaniores, imo minores viuentes in eadem ſpecie ſunt ſaniores vt temali parui minuti ſaniores ipſis magnis. De ſalitis dicendum, ꝙ ipſi ſunt ca. & ſic. in primo. & quãto plus creſcunt antiquantur, tãto plus creſcunt in ambabus qualitatibus, & meliores ſunt recenter ſaliti: & ſunt grauis digeſtionis: & faciunt ſitim: vt ſturiones ſaliti morona: toni na: & huiuſmodi. De piſcibus aquarum dulcium eligantur parui petroſi ſubtilis corij: & plurimi cum inueniunt textus auctorum dicentium, piſces parui petroſi exponũt vt marſiones. Credo ꝙ auctores de marſionibus non intelligunt cum dicunt piſces parui, & cauſa eſt, quoniã marſiones carent duabus conditionibus in bonitate piſciũ requiſitis. Prima ꝙ non debent eſſe mucilaginoſi. vt Aui. ſupra. ſecunda debent eſſe multi exercitij vt infra, vt in regulis ipſorum, marſiones autem non ſunt multi exercitij, ſed in locis petroſis ſub petra iacent. Sed temali parui, & tenchæ paruæ, quę apud nos dicti taceoli ſunt ſine mucilagine ſunt maximi exercitij, optimi ſaporis, et odoris, ita ꝙ credo tex. de illis verificari vel exponi debere. Apud nos reperiuntur plures ſpecies piſcium cõmendatorum, vt temoli, lucij de aquis currentibus, carpiones, lampredæ. Vituperantur ſqualiticæ, & pręcipue valloſæ, & ſimiliter lucij valloſi, ſed tamen magna eſt differẽtia inter valles, qm̃ aliquæ ſunt multum cęnoſæ aliquæ à cęno magis mundatæ, in vallibus magis cęnoſis vituperantur magis.

**Abbatiſ guloſitas.**

De anguillis vero ſpecialiter dicam, quoniam eſt cibus guloſorum, guſtui amenus, & ſuauis. Vnde de abbate guloſo dicitur verſus. Gaudeant anguillę, quia mortuus eſt abbas ille. Oribaſius auctoritate Dioſ. dicit ꝙ anguillæ ſunt multi nutrimenti, lubrificantes ventrem, mundificantes cannam pulmonis, & vocem clarificantes.

**Anguillę ut eſui accõmodæ.**

Et remouetur omne nocumentum earum ſi cum bono vino, & optimis ſpeciebus pręparentur, dũmodo recipiant aliqualem ebullitionem in aqua quæ proijciatur. Item comeſtio alliorum, vel earum pręparatio cum allio. Non ſunt ergo ita ejiciendę ſicut quidã dicunt, timendę tamen ſunt tempore ſuſpecto, vt tempore Maij. Et eligendæ ſunt, quæ ſunt ex aquis mundis, claris, currentibus, & bonis, quæ ſint purgatæ, vt ꝙ ſteterint captæ in viuario &c.

**Regulę.**

De piſcibus dantur canones ſiue regulæ. Prima ꝙ à lacte piſcium omnino cauendum eſt, cum ſit facile putreſcibile, & reliquum cibum corrumpat. Raſ. Secunda abſtinendum eſt omnino à piſcibus aſſatis, & infrigidatis, qui in loco ſteterunt humoroſo. Tertia ꝙ poſt aſſationẽ eorum non ſunt multa inuolutione inuoluendi, & ſuffocãdi, ꝙ non poſſit aliqualiter vapor ex eis exire. Solent. n. vt ex ſecundo praua accidentia generari, & ſicut ex quibuſdam rebus venenoſitatem habẽtibus. Quarta vt ſaniores ſint debent decoqui in aqua. nam in aqua remanent viſcoſitates, & eorum ſuperfluitates, & pręparentur cum ſale & aceto, & erunt eo caſu conualeſcentibus idonei. Decoctio namq; eorum cum aqua aceto, & bonis ſpeciebus optima. Et nota ꝙ prius aqua debet feruere anteq̃ imponantur piſces, & maxime cum decoquuntur recentes. Quidam pręſumpſerunt differentiæ. ꝙ meliores ſunt aſſi, q̃ elixati. & ante eorum aſſationem debent pręſaliri per ſpatium unius horæ, deinde inuolui in herbis odoriferis, & bonis, vt petroſelino, mẽtha, ſaluia, roſmarino &c. Quinta ꝙ meliores ſunt frixi q̃ aſſati. Gal. tertio alimen. Ex quibus patet ſolutio quæ quęrebatur, qui ſunt meliores an elixi, an aſſi, an frixi. Gal. vero al. lo. videtur differentiæ, ꝙ frixi ſanis ſunt meliores. conualeſcentibus vero elixi. Poſtremo ad complementum notitiæ bonitatis ipſorum, ſcito ꝙ ex loco, cibo &c. bonitatem capiunt aut malitiam. Ex loco, quoniã qui morantur in locis petroſis, arenoſis, aquę dulcibus, currentibus, quæ non ſolũ limoſæ lacunales, campeſtres, neq; de lacunis paruis, quæ flumina nõ imbibunt, & in quibus non ſunt fontes ſunt meliores, & qui morantur in aquis diſcoopertis flatui ventorum, & qui morantur in aquis multarum agitationum & vndarum, et qui morantur in littoribus petroſis, pręcipue ſunt alijs meliores. Ex cibis qui cibantur bonis herbis, & radicibus plantarum ſunt meliores eis, qui cibantur ſordibus, quæ proijciuntur in ciuitatibus ad locum infuſionum. Et qui cibantur herbis malis, dato ꝙ ſint ſapidiores. Ex quibus patet ꝙ piſces, qui capiũtur in canalibus venetiis, vel iuxta ſunt tales quales &c. Item piſces, qui paſcuntur in oris fluuiorum recedentium a de mari: & venientium ad mare ad loca fluuiorum, vt ſunt ſturiones &c. ſunt boni. Hęc tibi breue de piſcibus.

### *De cancris.* Rubrica. XVII.

CANCRORVM complexionẽ nõ inuenio ab auctoribus determinatam, ſed quia videtur eſſe de ſpecie piſcium, & qm̃ inducunt ſomnum, & vehementer exiſtimo ipſos fri. & hu. & amplius humidos. nam credo ipſos frig. in primo. hu. in ſecundo. Quidam tñ protulerunt eos ca. qm̃ in eorum decoctione efficiuntur rubei quibus hac in parte non cõſentio, difficilis ſunt digeſtionis, & ſi bene digeruntur plurimi ſunt nutrimenti. Auicẽ. & de fluuialibus loquor. Conueniunt phthiſicis, et maxime decocti cum lacte aſinæ vbi fe. putrida non fuerit. Et ſimiliter decocti cũ aqua hordei decoquantur cum robilijs ſiue meiſce. comedantur cum aceto, ſpeciebus, & ſale. De marinis dicti gãbaruſoli ſiue parui cancri. Ga. nocent ſtõ & maxime neruoſitati eius propter nitroſitatem, quæ eſt in eis ſunt difficilis digeſtionis, & ſolutiui propter ſalſedinem &c. de cęteris vero marinis quid dicẽdum ſit, ſicut de piſcibus dictũ eſt, ꝙ maritimi ſunt minus frigidi. ita de cancris ꝑportionabiliter, vt ꝙ maritimi ſunt reſpectu illorũ de aqua dulci minus fri. & minus hu. ſunt tñ difficilis digeſtionis: piſtetur cancer et miſceatur cũ fermẽto in modũ emplaſtri, & ſuperponatur morſuræ canis rabidi mirabiliter cõfert.

### *De Oſtreis.* Rubrica. XVIII.

VNIVERSALITER oſtreę & cõchilia ſunt difficilis digeſtionis, & neruoſitati ſtomachi nociua, & ſunt ventoſa. De eorum complexione non inueni, ſed credo de ipſis dicendum, vt de piſcibus. Eligãtur quę ad albedinẽ trahunt, & quæ ad nigredinem minus bonæ. Viuntur homines multi eis ad ſaturandum gulam & luxuriam. et malę. De eis ab auctoribus non inueni vſq; modo ꝙ faciant multum in via cibi, ſed plus in via medicinæ. nam ex eis plurima fiunt experimenta in ulceribus: vt patet per Sera. in ſuo de ſimplici. proprijs. Decoquuntur qñq; ſuper prunas, qñq; in aqua dulci & melius, & eorum completa decoctione cognoſcitur, qñ aperiuntur. Et de his hęc pauca cum modicis valeant ſpecialiter in via cibi.

## De carnibus, cuius rubricę ſunt. 15. Ca. VIII.

### *De carnibus in generali.* Rubrica. I.

PRimo dicendum eſt de ipſis in generali. ſecundo in ſpeciali diſcurrendo per oẽs ſpecies animalium: de quorum carnibus veſcitur humanum genus. Carnium quędam domeſticæ, quædam ſylueſtres, & tam domeſticarũ q̃ ſylueſtrium quædam ſalitæ, quędam non ſalitæ. de domeſticis primo agendum. Abſolute domeſticæ ſunt minus cal.

&

& minus ſic. & melius dant nutrimentum, & ſunt faciliores digeſtionis & per comparationem ad ſylueſtres ſunt temperatę. verum Iſaac excepiuat capreolinas. nam ipſas maxime laudat. Carnes abſolute inter cętera cibaria vehementius nutriunt tertio Alman. Idem Auicen. idem Gale. ſubdens quando digeruntur, quoniam in quibuſdam ſtomachis non bene digeruntur carnes. Et ex omnibus laudabilior eſt quæ circa oſſa exiſtit, & caro dextrę partis leuior eſt, ſed quę eſt ſiniſtrę eſt melior. Et ſubdiuiditur caro domeſtica. nam quędam maſculina, quędam fęminina, quædam caſtratorum. Maſculina cęteris paribus calidior, minus humida, laudabilior, facilioris digeſtionis, ipſa nanque plus humanæ appropinquat complexioni. fęminina vero minoris eſt caliditatis naturalis, & minoris humiditatis naturalis, licet ſit accidentalis, & indigeſtæ humiditatis magis abundans propter quod indigeſtibilior redditur. Caſtratura maſculina inter has media exiſtit. nam ex parte caſtraturæ fęminæ magis videtur vicina, ſed propter calorē & complexionē ſuam naturalem magis maſculinæ appropinquat. quare redditur temperatior, et dicitur maſculina, quia etiam animalia fęminina caſtrātur, vt ſues, canes, gallinæ. Et debent hęc omnia intelligi facta cōparatione ſemper in his, quæ ſunt eiuſdem ſpeciei. Ex quibus infertur ꝙ caro bouis caſtrati melior eſt non caſtrati. Infertur ſecūdo, ꝙ caro caponum iuuenum eſt melior ꝙ̄ gallinarum iuuenum, aut gallorum iuuenum ſemper cęteris paribus.

Caro probatiſſima quæ

Infertur tertio ꝙ febrientibus competūt magis gallinæ iuuenes caſtratæ. Nec miretur quiſq; de caſtratura gallinarū. nam de eis habeo in domo, & ſine dubio caro earum eſt albior & mollior & frangibilior, & ſtatim cum ſunt decoctæ ſunt teneres & eſui delectabiliſſimæ, remq; iſtā vt expertā ſcribo. Iteꝝ amplius caro domeſtica recipit diuiſionē, quia adoleſcēs, iuuenis, & decrepita, adoleſcens & pręcipue quadrupeda aut eſt lactea aut nō lactea. Lactea calidior eſt & humidior alijs paribus, ſed non lactea minoris eſt humiditatis, & eſt in via nutrimenti conuenientior, & digeſtiōis velocioris. Prima enim eſt natiuitati ſuę magis propinqua in qua ſanguis magis dominatur. ſecunda vero plus à natiuitate diſtat, et propter hanc cauſam eſt ſiccior, & calidior. Sed diceret aliquis. caro lactea plus à vulgo, & guloſis laudatur &c. Pro iſto dicēdum ꝙ dictum eſt de carne lactea ſic eſt intelligēdum ꝙ caro quæ eſt media inter lacteam propinquam natiuitati & iuuenum quæ eſt remota à natiuitate, eſt cæteris melior abſolute, & talis eſt media per participationē, et hāc vulgus lacteam appellat, ſed medici ipſam non lacteam dicunt intelligentes ſolum lacteam quæ eſt propinqua partui vel natiuitati. Vulgus vero omne animal viuens ex lacte ſolo non comedens herbam vel fęnum ſiue ſit propinquū partui ſiue iuuenis, vel remotum lacteam appellant. Decrepita omni deterior, vt decrepita inter ætates fri. & ſic. & inſipida melācholicum pręſtans ſanguinem. Adhęreamus illi mediæ per participationem quæ eſt adoleſcens. Vnde tertio alimentorum. omnis caro creſcēs eſt melior prouecta & antiqua. Subdiuiditur adhuc, quia alia eſt auium, alia quadrupedum. Abſolute auium calidior eſt & ſiccior & leuior, vt infra dicetur. Item alia exercitatur, alia non. Gal. de ſubtiliatiua dięta. Animalia exercitata nō exercitatis ſunt meliora, & quæ ſiccioribus cibis vtuntur eis quę humidioribus. Etiam diuiditur in pinguem, macram, & mediā. Pinguis velocius digeritur, generat ſanguinem humidiſſimū, multam faciens ſuperfluitatem, pauci nutrimenti, & ventrem lenit, & multum pinguis appetitū deijcit. Macra ſine pinguedine generatiua eſt ſanguinis ſicci, paucas faciēs ſuperfluitates. maioris tamē eſt nutrimenti cum digeritur. Media vero temperatum generat ſanguinem et bonum. tertio Almāſo. Ex quibus patet quid dicendū de ſylueſtribus, ſunt enim calidiores, ſicciores, indigeſtibiliores, & illaudabile pręſtant nutrimentum. Iſaac tamen vt ſupra maxime capreolinas cōmendauit. de quibus infra ſuo loco dicetur. De ſaliis dicendum ꝙ meliores ſunt alijs paribus quę ſunt de propinquo ſalię. Sed vniuerſaliter ſm auctores earum nutrimētum eſt malum, & pręcipue vetuſtarū, & efficiuntur calidiores & ſicciores.

Gallinę caſtratæ

*De auibus, & primo de gallis & gallinis,* Rub. II.

DE gallinis domeſticis, pullis, caponibus, gallis & gallinis ſylueſtribus cum dictum ſit de carne, vel carnibus in vniuerſali. non curo cū medicina non ſit ſubiecta grāmaticæ. Conſequenter agendum de eis in ſpeciali, initium faciens à gallina & ſequacibus nobis magis familiaribus & cōmunibus magis, & conſequenter de omnibus auibus inuſualibus.

Medicina nō eſt ſubiecta Grāmaticæ.

*Gallinarum.* Rubrica. III.

CARO gallinarum iuuenum eſt ca. & hu. licet parū. Vnde Gal. dicit ꝙ eſt temperata, quia nec cōuertibilis ad choleram, nec ad phlegma. verū ipſa pulchrum efficit colorem, & ideo mulieres eam diligunt. Decrepitarum vero caro fri. eſt & ſic. ad digerendum dura. ſic & caponum & gallorum decrepitorum. Audi guloſitatem Aui. tertia primi de regimine eius quod comeditur & bibitur. Ex gallinis quæ aſſantur meliores ſunt quæ in ventre agni aut hędi aſſantur. earum enim humiditates conſeruantur.

Auicennę guloſitas notatur.

*Pullorum.* Rubrica. IIII.

PVLLORVM caro eſt tēperata ad humiditatem declinans reſpectu complexionis humanæ, ſunt facilis digeſtionis, ſanguinem laudabilem generant, appetitum cōfortant, omnibus complexionibus fere conuenientes. Et ex eis ſunt meliores, qui ſunt in temperata pinguedine initiantes cantare, qui nondum coire inceperunt. Eorum ius humores ęquat & ventrē ſoluit. Aui. in ſecundo. ſextadecima tertij. in cura cholericæ inter lenitiua vētris frigida, & plus ꝙ̄ ius gallinarum, et gallinarū ius eſt magis nutritiuū.

*Pullę.* Rubrica. V.

PVLLARVM vero caro minus cal. eſt magis hu. non ſic ſanis cōuenit, ſed diſcraſiatis quibuſdam plus. ſed earum iuuenum quę nondum oua pariunt caro mediocriter pinguis bona & temperata. Auicē.

*Galli. Capones.* Rubrica. VI.

Caro vero gallorum iuuenum caſtratorum, vel caponū in tēperata pinguedine in cāpis altis habitantiū eſt omnibus alijs melior, vt in ſubſtātia & qualitatibus, & ex cōſequenti nutribilior, quare in via ſanitatis oībus pręferenda. Iſaac, Ioannes Meſ. qui addit ꝙ ſunt meliores & leuiores.

*Sylueſtres gallinę.* Rubrica. VII.

DE SYLVESTRIBVS vero quæ dicuntur gallinæ deſertæ ſcito ꝙ appropinquat complexiōis perdicis, & eſt multum ſicca, & ideo eſt multum conſtrictiua.

*Columbi.* Rubrica. VIII.

CARO columbarum iuuenum ca. eſt vſq; ad ſecundum. & hu. plus. generat ſanguinem de facili inflāmabilē, propter quod febricitantibus & calidis naturaliter non cōuenit. Veterū vero ca. eſt ſiccior groſſæ ſubſtantiæ & mali nutrimenti. Et ex iuuenibus meliores qui incipiunt ſibi nutrimentū acquirere proximi inceptioni ſui primi volatus, & aſſati nocent cerebro oculis, & ſanguis eorum eſt velocis corruptionis, & generant ægritudines ſanguineas. Remouetur eorum nocumentum cum aceto & coriandro quando cum eis pręparantur, & tu conſidera.

*Anas.* Rubrica. IX.

CARO anatis eſt calidior omnium auium domeſticarum carne, & Aui eam graduat in ſecundo, quod debet intelligi in fine. ſecundi. Dicit enim ꝙ calefacit infrigidatum & calefactum facit poſſidere ſe. Eſt grauis digeſtionis, & generat plures ſuperfluitates, & faſtidiū, plurimum

dat nutrimentum, non tamen plus nutrit ꝙ gallina. Eligantur iuuenes. iuuantur ſi ante earum interfectionē inſufflentur, & ſi aſſantur & inungantur cum oleo, & cōdiantur cū bonis ſpeciebus, vt cum zinzib. ruſticorum, & ſcito ꝙ inter aues lacunales ſunt humidiores. Hippo.

*Anſeres.* *Rubrica.* X.

ANSERVM caro ca. multum & minus ea quæ anatum, ſed humidior eſt inter carnes domeſticarum auium. Eſt groſſæ ſubſtātiæ, tardæ, & difficilis digeſtionis, & ꝓpter humiditatem earum ſuperfluam ſuoſ ſe. generatiuæ. Mitigatur nocumētum earum, ut de anatibus dictum eſt, & eligantur iuuenes.

*Grus.* *Rubrica.* XI.

GRVIS caro à Theodoſio ponitur fri. Ioannes vero eam cal. ponit. exiſtimo ipſam plus ad frigidum declinare eſt enim groſſæ ſubſtantiæ, dura ad digerendum, & mali ſanguinis generatiua. Vnde in ſumma eam exiſtimo frigidam & ſiccam, plus tamē ſiccam ꝙ frigidam. eligantur iuuenes, & cum falcone captæ, & ſimilibus. Remouetur earum nocumentum ſi ſtabunt ante earum decoctionem ſuſpenſę cum lapillis, vt ſtatim de pauone dicetur, & ſi fuerint cum bonis ſpeciebus conditæ, et poſt earū comeſtionem vinum bonum odoriferum.

*Pauones.* *Rubrica.* XII.

PAVONVM carnes ca. ſunt & hu. circa ſecundū. Eligantur iuuenes. Sunt difficilis digeſtionis et multi ſanguinis generatiuæ, & magis ꝙ ex eis antiqui ſunt, ſunt multum odoriferę. Remouetur de eorum nocumento multū ſi ſuſpendantur per collum, & ad pedes eorum ligentur lapides, & ſic teneantur per vnam diem, & noctem, aut per duas, et quidam tenent eos ſuſpenſos ſine pōdere. x. dies eſt cibus malus eis qui vtuntur quiete, & bonus qui vtuntur exercitio. Pręparentur vt de grue, & poſt ipſorum comeſtionem bibatur vinum bonum.

*Perdices.* *Francolini.* *Rubrica.* XIII.

CARO de perdice & francolina apud nobiles precioſæ ſunt, & eſt temperata in actiuis declinans ad quandam ſic. Eligantur iuuenes, & pingues, vt pernicones completi & facti magni. nā quæ eſt antiqua durioris eſt digeſtionis, & non multum boni nutrimenti. Iuuenis vero multū nutritiua omni modo ſuæ pręparationis eſt bona, & tā aſſa ꝙ elixa proprietatem habet conſtringendi, et multi aſſerūt eum cibum cardinalium. Credo francolinum nō multum à ꝑdice diſtare. Viſi ſunt mihi eiuſdē ſaporis & quaſi odoris, leuiores tamen calidiores & ſic. perdicibus ſunt. nam magis ſylueſtres & in locis altis & montibus degunt & cariores ſunt nobis, et rariores.

*Faſianus.* *Rubrica.* XIIII.

CARO faſiani eſt temperata, ſana, multū nutritiua. Eligatur iuuenis pinguis, eſt maxime conueniens conualeſcentibus, et extenuatis multum confert. Nocumentum facit his ꝗ forti exercitio vtūtur, vt ſunt portatores & huiuſmodi. Audi de his tribus Baldach. ſtarnæ, faſiani, perdices ſunt in natura propinqui, & ſm ordinem ſe habent in temperantia & ſubtilitate. Nā ſtarnæ principaliter, faſiani cōſequenter, vltimo perdices propter deſiccationem ipſarū, & hi ſunt cibi quibus non debent vti ſani, vt ſuperueniēte ægritudine aliquid vltra conſuetudinem comedant.

*Coturnix.* *Rubrica.* XV.

CARO coturnicis etiam ponitur temperata, licet Rufus eam ca. pronuntiauerit. Eligatur iuuenis, pinguis, eſt generatiua boni ſanguinis & paucæ ſuperfluitatis, eſt conualeſcentibus debilibus & ſanis multum conueniens.

*Turtures.* *Rubrica.* XVI.

TVRTVRVM carnes ca. ſunt vſq; ad ſecundū. et ſic. licet habeāt humiditatem quandam ſuperfluam & indigeſtam. Eligantur iuuenes & pingues. Gale. dant bonū nutrimentum, ſed antiquę groſſum, difficilis digeſtionis, & ſanguinis melancholici generatiuæ, quare cum pertranſeunt annum non comedantur. Non debet comedi prima die interfectionis ſuæ. Vnde Gale. de dięta ſubtiliſſima. Perdix autem, & turtur neq; ſumme duras carnes habent, neq; digeſtibiles, neq; cacochymias, ſed duriores earum vna die cuſtoditis mortuis tranſcendunt faciliter, & fiunt fragiles, & inculpabiles omnino, & quia benignum exhibent corpori nutrimentum, & viſcoſum, & in medio groſſitiei, et ſubtilitatis exiſtunt, ꝙ puto ſanis cibum conuenire. Acuunt ingenium à proprietate. Auer. ſeptimo, & Aui. quatuordecima tertij. de cura malę complexionis hepatis. Et ex carnibus piſcium paruorum decoctorum reſtringi. i. cum aceto, oleo, & ſale, aut cum aceto & almuſes, & cōgelant frigida et carnibus ſubtilibus. ſ. carnibus hędi, & auium leuis digeſtionis, ſicut eſt caro perdicis, & turturū non ſuperflue pinguium cum pomis pręparantur. Nota cōtrarios qui tantum deteſtantur carnes turturum. verū pinguedo mediocris multū pręparat ad facilitatē digeſtiōis. Ingeniū acuēt.

*Quales.* *Rubrica.* XVII.

CARO de qualeis ca. in fine primi, & verius vt puto vſq; ad ſecundum: & multæ humiditatis. et ideo cito corrumpuntur vt patet, tam temperatis ꝙ diſtemperatis inconueniens cibus difficilis digeſtionis, et pręparat corpora ad ſe. & auget eas.

*Turdi.* *Merulæ.* *Rubrica.* XVIII.

TVRDORVM & merulorum carnes ſunt cali. & ſic. in fine primi vſq; ad primum ſecundi. Ita dixit Ieſus. Eligantur pingues & capti cum laqueo ſiue rhetibus. Baldach. Quibuſdam placuit ꝙ meliores ſunt qui cū aue capiuntur. Sunt difficilis digeſtionis. Remouetur nocumentum ſi brodija humidis decoquātur, & meruli ſunt turdis meliores, grauis odoris, & quidam eos odiunt, quoniam comedunt vermes & locuſtas.

*Paſſeres.* *Rubrica.* XIX.

CARO de paſſeribus ca. vſq; ad tertium. & ſic. quaſi in eodem, duræ digeſtionis, inconueniens cibus corporibus temperatis, de quibus Aui. Omnes paſſeres malę ſunt, cōmouent luxuriam.

*Aues paruæ.* *Rubrica.* XX.

AVIVM paruarum aliarum carnes declinant ad caliditatem et ſic. ſed plus ad ſiccitatem. Eligātur pingues. eſt caro laudabilis multum laudabile pręſtat nutrimentū. Facile digeruntur, & conualeſcentibus ſana.

*Laudula.* *Rubrica.* XXI.

CARNES laudulæ ca. & ſic. complexionis exiſtūt, ſed eſt caro magis ſicca, et exiſtimo ipſam puenire ad ſecūdum gra. in ca. & ſic. ad finem eius. Vnde Gale. de ipſa dixit ꝙ ventrem ſtringit, & brodium eius ventrem laxat. Eligātur iuuenes, pingues, difficilis ſunt digeſtionis, et ad adducendum idem eſt ad id quod dixit Gale. de minutis auibus, quæ quanto maiori participant rubedinæ & nigredine, tanto melior eſt earum caro, et ſanguini melancholico propinquior, cuius ſignum eſt ꝙ illi qui multum vtuntur eis fiunt meliores, & graues in moribus. Et quidam recitat ſe hoc vidiſſe in experientia in aquis degentibus.

*Aquaticæ aues.* *Rubrica.* XXII.

DE AVIBVS in aquis degentibus caro earum eſt mala & quæ eſt deterioris odoris eſt deterior. Et multarum ſuperfluitatū generatiua. Earum complexionem nō inuenio nec in particulari de eis, ſed exiſtimandū eſt ipſas calidæ & ſiccæ complexionis exiſtere, vt de anatibus, dictum eſt. nam ſicciores videntur eſſe anatibus, ut ſupra de anatibus auctoritate Hippo.

De quadrupedibus

*De quadrupedibus.* *Hædi.* *Rubrica.* XXIII.

DE animalium quadrupedũ carne, & primo de carnibus hędinis. de dñ o capreto exordiar cum multum ac plurimum inter cęteras carnes comedatur. Eſt itaq; de temperata caro nullam habens malitiæ admiſtionem. Raſis. Eligatur lactans, & partui non multũ propinquus, & rubeorum ad nigredinem tendentium, & pinguium. nam macri multum recedunt ab eorum bonitate, & decocta, et infrigidata eſt melior ac ſapidior. Sanguinis boni eſt generatiua, de qua Auer. quinto. colſ. Melior caro ex ambulantibus eſt caro hædi. ipſa enim in qualitatibus, & ſubſtantia eſt temperata. Ex quo infertur ꝙ ruſticis, & multum laborantibus eſt inconueniens, cum eis non prębeat nutrimentum, ſed in fumum à fortibus eorum ſtomachis, & cibis groſſæ ſubſtantię conſuetis reſoluitur. Eſt ergo delicatorum proprius cibus. eſt enim facilis digeſtionis, & elixa eſt melior aſſata, imo quidam ponunt aſſatam nocere ſtomacho. Baldach. Scito tamẽ ꝙ cum caprina caro naturaliter ſicca ſit ꝙ temperatior videtur eſſe ea, quæ hædę q̃ hædi cum in ſui natura à ſiccitate ſit remotior, & hanc ſententiam pręſertim laudauit Iſaac. Hircorum vero caprarum, & pręcipue ſenum caro peſſima eſt, ſanguinem malum & melãcholicum generat, & difficilis digeſtionis eſt, quare oĩno remouenda eſt, nullo modo permittenda.

*De carne ouina, & agnorum.* *Rubrica.* XXIIII.

DE CARNIBVS in ſpecie ouina reperiũtur agnꝰ ouis, aries caſtratus. Agni lactantis caro humidiſſima eſt, & vt exiſtimo cali. in primo. & licet guſtui ſit delectabilis, tamẽ multi phlegmatis, & viſcoſi eſt generatiua, eſtq; indigeſtibilis, & ſua lubricitate cito de ſtomacho deſcendit indigeſta pręcipue in habẽtibus ſtomachum humidũ. Vnde Iſaac dicit ꝙ Gale. vituperauit agnos lactantes, & oues niſi comedens ſiccę fuerit complexionis. Non lactanteis vero caro minus humida, minus viſcoſa, minuſq; mala. vnde Auer. auctoritate Raſis. ipſam in bonitate ponit apud carnem hædulorum. Ouium caro, & pręcipue decrepitarũ eſt ſuperflua, & mala mali humoris generatiua. Et dixit decrepita, quia iuuenis bidens laudatur à Gale. Iſaac, & hęc videtur ſententia Auicẽ. in ſuperficie verborum ſecundo cano. cap. de carne in principio eſt calida & humida, nimis ita vt ad ſiccitatem tendat. Arietum vero caro mala tam iuuenum q̃ decrepitorũ. Arietina decrepita minus mala. cali. tamen & humi. complexionis exiſtit, & vt exiſtimo in primo.

*Caſtrati.* *Rubrica.* XXV.

CASTRATORVM carnes, & maxime annuales pingues mediocris pinguedinis quæ ſic eligi debent in omnibus qualitatibus temperatæ ponuntur complexionis à quibuſdam. verum Ioannitius ipſas ponit calida & humida. in primo. quę ſententia magis à modernis cõmẽdatur. Sunt enim conuenientes omni ætati regioni &c. & in omni tempore, & pręcipue ſecundum primam ſententiam. Eligantur vt dictum eſt annuales cõuenienter pingues, qui nutriti ſint in bono aere in locis altis. vbi depaſtæ ſint herbas bonas, odoriferas. nam Auerrois poſt hædinas laudat has, & dicit quòd hæc eſt opinio maioris partis medicorum præter Gale. qui abominatur carnes arietum, & videtur ſibi ꝙ caro vitulorum ſit melioris nutrimenti arietina.

Galeni opinio ab alijs diuerſa.

*De bouina.* *Vitulus.* *Rubrica.* XXVI.

DE CARNE in ſpecie bouina reperiuntur vitulus, bos, & vacca. Vitulus temperatæ complexionis exiſtit, & ſi declinat ad cali. & humi. declinat. Eligatur aliquantulum à partu remotus, vt duorum menſium vel circa, & ſit pinguis, & facilis digeſtionis, & bonum generat ſanguinem, bonumq; nutrimẽtum. Vnde Auerrois quinto colſ. Carnes vitulinæ ſunt bonę carnes, propterea quia nõ habent illam viſcoſitatẽ, frigiditatem, et ſiccitatem, quam habent bouinæ veteres, & ſunt magis odoriferæ alijs carnibus, & quantum eſt in hoc ſunt meliores hędinis, quia in hędinis manifeſtať quędam mucilago quando decoquuntur. ſed hędinę ſunt meliores, quia genet ſ̃t meliores humores, & ſcito ꝙ ſunt minus nauſeatiuæ carnibus gallinarũ, & multarum aliarum, propter quę omnia ego audax ſum in dando eas infirmis. Non lactantis vero caro eſt minus humida, eſt tamen facilis digeſtionis bonũ generans chymum. Vitulæ vero alijs paribus caro eſt in qualitatibus actiuis temperamento magis propinqua. ad humida vero magis declinat, ad quod ſexus eã trahit, & vt exiſtimo meliores vituli carnẽ. Bouis iuuenis carnes, & ſm vulgarem noſtrum manginæ dictæ, à vitulis diſtant in qualitate paſſiua, ita vt ſiccæ ponantur et cali. licet in caliditate non ſint æquales, tamẽ parum diſtant. Vnde de eis eadem vertitur quęſtio quæ eſt de calore iuuenis, & pueri. prima primi capituli. de complexionibus ætatum. Sunt non multum facilis digeſtionis, et ſi bonum dant nutrimentum ad melancholicum tendũt. Sunt enim carnes robuſtis corporibus, et multum ſe exercitantibus conuenientes, et delicatis etiam, ſed conſuetis & fortis hyſtimbre permaxime cũ ſteterunt mortuæ diebus duobus ad minus pręcipue tempore frigido. De vacca iuuene dicendum eſt per frigida & humida à vitulis recedere. Vnde Auicẽna dicit carnem vaccę eſſe ſicciorem carne caprina, quod maxime de antiqua intelligendum puto. De vacca antiqua & boue antiquo dicendum carnes eorum ad frigidum & ſiccum declinare, & ratione ſexus vaccinas eſſe frigidiores, et bouinas eſſe ſicciores, malum & melancholicũ generant ſanguinẽ. Vnde Gal. ſi comedentes fuerint ſiccæ cõplexionis de facili à melãcholicis ægritudinibus capiũtur. caueant ergo.

*De porcis.* *Rubrica.* XXVII.

SVNT PORCI domeſtici et ſylueſtres. et tam domeſtici eorum quàm ſylueſtrium quidam ſunt adoleſcentes, quidam iuuenes, quidam ſenes, vel decrepiti. Abſolute carnes porcinę cali. & humi. ſunt: licet antiqui & decrepiti ex eis recedant per frigidum & ſiccum, hoc eſt per minus humidum, & vt exiſtimo ſunt ca. in primo & humi. in primo vſq; ad ſecundũ ſm ætates, vt dicetur. nã lactãs qui intelligitur talis vſq; ad. vij. hebdomadas uel circa eſt cæteris humidior, et vſq; ad ſecundum in malos humores & putreſcibiles cito conuertitur propter ſuam ſuperfluam humiditatem. & ideo à Chriſtianis inductum eſt conſimiles porcos aſſatos in furno pręparari, vt exiccẽtur à ſuperflua humiditate. habentibus tamen fortem ſtomachum, & ſiccæ complexionis conuenire poterunt, eo ꝙ plurimum debent nutrimentum. Non lactans vero. vi. vel. vij. menſium lactante melior, & minus humi. etiã propter caſtratutam in caliditate remittitur, laudabilem ſanguinem generat, licet viſcoſum, & plurimum dat nutrimentum. Eligatur iuuenis vnius anni vel circa. cęteris enim melior exiſtit, eſt multum nutritiua. Vnde ſeptimo therapeu. Nutribiliſſimum vero omnium, quæ nouimus eſt caro porcina, & de ſubtiliſſima dięta. Nutribiliſſimę ſunt omniũ ciborum, licet in ſeipſis quid uiſcoſum habeant. Sunt difficilis digeſtionis, faciliores tamen ſunt ſylueſtres alijs paribus. Vnde Aui. Chriſtiani vero dicunt & qui eos imitãtur ꝙ melior caro ſylueſtris eſt caro porci ſylueſtris. nam cum hoc ꝙ eſt leuior carne domeſtici, & fortis nutrimenti plurimi, & velocis digeſtiõis, & eſt melior q̃ eſſe poteſt in hyeme. Conueniunt maxime ſtomachis fortibus et pueris, qui ſunt fortis hyſtimbre cum plurimo ęgeant nutrimento. Decrepitorum vero carnes duræ lignęę et humoris melãcholici generatiuæ: & dubitatur ne ex earum vſu fe. quartanæ generentur. Iſaac.

*Capreolus.* *Rubrica* XXVIII.

CARO capreolina ponitur temperatę complexionis cõmuniter in ſubſtãtia et qualitatibus ſuis, credo tñ ipſam

ad ſiccum declinare. Eligatur iuuenis: & capreoli decrepiti, vt cęterorum non laudatur, melancholicum præbet nutrimentum, facile digeritur. Vnde Iſaac auctoritate Hippo. Caro capreolina inter cęteras carnes ſylueſtres proprietatem habet ꝙ ipſa eſt ſaporoſior & nutribilior, vtdetur tamen aliqua repugnantia in dictis hic, & ante de porco. Sed credo dicendū ꝙ caro porcina plus nutrit in quanto, ſed capreoli nutribilior, quia facilius apta cæteris ſylueſtribus quadrupedibus in nutrimentum conuerti: & tu conſidera.

*Lepus.* *Rubrica.* XXIX

CARO leporina eſt melancholiæ magis generatiua alijs. Raſis. Auic. autem eam pronunciauit calidam & ſiccam. Ieſus idem. Vnde ponūtur à quibuſdam ca. & ſic. ac ſecundum Baldach. Eligantur iuuenes & adoleſcentes, & captæ per venatores pręſtant iuuamentum his, qui ſunt ſuperati à pinguedine, non ſunt difficilis digeſtionis, & licet ſapidiores ſint aſſatæ, ſaniores tamen ſunt elixæ. Inducunt vigilias, ſtringunt ventrem, & ideo dyſentericis conferūt vrinam prouocant. ideo patientibus ſtranguriam valent. Remouetur nocumentem ſi cum bonis ſpeciebus condiantur, aliter in ſanis, aliter in ægris moderaodum eſt. & tu conſidera.

*Ceruus.* *Rubrica.* XXX.

CARO cerui eſt dura, difficilis digeſtionis, melāncholici ſanguinis generatiua. Lupi & vulpis quæ quaſi in virtute, & complexione carni leporinę aſſimilatur, & caninę. Gale. de ſubtiliſſima dięta. Equina aſinina hominibus aſininis danda eſt.

*Taſſus.* *Ericius.* – *Rubrica.* XXXI.

DE TASSO credo dicendum ꝙ ſatis cōplexioni porci ſimilatur, ſed humidior exiſtit. Et de ericio quaſi idem de quibus non multum curaui cum ad uſum humanū non veniant, licet quibuſdam in ægritudinibus conueniant, de quibus adhuc poſt dicetur.

*De partibus aīaliū cerebrū & medulla.* Rub. XXXII.

DE partibus animaliū de quibus ſupra tā interioribus, ꝙ exterioribus, & in iſto eodē capitulo annotabo, quędā curioſa, et vtilia ꝓ his, q incidendo nobilibus in menſa ſeruiunt. Sed prius de membris dicendū initiū faciēs de cerebro & medulla & huiuſmodi. Dicetur de cerebro vt eſt cibus & non membrū. Eſt fri. & hu. cōplexionis, ita vt quidam eum trahant ad ſecundum. Eligātur membra volatilium & proprie montanorum. Et ex quadrupedibus cerebrū arietis, hędi, & vituli, eſt nauſeatiuum, delet appetitum, eſt tardæ digeſtionis, & in ſumma nocet ſtomacho. Remouetur nocumentum ſi bonis condiatur ſpeciebus, & proprie ſtomachalibus, et origanū, piper, aut ſal eſt condimentū eius, & debet comedi ante omnem cibum. ſed quādo bene digeritur notabile dat corpori nutrimentum. Gal. Cerebrum autem leporinū eſt optima medicina, vt dentes infantes leuiter emittant fricando gingiuas, licet lac canis pręualeat. Et quoniam ipſum eſt ſicut medulla capitis Conciliator. conſequenter dicēdum de medulla. eſt enim quaſi temperata. vnde Raſis inter caliditatem et frigiditatem temperamento vicina exiſtit. Eligantur ꝙ in oſſibus exiſtit, & vitulina cęteris nobilior. quæ vero eſt in ſpinali, ſic ſe habet, vt quæ eſt in cerebro ꝓpinqua dicta nucha eſt cerebro ſimilis. Quæ vero in extremitate ſpinæ magis ſicca. media vero medio modo. de ea dixit Gale. tertio alimentorum, ꝙ ſi bene digeratur alimentum dat corpori non paucum, eſt ſtomachi conturbatiua, & appetitum delet, vt Auicen. Remouetur nocumētum ſi cum pipere, & ſpeciebus, aut ſale comedatur: in me expertus ſum, & in alijs pluribus ſi ex ea modicum comedatur calida, & cum ſale confortat ſtomachum, et prouocat appetitum, unde credo dictum Auicen. intelligi debere ſi ſola & in quantitate comedatur.

*Oculi nerui, & aures.* *Rubrica.* XXXIII.

DE OCVLIS dicendum vt de cerebro. nam aliter complexionatur membrum vt eſt membrum, & aliter vt eſt cibus. Oculi enim ſunt compoſiti ex humoribus rumicis, & pinguedine. Vnde oculi pingues de animali pingui ponuntur frigi. & humi. & exiſtimo in primo. Macri vero & ſicci ex animali ſicco, & macro ſunt frigi. & ſicci. Iſaac, ſunt tamen graues ad digerendum, et viſcoſum dant nutrimētum, & hoc propter pinguedinem eis admiſtam, ad quod concurrunt muſculi ex quibus componuntur. Remouetur eorum nocumentum ſi cum aceto, pipere, zinzin. & ſimilibus comedantur. Nerui eiuſdem ſunt complexionis, duræ digeſtionis, parum dant nutrimentum, & viſcoſum. Sed de auribus extremitates ſunt incidēdę.

*Guttur.* *Rubrica.* XXXIIII.

DE GVTTVRE dicēdum ꝙ eſt cartilaginoſum frigi. & ſic. de labijs quaſi idem quod naribus, & auribus, ſunt tamen naribus meliora, & credo ꝙ vt ſunt partes viuentis corporis ſunt complexionis cali. cū ſint carnea multum, vt infra tractatu ſexto. capitulo octauo.

*Lingua.* *Rubrica.* XXXV.

ET SI LINGVA componitur ex venis, neruis, & lacertis, tamen ejus caro eſt laxa humida, ita ꝙ eius nutrimentum eſt humidum. Auicē. dixit tamen Iſaac ꝙ eius nutrimentum eſt medium inter durum, & molle, ꝙ ſi comedatur cum lacte, vel lacerto ſibi iuncto laudabilior, & digeſtioni magis conueniens. Linguarum carnes ſunt tēperatæ, quarum nutrimentum eſt mediocre in quantitate. verba ſunt Ruſi & Ioannis. Exiſtimo ipſam calidā & humidam, plus tamē humidā et digeſtioni ſit aliqualiter grauis. nam cum decocta eſt duræ, & ſatis ſolidæ ſubſtantiæ eſt, & cum hoc ex neruis, venis, componitur &c. quæ ſunt digeſtioni grauia.

*Alæ.* *Rubrica.* XXXVI.

ALÆ auium bonarum, & pręcipue cōpletarum ſunt laudabiliores, vt ſunt gallinarum, caponum, perdicum, faſianorum, & melius dant nutrimentum, & eſt temperatius alimento aliarum partium. Graduantur autem ſecundū gradum animalium mire conualeſcentibus proſunt, quia debilis ſunt caliditatis pręcipue gallinarum, & velocis digeſtionis. Dicendum eſt completarum, quia pullorū coxæ ſunt alis meliores cum nondum eorum alæ fuerunt exercitio expoſitæ, vnde quāto ala magis exercitatur alijs paribus, melior exiſtit, & alæ paruarum auiū et pinguium ſunt meliores.

*Collum.* *Rubrica.* XXXVII.

COLLA autē ſunt duræ digeſtionis, & quanto aues plus procedunt in ætate tanto duriora, & tardiora ad digerendum, ſapida tamen ſunt.

*Vbera.* *Rubrica.* XXXVIII.

VBERVM carnes ſunt ſimiles carnibus glandoſis, & complexio earum eſt hu. & declinans ad frigiditatem, ſunt boni ſaporis & dulcis, & ex eis generatur ſanguis bonus, & multum nutriunt, licet tardę digerantur. Eligātur de animalibus iuuenibus & temperatis, et māmillarum in quibus eſt lac, nutrimentum eſt groſſius.

*Pulmo.* *Rubrica.* XXXIX.

PVLMO vt cibus eſt fri. & hu. cōplexiōis. ꝙ ſit humidę cōueniunt auctores. ꝙ autem ſit frigidę diſcordant. Nam Ioannes et Rufus enunciauerunt ipſum calidum. Raſis ipſum frigidum poſuit. Auicenna. dixit ipſum præbere nutrimentum phlegmaticum. Idem Iſaac. Vnde credo ipſum ponendum frigidum eſſe: vt placuit Raſi. De eius complexione apud auctores medicinæ multū deprimuntur

tur

tur ſpecialiter ſupra prima primi.ca.de complexionibus membrorum, & eſt queſtio de eo, vt membrum eſt, & ex illis dictis poteſt trahi ſententia hic poſita ſi bene conſiderentur. Vnde credo ipſum poni debere fri.et hu.io primo. Eligantur ex animalibus iuuenibus temperatis, aut temperamento vicinis, & etiam calidis pinguibus, aut arietis iuuenis pinguis, vituli, porci domeſtici, hædi &c. eſt facilis digeſtionis, & cito de ſtomacho deſcendit propter raritatem, & leuitatem ſuæ ſubſtãtiæ, ſed cæterorum membrorum comparatione minus nutrit. unde pinguedine grauati comedant &c. confert, & phlegmatis dat nutrimentum, vt ſupra, et ventrem ſtringit. Pulmo vulpis phtiſicis mirabiliter confert.

*Cor.* *Rubrica.* XL.

COR graduari poteſt dupliciter, vt membrum, & vt cibus, vt membrũ, quia conſideratum eſt ſic formaliter ſecundùm modum loquendi Thadei, calidum eſt & ſiccum. Vt cibus hoc eſt materialiter, & ſecũdùm materiam & partes cõponentes &c. fri.eſt et ſic. Inuenio tamen Ioannem, & Rufum ponere ipſum ca.& hu. quod credo intelligi debere de ipſo quantum ad effectum, quia productiuũ eſt ſpiritus, qui ca.& hu. complexionis exiſtit, tamen gloſſæ non debent placere, quæ de ipſo pertractãt, vt cibus eſt graduari debet fri.et ſic. complexionis cum ſit arterioſum neruoſum ſatis, quæ omnia fri. ſunt, & paucæ carnis. Eligatur ex iuuenibus animalibus et pinguibus. difficilis eſt digeſtionis, & parum nutrit, tamen ſi bene digeritur ſatis de nutrimento prębet Gal. Si accipiatur cum ſale, pipere, cimino. Remouetur nocumẽtum eis ſi poſt eius comeſtionem accipiatur conditum.

*Stomachus.* *Rubrica.* XLI.

STOMACHI complexio fri.& ſic. ponitur pręcipue quantum ad tunicam interiorem. nã exterior plus carni ſimilatur. duræ eſt digeſtionis, & pauci nutrimenti.

*Hepar.* *Rubrica.* XLII.

HEPAR ca.eſt & hu. vſq; ad ſecundum: & vt credo calidius eſt quod eſt ex aĩali calidiori, membra aũt aĩaliũ aſſimilantur aĩalibus, quorum ſunt membra. Eligatur hepar anſerum, anatũ pinguium. deinde gallinarum pinguiũ deinde porcorũ. deinde aĩalium lactãtium eſt difficilis digeſtionis, groſſum prębẽs ſanguinẽ. Remouetur nocumentum ſi decoquitur in oleo cũ ſale ſuperpoſito, quod ſi tunc digeretur laudabilem ſanguinem dabit. Hepar caprę non videntibus de nocte mire confert.

*Splen.* *Rubrica.* XLIII.

SPLEN complexio ponitur ca.& ſic. vſq; ad ſecundum. Ego vero idem quod de corde credo. nam eſt multũ arterioſum. Item conueniunt omnes ꝙ difficilis ſit, & tardæ digeſtionis, & ꝙ ſanguinem generet melancholicum, quæ videntur in eo arguere magis dominium terrę. Eligãtur de animalibus pinguibus, et humidis, et teneribus permaxime ſplen porci, quia hoc eſt melius.

*Renes.* *Rubrica.* XLIIII.

RENES ſunt in complexione ca.& ſic. licet Auic. dicat ꝙ ſint ęquales ad ſiccitatem tendentes. Eligantur renes hędi lactãtis, difficilis ſunt digeſtionis, mali ſaporis, et pauci nutrimenti, & humor ex eis genitus malus. Remouetur eorum nocumentum ſi cum ſale, & aceto pręparentur.

*Teſticuli.* *Rubrica.* XLV.

TESTICVLORVM cõplexio ca.eſt et hu. uſq; ad ſecundũ. Eligantur ex gallis pinguibus, & maxime qui nondum coierunt. nam iſti optimi ſunt, et facilis digeſtionis, & bonum dant nutrimentum. Cęterorum vero difficilis digeſtiõis, et maxime, q ſunt de animalibus magnis, nec in eis eſt bonitas ſicut in carne mamillarum.

*Inteſtina.* *Rubrica.* XLVI.

INTESTINA fri. ſunt & ſic. in ſecundo. Eligantur ex animali pingui, pinguia ſunt difficilis digeſtiõis, & groſſum dant nutrimentum, & paucum & malum. relinquenda ſunt guloſis, qui cum eis, & vino dulci ſolariãtur.

Pinguia ſunt difficilis digeſtiõis

*Pedes.* *Rubrica.* XLVII.

PEDES temperati ſunt in caliditate. Eligantur anteriores, & ex eis meliores ſunt agnorum, ſunt difficilis digeſtionis non multum, tamen generant humorem viſcoſum non groſſum & laudabilem. Remouetur eorum nocumentum ſi decoquantur vſq; ad diſſolutionem, et pręparentur cum aceto, & croco. Nota tamen ſm Raſim anteriora leuiora, & calidiora alijs paribus.

*Cauda.* *Rubrica.* XLVIII.

CAVDA ca. complexionis eſt ſatis conuenientis nutrimenti propter ſui motum continuũ, faſtidium tñ facit ſi de ea multum aſſumitur, & eſt ſtomacho nocens. Raſis. Et choleram rubeam generat.

*Cutis.* *Rubrica.* XLIX.

CVTIS fri.eſt & ſic. in ſecundo. tamen generat ſanguinem in quo multa eſt viſcoſitas, & ideo oppilationem facit, remouetur nocumentem ſi cum ſpeciebus, & aceto, & perfecta decoctione coquatur.

*Adeps & pinguedo.* *Rubrica.* L.

ADEPS & pinguedo ca. exiſtunt & hu. vſq; ad ſecũdum. Eligantur de aĩali temperato, laxant ſtomachum, & nauſeam inducunt, & pinguedo faciliter in choleram conuertitur, ſunt tamen vtilia ad pręparationẽ carnium, ſi tamen ſolæ comeduntur generant phlegma et oppilationes, & corrumpunt cibum facientes ipſum leuigare Aui. Chriſtiani pinguedine, ſiue adipe porci ad vſum in pręparãdis ferculis præ cęteris vtuntur.

*De modo incidendi nobilibus in menſa.* Rub. LI.

IAm reſtat de modo incidẽdi pro nobilibus pro complemento capituli: vt pollicitus fui quædam curioſa annotare, pro incidẽtibus nobilibus. Sciant itaq; primo inciſores carnium coram nobilibus. ꝙ caro melior, et digeſtibilior eſt illa quæ eſt circa os. Secundo ꝙ dextræ partis caro leuior eſt ac melior ſiniſtræ. Tertio ꝙ anterior alijs paribus eſt leuior & calidior, & ſm hębreos eligibilior, nam poſteriora animalium ex lege ſua condemnantur. Ex quo infertur ꝙ debent incidere dominibus de parte dextera anteriori. Viris autẽ & congruentius de anteriori, & ſiniſtra cũ ſint dñabus calidiores. Quarto inchoando ab auibus, & ſm ordinem ſupra poſitum debẽt incidere inchoãdo ab alis gallinarum, caponum, perdicũ, faſianorum, & hmõi incidendo minutim ſatis. Itẽ ex gallinis ſi ioci hepata exiſtant, debent anteponere ſcindẽdo in duas vel in tres partes ſm quantitatem hepatis. Vbi notandũ eſt & pro ſequentibus, ꝙ curioſus inciſor debet ſemper ſic diuidere membra animalis, vt non ſit opus ꝙ dñs, vel dñi eius pro incidendo cultello vtatur. nam ſic faciendo induit officiũ ſerui eius. Ex quo infertur ꝙ male operantur, qui columbos ſolum diuidunt in quatuor partes. de quibus infra. Deinde finitis alis procedat ad pulpas, & poſteriora pectoralia, & vltimo ad coxas, & ad dorſum. De alis pullorum ſecus eſt. nam eligibiliores ſunt coxæ à quibus inchoandum eſt. deinde ad alas procedendum, & vltimo ad pectora. & ad dorſum. De alis aliarum auium dicetur ſuo loco. Errãt exiſtimo, qui columbos iuuenes, ſicut pipiones in ſeruiendo in menſa in quatuor partes tantũmodo diuidunt. nam ſic diuidendo opꝫ dñm induere habitũ ſerui, & manus deturpare, cum ſic niſi diuidantur minime honeſte comedi poſſint, quod turpe eſt. nã ibi eſt ſeruus vt in oĩbus ſeruiat, et domin⁹ manus à gladio omnino retrahat. Debet ergo demembrari, vt pulli, & coxæ prius

Aduertant inciſores.

Poſteriora animalium apud hębreos deteſtata.

debent ſcindi minutim quàm magis curioſe fieri poſſit,&
pręſentari.Et de reliquis,vt de pullo. Anatū vero,& an-
ſerum prius debent pectoralia eleuari,& incidi.nam duca
tur gladius inchoando à furcula pectoris adhęrendo ipſi
oſſi qđ eſt in medio pectoris vſq; ad coxas,& ex alia par-
te inchoandum ab oſſe alę, vſq; ad iam dictum locum, &
ſic extrahetur faciliter tota caro pectus cooperiens,deinde
procedatur,& ad alas vltimo ad coxas,& dorſalia,& ſi in
eis hepata inueniantur,anteponantur,& incidantur vt pa-
tet.nam inter omnia hepata ſunt meliora.ſint enim boli ita
parui,vt domini vel dominæ non fiant difformes ſm ge-
Canones. nas in eorum comeſtione. Vbi pro regula habēda eſt, ꝙ
tolerabilius eſt peccare in paruitate boli q̃ in eius magnitu
dine. Vnde in ſumma tres habeantur canones generales.
Primus ꝙ inciſor cui datum eſt officiū gladij ita incidat:
vt ipſius gladij omnem effectum penitus faciat.nā ob hoc
datus eſt gladius.Et ſi contingat in hoc deuiare:ita vt opꝰ
ſit dominum cum gladio incidere ſequuntur duo inconue
nientia. Primum dominus induit habitum ſerui.ſecun-
dum quod ignominioſum eſt domicello.nam ex hoc vi-
detur ꝙ non complete ſatisfecerit. Ex quibus ſequitur, ꝙ
errant domicelli qui bolos artoclearum magnos faciunt.
nam cōmenſuratos ſcindere debent, vt patet. Secundus
ꝙ bolos domicellus ita cōmēſuratos faciat, vt ori ſint ꝓ-
portionati.Ex quo ſeqtur ꝙ alios bolos dominabus,alios
viris, alios nobilibus pueris domicellus incidere debet.
Vnde viris maiores, dominabus minores,pueris nobiliū
medios inter hos. Tertius ꝙ domicellus nunq̃ debet in-
cidere dominabus bolos oſſeatos, quia ex eorū comeſtio-
ne deformes,& non curioſa videntur.nam honeſta come-
ſtio plus in muliere laudatur.nam qui honeſte comedit ui
detur ac ſi eſſet domina in eius comeſtione,& ecōtra cum
turpia,et indecora eſt,in muliere damnatur,hominibus ue
ro audacius dandi ſunt plus. De grue vero, & pauone
dicendum eſt, vt de anſere,ſecus tamen eſt de eorum hepa
tibus.nam illa non cōmēdantur ab auctoribus. De turtu
re vero dicendum, vt de columbis, & pullis quantum ad
earum demembrationem, ſed in cęteris debet prius domi
cellus alas ponere.Deinde coxas,pectoralia,deinde dorſa-
lia,deinde in plures ptes honeſtas,quæ ab ore honeſte tra-
ctari poſſunt, quod de pullis, & columbis intelligendum
eſt. Qualeę etiam demembrentur,et extrema oſſuoſa abij
ciantur.deinde ex alia fiant tres boli vſq; ad quatuor,et de
coxis.ij.vel.iij.Pectoralia vero diuidātur,et ſimiliter dor
ſalia ſm canones. Turdi, & meruli ſic incidantur & de-
membrētur.turdus in quatuor partes ſcilicet in alas duas,
& coxas duas.deinde ducatur gladius per medium, & di-
uidantur dorſalia à pectoralibus, & ſic fiant parui boli.
Sunt quidam qui delectantur in eſu ſtomachorum ſuorū,
quoniam in eis reperiuntur quandoq; iuniperi, ſed tamen
Hyoſcyamū hominē interficere. eſt periculoſum,quoniam turdi comedunt hyoſcyamū,et
in quantitate,quę hominem interficit.ideo &c. Et de lau
da dicendum vt de turdis. De auibus minutis dicendum
ꝙ in quatuor partes tantum diuidendæ ſunt, quoniam oſ-
ſa ſunt valde tenera, & cum carne comeduntur, diuidan-
tur in modum crucis ducendo gladium per longum.dein
de ex tranſuerſo.

Canon. De animalibus quadrupedibus ſeruando ordinem po-
ſitum ſupra. Et ſit in omnibus canon primus generalis, ꝙ
ſemper fiat inciſio ſm tranſuerſum,et non ſm longum car
nis. Secundus ꝙ caro muſculoſa ſemper cum cætera de-
ſunt vltimo incidantur. De capreto incidatur pectus.Itē
quod eſt inter coxas apud renes,et illa quæ eſt coſtis adhę
rens.Renes vero capreti,& maxime lactantis ſuper omnes
à medicis laudantur, quare ob ſuam pręrogatiuam incidi
debent, & nobilibus anteponi. Item quia omne membrū
ſibi ſimile confortat, cum nobiles ocio dediti plus luxu-
rię intendant quàm laborantes &c.hinc de ipſis comede-
re debent,oculi etiam eius anteponantur. De agno dicen-
dum quod de capreto. De ariete vero dicitur, ꝙ pectus
lumbi circa ſpinam, & caro pectus cooperiens incidi de-
bet.Iſta autem quæ eſt apud renes eorum minime, & inci
datur ſemper ex eo caro,quæ ſit pinguedini propinqua,&
ſemper de anteriori iuxta canonem antepoſitum permaxi
me de ipſo.nam pars poſterior eius eſt grauioris odoris.
De vitulo vero incidatur pectus, & quæ eſt coxi annexa,
& lumbaris pars eius, & de parte poſteriori, quæ ſit pin-
guedini propinqua,ſiue adhęrēs.ꝙ ſi vitula fuerit poſſunt
& debent anteponi,ſed deinceps reſeruabo de mēbris ani-
malia vſq; ad finem. De porco dicendum, quòd incidi-
debet ſecundùm eius pectus, & ſecundùm partes pectori
adiacentes, quæ in vulgari noſtro dicitur pancia, & lum-
bi eius,qui dorſo adiacēt,& ex aſſato partes fęmorales uer
ſus panciam ſicut fit de paruo capreto. De leporina coxa
rum,quæ in medio iacent,et lumbi per totum.vltimo par
tes poſteriores. De capreolina quaſi idem iudicium. Ex
quibus patere poteſt modus ſe habendi in ſcindendo in re
liquis omnibus carnibus.

Reſtat quicquàm de partibus animalium dicere, quæ
per domicellos nobilibus debent anteponi. Ex cerebris.
cerebrum arietis, hædi, vituli, præparatio dicta eſt. Ex
medulla ea, quæ vituli,& bouis, & maxime iuuenis. Ex
oculis.oculi hædorum, & agnorum. Ex auribus porci-
næ,& extremitates. Ex lingua agni,hædi, porci, vituli,
bouis,arietis,& ſimilium, quæ in plures partes diuidi de-
bent, & incidi cum muſculis ſuis, quoniam ſapidior exi-
ſtit. De collis, collum gallinæ diuiſum in plures partes,
& ſimiliter collum pulli elixi. De vbribus.vbera vi-
tulæ, ex quibus fit aſſatum. deinde aſſatum pro poteſta-
te cum ſunt elixa. deinde ſupra prunas decoquuntur am-
plius.De pulmone.pulmo arietis,hædi,vituli,& porci.ha
bent enim ſupra alios pręrogatiuam.debet ergo hoc do-
micellus nobilibus dare,ut in arte ſua videatur induſtrio-
ſior. Ex hepatibus.hepar anatis.deinde anſeris hæc prę-
rogatiuam habent ſupra alia.deinde gallinarum pinguiū.
deinde porcorum. Ex ſplene.ſplen porci ita dicat domi-
cellus medicos dicere. De renibus dictum eſt. De teſti-
bus gallorum pinguium,qui nondum coire inceperunt.
Ex inteſtinis.inteſtinum rectum, dictum inteſtinum no-
bile,inteſtinū monoculum. Ex pedibus anteriores agno
rum, vitulorum &c. Ex caudis.cauda arietis, & vituli
in partes multas diuiſa. Ex cutibus.cutis gallinarum,ca-
ponum, anſerum, porci & huiuſmodi. Adeps vero, &
pinguedo ſolæ reijciantur, aut cum alijs carnibus incidi
debent. Et de his hæc pauca,quę plus gratia ſolatij,& cu
rioſitatis q̃ neceſſitatis appoſui.

Sed poſtremo duxi neceſſarium de certis præparatio-
nibus carnium quicquàm dicere. De aſſatura carnis ſu-
per prunas ſcito,quòd multum nutrit, & corpus roborat,
tardæ tamen digeſtionis eſt,ita vt vix tota digeratur,vn
de ſolum fortibus ſtomachis danda eſt, nec poſt eam eſt
alius aſſumendus cibus,et poſt eius aſſumptionem parum
bibendum eſt. Caro autem, quæ cum pinguedine frixa
eſt, eſt faciens faſtidium, & de ſtomacho tarde deſcendit,
nutrit tamen potenter, & eſt leuior ea, quæ ſuper prunas
aſſatur, illa tamen, quæ cum oleo frigitur leuior atque di-
geſtibilior eſt. Caro vero, quæ in veru coquitur groſ-
ſa eſt, & multum dat nutrimentum, neque bene digeritur
niſi cum ſtomachum inuenerit robuſtum atque calidum,
in ſumma eſt difficilis digeſtionis reſpectu eius, quæ eli-
xatur. Elixa autem alijs paribus facilioris eſt digeſtio-
nis. Et eſt aduertendum, quòd caro multum alteratur ex
decoctione eius cum aqua, cum qua ſi quid frigidi poni-
tur redditur frigida,ſi calidi calida:et huiuſmodi.pro quo
vide Raſis tertio Almanſoris capitulū.x. De piſcibus ue
ro dicendum iuxta canones poſitos de carnibus.quòd ita
anteponi debent, quòd boli eorum ſint commenſurati,
quod de caſeo, lacticinijs. quòd ſi qui delectarentur inci-

piſcium,

ſtione piſciũ. tunc fiant boli minuti, vt ſpinæ minutæ fiant ne ex eorum longitudine ſubſequatur retētio earum in partibus gutturis, vt pluribus iam euenit.

## De liquoribus, & his quę in vſum potus veniunt, vt ſunt lac, vinũ, agreſtum, acetũ, aqua, cuius rubricæ ſunt. v. Ca. IX.

### De lacte. Rubrica. I.

CVm autem lac ſit per participationem mediũ inter cibum, & potum, cum de cibo dictũ ſit ſiueq̃ de potu aliq̃d dicatur de ipſo prius agendum eſt. Ex lacte reperitur lac dulce naturaliter tale, & lac acetoſum artificialiter tale. de quo mentionē facio cum ad vſum, et cõmodum infirmorum ſępe veniat. Lac dulce diuiditur in humanum, caprinum, vaccinũ, aſininum. nam hęc ad vſum chriſtianorum veniũt tantum, quare de cæteris ſuperſedeo, vt de equino, camellino &c. De lactis dulcis complexione inuenio auctores inter ſe diſcordes. nam Raſis eum declinare ad frigidum & humidũ dixit. licet eum annuntiauerit ſic abſolute temperatum. Iſaac vero ipſum ca. et hu. in primo enuntiauit cum ſit naturæ ſanguinis valde propinquum, imo eſt ſanguis biſcoctus, licet aliqualem alterationem recipiat in mamillis. Gal. vero & Dioſ. Iſaac videntur magis applaudere. Auic. vero eius complexionē tacuit, licet de caprino dixerit eſſe temperatũ, quod credo debere intelligi, vt infra. Hęc eſt diſputatio mihi ardua, nec inter hos tantos viros pręſumo me ad conciliandum interponere, conuenire tamen videntur omnes, q̃ ſit temperatum, & aliqui q̃ declinet &c. vbi eſt poſtponēda diſcordia. De humano credo dicendum, q̃ ſit ca. & hu. cum ſit complexioni humanę proportionatiſſimũ. nam conſeruatio fit per ſimilia. tertio techni. & tertia primi. de quo dicam quid in foro iulij indi, & eſt apud Furlanos conſuetum. nam ſiue fe. adſit ſiue nõ, ſemper cum vident uirtute debilitatum etiã in pueris patientibus vermes, exhibent lac muliebre, & bene ſuccedit. nam plures ibi ægrotantes, quibus à me datum fuit lac humanum optime conualuerunt, de quo quidem lacte forte intellexerunt auctores cum enuntiauerunt ipſum ca. & hu. debet etenim lac diuerſificari in cõplexione ſm animalium diuerſas compleſiones. De caprino vero dicendum, q̃ cum ſit ex animali quod ad frigiditatem declinat: q̃ ipſum poteſt frigidum pronuntiari. Nam quinto therapeu. lac vniuerſaliter fri. eſt & hu. et Raſ. ad fri. & hu. declinat, quod maxime intelligendum eſt de lacte quod cõmuniter eſt in vſu, cuiuſmodi eſt caprinum, et vaccinũ. Prętereà. Auicē. Et propter declinationem ſuam ad frigus aliquod nocet phlegmaticis. & ideo credo pronuntiandũ fri. & hu. in primo. Et eſt olim vulgata ſententia q̃ frig. ſit & hu. complexionis, quæ non ſine rationabili cauſa inducta eſt Et ſi obijcitur, quia Auic. dicit, q̃ caprinum eſt temperatum. Dicendum q̃ illud debet intelligi quantum ad tēperamentum ex parte ſubſtantiæ, quia ibi mentionem facit de groſſitie, & ſubtilitate lactis. Et ſubdit q̃ caprinum eſt temperatum. Poſt vero facit de lacte mentionem quantum ad complexionem, ita q̃ quę dixit intelligēda ſunt de compoſitione. Scito tamen q̃ aliter complexionatur lac dum eſt recenter mulctum, et aliter dum ſtetit multum ſiue multum. nã cum ſtetit plus infrigidatur. Eligatur humanũ ex vbere aut ſicut mulgetur, quod de quolibet alio intelligendum eſt. nam cito ab aere alteratur, & hoc quia habet partes ſuas butyroſam, caſealem, et aquoſam adinuicem non magis cõmiſtione connexas vt vinum & huiuſmodi. Scito tamen q̃ de aquoſa quidam faciunt duas partes, ſeroſam acutam, & aquoſam frigidam aquam, ita vt ipſum maſſę ſanguineę proportionatum ſit. Pluſq̃ commentator ſecundo tech. Cautela enim in prohibitione corruptionis eius eſt. vt enim mulgetur lac in paropſide, aut vitro, quod ſit actu ſtans in aqua calida non multum, vt caliditas aquæ conſeruet caliditatem lactis, & prohibeat eius cõmiſtionem, quę ex illa caliditate conſeruatur. Item ſit remotum à partu per. xiiij. dies. alia litera habet per. xl. dies. cum plus frigidis adhibendum eſt. Et inter cætera tempora laudabilius eſt, quod eſt in medio veris vſq; ad finem mediæ æſtatis, et ipſi proximum. Poſt humanum vero in bonitate laudari uidetur caprinum, quoniam medium eſt inter groſſum & ſubtile. Auer. tamen poſt humanum laudat aſininum, quod eſt valde ſubtile, ſed caprinũ pręponit vaccino, & ouino, ſed quod de aſinino dicit credo intelligendum magis in via medicinæ cibalis. Caprinum vero magis nutritiuũ, & humano vſui magis domeſticum, atq; cõſuetum. deinde ouinum. vltimo uaccinum. Eſt enim cæteris groſſius nec ſtomacho ita conueniens. Nocet febricitantibus valde, et vt dicitur valde phthiſicis febricitantibus confert auctoritate Senis aphoriſ. v. Item in ſtomacho faciliter coagulatur, quare cum eo miſcetur zucharum prohibēs eius coagulationem. Item ſi ſumitur cum paſſulis ſiue nucleis emēdatur: potans enim lac ſuper eius aſſumptionē nil recipiat, & quieſcere debet ne ex motu corrumpatur, & ſuper ipſum non dormiat. *Lac vt comedatur.* Ex quibus infertur q̃ vinum nõ debet lacti admiſceri, vt cõmuniter fit, nam ipſum alterat vt apparet ad ſenſum, & ipſum coagulat, & penetrare facit indigeſtum, eſtq; cibus conſiſtentibus, & ſeni maxime proportionatus, conſumptis, et phthiſicis, vbi multa vero affuerit fe. vt ſupra: et de quo infra in capitulo de cura phthiſis, et hecticæ colorem corporis efficit bonum maxime cum zucharo bibitum, & multum nutrit, & impinguat propter ſimilationem ad lac, & ideo paſtores ſunt pingues. *Paſtores cur pingues.* Confert tuſſientibus tuſſi ſiccæ, & eſt medicina magis pectoralis q̃ ſtomachalis. nã facit oppilationem meſeraicarum, dolorem, inflationem, et torſionē in ſtomacho, & eſt medicina propria vlceribus inſtrumentorum vrinæ. Et hęc plus q̃ noſtro propoſito neceſſaria dicta duxi ſuper de bonitate, & malitia lactis dulcis.
De complexione acetoſi dico q̃ ipſum eſt fri. & ſic. vt placuit Iſaac. Rufus vero Gal. & Dioſ. frigi. & hu. quibus magis aſſentio ex effectu ſuo propter quem magis laudatur.
Vnde Auicen. Et lac acetoſum frequenter expellit fe. hecticaa, laudatur etiã in extinguendo ſitim, eſt tardæ digeſtionis, & ſtomachum grauat, & eſt humoris crudi generatiuum, & ideo ſi datur hectico. et non ſperatur eius digeſtio bona plus nocebit. nam nil videtur corpori deterius q̃ lac malũ. Acetoſatur autē lac hoc modo. extrahatur ex eo butyrũ & dimittatur nocte vna in aere ſpato, mane autē agitetur vehementer, et excludatur ſpuma eius. eſt enim ſedatiuum vehementiæ caloris Meſ. de phthiſi. *Lactis vt aceſcat, pręparatio.* Vltimo eſt ſciendum q̃ lac recipit uarietatem etiam in complexione, & varietatem nutrimenti. & ideo medici cum volunt lac exhibere in via medicinæ, magis paſcunt animalia herbis propoſito ſuo congruentibus.

*Cõſeruatio p ſimilia.* (margin note beside "humanę proportionatiſſimũ")

### De vino. Rubrica. II.

REPERITVR vinum de quo eſt ſermo in duplici differentia. nam aliud eſt non coctum, aliud coctum dictum Sapa vel rob vini. *Sapa quid.* Non coctum vero variatur ex ætate, ſubſtantia, virtute, loco, colore, & ſapore. Ex parte ætatis quoddam nouum, quod vocatur muſtum, aliud antiquũ ſiue vetus, aliud medium inter hæc. Et antequàm procedatur ad alias differentias eſt inueſtiganda complexio vini, quam complexionem oportet variare ſecũdùm complexionem varietatum differētiarum iam dictarum, & ſi non ſecundùm omnem ſaltem ſecundùm aliquam, ut patebit. Verum complexiõe vniuerſaliter calida & ſicca. vſque ad ſecundum, ita enuntiauerunt Hippocrates, Galenus, & Dioſcorides, quod dictum debet intelligi de vino medio, ſiue mediæ potentiæ. Et hoc forte intellexit

Sera. dum dixit nouum ca. in primo. vetus Itertio. mediũ inter hęc in ſecundo. Nam reperiuntur vina in eorum potentia, & ſaltem apud nos multum variata, quædam enim ſunt debilia multum, vt ea quæ de plebe ſacci, quæ ſunt vina quaſi aquæ propinqua. Alia potentia multum, vt montana. cuiuſmodi ſunt illa, quæ naſcuntur in monte richo arquadę. Noonulla inter hęc mediocria, quæ in planitię, & apud montes, & diſtant, vt in citadella, & in locis petroſis aridis naſcuntur, ut ea quę ſuper campanea Teruiſina, Paduana, Furlana. Prima vt exiſtimo ſunt talia in primo, et variantur in manſionibus primi. quoniã quæ ſunt aliqualiter ex eis vigoroſiora in tertia ponuntur mãſione primi. quæ autem multũ debilia in prima manſione ſunt ponenda, & temperamento vicina, media autem in medio ſituãda ſunt. Et quę dicta ſunt de iſtis intelligantur de alijs. Vnde vina montana ſunt in tertio gradu talia, & vt credo ex eis potentiora in ſecunda mãſione eiuſdem gradus. minus vero potentia in prima. ſed orientalia potentiora, vt maluaticum, gręcum, & huiuſmodi. in tertia manſione eiuſdẽ gradus collocanda. exiſtimo etiam apud nos reperiri uina quæ maluatico non ſunt debiliora. Vnde oportet ꝙ peritia medici ſuppleat. nam licet dicatur. Male ſedet in iuuene vina cognoſcere. dictum tamen hoc debet intelligi excepto medico, qui de vinis ad ſalutẽ hoium debet eſſe bonus cognitor, cum vinum ſit homini cõmodiſſimũ, & ſalutiferum, vt infra. Mediorum uero regula ex dictis haberi poteſt.

*Medico vina cognitu ad modum neceſſaria.*

Sed aduertendũ ꝙ vina etiam ex ætate recipiũt fortitudinem & debilitatem. nam quæ ſunt noua, & vt ita dicam infantia alijs paribus ſunt debiliora, quæ autem ſeniora fortia. Iuuenilia medio modo ſe habẽt. Item, ꝙ ſicut eſt de complexionibus, ita eſt de vino. nã ſicut melancholicus citius ſeneſcit ſanguineo, & phlegmatico, cholerico alijs paribus, ita de vinis dicẽdum. nam aliud altero citius ſeneſcit. Quæ. n. vina ſunt noua vſqꝫ ad duos annos, vetera in ſeptimo, media in quarto, quinto. & iſtud voluit Iſaac, quod maxime intelligendum eſt de vinis potentibus valde tranſmaritimis, vt eſt gręcum, maroa cretenſe &c. Ex quibus apparet ꝙ de vino non potuit dari vel poni certus gradus omnibus conueniens, ſed data eſt regula, & menſura per quam diſcretus medicus ipſum faciliter inueſtigabit. De ætate autem vinorum noſtrorum dicendũ, ꝙ duplicitet noua vſqꝫ ad duos uel tres menſes, antiqua dum ueniunt ad. xij. & ipſum pertranſeunt, media vero in medio tempore. & Auicẽ. tertia primi de regimine aquæ, & vini dixit de ætatibus noſtris habendo reſpectũ ad vinum. Dare uinum pueris ad bibendum eſt ſicut addere ignem igni in lignis debilibus. ſenibus vero quantum poſſunt tolerare da. iuuenibus autem temperate. Sumit etiam diuerſitatem ex parte ſubſtantiæ, quoniã aliud groſſum, aliud. ſubtile, aliud mediocre. Groſſum vero duræ eſt digeſtionis, oppilatiuũ. ſubtile uero econtra. medium vero medio modo ſe habens. Ex uirtute autem dictum eſt. nam potentius calidius, & ſiccius alijs paribus. Ex parte vero loci. nam quoddam naſcitur in montibus. aliud in planitię, reliquũ in regione media. Quod vero in montibus naſcitur calidius eſt & ſiccius. quod in planitię debilius. quod vero in regione media, medium eſt & potentius, et debilius ſm ꝙ participat de extremis. Ex parte autem coloris ſimiliter triplicem diuiſionẽ recipit. Nam quoddã nigrum, quoddam album, quoddã medium. Medium uero diſtinguitur in citrinum, aureum, rubeum, clarũ, dictum aurelium ſiue ciriſiolum, rubeum obſcurum. Vinum album etiã diſtingui debet. nam aliud eſt natura tale ex vuis albis. quoddã vero album factũ ex vuis nigris artificialiter. vt quod eſt colatum, et non bullitum cum racemis. Album ſubtile eſt & alijs paribus paucioris caliditatis, & quanto magis appropinquat colori aquæ tanto eſt minus calidum, ideoqꝫ corpori dat minus nutrimentum. Hæc Gal. Colatum vero alijs paribus minus potens nõ colato ex eiſdem vuis.

*Vinũ ex vuis nigris arte album.*

Sed eſt aduertendum propter ſophiſtas, ꝙ uina magis potentia, ut gropella baſſiani, durant aliquando per. x. aut. xij. annos quæ in poſtremis efficiuntur alba ac ſi eſſet aqua. de quibus non verificaretur dictum ſupra. nam talia dici habent nigra dum complexionãtur, & vt nigra complexionari, & ſi per ætatem facta ſunt cana. Nigrum vero alijs paribus potentius, ſtypticum, oppilatiuum, difficilius digeritur, & corpus magis impinguat, ꝑpter quod vina gropella baſſiani, & pręcipue dulcia multum impinguant cũ ſint nigra, groſſa & dulcia, multum de nutrimento dantia. Medium vero modo ſe habet. Ex quibus apparet ꝙ vinũ ceraſolum citrinum aureum quod habet colorem ceraſi ſiue aurelum, vel ciſolum ſunt cæteris paribus eligibiliora. Ex parte ſaporis quoddam dulce, quoddã auſterum, quoddam medium, quoddã ponticum. Dulce calidius, auſterum debilius, mediũ medio modo, ponticum vero debile. Ex parte odoris. nam quoddã odoriferum cum delectatione, quoddam omnino carens odore, & etiam quoddam habens odorem, ſed nõ multum delectabilem. primũ calidius eſt & ſubtilius. Carens vero odore aqueum, & omni bona caret caliditate quale eſt uinum ſalicum de plebe ſacci, & pro parte magna Ferrarienſe. Reliquum vero mediũ & plus & minus calidi participat ſm diſtantiam eius ab extremis. Eligatur citrinũ odoriferum, ita placuit Hipp. Gal. & Dioſ. & audi Auic. tertia primi. de regimine aquæ & vini. Eligatur quod eſt medium inter vetuſtatẽ, & nouitatem, & quod eſt clarum, quod ad rubedinẽ trahit, bonum habens odorem, æqualis ſaporis, & quod nõ eſt acre neqꝫ dulce, quod credo tale eſſe uinum gręcum ſiue ceraſolum ſiue aurelũ, cui aſſenſit Baldach et addit. Et bene lymphatũ, quæ lymphatio maior aut minor eſt in peritia medici ponenda, & eſt gloſſula contra bibulos. Nota tamen ꝙ aurelum de Padua cõmuniter non eſt tale. nam ipſum eſt planenſe, & carens odore & caliditate. Nam ſi verificatur dictum Auic. maxime verificari habet de vino aurelo quod eſt medium, & natum in media regione inter montanum & planenſe. nam planenſe non ſuſtinet lymphationem & hoc cõmuniter. Credo etiam has contradictiones iam dictas ſaltem non minus vigere in trebiaois q̃ in aurelis cõmuniter inuentis, imo cõmuniter in trebiaois plures & potentiores reperiuntur. & ideo me intelligis bibule.

*Gloſſula cõtra bibulos*

De nocumentis vini dicendum. & primo in generali, ꝙ ipſum imoderate ſumptum aut inebriando aut non, multa mala cõmittit. nam ſi inebriat animam rationalem de eius propria ſede deponit, et beſtiam facit ſymeam. ſ. leonẽ aut porcum, vt tres tangam inebriatorum gradus, ſi vero non inebriat paralyſim, epilepſiam, apople. cęteraſqꝫ neruoſas inducit ægritudines, & cerebrum maxime perturbat, & lędit, oculiſqꝫ vehementiſſime nocet, de quibus nõ curauit Theutonicus, cum dixit. Satis uidi ſed non ſatis bibi. Specialia vero vini nocumenta ſcienda ſunt. nã vinũ nouũ hepar maxime lędit, & ad hepaticã perducit dyſenteriam, & eſt ventoſum, inflatiuum, difficilis digeſtionis, inducens ſomnia mala, & in choleram conuertitur. Antiquum vero calefacit, faciens dolorem capitis, ſtomacho nocet præcipue ſi ex eo multum ſumatur. Et Auicen. Pauci eſt nutrimenti, & eſt quaſi medicina. De albo Gale. de euchimia. Eſt aquoſum, ſubtile, & pauciſſimi nutrimenti. Nigrum vero groſſum malum, ſtomacho inflatiuum. Dulce groſſum, & ſpecialiter nouum inflatiuum, ventoſum, tardę reſolutionis, & ſtypticum, alijs paribus minus inebriat.

*Vini nocumẽta.*

*Apophthecma germanicum.*

De iuuamentis vini. dicendum primo: vt Baldach placuit. ꝙ quinqꝫ ſunt iuuamenta ex parte corporis ſumpta, et quinqꝫ ex parte animę. Ex parte corporis quidem digeſtionem efficit meliorem, vrinam prouocat, pulchrum reddit colorem, odorem bonum facit, roborat coitum. Ex parte vero animę animam lętificat, bene ſperare facit, corpori audaciam pręſtat, pulchrificat corporis diſpoſitiones, audaciam compeſcit. In eccleſiaſtico vero habetur.

*Vini iuuamẽta.*

habetur. Vinum in iocunditate cauſatum eſt, & ibidem ẽt. exultatio alæ, & cordis, vinum moderate potatum ſanitas eſt animæ & corporis. Et Auer. 5. col. Vinum natationem cibi in ſtomacho necat, ventoſitates reſoluit, vrinam ꝓuocat & ſudorem, aīam lętificat, & iuuat naturam ad expellẽdum ſuperfluitates. Et Auicē. prima quarti. de cura phlegmatice. Et vinum ſubtile confert eis cum ſubtilitate ſua, quia confortat calorem naturalem, prouocat, & ſudorem facit. Et ſecunda primi de pulſu qui prouenit ex cibo & potu circa medium capituli. Cum ipſum conſideratum fuerit, vt fortitudinem efficit alia habebit indicia, qm̃ ſua eſſentia debiles efficit ſanos, propterea ꝙ velociter præbet augmentum in ſubſtantia ſpiritus. nam Gal. ſecũda apho. in commento illius. Facilius eſt impleri &c. Oſum uelocitatem & ſubito nutrimentum eſt vinum. Et. 7. aphor. in commento illius. Halycæ, ideſt anxitudo, oſcitatio & cæ. Vinum temperatum totum corpus temperat calefacit membra penetrans, humores temperatos faciens, & calorem naturalẽ excitans, & eum in ſuis eſt adiuuans actionibus, & vocat vinum temperatum quod eſt lymphatum, vt ſupra. Iſaac vero vinum dat corpori nutrimẽtum bonum, ſanitatem reddit, & cuſtodit, iuuat digeſtionẽ nõ ſolum ſtomachi, ſed & hepatis & aliorum membrorum.

Vinũ ſanitas aīę & corporis.

In ſpeciali ẽt vinum laudari põt. Vinum album ſubtile eſt bonum ſtomacho, & conuenit vſus eius in ſanitate, magis ex ægritudine, & eſt propinquius ad molliendum ventrem ꝙ̃ rubeum nigrum. Serap. vero Auic. album, ſubtile calefactum eſt melius. non. n. dolorem capitis efficit, ſed fortaſſe humectat. Vinum aūt groſſum dulce eſt melius ei qui vult pinguis eſſe & fortis, caueat tñ ab oppilatiõe eius, & vinum vetus rubeum eſt melius complexionem frigidam habenti & phlegmaticam. Serapio vero, quia uinum rubeum eſt medium inter album & nigrum, virtus eſt media inter virtutes illarum. Et ſubdit ꝙ vinum ſubtile ſtypticum eſt bonum ſtomacho, quia nõ auget carnem ſicut groſſum. Et uinum qñ eſt purum ſine admiſtione alicuius rei, & eſt in eo ſtypticitas eſt calidum velociter penetrans in toto corpore, corroborat appetitum & ſtomachum, & nutrit corpus, & facit dormire, & auget in fortitudine corpus, & meliorat colorem. Vltimo aduertendum dictum eiuſdem qñ potatur vinum purum poſt ipſum debet potari aqua ad ſedandam fortitudinem eius, & abſcindendam virtutem nociuam eius. Et hanc regulam ſciuit Theutonicus noſter, qui ſic faciebat nolens iniuriam facere vino.

Aq̃ cur poſt uinũ potãda.

Et non miretur quis ſi tm̃ de vino ſcripſi, nam & quia patauus, & quia plurimi vinum vituperant eius nobilitates annotaui, vt ſuæ malitiæ comparentur. Siquis tñ cupit excellẽtiores virtutes plures ẽt de vino ſcire legat Iſaac de dietis. ca. proprio de uino. ſed hęc ſcire plus q̃ noſtro ꝓpoſito ſatisfacere. De uino cocto dicendum breuiter ꝙ reperitur rob vini & carenum. Rob vini dicit̃ qñ decoctio fit vſq; ad compoſitionem medietatis, & dr̃ uinum coctum. Carenum vero quia tertia parte carens: & ẽt dr̃ vinum coctum. Aliqñ ita decoq̃hitur vt ad ſpiſſitudinẽ veniat mellis, & tunc ſm̃ quoſdam proprie dr̃ rob vini & in uulgari; literaliter dr̃ ſapa, & ita a quibuſdam literaliter vocatur. Calidum eſt, & ſic. in ſecundo. & vt exiſtimo. nam & ſi ꝑ decoctionem caliditatem recipit, ẽt de eius naturali calore reſoluitur. Duræ eſt digeſtionis, inflatiuum, multũ nutrit, & eſt congruũ patientibus in pectore, & pulmone, & vulneratis in renibus & veſica. eſt. n. mundificatiuum, conſolidatiuum. Et quidam ex chirurgicis eo vtuntur in emplaſtris ad ſedandos dolores. & ego iam expertus ſum experiẽcia cõmuniter dicta, & ſi ſic eſt doloris ſedatiuum eſt appropinquans gradui primo.

Rob uini quid ſit.

## *De agreſto.* Rubrica. III.

AGRESTI complexio fri. vſq; ad ſecũdum. ſic. in primo. ita vr̃ placuiſſe Iſaac. Sed eſt aduertẽdum ꝙ tripliciter variatur, & hoc cõiter. nam quoddam eſt factum ex vuis domeſticis a maturitate diſtantibus & multũ. quoddam ex vuis domeſticis a maturitate non multum diſtãtibus. tertium ex vuis ſylueſtribus dictis lambruſcæ, quod aūt eſt factum ex lambruſca credo frigidius & ſiccius. Qđ aūt ex vuis a maturitate multum diſtantibus minus frigidum. Quia aūt ex uuis maturitati propinquis medium inter hæc. Notandum tñ ꝙ ẽt variatur gradus complexionalis ſm̃ ꝙ agreſta eſt ex alijs & alijs vuis. nam facta ex vuis montanis ex quibus fiunt vina potentia credo dicendum minus frigidum, & proportionaliter dicendum ſuo mõ.

De electione vero dico ꝙ abſolute eligendum eſt quod eſt ex vuis optimis, licet aliqui plus commendent ex lambruſca. nam cum ſit ſtomachale debet eligi quod ſtomacho minus noceat, tñ cum quæritur infrigidatio frigidum magis eligatur. Cum vero minor infrigidatio minus frigidum, quodque de ſimilibus ad ſimilia procedendum eſt. Audiatur hic ſermo Dioſc. Oportet ꝙ exprimatur ſuccus ex vua non matura anteq̃ aſcendat ſtella canis, & ponatur in ſole vaſe cooperto cum panno, & dimittatur donec coaguletur totum, & miſceatur illud quod coagulatur cum eo quod nõ coagulatur, & de nocte ponatur uas ſub tecto, quia ros prohibet coagulationem cuiuslibet ſucci. Et melior ex eo eſt qui eſt citrinus declinãs ad rubedinem & eſt frãgibilis & ſtypticus forti ſtypticitate & mordet linguã. Et ſunt qui decoquunt ſuccum iſtum & conficiunt cũ melle vel vino dulci, confortat ſtomachum debilem factum talem ex inflammatione, vñ a quibuſdam multum cõmendatur in ægritudinibus epidimialibus. Valet ſolutioni vẽtris ex cauſa calida, abſcindit ſitim & inflammationem & & appetitũ mouet, ſyncopim tollit, & pręgnantibus ſubuenit. Et hæc de agreſtis.

Ros coagulationẽ cuiuſcũq; ſucci ꝓhibet.

## *Acetum.* Rubrica. IIII.

DE ACETO vero vini, quia de iſto ſermo eſt dr̃ ꝙ eius complexio non ſic abſolute & determinate poſita fuit ab authoribus. Nã quibuſdam viſum eſt calidum cũ ſupra terram proiectum ebulliat. Quidam dixerunt ꝙ eſt actu frigidum & potentia calidum. Auicẽ. vero placuit ꝙ in eo ſit frigiditas vincens dato ꝙ in eo ſit caliditas. & in hac parte ſecutus eſt Gal. & Dioſc. ſed de gradu aceti dixit Baldach ꝙ ipſum eſt fri. in primo. ſic. in ſecundo. & hanc ſniam commendauit Conciliator dr̃a de ſyrupo acetoſo. Marſilius Patauus in eadem qõne ſuper ca. de cura putridarum in generali vr̃ extendere frigiditatem & ſiccitatem eius vſq; ad tertium ſi bene inſpiciatur. Ego aūt credo ꝙ de aceto oporteat loqui vt de vino, nam acetum nouũ magis fri. q̃ antiquum, ſubtile minus, q̃ groſſum, turbidum, ex vino potentiori minus fri. &c. ſemper alijs paribus. Vnde acetum ex vino maluatico gropello &c. minus frigidum. Quod aūt eſt ex vino debiliori alijs paribus magis fri. qđ eſt ex medio medium. Vnde ſciendum ꝙ ſi vinum planẽ ſe fortiter acetet vt ſit acetum, & non vinum acetoſum ꝙ vt credo pronuntiandum eſt ipſum eſſe frigidius. nam in eo partes aqueæ magis vincunt. Vñ Gal. Qñ igitur vinũ conuertitur in acetum infrigidantur partes vinoſæ ipſius vini & ſupercaleſit ſuperfluitas aquoſa quę eſt in eo per putrefactionem quam acquirit acetum. Ex quibus apparet modus faciendi de vino acetum. Vñ credo ꝙ poſitio lapidum ignitorum in vino ſit cauſa vt vinum in acetum cõuertatur ſicut plures dicunt ſe experimẽtatos fuiſſe, de qua re nondum experientiam habui. Eligatur ex vino & ſm̃ intentionem ex potentiori aut debiliori. Fit tñ acetum elegans ſi ſuper dolium aceti vini optimi ponatur tempore vĩdemiarum ſitula vna & media muſti boni cum ſtatim ex vuis exprimitur. eſt. n. forte, dulce. Eſt fortiter exiccatiuum. Confert ſtomacho calido. & hu. mouet appetitum dirigit phlegma, et ꝓdeſt cholericis, nocet melancholicis, nocet neruis, & matrici mulierum, & ægritudinibus ner-

Acetũ arte q̃mo paretur.

uorum & abſcindit ſanguinem unicuiq; fluat. Et mire ualet ſi ex eo & aqua fiat leuis gargariçatio in principio deſcenſus humiditatis a capite ad pectus. Et qm̄ dictum eſt de

Vinū ne aceſcat.

aceto addo his ad curioſitatem quę didici a Baldach ne uinum procedat ad vlteriorē acetoſitatem, immo quam acquiſiuit amittat, extrahatur vinum tale de vaſe in quo eſt clarum & in alio vaſe boni odoris ſaporiſq; trāſmittatur. & cum eo ponatur fex optimi vini in quantitate diſcretioni rōnali viſa, deinde totum miſceatur, & ſic permittatur ſtare donec claruerit, paſſulæ diſſolutę, cicer trium, myrtus, quodlibet iſtorum idem facit. Hæc de aceto & longū.

## *Aqua.* *Rubrica.* V.

Germanorū rña

VLTIMO pertractetur de aqua cum inter potus hominibus conuenientes vilior ſit, & ſecundum canonem theutonicalem nullo modo conferens. Abſit ab humano pectore potus aquæ. Et quoniam aqua reperitur multiplex vt ſalſa, ſulphurea, dulcis &c. hinc ſolum de ea dulci quæ in vſum potandi hominibus uenit. nam de alijs dictū eſt ſupra ca. de exercitio. Aquæ cōplexio ab authoribus variata eſt cum de ipſis complexione quo ad qualitates ſuas apud phyloſophos varia & inter ſe diſſonantia dicta ſunt. Nam quidam philoſophi poſuerunt terram frigidiorem aqua, quidam econtra, & ſimiliter decertauerunt de humiditate eius reſpectu humiditatis aquæ & aeris. Sed ſupponendo viam quam credo veram & medicorum cōmodis magis vtilem q̄ intenſio & remiſſio habeat fieri p maiorem commiſtionem, aut minorem cum ſuo contrario. dico ꝙ aqua debet poni fri. & hu. vſq; ad quartum cū ſit quid ſimplex, aut ſimplicitati multum & multum propinquā. nam & ſi commiſcetur terra & terra ſit frigidior habetur etiam intentum. Et dicatur ꝙ remittetur eius frigiditas ad intra quartum gradum, vt trahendo ipſam verſus primam manſionem quarti. Dicendum igitur ꝙ ipſa ſit fri. & hu. in quarto. cum quo etiam poteſt ſtare ꝙ terra ſit frigidior & aer hu. vt patet intelligenti. Ipſa nanq; a medicis ponitur ſtupefactiuum domeſticum. vt Auicen. ſeptima tertij. c. de medicinis ſtupefactiuis.

Et anteq̄ ponatur electio eius ponendæ ſunt conditiones quas debet habere aqua bona, ex quibus comprætendetur quæ eligi debeat aut non.

Aq̄ cōditiones.

Prima cōditio eſt ꝙ ipſa debet eſſe ex ſubtilioribus uaporibus generata, propter quod magis laudatur aqua pluuiæ, & ſi citius alterationem recipiat, quod eſt quia ſubtilior & magis poris, & magis aerea, & quia eſt ex diuerſis aquis compoſita. & hanc ſententiam ponit Hippo. in ſuo de aere & aqua quæ in æſtate cadit.

Secunda conditio ꝙ ipſa debet eſſe aqua quæ motu non careat Hippo. quare ſtantes vituperantur.

Tertia ꝙ debet eſſe in ſuo pondere læuis & quæ læuior alijs paribus melior, & haoc conditionem ſolam attendūt vulgares alias poſtponendo. & ex hac ſola de bonitate aquæ confidentes.

Quarta ꝙ debet eſſe ſubtilis: clara, limpida. hæc enim eſt quæ cito digeritur.

Quinta, ꝙ debet carere ſapore & odore extraneo, & oī colore. vulgares enim aquam dulcem appellant omni ſapore carentem.

Sexta, ꝙ cito debet calefieri, et cito infrigidari, et in hoc oſtenditur læuitas & ſubtilitas eius. Et ideo quinta apho. 27. Aqua quæ calet, & cito refrigeratur leuiſſima eſt.

Septima conditio, ꝙ debet eſſe in hyeme calida, & in æſtate frigida, & in hoc ſignificatur fortitudo naturalis caloris qui in hyeme conſtrictus eſt in ea, & in ęſtate non permittit extraneum intrare calorem.

Octaua quæ ſumitur ex parte loci, vt ſit aqua fontis terræ liberę, cuius territorium ſit in monte eleuato, non tamē multum, vt Hippo. allegato loco.

Nona ꝙ ſit fons currēs. nam ex curſu eius nobilitatem & bonitatem acquirit.

Decima ꝙ ſit eius origo tendens a meridie verſus ſeptētrionalem, aut ab occidente verſus orientem.

Vndecima, ꝙ fons ſit remotus a ſui origine. nam in trāſitu depuratur & ſubtiliatur.

Duodecima ꝙ ſit ventis & ſoli expoſita, & diſcoopta. Decimatertia, ꝙ aluei fundus per quam currit aqua nō ſit omnino petroſus, ſed ſit mixtus ex petra & luto mūdo. nā abſolute melior, & eligibilior quæ erit per alueum cenoſum & mundum a ſorde, q̄ quæ, per petroſum. debet enim lutum eſſe non fœtidum, neq; lacunoſum, ſed mundum. & has ſententias ponit Auicen. de diſpoſitionibus aquarum.

Ex quibus infert primo, ꝙ lacunales, & paludales ſunt malæ. patet. Infertur ſecūdo ꝙ paludales ſunt deteriores. nam ſol reſoluit partes ſubtiles paludarum magis & remanent groſſæ. Infertur tertio ꝙ fluuiales diſtantes ab ortu ſuo fluentes per alueum mundum &c. vt dictum eſt ſunt putealibus eligibiliores. patet quoniam plures cōditiones bonæ inueniuntur in fluuialibus q̄ in putealibus, vt patet diſcurrēti per illas. xiij. Infertur quarto ꝙ aqua pluuialis eſt cæteris eligibilior, quę paulatim cadit & cū tonitruis. Nam motus nubium ipſam ſubtiliat. patet quoniam ipſa habet de conditionibus dictis quæ ſunt digniores. Et hāc ſententiam volunt authores noſtri & ſpecialiter Senex allegato loco. Sed iſta non vtimur quoniam eam nō ſic ſemper habemus nec in vaſis mundis communiter collocatur. Sed vtimur puteali, fontea, & fluminea. De qbus dicēdum ꝙ inter has bona eſt putealis, melior fluminea, optima fontis, attentis conditionibus de ipſis poſitis.

Notandum dictum Auicē. allegato loco per quod nos docet cognoſcere leuitatem in aqua dicit ꝙ in diuerſis aqs infundantur duo panni linei eiuſdem ponderis, deinde bene exprimantur & vltimo perfecte exiccentur, deinde pōderentur. & illa aqua cuius pannus erit leuior melior erit.

Ex quibus omnibus patet ꝙ aqua eligenda pro vſu noſtro debet eſſe clara, dulcis ad ſenſum datuz, ſubtilis, leuis, non magnæ frigiditatis in cootinuo, vel in quaſi cōtinuo motu quæ cito infrigidetur, & cito calefiat quæ ab extraneis ſit ſufficienter purgata. Et ex vſu huius aquæ moderato corpus nullum inde ſentiet nocumentum præſertim ſi decocta fuerit, de qua decocta dixit Dioſco. ꝙ corpori p̄ſtat ſalutem et multum medetur. Ex iſtis infertur ꝙ inter aquas vſuales valde bona eſt aqua ciſternæ de qua frequēter & quaſi continue hauritur vt ſunt multæ Venetijs. patet correlariū, quia eſt aqua pluuialis optime purgata mediantibus ſpongijs quotidie & quaſi continue mouetur, et non eſt magnæ frigiditatis & eſt leuiſſima, & cito infrigidatur, & cito calefit, & quod melius eſt videtur corporibus Venetorum magnum præſtare iuuamentum, & non nocumētum ex vſu eius. Vnde Gal. Aqua bona nullo modo melius q̄ experimento cognoſcitur, et licet aqua corpori ex ſe nutrimentum non pręſtet, cum nullum ſimplex nutriat, tamen in alimentis iuuamentum maximum facit. unde nobis eſt maxime neceſſaria. nam ad liquefaciendum nutriens, ad ſubtiliandum, & ad faciendum ipſum penetrare eam creauit altiſſimus. Rectificat enim eius ſubſtantiā, & ſine ipſa non poteſt fieri bene complemētum rei nutriēti, ipſa nanq; eſt cauſa pręparationis ciborum, & potuum. Et Raſis tertio Almanſoris. Aqua conſeruat humores in corpore. quæ cibum ſubtilians penetrare facit. Confortat omnes virtutes in omnibus operationibus ſuis, quando ſunt cum æqualitate. ſcilicet attractiuam, digeſtiuam, retētiuam, & expulſiuam, ſed cum multiplicatur potus ipſius facit tremorem, ſtuporem, & obliuionem. Confert calidis & ſic. Nocet habentibus oppilationes, apoſtemata in viſceribus, nocet pectori, & ſtomacho frigido. Et ſi de aqua ipſa plura ſcire quis cupiuerit legat Auicen. tertia primi

Nullum ſimplex nutrit.

allegato

allegato loco. Et hęc de ipſa: vt propoſito noſtro competit in pręſenti ſufficiant. Et in his terminatur ſententia ſecūdi tractatus, pro quo & alijs multis Deo trino & vno, glorioſiſſimęq; virgini matri ſuę Mariæ gratias do infinitas, quæ mihi in ſequentibus auxilietur prout imenſa clementia ſua conſueuit. Amen.

# TRACTATVS TERTIVS in quo ponitur modus componendi cibaria in vnaquaq; ægritudine valētia, continens capitula vndecim.

## *De ſimplicibus temperatis, & in duabus qualitatibus diſtemperatis vnaquaq; in ægritudine valentibus, cuius Rubricæ ſunt. 23.* Cap. I.

*Intentio auctoris.* Rubrica. I.

ET QVONIAM intētio eſt nouos cōponere cibos quibus ægris ipſis appetitu cōmuniter carentibus ſuccurrere valeat medicus, hinc ſubſcribam tabulam de ipſis ſimplicibus prius cum ſuis iuuamentis, & nocumentis eorum complexiones in paucis aperiendo, vt notitiā eorum ſic habitam facilius cōponere ſciamus cognoſcamuſq; cui aut quali ęgritudini cibi ex ipſis compoſiti conueniant aut diſcōueniant. Remotionem nocumētorum in pręſentiarum non in totū omittens. Et erit hęc tabula multum deſeruiens in componendis conſilijs ſaltem ad ſciendum in ſex rebus non naturalibus ſpecialiter de cibo & potu, & habita ſic notitia de eis facile componere ſcies eleuando cibos ipſos ſic compoſitos in gradu, vt res ipſa exiget. & hic ſi memoriæ cōmendabis quæ ſcripta ſunt ſupra in primo tractatu. tertio capitulo de componendis medicinis. & de modo inueſtigandi in quo gradu ſit ipſa medicina compoſita, quod credo perpulchre declinatum fuiſſe. & tu ibi cōſidera. Ordinem tamen his omnibus imponam, vt de ipſo ſtatim facilius, & ordinatius, q̄ quęrūtur inueniantur. In primo itaq; loco ponam temperata, quę cum pauca ſint, non eo ordine quo cætera plurima inſcribam.

*Temperata uſualia.*

DE TEMPERATIS vſualibus in ęgritudine calida ſiue frigida valentibus.

*Far.* Rubrica II.

FAR temperatum nutrimentū eius viſcoſum, remouetur ſi cum zucharo pręparatur.

*Oua.* Rubrica. III.

OVVM gallinæ albumen. ſ. cum vitello. Eligātur recentia, ſorbilia, ſunt maxime nutritiua, & debilibus mire ſubueniunt. Cocta in cinere ſunt groſſioris nutrimenti, & tardioris digeſtionis. In patells cocta malū habent nutrimentum, & in fumoſitates, et in cholericos humores cōuertuntur. ſuntq; inflāmatiua, quam inflāmationem remouet ex detentione eorū prius in aqua frigida, & expoſitione eorum in aqua endiuiæ. Vnde et ſic febricitantibus debilibus dari poſſunt. Hęc de ouis.

*Lens.* Rubrica. IIII.

LENS ALBA inducit viſus tenebroſitatem. duræ digeſtionis, & ex conſequenti mala ſtomacho, nocet pulmoni, diſpoſitionibus melācholicis. Vnde ſanguinem inſpiſſat, & ideo in ægritudinibus cholericis confert, morbilis. ſ. et variolis, minorat, menſtruat, et vrinam. Remouetur nocumentū ſi bis vel ter decoquatur, & abijciatur cortex, aut decoquatur cū bliti, aut ſpinachia, & cōmiſtio dulcis cum ea oppilat hepar.

Lens vt coqndo

*Lupulus.* Rubrica. V.

LVPVLVS mundificat ſanguinē à cholera. eſt inflatiuus, & decoctio eius remouet tale nocumentum, & tu ad rubricam propriam.

*Sparagus.* Rubrica. VI.

SPARAGVS multum nutrit, & humidior eſt hortulanus, ſed non eſt boni chymi, durę eſt digeſtionis, tamē ſatis cōuenit ſtomacho, & leui decoctione decoctus, mollificat naturam, & vrinam prouocat.

*Oleum oliuæ.* Rubrica. VII.

OLEVM OLIVÆ conuenienter maturum, nouum, & melius lotum, omphacinum ſanis melius Auic. & Serap. impinguat, & corporis ſubſtantiam augmentat, lędit pectus, & non lotum permaxime. & hęc de illo.

*Citrum.* Rubrica. VIII.

CITRVM quantum ad totam ſubſtantiam temperatum, & ſic non venit in vſu cibariorum ſed ſm partem carnoſam magis, quę eſt guſtui, et olfatui delectabilis. mala ſtomacho, duræ digeſtionis & tardę, inflatiua, & ea vtēs colicam incurrit. Remouetur nocumentum ſi cum ſalſamento, & dulci, & acetoſo conficitur. item et cum melle.

*Zucharum.* Rubrica. IX.

ZVCHARVM taberzet cōfert ſtomacho ſi in eo choleræ non generatur. eſt abſterſiuum, ſtomachum mundificat à phlegmate. et proprie vetus, et eius nutrimentum maius nutrimento mellis, lenit ventrem, lenit pectus, & eius aſperitatem remouet, cōfert veſicæ, et renibus, eſt oppilatiuum. remouetur nocumentum ſi cum granatis mucis comeditur.

Sequitur de carnibus temperatis.

*Pulli.* Rubrica. X.

PVLLI laudabilem ſanguinē generant, bonum dāt nutrimentum, conferunt ſtomacho, & meliores, qui ſunt in pinguedine temperati, qui nondum coire cęperunt, ſed bene cantare, & eorum ius humores ęquat.

*Capones.* Rubrica. XI.

CARO CAPONVM in temperata pinguedine eſt temperamento propinqua. Similiter gallinarū caſtratarum, et maxime iuuenum, ſunt tamen laudabilis chymi, & exiſtimo etiam ipſas aliqualiter alterare vt infra de diſtemperata erit vtile.

*Perdix.* Rubrica. XII.

PERDIX & maxime iuuenis, et pinguis boni nutrimenti, antiqua durioris eſt digeſtionis, & non multi boni nutrimenti ad ſiccitatem declinat, propter quod datur in fluxibus & eſt cordialis.

*Gallina deſerti.* Rubrica. XIII.

GALLINA deſerti eſt proxima perdici ſed magis ſtyptica, duræ eſt digeſtionis.

*Faſianus.* Rubrica. XIIII.

FASIANVS pinguis. iuuenis multū nutrit, & extenuatis, & debilibus conuenit, bonus ſtomacho, et conuenit omnibus pręterq̄ his, qui forti vtuntur exercitio.

*Coturnix.* Rubrica. XV.

COTVRNIX eſt ſicut faſiani. Eligatur vt de ea dictum eſt.

*Hædus.* Rubrica. XVI.

HÆDVS ſit pinguis quia macer multum recedit à ſua bonitate, eſt boni ſanguinis generatiuus, facilis digeſtionis & elixus melior, vt dictum eſt.

*Vitulus.* Rubrica. XVII.

VITVLVS pinguis facilis digeſtionis, & bonum dat nutrimentum, aliquam & non multam habet viſcoſitatem, quam acetum remouet.

Acetum cum vitulo.

*Capreolus.* Rubrica. XVIII.

CAPREOLINA caro iuuenis facilis digeſtionis, ſaporoſior & laudabilior cæteris ſylueſtribus, antiqua nō laudatur, & nutrimentum prębet melancholicum.

*Aues minutæ.* Rubrica. XIX.

AVES minutæ, & ſi ad calidum declinare videātur, tamen propter ſuam excellentiam in bonitate, vt infra de diſcraſia frigida & humida laudantur.

*Lingua.* Rubrica. XX.

CARO linguæ laxa eſt & humidum prębet nutrimē tum, & cū eius lacerto comeſta digeſtioni eſt facilior abſolute, quia in decoctione multum denſatur. Credo ꝙ duræ ſit digeſtionis.

*Pedes.* Rubrica. XXI.

PEDES eligātur anteriores. Meliores ſunt agnorum difficilis digeſtionis non multum tñ humorem generāt viſcoſum. Remouetur nocumentum ſi decoquantur vſq; ad diſſolutionem & pręparentur cum aceto, & croco.

Rubrica. XXII.

EXPEDITIS temperatis ad diſtemperata ſimplicia venio. de quibus ordine de quo ſtatim ſerioſe ſic cooſcribam, verum quia panis eſt ſicut materia prima ciborum, ut infra. hinc dato ꝙ ſit quid compoſitum ſemper de eo mentionem faciam in principio tabulæ. Et pro cōplemēto intentionis tuæ in conſulendo in principio rememorabo, vt ad alias quinq; res nōnaturales reuidēdas te trāſferas. de quibus in principio ſecundi tractatus.

Panis materia prima ciborū.

*Ordo obſeruandis in conſilijs.* Rubrica. XXIII.

MEMORARE aliarum quinq; rerum non naturalium, de quibus in principio ſecundi tractatus. et primo nominantur loco. poſt quem ponantur cibi, & potus hoc ordine qui ſequitur. De pane. De herbis ex quibus fiunt ſalatutia. De carnibus & partibus aīalium. De piſcibus. De cancris & oſtrachis. De herbis ex quibus fiunt fęrcula. De granis ex quibus fiunt fęrcula. De radicibus quæ veniunt in vſum cibi. De oleo, pinguedine, & butyro ex quibus fęrcula condiuntur. De ouis. De leguminibus. De fructibus. De lacte. De caſeo. De melle, & Sapa ex quibus fiunt geladorcia. De aliquibus aromatibus, quæ ſunt in vſu nedum condiendis ſaporibus, ſed in fęrculis geladoricio et huiuſmodi. vt ſunt piper, zinzi. garyophy. cinnamomū, crocus, coriādrum. De modo pręparationis ciborum. De vino. De aqua. De aceto. De agreſto.

## De cibis conuenientibus ſanguineis. cuius Rubricæ ſunt. 18. Cap. II.

DIcemus de cibis ſimplicibus in diſcraſia ſanguinea valentibus merito ſuarum qualitatū ſ; ex alia cauſa aliqui nō conueniāt, ut dicetur.

*De pane.* Rubrica I.

PANIS de ſimila qui temperatus eſt ex bono frumēto bene cocto, & bene fermentatus non açimus, & huiuſmodi ad minus vnius diei multum nutritiuus, facilis digeſtionis, facilis deſcenſus, Iſaac auctoritate Hippo. & velociter impinguat. Aui. Et maxime ex frumēto nouo. Eſt oppilatiuus, inflatiuus, factiuus lapidis, doloris articulorū, et maxime açim⁹, ſed bñ coctus hęc nocumēta facilia habet Auer. Quæ remouētur ex fermento, & ſale, & cum modico aniſi, ſed in caſu noſtro melius, vt cum eo ſemina ponātur frigida maiora & integra, non ergo plurimo eius vtatur, hęc de pane fermentato frumenti.

Panis de ſpelta fri. & hu. complexionis exiſtit. quapropter directiuus cōuenire videtur. ſed eſt digeſtionis, & eſt viſcoſus, rugitus, & inflationes generans, & paucū dat nutrimentum, prouocat vrinam & renes mundificat, & pectus à ſuperfluitatibus viſcoſis, quia eſt multum furfuracius, & ideo phthiſicis datur, ſi remoueātur furfures ab ei⁹ farina, & bene fermentetur, & ſi cū eo aliquid zuchari apponatur remouebitur multum de ſuis nocumentis.

De pane hordei, milij, panici, aut caſtanearū nihil, quoniam non eſt in vſu pro infirmis. ergo &c.

*De herbis pro inſalatutio.* Rubrica. II.

IAM RESTAT ſecūdo de herbis. herbæ enim ex quibus fiunt ſalatutia, ſunt lactuca, endiuia, hortulana, ſylueſtris portulaca. Et melior coctæ cum aceto. non multū vinoſo, de quibus infertur ſtatim.

*De carnibus.* Rubrica. III.

CONSEQVENTER de carnibus conuenientibus, & primo de bipedibus. Conueniunt temperatæ bipedes iam dictæ, & magis ſi alteratæ comeduntur, vt in decoctione earum ponatur ex frigidis, vt lactuca, endiuia, & huiuſmodi de quibus ſtatim. Item cum eis comedendo uinum granatorum. acetum non vinoſum, agreſte & huiuſmodi. dūmodo aliter non noceant. De quadrupedibus vero idem dicatur.

Ex diſtemperatis talibus. ſ. quadrupedibus non inueni aliquam. nā caro omnis videtur eſſe temperata, aut ad calidum declinare, excepta carne gruis, de qua dicitur ꝙ eſt frigida, vt de ea ſupra.

*De partibus animalium Cerebrum.* Rubrica. IIII.

DE PARTIBVS animalium ratione frigiditatis conueniunt. cerebrū quod fri. complexionis exiſtit, & hu. verum eſt nauſeatiuum, delens appetitum, tardę digeſtionis, nocens ſtomacho. Cuius correctio fit cum aromatibus, vt pipere, origano, & huiuſmodi. vt ſupra de eo, & ideo non conuenit.

Medulla. & ſi ponitur à Raſi temperata, tamen quia ſimilis in ſuis diſpoſitionibus eſt ideo & ipſa omittatur.

Oculi maxime animalis pinguis, vt ſunt vituli, arietis, agni, hędi cōplexionis fri. & hu. ſunt, dantes nutrimentū viſcoſum. & ſtōm cōturbantes, neq; niſi pipere & ſimilibus remouentur eorum nocumenta, quare non conueniunt.

Et licet auris, quia fri. & ſic. conueniret, & tñ cutanea & cartilaginoſa exiſtit duræ digeſtionis omittatur.

Cor in via cibi tale exiſtit, vt auris, & duræ digeſtionis omittatur.

Vbera licet tardæ digerantur de eis dari poteſt in caſu. Et eligantur ex aīalibus temperatis, de quibus actū eſt. generant. n. ſanguinem bonū, & bonum dant nutrimentum.

Pulmo. vt cibus fri. & hu. complexionis in primo, facilis digeſtionis, cito de ſtomach deſcendit. phlegmaticis dat nutrimentum. Ex animalibus temperatis eligatur pulmo vulpis phthiſicis mirabiliter confert.

Inteſtina fri. in ſecundo ſunt difficilis digeſtionis etiam groſſum dant nutrimentum, & malū, ideo omittantur.

Cutis fri. in ſecundo frigi. generat ſanguinem. ſed viſcoſum, & oppilationem facit, ideo omittatur.

Cauda non cōuenit quia ca. eſt neq; hepar propter eandem cauſam.

De lingua actum eſt in de temperatis.

*De piſcibus.* Rubrica. V.

IAM conſequenter de piſcibus reſtat dicendum. Piſces non ſaliti, qui vniuerſaliter ſunt fri. & hu. et minus marini parui laudati qui habitant in litoribus petroſis aut arenoſis, vt ſunt rumbi, paſſeres, foliæ, varioli, oratæ, merulæ, arbores, anguiſugulę, ſunt. n. ſubtilis carnis & ſatis facilis digeſtionis. Et ex aquis currentibus eligantur parui

petroſi,

petroſi, tencæ, lucij, temali, vituperantur anguillæ & tincę valloſæ. Et quia multi ſunt canones circa piſces lege eos ſupra vbi de ipſis. Quod piſces comedi poſſunt cum aceto non vinoſo, & modico zuchari.

*Piſces ut comedendi.*

Et exiſtimo cancros fri. & hu. et amplius hu. ſunt difficilis digeſtionis, & multum vaporatiui, et ſi fortis ſit ſtomachus de eis concedi poteſt cum aceto & ſale. Maritimi vero parui nocent ſtomacho ſua nitroſitate.

De oſtrachis, & conchilibus dico quod difficilia ſunt digeſtionis. Nocent ſtomacho & ſunt ventoſæ multū, ideo exiſtimo volentes vti ampliori coitu in eis delectari.

*Coitum ſouētia.*

De oleribus pro ferculis, Endiuia. Rubrica. VI.

SEQVITVR de herbis ſiue oleribus cōuenientibus ex quibus fercula fiunt. Endiuia domeſtica quia hortulana fri. & hu. aperitiua, et aliquali participat ſtypticitate, cōfortat ſtomachum calidum & magis ſylueſtris, quę à quibuſdam ponitur ca. quod nō credo aperit oppilationes hepatis, et ipſum confortat in omni eius diſcraſia Auic. in ea & maxime in ſylueſtri non eſt nocumentū apparens ſicut in reliquis oleribus. Dicunt quidam quod pectus lędit. quod credo contingere ex eius ſtypticitate, ſed tale eſt paruum nocumentum.

Spinachia fri. & hu. in fine primi, lenitiua, lauatiua, abſterſiua, & eſt melioris nutrimenti quàm blitis, & vincit choleram, et ualet in pleureſi ſi maxime cholerica, decoquatur prius in aqua bene lota, et gratior eſt abſque brodio ipſi ſtomacho. Haben meſuay. cōfert dolori pectoris, & pulmonis accidenti cauſa ſanguinis.

Blitis fri. & hu. in ſecundo, abſterſiua, ſubtiliatiua, lenitiua, aperitiua, lędit ſtomachū propter bauracitatē mordicantem, ideo mali chymi, & pauci nutrimēti. Remouetur eius nocumentum ſi prius bulliat in aqua quę proijciatur, deinde coquatur & ſuperponatur aliquid zuchari, & in ſanis condiatur cū almuri, aut aromatibus cōmunibus.

*Blitis ut coquenda*

De atriplice nihil niſi vt de blite, tamen apud nos non venit in vſum cibariorum.

Lactuca fri. et hu. in ſecundo, facilis digeſtionis, confert ſtomacho, & maxime calefacto, melior non abluta, abluta enim magis omnibus oleribus inducit inflationē, melior decocta.

Portulaca fri. & humi. in ſecundo, & quędam fri. in tertio. Eligatur foliorum latorum, dat paucum nutrimētum fri. viſcoſum, debilitat appetitum, confert tamē ſtomacho calido, & in quo eſt cholera, & confert inflammationi hepatis, et in ſputo ſanguinis, dura eſt ad digerendum, ideoque decoquatur.

Cucurbita fri. & hu. in ſecundo. infrigidat & humectat conuertitur faciliter ad naturam humoris quem in ſtomacho inuenit. verum comeſtio agreſte cum ea facit, vt inde bonus humor generetur, & pręcipue in ſtomacho calido, pauci nutrimenti, & maioris cum elixatur.

De granis pro ferculis. Far frumenti. Rubrica. VII.

DE GRANIS ex quibus fercula fiunt. & primo de farre frumenti. vnde far frumenti de quo in de temperatis ſupra quod ſi cum eo aliquid tale, vt agreſte, uinum granatorū, aut aliquod tale ponitur ſi aliud non obſtabit melius. Itē far ſpelię dūmodo bene decoquatur & cum zucharo.

Hordeum excorticatum bene decoctum, eſt. n. abſterſiuum, mundificatiuū, aperitiuum, dat nutrimentū non multum. Iuſcula eius cum zucharo ſunt in caſu conuenientia.

Faba. hu. et ſi ſit ratione ſuarum qualitatum conueniēs, eſt tamen inconueniens maxime cum cortice comeſta, quia inflatiua, ventoſa, difficilis digeſtionis, tamen brodiū eius dari poterit maxime quādo fuerit abiecta prima aqua moderate tamen ſicca excorticatur bene decocta nō multum ſpiſſa, in pauca quantitate dari poterit.

Panicum fri. in ſecundo habet ſtypticitatem, quę remouebitur ſi cū carnibus pinguibus decoquatur, & ideo dari poterit in caſu, ſed nō ſit ſpiſſum, ſed rarum. de panico fracto excorticato idem ſequitur.

Amilum fri. & ſic. in primo. Iuſcula tamen ex eo facta cum modico farinæ frumenti, & zucharo conueniunt, & laudabilem ſanguinem generant.

Robiliæ dictæ mes fri. in primo, & mediæ inter ſic. & hu. ſi decoquantur abiecta prima aqua acetoſentur cū granatis acetoſis, conferunt febricitantibus Baldach. Sequitur de radicibus de quibus nulla eſt noſtro propoſito conueniens. ſed de eis infra de diſcraſia fri. & humi.

De unctuoſis. Oleum omphacinum, Rubrica. VIII.

SEQVITVR ergo de oleo. Oleum omphacinum fri. eſt complexionis, & ſtomachum confortat, & melius eſt lotum. ſicque ſua prohibetur inflāmatio, et detur in modica quantitate.

Sequitur de adipe, pinguedine, & butyro, butyrum nō conuenit, de quo in diſcraſia frigida. Adeps aut pinguedo non conueniunt, de quo in diſcraſia frigida.

Ouum. Rubrica. IX.

SEQVITVR de ouis de quibus dictum eſt in de temperatis. quæ nō debent dari in caſu iſto, niſi alterata et debili exiſtente virtute, & detur vitellus cum albumine.

Agramina. Rubrica. X

DE AGRVMINIBVS nulla cōueniūt, de quibus in diſcraſia fri. & humi.

De fructibus, Granata. Rubrica. XI.

SEQVITVR de fructibus cōuenientibus rōne qualitatū contrariarū. & primo de granatis. Granata dulcia fri. & hu. in primo, & ſi à quibuſdam ad caliditatem declinare videntur conferunt ratione ſuarum qualitatum, & quia ſtomacho ſunt grata, tamen cito in choleram conuertuntur, ſed acetoſa ſunt choleram reprimentia, ſed ſtomacho nō ita conuenientia, & maxime frigido & febrientibus cōferunt multum, & ſtomacho inflāmato, ſed dulcia nocent febre habentibus acutas dicit Auicen.

*Granata dulcia febrientibus nociua.*

Morum acetoſum, domeſticum fri. in primo, declināns ad humiditatem, confert ægritudinibus cholericis, & ſanguineis, & non videtur nocere ſi de eo pauca quantitas ſumatur, et eius comeſtio debet eſſe ante alios cibos, quoniā poſt cibum accelerat cibum ad corruptionem.

Pepo dulcis fri. & hu. ad ſecundum, abſterſiuus, vrinæ prouocatiuus, tardæ digeſtionis, & in via cibi nocet ſtomacho, ſed in via medicinæ pro quanto eſt alteratiuus, & maxime ſtomacho exiſtente calido prodeſt ei, debet aſſumi ante omnem cibum. Et ſi latius ſcire cupis de eo vide ſupra de eo, itaque conſidera ſi de eo aliquid dari poterit.

Batheca frigidior & humidior pepone intra tamen ſecundum. Eſt magis abſterſiua, faciliter in ſtomacho corrumpitur, & ad phlegma decliuis, conuertitur faciliter in eum humorem quem inuenit, vt de cucurbita, & ſi non digeritur in uenenoſam cōuertitur ſubſtantiā, nō ergo dāda.

Cucumer aliqualiter pepone frigidior, duræ eſt digeſtionis, malum generat chymum & paratum corrumpi, & paratus eſt fieri materia malarū putridarū. ergo abſtinēdū.

De citrullo idem quod de cucumere, ſemina tū harū in via cibi condiendo fercula cum eis, ac ordinando panatā cum eis ſunt maxime in caſu noſtro conferentia.

Pruna fri. & hu. ad ſecundum & pręcipue aquoſa. nam ex eis dulcia intra ſunt ad intra primum. grauāt ſtomachum, & vermes generant, conueniunt damaſcena ſiue auguſtana maxime ei qui habet choleram in ſtomacho, ſed de eis vide ſupra, quia late de eis ſcripſi. Sicca in ratione cibi retenta non videntur multum nocere, ſed prodeſſe magis in febribus ſanguineis, & cholericis.

Poma dulcia bene matura, & aromatica à Theodoſio pronunciantur æqualis complexionis in actiuis, & cocta in paſta cum zucharo confortant ſtomachum, ſunt facilis

digeſtionis,& nõ generant malum humorẽ.Et quia Auic. videtur dicere omnes fructus nocent febricitantibus, vide de pomis ſupra ad plenum.& in caſu n ſtro, vt opinor dari poſſunt cum moderamine.

Fructus oẽs febricitantibus nocere.

Pira dulcia odorifera matura fri.& ſic.in primo.Confortant ſtomachũ,& ſunt boni chymi, maxime cocta, vnde per decoctionem tollitur nocumentum eorum de quo dicitur quòd faciunt uenire cholicam.Dentur cum pauco zucharo & moderate.

Perſica fri.& humi.ad ſecundũ licet ſtomachum cõfortent ſunt putreſcentia faciliter in ſtomacho.non ergo dentur niſi prius ſufficicientet pręparentur,

Citonia fri.& ſic.in ſecundo, duræ ſunt digeſtionis, & maxime cruda, confortant ſtomachum,decocta meliora, & cum zucharo detur pauca quantitas.nam appetitum reducunt mortuum,& in caſu offerri poſſunt.

Arancia fri.& humi.in primo.vſq; ad ſecundum,lędũt ſtomachum frigi.ſed conferunt calido cholerico, & acuitatem humorũ reprimunt,dari poſſunt in caſu et pręcipue ſuccus eius & carnoſitas.

Limones fri.& hu.ſunt vt arancia, & nõ ſalſi pręcipue. de quibus dic cum arancijs.

Sorbæ ſunt magis in vſu via medicinæ,tamen ſunt cõfortantes ſtomachũ ſua ſtypticitate quæ maior eſt ſua frigiditate, ſunt tardæ digeſtionis,ſed appetitum prouocant, non eſt de eis multum curandum.

Neſpilla fri.& ſic.in primo.Confortant ſtomachũ maxime calidũ. duræ ſunt digeſtiõis,dentur in parua q̃titate.

Griſolma fri.& hu.in ſecundo,phlegma generant groſſum,viſcoſum in concauitate hepatis, & venarum, quare ex eis febres diuturnæ ſiunt, plurimaq; alia faciunt nocumenta, vt ſupra.Ergo non danda.

Ceraſa non inueni graduata, ſed ſaltem in primo fri.& hu. Verum ſunt faciliter & cito putrefacientia,acetoſa vero dicta in vulgari noſtro verlę ſiue maraſchę exiccata, & in aqua deinde infuſa dari cõſueuerũt in febribus aduſtis, & ſapor ex ſucco eorum factus cõueniet in caſu noſtro, niſi ſtomachus ſit ita frigidus.

Maraſchæ vt comedẽdę.

Tubera & ſi de eorum cõplexione adhuc dubitent medici, pono ea pro nunc fri.& hu. vide de eis ſupra.Sunt duræ digeſtionis,grauant ſtomachum, ſunt mali chymi inflatiua,ideoq; relinquantur.

Fungi ponuntur frigi.et hu.ad tertium, ſunt difficilia digeſtionis,& quaſi ſemper ſicut maſticantur emittuntur,& plurima habent nocumenta, ideo omittãtur, & multa inutilia vide ſupra de eis.

Charubiæ non multum eleuantur in frigiditate & ſic. Sunt tardæ digeſtionis ,confortant ſtomachum, & earum nocumentũ remouetur ſi cũ penidijs comedantur nõ multum cõueniunt, ſed in excitatione appetitus, aliquid,et nõ multum nocebunt.

Myrtus fri.& ſic.in primo venit in vſum per ſuccum eius etiam quia ponitur in veotribus auium cum aſſantur vel elixantur,confortat ſtomachum & maxime calidũ.

Berberis fri.& ſic.in ſecundo.confortat ſtomachum calidum & hepar.tollit ſitim,& reprimit choleram,& in caſu iuuat, vt de myrto dictum eſt.

*De lacte & lacticinijs.* *Rubrica.* XII.

LAC humanũ ca.& hu. cõplexionis ſi venit in vſum datur phthiſicis & hecticis.Lac brutale pro nunc ponatur fri.& hu.complexionis de qua complexione eſt dubitatio et vide de eo ſupra quod cum ſteterit multum plus infrigidatur. non concedatur febrientibus putrida forti. ſ.febre, ſed phthiſicis & hecticis dari poteſt. Lac acetoſum conſimiliter conuenit,& maxime eſt ſtomachi grauatiuum, tardæ digeſtionis vide de eius acetoſitate ſupra de eo.

Caſeus recens non ſalitus, fri.& hu.complexionis vſq; ad tertium, vt Aui. licet Iſaac ad primũ. vide de eo, eſt ſtomacho ſatis conueniens,nutritiuus,impinguatiuus,& facile ad membra tranſiens qui in caſu concedi poteſt & moderate. Caſeus ſalitus ad caliditatẽ declinat, & ideo de eo hic nihil. De melle & ſapa nihil ad pręſens, quoniam calida ſunt & ſicca.

De *aromatibus.Coriandrum.* *Rubrica* XIII.

DE AROMATIBVS nihil, excepto coriãdro de quo dicitur ꝙ fri.eſt in primo. ſic.in ſecundo.Confortat ſtomachũ calefactum, licet tardæ ſit digeſtionis.reſoluit ventoſitates in eo exiſtentes,et retinet cibum in ſtomacho. vnde dari poteſt in caſu,& in ſubſtantia pręparatum, & in puluere condimentis loco ſpecierum poſitum.

De *ſaporibus, & geladorcio infra de compoſitis.* *Rubrica.* XIIII.

DE PREPARATIONE ciborum dico ꝙ elixa magis conueniunt aſſatis in caſu.

De *uino.* *Rubrica.* XV.

VINVM vniuerſaliter calidum, ideoq; competere nõ videtur.ſed magis potus aquę de quo ſtatim. Tu tamẽ bene conſuetudinẽ conſidera, quæ altera eſt natura,et virtutis tenorem.in quibus caſibus dari poteſt pauciferũ bonæ vel medietatis, quia nouum eſt inflatiuum, & difficilis digeſtionis. Aurelium vel ad citrinitatem declinans non dulce &c. de quo vino ad plenum habes ſupra de eo.& ibi de vino granatorum confert.

Conſuetudo altera natura.

De *aqua.* *Rubrica.* XVI.

AQVA fri.et hu.ad quartum.eſt enim ex ſtupefactiuis domeſticis.ſeptima tertij de medicinis ſtupefactiuis, nocet ſtomacho,& maxime frigido pectori, & habẽtibus apoſtemata in viſceribus, & oppilationes, confert tamen calidis & ſiccis.Et decocta cũ zucharo in caſu noſtro poterit dari ſi aliud non obſtabit. De ipſa vide quæ ſcripta ſunt ſupra de ea & pulchra.eligantur ciſternæ. Aqua hordei de qua in ſequenti tractatu confert. vide infra.

De *aceto.* *Rubrica.* XVII.

ACETVM fri.in primo. ſiccum in ſecundo, cõfert ſtomacho calido & humido, & mouet appetitum, prodeſt ſanguineis,& cholericis,ac phlegmaticis, nocet melãcholicis,matrici, & ægritudinibus neruorum,& ſit nõ vinoſum,& confert in caſu noſtro.

De *agreſto.* *Rubrica.* XVIII.

AGRESTVM ſiue agreſte frigi.& ſic.in ſecundo. Cõfortat ſtomachum debilitatum ex inflãmatione, valet vomitui cholerico, excitat appetitum, deijcit ſitim,& inflãmationem,& in caſu noſtro conuenit.

## De cibis ſimplicibus valentibus cholericis cuius rubricæ ſunt duæ. Cap. III.

SEquitur de ſimplicibus diſtemperatis valentibus in diſcraſia calida & ſicca merito ſuarũ qualitatum, et ſi quãdoq; ex alia cauſa aliqua eorum diſconueniant, vt inferius de eis eo ordine quo de pręcedẽtibus dictum eſt. Memorare aliarum quinq; rerum non naturalium vt in pręcedẽti ordine ſcriptum eſt.

*Panis.* *Rubrica.* I.

PANIS ita dicatur de eo vt in diſcraſia calida et humida dictum eſt. Verum hunc canonem hic nota ꝙ interſſora frigida alijs paribus competunt in cholerica alijs, & etiam in ſanguinea oportet variare ſm intenſionem,& remiſſionem caliditatem ipſius ſanguinis.

Regula.

*Rubrica.* II.

DE HERBIS ex quibus fit ſalarium vt in pręcedẽti ordine dicatur. De carnibus tã in bipedibus q̃ quadrupedibus, idẽ vt ſupra. De cãcris. De oſtrachis idẽ.

De

De herbis. De granis ex quibus fercula fiunt. De radicibus quæ veniunt in vſum cibi idem. De oleo, pinguedine, & butyro ex quibus fercula fiunt idem. De ouis dictũ eſt in diſtemperatis. De agruminibus. De fructibus. De lacte, et conuenit acetoſum in caſu. De caſeo. De melle. De vino cocto idẽ. De aromatibus. De coriãdro. De modo præparationis ciborum, elixa meliora alijs paribus. Sapores & geladorcia ex rebus frigidis conueniũt, & de ipſis infra de cõpoſitis. De vino minus adhuc competit in hoc caſu. De aqua. De aceto. De agreſto idẽ.

## De cibis ſimplicibus cõuenientibus phlegmaticis, cuius rubricæ ſunt. 15. Cap. IIII.

DE ſimplicibus autẽ diſtemperatis valentibus in diſcraſia fri. & hu. merito ſuarum qualitatũ dicendum, & ſi qñ ex alia cauſa aliqua eorum diſconueniunt ut inferius de eis eo ordine quo de præcedentibus. Memorare aliarum. v. rerum non naturalium, vt ſupra de diſcraſia cali. & humi. & ea vt decet tuo accõmoda propoſito.

*De pane.* Rubrica. I.

PANIS de ſimila conuenit vt in diſcraſia ſanguinea dictum eſt, & maxime cũ aliquibus ſeminibus aniſi ſi fe. non fuerit multum intenſa. de quo pane vide quid de eo dicitur infra de cibis compoſitis.

*De herbis pro ſalatucio Mentha.* Rubrica. II.

HERBÆ ex quique ſalatucia fieri poſſunt ſunt mentha quæ ca. & ſic. in ſecundo eſt. confortat ſtomachum, & maxime phlegmatis, prohibet vomitum, digeſtionem procurat. Eligatur hortulana. decoquatur. nam cruda ut cætera talia digeſtioni ita non eſt proportionata, cõmiſceatur cum lactuca, endiuia & huiuſmodi propter caliditatẽ præternaturam & confert in caſu noſtro.

[Saluia cũ vino inebriat] Saluia. ca. in primo. ſic. in ſecundo. ſtomachum confortat, & humiditates eius exiccat & cerebrum, ventoſitates reſoluit, oppilationes aperit, inteſtina cõfortat debilia, inebriat velociter cum in vino ponitur. Et ideo aduerte propter facientes vinum ſaluiatum etiam in vſu catarri decoquatur, & cum lactuca & endiuia aut huiuſmodi commiſceatur propter caliditatem præternaturam, & tua ſemper eſt moderare.

Borago ca. & hu. complexionis in primo. cõmiſceatur cũ lactuca & ſua humiditate cõtra operatur ſiccitati præter naturali, confortat cor, & in eius paſſionibus multum confert & in caſu noſtro cocta.

Cappares cal. & ſic. in ſecundo. Eligantur alexandrini. ſunt inciſiui, mundificatiui ſuperfluitatum, ſtomachi oppilationum aperitiui, diuretici hepatis, & ſplenis conuenientes. ſunt tamen mali nutrimenti, & ſanguinis melancholici generatiui. Remouetur eorum nocumentum ſi cũ aceto, & oleo cõdiantur, & bene decoqui debẽt quia digeſtionẽ aliqualiter grauãt, cõueniunt in caſu nr̃o loco ſalatucij.

*De carnibus.* Rubrica. III.

CONVENIVNT ex bipedibus, & quadrupedibus temperatis de quibus actum eſt in de temperatis.

De turdis & merulis qui cali. & ſic. ſunt in primo dicatur q̃ ſunt difficilis digeſtiõis, & meruli difficilioris q̃ turdi. Remouetur eorum nocumentũ ſi cum brodijs pinguibus coquntur. Eligantur pingues et cũ nycticorace capti.

Aues minutæ videtur declinare ad latus caliditatis, ſunt eñ laudabilis nutrimenti, & facilis digeſtionis, & ſanis, & infirmis conferunt. Eligantur pingues, & cũ aue captæ.

Turtures cali. & ſic. ad ſecũdum. habent humiditatem ſuperfluam. Sunt difficilis digeſtionis, & malũ dant nutrimentũ, & ideo omittantur. vnde de eis ſupra ad longum.

Alauda. ca. & ſic. ad ſecũdum ſunt difficilis digeſtionis omittantur, & ſpecialiter à nobilibus. pro ruſticis et habẽtibus ſtomachũ fortem aliter. & dentur tunc alaudæ elixæ.

Aquaticæ aues ca. & ſic. caro earum mala, & multarum ſuperfluitatum generatiua. omittantur ergo.

Lepus ca. & ſic. ad ſecundũ Baldach. elixæ ſunt ſatis digeſtibiles. Eligãtur iuuenes et pingues per venatores capti, & dari poterunt in caſu noſtro.

Paſſeres cal. & ſic. ad tertium. duræ ſunt digeſtionis. de quibus Aui. Omnes paſſeres malæ ſunt, omittantur.

Splen. ca. et ſic. complexionis ad ſecundũ omittatur, difficilis digeſtionis, & malum dat nutrimentum.

*De piſcibus.* Rubrica. IIII.

PISCES non conueniunt recentes niſi ut appetitum excitent, etiam ſi alterentur, vt infra de compoſitis.

Saliti vero ratione qualitatum ſic. Item de his aliquid dare dũmodo ſint ex laudatis non inconueniret. tu itaque ſemper modera.

Cancri & conchilia, & huiuſmodi non conueniunt, de quibus in diſtemperantia ca. & hu.

*De herbis pro ferculo.* Rubrica. V.

PETROSELLINVS ca. & ſic. in ſecundo vſq; ad tertium, cum alijs comeſtis, & maxime herba eius digeſtionẽ confortat. Radix eius difficilis digeſtionis. Remouetur eius nocumentum per bonam & longam decoctionem diureticus eſt diſſoluens ventoſitatem.

Blitones cali. & ſic. complexionis in primo. Nocent ſtomacho propter ſuam humiditatem ſuperfluam. Remouetur nocumentũ ſi decoquantur bene abiecta prima aqua, & ſi cum aceto & oleo omphacino præparentur, & conuenirent in caſu noſtro.

Apiũ ca. & ſic. in ſecundo nõ conſueuit venire in vſum cibariorum niſi in ſalatucio. eſt aperitiuum, & conuenit ſpleni & hepati, prouocat menſtrua, & incitat libidinem propter quod lactantibus & prægnantibus inconueniens. in caſu noſtro folia eius cum lactuca dari poſſunt.

Caules ca. in primo. ſic. in ſecundo, & ſtomacho minus nociuæ ſunt ſummitates, & meliores hyemales, tardæ digeſtionis, & curſus tardioris, pauci nutrimenti. Remouetur nocumẽtum ſi cum pinguibus carnibus gallinaceis decoquantur abiecta prima aqua, & brodium tale dari poterit in caſu noſtro. ergo &c.

Maiorana ca. & ſic. in tertio non venit in vſum cibarij niſi gratia odoris, cum alijs cõmiſcetur, cõfortat o[m]ia viſcera, & præcipue caput, & in caſu noſtro dari poterit.

Artemiſia non venit in vſum cibarij niſi in limelis ca. & ſic. in ſecundo eſt ſtomachi confortatiua, in caſu noſtro concedi poterit.

Eruca ca. in ſecundo et hu. in primo. non venit in vſum cõmuniter, niſi in ſalatucijs cum lactuca, & eſt cum eo ſalubris. ſola tamen capiti nocet. ergo &c.

Rutha ca. & ſic. in ſecundo hu. & ſic. in tertio. confortat ſtomachum & appetitum, ſedat ſingultum phlegmaticũ, & dari poteſt cum alijs in caſu noſtro. ergo &c.

Roſmarinus cali. & ſic. vſq; ad tertium. In vſum venit cum alijs propter ſuum odorem, & ruſtici corpora leporum implẽt ut ſint odorifera. Eſt calefactiuus. reſolutiuus. ſubtiliatiuus. aperit oppilationes hepatis, ſplenis, & inteſtinorum. confortat caput maxime ex cauſa frigida, conuenit cum alijs in caſu noſtro.

*De granis pro ferculis.* Rubrica. VI.

CICER ALBVM ca. & ſic. in primo et maxime ſic. nam recens difficilis digeſtionis, & maxime cum cortice, inflatiuum, ventoſitatem faciens. ſed abiectis corticibus pulmonem nutrit, & conuenit hydropicis hepaticis, & ſpleneticis. Nigrum fortius eo, ſed rubeũ inter hæc medium, vrinæ prouocatiuum. deoppilatiuum, & eius decoctio lapidem frangit, valet in caſu noſtro in via cibi.

Riſum ca. in primo. & ſic. in ſecundo multũ præbet nu-

trimentum. Corriguntur nocumẽta eius vt ſupra de eo, & dari poterit in caſu noſtro.

*De radicibus. Enula.* *Rubrica.* VII.

ENVLA ca. et ſic. in ſecundo. Radix eius bene decoquatur & minutim incidatur. & cum vino cocta dari poterit. eſt multum pectoralis. eligatur parua.

Raphanus ca. in. iij. ſic. in. ij.. difficilis digeſtionis faciẽs eructuationẽ. nocet capiti, & viſui multum comeſtus, nõ detur in caſu. lege de eo ſupra. ſanis ſatis utilis. vt ibi patebit.

*De unctuoſis. Oleum.* *Rubrica.* VIII.

OLEVM conuenit omphacinũ maxime ſi timetur de inflãmatione propter caliditatem prẹternaturam quod ſi non ex oliuis maturis dari poterit in modica quantitate, qui. ſ. ſit boni odoris, ſaporis, non vetus &c.

Adeps ca. et hu. complexionis vſq; ad ſecundũ. eligatur de animali tẽperato, laxat ſtomachũ. nauſeam facit. omittatur quia multa facit nocumẽta. vt ſupra de ea, & nullum iuuamentum niſi ad gulæ æternitatem.

De butyro dictũ eſt in diſcraſia fri. et ſic. et tu cõſidera.

De ouis dictum eſt in de temperatis.

*De agruminibus. Allium.* *Rubrica.* IX.

ALLIVM domeſticum cali. & ſic. in tertio vſq; ad quartum ratione qualitatum ſuarum reſpectu materiæ cõueniret, ſed quando ex eo timetur inflãmatio, etiã quia pauci & praui eſt nutrimenti non conuenit in caſu. eſt tamen inciſiuum, ſubtiliatiuum, ventoſitatum carminatiuũ, plus oĩ alia re aperit oppilationes. prouocat vrinã, ita q̃ ſi eius nõ timetur inflãmatio, concedi poteſt. lẹdit tñ caput.

Cẹpe ca. et ſic. in tertio. Et ex eo melius albũ eſt ſubtiliatiuum, inciſiuum, prouocatiuum appetitus, eſt tamen difficilis digeſtionis. Minoratur nocumentum eius cum aceto comeſtum quantitate moderata. Idem dicatur de ſcalumnijs, ſiue bulbo.

Porrum ca. & ſic. in tertio, inflãmatiuũ malum ſtomacho. difficilis digeſtionis, & illaudabilem generat humorem. facit capitis dolorem, non detur.

*De fructibus. Ficus.* *Rubrica.* X.

FICVS ſicca ca. & ſic. in fine primi. Sunt bonæ ſtomacho, & in ieiunio eſt mirabilis ad aperiendũ viam cibi Auic. et cum amygdala comeſta mundificat pectus. Aperit oppilationes hepatis, ſplenis, & ſtomachi ſuperfluitates mundificat, eſt medicina renum & veſicæ. ſunt aliqualiter difficilis digeſtionis, & ideo eligantur corticum ſubtiliũ.

Lupinus ca. & ſic. complexionis inflatiuus eſt difficilis digeſtionis, omittatur.

Pineoli ſunt cali. in ſecundo. ſic. in primo. ſunt difficilis digeſtiõis, mordificatiui parietum ſtomachi, groſſum dãt nutrimentum, & ad diſſoluendum difficile. prius infuodãtur in aqua calida, deinde exiccentur, & ſic eorum nocumenta remouentur, & laudabile dant corpori nutrimentũ & in caſu conferunt.

Pineoli ut comedendi.

Nux ca. in ſecundo. ſic. in primo. Difficilis digeſtionis, nocet ſtomacho, et choleram generat. ideoq; ſtomacho calido nocet, ſed ſi cum ficubus comedatur laudabilẽ generat ſanguinem. nocet pectori, & ſi cum ſale aut amygdalis comedatur, remouetur nocumentum eius, itaq; in caſu in parua quantitate, & non vtendo &c. dari poterit.

Nux cũ ficubus comedẽda.

Caſtanea ca. & ſic. in primo. difficilis digeſtionis, multiplicat inflationem, & humores phlegmaticos indigeſtos facit, maxime in delicatis., omittatur.

Auellana ad caliditatem quandam & paruam humiditatẽ declinat ſicca ad ſiccitatem. & eſt humida, aperitiua, boni chymi. hepati confert, & hũida ſtomacho minus nocet, et difficilis eſt digeſtionis et ventoſitatẽ multiplicat. Remouetur nocumentum ſi mundetur, & vſtuletur. cholera generat. ideoq; in parua quantitate interdum concedi poterit, & tu ſemper modera.

Phiſtici ca. & ſic. in ſecundo. vehementioris caliditatis q̃ nux & amygdala, ſtomatici, & bonũ, prẹſtãt nutrimentum. ſunt et hepatici, pulmonem mundificant, ideoq; in caſu concedi poſſent.

*De lacticinijs.* *Rubrica.* XI.

DE LACTE actũ eſt de diſcraſia calida et humida.

Caſeus ſalitus cali. & ſic. in tertio maxime vetus. Audi Iſaac cauer dus eſt quia non eſt bonus ad nutriẽdum, neq; ad bonum ſanguinem generandum, ſed eſt cauſa generandi lapidem in renibus, & veſica. Caſeus tamen dulcis dictus, & modicum ſalſus ad caliditatem declinat, et ſiccus multum ad ſiccitatem. De ipſo datus poſt cibũ, & in modica quantitate, dicit Raſis q̃ ſtomachum corroborat, & etiam in caſu dari poſſit.

*De melle.* *Rubrica.* XII.

MEL ca. & ſic. in ſecundo, crudum, ventoſitatem, & inflationẽ generat, et coctũ ab his remouetur nocumentis. Valet in paralyſi, epilepſia, & hmõi. & in caſu conuenit.

*De ſapa.* *Rubrica.* XIII.

IAM conſequenter de ſapa. Vnde uinum coctum ca. & ſic. in ſecundo duræ digeſtionis, inflatiuum, multũ nutrit. & eſt renum & veſicæ medicina. verum quia in ſaporibus & geladorcio de eo modicum ponitur, in caſu concedi poterit ſi inflatio aut aliquid tale nõ obſtabit, quia tã mel q̃ ſapa veniũt in vſum saporũ inſtitut de ſynapi quod ſic in vſum noſtrum venit cum eis dicere.

*De aromatibus.* *Rubrica* XIIII.

SINAPIS ca. & ſic. vſq; ad quartum, exiccat humiditates ſtomachi, & eſt ſplenis extenuatiuũ. lẹdit cerebrũ, ſed admiſtio amygdalarum cum eo id remouet, & in caſu dari poterit ſi non erit obſiſtens.

ANISVM ca. in ſecundo ſic. in tertio, confert oppilationibus hepatis, & ſplenis. carminat ventoſitates, ſedat dolores, prouocat et mundificat oppilationes renum et ueſicæ, confortat ſtomachum frigidum in quo multiplicantur ventoſitates. confert in caſu.

Fœniculus ca. & ſic. in ſecũdo, tardæ eſt digeſtionis & eſt eius nutrimentũ malum, aperit oppilationes hepatis et renũ. lapidem frangit. datur cũ alijs in pauca quantitate, & nõ nocebit multum. & dari poterit. Itẽ & eius decoctio ſi inflãmatio, aut aliquod tale non prohibuerit. conſidera.

Cinnamomũ calidum & ſiccum ad tertium præ cẹteris ſtomachum magis confortat & prẹcipue frigidum, & ideo aromatiçentur ex eo cibaria ſi nõ fuerit caliditas obſiſtens, aperit oppilationes, expellit ventoſitates, & multa alia facit iuuamenta. Valet in caſu noſtro.

Cinnamomo cibaria aromatizanda.

De pipere tantum dicatur. q̃ caľ. eſt & ſic. in tertio tendens ad quartum. Auic. ſ. de ipſo vide ſupra. Album plus cẹteris ſtomachum confortat, & eſt digeſtiuum, & longũ facit cibum facile deſcendere. Valet in caſu ſi nõ obſtabit mala complexio calida.

Garyophylli cali. & ſic. ad tertium: confortant ſtomachum & hepat, & dolori ſtomachi valent ex ventoſitatibus. Vnde de eis ſupra multa pulchra conueniunt ſi non obſtabit mala caliditas.

Zinziber cali. in tertio ſic. in ſecundo. reſolutiuum, & ſtomachi confortatiuum. non inuenio nocumentum. confert niſi obſtet caliditas mala, aut aliquod tale, & ideo modera & tu conſidera.

Crocus ca. in ſecũdo. ſic. in primo. cõfortat ſtomachũ, & appetitum deijcit, & nauſeam facit. & ideo de eo modica ponitur quantitas. confert in caſu, niſi ſit vt ſupra. vide de eo ſupra multa & iuuamenta & nocumenta, & tu ibi conſidera. Sequitur de modo prẹparationis ciborum & ſimiliter q̃ aſſata ſunt alijs partibus meliora.

*De pota.* *Rubrica.* XV.

SEQVITVR de uino. vnde de eo dictum eſt ſuperius

rius

riut quoniam ca.eſt & ſic.videtur cõpetere in caſu, ſed cõſidera malam complexionem & huiuſmodi.& tu vide de eo ſupra & conſidera. vtrum paucıferũ potens aut mediocre conferat in caſu. Dr aqua. De aceto. De agreſto vide de dyſcraſia.calida humida.

## De cibis ſimplicibus valentibus melãcholicis. cuius rubricæ ſunt.19. Cap. V.

Dicamus de ſimplicibus diſtemperatis valentibus in dyſcraſia frigida & ſicca merito ſuarum qualitatum.& ſi quandoq; ex aliqua alia cauſa non conurnıunt vt infra de eis eo ordine quo de pręcedentibus dictum eſt. Memorare aliarum quinq; rerum naturaliũ. vt in pręcedenti ordine ſcriptum eſt.

*Panis.* Rubrica. I.

PANIS de ſimila cõuenit.de quo ſupra in dyſcraſia. calida & humida.

*Borago.* Rubrica. II.

SEQVITVR de herbis ex quibus fiunt ſalatucia. Borago cum qua cõmiſceãtur lactuca & alia dicta de dyſcraſia frigida & humida de quibus ſupra.

*De carnibus.* Rubrica. III.

CARNES temperatæ,& de eis iam actum eſt & cõueniunt in caſu noſtro.

Gallina ſcemel-lis grata — Gallina ca.eſt & hu.& parum & maxime iuuenis, quia decrepita ad fri.et ſic. videtur declinare.dicit Gal.neq; eſt conuertibilis in choleram neq; in phlegma,bonum efficit ſanguinem, & colorem, propter quod mulieres eam diligunt,facile ſatis digeritur.

Aries ca.& hu.complexionis vt exiſtimo in primo intelligo per arietem caſtratum, & non mulionem ſic dictũ apud nos, quoniam illorum caro tam iuuenum q̃ decrepitorum mala eſt.Aries iuuenis mediocris pinguedinis optima eſt omni ætati, & omni complexioni.vnde plures eas temperatas poſuerunt.Et quidam vt Auer.parum diſtare à carnibus hędi dixit.conuenit in caſu.

Porcus ca.& hu.complexionis in primo et magis hu.q̃ ca.multũ nutrit. vt.7.therapeu.Nutribiliſſimũ uero oium quæ nouimus eſt caro porcina.eſt tñ viſcoſa. difficilis digeſtionis, & ſylueſtris,facilioris.conuenit fortibus ſtomachis,& pueris qui fortis hyſtimbrie. Antiqua vero mala, & humorum melancholicorum generatiua.nõ conuenit.

Caro agni lactantis ca.in primo.& hu.in ſecundo,multi phlegmatis viſcoſi generatiua,indigeſtibilis,& cito ſua lubricitate ante eius digeſtionẽ à ſtomacho deſcendit,pręcipue in habentibus ſtomachũ humidum.Caro uero agni non lactãtis minus ca.& Auer.auctoritate Raſis ipſam ponit in bonitate apud carnem hędorum.non detur.

Caro ouis decrepitæ eſt mala , mali humoris generatiua,ca.& hu.minus q̃ agnellina,ita ut ad ſiccitatem tendat. Bidẽtis vero caro ab Iſaac laudatur,& ita in ſuperficie ıp̃e Auic.non detur,& tu conſidera.

Caro columborum ca.& hu.ad ſecundum,difficilis digeſtionis,ſanguinem generat aptum faciliter inflãmari,ꝓpter quod febricitantibus non conuenit,& aſſati nocẽt cerebro,et oculi etiam.non conuenit.

Anatum caro calidior eſt oi carne auium domeſticarũ. vnde talis in ſecũdo maxime nocet febricitantibus,grauis eſt digeſtionis , generat faſtidium & ſuperfluitates plures, plurimũ tñ dat nutrimẽtum cum bene digeritur,& eſt inter aues lacunales humidior omni Hippoc.nõ conuenit.

Pauones ca.& hu.difficilis digeſtionis,melãcholici ſanguinis generatiui : & ſunt quietis & ocioſis malus cibus ruſticis vero & his qui vtuntur forti exercitio conueniens ſatis,& pręcipue iuuenis.non conuenit.

Caro qualearum ca.& hu.vſq; ad ſecundum multũ hu. tam temperatis q̃ intemperatis cibus etiam cõueniens, difficilis digeſtionis, & corpus pręparat ad febrẽ, auget eas. non conuenit.

Caro oculorum de aiali pingui fri.& hu.complexionis & ex ſicco ſicut grues ſunt ad digerendũ, & viſcoſum dãt nutrimentum,& ergo non conueniunt.

Caro caudæ cali.eſt complexionis, & ſatis conuenientis nutrimenti propter motum ſuum continuũ,ſtomacho nocet, & faſtidium facit ſi de ea multoties comedatur , & choleram generat rubeam,non conuenit niſi moderate,& tu conſidera.

Hepar ca.et hu.complexionis ad ſecundum,difficilis digeſtionis,groſſum dans ſanguinem,et ſi digeritur bene laudabilem ſanguinem facit,non conuenit niſi gratia procurandi appetitum & in pauca quantitate.

Teſticulorum caro ca.& hu.& quæ eſt ex animalibus magnis difficilis eſt digeſtionis, ſed gallorũ ooodũ coeuntium bona,& bonum dat nutrimentum.conuenit.

Pro prędictis notandus eſt iſte canõ.nam licet dictũ ſit nõ conuenire &c.modera tñ tu& in ſingulis conſidera. Canon.

Rubrica. IIII.

SEQVITVR de piſcibus de quibus dictum eſt in dyſcraſia frigida & humida.

*De oleribus pro ferculis.Borago.* Rubrica. V.

BORAGO ca.& hu.cõplexionis in prima mãſione primi.ſalſẽ quo ad caliditatem eſt magis hu.q̃.ca.bonum generat ſanguinem.valet in ægritudinibus melãcholicis, confert cardiacis,ſyncopi,& valet ad firmandum memoriam vſus eius,& tu conſidera.conuenit.

Rapa ca.& hu.in primo multum nutritiua. Vnde Iſaac plus cęteris herbis nutrit. difficilis eſt digeſtionis, & maxime radix,folijs ſuis coitum excitat, & ſperma auget,inflationem & ventoſitatem, generat, & eorum nocumentorũ remotio quęratur ſupra ſecundo tractatu.conuenit,& quę dicta ſunt in dyſcraſia frigida , & humida moderando ea ſuo propoſito.

*Tri.* Rubrica. VI.

TRI ca.& hu.ſuperfluæ tardæ digeſtiõis,& deſceſſionis à ſtomacho,& maxime azimum, fermẽtatum melius pręparatum, vt de eo in pręcedenti tractatu,cõfert pulmoni, pectori, & tuſſi, & conſumptis, & maxime cum zucharo aut cum penidijs ſumptum,& ventrem lenit.conuenit.

*De granis pro ferculis.Faſeoli.* Rubrica. VII.

SEQVITVR de granis & primo de faſeolis . Vnde faſeoli calidi & humidi in primo , inflãt & ſtomacho nocent,& magis qui ſunt ex eis albi humorum groſſorum generatiui phlegmaticorum,inducunt ſcotomiam,et ſomnia mala faciunt,& deteriores ſunt recentes,conferunt pectori & pulmoni,& prouocant vrinã & menſtrua, & maxime rubei, & pręcipue eorum decoctio cum oleo de nardẽ,& artemiſia.non conueniunt.

*Paſtinacha.* Rubrica. VIII.

PASTINACHA ca.in ſecundo hu.in primo,difficilis eſt digeſtionis , duri & groſſi nutrimenti , inflatiua, corrupti & mali ſanguinis prouocatiua,coitũ excitat,mẽſtrua prouocat & vrinam, & maxime ſemen eius eſt forte remedium in paruulis,non conuenit.

*De Vnctuoſis.De oleo iam dictum eſt in de temperatis.* Rubrica. IX.

DE ADIPE & pinguedine ſequitur . Vnde magis adeps & pinguedo cali.& humi.complexionis laxant ſtomachum & nauſeã inducunt,& pinguedo faciliter in choleram cõuertitur,& comeſtæ ſolæ phlegma,& oppilationem faciunt , & corrumpunt cibũ facientes ipſum leuigare,non conueniunt.

Butyrum cali.in primo humi.in eodem.corpus nutrit, & impinguat, cõfert tuſſientibus ex cauſa frigida et ſicca, & proprie cum amygdalis, & zucharo, ſcreatum reddit facile,ſic admiſtum eſt inflatiuum.uillos ſtomachi mollificat,& relaxat,& non aſſuetis nauſeam facit,vt cætera vnctuoſa.natat ſuper cibum in ſtomacho, facit cibum difficilius digeri.lubricat eum de ſtomacho anteq̃ coctiõis repletum tempus ſit.non conuenit niſi in aſſuetis & cũ moderamine.conſidera.

*Rubrica.* X.

OVA competunt de eis ſupra in de temperatis.

*Rubrica.* XI.

AGRVMINA non conueniunt.

*De fructibus,ficus.* *Rubrica.* XII.

SEQVITVR de fructibus. Vnde ficus hu.& cali. in primo nocet ſtomacho & maxime cum corticibus comeſta eſt inflatiua,& dolorem ventris inducens,oppilatiua,factiua fluxus ventris,& eſt conferens renibus,& veſicæ,non conuenit.

Iuiubę ca.& hu.in primo.duræ digeſtionis, & ideo ſtomacho nocent,generant phlegma & ſanguinem phlegmaticum,ſunt inflatiuę.& Auic.auctoritate Gale.non reperiri iuiubas in conſeruanda ſanitate,& remouenda ægritudine aliquid operantes, ſed reperiri eas difficilis digeſtionis & pauci nutrimẽti.Et decoctio maturarũ aſperitatẽ pectoris lenit, & pulmonẽ. Sunt ſm quoſdã vrinæ & mẽſtruorum prouocatiuæ.non conueniunt in caſu noſtro.

Pomũ dulce ca.& hu.in primo et ſpecialiter maturum. Imaturum vero ad fri.& hu.declinat,& eſt malorũ humorum generatiuum, facile putreſcibile, & fortaſſe hoc blaſphemant medici. Maturum vero coctum abiectis corticibus pauco zuchari ro.confortat ſtomachum,debilitatum appetitum prouocat,& confortat cor,& digeſtionem.delet ſyncopim,nõ ſit difficilis digeſtionis. Sed nota quòd vſus vernalium inducit neruorum dolorem,& malam diſpoſitionem,poteſt dari de eo aliquid aliquando.

Morum dulce ca.& hu.in primo. Eſt malum ſtomacho & facile in eo corrumpitur & eius corruptio mala eſt & multum nociua,non conuenit.

Amygdalæ dulces maturæ ca.ſunt & hu.in primo. Et remotis corticibus minus difficiles fiunt digeſtioni,bonũ præbent nutrimentum licet paruũ,& augmentant ſperma, & ſubſtantiã cerebri. Faciunt ſuauiter dormire.ſunt enim euaporatiuæ,& mundificãt vias vrinæ, & eius acuitatem & ardorem remittunt.corpus impinguant,conferunt tuſſi antiquæ,aſthmati, pleureſi,& ſputo ſanguinis, ſed ex quibus cauſis conſidera.Et in choleram cito conuertuntur.

Auellana ca.& hu.in primo,& maxime recens,generatiua eſt choleræ,inflationum,ventoſitatum,& maxime in ventre inferiori.facit ſodam licet in cerebro augmentum præſtet, tardæ eſt digeſtionis & maxime ſic.& vomitum excitat,non conuenit.

Vua matura ca.in primo hu.in ſecundo. Melior alba ſubtilium corticum, vt de ea in præcedenti tractatu. Boni eſt nutrimenti, corpus impinguat & ipſum confortat. In ſtomacho vacuo & forti bene digeritur,& ſanguinem laudabilem facit,pectori, & pulmoni confert.& quæ eſt à viſe imediate collecta inflat corpus,ventrem laxat.rugitum facit & fumũ nociuũ plurimũ creat , & ſi ſtomachũ inuenit repletum conuertitur in malos humores . Et vua dulcis nocet hepati,& ſpleni oppilãdo,& quæ eſt durorũ corticũ difficilius digeritur.pôt de prima dari.tu conſidera.

Dactyli dulces cali.ſunt & hu.ad ſecundũ. Difficilis ſunt digeſtionis,ſanguinis groſſi generatiui.nocent gingiuis,dentibus,gutturi,& voci.Iuuant in remouendo oppilationem pulmonis,& eius nocumentum, & maxime per quartam virtutem.non conueniunt.

*De lacte et lacticinijs.Lac.* *Rubrica.* XIII.

LAC humanum ca.& hu.complexione propinquum naturæ humanæ.ſenibus, conſumptis,phthiſicis non multum febrientibus maxime conueniens, colorem efficit bonũ,nutrit,& impinguat.confert tuſſientibus tuſſi ſicca,& magis iuuat pect⁹,q̃ ſtõm, & de ipſo magis ſra ł de cibis fri.et hu.dari poterit.et de ip̃o ſupra ł dyſcraſia ca.& ſic.

Caſeus dulcis parum ſalitus poſt cibum,ut ſupra de dyſcraſia frigida & humida.

*Mel.* *Rubrica.* XIIII.

DE MELLE & ſapa in via ſaporis,et modica quãtitate niſi obſtat inflatio concedi poterit maxime ſi fiet cõtra operantia aliqualis,vt infra de compoſitis.

*Zucharum.* *Rubrica.* XV.

ZVCHARVM duarum coctionum ca.& in primo & hu.in eodem. Confert ſtomacho in quo non generatur cholera propter facilitatem cõuerſionis eius in eam. & ſtomachum mundificat,& abſtergit à phlegmate et ꝓprie antiquum. Lenit ventrem & pectoris aſperitatem remouet.Confert doloribus renum et veſicę.Abſtergit obſcuritatem viſus.aperit oppilationes. Sitim cauſat, & in choleram cito conuertitur.et conuenit.

*Rubrica.* XVI.

SEQVITVR de aromatibus de quibus actum eſt in dyſcraſia frigi.& humi.videntur etiam in condimentis poſſe dari ſi non obſtabit inflãmatio.ſ.Cinnamomũ,zinziber,piper,garyophylli.

*Rubrica.* XVII.

SEQVITVR de præparatione ciborum. Dicatur q̀ elixa ſunt alijs paribus meliora.

*Rubrica.* XVIII.

DE VINO confert aurelium , vel citrinum paucifẽrum.& conſidera.

Aqua zucharata, aut cũ dactylis cocta cõfert cõſidera.

Acetum non videtur conferre in via cibi,ſed vt inciſiuum, ſubtiliatiuum , apertiuum, ſic vt infra de ſyru.acetoſo ſimplici.

Agreſte de quo ſupra in dyſcraſia ca.et hu.non videtur directe conferre, ſed gratia excitandi appetitum in modica quantitate concedi poterit & moderate.

*Canon notandus.* *Rubrica.* XIX. Canon

ET PRO HIS nota canonem generalem:quia licet dictum ſit non confert,non conuenit,tamen aliquando de tali re dari poterit ratione actus ſui optimi effectus. Vt quia dato q̀ multa inducat accidentia mala , tamen illud quod quæritur ſuperabit ex parte ſui iuuamẽti omnia illa, vt verbi gratia.cicer mala plurima inducit vt inflationẽ, & huiuſmodi.vt patet de eo,tamen quia per ipſum quæro frangere lapidem &c.hinc dabo conſiderans per hoc ſolũ iuuamentõ ſuperare omnia alia nocumenta,& ideo in omnibus talibus te modera. Præterea.aliquando ex magno appetitu infirmi corrigitur malitia.iuxta illud Senis noſtri aphoriſ.xxxviij.ſect.ij.Parum deterior potus aut cibus &c.In omnibus ergo his prudentia tua vtere.

## De cibis compoſitis in ægritudine ſanguinea valẽtibus.Et de potu cuius rubricę ſunt.26. Cap. VI.

*Intentio eſt auctoris.* *Rubrica.* I.

DIcturus de cibis ipſis compoſitis in ęgritudinibus valentibus.et mõ ſuo initiũ faciam à cibis ſanguineis.vt infra addẽdo etiã et potũ in hac ęgritudine conuenientẽ. Poſita ergo graduatione ciborũ ſimplicijũ quo ad eorũ ſimplices & compoſitas qualitates, qua faci-

li

Quas in hoc et sequẽtibus cap: auctor uocat ægritudines sanguineas, colericas, pituitosas et melãcolicas, nullas alias intelligit nisi febres, licet liber hic sit de morbis particularibus. patet hoc passim sed præcipue ex rubrica 16.ª huius capitis. rubr: 1.ª et 3.ª cap: 3.ᵒ et cap: 9.ᵒ rubr: 8.ª

li cognoſcitur quibus conueniant, & diſconueniant ægritudinibus. Compoſitorum duxi gradus inuenire, ac etiam de nouo nouos componere per quos ægris ſuccurrere valeamus cum ab appetitu eorum ceciderint. Intendens vltra vſuales iam omnibus ægris ex ſolo nomine abominoſo delectabiles valde, ægriſque vtilliмos deſcribere. Et ſicut quatuor ſunt humores ex quibus omnis ꝓuenit ęgritudo ſanguinea, cholerica, phlegmatica, melancholica, aut ex his quomodolibet compoſita. ſic ponentur ſecundùm ordinem. Primo. cibi compoſiti ſanguinei. Secundo, cibi compoſiti cholerici. Tertio, phlegmatici. Quarto melancholici. Intelligendo ſemper ſanguineos, quia valentes in ęgritudine ſanguinea. cholericos, quia in cholerica. & ſic de alijs. Et quoniam ægritudo compoſita compoſitos cibos requirit &c. & de eis eſſet nimis prolixum, nec etiam commode, & bene fieri poſſet, quia ſecundùm maiorem aut minorem miſtionem humorum adinuicem, et diſtantiam maiorem, & minorem vnius ab altero, oportet variam & variam compoſitionem facere. Hinc de cõpoſitis ſolum humoribus quatuor proportionatis fiet ſermo noſter. Nam habita notitia iſtorum cum eo quod dictum eſt de ſimplicibus facile poſſit vnuſquiſq; in nouam & neceſſariam compoſitionem pro compoſita ægritudine peruenire. Eſt itaque primo de cibis compoſitis valentibus in ægritudinibus ſanguineis dicendum quòd ſanguinei dicuntur, quia in ægritudine ſanguinea ſunt valentes dato, quòd ex ſe ſint phlegmatici, aut melancholici aut his proportionati, quod de omnibus alijs eſt conſimiliter intelligendum. Poſtremo tamen ſciendum quòd licet de compoſitis ſit ſermo principalis, tamẽ ad ſimplicia etiam condeſcendam, vt facilius quod quæritur inueniatur.

Item memorare eius quod ſcriptũ eſt ſupra. in primo tractatu circa finem tertij capituli. vbi habetur modus graduandi medicinas compoſitas, quod de cibis compoſitis tuo adapta propoſito. Et antequàm deſcendam ad dicendum de ipſis videtur congruum atque rationabile, vt de pane ipſo aliquid dicatur cum ipſe ſit ſicut ſubiectum, & materia prima aliorum ciborum. Non enim videtur vulgo ꝙ ſine pane quis debite nutriri poſſit tãta ei delectatio panis. vnde Baldach. Noſter panis eſt temperatæ caliditatis, cuius eſt deſiderium recipere omnes ſapores conuenientes cuilibet complexioni.

Panis ẽ ſicuti ſubiectũ, et materia prima aliorum ciborum.

De pane. *Rubrica.* II.

PANIS nanq; eſt cibus compoſitus ex farina, aqua, ſale, & fermẽto, qui multiplicem recipit varietatem. Primo nanq; ex diuerſitate grani, quoniam quidam eſt ex frumento. quidam ex hordeo. quidam ex ſpelta, quidã ex milio. quidam ex panico. quidam ex melica. quidam ex ſiligine. Item ex parte compoſitiõis. nam quidam factus eſt ex flore farinæ ſolum loquendo ſpecialiter de facto ex farina frumenti ſolum qui flos dicitur ſimila. quidam ex furfure ſolum, qui dicitur furfuraceus. quidam ex farina & furfure plurimo, & dicitur opirus ſecundùm Auicen. ſecundo canoñ. licet Gal. ad Glauconem. capitulo de apoſtematibus dicat. ꝙ opirus eſt panis, qui non eſt multũ candidus neq; multum furfuris habens. Cornelius vero celſus. panis inquit farinæ de qua nil depictum eſt quem gręci hytopirõ vocant ſecundùm plurimũ videtur opirus, qui fit ex pauco furfure, & multa farina, & eſt panis quo Chriſtiani cõmuniter vtuntur & pręcipue Italici. Et ita conſimiliter diſtingui poteſt de facto ex alijs granis de quibus actũ eſt.

Opirus panis q

Ex parte coctiõis etiam recipit diuerſitatem. vt quia quidam biſcoctus. quidam ſimpliciter coctus dicitur. quidã açimus, quidam coctus in furno & dicitur panis coctus in furno ab auctoribus. quidam coctus in teſtis et dicitur panis de graſtellis & eſt panis factus ex farina, furfure plurimo ſimul, & eſt panis quem ruſtici ſuis dant canibus, & pluribus alijs, & varijs denominationibus dicitur, quas tanquàm non multum fructuoſas non exequor. Ex parte temporis, vt quidam eſt recens & calidus actu. quidam recens actu frigidus, & dicitur recens, quia eſt vnius diei, & vſque ad duos. quidam non recens ſed durus, antiquus. Ex parte quantitatis, quia quidam magnus, quidam paruus, quidam mediocris, & horum omnium quidam eſt multũ fermentatus, quidam non multum ſed mediocriter. Et proſequendo de pane frumenti ſpecialiter quinque habeo expedire. primum eſt eius electio. ſecundum eius complexio. tertium iuuamenta, quartum nocumenta. quintum remouentia nocumentum. Eligatur panis ſemel coctus ex frumento electo. vt ſupra capitulo de frumento. qui ſit de ſimila, ſiue de flore farinæ mediocriter fermentatus et non multum ſalitus, moderate coctus in furno commenſurate vnius diei, vſque ad duos. mediocris quantitatis non actu calidus, ſed frigidus. Et dicitur ſemel coctus. quia ſi biſcoctus durior digeſtioni, & ventrem maxime ſtringit propter quod in dyſenterijs, & fluxibus fit ex eo panis et vocatur tortelle de ſceni. Dicitur de ſimila quia cæteris nutribilior & digeſtioni ſatis obediẽs. Auerrois autem quinto col. de cibis & medicinis i particulari dixit ꝙ panis à quo non multum furfuris eſt remotũ quem latini groſſum vocant, eſt cæteris melior, & velocius digeritur quàm adarmaca, & adarmaca ſequitur illum de ſimila in omnibus ſuis diſpoſitionibus. Auicen. ſecundo canone. capitulo de pane in quo Auicen. ſuper cæteros eligit illum de ſimila. Experiẽtia enim videtur eſſe pro Auicen. panis tamen eſt bene abſterſiuus, & mundificatiuus ſtomachi ab humiditatibus phlegmaticis propter furfur. & ventris ſubductiuus, & ideo aliqui eo vtuntur ante menſam comedẽdo de eo duos vel tres bolos. uel ſic. Dicitur mediocriter fermẽtati. nam habens parum fermenti eſt nutribilior. Auicen. & Auer. quinto col. allegato loco, & ſit fermentatus competenter. pręterea habens multum fermenti malum habet ſaporem, & faſtidioſum, vt notat experientia, quare infirmis pręcipue non eſt talis concedendus. Et ſi cõtra hos vi ros dicat Raſis. tertio Almanſoris capitulo de his quę fiũt ex tritico, & hordeo, ꝙ melior eſt qui eſt ex multo fermẽto. & Gale. idem de alimentis. Dicitur ſalitus, nam ex ſale duo recipit iuuamenta. Primum eſt ꝙ eſt leuior. Secundum quòd à ſtomacho gratius recipitur propter quod & facilius digeritur. Sed diceret aliquis rationabiliter. ſal additus pani videtur ipſum grauifacere cum ſit quid graue, & ipſo pane grauius, & eſt problema Ariſt. ſecundo problematum. Pro iſto dicendum ꝙ ſua caliditate, & ſiccitate conſumit, & reſoluit multũ de partibus aqueis ipſius panis, quæ ipſum grauefaciebant, & ideo vendentes panẽ ad pondus non in eo ponunt ſalẽ. Dicitur coctus in furno. quia melius ſic decoquitur ꝙ alio mõ. Et dicitur vnius diei, quia durus & ſiccus amiſit humiditatẽ. Vnde humiditatẽ ſtomachi deſiccat, & ventrem conſtipat. Dicitur mediocris quantitatis, quia magnus non bene coquitur, & paruus nimium aſſatur ſiue deſiccatur. Dicitur non acto calidus, quia calor igneus infunditur ſtomacho, et ipſum corrumpit, & redditur difficilior ad digerendum, & ita dixit Auençoar. Et ſubdit quòd multi errant credentes ꝙ omnis caliditas iuuet ad digerendum, cibus enim digeritur à caliditate membrorum naturali. vnde prohibet comedere panem, qui non pertranſiuit diem, dicit quòd corrumpitur ergo panis inquantum panis. Raſis vero cæteri addunt vſque ad duos. Auicenna vero inquit. Panis calidus non comedatur, quia non eſt apud naturam bene receptibilis, ſitim facit in ſua caliditate, & natat propter ſui humiditatem vaporoſam, & ſatiat velociter propter illud, & eſt velocis digeſtionis, & tardæ deſcenſionis. Cõplexio panis ab Aui. nõ ponitur, & vſq; nunc nõ legi ab auctore aliquo, niſi à Baldach, vt ſupra, qui eum ponit tẽpate caliditatis, cui ego aſſentio, cũ ſit auctor auctẽticus, qui de his curam habuit. Et idẽ expreſſe videtur dicere Auer. 5. col.

fermẽto

Concoctio à q caliditate iuuet.

cũdo capitulo. Pręterea.ego video ex comeſtione panis
facta& ſatis notabili homines non calefieri notabiliter.
Item propter mordicationem credo ꝙ frigiditas aquę cõ
ſimiliter contra operatur caliditati farinæ,ſalis,et fermen-
ti.eſt itaque temperatæ caliditatis pronunciandus. Iuua-
menta eius.nam eſt materia aliorum ciborum,vt ſupra,et
hominibus multum proportionatus & optimus. Vnde
Auerrois.5.col.allegato loco.Concordati ſunt medici ꝙ
melior ex cibis terræ,naſcentibus naturalibus hominibus
qui ſtant in quinto climate aut quarto eſt triticum artifi-
cialiter pręparatum.Et parum infra.Et poſt bonitatem ci
bi excepto pane eſt panata.& eſt multum nutritiuus,et ſpe
cialiter de ſimila factus, & eſt bonæ digeſtionis,& facilis
deſcenſionis ſecũdùm Hippocratem.auctoritate Iſaac.&
Auicennæ, qui eſt ex frumento nouo velociter impinguat
corpus humanum. Nocumenta, inuenio tot nocumenta
ei aſcripta,ſed inter cætera eſt oppilatiuus,ventoſus,tardæ
digeſtionis, & factiuus lapidum, & doloris articulorum,
& pręcipue azimus, & non bene coctus Raſ.ſed bene co-
ctus,& fermentatus hæc nocumenta facilia habet. Remo
uetur primum ex fermento & ſale. Secundum ſi cum eo
ponitur fœniculus,aut aniſum. Tertium.ſi fiat ex ſimila.
Quartum.ſi comedatur vt laudat Auerrois.de ipſo vero
Vulgatũ de panis repletione. cõmuniter dicitur.Omnis repletio mala,panis vero peſſi-
ma.hanc ſic formatã auctoritatem nullibi inueni, & mul-
tos doctores petij qui etiam ſe non vidiſſe dixerunt. Verũ
Auicen.tertia primi.cap.de regimine comeſtionis inquit.
Scire debes, ꝙ panis nocumentum cum non digeritur eſt
multum. Carnis vero impedimentum, cum nõ digeritur
eſt minus hoc.à qua auctoritate forte traxerunt iam dictã
auctoritatem. De pane autem hordei & ſimiliter de ſpel
ta dicitur,quòd ipſe ſequitur naturam ſuorum granorum,
ex quibus conficitur.panis tamen de hordeo, & de ſpelta
eſt magis in vſu ceteris,excepto de frumẽto,et pręcipue in
phthiſica paſſiõe,ut ſuo dicetur manifeſte loco,ut patebit.

De *panata.* *Rubrica.* III.

PANATA eſt cibus compoſitus ex aqua ſimplici,
& pane factus per decoctionem vnius cum alio. Quæ in
complexione,etſi à quibuſdã ponitur temperata,tñ ponen
da eſt frigidę et humidę cõplexionis in primo.ita uiſus eſt
velle Auer.quinto col.de cibis et medicinis in particula-
ri nã ſi conſimiliter frigiditas aq̃.& caliditas panis,& cali
ditas quam acquirit quis ex decoctione vtriuſq; veriſimi
le habebitur dictum Auer. Ex quo infertur primo ꝙ pa
nata ex brodio pulli,aut pullę cõfecta eſt in ſanguinea ęgri
tudine conueniens.patet.nam aqua ex carne pulli nullam
recipit caliditatem,aut ſi aliquam paucam.nec ipſum niſi
ad temperamentũ trahet.ſed temperata etiam in ipſa ęgri-
tudine ſanguinea conuenit. Infertur ſecũdo quòd ſi cum
panata ex aqua ſimplici & pane cõmiſcebitur ouum cum
eius albumine,ita vt ex forti agitatione earum adinuicem
fiat fortis cõmiſtio quòd erit cibus etiam in ipſa ægritudi
ne conueniens.patet.nam ouum ſic agitatum &c. tempe-
ratæ exiſtit complexionis, & frigiditas aquæ contra ope-
rabitur eius accidentali inflammationi.igitur &c. Infer-
tur tertio, ꝙ panata ex brodio pulli, & ex ouo ſic agitata
confecta poteſt etiam in ipſa ægritudine conuenire.patet
correlarium intelligenti. Iſta tamen moderanda ſunt ſecũ
dùm tenorem virtutis.nam ubi virtus declinat debet ouũ
ſecuriter adminiſtrari.vbi vero non ſuperſiſtendum eſt.
Conciliator differentia.clxxij.& ſic ſequentia moderẽtur.
Item ſi ouum in aqua frigida teneatur infuſum per ſpatiũ
trium horarum, deinde cum aqua eadem fiat agitatio for
tis, & in vltimo decoctionis panatæ commiſceatur cum
ea erit conueniens. Aliquãdo conſuetum eſt talem oui in-
fuſionem fieri cum aqua endiuiæ, aut roſatæ ſm altam,&
Medici ad artis curioſitatem multa faciũt. aliam medici intentionem et curioſitatem. multa quidem
à medicis fiunt ad artis curioſitatem. Infertur quarto ꝙ
panata cum brodio gallinæ,aut caponis confecta non eſt
in hac ęgritudine multum conueniens.patet.quoniam hęc
reſpectu dictarum cali.exiſtit complexionis vt patet.
Infertur quinto quòd panata confecta ex lacte amygdala-
rum non eſt etiam multum in hac ægritudine conueniens,
licet aliqui ea vtantur.nam vt patet ad caliditatem vide-
tur declinare.& additum eſt licet multum in vtroq; cor-
relario,quoniam videtur etiam ipſam conuenienter poſſe
exhiberi & maxime addito vino granatorum, vel aliquo
acetoſo.quod intelligas etiam de panata ex ſeminibus cõ-
munibus confecta conſidera. Infertur ſexto quòd pana-
ta ex lacte ſeminum maiorum frigidorum confecta,& cũ
aqua ſimplici,aut cum brodio pulli,vel pullæ hac in ęgri
tudine eſt conueniens valde.correlarium patet ex dictis.
Infertur ſeptimo.quòd panata in lacte acetoſo eſt conue-
niens.patet correlarium conſideranti quæ dicta ſunt de la
cte acetoſo.Aduertendum vltimo quòd quidam idem re-
putãt panatam per decoctionem facta vt ſupra,& panem
infuſum in brodio tantum. Credo etenim panatã calidio-
rem.nam per decoctionem acquirit caliditatem, verum-
tamen non magna eſt inter ea diſtantia gradualis, quam
medicus ex ſenſu poſſit faciliter compręhẽdere.ſed ex par-
te facilis, aut facilioris digeſtionis apparens eſt diſtantia,
nam panata facilior digeſtioni multum. Panis nanq; mi-
nor quantitas ingreditur panatam ſecundo.& ipſe ex deco
ctione &c.Et hęc de panata in generali & in ſpeciali.Nam
ex his patet quid dicendum de vnaquaq; alia. Et pro his
omnibus audi Auerroem quĩto col.allegato capitulo.dũ
dixit. Et poſt bonitatem cibi excepto pane eſt panata. Et
parum infra. Maxime conuenit ægris ex ægritudine cali-
da. Et propter emulos hunc canonem appono quòd ſem Regula.
per in dicta panata debet eſſe aduertentia quòd ſemper de
clinet ad frigus quanto plus poteſt addendo, aut ſuccum
granatorum, aut aranciorum, aut agreſtam, aut faciendo
bullire cum eo olera frigida de quibus infra. Item inci-
datur caro pulli,vel alia minutim valde,deinde poſita bu
cella panis in parapſide ſuperponitur caro ſic minuta, ac
ſi ſuperponeretur caſeus gratuſatus.deinde ponatur ſecun-
da bucella, & iterum ſuperponatur caro, & ſic fiat vſque
ad parapſidis repletionem. Volitam. Vltimo brodium ſu
per dictum panem & carnem fundatur.deinde cooperia-
tur parapſidis.eſt enim minus faſtidioſus.nam carnes ſic
comederentur abſque faſtidio.

De *phthiſana.* *Rubrica.* IIII.

APVD auctores noſtros reperiuntur hæc nomina
chiſt hordei, phthiſana ſauic.quæ à quibuſdam tanquàm
ſynonyma reputãtur, à nonnullis inter ſe differẽtia eſt, ad
pręſens autem non intendo hęc diſcurrere.ſed quæ propo
ſito pertinent tantũmodo aperire. Per phthiſanam autem Phthiſana quid.
intelligo iuſcula hordei, quæ fiunt ex decoctione farinæ
hordei à furfure ſuo mundatæ cum aqua, brodio pulli &
huiuſmodi,ut ſupra de panata.nam de aqua hordei quę eſt
ex decoctione grani cum aqua quam antiqui phthiſanam
vocauerunt. vt allegat Meſ.de appropriatis.capitulo de
pleureſi dicetur dum de potu pertractabitur. Eſt itaque
phthiſana hordei cibus confectus per decoctionem cum
aqua ſimplici, aut brodio carnium, aut ex farina hordei à
cortice furfuris mundata donec ad diſpoſitionem medio-
crem perueniat, & debet ita continue agitari totum adin-
uicem, lento igne, & baculus duci verſus fundum vaſ.
vt fiat aſſidua eleuatio compoſiti ne ſuper fundo combu-
ratur,quoniam ſi non adhibetur diligens ſtudium ſtatim
iuſcula habent odorem fumi, & infirmis efficiuntur di-
ſplicida ſiue diſplicibilia.& debent bene decoqui, vt per
decoctionem omnis ab ea remoueatur inflatio, & om-
ne eius nocumentum. & ſi tolerat infirmus, quia dulcia
non diſpliceant addatur zucharum, quod remouet nocu-
mentum viſcoſitatis.aut manus chriſti perlatũ ſi queritur
infrigidatio

infrigidatio maior, & confortatio maior. hęc nanq; tuſcula ſunt in ipſa ægritudine ſanguinea maxime cõuenientia. ſunt in frigidis magis aut minus ſecundùm quòd cõmiſcetur cum frigidiori aut minus frigido liquore, & ſimiliter magis & minus humida, aut in paſſiuis temperata. nã forte ipſa ex aqua ſimplici confecta ſunt in paſſiuis temperata, vt quia ſiccitati farinę eius humiditas aquæ contra operabitur. conſidera phthiſana ex hordeo, ex brodio pulli, & ex brodio gallinæ, etiam videtur hac in ægritudine conuenienter dari poſſe. patet ex his quæ dicta ſunt de hordeo, pullo &c. vt ſupra de panata.

*De contuſo.* Rubrica. V.

CONTVSVM ſiue piſtatum eſt cibus compoſitum ex brodio, & ſubſtantia carnium, quod multipliciter fieri poteſt. Primo quidem modo, quoniam acceptis carnibus, & bene in mortario contuſis & piſtatis, fit deindé cum brodio carnium ipſarum commiſtio uſque ad liquiditatem. deinde coletur totum per tamiſium, & igni in vaſe reponitur ad calefaciendum, & vt aliqualem decoctionem recipiat, et cum eo communiter miſcetur zucharum, aut manus chriſti perlatum, aut confectio triaſandalina, & iſte eſt communis modus faciendi ipſum. Secundo modo fit & elegantius, quoniã accipiuntur carnes bene contuſę & piſtatę, vt patet. deinde cum modico molle panis infuſi prius in brodio, & amygdalis mundatis et bene piſtatis & aliquantulo vini granatorum, & aquæ roſ. fit commiſtio aliqualiter ſolida. deinde cum brodio pulli diſtemperatur ad liquiditatem, quę modica videtur, prout etiam infirmo fuerit magis gratum. & vltimo additur zucharũ, aut triaſandalum, aut manus chriſti perlatum triaſandalatum, ſecundùm quòd maior quęritur extinctio. Et dicatur plus vel minus additur de vino granatorum, aquæ roſa. brodio pulli. hæc autem ſunt in moderatione manus periti medici. Vbi tamen eſt aduertendum q carnes ex quibus debet fieri contuſum hac in ægritudine conuenientes debent eſſe temperatæ, aut ad frigidum declinantes, quę ex tabula ſatis nota ſunt. Iſte tamen cibus eſt multum nutritiuus. vnde oportet tenorem virtutis multum conſiderare, ac etiam conſuetudinem. vnde corpora hodierni temporis facta ſunt minus delicata, & debilia ab eo qd' prius erant. & ideo citius conueniunt medici hodierni temporis ad exhibitionem conſimilis cibi multum nutritiui quàm faciebãt antiqui. Et propter conſuetudinem dabat ſolacio ſus medicus Bononienſis cuidam piſcatori ægrotanti cõtuſum de piſcibus. iuxta illud Senis. xvij. aphoriſ. j. ſect. Condonandum aliquid conſuetudini. Et quòd iſte cibus dari poſſit in ægritudine ſanguinea ſatis patet intelligenti ex his quæ dicta ſunt. Vnde oportet alterare res huiuſmodi compoſiti cum vino granatorũ, aqua roſ. multum de ipſis ponendo. aut modicum ſimiliter de brodio, ita ut reducatur totum ad frigiditatem, aut ad temperamentum, et eſt ſicut de ſyru. aceto. Et quoniam eſt conſuetum dare maiori exiſtente debilitate aquam carnis, quæ vim compoſiti cibi habet. hinc de ipſa quicq̃ dicendũ in vnaquaq; ægritudine datur, & dari poteſt ſm q ipſa aliter, & aliter fit & alteratur, & tu conſidera.

*De aqua carnis.* Rubrica. VI.

SEQVITVR de aqua carnis, & de brodio conſumato. Aqua enim carnis dupliciter fit. Vno modo p ſublimationem carnis ad alembicum. Secundo per decoctionem eius in duplici vaſe. Exemplum primi dimembretur pullus magnus, vel pulla in quatuor partes abiectis viſceribus, deinde ponatur in alembico ad diſtillandum continuato igne ſimul. Sed anteq̃ ulterius ꝓcedatur inueſtiganda eſt ipſius aquæ complexio, & nocumenta quibus cum antidotis occurrere debemus. De cõplexione eius dicendum puto q ipſa ſit eiuſdem complexionis cuius eſt caro eius. & cum hoc per ſublimationem caliditatem acquirat intenſiorem caliditate carnis ipſius. nam partes ignęę, & aereę eleuantur, & à terreſtribus ſeparantur, quibus prius commiſtæ erant forti commiſtione, quæ remittebant calidas. & ideo cõcludo ipſam aquam eſſe calidiorem, & inflãmabiliorem carne ipſius. Quamobrem conſueui, & ita credo agendum cum ipſa ponere res, quæ, & caliditatem tollant & nocumentum. nam quia datur cum quęritur velox reſtauratio propter vehemẽtem virtutis debilitatem, ego cum ea ad eleuandum pono roſas recentes, aut ſiccas in aqua roſ. prius infuſas, & puluerem coriandrorum pręparatorum, & margaritarum. nam ſic virtutem animalẽ, naturalem, & vitalem cõfortat caliditatem remittit, & inflãmationem. Et nonnulli ad artis decorem ponunt ſimul quantitatem ducatorum vſq; ad. xxv. & plus, qui tamẽ in nullo deteriorantur aut in valde modico, & quia in nullo quaſi deteriorantur credo q modicum faciant. vnde ego ob eandem intentionem facto minutim diuidendo, aut cõterere folia auri puri. xviij. vel circa, & ſuper ipſas carnis partes ponere. Et quod dictum eſt de carne pulli, vel pullæ intelligatur q ita de carne vituli &c. fieri poteſt. hæc enim aqua, vt patet ęgritudinibus ſanguineis cõuenire uidetur. guſtui aut fit delectabilior ſi roſę prius infundantur in vino granatorum acetoſorum. & eſt coloris vini, aut ſi non habetur vinum in agreſto. Cum hac autem aqua aliquando ponitur zucharum, aliquando manus chriſti perlatum, aut triaſandalum &c. vt ſupra in pręcedenti capitulo. Exemplum ſecũdi. accipiatur caro pulli, vel alia, et diuidatur in fruſta ita parua q intrare poſſint orificium fialæ magnæ, deinde fruſta illa ponãtur per filum ſicut fit de pater noſter. deinde ponatur caro ſic infilata in fiala, & ps fili ſit duplicata, vt ſic forte cum extrahitur remaneat ligatum ad collum fialæ, deinde os fialæ cum paſta, & pecia ita obturetur, vt nullo modo poſſit aliquid exhalare. deinde cum lignis ligetur fiala, vt ſtet in medio cacabi, vel lebetis magni, ita ut ſit eleuata à fundo, ita tamen quòd aqua quæ in vaſe ponetur veniat ad medium colli fialæ, vel circa, & in prędicta aqua ponatur quantitas quæ videbitur furfurum, ita vt aqua cooperiatur & ponatur ad ignem et bulliant vſque ad tres horas, vel circa. Et depoſito lebete, et infrigidata aqua accipiatur fiala extra, extrahantur cum filo carnis fruſta, & in fundo reperietur aqua. hæc tamen aq̃ eſt inflãmabilior, & odore grauior, guſtui magis abominabilis. fit enim gratia neceſſitatis, nam prima delectabilior multum. & poteſt ita alterari vt pręcedens, & ſi in maiori vaſe ſi quis habuerit. Sed quæ dicta ſunt de vaſe, gratia exempli dicebãtur. De eius vero complexione patet quid dicendum per ea, quæ dicuntur de præcedenti. & tu conſidera.

*De conſumato & gelatina.* Rubrica. VII.

DE CONSVMATO vero dicendum quòd dupliciter fit. Vno modo communiter. Alio modo non ſic communiter. Exemplum primi accipiatur pullus magnus, vel paruus, & ponatur in vaſe magno in quo tãtum ponitur de aqua quòd pullus poſſit bullire vſque ad completam decoctionem & ſeparationem carnis ab oſſe, abſq; hoc q; òd aliquid aquæ de nouo addatur, vel ſit neceſſarium addere remanente notabili quantitate ipſius brodij. deinde accipitur caro, & fit expreſſio eius fortiſſima, deinde permittitur bullire brodium illud per notabile ſpatium vſque ad ſpiſſitudinem, remoueatur ab igne, & vſui reſeruetur. tale enim brodium cum infrigidatum eſt congelatur ſicut gelu gelatine ſiue geladorcij, & tunc de brodio iſto congelato accipitur quantitas coclearis vnius, vel duorum, & ponitur ad ignem, & liquefit & calefactum cum zucharo, aut manus chriſti perlato &c. vt ſupra infirmis datur. Exemplum ſecundi. facta decoctione vſque ad oſſium ſeparationem. vt patet de primo per oia. tunc accipiatur pullus, & dimembretur & mẽbra for-

titer confundantur cum dorſo cultelli magni & reponantur ad bulliẽdum, ita vt brodium recipiat ſpiſſitudinem, deinde extrahantur membra illa per totum, & fortiſſime exprimantur ſuper vaſe. deinde iterum ponatur brodium ad ignem, vt bulliat, & permittatur bullire aliqualiter, deinde remoueatur & fiat vt dictum eſt de primo. de quo dabitur ægrotantibus, vt de primo dictum eſt. De complexione eius dicendum ꝙ cum fiat fortis cõmiſtio partiũ aquariũ cũ partibus carneis, ꝙ veriſimile eſt ꝙ illæ aquę dũmodo remittant carneas. dato etiam ꝙ carneę in earum caliditate iuuamentum recipiant à caliditate ignea, et ideo non bene credo multum eleuari in complexione ſupra gradum carnis: cuius eſt brodium er fortaſſia non eleuatur, quia quantum de caliditate recipit ab igne tantum de frigiditate recipit ab aqua. Sed ſi in ægritudine ſanguinea dabitur propter debilitatem virtutis, quia infirmo aliquid conuenienter dari non poſſit ad maiorem cautelã, ponitur in vaſe ſimul cum pullo ad ebulliendum infrigidans aliquod, vt lactuca, endiuia, ſãdali, viola, blitis, ſemĩa frigida maiora, portulaca, aut aliquod tale proportionabile, deinde exhibeatur cum zucharo triaſandalis. manus chriſti perlato vt patet, & ſic in ęgritudine ſanguinea cõueniet. Hoc itaq; conſumatũ nõ eſt ita faciliter inflãmabile, ſicut aqua ſublimationis, & ſolidius dat nutrimentum. & credo plus placet Cermiſono, et ſic mihi cuius veſtigia vt potero ſeq̃r

Gelatina vt q̃uis tempore cõficiatur. Et ex iſto modo extrahi poteſt modus faciẽdi geladorciũ, & omni tempore quãtumcunq; calido, quod ſtatim cum erit infrigidatum, erit & cõgelatum. & modus ponitur ad ſolatium, & ad curioſitatẽ artis. Accipiantur vinum, acetum, aqua, & ſal in quantitate debita quæ ſufficiant decoctioni carnium, quas congelare volueris, & vltra tantum ꝙ facta earum decoctione perfecta remaneat de brodio in ſatis notabili quãtitate. vnde decoctis carnibus ex quibus gelatinam ſiue Geladorciũ facere volueris carnes ipſe extra conſeruentur, & tunc in brodio illo ſeu ſapore ponatur fruſtum magnum carnis vt quarti hędi, vel aliquod tale ſm quantitatem ſaporis & permittatur ꝙ fiat ebullitio vl terior vſq; ad integram carnis additę diſfactionẽ, ſiue diſſolutionem. deinde caro ſic diſſoluta fortiſſime exprimatur, deinde permittatur brodiũ bullire modicum, et additis vltimo ſpeciebus infundatur dictũ brodium ſuper carnes extra reſeruatas & in vaſis ordinatas. Et vt hoc credatur eſt argumentum de brodio conſumato ꝙ ſtatim ipſe refrigefacto congelatur. Notandum tamen ꝙ ſi caro addita, & diſſoluta aliqualiter piſtetur etiam iterum in ſapore bulliat, vt ſupra de brodio conſumato erit efficacius. Poteſt itaq; fieri geladorcium conueniens in ægritudine ſanguinea attentis gradibus eorum qui ingrediuntur, ut ſupra. Nota tamen ꝙ ſemper quanto plus poteris pone neruos aut pedes agni, arietis, hędi, vituli, & huiuſmodi. aut aures vituli, & alterius animalis, quia iſta faciunt ad congelationem efficacem in quocũq; tempore. Item ad idem valet ad riſum bullitum in peciola in dicto brodio.

*De brodio.* Rabrica. VIII.

BRODIVM uero non cõſumatum ſiue ſimplex eſt cibus factus per decoctionem temperatam, & conſuetam carnium cum aqua. hoc enim brodium graduatur ſecundùm gradum carnium ex quibus fit. nam ſi ex frigidis frigidum erit, & tale conuenit in ægritudine ſanguinea. Si ex temperatis adhuc erit frigidum, quoniam frigiditas aquæ eſt potentior in denominando q̃ ſit caliditas ex igne acquiſita. quare brodium pulli eſt frigi. Vnde Auicen. 16. tertij de cura colicæ, ex retentione fęcum numerat inter lenitiua frigida brodiũ pulli, & alia litera galli. Si vero ex calidis in prima fiet temperatum. Si vero ex calidis in ſecuo do calidum. Si ex tertio plus, & conſidera.

*De brodeto ſofriti.* Rubrica. IX.

BRODETVM ſiue ſm alios ſofritum eſt cibus cõpoſitus ex vitello oui & vino, ita cõmuniter fit, & quidã addunt aromata, & quidam Furlani & Theutonici addũt butyrum. eſt enim cibus quo multum vtuntur dominæ, & ſpecialiter Furlanæ, & in omni ægritudine vbi vident virtutis debilitatem, & meo iudicio male, nam in feb. aut ægritudine ſanguinea de qua eſt ſermo præſens non videtur conuenire. eſt enim ſe. ac malæ complexionis calidæ ſafctuum. Quibus etiam dum apud eas fui redargutionem feci. Et reſponderunt febris, & ægritudo bene recedent ſi fortis fiat virtus. quia morbus fortificatur. Brodetum autem in ægritudine iſta conueniens eſt, vt accipiatur brodium carnium temperatarum, & ſuperponatur vinũ granatorum, aut agreſte, & miſceãtur, & bulliant adinuicem. deinde in vltimo addatur vitellum oui bene conquaſſatũ cum puluere coriandrorum præparatorũ, & modico zuchari, & triaſandalorum, manus chriſti perlati &c. nam uinum granatorum, aut agreſte addatur in quantitate medici diſcreti viſa, põt. n. fieri frigidius, & minus frigidũ.

*De herbis.* Rubrica. X.

HERBETÆ in hac ægritudine conuenientes hoc modo fiant. Accipiantur lactuca, endiuia, ſpinachia, & lauentur & minutim incidantur, & in brodio pulli vel ſimplici aqua decoquantur. deinde adminiſtrentur et non ponantur in paraſſide de folijs multum. Item ex eiſdem poſſent fieri herbeiæ minutius prioribus piſtatæ, & fiunt denſiores, ſed non fiant niſi virtute & ſtomacho exiſtente forti. ex alieto ipſarum tantũ poſſunt fieri herbeiæ vt de omnibus ſimul dictum eſt. Et gradus cibi ex gradibus componentium eſt manifeſtus. Et quod dictum eſt de his intelligatur etiam de portulaca ex qua fit cibus cum brodio, vt dictum eſt.

*Cucurbita.* Rubrica. XI.

MVNDANTVR & elixãtur cucurbitæ, & elixatæ contunduntur, deinde reponuntur ad ebulliendum, & cum agreſto decoquuntur: et vt fiat fęrculũ delectabilius ponatur modicum panis, qui ſteterit infuſus in aqua recenti, & ſi virtus debilis fuerit non inconuenienter poneretur ouum. vt patet pręparatum, ideo hic cibus conuenientior erit ſi dabitur poſt euacuationem factam, & tu hæc omnia conſidera.

*Lentes.* Rabrica. XII.

DECOQVATVR lena electa. vt ſupra proprio capitulo ter. vt qa bulliat biset ſemp abijciatur aqua, deinde tertio in brodio pulli, vel aqua ſimplici decoquatur, & pręparetur cum modico aceti vel vino granatorum, & propinetur cum pane infuſo in ipſo brodio &c.

*De panico.* Rubrica. XIII.

DECOQVATVR panicum excorticatum cum brodio pulli vel aqua ſimplici, & adminiſtretur etiam cũ lacte amygdalatum addito uino granatorum. Idem intelligatur de milio excorticato. et tu bene conſidera.

*Far.* Rabrica. XIIII.

DECOQVATVR far cum lacte amygdalarum, & addatur vinum granatorum, & zucharum optimũ. iſte eſt cibus multum nutritiuus.

*Faba.* Rabrica. XV.

ETIAM faba à cortice mundata decocta abiecta tamen prima aqua vſque ad ſpiſſitudinem aliqualem in hac ægritudine dari poteſt ſi virtus aliqualiter fortis fuerit. Decoquitur in brodio pulli, aut aqua ſimplici. & ſi tolerat infirmus addatur aliquid vini granatorũ aut ſucci arãcij, aut limonis.

*Oleum.* Rubrica. XVI.

DE OLEO vero patebit in ſequenti. Et quoniã hęc ægritudo cito aut terminatur aut in aliam alterius humo-

ris

ris ægritudinem conuertitur. hinc ſuperſedeo à multitudine ferculorum.

*Lac.* **Rubrica.** XVII.

LAC non competit niſi acetoſetur. vt infra. ſimiliter niſi alteretur, & ſtante debilitate virtutis magna.

*Caſeus.* **Rubrica.** XVIII.

CASEVS ſalitus mediocriter nō conuenit vel plus quàm mediocriter & maxime antiquus. recens vero nō ſalitus conuenienter exhiberi poterit. quæ omnia etiam in ſequenti calida cholerica intelligenda erunt, et conſidera.

*Carnes.* **Rubrica.** XIX.

ET LICET carnes non conuenirent hac in ęgritudine, tamen propter cōſuetudinem in naturam cōuerſam, & holum huius temporis guloſitatem, oportet ea adminiſtrare. nam ſtatim cum ſubtrahuntur infirmi vidētur deficere. & etiam medici infamiam incurrunt. & tu hęc bene conſidera. Carnes cōuenientes ſunt carnes temperatæ & fri. de quibus habetur in tabula ſupra de ſimplicibus, ſed conſiderentur nocumenta earum ſi quæ ſunt, & corrigantur, vt ſupra de proprijs capitulis, & eligantur elixæ ſupra aſſatas, & tu conſidera.

*Piſces.* **Rubrica.** XX.

DE PISCIBVS dicendum quòd petroſi, & laudati ex aquis dulcibus & mundis conueniunt etiam cum ſaporibus, vt infra de calida cholerica, & ſic tu conſidera.

*Gelaticium.* **Rubrica.** XXI.

ITEM conuenit geladorcium factum ex dictis carnibus, cumque aceto. aqua vino paucifero, & ſpeciebus, quæ ſunt coriandrorum pręparatorum, & ſandalorum ru. Itē poteſt fieri cum vino granatorū aqua & dictis ſpeciebus addito modico zuchari. Itē pedes vituli anteriores optime decocti & in aceto pręparati ſunt cibus conuenientiſſimus & tu hęc bene conſidera.

*Salata.* **Rubrica.** XXII

SALATVTIVM ex lactuca & modico boraginis prius bullita in aceto &c. quandoque de eodiuia.

*Sapores.* **Rubrica.** XXIII.

SAPOR ex agreſto. ex vino granatorū, ex vino berberis, ex aceto ſolo. Item accipiatur ſuccus myrti infuſi in aqua roſata, & parum de amygdalis mundatis. omnia piſtentur, & incorporētur adinuicem. deinde cum aqua roſ. reducatur totum ad liquiditatem ſaporibus conuenientē. Et vltimo addatur pulueris coriandrorum partes duæ, florum lambruſcæ pars vna, cinnamomi pars media. Ita quòd in ſumma ponantur in parua quantitate. & ſi videatur infirmo nimis acre addatur zuchari modicum, & ſi myrtus haberi non poteſt recens, ponatur ſiccus in aqua roſ. ut humectetur. vel aliter fiat cum vino granatorum, aut ſucco arāciorum, aut lymonum, mororum, aut prunorum, & ſi ſint exiccata humectentur & piſtentur & ſuccus extrahatur. Item competit diamaraſcō ex ſucco maraſcorum factum inſpiſſato, aut ad ignem, aut ſolē additis ſpeciebus, vt hic ante de ſapore myrtino. Et poteſt diligens ingeniū ex datis varios ſapores componere.

*Salcidium.* **Rubrica.** XXIIII.

ITEM fiat ſalcidium ex folijs petroſelini, endiuię, ſaluię, lactucę cum modico aceti, zinzib. parte vna, puluere corian. pręparatorum partibus tribus.

*Fructus.* **Rubrica.** XXV.

FRVCTVS conuenientes ſunt frigidi, acetoſi, arancium, pruna acetoſa, maraſca, limones, granata, berberis, myrtus & cæteri multi frigidi de quibus in tabula. vide eā, & ad propria capitula recurras.

*Potus.* **Rubrica.** XXVI.

DE POTV dicendum quòd ſi non ſit quod prohibeat detur aqua veri frigoris, & eſt conuenientiſſimus potus. Aqua hordei excorticati, cuius proportio aquæ ad ipſum eſt vigintupla. Aqua ſimplex decocta, aqua hordei cū ſucco arancij, & modico zuchari optimi, aut cum ſucco lymonum, aut aqua cocta cum vino granatorum. Oxyzacara cum aqua veri frigoris: aut decocta &c. Sed tamen ſi eſt debilis conſuetus antiquus, cum rariſſime hęc ægritudo antiquis accidat, detur vinum pauciferum lymphatū, quòd ſi eſt iuuenis, & pręcipue patauus detur vinum pauciferum, & magis lymphatum, multum ſunt attendendę res, quæ annectuntur ſeptem rebus naturalibus in regimine vitæ infirmorum in prima aphoriſ. cōmento ſecundo. Et notandum quòd non poſui graduationem ciborum & aliorum quæ ſequuntur herbetas, quia mihi viſum eſt ex dictis manifeſtum eſſe. Poſtremo tamen aduertendum, quòd quæ ponentur de cibis in cholerica ęgritudine valentibus etiam uidentur conferre in ſanguinea. nec videntur differre niſi ſecundum intenſum & remiſſum. quoniam ſequētia debent eſſe frigidiora.

## De cibis compoſitis & potu in ægritudine cholerica valentibus. cuius rubricæ ſunt. 23. Cap. VII.

*De panata.* **Rubrica.** I.

PAnata ex aqua ſimplici et pane confecta. panata ex brodio pulli cum agreſto cum vino granatorum. Panata ex brodio pulli & vino granatorū aut agreſto addito ouo agitato, vt patet de panata in ægritudine ſanguinea, & pręcipue ſtante debilitate virtutis. Panata ex amygdalarum lacte confecta cum vino granatorum agreſto & huiuſmodi aliquo acetoſo. Item panata ex ſeminibus cōmunibus frigidis maioribus cum vino granatorum & huiuſmodi aliquo acetoſo. Item de panata legatur ſupra in principio capituli pręcedentis vbi plura de panata conſiderari poterunt etiam vltra hęc eminente debilitate virtutis, & conuenit panata ex lacte acetoſo.

*Ptiſana.* **Rubrica.** II.

PTISANA hordei eſt colata, & nō colata, nō colata vero maioris eſt nutrimēti. Et licet dictum ſit de ptiſana ſupra vt eſt cōuertibilis cū iuſculis, tñ adhuc hoc nomē extendere poſſumus ad granum hordei excorticati, et decocti, vt accipiatur hordeum excorticatum, & decoquatur ſicut ſit de farre vſque ad ſpiſſitudinem, et cum aqua ſimplici, et brodio pulli, & fiat infuſio eius in aqua frigida antequàm ponatur ad ignem per ſpatium quatuor horarum, & abiecta illa prima aqua in alia ſufficiente quantitate decoquatur vſquequo deueniat ad ſpiſſitudinem aliqualem, & poteſt reddi frigidius ex permiſtione rerum frigidarū acetoſarum, & non acetoſarum, vt herbarum &c. cum eo vel in eius decoctione. Item alij aliter ptiſanam ordinant, vt Meſ. de appropriatis proprio capitulo ex arte ſecunda. ℞. hordei excorticati circiter lib. i. & frica illud cum panno aſpero uſque ad ſeparationem corticum interinſecorum Ptiſana
omnino & laua illud lauationibus pluribus cum aqua ca- ut conſi
lida deinde pone in olla, & fundas ſuper ipſum aquæ circi- cienda.
citer, libras. viij. deinde bulliat cum facilitate ebullitione vna, & proijciatur ab eo aqua illa: deīde pone ſuper ipſum aquæ calidæ circiter, libras. xx. deinde cola, & pone in vaſe vitreo. Hæc autem ptiſana ſitim, & aſperitatem ſedat. inflammationem extinguit. pectus, pulmonem, & guttur lenit. ventrem lubricitat. præcordia humectat. ſputum facilitat. Quæ ſi vlteriorem recipit decoctionem & ſuper addantur aquę libræ. xx. efficitur cibus & potus, quę quibuſdam colatam, quibuſdam non colatam Hippoc. dari pręcipit ſecundum neceſſitatis exigentiam, & quandoque vlteriorem recipit decoctionem vſquequo habeat mediocrita-

tem inter ſunctum & liquidum. et eſt cibus laudabilis habena bonitates ſolẽnes. Ptiſana autem de qua ſermo factus eſt digta ſubtilis & groſſa ſaltem reſpectiue acutis eſt maxime conueniens. vt prima apho. primo & tertio regimine acutorum. tantæ auctoritatis fecit eam Hippoc. vt ipſa non timeat ventum neque pluuiam. alterari autẽ poteſt cũ frigidis & frigidioribus. vt pʒ intelligenti, et tu cõſidera.

Ptiſana ventum nec pluuiam curat.

*De contuſo.* Rubrica III.

DE CONTVSO autẽ ſiue piſtato dari poteſt hac in ægritudine. ita tñ vt alteretur plus & minus ſm maiorẽ aut minorem inflãmationem vt patet.

*De conſumato.* Rubrica. IIII.

AQVA carnis ſiue de brodio conſumato patet quid dicendum. nam ſtante debilitate virtutis, ita vt infirmus aliquid recipere non poſſit & inflãmatione exiſtente, tunc adminiſtretur conſumatum, aut aqua carnis alterata, vt ſupra cũ rebus frigidis acetoſis aut herbis ſed plus & minus ſm intenſionem & remiſſionem inflãmationis.

*De brodio.* Rubrica. V.

DE NON conſumato vero dicẽdum, vt ſupra, ita vt ſemper medicus ſit attentus ad extinctionem. multis vero non placet in ægritudinibus calidis, ac etiam exiſtente ſe. aqua carnis ſublimata, etiam ſi fuerit alterata propter facilem eius inflãmationem. Ego vero in ea iuuamentum magnum inueni & pręcipue cum infirmi quaſi aliud recipere non potuerunt.

*De brodeto.* Rubrica. VI.

DE BRODETO vero vbi adſit cõſuetudo & virtutis debilitas datur ex vino granatorũ, & brodio carniũ temperatatarum facto, vt ſupra inflãmationi & extinctioni. ſit medicus attentus, ſtõi tñ ſemp conſideret diſpoſitionẽ.

*De herbis.* Rubrica. VII.

HERBETÆ vt ſupra ſunt cõuenientes, & miſtæ in brodio carnium temperatarum aut cum brodio aliarum carnium dũmodo ſint alteratæ. vt patet cum his frigidis de quibus ſupra.

*Lens.* Rubrica. VIII.

LENS vt ſupra pręparata conuenit.

*Milium.* Rubrica. IX.

MILIVM Panicum excorticata vt ſupra cõueniũt.

*Far.* Rubrica. X.

FAR vt ſupra pręparatum conuenit.

*Faba.* Rubrica. XI.

FABA etiam vt ſupra conſtante virtute conuenit.

*Amilum.* Rubrica. XII.

IVSCVLA ex amylo facta, vt ſupra de amylo, & maxime ſi amylum factũ ſit ex farre, aut ex hordeo. Si vero ex frumento vt cõmunius ſit alteretur cum aliquo frigido quod cum eo decoquatur, vt ſupra. Item ſi ſit fortis inflãmatio accipiatur panis lotus in aqua veri frigoris, & ſuperponatur zucharum, & eo vtatur. eſt enim cibus ſitis & famis extinctiuus, & guſtui delectabilis.

*Laganæ.* Rubrica. XIII.

LAGANÆ ſubtiliter factę, recẽtes, et etiam antiquę ſed recentes conuenientiores, ſi non multum timetur oppilatio & ſtomachi debilitas, quæ ſint decoctæ in brodio alterato, vt ſupra.

*Rauioli.* Rubrica. XIIII.

LVNELLI uel rauioli ex herbetis frigidis iã dictis, ex caſeo recenti, albumine ouorum. paſſulis, pulpa perdicum, pullorum, aut aliarum carnium temperatarũ, et poſſent fieri ſine coopertorio paſtiliaco i forma gnochetorũ, aut alio nomine graſiorum addito modico panis.

*Carnes.* Rubrica. XV.

CARNES vt dictum eſt non ſic competerent, quia tamen vt patet & propter parentes clamãtes, & magis ꝑpter cõſuetam & innatam holum ingluuiem, & guloſitatẽ oportet adminiſtrare. Carnes conuenientes ſunt omnes temperatæ, aut frigidæ, de quibus ſupra. ſed ſemper totius virtutem & ſtomachi conſiderare oportet. Eligantur elixæ vt ſupra. Conuenit geladorcium, vt patet, pedes vitulorum in aceto, vt ſupra

*Torta.* Rubrica. XVI.

ITEM poteſt fieri artocrea ſiue torta, vt verbi gratia ex pullis. perdice, aut alia carne tẽperata, cum agreſto, aut vino granatorum, albumine ouorum, amygdalis, paſſulis, vt ſupra. ℞. perdicem vnam prius elixatam, aut pullum unum. diuidatur in fruſta notabilis quantitatis ſm ꝙ cõmuniter fit. deinde facto folio paſtiliceo, vt fit ex ipſo cooperiatur fundus ſartaginis. Quo facto accipiãtur herbę, vt portulaca, endiuia, lactuca aut alia frigida, vt ſupra, & minutim incidantur, & ex eis folium paſtitium cooperiatur, ſuper quo ponãtur paſſulæ, & amygdalæ minutim inciſę ad libitũ. deinde ſuperponãtur & extendantur ordinatę fruſta carnea. ſupͤ q̃ iterũ ſupponãtur paſſulæ & amygdalæ inciſæ, & deinde ſuperponantur herbæ vt prius factum eſt. Vltimo addatur ſapor, vt. ℞. brodij in quo elixata eſt perdix, aut pullus quantum videtur neceſſarium, & in eo infundatur agreſtum. aut uinum granatorum, ita vt totum reddatur acre acredine teporoſa. deinde accipiãtur albumina ouorum tria, aut quatuor ſm ꝙ videtur expedire, & totum agitetur adinuicem fortiter, & fiat eorum bona cõmiſtio. Vltimo addantur ſpecies. ℞. pulueris coriãdrorum pręparatorũ partes duas, florum lambruſcæ, partem. i. cinnamomi. partem. ß. & omnia ſic adinuicem agitata fundantur ſuper dictas carnes. Vltimo ponitur aliud folium paſtilicum ſubtile valde, & ſuperponitur tegula calida, & decoquitur. Quidam enim ſuperponũt in tali caſu omnibus ſeruatis folium paſtilicum, & vocant illud non artocrea, ſed cupetum, & fiat ſi eſt neceſſarium cum oleo crudo, ſiue omphacino. Et poteſt fieri artocrea ex herbis frigidis prius elixatis, deinde piſtatis minutim, vt cõmuniter fit addito caſeo recenti, lacte acetoſo cũ modico panis gratuſati, albumine ouorum, ſpeciebus. vt ſupra paſſulis &c. & in ſartagine ponatur oleum omphacinum ne cõburatur &c. Hęc etiam conueniunt in ſanguinea.

*Piſces.* Rubrica. XVII.

PISCES conueniunt de aquis dulcibus laudati, vt trutæ, temali, lucij & huiuſmodi. cum ſaporibus, vt cũ aceto acreſto. & ſpeciebus de quibus in artocrea.

*Lac.* Rubrica. XVIII.

DE LACTE caſeo, ouis. dicẽdũ eſt, ut i de ſiguſeis.

*Oleum.* Rubrica. XIX.

DE OLEO dicendum ꝙ competere poteſt omphacinũ, ſed ſi inde timeatur eius inflãmabilitas, detur in modica quantitate.

*Salatucium.* Rubrica. XX.

SALATVCIVM eſt lactuca, portulaca &c. vt ſupra & tu conſidera.

*Sapor.* Rubrica. XXI.

SAPOR ex agreſto, & vino granatorũ, & vino, vel ſucco berberis, & aceto ſolo. Item ſapor, vt ſupra ex ſucco myrti, & aliorum fructuum vt ſupra. poteſt nanqꝫ multipliciter variari, vt patet conſideranti. Fiat enim etiam ſine pane infuſo ſi timetur. eſt enim utroqꝫ modo guſtui delectabilis. & tu conſidera.

*Fructus.* Rubrica. XXII.

FRVCTVS omnis prius dictus eſt conueniens.

Notandum

Notandum tñ ꝙ perſica ſicca etiam conuenirent, ſed quia dura ad digerendum, et ipſa ſicca ſpecialiter. hinc &c. Ipſa tamen poſſunt per os ſic maſticata duci, & poſtea expui. ipſa multum os ſtomachi confortant, & ſecurius accipiuntur ꝗ humida. & tu conſidera.

*Potus.* *Rubrica.* XXIII.

POTVS conueniens eſt aqua veri frigoris ſi nõ obſtat aliqua ex conditionibus poſitis ab Auic. prima quarti de cura putridarum io generali, ut ꝙ ſtomachus ſit debilis, aut frigidus. & ſimiliter hepar ſit debile, & frigidum, apoſtema in viſceribus, dolor viſcerum. complexio pauci ſan. caliditas eius innata debilis non conſuetus potaodi. Et ſimiliter conueniunt potus alij omnes poſiti ſupra. Itẽ ſyr. acetoſus ſimplex in quo ſit patum zuchari cum aqua ſimplici decocta & oõ hordeata. propter qđ legatur Aui. prima quarti de aqua hordei. Item oxyçacara: iulep. viol. iulep roſ. cõmiſcẽdo ſemper cum aqua ſimplici decocta. Item cõpetunt lac acetoſum de quo ſupra cap. de lacte exponitur modus acetoſandi. Item vinum pauciferum vt ſupra lymphatum &c. inſpiciendo ſemper virtutem et conſuetudinem. Poſtremo ſciẽdum ꝙ ea quæ poſita ſunt hic de ægritudine cholerica debent iungi cum his, quæ dicta ſunt ſupra de ſanguinea: & habebitur ad plenũ notitia eorum, quæ quæri debent in his ægritudinibus. Vnde perſpicax practicus faciet, & componet varia cibaria varios ſapores ſaluti hoſum maxime conferẽtia. nam ad hoc debet medicus maxime conari cum ſuper ciboa cooſuetos infirmi hodie multum nauſeent, & nedum ſuper cibos, ſed etiã ſuper nomina ciborum ſicut ſuper nomina medicinarum vt patet experimentantibus.

Medicꝰ circa cibos qđ debeat conari.

## De cibis compoſitis: & potibus in ægritudine phlegmatica valẽtibus, cuius rubricæ ſunt. xxvi. Cap. VIII.

*Intentio auctoris.* *Rubrica.* I.

VNde phlegmatis ſpecies ſunt plures. prima primi de humoribus. & prima quarti de ſe. phlegmatica. & adinuicem diuerſificantur. et ideo in diuerſis diuerſa competunt cibaria, ſed qa hic locutus ſum de humoribus ipſis. vt eorũ naturalem complexionem ſeruant, hinc de cibis compoſitis loquor, vt ſunt phlegmatici, aut materiæ phlegmaticæ. vt eſt frigidum & humidũ conuenientes ad ſenſum datum, & præternaturaliter fuerit alterattuus. de cibis vero aliarum ſpecietũ, phlegmatis, vt eſt ſalſum, acetoſum &c. dicetur in ca. proprio. in quo declarabitur modus componendi cibaria diuerſa in diuerſis humorum ſpeciebus tam de phlegmate ꝗ cholera.

IN ÆGRITVDINE itaqꝫ phlegmatica ex phlegmate naturali cõpetunt panata in brodio pulli, aut aliarũ carnium temperatarum, aut à temperamento modicũ diſtantium ſine aliqua alteratione niſi timeretur inflãmatio, in quo caſu poteſt alterari brodium vt patet ſed longe minus. Vnde notandum in præcedentibus, quia intentio cauſæ, ſiue intentio habita ad materiam non diuerſificabatur ab intentione malæ complexionis. nam & mala cõplexio ipſa & materia ſunt calida dicebat repetẽdo ꝙ inflãmatio aduertenda erat. in caſu autem præſenti intẽtio ad materiã eſt in exhibendo calida, licet intentio ad malam complexionem ſit in exhibendo frigida. & ideo licet brodium & huiuſmodi, quæ caliditate participãt ratione materiæ ſunt conuenientia. tamen quia intentio ad malam complexionem eſt contraria, oportet medicum brodia & huiuſmodi calida, quæ etiam vnctuoſitate faciliter inflãmabili participant aliqualiter alterare. minoua vero quàm in præcedẽtibus. nam in præcedentibus ambæ intentiones extinctionem expectabant.

*Panata.* *Rubrica.* II.

PANATA ex brodio pulli cum ouo agitato, vt ſupra cum &c. conuenit & præcipue vbi eſt virtutis debilitas. Similiter cum aqua ſimplici, out cũ albumine, & modico panis de qua ſupra panata in brodio caponis & gallinæ moderentur omnia vt ſupra. Cõueoit & maxime cum ſeminibus frigidis cõmunibua, ſecurius dari poterit. I hac ægritudine ponatur cum lacte amygdalæ.

*Ptiſana.* *Rubrica.* III.

CONVENIT ptiſana hordei ex decoctione gallinæ, vel caponis confecta cum aliquanto zuchari & modico cinnamomi ad tollendam primo viſcoſitatem cum zucharo, et oppilationem cum cinnamomo de eo modicum ponendo, quia timetur mala complexio calida. credo tamen ꝙ ratione proprietatis, & conuenientiæ maioris frumenti ad hominem ptiſana frumentacea poſſet conuenientius dari moderaodo, tamen ſi tibi videtur, vt ſupra. & tu hæc bene conſidera.

*Contuſum.* *Rubrica.* IIII.

CONVENIT contuſum ſiue piſtatum ex carnibus conuenientibus ægritudini frigidæ, quæ ſunt temperatæ, aut ad calidum declinantes de quibus ſupra. Pro quibus & ſequentibus aduertendum ne in ſermonem, prolonger, ꝙ ſemper dictas carnes, & dicendas ſeu nominãdas debet ſemper medicus conſiderare oocumentum ex parte aliorum. vt verbi. g. dato ꝙ conueniane ex parte qualitatũ primarũ, vt quia ſint calidæ, aut temperatæ. tamen ex parte ſubſtantiæ non cõueniunt, quia groſſæ, difficilis digeſtionis, oppilatiuæ. Conſiderãdum vlteriuaꝙ iſte eſt cibus multum nutritiuus, vt ſupra, quo cõmuniter vtuntur medici, qui magis eſt conueniens io ægritudinibus frigidis ꝗ calidis. oã ægritudines frigidæ cõmuniter ſunt longæ, vel ſaltem reſpectu cal. & ideo ne infirmus deficiat in via debet medicus replere marſupium eius etc. modus conficiẽdi dictus eſt ſupra. & tu ibi recurras.

Frigidæ ægritudinea vt plurimũ longæ.

*Brodium.* *Rubrica.* V.

BRODIVM non conſumatũ, neqꝫ uoctuoſum multum ex decoctione carnium temperatarum, & calidarum conuenientium eſt in ægritudine phlegmatica cõueniens. patet ex dictis ſupra tertia de cananiſper conſert ſaltem in via nutrimenti, ac etiam aliquando erit contrarius. cauſæ autem malæ complexioni &c. vt ſupra graduatur dicitur non vnctuoſum: quia propter illud redditur inflãmabile. Vbi notandum ꝙ iſte eſt modua facilis ad remouendum brodij unctuoſitatem. nam cum decoctum eſt brodiũ remoueatur ab igne, & dimittatur tepefieri, & tunc natabit pinguedo in ſupficie quã cũ coclearí faciliter remouebis.

*Brodetum.* *Rubrica.* VI.

DICTVM eſt ꝙ brodetum abſolute io ægritudine ca. nõ conuenit, quia timetur eius augmentũ, et ex conſeqñti in phlegmatica vbi eſt mala cõplexio ca. timebitur eius augmentũ, quare nec in ipſa cõueniet. Si tñ uellemus poſſemus ordinare brodetũ etiã conueniens. vt verbi gratia. ex decoctiõe caponis cũ vino granatorũ, et ouo agitato ut ſupra addito puluere coriandrorũ, cinnamomi añ. & præcipue dabitur vbi eſt virtutis debilitas. Brodetum tamẽ, de quo ſupra eſt res multũ nutriens & impinguatiua. & ideo dñæ quæ pinguedinem quærunt, vt pulchriores reddantur ipſum præ alijs cibis diligunt. & hæc eſt vna ex cauſis principalibus quare dñæ Furlanæ ſunt ſm plurimum pingues, quoniam eo multum vtuntur, & ſæpe.

Brodetũ mulieribus accõmodum.

*Herbæ.* *Rubrica.* VII.

HERBÆ io hac ægritudine cõuenientes ſunt fæniculus, petroſ. borago, caulis, blitones, mentha, ſaluia, & rutha. Vnde ex his decoctis in brodio carniũ temperatarum, aut ad frigidum vel calidum parumper declinantiũ,

poteſt fieri ferculum cõueniens. nam primo ex ipſis duabus vel tribus vel aliter tñ in ſcindendo minutim, vt cõmuniter fit aliquando ponendo de eis in parua quantitate, vt brodium ſaporem tñ capiat. Vbi aduertendum q̃ folia cõmuniter ab ægris male digeruntur. & ideo pręcipiat medicus q̃ pauca folia aut nulla accipiat, non. n. poteſt ea bene maſticare. Item caules decocti cum oleo omphacino cum modico ſalis in aqua veri frigoris, aut in brodio pulli conueniunt. Item poſſunt adinuicem miſceri cũ frigidis dictis. vt accipiendo blites, folia fœniculi, boraginis, adinuicem piſtatæ, & ex ipſis piſtatis cum brodio pulli, aut vituli &c. alterando plus, & minus. vt videtur diſcreto medico.

Item ex radicibus petroſ. prius bullitis, & quaſi decoctis. deide minutim & valde minutim inciſis cum pauco panis gratuſati & ouo alterato, vt ſupra fit ferculum conueniens & delectabile. Videat tamen medicus vt ſupra ne nocumẽtum ſequatur. hoc dico propter edaces dentes, qa eſt aperitiuus cibus, & caſeus eſt oppilatiuus circa quem vellet militare graue digeſtionis. et tu cõſidera. Vnde medicorum non deficiat exſenſatio multa circa ægros. & ſpero cum ſatis conuenienti diſcretione cũ hoc cibo in appetitum reſuſcitabunt Dei auxilio.

*Lens.* *Rubrica.* VIII.

LENS vero non videtur competere in hac ægritudine, tamen ſi tandem eſt appetitus ad eam excorticetur, & decoquatur cum his quæ remouent nocumentum eius, vt ſupra ca. proprio.

Vbi notandum q̃ ægritudines frigidæ ſunt cõmuniter lõgę. & ideo oportet medicum ſtudere, vt aliqñ appetitui complaceat, vt excitetur & conſeruetur. nam & ſi res, quę conceditur non ſit ex toto conueniens, tamen quia virtus illam maximo cum deſiderio amplectitur, malitiam corrigit, & maius ſequitur iuuamentum. iuxta illud Senis. Parum deterior &c. qui canon eſt multum conſiderandus. Poteſt dari brodium carnium conuenientium, de quibus ſupra, in quibus decoctæ ſint rapæ cum modis & ordine ut ſupra de rapis. ſubſtantia vero eius quantum conueniat apparet ex his quæ ſcripta ſunt capitulo proprio comedatur parum de eis memoresq; ſumus canoni antepoſiti. & tu conſidera.

Canon.

*Far.* *Rubrica.* IX.

DARI poteſt far cũ brodio pulli, faſiani, ꝑdicis &c. cum lacte amygdalarum etiam &c. & tu hęc conſidera.

*Panicum.* *Rubrica.* X.

PANICVM excorticatum cum brodio gallinę, caponis &c. cum lacte amygda. hęc tamen omnia moderanda ſunt nec frequentanda, ſed raro in modica etiam quantitate exhibenda, vt virtuti appetenti ſatiſfiat, iuxta canonem &c. etiam frigiditas & ſiccitas panici ex caliditate & humiditate gallinæ, caponis &c. æquabitur.

*Cicer.* *Rubrica.* XI.

CICER RVBEVS conuenit in hac ægritudine ſaltem brodium eius in quo decoctæ ſint carnes temperatæ, aut parumper ca. conuenientes. Si tamen foret fortis inflãmatio, ita vt timeatur caliditas ciceris, fiat decoctio cũ endiuia, aut lactuca &c. q̃ ſi non fuerit inflãmatio fortis, & apertio viarũ vrinalium amplius quęratur, decoquãtur cũ cicere radices fœniculi, aut petroſelini. & tu cõſidera.

*Riſum.* *Rubrica.* XII.

RISVM pręparatum vt ſupra proprio ca. & ſi eius corrigantur nocumenta, tamen cum difficile ſit digeſtioni, non exhibeatur niſi virtus ad digerendum fuerit fortis. quo caſu de eo cum lacte amygdalarum dari poterit ponẽdo modicum de ſubſtantia eius. & ſi etiam cũ brodio pulli, aut caponis, aut faſiani coctũ. & tu hic bene conſidera.

*Lac.* *Rubrica.* XIII.

LAC CASEVS non conueniunt, & maxime lac non acetoſum.

*Oua.* *Rubrica.* XIIII.

OVA VERO ſorbilia prius alterata per infuſionẽ eorũ in aqua roſ. aut viol. aut veri frigoris &c. dari pñt.

*Oleum.* *Rubrica.* XV.

OLEVM vero conuenientius eſt in hac ægritudine q̃ in alia, ita q̃ concedi poteſt, etiam oleum oliuę conueniẽter maturę, eius tñ inflãmatio bene conſideretur, vt ſupra.

*Carnes.* *Rubrica.* XVI.

CARNES vero conuenientes ſunt carnes temperatæ, & etiam ad calidum, aut ad calidũ & ſiccum declinantes vt leporinæ, laudę &c. Semper tamen adhibẽda eſt aduertentia ad malam complexionem. & ideo hæc dicta, & ſequentia diſcretione moderentur, & conuenientiores ſunt aſſatæ ſi cætera conſentiunt.

*Piſces.* *Rubrica.* XVII.

PISCES non conueniunt ſaltem de aquis dulcibus. de maritimis vero concedi poſſunt, & pręcipue de cõmendatis, vt ſunt triglię aureę, arbores, anguiſiculę &c. ſpecialiter cum ſalſamẽto ex folijs petroſellini, & zinzibere, pauco aceto confectis.

*Gelaticium.* *Rubrica.* XVIII.

GELADORCIVM ex carnibus conuenientibus factum cum aceto & vino non vinoſo, et ſpeciebus hic ordinatis addito pauco croci. Species aut aromata. ℞. cinnamomi. ʒ. j. pul. coriandrorum pręparatorũ: florum lambruſcæ, ana. ʒ. i. ß. corallorum rubeorum. ʒ. ij. zinzib. ʒ. j. gáryophyllorum. ʒ. ß. & tu conſidera.

*Salſamentum.* *Rubrica.* XIX.

DE SALCIDIO etiam hoc loco dari poteſt, vt oliuæ ſalitæ, & cum moderamine vt cętera. & ſalcidium ex folijs ſaluiæ, lactucæ ana. cum modico aceti et modico zinzibere. Item piſtetur allium in mortario ligneo, deinde abijciatur totum, deinde accipiatur medulla panis infuſi in aqua, & ponatur in dicto mortario ligneo cum quantitate ſufficiente amygdalarum mundatarum, & totum piſtetur adinuicem, demũ diſtemperetur cum brodio pulli, ſi ſic alliata guſtui delectabilis. de qua dari poteſt cũ carnibus intingendo parumper carnes in ea ad irritandum et conſeruandum appetitum, vel diſtemperetur cũ aqua roſ. vino granatorum vel agreſto ſi timetur inflãmatio.

Alliata q̃ optima.

*Sapor.* *Rubrica.* XX.

ITEM SAPOR myrtinus. ℞. ſucci myrti panis prius infuſi in aqua ro. amygdalarum mundatarum, piſtẽtur piſtanda et omnia ſimul miſceantur: deinde cum vino granato dulcorato diſtemperetur & aromatiçetur ex his. ℞. garyophyllorum, cinnamomi, ana. ʒ. ß. pul. coriandrorum pręparatorum, lambruſcæ, corallorum rub. ana. ℈. i. Item ex ſuccia alijs, vt patet de calidis. & tu ſpeculare, qui in huiuſmodi ſaporibus delectaris. hęc &c.

*Salata.* *Rubrica.* XXI.

ITEM SALATA ex herbis, vt ex boragine, ſaluia, mentha, erucha, addita lactuca, decoctis vel bullitis cum aceto paſſulató, vt ponendo. ʒ. i. in lib. i. aceti faciendo bullire vſq; ad cõſumptionem quartę partis, deinde coletur, & fiat fortis expreſſio, & vſui reſeruetur. Et cappares conditi cum aceto etiam paſſulato, ſed bulliant cappares. quod dico, quia aliqui eos pręparant ſolum ſuper eos fundendo aquam feruentem. et ſic pręparati nõ ſunt ita digeſtibiles conſidera.

Cappares coquendi.

*Rauioli.* *Rubrica.* XXII.

RAVIOLI fieri poſſunt ex folijs petroſellini, ſaluia,

mentha,

mentha, fœniculo &c. Cum caſeo modico & vitellis ouorum ſi adeſt virtutis debilitas. ſi non ex albumine cū carne perdicum pullarum caponum &c. cum paſſulis & ſpeciebus, de qbus in ſapore myrtino addito modico panis. Et fiet hoc modo ſine teſta paſticea decoquēdo in brodio bulliēte ſicut fit de graſionibus, aut ſm modum noſtrum de gnochetis. Et ſm hunc modum proportionabiliter ex rebus frigidis poſſunt fieri compotentes in cauſa calida. & tu conſidera.

*Torta.* Rubrica. XXIII.

ARTOCREA fiat ex folijs petroſellini, ſaluiæ, lactucę, endiuiæ, lacte acetoſo, albumine ouorum, caſeo recēti parū ſalito, paſſulis, et modico panis. hęc omnia ſic moderentur, vt graduētur totum ſm ꝙ exigit ægritudo, quæ eſt aut magis, aut minus frigida. Item poteſt fieri copertum, vt tenet de caſ. cholerica cum herbis huic ægritudini conuenientibus. & agreſtum quod ponetur dulcoretur cum vino cocto et ponantur ſpecies, de quibus hic ante in ſapore myrtino.

*Fructus.* Rubrica. XXIIII.

FRVCTVS cōuenientes ſunt, ficus ſiccæ, pingues, ſubtilium corticum ante cibum ſumptę duæ vſq; ad tres. & prius digitis bene ducantur. tres vel quatuor auellanas ſiccas poteſt comedere. Item nucem vnā. Item phiſtici cōueniunt, pineoli, amygdalæ, ſed prius infundantur in aqua calida, & parumper dimittātur, deinde extrahātur, & exiccentur, quod de pineolis & amygdalis intellige.

*Vua.* Rubrica. XXV.

VVA MATVRA bene, quę aliquibus diebus ſteterit ſuſpenſa. Item paſſula, dactyli &c. quæ dicta ſunt ſemper intelligantur moderate. & ſimiliter de ſequentibus. Ex frigidis fructibus vero non conueniunt, niſi qui aliquādo piro cocto cum aniſo confecto vti poterint.

*Potus.* Rubrica. XXVI.

POTVS etiam varietur ſm ętatem et complexiones, & conſuetudinem. Nam pueris conuenit aqua cocta cum zucharo roſ. zucharata, aut aqua hordei zucharata cū zucharo rubeo. Iuuenibus uero conſimiliter. Senibus primis poteſt dari vinum lymphatū, aut ex ſe debile, ſiue pauciferum. Vltimis vero minus lymphatū. Calidis complexione plus de aqua. Frigidis vero minus cōſimiliter multum aſſuetis tantum minus. Vnde ſis memor dicti Auicē. allegati ſupra de peponibus. & ſit vinum album ſubtile declinans ad acre. Vnde Auic. de cura phlegmaticæ. Et vinum ſubtile cōfert eis, licet etiam aureũum conferat, albū tamē eſt eligibilius. Nec quiſꝗ miretur ſi de frigida ſermonem prolongauerim, quoniā vt plurimū ægritudines ex cauſa frigida proueniunt, & maxime prolongantur, ideo de eis proportionalis ſermo eſſe debuit amplior, in longitudine vitæ copioſus debet homo eſſe ob pecuniam, ne in ea deficiat, iuxta ſententiam Haliabatis tertio practicę &c. vt ſupra. & ſic eſt finis huius capituli.

## De cibis compoſitis, & potu in ægritudine melancholica valētibus. cuius rubricæ ſunt. xviij. Cap. IX.

SCito ꝙ melancholia diuerſificatur in cholericam ſanguineam, phlegmaticam, melāncholicam, ſm cuius diuerſitatem opꝫ & cibaria, & potus diuerſimode graduare. & de iſto in cañ. habetur infra. ꝗ docebitur modus in his & ſimilibus tenendus. nunc autē exequar de ipſa vt ſupra.

*Panata.* Rubrica. I.

PANATA phthiſana, contuſum, brodium conſummatum, non conſummatum, & brodetum. oīa hæc conferunt in hac ęgritudine, in nullo alio uidētur differentiā habere niſi ꝙ in phlegmatica debent declinare ad latus ſiccitatis. & in melancholica ad latus humiditatis. Dictum eſt in nullo alio loquēdo large intelligendo quo ad qualitates Phleg- primas, licet in eis etiā dicatur interuenire differentia gra- ma frigi- dualis, cū phlegma ſit frigidius melancholia. et conſidera. dius me- lāncholia

*Herbæ.* Rubrica. II.

BORAGO eſt herba maxime cōueniens, quę poteſt pręparari, vt ſupra, & conueniunt ſpinachiæ cum boragine. Item in proceſſu fœnicu. petroſel. cum lactucis, aut ſpinachijs, vt ponendo duas partes ſpinachiarum. Euitentur caules.

*Rapę.* Rubrica. III.

CONVENIVNT rapę, vt patet in phlegmatica, & adhuc magis in iſta.

*Far.* Rubrica. IIII.

CONVENIT far cum lacte amygdalarum, & etiā cū brodio pulli, ac aliarum carniū temperatarum.

*Cicer.* Rubrica. V.

IN PROCESSV dari poſſet cicer rubeus, vbi cū eo decoquatur lactuca, aut ſpinachia, et maxime brodium eius, ſed non eſt eo multum vtendum.

*Lac.* Rubrica. VI.

LAC & caſeus ſaltem ſalſus, uel multū, vel mediocriter non conueniunt.

*Oua.* Rubrica. VII.

OVA ſorbilia alterata, vt patet conueniunt.

*Oleum.* Rubrica. VIII.

OLEVM vero oliuæ conuenienter maturum bene cōuenit, adminiſtretur in parua quātitate, qa hercle timēda eſt eius inflāmatio, propter malā cōplexionē calidam.

*Carnes.* Rubrica. IX.

CONVENIVNT carnes temperatę, & ad caliditatem, & humiditatem declinantes, quæ vero ad ſiccū declinant, & melancholicum generant humorem, vt leporinæ euitandæ ſunt niſi eſſent propinquæ valde natiuitati, ꝗ merito ætatis eſſent humidæ. de quibus tamen in quātitate modica & raro ſumendum. Aduertendus tamen eſt canon ſupra poſitus. vt vltra qualitates primas docetur conuenientia, aut diſconuenientia ex parte ſubſtantiæ &c. Et ex his conuenientiores ſunt elixæ aſſatis.

*Piſces.* Rubrica. X.

EX PISCIBVS petrini cōmēdati etiam ex aquis dulcibus, vt ſupra elixi, vel leuiter frixi cōditi cum ſucco pomorū dulcium, aut uino cocto cum modico agreſti & ſpeciebus de quibus in de phlegmatica ęgritudine.

*Gelaticium.* Rubrica. XI.

FIAT Geladorciū ex vino paucifero, vt dictum eſt in de phlegmatica cum pauco aceto, additis ſpeciebus, vt ibi tam ex carnibus ꝗ ex piſcibus. Et dictum eſt cum pauco aceti. nam licet acetum ratione ſimilitudinis ſuæ complexionis ad melancholiā non uideatur competere, tñ multa habet alia iuuamenta, propter quę in hac ægritudine cōpetit. Meſ. in ſuo grabadin de ſyrupo acetoſo.

*Salcidium.* Rubrica. XII.

EX HERBIS dictis poteſt fieri ſalcidiū cum aceto paſſulato, vt ſupra verum ſalcidia, non ita videntur competere in hac quemadmodū in phlegmatica. Fiat etiam ex petroſellino, ſpinachia, aut lactuca partibus æqualibus cū aceto paſſulato, & etiam cum zucharo dulcorato.

*Sapor.* Rubrica. XIII.

EX AMYGDALIS, phiſticia, aut pineolis fiat ſapor hoc modo. ℞. amygdalas mūdas, panē infuſum prius in brodio pulli, modicum carnis. oīa bene piſtētur per ſe, deinde adinuicem incorporētur. deinde cum vino grana-

torum, aut agreſto per zucharum dulcoratum diſtemperētur & fiat ide ſapoe. cōſimiliter de phiſticis, pineolis etc. Quod ſi magis humidum voluerimus diſtemperētur omnia cum zucharo, ſucco pomorū dulcium. primus tamen guſtui magis gratus. ſecundus vero videtur conuenietior. Item ex ſucco pomorum dulciū cum amygdalis tantum, aut cum pineolis tantum addito modico panis. primus tamen nutribilior. vnde op; eſſe attentus nutricator in hac ægritudine, qa quaſi ſemp eſt diuturna, vt prius bñ dixi.

Nutriendum attente in melancholia.

*Lunelli.* *Rubrica.* XIIII.

PRO LVNELLIS dicitur ꝙ fiant ex herbis conuenientibus cum caſeo recenti non ſalito vitellis ouorum prius in aqua veri frigoria infuſorum. paſſulis, & modico panis, ſiue paſta ut ſupra. Vt. ℞. boraginem, ſpinachias, aut lactucā ana. aut folia petroſellini, & lactucam ana. carnes conuenientes &c. caſeum recentem in modica quantitate, & panem in modica quantitate, vitellorum ouorū ad ſufficientiam. paſſulis &c. additis ſpeciebus de quibus ſupra in ſapore myetino tn de phlegmatica ægritudine.

*Cupetum.* *Rubrica.* XV.

CVPETVM poteſt fieri ex carnibus conuenientibus cū herbis valentibus in hac ægritudine, vt dulcorando agreſtum cū vino cocto, aut plurimo zucharo ſuperponendo ſpecies de quibus in ſyrupis myrtinis, & cum albedine, & vitello ouorum ſimul, & modus faciendi poſitus eſt ſupra de cholerica diſcraſia, & quia caſeus ſaltem ſit le participans, & lac acetoſum, et non acetoſum ſit in ægritudine ſuſpecta hic de artocrea alia q̄ de cupeto dicta; qđ idem eſt ſuperſedeo. & tu conſidera.

*Fructus.* *Rubrica.* XVI.

FRVCTVS conuenientes ſunt calidi & humidi, & etiam temperati. Vnde vua bene matura, quæ ſtetit etiam ſuſpenſa vt ſupra. Morū dulce. Poma dulcia, apia, muſcata, dactylina, & huiuſmodi, quæ dari debent cocta leuiter ſub prunis, vt coctionem reſolutis partibus aqueis remoueatur aptitudo ebullitionis & putredinis. Et ex frigidis conueniunt pira decocta, & poma, ſed prius & poma et pira pungantur cū cuſpide cultelli anteq̄ ponantur ſup prunas vt liberius egrediatur eorum humiditas. Quidam tamē aſſant ea in paſta, vt Auic. ſecundo cañ. capitulo de pomis. & tu conſidera. Item conueniunt pruna damaſcena, maxime exiſtente ſtypticitate naturæ. Item perſica exiccata & depilata infuſa in vino granatorum muçorum.

Pira vt decoq̄ntur.

*Aqua.* *Rubrica.* XVII.

CONVENIT aqua zucharata cū zucharo rubeo, aut aqua hordei cum zucharo rubeo zucharata. Et credo ꝙ aqua mellis hoc in caſu competeret, ita vt ſit proportio aquæ ad mel decupla.

*Vinum.* *Rubrica.* XVIII.

VINVM competit pauciferum non ſtypticum, aut ponticum, poteſt tamē ad acre declinare, ſed magis laudo vinum album, quod ſit carens acredine, & ad dulce, uel ſaltem ad medium ſaporē declinans. ꝙ ſi fuerit vinum potēs lymphetur, & in exhibitione vini conſideretur conſuetudo vt ſupra. Vnde audi Marſilium Patauum de cura quartanæ. Et ſi montano vti ſolitus fuerit patiēs lymphetur bene cū aqua cocta ſimplici fluuiali, aut aqua hordei, aut aq̄ zucharata pauci zuchari. Et notetur canon hic de potu, & potus non detur multum actu frigidus.

Regula.

## De cibis cōpoſitis in egritudinibus compoſitis valentibus, cuius rubrica eſt vna. Ca. X.

MEmores eſſe debem⁹ canonis poſiti ſupra primo tractatu, et primo capitulo circa finem. p. quē docemur cognoſcere dñium humoris ſupra alium humorem quan do in eadem ægritudine ſunt humores diuerſi coniuncti. Nam ex illo colligitur modus proportionabilis tenendus in cōfectione ciborū compoſitorum. Nam ſicut humor ſupra humorē dñatur, ita & res conuenientes illi humori debent in compoſito dñari ſupra res correſpōdentes humori ſuo dominanti. Velle nanq; particulariter de ipſis oībus ſcribere eſt ſicut procedere in infinitū propter multiplices ac varias, & vt ita dicam, quaſi infinitas humorum adinuicē coniunctiones. Satis enim apertus videtur eſſe volenti ad hoc faciliter ſpeculi modus de coficiendis cibis compoſitis in ægritudinibus compoſitis. Poſtremo ſciendum ꝙ licet q̄ dicta ſunt principaliter ſint poſita propter ægritudines materiales, tamen ex ipſis habetur doctrina, & facile de ægritudinibus imaterialibus. Speculetur itaq; practicus in occurrentibus ſibi ex via data quæ faciliter componet. Vltimo inſcribam vnum reſtauratiuum quod habet vim cibi & ponam ipſum temperatū, vt poſſit quiſq; eum faciliter à temperamento remouere, ſm rei exigentiā. reſtauratiuum eſt hoc. ℞.

De quibuſdam declarationibus cum ſuis exemplis quorundam attributorum cibis ipſis ſimplicibus, & compoſitis prouenientiū à virtutibus ſecūdis ipſorum, & partim à primis. ex quarum notitia medicus iuuenis in actu practico non paruam adipiſcetur vtilitatem. vt verbi gratia. quid dicitur facile & qđ tarde digeſtibile, qui à ſtomacho cito exeunt, & qui ventoſi & huiuſmodi, vt infra cuius rubricæ ſunt. xiij. Cap. XI.

*De cibis citæ digeſtionis.* Rubrica. I.

CIbi autem digeſtibiles ſunt, qui tenerā habēt ſubſtantiam, & faciliter ad diſſoluendum, vt ſunt hæc. Pulli, perdices, oua, panis de ſimila bene coctus, et fermentatus. Piſces petroſi. Et in exemplis huiuſmodi non multiplico, quia in proprijs capitulis de ipſis facta eſt ſpecialis mentio. & precipue quantum ad hoc ꝙ cibus eſt faciliter vel difficulter digeſtibilis.

*De cibis difficilis digeſtionis.* Rubrica. II.

TARDÆ DIGESTIBILES ſunt qui duram aut viſcoſam habēt ſubſtātiā & difficile diſſolubilem. Vt ſunt fabę ſpecialiter cū cortice. Panis açim⁹. Citonia. Caules. Rapa. Lenticula. Faſeoli. Caſeus vetus. Inteſtina.

*De cibis bonos humores generantibus.* Rubrica. III.

BONOS HVMORES generāt cibi temperati in complexione, & qui ſubſtantiam habent mediocrem, non tamē ita teneram, vt facile corrumpantur, neq; ita duram vt repugnent digeſtioni, vt ſunt. Panis bene fermentatus, & bene coctus. Granum fractum, ſimila, phthiſana, pineę, phiſtici, riſum, lactuca, borago, oua ſorbilia, piſces petroſi, piſces pelagi, lac caprinum mox mulctū, caro porcina ſylueſtris iuuenis, arietina vnius anni, hędulina, vitulina, hepar porci, pulli, perdices, faſiani, alæ gallinarum.

*De cibis malos humores generantibus.* Rubrica. IIII.

MALOS HVMORES generantes. Sunt cibi diſtemperati in caliditate & ſiccitate, vt ſunt alliū, porrū. In humiditate vt cucumeres, fungi. Vel in humiditate & frigiditate, vt poma non matura. Et cibi qui viſcoſam nimia habent ſubſtantiam, vt caro porcellina domeſtica, & infans, vt ſupra proprio capitulo. Aut valde duram, ut bouina. Aut facile conuertibilem, vt chryſomilla, lenticula, milium, faſeoli, pira imatura, charubię recentes, nuces, auellana, panis non bene fermentatus, non bene coctus. Faba. Cucurbita, rapa, baucia, blitis. Caules, cepæ, caro, pomi, citri, meli calidis corporibus. Raphanus, perſica, citonia, meſpilla, dactylus, cappares, caro agnellina, leporina, cerebrum. Piſces aquarum ſtantium, & turbidarū, anates, turtures, grues, pauones, paſſeres. Inteſtina, ſtomachus, caſeus ſalſus, pulli columborum.

De

*De cibis facile corruptibilibus.* **Rubrica. V.**

FACILE corruptibiles ſunt, qui nimis humidi, & ſubtiles ſunt ſubſtantiæ velociter ex ſtomacho ægredientes, vt ſunt hęc. Melones, caro pinguis, lac, cerebrum, medulla ſpinalis, medulla omniũ oſſium, vua matura, ficus, mora celſi, citonia, perſica, pinguedo.

*De cibis difficulter corruptibilibus.* **Rubrica. VI.**

CIBI DIFFICVLTER corruptibiles ſunt qui ſubſtantiam habent duram & ſiccam, vt ſunt cancri, caro vaccina.

*De cibis cito corpus exeuntibus.* **Rubrica. VII.**

EXEVNT CITO à corpore propter leuitatẽ, & raritatem ſubſtantiæ. emolliunt enim villos ſtomachi, & lubricant indigeſti, interdum exeunt propter ſui acumen, quia mordent ſtomachum, & inteſtina, vt ſunt hæc. Vua. Oua. Atriplex. Spinachia. Mora celſi. Oliua condita. Caro pinguis.

*De cibis tardè corpus exeuntibus.* **Rubrica. VIII.**

TARDÆ exeuntes ſunt prędictis oppoſiti, vt pira imatura, glandes. Dactyli. Cucumeres. Fabæ: caro bouina, caro pinguis, ſplen.

*De cibis inflatiuis.* **Rubrica. IX.**

INFLATIVI ſunt cibi dulces, & grana indigeſtibilia, & cibi qui plus diſſoluunt q̃ reſoluant cum inueniũt phlegma aggregatum in ſtomacho, vt ſunt. Caſtaneæ, vinum dulce, muſtum, rapa, faſeoli, lenticula, vua cum cortice comeſta, mel, porrum, raphanus, fabæ. Et allium quandoq;, vt quando comeditur in modica quantitate, & ipm pro tunc inueniens magnam phlegmati quãtitatem in ſtomacho plus diſſoluit q̃ reſoluat, & maxime ſępe ex eius comeſtione accidit. & hęc conſidera.

*De cibis extenuatis.* **Rubrica. X.**

ET EXTENVANT valde quæ caliditate non multa, ſed ſubtilitate multa participãt. Vt Apium. Petroſellinum. Rutha. Anetum. Mel diſpumatum.

*De cibis parum nutrientibus.* **Rubrica. XI.**

CIBI PARVM nutrientes ſunt qui facile à membris diſſoluuntur, ex quibus liquidi & ſubtiles generantur humores, & qui acutas & nimium violentas habent qualitates, & duram valde ſubſtãtiam, aut valde rarã, vt ſunt mora celſi matura, pruna, mala granata, iutubę, atriplex, blitis, ſpinachia, allia, nares, guttur, aures, oliuæ, neſpilla, pulmo, ſtomachus, inteſtina, caſeus vetus.

*De cibis multum nutrientibus.* **Rubrica. XII.**

MVLTVM nutrientes ſunt qui temperati exiſtentes multum morantur in membris, & ab eis difficile ſeparantur, vt ſunt triticum conditionatum vt ſupra. Et etiam cibi diſtemperati, & qui ex animalibus recipiuntur ſi bene digeruntur, vt caro bouina, riſum, caſtaneę, auellanæ, rapa, caſeus recens, oua vt ſupra, cancri, granum fractum, & maxime in lacte coctum, caro porcina, hepar, teſticuli, lac caprinum. Omnes cibi dulces, qui groſſos gignunt humores, vt dactyli, muça, vuæ dulces, vinum dulce rubeum, & groſſum, & præcipue ſi bene digeritur vinum dulce album.

*De cibis impinguantibus.* **Rubrica. XIII.**

IMPINGVANT cibi qui bonum et laudabilem ſanguinem generant, aut moderate groſſum, et multum nutriẽtes. ad hoc tãtum pręcipua ſunt lac caprinum. Riſum, triticum, ficus bene matura, vuæ bene maturæ dulces. Oua ſorbilia. Panis triticeus, & bene factus, carnes laudabiles, oſſibus vicinæ, caro agnellina, vinum dulce, vt ſupra. Et hæc pauca tibi ſufficiant ad ſatisfactionem rubricæ. de qua ſupra.

TRACTATVS QVARTVS.

TRactatus quartus, in quo ponentur ſimplicia et compoſita cum ſuis virtutibus ſecũdis, tertijs & quartis. et in vniuerſali magis familiaria & vſualia, vt eſt neceſſe operationibus medicorum. De ipſis nanq; quo ad eorũ virtutes primas in ſpeciali magis, & etiam tertias vel quartas in particularibus dicetur capitulis infra.

# DE ATTRACTIVIS. Capitulum. Primũ.

ATTRACTIVA neceſſe eſt eſſe calida in cõplexiõe & leuigatoria in ſubſtantia, vt ſui calore & ſubtilitate ſubſtantiæ facilius penetret eorum virtus ad rem attrahibilem, ſiue exterius applicẽtur ad extrahendum lignum, ferrum, vel humores infixos, ſiue interius. Vnde Auicẽ. ſecundo cañ. quarto capitulo. Attractiua vero eſt illa cuius proprietas eſt, vt moueat humiditatem ad locum cui obuiat: & illud eſt propter caliditatem et ſubtilitatem ſuam, vt caſtoreum. Quædã tamẽ dicũtur talia à proprietate, ut magnes. de quibus omnibus ſublimis philoſophus Auer. quinto coll. de medicinarum natura attractiuarum dixit. Et generaliter omnis attractio quomodocunq; fiat non fit niſi per calorem. Et exemplificãdo de primis. Serapinũ. Aſſa foetida. Maiorana. Apiũ. Pirethrum. Petroleum. Sulphur. Armoniacum. Liliũ. Ariſtolochia, diptamus, ciclamen. Et quędam dicuntur attractiua cum putrefactione, ut cancer piſtatus. Omne ſtercus vſtum, fermentum. Sanguiſugæ etiam attractiuæ ſunt. Attractiua à proprietate ſunt hæc. Vt magnes attrahit ferrũ. Reubarbarum choleram. Turbith phlegma vt infra, karabæ paleam, lacerta ranunculas, ſiue ranas paruas, quæ ſuper arbores inueniuntur, ſpinam, ſiue feſtucam. & ſimiliter rana alia.

Attractio nõ fit niſi p calorẽ.

*De aperitiuis.* **Cap. II.**

APeritiua eſt cuius eſt proprietas, vt moueat materiam exiſtentem inter concauitates meatuũ ad exteriora, vt remanere faciant cõcauitatẽ meatuum apertam. Aperiunt itaq; attractiua ſua caliditate, & ſubtilitate ſubtiliando, vel attenuando humorẽ, vt petroſellinus. Abſterſiua, lauatiua, inciſiua, incidẽdo humores groſſos, mũdificatiua mundificãdo ſorditiẽ vulnerum. Item aperitiuorũ quędã aperiunt vias intus & extra vt quæ viſcoſitatem, & amaritudinem habent vt amygdalę amarę. Quędã tñ intus aperiũt propter amplitudinẽ interiorum viarum. nõ aũt exterius propter viarum anguſtiã, ſicut ea quę põticitatem habent annexã, vt abſinthiũ. Scito q̃ oẽ acutum eſt aperitiuũ, & oẽ amarum ſubtile, & oẽ liquidũ eſt aperitiuum cũ ad caliditatem declinat, & oẽ ſubtile acetoſum eſt aperitiuum. Poſtremo ſciẽdũ q̃ horum quędã habent vim aperitiuam fortẽ, & hęc valent ad fortem oppilationẽ ſplenis, vt ſcolopẽdria. Quędam debilioris ſunt virtutis, & hęc valent in debilibus oppilationibus, vt eſt ſemen vrticæ. Sunt itaq; hęc acorus, anethum, abrotanũ, carthamus, cappares, cicer, cinnamomum, endiuia, eruca, maiorana, matricaria, porrum, ſparagus, vrtica, bethoorca, butyrum, chamomilla, fœniculus, gũmi albotin, camedreos, camepitheos, lupinus, mel, oleum anethi, praſſium, hypericon, ireos. Et hęc ſunt etiam diſgregatiua.

*De oppilatiuis.* **Cap. III.**

OPpilatiua ſunt quæ retinentur propter ſui ſpiſſitudinem & ſiccitatem, aut propter ſuam conglutinationem in tranſitu, quapropter faciunt ventre in eo

oppilationem. Et ſunt cibi groſſi, terreſtres, aut viſcoſos generātes humores. Et ſunt hęc. Panis açimus. Oleum dulce, vinum dulce groſſum, lac, caſeus, caro porci, rapa, granum fractum, dactylus, pinguedo omnis carens acuitate, cutis, ficus humida, aquę valde frigidæ. tri.

### *De conſtrictiuis.* Cap. IIII.

COnſtrictiuæ ſunt ꝗ faciunt venire in partibus mēbri motum currentis ad aggregationem, vt inſpiſſentur in ſuo ſitu & oppilētur meatus. Et talia ſunt frigida à ſubſtantia. ſua enim frigiditate partes coadunāt, et ſua groſſitudine penetrare prohibentur, vt galla. Et horum quędam ſunt conſtrictiuæ ventris, quæ pręcipue valent in conſtrictione ſanguinis vndecunq; fluat. Et ſunt corallus, bolus armenus; terra ſigillata, hypocyſtidos, hyacintus, ematites, plantago, gūmi arabici, atramētum vſtū, mumia, virga paſtoris, ſtercus aſiniorum, pili leporis vſti, gipſum, karabæ, poma cypreſſi, achacia, myrtus, galla, ſumach, ſuccus ſalicis, dragaganthon. Balauſtia, alumeo, thucia, portulaca, antimonium. Et ex conſtringentibus ſunt quędam quæ conſolidando & carnem generando cōſtringūt, vt ſunt thus, ariſtolochia &c. de quibus infra. Ex cōſtringentibus ſunt hęc. Citonia, cornæ ſeu cornula, ſorba, mora celſi, coagulum leporis, caſeus antiquus, amylum, riſum, maſtix, plantago, pira īmatura, neſpilla, lac coctū, miſium, glans, faba, roſa, dragaganthum, gūmi arabicum. Et breuiter aggregando hęc omnia ſimul ſunt cōſtringentia fluxum ſanguineum ventris.

### *De mollificatiuis.* Cap. V.

MOllificatiua ſunt quæ ponūt eſſentiam membrorum habentium ſpiſſos poros leuiorem caliditate, et humiditate ſua. et accidit ut ex hoc pori fiāt latiores, & expulſio ſuperfluitatum, quæ in eis continētur facilior ſicut emplaſtrū de ſemine lini. Sunt enim talia quę neq; fortiter exiccant, quia ſi vehementer calefacerent potius indurarent, et ſimiliter ſi fortiter exiccarēt. Et ſunt hęc althęa, armoniacum, axungia, butyrum, fœnugręcum, ficus, gummi, arabici, malua, medulla oſſiū, oleum cōe, & amurca eius, terebinthina, uiſcus, violę, adeps porci antiq̄ ualde, bleta, chamomilla, cęra, dialthęa Nico. lilij radix & oleum, ladanū, maſtix, ſemen lini, ſepum, ſtercus bouis comedentis herbā, hyſſopus humida, & ſunt etiā relaxatiua.

### *De induratiuis.* Cap. VI.

INduratiua & ſunt quæ congelant membra, aut cōglutinant materiam, & ſunt frigida valde, aut frigida & ſicca. Et ſunt hæc. Pſillium, ſolathrum, ſemperuiuū, lenticula aquæ, hyoſcyamus, portulaca, myrtus, aqua frigida, accacil, auricula muris, plantago, hypericon.

### *De mūdificatiuis, abſterſiuis, & lauatiuis.* Ca. VII.

ABſtergunt & mundificant illa quæ mouent humiditates viſcoſas, & congelatas orificijs porum in ſuperficie mēbri, ita vt elōgēt eas ab eo ſicūt aqua mellis. Et horum operatio perficitur, aut diſſoluendo, vt calamenthum, aut mundificando, vt caſſiafiſtula, abrotanum, ariſtolochia, bleta, carthamus, cētaurea, cinis, elleborus vterq;, eupatorium, fabæ decoctio, lac, lilij flos & radix, plātago Meſ. aqua eius, parietaria, ſal armoniacum, ſtercus caprę, ſpongia, taſſus barbaſus, vernix, vrina, vrtica, zucharum roſa. aloe, atriplex, bethonica, butyrum, caulis, ciceris albi decoctio, cucumer aſininus, fęx vini vſti, fex aceti, fici lac, folia, furfur, melonū ſemina, hordeum & aqua eius, pumex, ſapa ſerpentaria, ſyrupus acetoſus de radicibus, terebinthina, hypericon, ireos, zucharum.

### *De generantibus carnem.* Cap. VIII.

GEnerant carnem illa quæ in vulneribus permutāt ſanguinem ſuperuenientem vulneri in carnem. propterea quia æquant complexionem eius, & coagulant ipſum cum exiccatione. Et talia ſunt quæ mundificant tēperate & ſine mordificatiōe, vt ſunt ariſtolochia, ireos, ceruſa, plumbum, allium, vt Serap. ſm Galenum. orobum, lithargyrium, myrrha, mel, aloe.

### *De corroſiuis.* Cap. IX.

COrroſiua dicuntur quorum proprietas eſt, vt conſequatur ex eis vlceratio & reſolutio, quę de ſubſtātia carnis minuatur. Sicut flos æris. Differunt ab vlceratiuis, & ab aduſtiuis, de quibus infra, in duobus. Primo in complexione. Secundo in modo ſubſtantiæ. In complexione quidem, quia corroſiua calida ſunt & ſicca cum caliditate ſubſtantiæ, & ideo ponuntur ſuper malam carnem. quæ quia mollis, & humida eſt facile corroditur. Sed vlceratiua neceſſe eſt eſſe aliquantulū calidiora & ſicciora & ſubtiliora, quæ cutem vlcerent, & carnem. Vſtiua vero ſunt calidiora valde, vt cito perforent. Sunt enim groſſæ ſubſtantiæ, vt diutius morando carnem colliquēt ſicut ignis flāma, ſed ignis flāma magis inflāmat. Et ſunt hęc. Aqua cineris, ficus, calx viua, es vſtum, flos æris, auripigmentum, arſenicum, elleborus, ſal armoñ. ſal gemma, ziniar, ſal, ſpuma uitri, ſepiæ os, tartarum.

### *De ulcerantibus & excoriantibus.* Cap. X.

VLcerantes & excoriantes ſunt, quæ conſumunt, & reſoluunt humiditates cōmunicantes inter partes cutis & attrahunt materiam malam ad eam, ita vt perueniat vlcus ſicut cantharides. Et ſunt hęc. Argētum ſublimatum, ariſtolochia, calamenthum, euphorbium, fęx vini, lacticinia, porrum ſylueſtre, ſinapis, vitis alba, ſapo, urtica, allium, apium, ſylueſtre, calcis aqua, chelidonia, cātharides, emplaſtrū aodromaci, Meſue in antidotis, męzereon, ſquilla.

### *De aduſtiuis cauſticis.* Cap. XI.

ADuſtiuæ cauſticæ dicuntur, quæ habent reſoluere illud ſubtile quod eſt in humoribus & membris, & faciunt remanere cinereitatē eorum, vt euphorbium, & talia cōmuniter ſunt groſſæ ſubſtantiæ, & ſcindunt corpus, & liquefaciunt, & deſtruunt quod inueniunt ſicut facit ignis, & inducunt ſępe eſcharam ſicut fit à cauterio. Et ſunt hęc, allium tritum, piper nigrum, calx viua, ſynapis, arſenicum, calcanthos, chelidonia, naſturciū, pſillij medulla, tithymallus, vitriolum, argentum viuum, cinis foliorum fici, ſapo, apiū, riſus, cantharides, cepæ ſquilliticum, æs, lapis laçuli, ſal, ſtercus columbi, & talia ſunt cauſtica, etiam cum putrefactione.

### *De cicatrizantibus, & conſolidātibus.* Cap. XII.

CIcatrizantia ſiue conſolidantia ſunt quæ exiccant, & inſpiſſant humiditatem ſtantē inter duas ſuperficies vulneris propinquas, ita vt cōuertatur ad conglutinationem & viſcoſitatem, & adhęret vna alteri. Sicut ſanguis draconis. Vel ſicut ſunt quæ ſua virtute aggregant carnem, & reſtringunt, & augent, et ſiccant in vlceribus, quæ ſunt in corpore quouſq; faciunt eā mutari in cutem, quia cutis eſt caro indurata, & iſta ſunt ſtyptica, quæ ſine mordicatione deſiccant, ꝙ ſi mordicatione pauca deſiccant ſufficiunt cicatricem inducere.

Et ſunt hęc. Antimonium, carina, cornua cōbuſta, æs vſtum, lotum, gallæ, limaciæ combuſtæ, myrrha, plumbum vſtum, lithargyrum, aloe, balauſtia, calx abluta, quæ non abluta non faceret, diachylon nicolai, granati, cortex ficus, pumex vſtus.

### *De conglutinantibus.* Cap. XIII.

COnglutinantia ſunt ſicca in ꝗbus eſt humiditas pauca, viſcoſa, quę adhęret ſuper orificia, et oppilat ea, & tenet currentem. Omne enim currens lubricum cum in ipſo operatur ignis, fit conglutinatiuum, oppilatiuum, retentiuū. Et breuiter conglutinat viſcoſitatem, vel muodificando

Ignis in re lubrica, conglutinatur.

mundificando vlcera,& reparando carnem,vel conſtringendo labia diſtantia membrorum ab inuicem ſolutorū. Et ſunt aloe.amylum,balauſtia,'bolus armenus, caſtaneæ fructus,& folia, dragagamhum,ebulus,ematites, gipſum, myrrha,maſtix,millefolium,quercus,roſa, ſanguis draconis,ſarcocolla, thus,hypericon,ireos, a mmoniū,aſpalıū, barba hirci,cortex thuris,cauda equina,cypreſſus,diachylon nicolai,gūmi arab. gūmi ceraſorum, glans, lithargyrum,lutum ſigillatum,papyrus vſta,pix,plantago,plumbum vſtum, vnguentum ceraſeos, vnguentum baſilicon Meſue in antidotis.

**De attenuatiuis,& ſubtiliantibus. Cap. XIIII.**

ATtenuant & diſſoluunt quæ ſuo calore & ſubtilitate ſubſtantiæ ſeparant partes rei in quā agunt ſuo calore,& ad naturam vaporis conuertunt,& pręcipue in humano corpore. Et Aui.Subtiliatiua eſt cuius ꝓprietas eſt,ut ponat eſſentiam humoris ſubtiliorem cū caliditate temperata ſicut hyſſopus,hala ſce,& chamomilla. Et ſunt etiam hęc. Acetū,acorus,allium,abrotanum,apiū, artemiſia,cyminū, eupatorium,enula, fermentū,ficus,galāga,origanum,porrum,pulegium,paſtinacha,raphanus, ſerpillus,ſauina,çapharanus,vrtica,hypericon, hyſſopus, abſinthium,calamenthum,calamus aromaticus, camepitheos,centaurea,cepę,cinnamomū.& eſt vltimū in ſubtiliatiōe Aui. garyophylli,laurus,marubiū,maiorana,malauiſcus,malua,mentha,meliſſa,roſmarinus rutha.

**De inciſiuis. Cap. X V.**

INciſiua ſunt quæ ſubtilitate ſui penetrāt, in illud quod eſt inter duas ſuperficies.ſ.humoris viſcoſi , & ſuperficiem in qua eſt inuiſcatus , & remouet ipſum ab ea, & propter hoc aduenit partibus eius ſuperficies diuerſę operationis, propterea ꝙ ſeparat eas, quare fit facilis expulſio earum,ſicut ſinapis,& oxymel.huiuſmodi enim ſunt omnia acetoſa,& pręcipue acetum factum ex vino forti.Ipſm nanq; ſua ſubtilitate operatur in partes propinquas & remotas: cæteri vero liquores acetoſi cum tanta careāt ſubtilitate,ſolū in propinquas partes operantur. Et ſunt hęc, baurach, bethonica, capparus,cepę, daucus, ficus,laurus, mel, petroſellinum, porrum, roſmarinus, vitis alba, acetum,abrotanum,been,camedreos,cyminū,eupatoriū,nigella,oitrū,oxymel,rutha,ſyrupus acetoſus,ſquilla.

**De rarefactiuis,reſolutiuis,diſſolutiuis. Ca. X V I.**

RArefactiua,reſolutiua,& diſſolutiua,ſunt q̄ ſua caliditate nō ſupflua poros cutis aperiūt, & ſui ſubtilitate ſubſtātię in eos penetrāt,et in materiā groſſam ſubintrāt. Et ſunt hęc,abſinthium,cepę,althęa,abrotanū, vitriolum,roſmarinus,chamomilla,radix ſambuci,radix cucume.aſinini,coſtus,& multa ſuprapoſita.

**De diaphoreticis & reſolutiuis. Cap. X V I I.**

DIaphoretica & reſolutiua ſunt quæ ſua calida virtute per poros apertos humores in fumum extenuatos euaporare faciunt. Et ſunt hęc,aniſum,rutha, aſſa,galbanum,ſal,ficus ſiccę, [illegible]ana,praſſium,ſauina, ariſtolochia, radix affodilli, radix cucumeris agreſtis, raphanus,rutha,pyrethrum,nitrum,bryonia, oleum vetus, ſemen vrticæ,menthaſtrum, mel,cepę,raphanus, ſtercus, petroſellinum,abrotanum.

**De repercuſſiuis. Cap. X V I I I.**

ESt repercuſſiuum cuius proprietas eſt propter frigiditatem ſuam vt in membro faciat peruenire frigus & inſpiſſentur eo,& cōſtringātur porri eius,& frangatur caliditas eius attractiua, & cōgeletur illud quod ad ipſum currit,& ioſpiſſet ipſum,& prohibeat membrum à receptione ipſius ſicut ſolathrum in apoſtematibus. Et ſunt hęc,cymolea,roſa,galla,glandes, hyoſcyamus,achacia,plantago,myrtus,virga paſtoris,papauer,plumbum, memitę,ſemperuiua,hypociſtidos,corallus,hepatica,vermicularis,portulaca.

**De carminatiuis & uētoſitatē frāgētibus. Ca. XIX.**

CArminatiua & ventoſitatem frangentia ſunt , quæ faciunt eſſentiam ventoſitatis ſubtilem aereā propter caliditatem & exiccationem ſuam,quæ reſoluitur,& fugatur ab eo in quo retenta erat ſicut ſemen urticæ. Et ſunt hęc,acorus,allium,anethum,aniſum, aromaticum,garyophyllatum. Meſ.Electuarium de baccis lauri,fœniculus,furfur frumenti,matarrum. mytridatū, nigella,nux muſcata,origanum, panicum calidum appoſitum, piper,raphanus, roſmarinus,'theriaca magna, zucharum, cyminum, cinnamomū,cyperi,diagalanga,diaciminum, Meſ.enula,galāga,iuniperus, ius galli decrepiti,leuiſticū, oleum laurinum, oleum ruthaceum,oleum anethinum,pilulę de galāga.Serapio.xvij.antido.rutha, ſyrupus de praſſio,fricatio,zinziber conditum.

**De digeſtiuis & maturatiuis. Cap, X X.**

MAturatiua ſunt quæ calefaciendo cum æqualitate acquirunt humorum digeſtionem. nam in eis eſt virtus contractiua retinens humorem vſquequo digeratur & non vi reſoluatur laborioſe , & ſeparetur humidum eius à ſicco ſicut facit aduſtio. Hanc vero æqualitatem expono proportionabilitatem. nam Serapio in ſermone de maturatiua inquit. Oportet vt medicina maturatiua ſit proportionalis calori naturali corporis, ita ꝙ ſi calor naturalis corporis ſit amplior medicina quæ debetur illi. oportet ꝙ ſit calor in illo maior q̄ in alio corpore , & oportet, ꝙ ſit quantitas conditionis caliditatis ſuæ ſupra æqualitatem ſm̄ quantitatem additionis caliditatis illius corporis ſuper corpus æquale. Et infert ſi poſſibile eſt , ꝙ manus nō ſeparetur ab applicatione continua membri, in quo eſt neceſſaria generatio ſaniei,vel aliquod aliud membrum applicaretur ei citius generaretur ſanies in eo q̄ alio modo. Vel ſic maturatiua dicuntur quæ huiuſmodi acquirunt digeſtionem. Et talia ſunt in quibus eſt calor temperamento caloris naturalis vicinus. Et loquendo de his, quæ humorē perducūt in quibus eſt viſcoſitas poros claudens,quæ tamen calorem naturalem confortant. Sanies autem fit non ſolum à calore accidentali vt reliqua quæ putreſiunt, ſed à naturali & accidētali ſimul ideoq; ſanies membris radicalibus aſſimilatur. Et ſunt hęc, althęa,anethum, cepę liliorum albōrū,chamomilla,caulis,cęra, cinnamomū,crocus, aqua tepida cum oleo embrocata,endiuia,faba,fœnugręcum,ficus,frumentum, grana pini,lini ſemen, oleum temperatę caliditatis linitum,paſſulæ, pix,pinguedo,reſina,ſaluia,ſarcocolla,hyſſopus humida,melilotum, matricaria,ſordicies balnei,terebinthina.

Saniei ortus.

**De mordicatiuis. Cap. X X I.**

MOrdicatiua ſunt in quibus eſt qualitas penetratiua ſubtilis valde faciens prouenire in concauitate ſeparationē plurimi numeri inordinari ſitus partę quantitatis, quare vnaqueq; earum non ſentitur ſingulariter, ſed ſentitur totum quaſi dolor vnus , ſicut emplaſtrum de ſinapi cum aceto & acetum ipſum. Et ſunt, apiū raninum,allium,arſenicum,nitrum,porrum,raphanus,ſal ſinapis,cepæ,fel,folia & lac ficus. Pini granum.& ideo ponitur in infuſione aquæ calidæ.

**De rubificatiuis. Cap. X X I I.**

RVbificatiua ſunt quæ calefaciunt membrū cui obuiant fortiter.& ita vt ad ipm vehemēti attractione ſanguinē trahant prouenientes ad eius exteriora, & rubefaciant ipſum. Et medicinæ rubificantes efficiunt operationem cauterizationi propinquam. Et ſunt hęc, allium,apiū,arſenicum,calcantū,calx,cicuta, fex aceti vſta, gūmi,ruthę,es,napellus,ſulphur, ſquilla,ſtercus columbi, titimallus,vrtica,aqua cineris ficus,argentum uiuum,au-

tripigmentum, cantharides, cepæ, euphorbium, naſturciũ, pirethrum, pſilij, medulla, ſinapis, ſal, ſapo, vitriolum, vitis alba. Iſta tamen etiam videntur cauſtica tamen differunt, quoniam vſquequo non ſcindunt &c. dicuntur rubificatiua. cum vero pertranſeunt & excoriant, & eſcharam faciunt ſortiuntur nomen cauſtici.

*De confortatiuis.* Cap. XXIII.

Confortatiua dicuntur quę temperant eſſentiam mẽbri, & complexionem eius donec prohibeatur recipere ſuperfluitates ad ipſum effuſas et impedimẽta. Aut propter proprietatem quæ eſt in ea ſicut terra ſigillata & theriaca. Aut propter ęqualitatem complexionis ſuę, quare infrigidat illud quod eſt calidius, & calefacit quod eſt frigidius ſm ꝙ viſum eſt Gale. de oleo roſ. Et ſunt, abſinthium, acetum ſquilliticum, aloe, aqua ro. balauſtia, calamus aromaticus, capillus ve. caſtanea, aromaticũ roſ. deſcriptione Gabrielis. cinnamomũ, crocus, diambra, diacitonitẽ, maſtix, mentha, mel roſ. pinus, zucharum roſ. roſa roſata nouella hypociſtidos, cerrus arbor, folia, glandis & cortex, galla, gallia incombuſta, alias incompoſita, garyophyli, granatum, myrtus, olibanum, oua, rheubarbarum, vua, vinum.

*De lenitiuis ſiue planatiuis.* Cap. XXIIII.

Planatiua ſiue lenitiua ſunt, quæ ſunt viſcoſa et dilatantur ſuper ſuperficiem membri dilatatione planæ ſuperficiei et fit manifeſtum illius corporis per eam planũ recte aſperitatis, aut currit ad ipſum humiditate dilatata hac extenſione. Et ſunt hęc, althęa, amylũ, armoniacum, arundo zuchari, citoniorum ſemina, galbanum, glutẽ albotin, grana pini, lini ſemen, manna, medulla animalis, oleum, perſica, pſilium, violæ, hydromel, bdellium, butyrum caſſafiſt. caulis, fœnugręcum, ficus, granata dulcia, liquiritia, lupullus, malua, ſebeſten, ſiſamũ, ſicla, ſordicies parietum balnei, ſpinachia, zucharum.

*De lubrificatiuis.* Cap. XXV.

Lubrificatiua dicuntur, quæ humectant ſuperficiem corporis obuiantis meatui & retentis in ipſo, ita vt remoueat ipſum ab eo, & faciat partes eius ſubtilioris curſus propter leuitatem earum acquiſitam per admiſſionẽ eius, deinde moueantur à loco ſuo grauitate ſua materiali, & uirtute expulſiua ſicut pruna, Vnde lenitiua quæ habent virtutem expulſiuam videntur lubrificatiua ſicut, caſiafiſt. mucilago pſilij, viola, aqua lactis, volubilis ſpinachia, tamarindi, ius gallinarum, & gallorum.

*De mitigantibus dolorẽ & narcoticis* Ca. XXVI.

Mitigantia dolorem ſunt in duplici differentia. Nã eorum quędam ſunt vere mitigantia, vt chamomilla. Quędam non vere vt opium & ſtupefactiua. Vere mitigantia ſunt quæ aut habent complexionẽ ſimilem complexioni naturali corporis in quo eſt dolor. p quorum approximationem complexio naturalis corporis confortatur, ita vt rem cõtrariam impreſſam excutiat, aut ſunt calida in primo, aut calidiora, ita vt diſſoluant frigidos humores, & ipſos penetrent, eorum complexionem frigidam, & ſubſtantiam remouendo, ſiue ſint groſſi & viſcoſi, ſiue ventoſitas groſſa ab eis proueniens, quæ in mẽbris clauſa ſit. Aut ſunt frigida quæ eodem modo, vt de calidis dictum eſt malam remouẽt complexionem calidã. Exemplum primi, vt in dolore ſtomachi appoſitio volæ manus eiuſdem. Exemplum ſecundi, chamomilla, oleum anethinum, ſemẽ lini, althęa, lana ſuccida, medulla omnis. Oleum chamomillinũ, vitellum oui, agaricus, rutha, calamenthũ, baccæ lauri, nigella, thus, pirethrum, euphorbiũ, ſulphur, piper, balſamus, ſerapinũ, roſa, viola, filix, memitę, ſemperuiua, portulaca, lactuca, vmbilic⁹ veneris, aqua roſ. ſuccus, vuarum agreſtium, vnguentũ populeon, albumen oui, melilotum, oleum oliuæ maturæ, butyrum, fœnugręcũ, ſquinanthum, terebinthina, abſinthium. Exemplum de calidioribus, ſambucus, leuiſticum, maiorana, petroſellinum, allia, carui, ſinapis, naſturcium, caſtoreũ, ſtercus columbi, opopanacũ. Exemplũ de frigidis, ceruſſa, nenuph. ſolathrum, virga paſtoris, folia vitis, hepatica, acetoſa, oleum viol. oleum omphacinum, oleũ ro. ſpinachia, ſandali. Frigida vero narcotica, quæ ſunt non vere dolorem mitigantia, ſunt illa ex quorum infrigidatione quã in membro faciunt peruenit vt ponant ſubſtantiam ſpiritus deferentis ad ipſum virtutem motus & ſenſus frigidam in complexione ſua, & groſſam in ſubſtantia ſua, quare non vtuntur eo virtutes animales, & etiam reſoluitur complexio membri propter illud, et non recipit impreſſionẽ virtutum animalium. Et ſunt opium, hyoſcyamus, mandragora, papauer. & pręcipue nigrum, ficus, lupi, fungi, & inter debilia numerantur, viola, ſolathrũ, ſemperuiua, lactuca, nenuphar. Et hęc ſunt ſomnũ non verum inducentia.

*De pernicioſis.* Cap. XXVII.

Medicina pernicioſa eſt, quę conuertit complexionẽ ad corruptionem ſuperfluam corrumpentẽ ſicut euphorbium, opium &c.

*De venenoſis.* Cap. XXVIII.

Medicina venenoſa eſt, quæ corrumpit cõplexionem non cum contrarietate tãtum, ſed cum proprietate, quæ eſt ipſa ſicut napellus &c.

*De medicinis bezoardicis.* Cap. XXIX.

Medicina theriacalis, & beçoardica eſt medicina cuius proprietas eſt vt conſeruet ſanitatem, et uirtutẽ in ſpũ, vt eis expellat ueneni nocumẽtũ à ſe.

## De digeſtiuis tam ſimplicibus ꝙ cõpoſitis uſualibus in ægritudinibus materierum peccantiũ cuius rubricę ſunt. xxxi. Ca. XXX.

*Quid eſt digeſtio.* Rubrica. I.

Nunc autem loquor de digeſtiuis ſimplicibus, & compoſitis materierũ peccantium in ægritudinibus vſualibus & domeſticis. quæ quidẽ dicuntur talia, quia ſunt pręparatiua materierũ talium ad expulſionẽ. Eſt enim digeſtio hic ſumpta ad mentem medicorũ pręparatio humoris ad expulſionem, vt prima quarti de cura putri. in generali, Hęc autem pręparatio eſt in ſubſtantia, aut in qualitate humoris principaliter. In ſubſtantia quidem ſi eſt groſſus ſubtiliatio, ſi ſubtilis ingroſſatio, ſi viſcoſus inciſio, & conſimiliter de alijs. In qualitate vero, vt ſi eſt calidius infrigidatio, ſi frigus calefactio, ſi humidus &c. Sunt nanq; ea humoribus quatuor tãtum tres, qui digeſtionem ſm ſeipſos tantum recipiunt: phlegma. ſ. cholera & melancholia. Sanguis autẽ ſm ſe digeſtionem nõ recipit cum ſit ſemper ad exitum pręparatus, vt patet intelligenti, & eſt expreſſa ſententia Aui. prima quarti. allegato loco, vbi inquit. Et ſcias ꝙ phlebotomia quã eſt intentio ſanguinis non eſt de genere eius in quo expectatur digeſtio expectatione, quæ eſt in ſolutiuis, et nõ expectatur digeſtio niſi in humoribus alijs de quorum digeſtiuis ſuo ordine dicetur. Nam primo ponentur digeſtiua ipſorũ humorũ vt naturales dicuntur. deinde ipſorum vt innaturales, aut non naturales appellãtur.

*Digeſtiua ſimplicia choleræ naturalis.* Rubrica. II.

DIGESTIVA choleræ naturalis, ſimplicia vſualia & domeſtica ſunt. Viola, roſa, lactuca, endiuia, portulaca, ſandali omnes, ſpodium, camphora, hyoſcyamus, hepatica, capillus ve. acetũ, aqua ueri frigoris, ribes, ſuccus arãciorum, ſuccus limonum, ſuccus citri. & ſimiliter agreſti, malua, iuiubę, ſebeſten, ſemina quatuor maiora. infrigidãtia,

tis, vt melonum, cucurbitæ, citrullorum, & cucumerum. Semina etiam minora infrigidãtia, vt portulacæ, endiuię, ſcariolæ: & lactucę, granata & ſuccus eius, & pręcipue acetoſa, & muça, & papauer, lenticula, aquæ nenuf. acetoſa, anguria, ſiue bateca, ſpinachia, ceraſa, lupulus, hordeum, ſolatrum, poma acetoſa.

*Digeſtiua ſimplicia phlegmatis naturalis.* Rub. III.

DIGESTIVA phl'atis naturalis ſimplicia ſunt hæc, pulegiũ, calamentum, maiorana, ſaluia, mentha, ſaturegia, piper, çinçiber, radices quinqȝ, à quibus denominantur ſyrupi de quinqȝ radicibus, fœniculi, apij, petroſillini, ſparagi, bruſci, ſemen aniſi, ſeniculi ſiue maratri, ſquilla, acetum, mel, cinnamomum, daucus, ſquioãtum, ficus ſicça, eupatorium, galanga, porrum, raphanus, rutha, ſal, origanum, ſerpillus, hyſſopus, ſticados, piretrum, allium, bethonica, camedreos, camepitheos, cappares. & breuiter omnes medicinæ calidæ & ſiccæ videntur eſſe vt ſupra phlegmatis digeſtiuę. & tu hæc bene conſidera.

*Digeſtiua ſimplicia melancholiæ naturalis.* Rubrica IIII.

DIGESTIVA melancholiæ naturalis ſimplicia, bugloſſæ, bora. epithimum, radices & flores eorum, epithimum, tamariſcus, ſcolopendria, gramen, cuſcute, aſſarum, acorus, ſicla, cicorea, roſmarinus, pimpinella, poma dulcia, vua bene matura, vinum dulce album, thymus, cappares, balneum dulce, polypodium, & ſi ſit eius euacuatiuum, ſpica, agnus caſtus, dactylus amygdalæ amaræ, lupulus, fumus terræ, amygdalæ rapa.

*Syrupi uſuales, tam ſimplices quam cõpoſiti.* Rub. V.

ANTEQVAM DE digeſtiuis compoſitis dicam, ea prius inſcribã digeſtiua ſiue ſyrupos, quibus medici cõmuniter vtuntur apponendo auctorum nomina, ea vel eos laudantiũ. & hęc bene cõſidera. Iuleb roſ. Meſ. iuleb viol'. Meſ. Syrupus de biçãtijs Meſ. Syrupus acetoſus ſimplex Meſ. Syrupus acetoſus cõpoſitus Meſ. Syrupus de radicibus Meſ. Syrupus violatus Meſ. Syrupus de portulacis Meſ. Syrupus de eupatorio Meſ. Syrupus de ſticados Meſ. Syrupus de epithimo Meſ. Syrupus de miua citoniorum Meſ. Acetum ſquilliticum Meſ. Oxyçaccara Nico. Oxymel ſquilliticum Meſ. Oxymel ſimplex Nico. Oxymel compoſitum Nico. Syrupus de nenuphare Nico. Syrupus de pomis Meſ. Syrupus de corticibus citri Meſ. Syrupus de acetoſitate citri Meſ. Syrupus de calamento Meſ. Aqua mellis Meſ. Syrupus de mentha Meſ. Syrupus de abſinthio Meſ. Syrupus de fumoterrę maior Meſ. Syrupus de liquiritia Meſ. Syrupus de hyſſopo Meſ. Syrupus de praſsio Meſ. Syrupus de thimo Meſue. Syrupus de ribes Meſ. Syrupus de limonibus Meſ. Syrupus de agreſto Meſ. Syrupus roſatus Nico. Syrupus de myrto Nicolai.

*Digeſtiua compoſita colere naturalis.* Rubrica. VI.

SEQVVNTVR digeſtiua compoſita choleræ naturalis vt ſupra vſualia iulep roſ. iulep viol'. ſyrupus de pomis acetoſis. ſyrupus de acetoſitate citri. ſyrupus nenupharinus. aqua ſimplex cũ ſucco granatorũ & pauco çucchari. aqua endiuiæ. aqua viol'. ſyrupus acetoſus ſimplex. ſyrupus viol'. ſyrupus roſ. Oxyçaccara. ſyrupus de agreſto. aqua ordei cum ſucco limonũ, aut arancíorũ & pauco çucchari in modũ iulep, aqua acetoſę, aut alterius aqua ex aquis cõuenientibus, de quibus infra cũ aliquo acetoſo, vt vino granatorũ, ſucco limonũ, aut arãciorũ, aut acetoſitate citri cum dulco çucchari optimo. Scito etiam pro ſequẽtibus ꝙ cholera naturalis cæteris innaturalibus, quę cõmuniter apparẽt calidior exiſtit. vt ſeptimo colliget de ingenio ſanatiuo ſynocharũ. & Cõciliator differentia nonageſima quare infẽſioribus frigidis indiget. Et quare dicatur quæ cõmuniter apparens videbitur deçinaria.

*Digeſtiua compoſita phlegmatis naturalis.* Rubrica. VII.

DIGESTIVA cõpoſita phl'atis naturalis vſualia. Oxymel ſimplex. oxymel cõpoſitũ. oxymel ſquilliticũ, acetoſus ſimplex. acetoſus cõpoſitus. ſyrupus de eupatorio. ſyrupus de ſticados. ſyrupus de qnqȝ radicibus, ſiue ſyrupus de radicibus. Mel roſ. colatum. aqua mellis. ſyrupus de praſsio. & ꝓprie ad viſcoſos, quorum ſeparatio eſt difficilis: aqua mellis cum pauco aceti pro pauperibus. Et ſi quęritur deopilatio fiat decoctio eius cum radicibus fœniculi, apij, aut alterius aperitiui.

*Digeſtiua compoſita melancholiæ naturalis.* Rubrica. VIII.

DIGESTIVA melancholiæ naturalis compoſita vſualia ſunt hęc. Syrupus de epithimo. Syrupus de fumo terrę vterqȝ maior ſcilicet & minor. Mel ro. Syrupus acetoſus ſimplex. licet aliqui ratione aceti minime cõferre dicunt: quibus non conſentit Meſ. de ſyrupo acetoſo. Et Auer. ſeptimo colliget. de cura feb. melancholicæ inquit. illud autẽ in quo plus indigemus in hac febre eſt aperire, incidere, & ſubtiliare, iulep violatum maxime vbi eſt materia multum aduſta. aqua boraginis. Cuſcute. fumiterræ & ſimiles cum çuccharo, aut cum iulep violarum iulepizata &c. & hæc bene conſidera.

*Digeſtio choleræ nõ naturalis* in *ſpecies.* Rubrica. IX.

ET quoniam raro immo rariſsime in corpore humano peccãt humores ſimplices: vt primo Pronoſtic. cõmen. 20. hinc ſubſequens eſt agere de digeſtiuis materierum cõpoſitarum ſeruando ordinem vt ſupra. Et cum de cholera dictũ ſit prius hinc agendum eſt de digeſtiuis eiuſdem vt innaturalis dicitur quæ ſic ab Aui. prima primi. ca. de digeſtiuis, diſtinguũt. Nam quędã dicitur citrina, quedã vitellina, quedã aduſta, quedã praſſina, ꝗdã zinaria, hę ſunt ſpecies cõiter notatæ. De cholera vero ex cõmixtione melancholiæ cum ipſa dicetur infra.

Humores ſimplices raro in corpore humano peccãt. Cholerę nõ naturalis ſpecies: ... bella partitio.

*Digeſtiua choleræ citrinæ.* Rubrica. X.

DIGESTIVA itaque choleræ citrinæ debent eſſe infrigidatiua & humectatiua. minus tamen humectatiua quàm infrigidatiua. Et cauſa quoniam cholera citrina generatur ex commixtione phlegmatis tenuis & aquoſi cũ cholera ipſa. Exempli gratia. Iulep violati partem vnã, roſ. partes ij. Item ſyrupus acetoſus ſimplex. Item oxyzaccara cum aqua hordei, vel aqua decocta. Item ex aquis herbarum ſimplicium conuenientium, de quibus infra cum zuccharo. vino granatorum iulepizando, aut aliter pręparando. Item oxymel ſimplex. Item iulep violatum cum melle roſ. colato. Item ex Auic. prima quarti de cura tertianæ. ſyrupus acetoſus ſimplex cũ melle colato quod ſit ſubduplum ad acetoſum. Diuerſitates tamen iſtorum ſyruporum debent intelligi ſecundum diuerſitatem proportionum materierum cholericarum ad materias phlegmaticas aquoſas, ſiue ſubtiles. Et tu ex datis & dicendis facile conſidera.

*Digeſtiua choleræ vitellinæ.* Rubrica. XI.

DIGESTIVA vitellinæ debẽt eſſe frigida aut temperata ſubtiliatiua aperitiua, inciſiua, & ad humidum parumper declinare. vel ſaltem in humiditate temperata. Et cauſa quoniam vitellina generatur ex admixtione choleræ cum phlegmate groſſo viſcoſo. cuius generatio ſecũdum Auicen. eſt magis in epate. licet Iſaac in dietis vniuerſalibus quarto cap. dicat hãc in ſtomacho magis reperiri. Exempli gratia. Syrupus de bizãtijs cum aceto. Syrupus acetoſus de duabus radicibus. Syrupus acetoſus ſimplex cum melle roſato colato. Syrupus de calamẽto cum iulep violato, vel ſyrupo acetoſo ſimplici. Item aquæ diſtillationis herbarum ſimplicium de quibus infra cõmiſcendo tas ſecũdum proportionẽ extimatiuam humorũ ipſorum

Vitellinę cholerę loc°.

adinuicem, ſcilicet choleræ & phlegmatis. Si vero fuerit vitellina per aduſtionem phlegmatis, quam plures vocãt vitellinam. Gal. de qua ipſe ſecundo naturalium virtutũ. vltimo cap. Tunc digeſtiua debent eſſe frigidiora & humidiora dictis, & cognoſcitur vna ab alia, quia hæc habet citrinitatem contendentia ad igneum rubeum. prima vero tendit ad albedinem propter phlegma in quo non fuit aduſtio.

*Digeſtiua choleræ aduſtæ,* Rubrica. XII.

DIGESTIVA aduſtæ debẽt eſſe frigida & humida magis & minus ſecundum aduſtionem maiorẽ vel minorem. Et cauſa quoniam talis fit per aduſtionem choleræ naturalis quæ in aduſtione incineratur. Exempli gratia. Iulep violatum. ſyrupus de pomis acetoſis Meſ. Oxyzacchara cum aqua decocta. ſyrupus viol. ſyrupus nenupharinus. Aqua ordei cũ zucchato. Et digeſtiua omnia, vel quaſi omnia quæ ſupra de digeſtiuis compoſitus choleræ addendo ſemper ſi oportet quæ humectent, vt aqua, vel aliquod tale. Pro quo aduertẽdum, quod etſi ſyru. de epithimo, & de fumoterræ ſint ad ſiccum tendentes, qui in digerenda hac cholera communiter exhibentur, tamen dantur non tantum ad digerendum quantum etiam ad ipſam expellendam. Et ideo dixit Meſ. ſyru. de epithimo choleram nigram & humores aduſtos cum virtute expellens. In receptis autem ipſorum ponantur myrobalani, & cætera ſolutiua, vt patet. Conferunt etiam propter proprietatem ſimplicium à quibus principaliter denominantur. Item dãtur vt per ipſos & conſimiles prohibeatur vlterior putrefactio. nam ſicut humiditas eſt mater putrefactionis. quarto Metheororum. ita ſiccitas prohibet putrefactionem.

Humiditas putrifactiõis mater.

*Digeſtiua choleræ praſſinæ.* Rubrica. XIII.

DIGESTIVA praſſinæ debent eſſe frigida & potentiora quàm digeſtiua choleræ aduſtæ, quoniam talis fit etiam per aduſtionem vitellinæ & ex conſequenti denſior eſt & magis reſiſtens infrigidationi quã aduſta.

Ex quibus infert primo ꝙ ſyrupi in tali caſu nõ debẽt iulepizari ſed in ſua groſſa ſubſtantia permanere. Infertur ſecundo quod plus de ſyrupo quàm de aqua debet exhiberi, tamen talis choleræ digeſtiua debent ad humidum declinare. cum talis cholera ſit groſſa, & humiditate participet. Nã vt expertus fui melius eſt extinctioni in hoc caſu ſemper attendere. nam eligibilius eſt vt prolongetur ægritudo quàm ꝙ perdatur infirmus. & ſic ſemper operatus eſt pater noſter Cermiſonus, & eſt ſententia Auer. ſeptimo coll. allegato ca. vbi inquit. Et melius eſt vt cõuertas talẽ feb. ad lentã longam, quæ curari poſſit, quàm æger ſubito moriatur. nã error qui fuit in alteratione cõplexionis febris facilior eſt quàm mors. Tamẽ quis verſutus inſtabit propter quod ad euitandam omnẽ controuerſiam eſt commiſcendus ſyrupus acetoſus ſimplex cũ alijs infrigidatiuis. Vt verbi gratia. ſyrupus viol. cum ſyrupo acetoſo ſimplici & iulep viol. cum eodẽ, aut nenupharinus cum eodem: aut de acetoſitate citri cum eodem. addendo etiam ſpecies frigidas, vt ſandalos & huiuſmodi. Nam ſyrupus acetoſus ſimplex eſt aperitiuus, ſubtiliatiuus. Inciſiuus. Et poſſet diligens inueſtigator etiam addere ex alijs ſyrupis aperitiuis. de quibus dictum eſt ſecundum quod diſcretioni eius videbitur, quare conſideretur. nã ex ſucco limonum, aranciorum granatorum & aqua vt ſupra de cholera poteſt fieri extinctiuum. & hæc bene conſidera.

Aegritudo pducẽda potiuſque æger perdatur. Cermiſonus noſtri auctoris pater.

*De cholera zinaria.* Rubrica. XIIII.

DE ZINARIA & praſſina nõ vere dicat quod vt colligit ſeptimo colliget. allegato loco. & à Cõciliatore dicta differẽtia. Ipſa tantæ eſt malignitatis vt ipſa digeſtionẽ non expectet. ſed mox à natura ipſa percepto ſuo nocumento vomitu & quomodolibet aliter expellitur. Vnde Auicẽ. primo primi de humoribus. Et hæc eſt peior & magis pernicioſa, & dicit quod eſt de ſubſtantia venenorum. Ab hac autem cholera non fit fe. propter eius malignitatem. nam ante eius putredinem hominem interimit. Et plures extimauerunt etiam febrem praſſinã non poſſe contingere propter eandẽ cauſam. Vnde Conciliator allegata differentia recitat ſe vidiſſe ſemel tãtum vnam febrem de praſſina quæ interfecit habentem in ſeptima. Et ponit eius accidentia. Ex quibus colligo quod non frequenter apparent iſtæ materiæ. licet quidam moderni practici aliter iudicent. nam omni die quaſi apparent choleræ virides cum tendentia ad fuſcum quas praſſinas vocant. quæ vt credo non ſunt ſemper veræ praſſinæ, ſed ſunt virides factæ per admixtionem melancholiæ cum cholera citrina. Cuius ſignum, quoniã tales ſunt liquidæ currentes, & non groſſæ. Nam ex admixtione nigri cum citrino generatur viridis, vt patet ex admixtione indici cum auripigmento vt faciunt pictores. Et iſta eſt de qua dixit Conciliator quod aliquando euomebat. & ex iſta febre fiunt longæ propter melancholiam ſecum admiſtam. & talis indiget digeſtiuis mixtis, vt patet. Poſſumus tamen imaginari quatuor gradus praſſinæ veræ & conſequenter quod in primo gradu exiſtens aut ſecundo vere poteſt febrem cauſare, licet raro contingat. In tertio vero & quarto nequaquam. Et hoc pro concordia auctorum. Sed de his infra de febribus cholericis.

*Digeſtio phlegmatis non naturalis in ſpecies.* Rubrica. XV.

PHlegma diuiditur prima, primi de humoribus in mucillaginoſum, crudum, aqueum, gipſeum, ſalſum, acetoſum, ponticum, dulce, acre, vitreum. Sed prima quarti de febre phlegmatica, phlegma putridum ad quatuor ſpecies tantum reducit. vbi inquit. Et phlegma quidem putridum quandoq; eſt vitreum: quãdoque acetoſum. quandoq; dulce: quandoq; ſalſum. crudum & mucillaginoſum ſub vitreo comprehendens. Aqueum & inſipidum ſub dulci. Ponticum vero & acre ſub acetoſo. Gipſeum non facit febrem, ideo digeſtione non indiget. verba ſunt Gentilis allegato loco. Demum itaq; ordinem illorum quatuor proſequar eorum ponens digeſtiua.

Phlegmatis pulchra participio.

*Digeſtiua phlegmatis dulcis inſipidi & aquoſi.* Rubrica. XV.

DE DIGESTIVIS dulcis & inſipidi & aquoſi. Vnde phlegma eſt dulce, aut ſecũdum ſe, aut quia ei admiſcetur res extranea dulcis, vt ſanguis. qualitercunq; ſit eius digeſtiuũ debet eſſe medium, uel quaſi medium in actiuis declinãdo potius ad latus caliditatis & ſic cum in paſſiuis. & ideo cõmiſcenda ſunt digeſtiua choleræ cum digeſtiuis phlegmatis hoc eſt calida cũ frigidis vel temperatis. Vt exempli gratia. Mel roſ. colatũ acetoſum ſecundũ ꝙ videtur expedire ſecundũ maiorem vel minorẽ phlegmatis cõmixtionẽ. Et cõſimiliter ſuo modo de aquis dicendum, quæ cum ipſis ſyrupis cõmiſcebuntur. de quibus infra. Item cõpetit oxymel ſimplex, mel roſ. Itẽ oxyzaccara cum aqua mellis exhibita. Item ſyrupus acetoſus ſimplex cum aqua ſeminum, aut alia calida appropriata. Item tranſire poſſumus circa ſtatum ægritudinis ad ſyrupum acetoſum de duabus radicibus. Item ſi fortioribus egemus tranſeamus ad ſyrupum acetoſum de quinque radicibus addendo aquas calidas vel frigidas vt videtur expedire. Et tu hæc conſidera.

*Digeſtiua mucillaginoſi vitrei & crudi.* Rub. XVII.

DE DIGESTIVIS mucillaginoſi vitrei & crudi. Debent horum phlegmatum digeſtiua eſſe calida ſicca: ſubtiliatiua, inciſiua, diuretica. Auic. prima quarti. de cura phlegmaticarũ. Cuiuſmodi ſunt. Mel roſ. colatũ cũ ſyru. acetoſo de duabus radicibus. aut ſyrupus acetoſus

toſas de quinq; radicibus. aut ſyrupus de eupatorio cum ſyrupo acetoſo ſimplici. aut oxymel compoſitū. aut ſyru. de praſſio aliqualiter acetoſatus. aut ſyrupus de ſtœcados cum modico acetoſi addendo omnibus aquas harum intentionum. de quibus infra.

*Digeſtiua pontici, acetoſi, & acris.* Rub. XVIII.

DE DIGESTIVIS pontici, acetoſi, et acris. Debent etiam digeſtiua iſtorum ad caliditatem & ſiccitatem declinare, vt dictum eſt, ſed debent eſſe minus calida cum vitreum ſit frigidius pōtico acri & acetoſo. & hic loquor de pontico & acetoſo, vt ſunt talia per ſe & non per admiſtionem choleræ nigræ cum eis. nam de ipſis vt ſic dicetur in cañ. de digeſtiuis melancholiæ. Exempli gratia. oxymel ſimplex cum aqua mellis. Oxymel compoſitum cum aqua fœniculi, ſaluiæ & huiuſmodi. Acetoſus compoſitus duarum radicum cum aqua fœniculi. Mel ro. colatum cū ſyrupo acetoſo ſimplici. Syrupus de eupatorio cum acetoſo ſimplici. Aqua ciſternæ zucharata decocta.

*Digeſtiua phlegmatis ſalſi.* Rubrica. XIX.

DE DIGESTIVIS ſalſi. Variatur enī phlegma ſalſum ex varia coniunctione choleræ cum phlegmate. aliquando enim commiſcetur cholera cum phlegmate groſſo. aliquando cum ſubtili aquoſo, & tale eſt phlegma ſalſum notum. De quo dicendum, quòd eius digeſtiuum in actiuis debet eſſe temperatum, aut declinare ad frigidum ſi fuerit multum ſalſum. & ſimiliter in paſſiuis temperatū. aut aliqualiter ad latus humiditatis. aut aliquando ad latus ſiccitatis. Verbi gratia. ſyrupus acetoſus ſimplex cum melle roſa. & aqua zuchari. Similiter ſyrupus de endiuia cum aqua eius, aut aqua zuchari. Item ſyrupus de acetoſitate citri. Oxyçachara cum aquis appropriatis frigidis. Item in proceſſu ſyrupus de biçantijs. Multa conſimilia exempla poteſt per ſe diligens perſcrutator ex habitis ponere. Quando autem phlegma eſt groſſum, tunc oportet q; digeſtiuum ſit ſubtiliatiuum, vt verbi gratia. acetoſus ſimplex, oxymel ſimplex & huiuſmodi. ita q; oportet variare in his ſm variam proportionem humorum adiuuāte em vt ſupra. Et hęc bene conſidera.

## *Digeſtio melancholiæ non naturalis in ſpecies.* Rubrica. XX.

Melancholiæ ſectio.

MElancholia non naturalis, vt choleræ ab Auicen. prima primi. de humoribus eſt ſexcuplex. Vna quidem eſt talis per aduſtionem cholerę rub. alia per aduſtionem melancholię ſubtilis. alia groſſæ. alia quia commiſcetur phlegma cum ea. alia quia cum ea commiſcetur cholera rubea. alia quia cum ea commiſcetur ſanguis, & talis appellatur melancholia ſanguinea. Et aliæ ſic ſuo modo à dominatiōe humoris, qui cum ea commiſcetur, & tu conſidera.

## *Digeſtiua melancholiæ per aduſtionem, choleræ genitæ.* Rubrica. XXI.

DE DIGESTIVIS melancholię genitæ per aduſtionem cholerę. Illa enim debent eſſe in actiuis temperata aut ad frigidum tendentia, & minus, aut magis frigida ſecundùm maiorem aut minorem aduſtionem, & in paſſiuis humida cōſimiliter magis aut minus. Exempli gratia. ſyrup. roſ. cum melle roſa. aut ſyrupus nenupharinus, aut de acetoſitate citri, maxime quando ex ipſa melancholia cordi infertur nocumentum. Cum aquis cordialibus frigidis, aut acetoſis, de quibus infra. Item ſyrupus acetoſus de pomis Meſuæ, & breuiter infrigidantia dicta de digeſtiuis ſalſi phlegmatis, & de digeſtiuis choleræ ſupra. Et dentur omnia hęc cum aquis appropriatis, remittentibus, intendentibus nunc caliditatem, nunc frigiditatem, nunc alias qualitates, vt opus erit. de qbus infra. Et nota q; vbi cum hoc quęrimus inducere ſomnū oportet dare ſyrupū de papauere cum aqua violarum, aut nenupharis &c.

## *Digeſtiua melancholiæ per aduſtionem ipſius factæ.* Rubrica. XXII.

DE DIGESTIVIS melācholiæ per aduſtionem melancholiæ ſubtilis & groſſæ. Et quoniam tam aduſtionē ſubtilis q̄ groſſæ ſequitur incineratio, & maior in ſubtili, & terreſtrificatio maior in groſſo, hinc digeſtiua melancholiæ talis per aduſtionē ſubtilis debent eſſe frigidiora & humidiora, & eligantur frigidiora & humidiora ex dictis digeſtiuis tam de phlegmate ſalſo quàm de cholera, quoniam quęcunq; de melancholia tali per aduſtionē choleræ rubeæ, & pro digeſtiuis. reliqua minus frigida & humida. Et exempla patent plures ex dictis. aquę autem additæ faciunt frigiditatem digeſtiuorum intendi & remitti ſecundùm earum frigiditatem maiorem aut minorem, & tu conſidera.

*Digeſtiua melancholiæ cholericæ.* Rubrica. XXIII.

DE DIGESTIVIS melācholiæ cholericæ. Debent enim talia digeſtiua eſſe media in actiuis, aut ad frigidum declinare ne in calore ſuperfluentia intenſionem, aut aduſtionem gignant in cholera. In paſſiuis vero declinare debent ad humidum, vt caloris incendium remittatur, & ſic prohibeatur vlterior actio, & ex cōſequenti mala & non naturalis ſiccitas abijciatur. Verbi gratia. Syrupus viol. ſyrupus de endiuia, ſyrupus de pomis, ſyrupus de acetoſitate citri, & maxime quando talis cordi nocumētum infert. aqua hordei cum zucharo, & ſucco limonum, aranciorum. Syrupus de epithimo, pro quo conſidera quę dicta ſunt de digeſtiuis choleræ aduſtæ, & plurima ibidē poſita ad hoc cap. reducantur. & tu conſidera.

*Digeſtiua melancholiæ phlegmaticæ.* Rub. XXIIII.

DE DIGESTIVIS melancholiæ phlegmaticæ. In his digeſtiuis oportet multa conſiderare. Primo ne ſint multum calida. ne ſubtile reſoluatur & augeatur melācholia & genita ingroſſetur. Secundo per eādem cauſam uitentur exiccantia multum. Tertio non ſint multū prouocantia ſaltem in principio, vt oxymel compoſitum, & ſyrupus de epithimo, ne per ipſa agitetur materia, & ad vias ſtrictas perducta conſequatur oppilatio & etiā eductio ſubtili remaneat groſſum. Debent itaque ad calidum parumper declinare, & in paſſiuis debent eſſe temperata, vel ad humidum, vel ſiccum parumper tendere. Exempli gratia. Oxymel cum aqua fumiterræ, & aqua ſimplici decocta. Syrupus acetoſus ſimplex cum melle roſa. colato, aqua endiuiæ, fumiterræ. Item oxymel compoſitum apparentibus ſignis digeſtionis. Item ſyrupus poſitus à Meſuæ. in cura ſodæ ex aggregatione phlegmatis, & melancholiæ cuius initium meſaraicæ. Item ſyrupus de fumoterræ cum aqua buglossæ, boraginis, endiuiæ & ſimiliter. Item ſyrupus de epithimo. Eſt tamen notanda differentia inter ſyrupum de epithimo & ſyrupum de fumoterræ quantum ad hoc, quia de fumoterræ eſt leuior, & minus ſolutiuus, & conuenientior membris calidioribus. De epithimo vero eſt magis aperitiuus, & materierū phlegmaticarum plus eductiuus. Syrupū epithimi à fumoterrę diſtare.

*Digeſtiua melancholiæ melancholicæ.* Rubrica. XXV.

DE DIGESTIVIS melancholię melancholicę. Vnde digeſtiua huiuſmodi melancholiæ ſint tēperata in actiuis, vel parumper ad calidum declinent. in paſſiuis uero ad humidum ſint tendentia. Et cauſa ex prędictis ſatis facile intelligi poteſt. Verbi gratia. mel ro. colatum cum ſyrupo, aut iulep. vio. aut ſyrupus de endiuia cū aquis conuenientibus, vt eſt buglossæ, boraginis, fumiterræ, epithimi, aut decoctio buglossę, florum boraginis cum paſſulis, & melle dulcorata. Item verbi gratia. digeſtiuum fortius tranſeatur ad ſy. de epithimo cū aqua decocta dulcorata

cum zucharo, aut cum aqua boraginis vel bugloſſe. Et ta lia multa fabricari poſſunt ex datis.

*Digeſtiua melancholiæ ſanguineæ.* Rubrica. XXVI.

DE DIGESTIVIS melancholiæ ſanguineæ, & pro huiuſmodi digeſtiuis recurratur ad digeſtiua choleri ca remittendo ea in frigiditate & humiditate. nam ſicut cholera eſt ſanguinæ calidior, ita frigidioribus indiget, et & cum ipſa ſit ſicca valde, & ſanguis non. hinc humidioribus. Sanguinea autem melancholia & huiuſmodi indiget, ne vlterius in exiccatione procedatur. Iſta tamen materia ſepæ ex facta phlebotomia euacuatur ita vt paucis egeat digeſtiuis. & tu conſidera.

*Canon in adminiſtrandis ſyrupis.* Rubrica. XXVII.

ET PRO COMPLEMENTO eorum quę dicta ſunt de digeſtiuis notādum ꝙ cum digeſtio debeatur cauſæ antecedenti, etiam coniunctæ, vt omnes volunt auctores digeſtiuum materiæ calidæ in die quietis debet eſſe minus frigidum, & in die motus magis frigidum. Econtra vero in materia frigida, quoniam in die quietis debet eſſe calidus & in die motus minus calidum. hoc tamen cō muniter non obſeruatur. nam canonice operando ſic fieri debet ut patet intelligenti. Et hęc de digeſtiuis compoſitis vſualibus dicta ſufficiant.

*Canon pro illis qui non poſſunt accipere ſyrupum.* Rubrica. XXVIII.

POSTREMO aduertendum ꝙ ſi quis talia digeſtiua accipere non poſſet debet curioſus medicus ex aquis de quibus ſupra ſtatim facere digeſtiua ipſa adinuicem miſcendo vt expediens erit propoſito ſuo addendo zucharū & aliud dulce, acetoſa, vt vinum granatorum. Et ſciendū ꝙ radix digeſtiuorum in materia calida ſunt ſemina quatuor frigida maiora, & minora. de quibus ſupra de digeſtiuis choleræ naturalis. & infra de ſeminibus. Radix vero digeſtiuorum in materia frigida, & ſpecialiter phlegmatica ſunt radices quinque petroſellini, apij, fœniculi, ſparagi, & bruſci.

*De aquis uſualibus temperatis.* Rubrica. XXIX.

AQVÆ vſuales de quibus eſt facta mentio ſupra. et primo de tēperatis aqua capilli veneris, aqua altheæ, aqua ſparagorum, aqua lupulorum, aqua chamomillę, aqua graminis, aqua liquiritiæ, aqua bugloſſæ.

*Aquæ uſuales calidæ.* Rubrica. XXX.

SEQVITVR de aquis calidis. Aqua abſinthij, roſ marini, bethonicę, eufragiæ, ruthę, eupatorij, meliſſę, maioranæ, menthæ, ſauinæ, hyſſopi, ſcabioſæ, ſaxifragiæ, aqua vitis, fumiterræ, fœniculi, boraginis, chelidoniæ, enulæ, ſcolopendriæ, lauri, praſſij raphani, ſaluiæ, Apij, berbenę, cuſcutæ, parietariæ, acori, aqua mel, cocta, ſiue cum diſtillatione.

*Aquæ frigidæ uſuales.* Rubrica. XXXI.

SEQVITVR de aquis frigidis aqua roſ. cucurbitæ, endiuiæ, nenupharis, portulacæ, plantaginis, aqua ſolathri, violarum, acetoſæ, anguriæ, hordei, hepaticæ.

## De ſolutiuis vſualibus. Cap. XXXI.

SEquitur de ſolutiuis tam ſimplicibus ꝗ compoſitis vſualibus de quibus proportionabiliter dicetur, vt de digeſtiuis dictum eſt.

*Simplicia choleræ euacuatiua.* Rub. I.

SIMPLICIA vſualia choleræ principaliter euacuatiua ſunt ſcamonea, rheubarbarum, aloe, abſinthium, viola, caſia, manna, capillus veneris, lupulus, myrobalani citrini, fumuſterræ, aqua caſei, ſuccus roſarum tamarindi, pruna, pſillium volubile.

*Simplicia phlegmatis euacuatiua.* Rubrica. II.

SIMPLICIA vſualia phlegmatis p̄cipaliter euacuatiua, Kebuli, emblici, bellirici, ſalgemma, ſpecies ſalis, kerua, hyſſopus ſicca, thimus, cucumer aſininus, hermodactyli, zinziber, aqua caulium, zucharum rubeum, centaurea, ſambucus, anacardus, ſerapinum, collocynthida, turbith, ſtœcados, ireos, ſarcocolla, been, euphorbiū, ſquilla, aſſarum, polium, vrtica, agaricus, carthamus, opoponacū, lacticinia, vt eſula, ſerpentaria, arthenita, ius gallorum decrepitorum.

*Simplicia melancholiæ euacuatiua.* Rubrica. III.

SIMPLICIA vſualia cholerę nigræ principaliter euacuatiua. ſunt, epithimum, polypodium, myrobalani nigri, lapis laçuli, ſenę, cuſcutę, circa inſtans elleborus niger. Et dictum eſt principaliter, quoniam vt ſcriptum eſt rariſſime inuenitur in corpore humano peccatum in vno ſolo humore, & conſimiliter rariſſima, imo quaſi nulla eſt medicina ſolutiua, quæ tantum vnum humorem euacuet, imo quæ euacuant choleram etiam euacuant phlegma, ut ſupra diſcurrendo de ipſis in libris authorum. Et ſuadeat hoc experientia. Vna tamen medicina principaliter magis euacuat vnum humorem ꝗ alium: vt exemplificatum eſt. & eſt ſententia Meſuæ in ſuo de conſolatione medicinarū. capitulo ſecundo. vt patet.

Medicina nulla eſt, aut rariſſima, quæ vnum tantum humoris euacuet.

*Simplicia ſanguinis eductiua uel ipſius clarificatiua.* Rubrica. IIII.

DE SOLVTIVIS ſanguinis. Vnde ſanguis nulla eſt medicina, quæ de prima intentione ſit eductiua. Vnde Meſuæ de conſolatione allegato capitulo inquit. Nulli enim medicinarum proprium eſt de prima intentione quòd ſit ſanguinis eductiua. Cuſtodit enim eum natura vſque in poſtremum: nec deſerit niſi coacta. Et dicitur de prima intentione, quia ſecundario & non proprie, vel de ſecunda intentione, vt ita loquar poteſt medicina ſanguinem educere. Et hoc contingit in tribus caſibus. Primus quando medicina eſt de habentibus excoriare tunicas venarum, vt cucumer aſininus, euphorbium, meçereon, ſcamonea &c. Secundus quando medicina habet de proprietate aperire orificia venarum apertione ſanguinē fluere faciente, vt aloe malus. Tertius quando medicina eſt effrenitans vt ſcamonea & quelibet alia medicina vltima. Hanc ſententiam cōmendauerunt cōmuniter antiqui noſtri. Et dicitur communiter: quia Galenus de ſimplici me. quarto capitulo. recitat ſuo tempore inuentam eſſe à caſu medicinam de prima intentione ſanguinis eductiuam. Et conciliator noſter differentia. 146. idem confirmare videtur cum dicat Paduæ etiam ſuo tempore fuiſſe cognitam. pro quibus facit textus Auicennæ ſecundo canoñ. capitulo de lente. vbi in fine dicit. lentem ſylueſtrem ſoluere ſanguinē. Et ſecundo canone capitulo de volubili. Et eſt quędam ſpecies volubilis mala, quæ ſolutione educit ſanguinem. Quid dicam neſcio, miror quòd Galenus qui ſe de multis gloriauit noluerit ex noticia nobis exhibita de hac herba etiam gloriam conſequi. & conſimiliter Conciliator noſter. poterant. non fecerunt nec debebant dubitare, quoniam ex notitia plurium aliorum ſimplicium poteſt medicus hominem interficere, & ſubito ad tempus vt patet venenorum ſpecies diſcurrenti. Sequar ergo cōmunem ſcholam medicorum in hac parte, cum ſanguis per phlebotomiam facilius educatur quàm per medicinam. natura nanque in ſuperfluis non abundat. Dicitur tamen ꝙ quædam medicinæ ſunt ſanguinem mundificantes, ſeu clarificantes, vt lupulus, tamarindi, capillus vene. aqua lactis, ſuccus roſa. caſia, manna, fumuſterræ, aloe, aqua fructuum Meſ. ſeptimo antidotarij. cuſcuta, lapis laçuli, rheubarbarum. roſa &c. & hoc de per accidens, quia educunt materiam cōmuniter ſanguinem inficientem.

Medicina ſanguinis primū eductiua, olim inuenta.

Sanguinis eductio per phlebotomiam facilior, ꝗ per medicamina.

*Solutiua compoſita cõmuniter uſitata.* **Rubrica. V.**

SED ANTEQVAM ſcribã ſolutiua cõpoſita humoribus appropriata prius recitabo indifferenter ſolutiua compoſita auctorum nomina apponendo, quibus communiter moderni, & antiqui vſi ſunt, & etiam vſque ad hanc ætatem, & ſunt hæc. Hiera pigra Gale. Meſuæ, hiera hermetis Meſuæ, electuarium indum magnum Meſuę, confectio amech Meſuæ, benedicta Nico. electuarium de ſucco roſarum Nico. diaſenæ Nico. diaprunis Nico. blanca Nico. ſtomatichum laxatiuum Nico. catarticum imperiale Nico. hieralogodion Nico. diarob magiſtrale, diaſinicon ſiue confectio de dactylis Meſuæ, electuarium de pſillio Meſuæ, electuarium eleſcof Meſuæ, confectio electuarij diacitonitan ſiue diacitoniten ſolutiuum Meſuæ, diaturbith magiſtrale, catholicon Nico. oxymel iulani Nico. ſecaniabin educens phlegma Meſuæ, ſecaniabin educens melãcholiam Meſuæ. Poſſunt & omnes ſyrupi fieri ſolutiui addendo eis ſolutiua, & tu conſidera. Pilulæ de hiera ſimplici Meſuæ, pilulæ de hiera compoſita Nico. pilulæ aureę Nico. pilulæ cochiæ, pilulæ de ſarcocolla Ni. pilulæ de ſerapino, pilulæ de euphorbio, pilulæ de eupatorio, pilulæ de rheubarbaro, pilulæ de lapide laʒuli, pilulæ de hermodactylis maiores, pilulæ fœtidæ maiores, pilulæ cochiæ Almanſoris in vſu, pilulæ alefanginæ, pilulæ aggregatiuæ maiores, pilulæ indæ, pilulæ lucis maiores, pilulæ de agarico. Omnes hæ ſm Meſuæ. Pilulæ ſine quibus eſſe nolo Nico. pilulæ aſſaieret Auicen. pilulæ de fumoterræ Nicolai.

Syrupi quõ & ipſi ſolutiui.

*Solutiua cholera naturalis.* **Rubrica. VI.**

SOLVTIVA choleræ naturalis vſitalia ſunt electuariũ de ſucco roſarum. Diaprunis & huiuſmodi. Vbi aduertendum ꝙ licet inter omnia compoſita hæc duo videantur ſolum choleram educere, non tamẽ ſic ipſam educunt, quin etiam phlegma purgent, vt patet ex eorum deſcriptionibus. nam ſemper inuenio cõpoſita ſolutiua educere plures humores ſimul. ſed de vno plus & principaliter. de alio vero minus & ſecundario. Et hoc credo auctores feciſſe, quia in corpore ſemper plures peccãt humores, & non vnus ſolus vt patet. Et ideo cum vocantur ſolutiua choleræ, uel alterius humoris debet intelligi ꝙ illa principaliter & magis &c. vt hiera pigra Gale. Electuarium de pſilio, pilulæ alefanginæ, pilulæ de hiera ſimplici, pilulæ aureæ, pilulæ de rheubarbaro.

*Solutiua cholera citrina.* **Rubrica. VII.**

SOLVTIVA choleræ non naturalia ſecundùm ordinem digeſtiuorum. Et primo de ſolutiuis citrinæ. Pro his & ſequentibus dicendum eſt, quòd ſicut efficitur non naturalis per admiſtionem alterius humoris ſecum, ita & ſolutiuum eius debet amplecti vtrumq; humorem. Vnde hoc in caſu reperitur bene ſimplex habens vtramq; virtutem, ſed pro maiori parte dantur compoſita, quæ ſunt harum virtutum. & ideo numerabuntur inter compoſita etiam ſimplicia, quæ omnia intelligi debent de omnibus alijs humoribus. Eductiua itaq; talis humoris ſunt aloe, myrobalani, rheubarbarum, caſia fiſtu. & ſpecialiter cum turbith, pruna, pſilium, volubilis, cucumer aſininus, hierapigra ſimplex. Electuarium de pſilio, pilulę de hiera ſimplici, pilulæ aureæ, pilulæ aggregatiuæ maiores, tamarindi, manna, ſuccus roſa. viol. abſinthium, eupatorium, ſcamonea, ireos centaureæ, diacitoniten ſolutiuum. Electuarium de ſucco roſa. diaprunis cum ſcamonea. Et vt dictũ eſt, quia hic humor eſt compoſitus, poſſumus componere compoſita adinuicem. vt verbi gratia. electuarium de ſucco roſa. ℥. ij. ß. diaſinicõis. ℥. j. et ſic accipiẽdo eductiua phlegmatis, & miſcendo cũ eductiuis choleræ ſm proportionem ipſius ad phlegma vt dictũ eſt. Et hoc ſit canon etiã pro ſequentibus. Et tu hęc ſingula bene conſidera.

*Solutiua cholera uitellina.* **Rubrica. VIII.**

SOLVTIVA vitellinæ vſualia ſunt rheubarbarũ, capillus vene. aſſarum, cucumer aſininus, electuarium eleſcof. Diacitoniteo turbithata, diaprunis, ſcamonea, catarthicum imperiale, pilulæ aureæ, pilulæ de eupatorio, caſia vigorata cum turbith, manna cum turbith, cum diaſinicone, hierapigra ſimplex, hiera compoſita. Electuariũ de ſucco ro. pilulæ de hiera ſimplici, pilulæ de hiera compoſita, pilulæ de rheubarbaro, pilulæ aggregatiuæ maiores. Et nota quòd rarę ſunt medicinæ educentes choleram citrinam, quæ etiam non educant vitellinam, & rariſſimę ſunt, quæ educant choleram, quæ etiam non educant phlegma, maxime eſt verum de compoſitis, quia rariſſimę ab auctoribus & practicantibus inuenta eſt cholera peccare ſine phlegmate. Cholera ſine phlegmate.

*Solutiua cholera aduſta.* **Rubrica. IX.**

SOLVTIVA choleræ aduſtæ ſunt hęc quę ſequũtur. Myrobalani nigri, aqua lactis, fumuſterræ, volubilis, electuarium amech, pilulæ de fumoterræ, ſenæ, pilulæ indæ, agaricus, caſia vigorata cum ſenæ, vel fumoterræ, diaſenæ &c. cum canone memorato prius. Raro peccat.

*Solutiua cholera praſſina.* **Rubrica. X.**

SOLVTIVA choleræ praſſinæ. vnde dictũm eſt ſupra de digeſtiuis eius, hæc cholera, vt exiſtimo rariſſime inuenitur, vt febrem aut longam ægritudinem faciat propter eius malignitatem, ita vt expectetur auxilium artis, ſed mox vomitu, aut ſeceſſu percepto tanto nocumento ab ipſa natura euacuatur, quare pauca dicenda ſunt de euacuatiuis eius. Attamen tantum dicatur quòd euacuantia vitellinam cum iſta fiat ex eius aduſtione, etiam euacuant praſſinã. Sed eſt aduertendum cum iſta dicatur eſſe de genere venenoſorum, quòd eligi debent euacuantia cordialia ex ſui proprietate, aut facta talia per artem. verbi gratia. rheubarbarum eſt cordiale, & ipſius eductiuũ. Manna cum agarico cõfortato cum cordialibus frigidis. Et ſic de alijs ſolutiuis in feb. peſtilentiali ex materia cholerica conuenientibus. de quibus domino concedente dicetur ad plenum. Quid autem dicendum ſit de erugino ſa patet.

*Solutiua compoſita phlegmatis dulcis.* **Rubrica. XI.**

SOLVTIVA phlegmatis non naturalis. Et primo de ſolutiuis dulcis inſipidi, & aquoſi, vt myrobalani kebuli, emblici, belirici, turbith, pilulæ, cochiæ, pilulæ de ſerapino ad paralyſim. Meſ. alſebram, eſula benedicta, ſerpentaria, pilulæ alefanginæ, pilulæ aſſayeret. Et indifferenter omnia leuia ſolutiua ſimplicia & compoſita phlegmatis ſunt dulcis inſipidi & aquoſi eductiua.

*Solutiua phlegmatis uitrei &c.* **Rubrica. XII.**

DE SOLVTIVIS vitrei mucilaginoſi & crudi, ſunt turbith cõfortatum, hyſſopus, agaricus, colocynthida, ius galli decrepiti cum carthamo, centaureą, carthamus, ſquilla, hermodactylus, ireos, ſarcocolla, ſerapinum, et euphorbium, ciclamen, hiera hermetis. Electuarium indum, blanca, benedicta, been, ſal, baurach, opopanacum, uitis alba, diaſinicon, ſecaniabin educens phlegma Meſuę. diarob, diaturbith, hieralogodion, pilulæ cochiæ, pilulæ de ſarcocolla, pilulæ fœtidæ, pilulæ de ſerapino ad paralyſim Meſuæ, pilulæ de hermodactylis,

*Solutiua phlegmatis acetoſi &c.* **Rubrica. XIII.**

DE SOLVTIVIS pontici acetoſi & acris. Hæc ſolutiua eorum debent eſſe remiſſiora ſiue debiliora ſolutiuis vitrei cum difficilius ſit educere vitreum viſcoſum ſiue mucilaginoſum quàm ponticum. Vnde ſolutiua his conuenientia ſunt eductiua dulcis, & remiſſiora eductiua vitrei. Vnde notandũ vt in primo trac. capitulo tertio. medicina debilior ſi addatur potentiori ipſam remittit. et

ideo diaſiniconi addemus caſiam aut manna. Similiter turbith & cæteris debilitando eas, vt videbitur expedire. Itē aleſangine benedictæ, pilulæ de agarico ſunt de his debilioribus quæ competent.

*Solutiua phlegmatis ſalſi.* Rubrica: XIIII.

DE SOLVTIVIS phlegmatis ſalſi inter cōpoſita vſualia eſt electuariū amech, pil. de fumoterræ, pilulæ aggregatiuę. Et pro his notandum ꝙ dictū eſt phlegma ſalſum variari ex varia cōmiſtione choleræ nunc cū phlegmate groſſo nunc cum ſubtili aquoſo. Oportet nanq; aggregare ſolutiua iam dicta. & humoribus conuenientia ſm proportionem humoris ad humorem. Exempli gratia. electuarij de ſucco ro. par. j. diaſiniconis par. ij. pro phlegmate ſalſo groſſo. Exemplum de notho. vt diaturbith part. ij. electua. de ſucco ro. par. j. Item turbith pręparati. ʒ. j. Item caſiæ. ʒ. j. & ſic de alijs. Faciliter eni ex dictis habetur modus componendi: & his compoſitionibus addantur aquæ conuenientes & cum eis interdum ſyrupos, vt ſint delectabiliores. Dixit Raſis in diuiſionibus polypodium euacuare, phlegma ſalſum.

*Solutiua melancholiæ per aduſtionem choleræ rubeæ.* Rubrica. XV.

SOLVTIVA melancholię non naturalis et primo per aduſtionem choleræ rubeę, vt lapis armenus, lapis laçuli, electuariū amech, pil. de fumoterrę, ſerum caprinū, ſenæ, diaſenæ, pil. de lapide laçuli, pil. indę, myrobalani indi. Et componantur educentia choleram cū educentibus melancholiā. vt verbi gratia. caſia cum myrobalanis indis. Item ſenæ cum rheubarbaro facta eius infuſione in aq̄ lactis: & ſic de alijs cum fumoterræ.

*Solutiua melancholiæ aduſtæ.* Rubrica. XVI.

DE SOLVTIVIS melancholiæ factæ per aduſtionem melancholiæ ſubtilis & groſſæ. vnde ſolutiua dicta ſunt, etiam in hoc caſu conuenientia. Item conueniunt etiam decoc. fumiterræ, decoctio epithimi, hieralogodiō & ſimilia. Vt ſyrupus de epithimo, & tu conſidera.

*Solutiua melancholiæ cholericæ.* Rubrica. XVII.

DE SOLVTIVIS melancholiæ cholericę. vnde talia debene eſſe ex parte virtutis compoſita, vt fumuſterræ, epithimus, ſenę & huiuſmodi: de quibus ſupra. Compoſitæ vero vt amech, diaſenæ, pil. de fumoterræ, pil. indę, pilulę aggregatiuę, minores. Item componantur, vt patet, quæ melancholiam educunt cum his quæ choleram.

*Solutiua melancholiæ phlegmaticæ.* Rub. XVIII.

DE SOLVTIVIS phlegmaticæ, vt myrobalani indi, ſtœcados, epithimū pręrogatiuā habet ſuper omnes medicinas ſolutiuas in educendo melācholiam. Meſ. educit etiam phlegma. Auicen. maxime cum melle & ſale, ius galli decrepiti cum polypodio confortatum, agaricus, polypodium, ſecaniabin educens melancholiam. Meſ. diaſenæ, hieralogodion. debet tamen confortari cum medicina ſoluente melācholiam, vt ſit amplior melancholiæ q̄ phlegmatis eductiuum. nam educit phlegma, & melācholiam pil. indę. Item poteſt cōponi ex medicinis phlegmatis cū medicinis melancholiæ, & educentes melancholiā vincāt ſm victoriā melancholię ſuper phlegma, vt miſcendo polypodiū myrobalanos Idos cum turbith. Item agaricum cū modico polypodij, aut cum modico folliculorū ſenæ.

*Solutiua melancholiæ melancholicæ.* Rubrica. XIX.

DE SOLVTIVIS melancholiæ melancholicæ. Et ſunt q̄ educunt melancholiā à forma ſpecifica hmōi, & humoris eductiua, vt ſenæ, polypodiū, myrobalani indi, lapis laçuli, fumuſterræ. Et ex his cōpoſita vt diaſenæ.

*Solutiua melancholiæ ſanguineæ.* Rubrica. XX.

DE SOLVTIVIS melācholię ſanguineæ. & ſunt ſolutiua huiuſmodi. melancholiæ admiſta cum his, quæ ſanguinem clarificant et mundant. vt verbi gratia. miſceatur tamarindi cum myrobalanis indis, aut cum folliculis ſenæ, aut cum aqua lactis lupulo. vel miſceatur caſia cum fumoterræ, aut ſucco ro. polypodio. Educitur frequenter hęc materia ſm ſe totam per phlebotomiam, aut quaſi ita ꝙ paucis indigeat ſolutiuis, & ideo in eis non multiplico, tamen etiam quia ex dictis aperta eſt via in compoſitione ipſorum ſolutiuorum.

## De digeſtiuis appropriatis dyſcraſiæ membri cuiuslibet tam calidę q̄ frigidę, cuius rubricæ ſunt. 18. Cap. XXXII.

SEquitur modo de digeſtiois I vnaquaq; ęgritudine. Et vt tibi hic ſubſcribam digeſtiua prout ſunt in vnaquaq; diſpoſitione membrorum noſtri corporis conuenientia ſubiūgendo ſolutiua in eiſdem caſibus proportionalia. et tu conſidera.

*Digeſtiua in dyſcraſia frigida capitis.* Rubrica. I.

DIGESTIVA vſualia cōpoſita in dyſcraſia materiali capitis frigida ſibi, & membris ſuis conferentia. nā dę dyſcraſia imateriali eſt in ſequentibus intelligendum. Caput eoim confortant, quæ ſunt calida & ſicca, aromatica nulla in eo exiſtente dyſcraſia, ꝙ ſi fuerit talis frigida & humida talia pur conferunt aromatica. quòd ſi calida fuerit dyſcraſia conferunt frigida & humida, aut ſicca aromatica. In primis itaque laudantur ſyrupus de ſtœcados Meſuæ. valet enim epilepſiæ, ſpaſmo, paralyſi, tremori, torturæ & cæteris neruorum ægritudinibus à cauſa frigida prouenientibus, & cerebro ipſo ex dyſcraſia frigida alterato, & hoc ſi non obſtabit fluxus catarrhi, aut aliquod tale, quo caſu debet eius nocumentum corrigi cum ſtypticis, & huiuſmodi, vt infra de catarrho. Secundo valet ſyrupus de abſinthio deſcriptione Meſuę. qui & ſi principaliter ſit ad ſtomachi confortationem inuentus, tamen etiam capiti confert ſua caliditate & ſiccitate, & aromaticitate. Vnde Auicenna proprio capitulo. Et confert apoplexiæ bibitum membris eius: quia auri. Vnde Auicenna, & confert dolori auris. Item Serapio. Item quia ſpica eius compoſitionem ingreditur. de qua Auicenna. Et confortat cerebrum. Item & vinum aromaticum cum quo ſit eletonium etiam eſt aromaticum cerebrum cōfortans. Item & mel, ſicque ex ingredientibus eius compoſitionem aſſerendum ipſum in dyſcraſia cerebri frigida conferre. Tertio valet ſyrupus de corticibus citri deſcriptione Meſuæ. vt patet. nam cortex calidus eſt & ſiccus, & aromaticus & muſcus ipſe. Quidam laudant in hoc caſu ſyrupum de calamentho, ſed ego non inuenio ipſum laudatum autêntice. Ingreditur enim ſquinanthum quo eſt capiti multum nocens. Ex aquis ſunt aqua maioranæ, aqua ſaluiæ, origani, hyſſopi, bethonicæ, ruthæ, chelidoniæ roſmarini, abſinthij, praſſij, acori, menthæ, chamomillæ, berbenæ.

*Digeſtiua in dyſcraſia calida capitis.* Rubrica. II.

DIGESTIVA vſualia compoſita in dyſcraſia capitis calida ſibi, & membris eius conferentia caput, & mēbra eius cōfortant cum ad calidum eſt dyſcraſiatum, quæ ſunt frigida, & ſicca aromatica aut frigida & humida. Iulep roſatum, iulep violatum, ſyrupus ro. ſyrupus vio. ſyrupus nenupharinus deſcriptione Meſuæ & Nico. Item ſyrupus de papauere deſcriptione prima & ſecunda Meſuæ. Item ſyrupus de acetoſitate citri deſcriptione Meſ. Item ſyrupus myrtinus deſcriptiōe Meſuæ. Ex aq̄s ſunt aqua vio. aqua roſatum, nenupharis, ſolathri, alkekengi, cucurbitę, plantaginis, portulacæ.

*Digeſtiua in dyſcraſia calida pulmonis.* **Rubrica. III.**

Humiditas virtutem iuuat expulſiuā.

DIGESTIVA vſualia cōpoſita in dyſcraſia pulmonis calida ſibi & ſuis conferentia. Styptica in caſu iſto ſuſpecta ſunt, & ideo niſi cum eis humida ponantur non conferunt, humiditas enim virtutem iuuat expulſiuam. Valet itaque ſyrupus violatus deſcriptione Meſuæ. Iulep ipſum violatum, ſyrupus de iuiubis, ſyrupus de granatis dulcibus Meſuæ, ſyrupus de papauere deſcriptione Meſ. ſecunda, ſyrupus de nenuphare. Auicen. proprio capitulo. Oxymel ſimplex, paucæ acetoſitatis. Et ex aquis ſunt aq̄ viol. aqua hepaticæ, nenupharis, maluæ, capillorum veneris, acetoſæ, cucurbitæ, plantaginis.

*Digeſtiua in dyſcraſia frigida pulmonis.* **Rub. IIII.**

DIGESTIVA compoſita vſualia in dyſcra. frigigida pulmonis ſibi & ſuis conferentia. Syrupus de hyſſopo deſcriptione Meſ. ſyrupus de praſſio Meſuæ, ſyrupus de liquiritia, qui tamen non multum in gradu eleuatur, ſyrupus de thimo, ſyrupus cōtra pleureſim deſcriptione Nicolai. Oxymel ſquilliticum, & tu conſidera. Et ex aquis, aqua pulegij, aqua fœniculi, calamenthi, origani, hyſſopi, ſimilæ, bethonicæ, ruthæ, bugloſſæ, boraginis, liquiritiæ, ſcabioſæ, praſſij.

*Digeſtiua in dyſcraſia frigida ſtomachi.* **Rubrica. V.**

DIGESTIVA vſualia compoſita in dyſcra. ſtomachi frigida ſibi, & ſuis conuenientia. Syrupus de abſinthio, ſyrupus de mentha, ſyrupus de calamentho, ſyrupus de thimo, de eupatorio, & proprie eis quibus corrumpitur forma ſtomachi, ſyrupus de corticibus citri, mel roſatum colatum. Et ex aquis ſunt, aqua abſinthij, aqua menthæ, pulegij, origani, liquiritiæ, calamenthi, ſaluiæ, fœniculi, eupatorij.

*Digeſtiua in diſcra. calida ſtomachi.* **Rubrica. VI.**

DIGESTIVA compoſita vſualia in dyſcra. ſtomachi calida ſibi & ſuis conferentia. Syrup. roſ. iulep. roſ. ſyrupus de agreſta, ſyrupus de myrto, ſyrupꝰ de ſucco acetoſæ Meſuæ, & eſt optimus, ſyrupus de acetoſitate citri, ſyrupus acetoſus ſimplex modicæ acetoſitatis, oxyçachara, ſyrupus de fumoterræ deſcriptione prima Meſ. eſt ſicut tēperatus, oxymel ſimplex. Et ex aquis ſunt aqua roſarum, aqua endiuiæ, hepaticæ, plantaginis, alkekengi, fumiterræ, cicoreę, portulacæ.

*Digeſtiua in utraq; diſcra. inteſtinorū* **Rubrica. VII.**

Inteſtina in ſtomachi ſubſtantia, & ab eo naſcētia.

DIGESTIVA vſualia compoſita in dyſcraſia inteſtinorum conferentia. Sunt nanq; inteſtina ex ſubſtantia ſtomachi facta & ab eo naſcentia. ideo quæ ſtomacho dicta ſunt conferre etiam ex eis conferunt. verum in dyſcraſia frigida maiori indigent caliditate quā ſtomachus, non enim ſunt ita mēbris calidis vita vt ſtomachus, & in hoc caſu ſyrupus de calamentho eſt laudatus à Meſuæ deſcriptione ſua prima. Et conſimiliter dicatur in dyſcraſia eorū calida quæ raro accidit. Et ex aquis ſunt frigidis hæc, aqua roſarum, aqua plantaginis, portulacæ, & aliæ de ſtomacho calido dictæ. Et ex aquis calidis, aqua ruthæ, aqua calamenthi, aqua graminis, & aliæ ſupra de ſtomacho. ſed iſtę ſunt magis appropriatæ.

*Digeſtiua in dyſcraſia calida cordis.* **Rubrica. VIII.**

DIGESTIVA vſualia cōpoſita in dyſcraſia cordis calida conferentia. Syrupus de acetoſitate citri. Syrupus violarum. Syrupus roſarum. Syrupus de ſucco acetoſæ & eſt notabilis. Syrupus de endiuia. Syrupus de agreſto. Syrupus nenupharinus. Syrupus de endiuia ſylueſtri, quia de cicorea. Syrupus de biçantijs alteratus, vt decet plus, & minus ſecundū caliditatis inteſionem maiorem aut minorem. Syrupus acetoſus ſimplex. Syrupus de pomis. Syrupus de myrto. Syrupus de lymonibus etiam à multis modernis vtitur. ſed audi Simonem Ianuēſem inquit. Nuſq̄ memini me de ipſo legiſſe apud auctorem autēnticum niſi apud Auicennam. de cura fe. acute in generali. vbi iubet dari aquam acetoſitatis lymi non ſaliti: & tu conſidera. Et ex aquis, aqua violarum, aqua roſarum, endiuiæ, cicoreæ, acetoſæ, capilli veneris, nenupharis, alkekengi, ſolathri, cucurbitæ, portulacæ.

Syrupꝰ de lymonibus an alicuius ſit vſus.

In dyſcraſia autem frigida ſyrupus de corticibus citri, Meſuæ. Syrupus de pomis Meſ. Syrupus de granatis dulcibus Meſuæ. Syrupus de bugloſſa magiſtralis. Et ex aq̄s aqua bugloſſæ, aqua boraginis, aqua meliſſæ, aqua maioranæ, aqua roriſmarini, & aqua diſtillationis croci, & aqua enulæ eſt potens valde Auicen.

*Digeſtiua in dyſcraſia calida hepatis.* **Rubrica. IX.**

DIGESTIVA vſualia compoſita in dyſcraſia hepatis calida ſibi, & ſuis conferentia. Syrupus de endiuia, ſyrupus roſarum, ſyrupus de fumoterræ maior Meſuæ, ſyrupus de biçantijs ad frigidum alteratus, oxyçachara, ſyrupus nenupharinus. Et ex aquis ſunt aqua endiuiæ, aqua hepaticæ, lupuli, portulacæ, alkekengi, cicoreę, acetoſæ, fumiterræ, plantaginis.

*Digeſtiua in dyſcraſia frigida hepatis.* **Rubrica. X.**

DIGESTIVA vſualia compoſita in dyſcraſia hepatis frigida ſibi, & ſuis cōferentia. Syrupus de abſinthio, ſyrupus de biçantijs vigoratiuà caliditate, ſyrupus de eupatorio, ſyrupus de praſſio, de thimo, ſyrupus de calamentho. Et ex aquis ſunt aquæ ſparagorum, aquæ petroſellini, aq̄ apij, origani, hyſſopi, eupatorij, raphani, bethonicæ, roriſmarini, ſcolopēdriæ, cuſcutæ, chamomillę, abſinthij.

*Digeſtiua in dyſcraſia utraq; ſplenis.* **Rubrica. XI.**

DIGESTIVA vſualia cōpoſita in dyſcraſia ſplenis calida, & frigida ſibi conferentia. Syrupi hepati conferentes dicti eligantur fortiores. nam quæ hepati conferunt & ſpleni valeor, quoniā medicinæ hepatis fortes ſunt ſpleni conferentes. nam ſplen fortioribus, vt infra vigeſimo capitulo. ſexto tractatu. vt ſunt ſyrupus de praſſio, ſyrupus de eupatorio, ſyrupus de thimo, ſyrupus de calamētho: & hoc in cauſa frigida. Et ſic ſuo modo dicatur de frigidis. Et ex aquis appropriatis magis ſunt, aqua nenupharis, fumiterræ, in cauſa calida, aqua ſcolopendrię, in frigida uero eupatorij, roriſmarini, calamenthi, hyſſopi, ruthæ, pulegij, praſſij, acori.

*Digeſtiua in dyſcraſia utraq; renum.* **Rubrica. XII.**

DIGESTIVA vſualia compoſita in dyſcraſia renum calida & frigida ſibi etiam ſuis conferentia. Vnde renes indigent medicina ſtyptica & non multum & nō mordicatiua, & ideo in caſū conueniunt. Syrupus de myrto, ſyrupus roſarum, nenupharinus, & illi qui in dyſcraſia calida hepatis dicti ſunt. Conſimiliter de his, quæ in dyſcraſia frigida dicendum. Et ex aquis ſunt frigidæ aqua violarum, aqua roſarum, lupulorum, ſolathri, cucurbitæ, plātaginis, fumiterræ, capilli veneris, nenupharis, alkekengi, maluæ portulacæ. In cauſa frigida aquæ ſunt aquæ lupuli, petroſellini, maioranæ, fœniculi, ſparagorum granium, cuſcutæ, abſinthij, apij, bethonicæ, ſcolopendriæ, roriſmarini, chamomillæ, praſſij, raphāi, parietariæ, enulæ, vrticę.

styptica videt eē suspe
ta qa nō est tutu
retinere materias i
ipsis renibus, quod
cidere posset a styptic
et io tutiora videntur
eē participātia aliq
ui lenitive.

*Digeſtiua in dyſcraſia utraq; ueſicæ.* **Rubrica. XIII.**

DIGESTIVA vſualia compoſita in dyſcraſia ueſicæ calida & frigida ſibi & ſuis conferentia, quia ſemper timendum eſt de nocumento viarum vrinæ, hinc, vt poſſumus abſtinendū ab acutis mordicatiuis, aperitiuis multum niſi ad hoc cogat neceſſitas. Digeſtiua, autem renibus conferentia ſunt, & veſicæ valentia. verum veſica in ſuis diſpoſitionibus indiget fortioribus, tu itaque modera vt opus eſt.

*Digeſtiua in dyſcraſia frigida matricis.* **Rub. XIIII.**

DIGESTIVA vſualia cōpoſita in dyſcraſia ma-

tricis frigida conferentia. Syrupus de calamētho, ſyrupus de eupatorio, ſyrupus de thimo, ſyrupus de corticibus citri, ſyrupus de abſinthio, de praſſio. Et ex aquis ſunt, aqua calamēthi, aqua mēthæ, chamomillæ, enulę, praſſij, ſaluię, petroſellini, apij, abſinthij, matricarię, vrticæ, parietarię.

*Digeſtiua in dyſcraſia calida matricis.* Rub. XV.

DIGESTIVA vſualia compoſita in dyſcraſia calida matricis conferentia. Syrupus, roſarum, myrtinus, iulep roſatū. Ex aquis ſunt aqua roſata, capilli ve. portulacæ, fumiterræ, nenupharis, ſolatri, alkekengi, plātaginis.

*Digeſtiua in dyſcraſia frigida iuncturarū.* Rub. XVI.

DIGESTIVA compoſita vſualia in dyſcraſia frigida, dolori iuncturarum conferentia. Et talia debent eſſe ſubtiliatiua, inciſiua propter materiæ viſcoſitatem. Item & apertiua, vt per ipſa humor facilius educatur vt infra. vigeſimoſecūdo capitulo. rubrica de cura doloris iuncturarum. Et huiuſmodi ſimiliter ſyrupus de calamentho, de eupatorio, de ſtœcados, & oxymellis, & ſpecialiter cōpoſitum ſimpliciter paucæ acetoſitatis. Item mel ro. cum ſyrupo acetoſitatis. Ex aquis ſunt, aqua calamenthi, maioranæ, bethonicæ, enulæ, ſaluiæ, origani, chamomillæ, acuri. Et hic aduerte ꝙ cum talia apertiua dantur, quæ ſunt fortia pręcipue dubitatur, ne faciant pręcipitare materiam ad loca iūcturarum, quapropter cum talibus cum vis vti illis cōmiſce ſtyptica vt mel roſarū, & ſyru. de ſtœcados, & pro his recurre ad rubricam allegatam.

*Digeſtiua in dyſcra. calida iūcturarū.* Rub. XVII.

DIGESTIVA vſualia compoſita in dyſcraſia calida dolorum iuncturarum eis conferentia. Talia oportet vt ſint ingroſſantia humorem ſiue inſpiſſantia & prohibentia fluxum eius ad locum, qualia ſunt ſtyptica frigida, ut ſyrupus roſarum, iulep roſarum, ſyrupus myrtinus, acetoſus ſimplex cū pauco mellis roſati colati, oxyſacchara paucæ acetoſitatis, in quo plus de vino ponitur granatorum. Et ex aquis ſunt, aqua roſarum, aqua plantaginis, aqua endiuiæ, aqua cicoreę, fumiterræ, portulacæ.

*Digeſtiua in cuti infectione.* Rubrica. XVIII.

DIGESTIVA vſualia in cutis infectione, vt eſt ſcabies, morphea, lepra & huiuſmodi conferentia. Vnde duo ſunt cōmuniter talia. Vnde primum quod eſt facilius eſt ſyrupus de fumoterræ maior & minor Meſue. Secundum & eſt fortius de epithimo deſcriptione Meſue. et valet in infectionibus fortioribus, & in morbis frigidis melancholicis cum quibus ponā directiua ad mēbra in quibus peccat humor. Et ex aquis ſunt, aqua fumiterræ, endiuię, aqua lactis vt infra, portulacæ, cucurbitę. Et ſicut de digeſtiuis actum eſt vt ſemper tibi vt potuero magis cōplaceā eo inſcribā ordine de ſolutiuis ipſis correſpondentibus ac de confortantibus membra humani corporis.

## De euacuatiuis appropriatis cuicunq; membro dyſcraſiato, cuius rubricę ſunt. 21. Cap. XXXIII.

*Solutiua in dyſcraſia calida capitis.* Rubrica. I.

SOlutiua cōpoſita ſimplicia vſualia in dyſcraſia calida materiali capitis ſibi & ſuis conferētia. Et de materiali ſemper ſermo noſter intelligatur. Aloe principaliter choleram educit. Myrobalani citrini. Cōpoſita hierę ſimplex. Diaprunis Nico. Electuariū pſilij. Electuariū de ſucco ro. Nico. & etiā Meſ. pilulæ aureę: & ſunt medicina ꝓpria, quia iſtę ſunt ꝓprie educentes cholerā principaliter à capite.

*Solutiua in dyſcra. frigida capitis.* Rubrica. II.

SOLVTIVA cōpoſita et ſimplicia, in frigida dyſcraſia myrobalani, kebuli, emblici, agaricus, collocynthida, ſarcocolla, ſerapinum, elleborus niger, pilulæ de ſerapino, pilulæ de agarico, pilulæ a ſayeret, pilulæ lucis & oculis proprie. Electuarium hamec, quia in melancholica, hiera hermetis, diaſenę in melācholica, hieralogodiō in phlegmatica & melancholica. Pilulæ aleſanginę. Pilulæ aggregatiuæ minores. Pilulæ de ſarcocolla, fœtidæ, cochiæ. Pilulæ ſine quibus eſſe nolo, & oculis maxime.

*Solutiua in dyſcra. calida pulmonis.* Rubrica. III.

SOLVTIVA in dyſcraſia calida pulmonis. Caſia. māna, pſiliū, electuariū de pſilio, diacatholicō, diaprunis.

*Solutiua in dyſcraſia frigida pulmonis.* Rubrica. IIII.

SOLVTIVA in dyſcraſia frigida pulmonis. Treos & eſt propriū, ſenæ, ſarcocolla, turbith, agaricus, & eſt ꝓprium, catholicon, pilulæ de ſarcocolla, de agarico, de ſerapino, caſia et manna vigorata cum educentibus phlegma.

*Solutiua in dyſcraſia calida ſtomachi.* Rubrica. V.

SOLVTIVA in dyſcraſia ſtomachi calida. Aloe & melius eſt lotum, myrobalani citrini, rheubarbarum, caſia, thamarindi, hiera ſimplex, electuarium de pſilio, diacitoniten Meſ. electuarium de ſucco roſ. Nico. & Meſ. manna, pilulæ de rheubarbaro, pilulæ aureę. Aggregatiuæ minores, diaprunis, catholicon, pilulæ de hiera ſimplici. de fumoterræ.

*Solutiua in dyſcraſia frigida ſtomachi.* Rubrica. VI.

SOLVTIVA in dyſcraſia frigida ſtomachi. Aloe ſed principaliter calidum, & ideo vigoretur, myrobalani, kebuli, rheubarbarum, thamarindi, manna, caſia, turbith, agaricus, ſarcocolla, lapis laʒuli. in melancholica, pilulæ aleſanginæ. Aggregatiuæ maiores. Indę in melancholica, de ſarcocolla alaieret, pilulæ lucis, pilulæ de lapide laʒuli, hiera ſimplex vigorata cum educentibus phlegma, hiera hermetis. Electuarium indum, diaſinicon, diaſenę, & precipue in melancholica, catarticum imperiale, hieralogodiō, catholicon, pilu. de agarico, fœtidæ maiores, cochię, de ſerapino, pilulæ ſine quibus eſſe nolo.

*Solutiua in dyſcra. utraq; inteſtinorū.* Rubrica. VII.

SOLVTIVA in dyſcraſia calida & frigida inteſtinorum ſimplicia. nam ſicut dictum eſt ſupra de digeſtiuis ſtomacho appropriatis, ita pariformiter dicatur de ſolutiuis. nam quæ ſtomacho conferunt etiam inteſtinis valent. & ideo ad ſolutiua nunc anteſcripta te transferas.

*Solutiua in diſcra. calida cordis.* Rubrica. VIII.

SOLVTIVA in dyſcraſia calida cordis. Myrobalani citrini. Electuarium de ſucco roſarum Meſ. rheubarbarum, ſcamonea etiam à corde euacuat. ſed eſt ei multū nociua, propter quod multi euitant eā in feb. peſtilentiali, vercitur eam bene correctam, vt patet in tractatu primo quarto capitulo. Non inuenio plura compoſita educentia choleram à corde, quare ex his ſimplicibus compone.

*Solutiua in dyſcraſia frigida cordis.* Rubrica. IX.

SOLVTIVA in dyſcraſia cordis frigida. Senæ in melancholica. Emplici, lapis laʒuli in melancholica. Diaſenæ in melancholica, Rheubarbarū. ſed principaliter cholerā, & ideo vigoretur cum phlegma educētibus. Nō inuenio plura compoſita vſualia, & ideo ex his compone.

*Solutiua in dyſcra. calida hepatis.* Rubrica. X.

SOLVTIVA in dyſcraſia hepatis calida. De aloe dicit Meſue, & quia operatio eius non multum extenditur in corpore. Vix enim eſt pertranſiens hepar niſi in quantitate exhiberetur. Auicen. cum tamen virtus eius quod purum eſt non penetret ad illa quæ ſunt cordi longinqua, imò non penetret hepar. Rheubarbarum, myrobalani citrini, thamarindi, hiera ſimplex. Electuarium de pſilio. Electuarium diacitoniten, aqua lactis maxime quādo eſt cholera aduſta, pilulæ de hiera, de rheubarbaro, de eupatorio, catholicon. Electuarium de ſucco roſarum Meſuæ & Nicolai

colai, diaprunis, pilulę de fumo terræ, maxime quãdo cholera eſt aduſta.

*Solutiua in dyſcra. frigida hepatis.* **Rubrica. XI.**

SOLVTIVA in dyſcraſia hepatis frigida. Agaricus, hiera hermetis, ireos, cucumer aſininus, ſenæ in melancholica, catharticum imperiale, catholicon, pilulæ de aga. diaſinicon. Electuarium indum, diacitoniten Meſ. pilulæ aggregatiuæ minores, pilulæ indæ in melancholica.

*Solutiua in dyſcra. calida ſplenis.* **Rubrica. XII.**

SOLVTIVA in dyſcraſia ſplenis calida. Rheubarbarum, aqua lactis maxime qñ cholera eſt aduſta. Electuarium de pſillio non inueni aliud compoſitum.

*Solutiua in dyſcraſia frigida ſplenis.* **Rubrica. XIII.**

SOLVTIVA in dyſcraſia ſplenis frigida. Polypodium in melancholica, ireos, lapis armenus in melancholica, lapis laçuli in melancholica, ſerapinum, ſenæ in melancholica, diaſenæ, pil. indæ in melãcholica, pil. de ſerapino.

*Solutiua in dyſcraſia calida renũ.* **Rubrica. XIIII.**

SOLVTIVA in dyſcraſia renũ calida. Rheubarbarum, caſia, manna, hiera ſimplex. Electuariũ de pſillio. Electuarium de ſucco roſarũ Meſ. & Nicolai. aqua lactis qñ materia eſt aduſta, pilulæ de hiera ſimplici, de rheubarbaro, pilulæ de fumo terræ, diaprunis, catholicon.

*Solutiua in dyſcraſia frigida renũ.* **Rubrica. XV.**

SOLVTIVA in dyſcraſia renũ frigida. Caſia maxime qñ vigoratur ad materiam frigidam, qm̃ principaliter choleram educit, manna ſimiliter, agaricus, elleborus niger, diaſinicon, diacitoniten, catharticum imperiale, pilulæ de agarico, hiera ſimplex, hiera hermetis. Electuariũ indum, pilulæ de hiera ſimplici, benedicta, pilulæ ex ſpeciebus factæ, hieralogodion in phlegmatica.

*Solutiua in dyſcra. utraq; ueſicæ.* **Rubrica. XVI.**

SOLVTIVA in dyſcraſia calida aut frigida veſicæ. De ipſis enim dicetur reſpectu ſolutiuorum, vt dictũ eſt de digeſtiuis ſibi appropriatis reſpectu aliorum digeſtiuorum. nãq; quæ renibus conferũt & veſicæ valent, ſed eligantur in caſu fortiora.

*Solutiua in dyſcra. calida matricis.* **Rubrica. XVII.**

SOLVTIVA in dyſcraſia calida matricis. Rheubarbarum non inueni aliud ſimplex, diaprunis, pilulæ de rheubar. hiera ſimplex. Electuarium de ſucco ro. catholicon vigoratum, ad choleram.

*Solutiua in dyſcra. frigida matricis.* **Rubrica. XVIII.**

SOLVTIVA in dyſcraſia frigida matricis. Agaricus & eſt propria ſerapinũ, elleborus niger, pilulæ de hiera ſimplici, de hiera cũ agarico, hiera de agarico, hiera hermetis. Electuarium indum, diaſinicon, catharticum imperiale, pilulæ de ſerapion, benedicta Nico.

*Solutiua in dyſcra. calida iuncturarũ.* **Rubrica. XIX.**

SOLVTIVA in dyſcraſia iuncturarũ calida. Non inueni ſimplex vſuale educens choleram à iuncturis, & ideo ad compoſita venio. Electuarium de ſucco roſarum Nicolai, Meſuæ. Alia non inuenio, ideoq; te componere oportet eligendo euacuantia choleram addẽdo ea, quæ ad iuncturas ducunt.

*Solutiua in dyſcra. frigida iuncturarũ.* **Rubrica. XX.**

SOLVTIVA in dyſcraſia iuncturarum frigida. Turbith, agaricus, polypodium, maxime in melancholica hermodactylus, & eſt propria, cucumer aſininus, ſarcocolla, pil. de hermodactylis, pil. de hiera cum aga. De aga. hiera hermetis. Electuarium indum, catharticum imperiale, pilulæ aggregatiuæ maiores, de ſerapion. Et ſis attẽtus ut infra vigeſimoſecundo capitulo. q; ſolutiua talia in cauſa frigida debent ſecum habere, quæ educunt choleram, quoniam materia groſſa non poſſet penetrare niſi eſſet per materiam ſubtiliatam, & hoc ſm plurimũ & raro in paucioribus: & ideo cum hermodactylis Auic. cõmiſcet ſcamoneam. Item quia ſtypticitate participant vt ſupra.

*Solutiua in infectionibus cutis.* **Rubrica. XXI.**

SOLVTIVA in infectionibus cutis valentia &c. Aqua lactis, fumi terræ, & cermiſonus noſter uſus eſt ſucco eius in ſcabiæ cum aqua lactis, lac, lapis armenus, lapis laçuli, pilulæ indę, pilulæ de lapide armeno, dia ſenæ. Electuarium amec, pilulæ de lapide laçuli. Et licet ſolutiua, vt ſupra ſic magis reſpiciant humores q̃ membra, tamen etiam habent in eorum proprietatibus, vt membra reſpiciant vt ſupra dictum eſt, & dato q; ita ſit, tamen credo eſſe cõſulendum, ut cum ſolutiuis ipſa ſemper ponantur quę dirigant ad membra à quibus euacuatio quęritur, quę etiã ſua virtute confortent, & hęc bene conſidera.

Solutiua magis humores q̃ membra reſpicere.

## De confortatiuis appropriatis vnicuiq; membro dyſcraſiato, cuius rubricæ ſunt. 20. Ca. XXXIIII.

*Confortatiua in dyſcraſia calida capitis.* **Rubrica. I.**

SEquitur de confortatiuis, confortatiua in dyſcraſia capitis calida compoſita vſualia, & de his eſt ſermo noſter. Requies Nico. Diacodiõ Meſ. iulep uiolatũ, kebuli cõditi, iuleb roſatũ.

*Confortatiua in dyſcraſia frigida capitis.* **Rubrica. II.**

IN DISCRASIA eius frigida & ptibus ſuis Diãbra Meſ. confectio de diamuſco dulcis Meſ. confectio anacardina Meſ. theriaca magna Nico. acori conditi, diamargariton Nico. electuariũ de gẽmis Meſ. electuariũ regum Meſ. letificans Raſis metridatum.

*Confortatiua in dyſcraſia calida pulmonis.* **Rub III.**

CONFORTANTIA in dyſcraſia calida pulmonis & pectoris. Diarodõ abbatis Nico. diadragãtũ Nico. zucharũ violatum, lac de papauere, diacodion Meſ.

*Cõfortatiua in dyſcraſia frigida pulmonis.* **Rub. IIII.**

IN DISCRASIA eius frigida. Diamuſcum dulce Meſuæ, electuarium regum Meſuæ, philonium Meſuæ, metridatum, diamargariton Nicolai, diapenidion Nico. theriaca magna.

*Confortatiua in dyſcraſia calida ſtomachi.* **Rubrica. V.**

CONFORTATIVA in dyſcraſia ſtomachi calida. Emplaſtrum de ſorbis Meſuæ, triaſandali Nico. michileta Nico. kebuli conditi Meſuę, diarodon abbatis, Ni. diacitoniten zuchari Meſuæ, miua citoniorum Nico. iulep roſatum, perſica condita Meſuæ, poma condita Meſ. rob de ribes, rob de berberis, iulep roſa. rob de agreſta, rob de moris Meſuæ.

*Confortatiua in dyſcraſia frigida ſtomachi.* **Rub. VI.**

IN DISCRASIA eius frigida diaciminũ, diacinnamomum, & propria Meſ. diagalanga: & eſt ex proprijs Nico. confectio anacardina Meſ. philonium Meſuæ, diacitoniten Ni. letificans Alman. trifera ſenonis Meſuæ, metridatum citra condita Meſuæ. ℥ʒ. cõditum, aromaticum ro. Meſuę, diamargariton Nico. aromaticum garyophyllatum Meſ. electuarium de gẽmis Meſ. electuarium regũ Meſ. diatrionpipereon Nico. diacurcuma, dialacca Meſ. trifera magna Meſ. trifera Gal.

*Cõfortatiua in dyſcraſia calida inteſtinorũ.* **Rub. VII.**

CONFORTATIVA in dyſcraſia. Inteſtinorũ calida, electuarium de ſorbis Meſ. michiletę diacitoniten Ni. rob de agreſta, rob de ribes, miua citoniorum Meſ. iulep viol. rob de berberis, de moris. Et alia talia in dyſcraſia calida ſtomachi dicta.

*Cōfortatiua in dyſcraſia frigida ĩteſtinorũ.* Rub. VIII.

INDISCRASIA eorũ frigida. Diaciminũ Meſ. diacinnamomũ Meſ. diagalanga, aromaticum ro. Meſuę, diacitoniten Nic. trifera magna fenonis, theriaca diacurcuma Meſ. dialacca Meſ. Electuarium de baccis lauri, Nic. philonium Meſ. Nico. metridatũ. ℥ℨ. conditum, acori conditi, & cętera in dyſcraſia ſtomachi frigida.

*Confortatiua in dyſcraſia calida cordis.* Rubrica. IX.

CONFORTATIVA in dyſcraſia cordis calida. Iulep violꝰ. iulep ro. zucharum roſ. zucharum uiolꝰ. diacodon abbatis Aui. manuſchriſti perlarum ſandaliçatum, triaſandali. iŋ. rob de agreſto, rob de ribes, rob de berberis. Electuarium de gēmis abſq; ſpeciebus.

*Confortatiua in dyſcraſia frigida cordis.* Rubrica. X.

INDISCRASIA cordis frigida. Diambra, diamuſcum dulce Meſuæ, diamargaritõ, electuarium regum theriaca magna, metridatum, zucharum boraginatũ, aromaticum ro. Meſ. garyophyllatum Meſ. letificãs Almã. Citra condita. electuarium de gēmis Meſ. zucharum bugloſſatum quod eſt temperatum.

*Confortatiua in dyſcraſia utraq; hepatis.* Rub. XI.

CONFORTATIVA in dyſcraſia hepatis calida. Diarodon abbatis, Nico. triaſandali rob, granatorum muçorum & acetoſorum. In dyſcraſia eius frigida, aromaticum roſatum Meſuæ, dialacca Meſuæ. Cõfectio anacardina. metridatum, diacurcuma, confectio anacardina, theriaca magna.

*Confortatiua in dyſcraſia utraq; ſplenis.* Rub. XII.

CONFORTATIVA in dyſcraſia ſplenis calida. Non inuenio aliquod poſitum principaliter ad eius remotionem. ſed tu eis vtere quæ in dyſcraſia hepatis calida dicta ſunt ponendo directiua ad ſplenem. Cõſimiliter operare in dyſcraſia eius frigida diacurcuma Meſuæ.

*Confortatiua in dyſcraſia utraq; renum.* Rub. XIII.

CONFORTATIVA in dyſcraſia renum calida non inuenio compoſita appropriate, ſed vtere frigidis cõuenientibus hepati cũ directiuis ad renes. In dyſcraſia renum frigida, diagalanga, electuarium de gēmis Meſ. diatrionpipereon, electuarium de baccis lauri, trifera magna, theriaca, aromaticũ roſatum, aromaticũ garyophyllatũ, dialacca Meſ. philonium Meſ. metridatum.

*Cõfortatiua in dyſcra. utraq; ueſicæ.* Rubrica. XIIII.

CONFORTATIVA in dyſcraſia veſicæ. De ipſis proportionabiliter dic vt dictum eſt de digeſtiuis ſupra. nanq; renibus conferunt. conferunt & veſicæ, ſed fortiora eſſe debent veſicæ conferentia.

*Cõfortatiua in diſcra. calida matricis.* Rubrica. XV.

CONFORTATIVA in dyſcraſia calida matricis non inueni appropriatum, ſed quæ ſtomacho conferũt & matrici, tu tamen cum eis pone directiuum ad matricē & habebis compoſitum ad tuum propoſitum.

*Cõfortatiua in dyſcra. frigida matricis.* Rubrica. XVI.

INDISCRASIA frigida matricis. Multa hic reperiuntur propterea ꝙ frequenter talem incurrit matrix, vt ſunt hęc. Diambra Meſuæ, aromaticum garyophyllatum, diamargariton, Nico. trifera, fenonis, electuarium de baccis lauri maxime ſuprapoſitum, theriaca magna, citra condita, acori conditi.

*Confortatiua in dyſcra. calida iunctura.* Rub. XVII.

CONFORTATIVA in dyſcra. iuncturarũ calida non inueni, ſed remitentia caliditatem ſtomaticha, hepatica, & capitalia conferunt, & ponatur directiuum.

*Cõfortatiua in dyſcra. frigida iũcturarũ.* Rub. XVIII.

INDISCRASIA iuncturarum frigida. Conſimiliter calida ſtomaticha, hepatica, & renalia, & capitalia cõferunt quibus adiunge directiua & tu compone.

*Confortatiua in cutis infectione.* Rubrica. XIX.

CONFORTATIVA in cutis infectione. Valēt omnia illa, quæ remittunt humorum acuitatem, & extinguunt caliditatem malam in hepate pręcipue aut in membris exiſtentem, vt frigida dyſcraſia hepatis conferentia.

*Rectificantia malitiam ſolutiuorum.* Rubrica. XX.

RECTIFICATIVA acuitatem & malitiam laxatiuorum. Agaricus Auic. aromaticus Sera. caſia lignea Auic. citrum Gale. liquiritia Halya. Myrobalani Meſ. ſal Meſ. aloes Meſ. bdellium Auic. dragaganthum Sera. gũmi arabicum Sera. manna Sera. oleum ſcorpionis, ſerapinum Serapio. Et hic aduerte ꝙ ſolum de compoſitis magiſtralibus mentio facta eſt vt ordo cõſequens fiat ad pręcedentia digeſtiua ſolutiua &c. in proprijs autem capitulis mentio fit de ſimplicibus & compoſitis, ſed non nominantur auctores compoſitorum, vt hic.

# TRACTATVS QVINTVS DE ſimplicibus et compoſitis communiter vſitatis, cuius capi. ſunt quatuor.

TRactatus quintus de ſimplicibus & cõpoſitis, de quibus in ſuis antidotarijs medici in medicando cõmuniter vtuntur, & initium faciam à ſimplicibus. Quorũ aliqua à plantis ſumũtur, alia ab animalibus, nõnulla ex venis terræ quæ mineralia dicuntur. Quæ vero ex plantis ſumuntur ſic diſtinguũtur, quoniam alia ſunt ſemina, alia fructus, alia frondes, alia flores, alia herbæ, alia ligna, alia cortices, alia ſuccus per expreſſionem factus, alia ſunt radices, alia gummi, alia oſſa. Plantarũ medicamina per bellè partita.

## DE MEDICINIS SIMplicibus ex plantis ſumptis, cuius rubricę ſunt decē, Cap. I.

*De ſeminibus.* Rubrica. I.

SEMINA quibus cõmuniter vtuntur medici in antidotarijs ſunt Semen hyoſcyami, cardamomi, milci ſolis, ſyſeris mõtant, lini, ſinapis, berberis, anethi, papaueris albi & nigri, peoniæ, althęę, pſillij, vrticæ, rapæ, naſturcij, corian. catapuciæ, cimini, ſaxifragiæ, fœnugręci. Semina quatuor minora. Portulacæ, ſcariolæ, endiuiæ & lactucæ, ameos, dauci, carui, amomi, leuiſtici, ruthæ, ſemina quatuor maiora, melonis ſcilicet, cucumeris, cucurbitæ, & citrulli, lupini. Semina quatuor calida. Apij, fœniculi, petroſellini, ſparagorum.

Rubrica. II.

DE FRVCTIBVS Carpobalſamus, baccæ lauri, caſia fiſtula, tamarindi, colocynthida, pineæ, auellanæ, ficus, carica, ficus ſicca, garyophylli, melanopiper, macropiper, & piper album, amygdalæ, dactyli, paſſulæ, cubebæ, oliua, melones dicti paleſtin, nux muſcata, nux indica anacardi, myrobalani omnes. Sumach, myrtus, fructus iuniperi, Pruna.

Rubrica. III.

DE FLORIBVS Roſę, violę, flos boraginis, agnicaſti, anthos, bugloſſę, ſãbuci, balauſtię, epithimi, nenuph.

Rubrica. IIII.

DE FOLIIS & herbis. Aſſarum, ſaxifragia, ſquinãthum,

thum, folliculi ſenæ, corigiola, ſauina, maiorana, cimellis, Abſinthium, trifolium, pulegium, fumus, folia citri, curubi, cardo, cuſcutæ, viola, menthia, ſpica, camedreos, camephiteos, laureola, laurus, barcana, mercurialis, blitis, abrothanum, & cætera quæ ſunt in cõmuni vſu.

*Rubrica.* V.

DE LIGNIS Lignum aloes, lignum tamariſci, xyloaloes, Sandali rubei, citrini, & albi.

*Rubrica.* VI.

DE CORTICIBVS Cinnamomũ, cortices mãdragoræ, cortices raphani, cortex radicum capparis, cãnella, cortices citri, cortex ſambuci, caſia lignea, cortex granatorum, cortex thuris.

*Rubrica.* VII.

DE RADICIBVS Rubea tinctorũ, çedoaria. ʒʒ. coſtus. Meu. Cyperus, pyrethrũ, filipendula, polypodiũ, capſia, enulæ, vitis albæ, rheubarbarum, rheuponticũ, galanga, pentadactylus, peonia, iringi, açorus, hermodactyli, turbith, liquiritia, ireos, diptamus, ebuli, ellebori, agaricus, baucia, ariſtolochia longa, ro. gentiana, eſula, fu. ciclamen, ſatirion, radices quinq;, ſparagi, bruſci, apij, fœniculi, petroſellini, been al. ru. maluauiſcus ſiue althęa.

*Rubrica.* VIII.

DE SVCCIS. Quidam ſunt duri, vt hypociſtidos & acacia, aloe, ſcamonea, & ſuccus liquiritiæ, ſanguis draconis. Quidam liquidi, vt bliris, violarum, et huiuſmodi. balſamus, mel, opium, acetum, ſuccus ſęñ. abſinthij, ladanum, oleum, camphora, ſera. ſuccus cucurbitæ, ſquillæ, ſuccus ro. elacterium, licium, vinum, ſuccus granatorum, agreſta ro. lac titimalli et maiorum lacticiniorũ, ſuccus corticum & medianorum ſambuci.

*Rubrica.* IX.

DE GVMMIS. Myrrha, ſtyrax, ſerapinum, terebinthina, armoniacum, dragaganthum, reſina, maſtix, oppopanacum, gũmi arabicum, pix, gũmi, cedri, aqua vitis euphorbium, galbanum, ſarcocolla, gũmi ederę, vernix.

*Rubrica.* X.

DE OSSIBVS. Os dactylorum. De alijs oſſibus quibus vtimur dicetur iam in ſequentibus.

*De his quæ ſumuntur ex animalibus.* Cap. II.

VNde ſic diſtinguuntur ea, quæ ab animalibus ſumũtur, quoniam alia à membris; alia ab humiditatibus naturalibus eorum, aut ſuperfluitatibus eorũ. Et ſunt hęc. Caro bouis, ſplen pulli, equi, ſtinchi, medulla oſſium auris uituli, ceruí, os de corde cerui, ſanguis columbi, ſanguis hircinus, muſcus ſericum combuſtum, eborus, ſerum lactis, lac, butyrum, inteſtinum lupi, coagulũ leporis, capreoli, hędi, & vituli, fel tauri, fel hircinum, fel leporis, cęra, os ſepię, ſtercus columbinum, ſtercus humanum, ſtercus ſtellionis, axũgia porcina, gallinacea, anſerina, anatina, vulpina, vulturis, mel, ſpodium. ſm aliquos, vt circa inſtans eſt eborus, ſiue os elephantis combuſtus, loco cuius mali apothecarij vtuntur oſſe arteris cõbuſti. Auic. vero dicit ꝙ eſt radicis cannarum aduſtarum. hæc materia hic non eſt perſcrutanda.

Erratũ nõnullorũ ſeplaſiorum.

## De his quæ ſumuntur à mineris, ſiue de mineralibus. cuius rubricæ ſunt q̃tuor. Ca. III.

Minera-lium bel la diſtin ctio.

MIneralia diſtinguuntur. Quoniã alia ſunt metalla, vel à metallis ſumpta. Alia lapides, vel à lapidib⁹. Alia ã venis terrę. Alia ſal, vel à ſale.

*De metallis* Rubrica. I.

DE HIS QVÆ ſunt metalla, vel ſumpta à metallis, ſunt Aurum, argentum, calcanthum, argentum viuum, battitura æris, viridæ æris, ceruſſa, plumbum vſtum, lithargyrium, minium.

*De lapidibus.* Rubrica. II.

DE SVMPTIS à lapidibus, vel quæ ſunt lapides, ſunt. Margaritę, coralli rub. albi & medij, magnes, lapis laçulli, lapis armenus, lapis iudaicus, lapis lyncis, cinabriũ, cryſtallus, marmor, ematites.

*De ſumptis a uenis terræ.* Rubrica. III.

DE SVMPTIS à venis terræ. ſunt Aſpaltum, ſulphur, vitriolum, arſenicum, alumen liquidum quod de rocha à vulgo dicitur, chimolea, terra ſigillata, auripiper, lutum armenum, antimonium, alumen zucharatũ, quod rotundum dicitur, alumen iament.

*De ſalibus.* Rubrica. IIII.

DE SALIBVS ſunt hęc vt priua dictum eſt quatuor ſal panis, id eſt cõmunis, ſalgẽma, naticus indus.

## De compoſitis quibus vtuntur medici vt ſupra cuius rubricæ ſunt. 25. Cap. IIII.

QVatuor ſunt intentiones principales propter quas medici compoſitis vtũtur medicinis. Prima eſt alteratio ſiue intentio ad alterationem. Secunda eſt euacuatio. Tertia eſt conſtrictio. Quarta eſt conſortatio, quæ operationes poſſunt eſſe in toto, & reſpectu determinati membri vt capitis. Intẽtio quidem alteratiua perficitur duobus modis. Vno quidem modo per ea, quæ per os aſſumũtur. Alio modo per ea, quæ extra corpori applicantur. Per ea autem, quæ per os aſſumuntur completur, aut per confectiones ſolidas, aut per electuaria ſiue confectiones liquidas, aut per medicinas theriacales, aut per triferas, aut per cõdita, aut ꝑ loochata, aut ſyrupos, aut ſecaniabin, aut per decoctionẽ, aut per rob, aut per trochiſcos, aut per ſuffuf. Per ea vero, quæ extra applicãtur adimpletur per olea, per vnguenta, per emplaſtra, ſiue per cerotaria, embrochationes, & ſuffumigationes. Intentio vero ſecunda cum poſitionibus, & electuarijs ſolutiuis, pilulis, & confectionibus ſolutiuis. Intentio tertia completur cum oleis, vnguẽtis, emplaſtris, embrochis, ſacculis, ſyrupis, tro. confectionibus, pil. cliſte. electuarijs, rob, ſuffuſ. Intentio quarta adipiſcitur cum his, quæ extra ad intra corporiq; applicãtur. Ad intra ſunt confectiones, electuaria, theriaca cõdita, ſuffuf, trochiſci, ſyrupi. Ab extra vero ſunt olea, vnguẽta, emplaſtra, cerotaria, ſuffumigia, & odorabilia. Et de his omnibus proſequar in vniuerſali, quia in particulari, vt ſunt vel dicũtur talia reſpectu determinati membri dicetur in capitulis proprijs infra, de quibus deo dãte particulariter ſum dicturus. Et ordinem prępoſitum proſequens tale initium facio ad Rubricas.

Medici cur compoſitis vtuntur

*De calidis.* Rubrica. I.

DE CONFECTIONIBVS alteratiuis vſualibus vt ſupra. Et primo de calidis, vt ſunt diaciminum Meſ. diacinnamomum Meſuæ. confectio de muſco dulci Meſ. aromaticum ro. Gabrielis deſcriptione Meſ. diagalanga Meſ. diambra Meſ. aromaticum garyophyllatum Meſ. diamargariton Nico. Iſta quidem ponuntur ab auctoribus ſuis debere confici cum melle, aut ſyrupo, ita vt redigantur in formã liquidam in modum electuarij: ſed à me poſita ſunt, vt ſunt ſub forma cõfectionis ſolidæ facta. tam hoc modo, quia ſunt & eſui & guſtui delectabiliora. Ita moderni eis vtuntur, & prędeceſſores noſtri iam longis & retroactis temporibus vſi ſunt, ita ꝙ in ſumma loco mellis, aut ſyrupi, zucharum poſuerunt & ponunt.

*De frigidis.* Rubrica. II.

TRIASANDALI diarodõ abbatis, diadragãthiũ.

*De electuarijs calidis uſualibus.* Rubrica. III.

ELECTVARIVM de gemmis Meſuæ. Quidã

tamen etiam aliquãdo propter has aſſignatas cauſas iubẽt eum fieri in forma ſolida. Electuarium regũ quo nõ pauci vtuntur in forma ſolida propter homines abominantes magis nomen electuarij q̃ confectionis. Diatrionpipereõ Meſ. pliriſarcoticon, diatrionpipereon Nico. diacurcuma Meſ. dialacca Meſ. electuarium de baccis lauri Nico. philonium Meſ. diayris Nico. confectio anacardina Meſ. ſagenea Meſ. Aranaſia Nico. diaſatiron Nico. diapenidion Nico. diacitonitẽ Nico. letificans Raſ. letificãs Nic. roſata nouella Ni. Nota de philonio ꝙ quidã enunciant frigidũ. Ego vero nũtiaui inter calida, forſitã adducũt quod dictũ eſt de roſata nouella & vltra, quoniam frigida vincunt in compoſitione ſm ꝙ inueni in libro meo calida vincunt, ideoq; conſidera deſcriptionem. Eſt enim confectio multum vſitata, et adhuc dubitatur de eius complexione. ideo conſidera quid eſt medicari.

Philonũ calidum nec vel frigidum.

*De electuarijs frigidis uſualibus.* Rubrica. IIII.

ELECTVARIVM de ſorbis Meſuæ. Requies Nico. Michileta Nico. Electuarium reſtauratiuum Nico. Diarodon abbatis in forma ſolida ſolet fieri. Quidam & plures roſatam nouellam cõnumerant inter electuaria frigida credẽtes ex frigiditate opij ipſam reſultari frigidam, ita etiam ex affectibus eius concludunt.

*De theriacis.* Rubrica. V.

THERIACA andromaci Aui. theriaca diateſſerõ Meſ. metridatum Nico. theriaca vero magna andromaci ante ſex menſes eſt frigida: ſiue ſtupefactiua.

*De conditis.* Rubrica. VI.

DE CONDITIS calidis. ℥ʒ. conditũ Meſuæ, acori cõditi Meſ. mel roſ. Meſ. citra cõdita Meſ. zucharũ boraginatum, mel viol. Poteſt tamen poni de roſ. plus & minus, ita ꝙ poſſet mel roſ. fieri frigidum vt ſupra, ſed communiter factum eſt calidum.

Vel roſatũ cõmuniter calidũ.

*De frigidis.* Rubrica. VII.

KEBVLI CONDITI. zucharum roſ. zucharũ viol. zucharum bugloſatum q̃uis temperamento appropinquet, miua citoniorum Meſuæ.

*De triferis.* Rubrica. VIII.

TRIFERA maior Nico. trifera minor ex arte fenonis Meſuæ.

*De loochatis calidis.* Rubrica. IX.

LOOCH de pino, looch ſanum & expertum, looch de ſquilla Meſuæ.

*De loochatis frigidis.* Rubrica. X.

LOOCH de papauere, diacodion Meſ. Nico. diamoron Meſ. iulep violatum, iulep roſatum.

*De ſyrupis & ſecaniabin, & decoctionibus & quæ ſequuntur.* Rubrica. XI.

VNDE DICTVM eſt ſatis in vniuerſali ſupra. de ipſis uero ſm determinatorũ membrorũ, et ſpecialium ægritudinẽ dicetur in ꝓprijs capitulis. Decoctio aliqua non eſt in vſu cõi: ſed vnuſquiq; practicus eas, vt videtur expedire cõponit, multi tñ aqua fructuũ vtuntur & bene.

*De ſuffuſ.* Rubrica. XII.

DICITVR ꝙ non vtuntur ab aliquo.

Suffuſ nequaq̃ I vſu exiſtunt.

*De trochiſcis calidis.* Rubrica. XIII

TROCHISCI de gallia incompoſita Nico. capitulo de cõfectione galliæ incompoſitæ, & Meſ. facit capitulum de trochiſcis galliæ incompoſitæ. trochiſci de eupatorio Meſuæ. trochiſci de rheubarbaro Meſ. de abſinthio Meſ. de capparis Nico. de lacca Meſuæ.

*De frigidis.* Rubrica. XIIII.

DIARODON abbatis Meſ. trochiſci de camphora Meſ. trochiſci de ſpodio Meſuæ. trochiſci de alkekengi Meſ. trochiſci de roſis, Meſuæ. trochiſci de terra ſigillata Meſ. trochiſci de carabæ Meſuæ.

*De rob calidis & frigidis.* Rubrica. XV.

ROB VINI ſi cõmuniter conſumpta medietate vini, multi cõſumptis duabus partibus. Rob nucum, de berberis, de ribes, de agreſto, de moris Meſuæ.

*De oleis.* Rubrica. XVI.

DE OLEIS calidis vſualibus. Oleum de amygdalis dulcibus, de amygdalis amaris, chamomillinum, anethinum, irinum, de abſinthio, de lilijs, de euphorbio, de piperibus, de vitellis ouorũ, de ſemine lini, de cinnamomo, laurinum, ſiſaminum, irinum, ruthaceum, nardinum, maſticinum, coſtinum, vulpinum, de ſcorpionibus, de lateribus, de croco. Omnia ſm Meſuæ.

*De frigidis.* Rubrica. XVII.

DE OLEIS frigidis vſualibus. Oleum violaceum, de citonijs, de mandragoris, roſaceum, nenupharinũ, myrtinum. Omnia ſm Meſuæ.

*De unguentis calidis.* Rubrica. XVIII.

DE VNGVENTIS calidis. Vnguentum marciaton Nico. agrippa Nico. dialthea Nico. egyptiacũ Meſ. baſilicon Meſ. vngtũ fuſcũ Nico. dictũ turpe bonũ, apoſtol. Ni. hyſſopus humida. Meſ. vngtũ ceraſtos Meſ.

*De frigidis.* Rubrica. XIX.

VNGVENTVM roſatum Meſ. vnguentum album, ſiue de ceruſſa, & cum aceto & ſine Nico. vnguẽtum populeon, vnguentum citrinum Nico.

*De emplaſtris & cerotis calidis.* Rubrica. XX.

DE EMPLASTRIS calidis & cerotis. Emplaſtrũ de melliloto Meſ. de ſinapi Meſ. cerotum ſtomatichum Meſ. Emplaſtrum diachylon Meſ. oxycroceum Nico.

*De frigidis.* Rubrica. XXI.

DE EMPLASTRIS frigidis. Emplaſtrũ diaſinicon deſcriptione Alexandri Meſ. cerotũ ſandalinũ Meſ.

*De embrochationibus & ſuffumigijs.* Rubrica. XXII.

DE EMBROCHIS nota ꝙ nulla eſt embrochatio in vſu cõi, ſed à practicantibus cõficitur calida, vel frigida cõſtrictiua vt uidetur expedire. De ſuffumigationibus vero inuenio Nico. poſuiſſe cõfectionẽ aliptæ in cõcauitate, & in his aut ſimilibus terminatur prima intentio.

*De uomitu & prouocatiuis urinæ.* Rubrica. XXIII.

SECVNDA intentio completur cum ſolutiuis primo de quibus ſupra ſatis dictum eſt quo ad electuaria, pilulas hieras confectiones &c. Completur etiam cum eductiuis per vias vrinæ & per vomitum.

DE VOMITV dicẽdum ꝙ vomitus cõmunis cõpoſitus eſt ex aqua ſimplici acetoſando eam cum modico aceti aut cum ſyrupo acetoſo: vt Auic. prima quarti de cura putridarum in generali, ita ꝙ totum detur tepidum in quantitate. ʒ. x. vel circa pro vice. laudatur tamẽ vomitus facilis à Nicolao & plures alios ponunt. De educentibus per vias vrinæ habemus litontripon Nico. Electuarium ducis Nico. Iuſtinum nil filantropon. Nico. & in his paucis terminatur ſecunda intentio.

*De tertia intẽtione quæ eſt conſtrictio.* Rub. XXIIII.

TERTIA vero intentio vt dictum eſt cõpletur primo cum oleis conſtrictiuis vt ſunt oleũ myrtinũ. Oleum maſticinum, oleum roſaceum, de citonijs, de abſinthio.

DE VNGVENTIS cõſtrictiuis. Vnguentũ roſ. populeon, de ceruſſa, vnguentum citrinum Nicolai.

DE EMPLASTRIS cõſtrictiuis & cerotis. Vnde emplaſtra & cerotaria ſiunt conſtrictiua plus et minus

ſm

Iminentem neceſſitatem, & auctores plura poſuerunt. ſed ex his duo ſunt in vſu modernorum. Emplaſtrum diaſinicon, & cerotum alexandrinum.

DE EMBROCHIS, ſacculis. Notandum q̄ nulla embrocha, nec aliquis ſacculus eſt in vſu practicãtium. ſed quilibet cõponit vt ſupra & ſimiliter clyſteria. Item nec ſuffumigia.

*De ſyrupis conſtrictiuis.*

SYRVPVS de myrto. Mirta citoniorũ, ſyrupus de abſinthio, ſyrupus roſatus, ſyrupus de papauere.

*De trochiſcis conſtrictiuis.*

TROCHISCI de carabe, de terra ſigillata, de abſinthio, de ſpodio, de roſis.

DE CONFECTIONIBVS cõſtrictiuis. Sciẽdum q̄ nulla ſpecialis confectio ſolida conſtrictiua eſt in vſu modernorum practicantium niſi diacitoniten zucharatum, tamen in prohibendo fluxum humiditatum à capite ad pectus vtuntur diagraganto frigido.

DE ELECTVARIIS conſtrictiuis. Electuariũ de ſorbis, athanaſia, michilleta, theriaca fermentata, triſera minor ex arte ſenonis. Nam illud eſt vnum ex ſignis ab auctoribus poſitis ad bonitatem eius probandam & excellentiam ſi fluxum ſtringit maxime prouenientem ex effrenitatione pharmaci.

DE PILVLIS cõſtrictiuis. Vnde illæ fiunt ex trochiſcis & ſpeciebus electuariorum, vt verbi gratia, ex ſpeciebus michiletæ. fiunt etiam pilulæ conſtrictiuæ ex pulueribus ſimpliciũ conſtrictiuorum. de quibus ſupra quarto tracta. quarto capitulo, & infra in ſpeciali dicetur.

PRO cõſtrictiuis. Rob omnia frigida dicta. Et aduertendum q̄ ex ſuccis herbarum, & ſimplicium conſtrictiuorum completur etiam ipſa tertia intentio, quę ex his ſic poſitis terminantur.

*De quarta intẽtione quæ eſt confortatio.* *Rub.* XXV.

QVARTA intencio completur, vt dictũ eſt primo cum his, quæ confortant ſiue ad extra ſiue ad intra applicẽtur. Pro quo notandũ, q̄ & licet ſupra quarto tracta. tertio capitulo. dictũ ſit quid ſit medicina confortatiua, tamẽ nunc ponuntur nouẽ modi quibus medicina dicitur confortatiua. Primo quidẽ modo confortatiua dicitur, quia malos & nocẽtes humores à corpore expellit vt laxatiua. Quędam conſtringendo vt opiata. Quędã digeſtionem adiuuãdo vt diaciminũ ro. & hmõi. Quędam ſpiritus reparando vt aromatica. Quędã reparando ſpiritus, & humores, vt diamargariton. Quędã reparãdo deperdita vt cibus & potus. Quędã lętificando, vt crocus lingua bouis. Quędã mundificãdo humores, vt aurum. Quędam faciendo humores claros, & puros & ipſos in ſua claritate & puritate ſeruando vt confectio Meſ. in ſuo antidotario de appropriatis poſt capitulũ de dyſenteria, et cęterę confectiones iuueneſcere facientes ab auctoribus poſitę. Legatur itaq; quod ſcriptũ eſt ſupra tracta. 4. ſ. 4. caplo. & adducatur hic. Et oĩa quę dicta ſunt de oleis calidis, frigidis, electuariis, ſyrupis, confectionibus. Omnium enim exempla poſita ibi ſunt. Nam diamargaritõ, manuſchriſti perlatum, pliri ſarcoticon, & huiuſmodi virtutes confortant. Et qm̃ ſcio ex poſitis exempla abundare. hinc vt breuiloquus, & non tedioſus efficiar à poſitione particulari exemplari me retraho. Satis. n. eſt vt ſciatur quomõ membrum aut totum confortatur ex poſitis hic & ſupra quarto tractatu quarto capitulo.

Et ſic terminatur tractatus noſter quintus. pro quo etiã aliis Ieſu Deo gratias infinitas ago, vt benefi ciorum ſuorum multitudo meretur.

Sequitur Tractatus Sextus.

IOHAN. MICHAELIS SAVOnarolæ Medici pręclariſſimi Tractatus ſextus, in quo tractatur de omnibus ægritudinibus particularibus à capite vſq; ad pedes, & earũ curis.

TRactatus ſextus in quo determinabitur de oĩbus ægritudinibus particularibus membrorum noſtri corporis à capite uſq; ad pedes, diuinum ſemper implorans auxilium, congregabo receptas aliquas cum canonibus ſuis in opere medicinali dignas laude, ut diſpoſitionibus membrorũ humanorum particularibus occurrere ſine magno ſtudio valeamus. Verum in vnoquoq; capitulo. vt lati proceſſus rationabilior habeatur hunc ſeruabo ordinem. Primo nanq; membri ipſius de quo ſermo fiet anatomia, vt propoſito fuerit neceſſaria tangetur, nam eius notitia eſt medico nimiũ opportuna: vt ſupra primo trac. 2. cap. Secũdo eius inſcribetur complexio. Tertio deſcriptio ſiue notificatio ipſius pręternaturalis diſpoſitionis. Quarto cauſas. Quinto ſigna. Sexto cañ. recitabuntur curatiui. Septimo ſimplicia numerabuntur, & compoſita vſualia canones perficiendo, addendo in compoſitis compoſita, laude et experientia digna. Octauo digna tangentur, aliqua ſubnectam practicabilia iuuenibus ſatis neceſſaria. Poſt quæ ponentur Aphoriſmi Hippoc. de re ipſa intentionem facientes. Nam in eis doctores materias diſputant quorum diſputationes poterunt reuoluere cupientes &c. cũ loca annotata nouerint. Ex quibus patet in vnoquoq; capitulo nouem expedientia fore. continet autẽ tractatus iſte capitula vigintiduo

Anatomia medico opportuna.

## CAPITVLVM PRIMVM de diſpoſitionibus pręternaturalibus capitis in ſe rubricas. xx. continens.

*De dolore capitis, qui ſoda barbaris, κεφαλαλγία Græcis dicitur.* *Rubrica.* I.

PRIMO ITAQVE anatomiã tangens, vt dictum eſt in primo, anatomiã capitis neceſſariã propoſito expediã. Caput nanq; diuiditur in partẽ extrinſecam et intrinſecam. Extrinſecã omitto tanq̃ ſenſui manifeſtã ſatis. Et quoniam quæ de intrinſeca dicentur facile etiã applicari poterunt in ſalute extrinſecæ. Intrinſeca diuiditur in ſubſtantiam medullarẽ panniculos duos, duram matrem, & piam matrẽ, et ventriculos tres. ſ. anteriorem, medium, & poſteriorẽ. Et eſt cerebrum ipſum ſm longitudinem in duas partes diuiſum diuiſione manifeſta penetrãte, habens in anteriori parte eius duo additamenta à medicis appellata caruunculæ mamillares, quæ ſunt organum olfatus, quæ in complexione cerebro ſatis aſſimilantur, à qua quidem parte ſpecialiter à ventriculo anteriori oriuntur ſeptem paria neruorum. Primũ par eſt nerui optici ſe in medio cruciantes magni, per quos mittitur ad oculos ſpiritus animalis viſus. Secũdum par eſt nerui parui mouentes oculos. Tertium par eſt neruus ex parte eius vadens ad faciem, & parte eius ad tribuendum ſenſum. Ex alio quarto pari ad dandum ſenſum diaphragmati & membris pectoris & viſceribus, & ex his ſunt reuerſiui de quibus in ſuo loco. Quintum eſt par neruorum auditui deſeruiẽtium. Sextum dat ſenſum palato. Septimum vero linguæ motum ſenſum & guſtũ prębet. In parte quidem poſteriori cerebri eſt nucha in

Neruorum ſeptem paria.

duas partes diuiſa, illa tamen diuiſio non vſq; ad profundum penetrat ſicut nec illa cerebri, eſt tamẽ inter eas ſeparatio, vt vni parti poſſit oppilatio contingere & non alteri, quare poterit paralyſis in vna parte cõtingere, ut in dextra & non in ſiniſtra, & econtra. Ab ipſa vero nucha, & à ſpondilibus etiam oriuntur nerui prębentes ſenſum, et motum mẽbris inferioribus, & qm̃ ſpondiles ſunt .xxx. erunt neruorũ paria .xxx. & à cauda etiã oritur vnus neruus carens pari. Cerebrum quoq; colligationẽ habet cum mẽbris, quæ dicũtur orta ab eo, vt ſunt oculus, auris, collum & huiuſmodi. & cum membra, quæ nõ dicuntur ab eo ſore orta, vt ſunt ſtomachus, ſplen, matrix, myrach &c. quibus oĩbus Ieſu cõcedẽte ſuis dicetur locis. De cõplexione cerebri dicẽdũ, q̃ cõplexio cerebri, & ſi ſm multas mẽſuras multipliciter graduetur, tamen abſolute pronuntiandum eſt ipſum frigidum & hu. & ita voluit Auicẽ. prima tertij capit. de anatomia cerebri. vbi inquit. Cerebri vero ſubſtantia frigida creata eſt & homida. Et prima primi. de complexionibus membrorũ. & Ari. ſecundo de partibus animalium nono capitulo. Quantum vero ad partẽ anteriorem dicitur eſſe humidę complexionis. reſpectu poſterioris & poſterior reſpectu anterioris dicitur ſicca. nam in ſicco fit retentio, & in hũido impreſſio facilior de quo infra de diuiſione memoriæ. Media uero pars cerebri declinat ad calidum. prima tertij. de amentia & ſtoliditate.

CAVSÆ doloris capitis ſunt multæ. Dolor. n. capitis eſt triſtis ſenſatio ab eo percepta, facta quidem à re contraria ſubito & materialiter, et vehementer imprimente. Et hęc res contraria quãdoq; eſt, aut mala complexio, aut ſolutio continuitatis, aut ambæ ſimul. Mala complexio quandoq; eſt materialis quandoq; Imaterialis, Imaterialis calida aut frigida, ſicca vel hu. de quibus ſtatim. Mala autem complexio calida aut frigida ex ſe dolorem faciũt per ſigna ponenda cognitum. Mala vero complexio ſicca p ſe dolorem non facit niſi cum ea moueatur materia faciens ſolutionem continuitatis. Et conſimiliter humida minus niſi cum ea fuerit ventoſitas, aut vapor ſolutionem continuitatis faciens. Mala autẽ complexio calida materialis ſanguinea. ſ. aut cholerica bene cauſat dolorem. & ſimiliter ex vtriſq; compoſita, & vnus eſt altero fortior, vt per ſigna patebit. Et conſimiliter mala complexio frigida materialis phlegmatica. ſ. aut melancholica. & iterũ ex his ſuo modo compoſita. Solutio autem continuitatis dolorem cauſat, qñ. ſ. eſt in ſubſtantia cerebri, aut panniculis, & venis eius ex motu vaporum, et ventoſitatũ, aut propter humorem corroſiuum, aut propter vermẽ, ut Auic. licet aliqui hoc negauerũt fore poſſibile, aut propterea quia in eo eſt ap̃a calidum aut frigidũ, de quibus ſuo loco infra.

Auicennæ opinio à nõnullis reiecta.

Pręter autem hanc diuiſionẽ, quæ eſt ſm cauſas diuiditur ſoda in eam, quæ eſt per proprietatem, & in eam, quæ eſt per cõmunitatem. Et quæ eſt per proprietatem diuiditur, quia quędam eſt talis à cauſa interiori, & quędam à cauſa exteriori. Et quę eſt talis à cauſa interiori diuiditur ſm locum, ſm tempora, ſm qualitatem, ſm accidẽtia. Ratione eius cui ſuperuenit. Et quæ à cauſa exteriori diuiditur in cauſas neceſſarias exteriores, et in non neceſſarias. de quibus omnibus ponantur exempla.

Exemplum primi, quia quandoq; continet totũ caput, & dicitur cephalęa ſm Halyab. Sed Auicẽ dicit cum continet totum caput, & eſt inſeparabilis, & conſuetudinaria ouum dicitur, & à quibuſdam dicitur galeata paſſio, quia ſimilis galeę armorũ. Et quæ fit in parte capitis fit ſm longum, latum, aut profundum, aut ad intra, aut ad extra carnem. Quòd ſi ad intra in ſubſtantia cerebri, aut velaminibus, aut venis. Si ad extra aut in panniculo extrinſeco aut carne. ſm latum, quia quędam fit ex parte dextra, quędam in parte ſiniſtra, & quædam in parte anteriori, & quędam in parte poſteriori. Et quędam ſm longum diuidens craneum in duas medietates. Et dicitur hemicrania ab hemi, quod eſt dimidiũ & cranios. & ſi in determinata parte acciderit clauus dicitur, Multis alijs, et varijs nominibus nominatur dolor capitis, de quibus nõ eſt vtilitas, & ideo ſuperſedeo à notificatione illorum.

Exemplum ſecundi, vt quædam plus accidit hyeme, & quædam plus æſtate. Et de ea, quæ accidit hyeme ſcribit Hippoc. xiij. Apho. iij. ſectionis. Si uero æſtas ſicca fuerit, & aquilonis, autumnus vero pluuioſus; & auſtralis &c. vt in fine capituli ſcriptum eſt. & tu ibi. Item ſm tempus durationis, quia quędam acuta, quędam chronica. acuta cito diſſoluitur, ſed chrõica tarde. & hęc fit à phlegmate, aut plurima debilitate, aut apoſtemate, ſm plurimum à phlegmate. Aut. Item quędam recens, quę dã chronica, quæ dã ſubito venit. & eſt à multitudine materiæ, aut vẽtoſitatis, quędam paulatim, & eſt propter vnitatem dyſcraſię.

Exemplum tertij, quia quędam fortis, quędam debilis, quędam ſalua, quędam nõ ſalua, quędam ſeparabilis, quędam inſeparabilis. Fortis vt cum aliquid obuiat occipiti infantis leuia habẽtis oſſa frangit cõmiſſuras. Debilis ut accidit in lithargia, & ſoda debilis accidit ei cui ſenſus eſt debilis. Salua ſoda eſt illa, q̃ non prohibet regimen in eius cura neceſſarium. Nõ ſalua quæ prohibet, vt ſi cum ſoda fuerit rheuma, ipſum. n. prohibet regimen neceſſarium.

Exemplũ quarti, vel quia aliquis eſt dolor cui non coniungitur accidens aliquod, & aliquis cui forte coniungitur accidẽs capiti proprium, vt eſt apoſtema, aut ſpaſmus faciei, aut per communitatem vt ſingultus, vomitus, debilitas digeſtiuæ.

Exemplum quinti, quia accidit homini ſano cuidã habenti ęgritudinem quidem recipere ſodam ex facili cauſa, vt habens caput debile, mẽbra digeſtiua debilia, quia multi vapores mittuntur ad caput.

Exemplum de cauſis neceſſarijs exterioribus, vt ſunt cibi & potus, & reliquæ res quinquæ non naturales. Vt aer corruptus, turbidus, calidus, trahens vapores ad caput, & hac via plures iuuenes habẽtes caput calidũ amplius eum calefacientes cum biretis, aut caputeis magnis, & calidis dolorem capitis frequenter incurrunt. Et ego noui tales, q ex dimiſſione biretti, aut caputei meo cõſilio liberati ſunt. Conſimiliter frigus imutans operatur, vt poros claudẽdo dolorem cauſat. Idem operatur exercitium factum imediate poſt cibum, aut exercitium factũ poſt quietem imediate. diſſoluuntur. n. humores & caput petunt. Balneum poſt cibum, & maxime male calefactũ lignis vaporoſis.

Iuuenes cur facile in dolores capitis incedant.

Ex parte cibi & potus vt ventoſi vaporoſi, vt allia, cepę, & oĩa acrumina, legumina, lacticinia, nuces et huiuſmodi. Similiter potus vaporoſus, vt muſtum, vinum potens, & ſuperfluitas potus eius. Somnus ſuperfluus propter fumos retẽtos. Somnus diurnus, vigiliæ ſuperfluæ, cerebrum deſiccantes, ſuperflua ciborum & potuum repletio. Item indigeſtio propter fumos. Itẽ & inanitio ſuperflua, vt quæ facta eſt ex fluxu ſanguinis narũ, matricis, hęmorrhoidarum & huiuſmodi. Itẽ & animæ accidentia, vt ira ſuperflua, ſuperfluus riſus & huiuſmodi.

Exemplũ de cauſis non neceſſarijs exterioribus, vt ſunt caſus percuſſio, venena, aromatica calida & huiuſmodi. & in ſumma cum plurimæ ſint, & de eis aliquid dictum, tamen ad numerum. xiij. reduci poſſunt. Prima vt dictum eſt caſus, & percuſſio, & obuiatio ad rem duram & huiuſmodi. Secũda caliditas exceſſiua ſolis, aut ignis, aut aeris vt in diebus canicularibus, aut vnguentum calidum capiti applicatum. Tertia nimia frigiditas aeris, aquarum, lunæ, vnguentorũ & huiuſmodi. Quarta nimia ſiccitas aeris, vnguẽtorum, aut huiuſmodi. Quinta nimia humiditas aeris, aquarũ, pluuiarũ, vnguentorum & huiuſmodi. Sexta fortis ventorum exufflatio pręcipue meridionaliũ, aut ſeptentrionalium poſt meridionales. Septima vapores extrinſeci eleuati à rebus fœtidis ſicut ſunt cadauera, aſſa fœtida et huiuſmodi, aut nimium odoriferũ, vt ſunt aro-

matica calida odorifera, vt liliũ, muſcus, ambra, coſtus, cinnamomũ, crocus, & maxime quando continuatur eorum odor. Sed nota ꝙ quando leſio fit non ſolum qualitate ſed quantitate adminiſtratio calidorum poſt frigida non confert, immo auget dolorem. vbi ſi qualitate tantũ nocent frigida calidorum adminiſtratio confert. Octaua nimius animę motus, vt ira, furor, aut corporis, vt curſus, labor, coitus ſuperfluus & huiuſmodi. Nona ſomnus nimium profundus meridianus: ſuperfluæ vigiliæ & huiuſmodi, vt ſupra. Decima balnea ſuperflua ſulphurea & huiuſmodi. Vndecima nimia inanitio, ſuperflua repletio, vt crapula, ebrietas, acceptio ciborum, fumorũ vaporoſorũ. Duodecima ſonus terribilis, vt tonitrui, & magnarum rotarum & huiuſmodi. Decimatertia nimia capitis coopertura ſi cõtinuetur, vt ſupra. Et hic nota propter iuuenes noſtri tẽporis valde diſcolos, ꝙ ita aſſueſcunt in pueritia geſtare caput ita coopertum & bireta magna & grauia quòd caput eorum ſuperflue rarificatur. vnde facile penetrat aer alterans & vapores trahuntur, vt ſupra, & maxime in habentibus caput calidum, ſicq; quẽ agunt aſſueſcunt frequenter lauare, & tales incurrunt dolorem capitis, deinde incurabilem, quoniam factus eſt ſicut naturalis.

Iuuenes noſtri tẽporis notantur.

De dolore per cõmunitatẽ, quia ſcilicet quæ ſunt membra cõicantia dicetur in de ſingulis. Hic tamen dico ꝙ dolor capitis qui ex ſe. eſt aut cum ſe. ſic cõſiderandus eſt, quoniam aut antecedit febrem & eſt ſignum ægrotatiuũ, vt ſecundo techni aut ſequitur & cõcomitatur febrem & talis augetur & diminuitur ſecundum augmentũ & diminutionem feb. Ex quibus plane colligitur quæ ſunt cauſæ primitiuæ antecedentes materiales & immateriales, aut cõiunctę. quia mala cõplexio materialis, aut immaterialis, aut ſolutio cõtinuitatis. Nam ſecundo techni dolores ſecundum quę incumbunt locum, aut continuitatis ſolutionem, aut ſubitam ſolutionem oſtendunt. In ponẽdo ſigna doloris capitis ne in longum producam ea tali ordine in vnum colligam, vt rubricis omnibus ſequentibus de eo vſq; ad rubricam de dolore capitis ex percuſſione & caſu incluſiue ſatisfaciam.

SIGNA autem doloris capitis cum materia ſunt, Primum grauitas percæpta in capite. Secundum quia ſi inclinatur caput ad terram in eius eleuatione percipitur ponderoſitas, perturbatio maior & augmẽtatio doloris. Tertium deſcenſus ſubitus humiditatum, aut ad nares, aut ad oculos, aut ad alium locum inferiorem ſibi propinquum.

Signa autẽ eius abſq; materia eſt priuatio prædictorũ.

Signa ꝙ dolor eſt ad intra ſunt, quia pertenet dolor ad oculos, ꝙ ſi ad ſuperficiem eorum tantum peruenerit ſignum ꝙ eſt à dura matre. Si vero ad radicẽ eorum, ſignũ ꝙ eſt ex pia matre. Item quoniam in tangendo cutem capitis percipitur ex tali tactu dolor, ꝙ ſi non doluerint oculi, & ex tactu cutis percipitur dolor ſignum quod extra eſt. Et hic ſcito pro notitia dicendorum quod in parte anteriori capitis dominatur ſanguis, in poſteriori phlegma, in dextra cholera, in ſiniſtra melancholia. Signa caliditatis & frigiditatis abſolute habẽtur ex his quæ dicẽtur ſtatim de dolore à ſanguine, & cholera ꝓueniẽte.

Humores qua in parte capitis ſinguli dominãtur

Signa quod eſt talis per eſſentiam ſiue per proprietatẽ, quoniam dolor eſt aſſiduus non habens periodos ſiue interpolationem. Item quia in operationibus cerebri ſentitur nocumentum, vt in viſu tenebroſitas, grauitas ſomni, & grauitas perſeuerans cum bonitate diſpoſitionis. reliquorum membrorum & huiuſmodi.

QVOD SI FVERIT per. cõitatem ſigna ponentur ſed prius enumerabo membra cõicantia dolorẽ capiti. & ſunt primo ſtomachus, Vnde Auic. de ſignis oſtendentibus ſpecies ſodæ. vbi inquit. Membrorum autem cõicantium primũ & dignius eorum eſt ſtomachus, in quo quando reperitur materia cholerica capiti cõicata per vaporem eleuatum &c. Quandoq; materia phlegmatica frigida &c. & cum eſt à ſtomacho. ſignum quoniam in eo eſt anguſtia, nauſea, paruitas appetitus, aut eius deſtructio, malitia digeſtionis, aut paucitas eius, aut deſtructio ipſius. Quod ſi fuerit à cholera amaritudo oris percipietur, nauſea, mordicatio, cordis tremor, incẽdium, inflammatio capitis. Item & poſt ſomnum augetur. Item & qñq; ipſe vomitus declarabit, & poſt ipſum geſcet. Itẽ quia tempore vacuitatis magnæ magis excitatur dolor, quia cholera magis inflammatur. Item ſcito ꝙ ex hominibus ſunt ad quorum ſtomachum effunditur cholera, & ex ea fit dolor capitis, & cũ comedunt quieſcit aliqualiter. Itẽ plerunq; in frigido cõicatur ſtomachi dolor qui recipitur in anteriori parte capitis & fortaſſe declinat ad medium syncipitis, deinde remouetur. Et hic aduerte ꝙ ſoda quandoq; erit à cerebro, & tamen ſtomachus cerebro cõpatiens dicta incurret accidentia. & ideo diſtinctum eſt inter antecedens & conſequens. Aduerte iterũ ꝓpter illud quod dictum eſt ꝙ omnis talis dolor à quacunq; cauſa fuerit minor eſt immediate poſt cibum quoniam ex cibo prohibetur eleuatio vaporũ, ſed ſi fuerit ex phlegmate vel melancholia poſt ſatis breue tempus amplius moleſtabit. Sed ex inanitione iuuamentum erit notabile. Si ex cholera mediocriter reſpectu prædictorum. Quòd ſi fuerit ex humore frigido, ut ex plegmate putrido accidit ſubuerſio, & quies poſt vomitum, eructuatio aceroſa, & cum grauẽ ſtomachus grauatur, & caput, & hoc eſt vniuerſaliter in reliquis, & erit minor in vacuitate, & ſedat ipſum fames. & quãdoq; fames excitat ex eo vaporem & impedit. verũtamen comeſtio cum hoc non integre ſedat ipſum multoties, & fortaſſe ſedat ipſum, ſed raro. Aui. Et pro certificatiõe humoris ſic in ſtomacho peccantis diſcurre ſigna quæ hic ponentur de ipſis quatuor humoribus ſuo ordine. Poſt ſtomachum cauſa in dolore, capitis eſt epar, ſplen, myrach, renes, diaphragma, extremitates, & omnes partes dorſi, & in mulieribus matrix eſt ea eis quibus cõmunicat cerebrum fortiter Auicen. alleg. loco.

Signa ꝙ ab epate eſt, quia epar aliquãdo aut dolet aut calet aut ſentiẽ grauedo in hypochondrio dextro, vrina, & egeſtio vt plurimum male. Item cõprehendunẽ epatis, oppilationes, & quia dolor declinat ad latus dextrum.

Signa ꝙ à ſplene, quia dolor declinat ad ſiniſtrum. Et hoc nota vt Serap. ꝙ ſplen facit ſodam melancholia trãſmiſſa prius ad ſtomachũ, quæ deinde vaporat, & ſic mediante ſtomacho facit ſodam, ſed ſtomachus per ſeipſum & ſimiliter epar, & ſic differenter quia vnum mediate aliud immediate. Item tumor ſplenis dolor in eo, & breuiter nocumentum perceptum in hypochondrio ſiniſtro. illud declarabit.

Mirach arabib⁹ idem ſonat quod græcis ἐπιγάστριον, vel abdomẽ, ſeu ſumẽ Latinis, ſeu cũ barbaris malũ: mus pãniculus carnoſus.

Signum ꝙ ab inteſtinis dolor, tortio in eis, & quia dolor eſt in parte anteriori, & maxime quæ eſt ex myrach. Vnde Auicen. Et quæ ſit cauſa myrach declinat ad anteriora valde.

Signum quod eſt à corde per dolorem ſyncopim, pulſationem & huiuſmodi.

Signũ ꝙ eſt à matrice, quia dolor eſt in margine ſyncipitis. Item quia percipitur nocumentum in alchatum. Item quia percipit mulier triſtem ſenſationẽ, ac ſi capilli eius manu extraherenẽ. Item in occipite ac ſi fuiſſet pugillo percuſſa. & ꝙ præceſſit partus aut abortus, aut retentio menſtruorum, aut ipſorum paucitas.

Si à renibus & partibus dorſi dolor decliuus eſt ad poſteriora valde & percipitur, aut grauitas in eis, aut dolor, aut alia mala diſpoſitio.

Similiter ſi fuerit ex aliqua extremitatum.

Quòd ſi fuerit ex diaphragmate dolor eſt interius cum aliquali alienatione & eſt cũ difficultate anhelitus, angu-

ſtia, pulſatione cordis, quandoq; cum ſyncopi, vt cõtingit io pleuriſi vera, de quo in pleuriſi inferius. & tu ibi.

Quòd ſi contingeret cõmunitate vermium accideret corroſio fortis fætor oris, & fortior ſit cum motus ſedatur quiete, & dolor eſt acutus pungitiuus, pruritus nariũ & huiuſmodi. de quibus in Rubrica de vermibus.

Signa quòd à ſanguine eſt fortis pulſatio temporũ, caliditas non mordicatiua, ſed intenſa tactu percepta venæ coniunctiuæ rubeæ & magnificatę, plenitudo venarum, facies rubea, vrina rubea, & ſpiſſa, pulſus magnus. Item quia præceſſit regimen ſanguineum dulcedo in ore percepta. Cõplexio ſanguinea, habitudo carnoſa ſomnus profundus ſiue ſubethicus. Item iuuatur frigidis & calidis læditur, ſed tamen cõmune eſt & cholere huiuſmodi. Et reliqua ſigna ſanguinis generalia poſita io principio huius libri. ad quæ ſæpe recurre, & illud tibi rememorabo ſæpe. Et hic dolor reſpectu cholerici alijs paribus mitis eſt, in eo tamen maior ſentitur grauedo.

Signa cholerę ſunt, quia dolor eſt multum acutus percipitur mordicatio, aduſtio, punctio, ſitis, oris amaritudo. Citrinitas oculorum. Facies citrina & ſicca, caliditas acuta ad tactum, pulſus velox & frequens, tenuis, durus. Vigiliæ. Vrina alba, quia cholera aſcendit, ſiccitas cum ſtrictura naturæ. Humiditas narium pauca, & ſicca, grauitas minor quàm io ſanguinea. Iuuari à frigido, à calido lædi, humido &c.

Signa phlegmatis ſũt, albedo ſiue palledo faciei, & oculorũ paruitas, inflãmationis, & ſitis, multitudo ſuperfluitatum, ſomnus grauis, grauedo capitis, ſtupor, vrina alba & groſſa, pulſus non magnus, non frequens valde, iuuari calidis, [illegible]plexio, habitudo, & reliqua ſigna de phleg[illegible] [illegible]ſita in principio huius libri.

[illegible]igna melancholiæ ſunt ſigna pro parte nũc dicta, ſed color faciei eſt liuidus, & cum eius dolore eſt ſiccitas faciei. Coarctatio pectoris, uigilia, vrina alba, tenuis, pulſus ſubtilis, tardus. Et dolor non eſt multum intenſus, ſed remiſſus valde. Nã materia phlegmatica & melãcholica nõ faciunt dolorẽ multum intenſum: & ſic qualitas doloris qualitate ſue intenſionis, aut remiſsionis cõprehẽditur. Et materia ſicca multiplicatur vigilia, & minuitur grauitas. Et reliqua ſigna in principio huius libri poſita.

Signa facti à debilitate virtutis ſunt excitatio à parua cauſa perturbatio ſenſuum, & nocumentum in operationibus cerebri.

Signa facti à fortitudine ſenſus cerebri ſunt velocitas patiẽdi qualibet parua cauſa in cerebro ſenſata vt eſt vociferatio fortis, odor fortis, & huiuſmodi. bonitas ſenſus, munditiea organorũ, vt aurium, oculorũ & huiuſmodi.

Signa doloris ventoſi ſunt extẽſio fortis, corroſio, punctio, ſonitus, & mutatio doloris de loco ad locum, priuatio grauitatis, & paruitatis eius corrũpitur, imaginatio, ſcotomia, vertigo & huiuſmodi.

Signa eius cũ eſt à cauſa primitiua percuſſione, ſcilicet caſu occurſu rei calidæ, vel frigidæ, vt venti, aquæ & huiuſmodi manifeſta ſunt.

Et ſimiliter ſigna doloris diſtincti ſecundum tempus qualitatem naturã & accidentia in aſſignatione cauſarũ.

Signa eius qui eſt ex febribus & reliqs vt in criſi ſunt, quoniam dolor fit cum eis & quieſcit cum eis & debilitatur ad debilitatem & quietem febris aut criſis & huiuſmodi. Item quandoq; illud ſignificat albedo vrinæ cum fortitudine feb. propter declinationem humorum cholericorum ad ſuperiora.

De ſignis doloris ex parte apoſtematis vel ſolutionis continuitatis dicetur infra loco ſuo.

PRONOSTICA. Vrina ſimilis vrinæ aſinorum ſignificat quod aut ſoda fuit, vt ſit, aut eſt, aut erit. & de iſto habes aphor. in ſine huius capituli. & tu ibi.

Vrina alba in febribus & hora criſis cũ ſubtilitate ſignificat permutationem materierum ad caput, & futurum dolorem.

Vel ſic. vrina in febribus acutis quæ ſine criſi ſubito efficitur alba & tenuis, dolorem capitis, & alienationem, & raptum materiæ ad ſuperiora ſignificat.

Vrina cum circulo opaco, groſſo, dolorem capitis ſignificat.

Vrina granuloſa vt plurimum reuma, & dolorem capitis ſignificat.

Omnis dolor capitis auferens ſomnum & cibum peſſimus eſt & mortalis.

Omnis dolor capitis acutiſſimus in febribus acutis cũ alijs ſignis malum ſignum eſt pernicioſum, & maxime quando augetur. Quòd ſi ſingularis fiat ſignificat criſim fluxu ſanguinis narium, aut vomitu venturam.

Dolor galeatus, & antiquus inter omnes peſſimus, & difficilis curationis.

Dolor capitis repentinus, acutiſſimus cum voce peſſimus, quia apoplexiam ſignificat.

Omnis dolor com reumate malus, quia reuma omnẽ rectam operationem impedit.

Omnis talis dolor ad quem ſequitur ſpaſmus, apoſtema, febris, oculorum eductio, aut nimia ſubuerſio peſſimus, & mortalis.

Priuatio doloris capitis in febre acuta peſſimus. ſtuporem enim ſignificat. Et quia omnis dolor fortis, & acutus, & potiſſime capitis omnem operationem medicinalem impedit donec fuerit dimidiatus aut aliqualiter mitigatus. Et quia maxime vt cæteri dolores virtutem proſternit. hinc eſt curæ eius multum inſiſtendum quaſi obliuioni tradendum morbum principalem, quem tamen non debes negligere.

CVRA doloris capitis cum plures cañ. habeantur, primo vniuerſales ponam. deinde particulares ſubiungã. Quatuor ſunt in dolore capitis materiali cañ. generales. Regulæ

Primus regimen ex parte cauſarum primitiuarũ. Secundus abſciſio antecedentiũ. Tertius eſt remotio cauſæ coniunctæ vel coniunctarũ. Quartus ad perfectionem curæ additur, & eſt remotio accidentiũ ſi quæ ſunt, vel remanent ægrum moleſtantia.

Et antequam ad ipſos deſcendã ſciendum ꝙ in dolore capitis non debemus incipere à ſedantibus niſi apud vehementiam eius, nec narcotica approximare niſi in vehementiſſimo dolore, apud. ſ. vehementem neceſſitatem. Et cõſimiliter nec multũ calida. nam exceſſiue calida vel frigida nõ debent membro principali applicari. quarta primi. j. ca. Vnde dolor colicæ a dolore capitis in hoc ſeparatur, quoniam in colica concedetur faciliter narcoticũ, quoniã colica quãdoq; peruenit ad hoc vt perimat. Aui. prima tertij. allegato cap. non autẽ ſic in dolore capitis.

Secundo nota ꝙ in dolore à calida cauſa debemus incipere ab alterantibus vt prohibeatur aduentus nocumenti ad principale: quatuor dũtaxat caſibus exceptis. Primus quando eſt dolor in febribus materialibus.

Vſus enim epithemati multiplicat eum, in eo caſu attractio frigidorum per nares iuuat vt aceti & aque roſ.

Secundus quando ipſe à cõmunitate totius dependet, aut ab alio particulari membro, quo caſu conuenit diuerſio ne recipiat, & receptorum reſolutio. Tertius quãdo fit propter multitudinem materiæ, & tunc euacuatio iuuat & conuenit. Quartus quando fit à multitudine vaporum extraneorum in capite & præter cõitatem totius aut partis. & tunc adminiſtratio reſolutiuorum cõuenit.

Conditiões cir ca ea, q alteran di cã ca piti ap ponũt.

Tertio nota ꝙ alterantia capiti appoſita debẽt habere tres conditiones. Prima quòd ſint cõuenientia in gradu qualitatis contrariæ. Secunda vt coadiuuent virtutem membri. Tertia vt ipſum confortent proprietare ſua. Et hæc omnia colligũtur à Meſ. de appropriatis ca. de ſoda. Item ſciendum ꝙ emplaſtra frigida, ſiue inunctiones

ctiones frigidę nõ debent poſteriori parti applicari. Aui. prima tertij. alleg. loco.

Primus cañ. completur cum abſciſſione cauſarum primitiuarum ſi quæ ſint, à quibus dolor aut ægritudo ipſa dependet, & cum debita adminiſtratione ſex rerum nõ naturalium ad cõtrarium diſpoſitionis p̃ternaturalis tendẽtiũ. de q̃bus rebus dictũ eſt ſupra ſatis cõplete tract. ij. Et iſte eſt canon vniuerſaliſsimus in quacunq; ægritudine.

Secundus perficitur cum digeſtione cauſæ antecedẽtis & eius euacuatione, & maxime vbi eſt materia digeſtione indigẽs. q̃ ſi ibi non fuerit indigẽtia digeſtionis, vt materia ſanguinea aut furioſa ſola ſufficiet euacuatio.

Tertius adimpletur cum euacuatione, qui proprie cauſæ cõiunctæ debet aut cauſę medię ſecundũ Cõciliatorẽ, intelligẽdo per cauſam cõiunctã ipſam materiã loco doloris p̃pinquã actualiter malã imprimentẽ cõplexionem & ipſam malã cõplexionẽ à qua ipſe dolor eſt cauſatus. De ſolutione continuitatis ſuo loco dicetur. Hæc tamen euacuatio fit multipliciter, aut per ea quæ ad intra ſumuntur, aut per ea quę ad extra applicãtur. Exemplum primi, vt ſunt ſolutiua electuaria, pilulæ & huiuſmodi. maſticatoria, gargariſmata, iniectiones in aures & huiuſmodi. de quibus infra. Exemplum ſecũdi, vt phlebotomia, emplaſtra, unctiones, embroche, ſacculi, odorabilia &c. de quibus ſuis ordinibus infra dicetur.

Quartus cõſumetur cum medicaminibus appropriatis illis accidentibus, quę cõtingere conſueuerunt. vt ſunt ſurditas, tinnitus aurium, vigilia, de quibus infra.

Cauſa coniuncta ſe dicit Aui. cing ſecta tores, vel methodi. cos malo mem, ſed dubi eſt haud vulgari dilige tia plexio Gal. cum ſplendidis locis, ... dare cap. ſeu vult, ut ... medic

### *Cura ſanguinei ſimplicis per eſſentiam.*

ET deſcẽdendo ad particularia omnis dolor capitis ſubſtãtialis per eſſentiam de quo eſt ſermo principaliter. nã de alijs per cõitatem ſuo dicetur loco. Aut ex ſanguine eſt aut ex cholera, phlegmate, vel melancholia, vel ex his pluribus quomodolibet adinuicem cõmixtis. Si ex ſanguine, aut eſt à ſanguine multo, ita q̃ in toto eſt ſanguinis repletio magna. Aut eſt à ſanguine pauco non exiſtente in toto multa ſanguinis repletione. Item aut eſt in principio, quia ſcilicet materia eſt in fluxu ad caput, aut eſt iam fluxa. Et iuxta hoc ponantur canones.

Primus. ſtante ſanguinis repletione in tota materia exiſtente in fluxu q̃ in principio fiat phlebotomia ex nigra, & ſi poſt timetur fluxus ex baſilica, & ſi longius diuertere voluerimus ex ſaphena, deinde ex cephalica. q̃ ſi non ſufficienter perueniatur vſq; ad phlebotomiã venæ frontis, naſi, & auris. nam in dolore capitis ex ſanguine procedentis ſolo ſola ſufficit phlebotomia. Iſta eſt ſentẽtia Aui. prima tertij. cap. de euacuationibus curatiuis ſodæ.

Secundus exiſtente ſanguinis repletione in toto & materia iam fluxa ad caput, aut ipſa exiſtente in pauca quãtitate, à quo dolor capitis prodijt ſola ſufficit phlebotomia cephalicæ, Vſq; vero ad quãtum debet ſanguinis extrahi dictum eſt ſupra tract. j. iiij. cap. & amplius dicetur.

Tertius alteratiua frigida & ſicca capitalia. de quibus infra ſimplicia & compoſita debent capiti applicari ad remotionem malæ complexionis derelictæ &c.

Quartus. euacuatiua lenitiua & caliditatẽ ipſam cõtẽperãtia tã per os q̃ per ſubtus ĩpoſitionẽ, vt clyſteria &c. eo in caſu adminiſtrentẽ. Ordinatio dietę eſt in. j. cañ. &c. Hic ĩn eſt notãdus canon iſte q̃ in dolore capitis et ſpãliter frigido debet, eſt paucitas comeſtionis, & potus vini, et ſomni multitudo. primi et ſcd'i cañ. cõplemẽtũ patet.

Quintus vero completur cũ odoriferis frigidis & ſiccis capitpurgijs de q̃bus infra. Et tu elige vt vis fortiora & debiliora vt propoſito cõueniunt cum embrocha frigidis, & cũ embrocha facta ex aqua roſ. & aceto aut oleo roſ. albumine ouorũ, & aceto addito pauco cãphore &c. aut decoctiõe roſarũ viol. balauſtiarũ &c. in aqua fontis facta. Intelligẽdo indifferenter per embrochã tam applicationẽ rerũ ipſarũ q̃ petiæ infuſæ in eis, aut expreſſionẽ ab allegato factã &c. Quòd ſi de embrocha cupis ſignificationẽ videre. requre Aui. quarta primi. ca. de embrochis.

Sextus perficitur cum clyſteribus lenitiuis frigidis, vt ex violis, maluis, blitibus & huiuſmodi. oleo viol. &c. facta eorum decoctione in aqua additis caſia, thamarindis, diaprunis &c. de quibus ſupra & infra ſpecialibus dicetur ca. de ſoda cholerica. quare in narratione eorũ ſuperſedeo. nam quæ de cura cholerici dicentur poterunt ſanguineo applicari. Breuibus etenim tranſeo, quia raro capitis dolor ex ſolo fit ſanguine.

Sed eſt notandum q̃ dolore exiſtente in altera parte capitis tantũ in principio debet fieri phlebotomia ex parte contraria. poſt vero principium ex parte eadem.

### *Cura facti a ſanguine commixto alij humori per eſſentiam.*

SI vero fiat ex ſanguine alteri humorum admixto, vt exempli gratia cum cholera tunc ponantur canones.

Primus. ſtante ſanguinis cõmixtione &c. corpore exiſtente plethorico fiat phlebotomia ex nigra, quę eſt euacuans à toto, quoniam phlebotomia eſt cõmunis humoris euacuatio. quarta primi de phlebotomia. & prima tertij allegato loco.

Nigra eſt vena, q̃ & media dicitur, quã nõnulli & alio noïe nõ inepte cõem, vel ſunt brachil, vl' matef, ſeu medianã nun cupant.

Secundus. ſi non fuerit totius plethoria fiat immediate ex cephalica. deinde ex venis frontis, naſi &c. Et hunc tangere voluit Auicen. prima tertij allegato cap. dum dixit: Quæcunq; ſit materia incipimus à phlebotomia cephalicæ, & venarũ capitis &c. Tertius eſt digeſtio materiæ. Quartus eſt euacuatio eius. Quintus eſt remotio malæ cõplexionis derelictæ per applicationem rerum particularium ab intra & ab extra, vt ſunt odorabilia &c.

Primi canonis & ſecundi cõplemẽtũ ſatis patet. Et debẽt iſti duo canones intelligi & ſuppleri. vt duo primi p̃cedẽtes de ſanguinea, quia. ſ. materia exiſtẽte in fluxu &c.

Tertius vero cõpletur ex ſimplicibus frigidis & compoſitis capitalibus in digeſtione materiæ cholericæ ſanguineæ valentibus. Et eſt notandum pro complemento iſtius canonis & ſequentis. q̃ omnia quæ dicẽtur & ponentur de dolore à materia cholerica proueniente poſſunt applicari, & debent canonibus de dolore à materia ſanguinea proueniente ex ſanguine ſolo, aut commixto cum cholera, phlegmate, aut melancholia.

Conſimiliter ſi fuerit ex ſanguine cõmixto phlegmati debent obſeruari cañ. duo primi de phlebotomia. Tres vero reſidui complebũtur ſuo modo, vt de cholerico dictum, ſcilicet cum digeſtiuis phlegmatis naturalis. Idem de dolore ex ſanguine cõmixto melancholię arbitrandũ.

Sed aduertendũ q̃ in dolore ſanguineo cholerico remiſſiora ſufficiunt q̃ cholerico tantũ. nam ſanguis eſt cholerę frenũ. quarta primi. de phlebotomia. Similiter in phlegmatico ſanguineo q̃ in phlegmatico tantũ intẽſiora calida cõueniũt &c. in ſanguineo melãcholico. ſimilr̃ remiſſiora calida &c. Et de his oĩbus ponenẽ exempla & remouebunẽ illa quę dicta ſunt ſupra ad p̃poſitũ valentia &c.

Sanguis cholerae frenum.

Poſtremo ſciendũ q̃ habentes dolorẽ capitis, aut aliã ægritudinem capitis ex cauſa frigida nocenẽ ex potu vini & mora in balneo. Item habentes ægritudinem in velaminibus cerebri nocentur ab aqua frigida. Aui. prima tertij. allegato cap. Item ſcito q̃ vẽtoſæ ſunt vicariæ phlebotomiæ. & ideo vbi nõ poteſt phlebotomia habere locum ponantur ventoſæ. non dico vt diuertãnt tantũ, ſed vt principaliter euacuent. & eſt ſententia Auic. prima tertij. de curatione ſodæ calidæ cum materia & abſq;.

Vẽtoſæ non tñ diuertũt, uerũ p̃cipaliter euacuant.

### *Cura cholerici per eſſentiam.*

DE dolore capitis per eſſentiam a materia cholerica proueniẽte cañ. Ordinatio dietæ. Digeſtio materiæ. Euacuatio eiuſdẽ. diuerſio. Remotio malæ

qualitatis impreſſæ.

PRIMVS can̄. perficitur cum his cibarijs & potibus quæ choleræ appropriantur, de quibus complete ſatis dictum eſt ſupra tract. 5. addendo q̃ conſimiliter regimen ex parte aeris debet declinare ad frigidū & humidū, & cæterę res non naturales. de quibus ſupra in. j. tract. & particularius dicet in de peſtilentia domino concedente.

SECVNDI can̄. complementū habetur, cū compoſitis & ſimplicibus frigidis, aut ducentibus alias medicinas ad caput, aut à proprietate ipſum infrigidātibus, & alterantibus. Nam digeſtiua choleræ cuiuſcunque poſita ſunt tract. 4. ita q̃ additis his quæ illa ad caput ducunt habebitur canonis complementum.

Simplicia itaq; frigida caput ſua proprietate reſpicientia, & alias medicinas ad ipſum ducentia ſunt. Viola, nenuphar, roſa, camphora, ſalix, cucurbita, granatum, ſolatrum, lactucā, ſandals, myrtus, plantago. de qua Apuleius radix ſuſpenſa collo &c. ſemperuiua, portulaca. Et eſt notandum q̃ ex his quæ magis aromaticitate participant magis capiti cōferunt & appropriantur. Item non ſolum hæc frigida ducunt digeſtiuas medicinas choleræ ad caput, ſed etiā calida ſimplicia de quibus videbitur in materia phlegmatica. nā nō incōueniūt digeſtiuis exiſtētibus frigidis ducētia ad caput eſſe calida, immo cōueniūt. Nam ſicut allegatū eſt ex Aui. quarta primi. j. ca. Quę membris applicant principalibus nō debent eſſe vehemēter frigida aut calida. Recipiantur ergo ſimplicia aut compoſita cholere digeſtiua propoſito deſeruientia. de quibus ſupra addantur frigida ducentia de quibus dictum eſt, aut calida de quibus infra, & ſic habebitur canonis complementum. Et iuxta hæc notentur duo canones.

Primus q̃ emplaſtra etiam materiam in capite exiſtentem optime digerūt. Et dicitur in capite, quia materia in toto &c. melius per ſyrupum digeritur. Hæc eſt ſententia Gent. ſuper illo verbo Auic. prima tertij. de canonibus vniuerſalibus. Certius autem quod eſt in digeſtione humorum manifeſte cruditatis eſt vt ſit cura ex emplaſtris de medicinis equalis calefactionis. cuiuſmodi ſunt camomilla, melilotum & huiuſmodi.

Secūdus q̃ digeſtiua exhibeantur poſt cœnam in dolore capitis niſi fuerit prohibens. nam fortius operantur ſtant enim in parte ſuperiori ſtomachi & euaporāt ad caput plus q̄ ieiuno ſtomacho. Et hoc videtur ſentire Aui. ſexta tertij. cap. ij. vbi inquit. Opportunius quidem bibūtur huiuſmodi poſt cibū. Et Damaſ. prima particula ſuorum aphor. Medicinarum quædam & maxime quæ faciunt in ſummo capitis poſt cænam quando itur dormitum dandæ ſunt. Quæ auctoritas licet ad ſolutiuas referri videatur, tamē etiam de alteratiuis per eandem rationem verificari habent. Gentilis allegato capitulo.

TERTIVS autem canon habet ſex can̄. Primus q̃ à facilioribus eſt inchoandum Meſ. de ſoda calida. & Auic. prima tertij. de euacuationibus curatiuis.

Secundus q̃ euacuatiua non ſint multū fortia, vt euacuent ſubtile, & groſſum remaneat, ſed ſint debilia & fortia, oportet iterū in materia capitis expectare digeſtionē vt materia facile euacuet, & cū hoc oportet medicinā eſſe fortē cū habeat euacuare materiā q̄ eſt à vijs ductuū multū remota, & quę habet deſcēdere per vias anguſtas &c.

Tertius non debent ſolutiua talia eſſe nimis calida ne inflamment &c.

Quartus quòd medicinæ à capite euacuantes debent eſſe in corpore multum morantes & non multum virtutem ſtimulātes. & ideo medicinæ ſolidæ vt pilulæ & huiuſmodi ſunt conuenientiores.

Quintus quòd ſuper ipſarum aſſumptionem eſt dormiendum, ne motus aut vigiliæ ipſarum medicinarum debilium deſtruāt virtutem. & ideo recte operantur qui de ſero ipſas exhibent.

Sextus quòd continue eſt tenendus venter lubricus cū lenitiuis per ſuperius aut inferius eius qui dolorem capitis patitur. Auic. prima tertij, de cura ſodæ calidæ cum materia & abſque materia.

Simplicia & compoſita euacuantia materiā cholericā ex capite ſunt illa quę euacuant choleram, vt ſupra. Nam euacuatiua indifferenter euacuāt à membris, quare cū volumus ut à certo membro euacuent debemus addere illa quę ducūt ipſa ſolutiua ſua proprietate ad illud membrū. & ideo in euacuatiuis à capite debemus addere capitalia dicta & dicenda. Verūtamen plurima ponuntur ſolutiua ſimplicia & cōpoſita à capite ſua virtute eductiua. Sed eſt notandum q̃ cum in capite magis & frequentius reperiat materia frigida q̄ calida, ideo plura ſolutiua reperiūtur ſoluentia materiā frigidam à capite q̄ calidā. Solutiua ſimplicia materię cholericæ à capite compoſita ſunt myrobalani citrini, aloe, agaricus, ſuccus roſ. hierapigra, hieralogodion, pilulæ de hiera, aleſanginæ, aureæ, cochię. Ipſæ tamen principaliter phlegma educunt. Similiter valet pilulæ lucis. Item notandum q̃ cum nō peccet humor vnicus vt dictum eſt: oportet ſolutiua adinuicē cōmiſcere ea proportione qua & humores ſunt adinuicē commiſti, quare cū multis ac multis modis & varijs proportionibus adinuicē cōmiſceantur nō poteſt poni certū ſolutiuū, ſed oportet varium & varium cōponere, quare de re ſuperſedeo in ipſa ponēdo, & oportet recurrere ad ea ſolutiua poſita. ſupra tract. iiij. & in cap. eligēdo propoſito cōuenientia cū eis cōponendo q̄ virtutē ſolutiuorū ad caput ducāt. Fit & euacuatio materię nō ſolū cū ſolutiuis, ſed etiā cum gargariſmis, ſternutatiohibus, & caputpurgijs.

Garga-
riſma.

Gargariſma ſiue gargariſmus materiā cholericā à capite ſiue à cerebro educens. ℞. ſyr. acetoſi ſimplicis. ℥. iij. aquæ violarū. ℥. viij. miſceant: & ex eo calefacto gargarizetur, & ſi vis adde camphore. ℈. j. Poteſt etiā fieri gargariſma cum ſyrupo violarū nenupharino &c. addito acetoſo cum aquis ſublimationis, aut decoctionis rerum caput reſpicientium, vt ſupra, aut frigidarum aut calidarū, vt ſupra. Sed notandum q̃ in gargariſmate debemus aduertere ne gargarizans patiatur in pulmone, aut ſit aptus leuiter pati, aut materia quæ debet deſcendere ſit acuta multum & mordicatiua. & quòd poſt timeatur futurum nocumentum ipſo dolore capitis Auicen. prima tertij de canonibus curatiuis.

Item nota q̃ debilia parum proſunt, & fortia ſunt multum ſuſpecta. Auic. alleg. loco. de eis ergo nō eſt multum curandum. Sternutatio, & ſi cum frigidis ſolis conuenienter fieri non poſſit cum non pungant & virtutem ſtimulent debet fieri ex frigidis & calidis ſimul vt cum ſucco viol. aut roſarū, aut huiuſmodi. ponendo piper aut cōdiſi, aut elleborum &c. Fit tamen vt Auic alleg c. cū vapore aceti in quo parum caſtorei eſt diſſolutum, aut cum aqua hordei in qua eſt aceti. ʒʒ. & huiuſmodi in vaſe ſtricti orificij, Vitet tamen ſternutatio vbi fuerit deſcenſus reumatis niſi in declinatione. Vt ℞. ſucci viol. aut roſ. ℥. j. piperis, aut condiſi. ʒ. j. aut ellebori, quia fortius eſt. ʒ. ſ. vel. ℈. j. & cum aqua violarum aut roſ. omnia diſtemperent vt facilius trahi poſſint per nares modicū calefaciendo. Caputpurgium vero fiat ex eiſdē ſuccis, aut ſucco ſolatri, aut blitis addendo zuccharum candi, diſſolutum in altero ipſorum cum modico camphoræ.

Sternu-
tatorū.

Caput-
purgiū.

QVARTVS can̄. cōpletur fricationibus, ligationibus, vētoſis, lotionibus, ſuppoſitorijs, clyſteribus &c.

Fricationes primo ſint leues & cum manibus ſolum à cubitis infra & à genubus infra ſemper deſcēdendo. Item fiant fortes vt cum ſale & oleo violarum aut camomillæ ſecundum q̃ diſpoſitio exigit. Tertio fortiores ut cū mandili aſpero vt vſq; ad excoriationē excluſiue. Ligationes fiant cum reſtibus ſubtilibus & fortibus ſiue chordis, aut alutis circa extremitatem muſculorū brachij ſuperiorum

Frictio-
nes.

Ligatio-
nes.

tiorum verſus humeros, & etiam prope cubitum vt videbitur expediri. Et ſimiliter circa muſculos coxarum, & tibiarum fiat. Sed eſt aduertendum ꝙ cum fiunt ligationes non debet permitti ꝙ ſpatio ſtent longo, quoniam ſic ſequeretur membri ſtupefactio, & viſiatio, & ſic non haberetur diuerſio quæ quęritur, ſed oportet vt diſſoluātur ſæpe, & ſæpe reiterentur. Hæ vero poſſunt fieri fortiores & debiliores ſecundum ꝙ videbit̃ neceſſariū fore.

Vētoſæ. Ventoſæ ſine ſcarificatione ponantur inter ſpatulas, & quādoq; ponuntur ſuper muſculos crurium, vt ad lōgius ſpatium fiat diuerſio, Et ſi ſcarificatio neceſſaria videbitur fiat cum canonibus poſitis ſupra de ſanguineo.

Lotiões Lotiones pedum fiant cum aqua fontis in qua bulliāt herbę conuenientes frigidę dictę ſupra. & de digeſtiuis materiæ cholericæ, & fiant ante cænam vel prandium, fiantq; exiccationes debitę &c. Item aſſiduatio effuſionis aquæ calidæ ſuper extrema eſt ex his quæ ſodam reſoluunt, & maxime à cauſa calida prouenientem, quamuis in omni ſoda vehementer conueniant. Auic. prima tertij. de regimine vniuerſali ſodæ.

Suppo-ſitoria. Suppoſitoria cōmunia nota ſunt. poſſunt fortificari cū ſpeciebus hieræ addita ſcamonea &c. aut aliquod tale materiam cholericam euacuans.

Clyſteria etiā leuia cōueniunt ex maluis, violis, bliti, lactuca & huiuſmodi frigidis quæ lenitiua ſunt & caput reſpiciunt, vt ſuper cum oleo, violis, & ſale cōi &c. Et vt dictū eſt in cañ. ſi eſt repletio vēter ſemper & cōtinuo ordine cū leuibus maniatur, poſſunt clyſteria fortificari cū diaprunis non ſolutiuo, & cū diaprunis ſolutiuo, fient fortiora cum ſucco roſ. &c. electuario de pſilio &c.

QVINTVS canoñ. perficitur cum ſuffumigijs odoriferis. Et attractionibus per nares embrochis, & fomentationibus. Vnctionibus, epithematibus. Inſtillationibus. Et linimentis. Sacculis. Cerotarijs. Confectionibus. Electuarijs.

Et licet ſuffumigia poſsint poni in numero euacuationū, quia tamen per ea principaliter quęrit̃ malę qualitatis remotio. hinc ad cōplementū. 5. cañ. reducta ſunt. per ipſa enim ſicut per epithemata & embrochas &c. fit materię euacuatio inſenſibilis & q̃nq; ſenſibilis. Suffumigium. ℞. roſ. ſandalorū, ligni aloes ana. ʒ. ij. florū camomillæ. ʒ. iij. aquę ro. quantō ſuff cit. & hæc omnia cum bulliūt, ponant̃ in vaſe uitreato ſtricti orificij & obſtruatur orificiū et permittant̃ in eo bullire parūper. deinde ponant̃ in alio vaſe & recipiat̃ fumus. Eſt enim expertū. ſi vigilias patit̃ addant̃ cortices papaueris Meſ. Item poteſt fieri ſuffumigiū ex herbis capitalibus frigidis de quibus ſupra ut ex violis nenuphare roſ. &c. faciēdo ea bullire in aqua veri frigoris, ſed tūc addat̃ ſaluia, vel roſmarinus, vel aliquod tale capitale calidū, quoniā vt dictū eſt medicinę frigidæ debēt vitari in applicatione eorū ad membrū principale. quarta primi. j. ca. Nota tamen ꝙ iſta & ſequentia non debēt fieri niſi euacuationibus vniuerſalibus p̃cedētibus & morbo exiſtēte in declinatione. Itē nota ꝙ q̃n dolor capitis pēdet à materia exiſtēte in capite & in toto repletione nō exiſtente aut materia pauca, quibus caſibus ſola ſufficit euacuatio p ſternutationē, aut caputpurgiū facta. & hoc ſępe notaui in experiētia, ſed nō parum eſt ſic eſſe.

Odorifera autē fiant cōſimiliter cum frigidis capitalibus, vt cum roſis, ſandalis, caputpurgijs &c. de quibus in ſecundo cañ. faciendo pomum aut ponendo ea in petiola.

Attractiones fiāt ex rebus frigidis capitalibus vt aqua roſ. cū aceto pauco, aut aqua roſ. camphorizata, aut aqua ſolatri vel nenupha. Et ſi fortis valde erit dolor & cætera conſentiant addat̃ modicū opij, & de narcoticis habuiſti in princ. cañ. ex quibus poſsit embrocha patet. Nā ex eiſdem herbis frigidis &c. embrocha laudatur. ℞. foliorum roſ. nenupha. viol. ſalicū, maluarum, hordei excorticati. ana. ad libitū decoquant̃ in aqua, deinde cum ſpongia aut per cannulā ex alto fundatur &c. hæc tamen fiant vbi nō ſit ſuſpicio de catarro de ſoda calida. Vnde Auic. de regi. vniuerſali ſodæ. In omni autem ſoda cui aſſociatus reumatiſmus non declinet ad infrigidandum caput & humectandum cum oleis & ſimilibus: ſed fuge ad euacuādum & reſtringendum extremitates & fricandū eas & ponantur in aqua calida. Et ſi quæris cum hoc virtutem reſoluendi adde camomillam. Item ſi quæris remouere vigilias adde cortices papaueris ſemina lactucæ &c. Et ex eiſdem fiant fomentationes &c.

Vnctiones fiant ex oleis conſimiliter frigidis ex rebus frigidis dictis cōfectis, vt ex oleo nenupharino viol. roſ. addito aceto camphora &c. ℞. olei roſ. viol. ana. ℥. ij. aceti. ℥. j. camphoræ. ℈. j. ſucci agreſtæ. ℥. ſ. omnia ſimul fortiter miſceantur & capiti applicentur. eſt enim efficax. Meſ. tepidū applicetur. Et quia ponitur acetū &c. Notandum & pro ſequentibus ꝙ acetum ponitur in vnguentis & cæteris ad penetrandum vt vbi os eſt durius debet acrius acetum vel in quantitate maiori poni, & vt cōmuniter inuenio debet eſſe quarta pars totius. tamen quidam minus ponūt ſecundū ꝙ videtur expedire, & qdā magis. Acetū ſ oſ medicamēto vt vim penetrādi afferat, ponitur.

Epithemata cōſimiliter ex eiſdem fiant, vt cum aquis diſtillationis, aut cum ſuccis rarum herbarum petia in eis infuſa addito aceto. Primum facile cum aqua. ſecundum fortius cum ſuccis, aut cum oleis dictis addito aceto & camphoræ modico &c.

Inſtillationes fiāt in aures & in nares ex rebus ipſis &c. Zacharias. ℞. opij cāphoræ ana, partes æquales fiant collyria ſicut lentes diſſoluatur vnū aut duo cum oleo viol. aut de cucurbita & diſtilletur in aurē & naſum, eſt enim verax. Filius Serap. ℞. ſpodij. ʒ. ij. opij. ʒ. j. croci. ʒ. ſ. cōfice cum aqua roſ. in modum pilularū paruarum adminiſtrent̃ cum lacte mulieris, aut oleo violarū, aut de cucurbita &c. vt de præcedenti dictum eſt: eſt enim ſublime.

Linimenta fiant vt vnctiones &c. vt ℞. olei roſ. viol. ana, boli armeni quantum ſufficit pro linimento. addatur de albuminibus ouorum duobus. deinde in mortario fortiter agitentur, deinde fronti & capiti applicentur.

Sacculi autē fiant ex eiſdē frigidis de quibus dictū eſt, & dabit̃ modus in cura ſequenti de dolore ex phlegmate.

Et conſimiliter de cerotarijs dicendū ſicut de vnguentis, & dabitur in eodem loco conſimiliter modus &c.

De cōfectionibus vero & electuarijs dicendū ꝙ parū laborauerunt auctores in hoc, & ſaltē reſpectu eius ꝙ laborauerūt in cauſa frigida. Valet tamē electuariū de gemmis ſine ſpeciebus addito modico ambrę. Item cōfectio de diarodon Meſ. Item triaſandali nigri. Item confectio de prunis Meſ., & eſt quid ſingulare, quia ventrem tenet lubricum, quod eſt maxime tiendum iuxta cañ. Et eſt aduertendum ꝙ pſiliū nunquā conteratur vbi per ipſum quęrat̃ infrigidatio. nam per partē intrinſecam eſt calefactiuū. prima tertij. tract. j. ij. cap. per corticale vero infrigidatiuum &c. ij. can. Secundo notandū ꝙ in adminiſtratione iſta & ſpecialiter epithema & vnctione &c. debet fieri prius capitis ſiue capillorū abraſio, ſic enim cōuenientius applicant̃. Vnde Auic. de regi. vniuerſali ſodæ. Si autē via vti epithematibus & emplaſtris: & ægritudo eſt fortis & temporalis calida ſiue frigida, oportet vt caput radatur. Illud enim eſt maius iuuatiuū ad hoc vt medicinæ virtus in eo penetret. & ita de cura ſodæ frigidæ abſq; materia incipiat̃ ab abraſione capitis prius. Poſtremo quia de applicatione oppiatorū ad aures vel nares dictum eſt. notandum ꝙ ſi dubitatur, ne cōtingat ſtupor ex eorum adminiſtratione, tunc. ℞. caſiæ ligneæ ad libitū, & puluerizetur, & miſceatur cum oleo, & immittatur in aures vel nares poſt immiſsionē narcoticorum, ꝙ ſi iam ſtupor venerit: tunc ℞. caſię ligneæ. ʒ. j. caſtorei. ʒ. ſ. croci. ℈. j. & omnia ſimul diſſoluantur in oleo de coſto, & mittatur in aures & nares &c.

Pſilium vt īfrigidet nunquā cōterēdū.

*Cura phlegmatici per eſſentiam.*

DE dolore capitis per eſſentiam à materia phlegmatica prouenientе. Canones cõſimiliter quinqȝ ſunt obſeruandi, vt de cholerica dictum eſt.

PRIMVS completur cum rebus quæ ſe opponũt materiæ phlegmaticæ, de quibus ad plenum tertio tract. debetqȝ & aer & cæteræ res non naturales declinare ad eas qualitates ad quas cibi & potus.

SECVNDI cõplemẽto cõſimiliter habebiť, vt in cholerico dictũ eſt, ſi ponẽtur ſimplicia calida à proprietate digerentia phlegmaticã materiam quæ eſt in capite cum ſua virtute alias medicinas ad caput portantia. addã tamen ea quæ inueniã compoſita hoc in caſu ab auctoribus laudata, vt ſunt ſaluia, rutha, ſiler montanum, fœniculus, maiorana, bethonica, peonia, ſaturegia, camomilla, ſerpillum, pulegium, camedreos, camepitheos. hæc tamẽ duo quæ ſunt in vſu non inuenio ab auctoribus cõmendata ſpecialiter à Serap. & ab Auic. Caſtoreum, cinnamomum, origanum, ieuſimium, lignum aloes, xylobalſamum, folium, thus, laudanum, folia lauri, ſandaraca, ſticados, melegeta, ſquilla, nux muſcata, cubebę, ambra, melilotum, muſcus, berbena, calamus aromaticus.

De cõpoſitis vero eſt principaliter ſyrupus de ſticados Meſ. ℞. hyſſopi, ſticados arabic. ana. ℥. j. origani epithimi. ana. ℥. j. ſ. radicis peoniæ, ſileris montani, xylobalſami, carpobalſami, pyrethri, radicũ fœniculi, petroſilij. ana. ℥. ſ. bethonicæ gariofilatę. ana. M. j. cardamomi ſpicæ. ana. ʒ. ij. paſſularũ. ʒ. ij. mellis lib. j. Fiat ſyrupus cum aqua in qua ſteterint in infuſione roſmarinus & nux muſcata gentilis. Et cõſimiliter componi poſſunt alij ſyrupi cum paucioribus & pluribus ſimplicibus ſecundum quòd videbitur expedire.

Notandũ tamen ꝙ oportet diligenter aduertere ſi cum dolore eſt fluxus reumaticus an non, vt de cholerico dicebatur. Nam ſi eſt fluxus oportet vti pro digeſtiuo calidis ſtypticis. Vt verbi gratia. ℞. ſaluię, nuchũ, cypreſsi, olibani, maſticis. ana. ℥. j. nucis muſ. ℥. ſ. ligni aloes. ʒ. ij. mellis zucchari. ana. lib. ſ. fiat ſyrupus ſecundũ artẽ. Si vero nõ fuerit reumatiſmus &c. fiat digeſtio cũ præcedentibus & cum his quę dicta ſunt de digeſtiuis phlegmatis ſupra tracta. iiij. additis his quæ ipſa ad caput ducunt de qbus &c. vt in de cholerico dictum eſt. vt verbi gratia. addendo ſyrupum de ſticados, oxymel ſimplex, aut compoſitum. Si vero fuerit reumatiſmus mel roſ. cum aqua ſaluiæ & huiuſmodi &c. Sed pro iſto recurre infra ad ea quæ dicuntur de reumate ſiue catarro.

Emplaſtra vt in de cholerica oſtendebatur faciunt ad digeſtionẽ materiæ, pro quo recurre ibi & lege illos cañ. duos. Emplaſtrũ. ℞. ex herbis & alijs ſimplicibus capitalibus dictis & cum farina ſeminis lini fac emplaſtrum magis & minus calidum magis & minus ſtypticam addendo de frigidis & temperatis capitalibus &c. vt expediens negocio tuo fuerit ſine croco, quia capiti nocet, & ſodam facit. Emplaſtrum.

PRO TERTIO cañ. adducantur etiã hoc illi ſex cañ. poſiti ſupra de cholerico. Quorũ duo primi magis hic clarificanť, & auctorizantur ex Meſ. de cura ſodæ ex aggregatione cholerę nigrę & phlegmatis. vbi inquit. Tertiũ regimẽ eſt regimen euacuatiuũ. In quo tria cõſiderabilia ſubdunť. Vnũ vt non ſemel, & multũ, & ſubitam faciamus euacuationem, ſed per interualla habentem temperiẽ vt natura euacuationẽ & non euacuatio naturã reguleť. Subita enim & violenta euacuatio à natura nõ reguláť, ſed operatur ſicut impetus flãmę quę ſubito agit in ſubtile, & pręteтmittit groſſum. Opus vero moderati caloris eſt in vtrãqȝ partẽ. vcȝ. aſſabilis & elixabilis ęqualiter agere. Secundum cõſiderabile eſt ut euacuatiuum ſit cõmenſurate non excedens mediocritatem, ſed ſit extenſio eleuationis eius non recedens à gradu medicinarũ incolumium &c. Tertium vt non expoliẽtur ſolutiua à rebus lenificatiuis & humectatiuis.

Et ſicut dictũ eſt euacuantia phlegma indifferenter ab omni mẽbro euacuãt. vnde addẽda ſunt capitalia q̃ à capite educẽt. vnde ſic à capite euacuabimus. Et licet ita ſit plurima ponunť ſimplicia & cõpoſita phlegma à capite ſua ꝓprietate euacuãtia. Simplicia ſunt colloquintida, agaricus, ſticados, aloe, kebuli, ſarcocolla. Compoſita ſunt hierapigra, hieralogodion Nic. & eſt medicamen ꝓpriũ. Pilulæ cochiæ Gaľ. pilulæ aureæ licet principaliter cholerã educãt. Pilulæ de hiera. Pilulæ aggregatiuæ maiores. Pilulæ, ſine qbus eſſe nolo Nic. Itẽ pro exẽpli gratia ſi capianť. ʒ. iij. diaſinicõ. &. ℥. j. ſyrupi de ſticados, aut ℞. ſaluiæ ſticados arab. ana. ʒ. ij. paſſularũ radicis fœnic. petroſyllini. ana. ℥. j. centaureæ minoris, colloquintidę, hermodactyli. ana. ℥. j. ſ. fiat decoctio de qua accipiatur lib. j. mellis lib. j. addatur agarici. ℥. j. turbith. ℥. ſ. diagridij. ʒ. j. zinziber. piperis longi. ana. ʒ. j. ſpicę. ʒ. ſ. fit electuarium. doſis eſt ab. j. ʒ. vſque ad ſex. & eſt Gent. Iſta tamen moderate oportet vt dictum eſt de cholerico. nam quia non peccat humor unus ſolus: ideo &c. recurre ad id quod dictum eſt de ſolutiuis materię cholericæ facientis dolorem &c.

Fit etiam euacuatio vt ſupra cum gargariſmis, ſternutationibus, caputpurgijs, maſticationibus. Gargariſma. ℞. oxymel ſimplex: & ſi cupis fortius oxymellis cõpoſiti. ℥. j. ſ, corticis thuris: aut ſi fortius vis operari piperis. ℥. ſ. & minus vt videbitur expedire, & cum aqua decoctionis ſaluię, aut ſticados. & ſimilium capitalium fiat gargariſma. Paulus. gargariſma ſodæ frigidæ confert ſodæ & ægritudinibus phlegmatis. ℞. oxymellis ſquilliticі cum aqua decoctionis haſtæ origani, hyſſopi ſiccę, piretri, ſinapis etc. fiat gargariſmus omni hora. Sed notandi etiã ſunt hic cañ. illi duo ſuperius poſiti de gargariſmate in cholerico & infra de catarro. & tu recurre ibi. Gargariſma.

Sternutatio fiat cum pipere cõdiſi aut ellebоro albo. Sternutatio.

Caputpurgium fiat cum nigella quæ ſteterit per. 24. horas in aceto infuſa: deinde exiccata & puluerizata per nares attrahatur. Item ℞. fellis vaccini aut caprini, opoponaci, caſtorei. ana. partem. j. croci. partes. v. Fiant ſief. & cum operari volueris fricetur vnus ex eis ſuper cotem cum aqua maioranæ, & liniantur intus nares. eſt expertum. Iudeus. Item ſuccus cucumeris aſinini ſolus, aut cum aliqua aqua capitali vehementer operatur. Idem facit ſuccus ciclaminis. Sed nota ꝙ poſt attractiones & linitiones facta operatione tu debes nares lauare cum aqua calida ne naribus ex acumine medicamenti læſio fiat. Aliud pro delicatis. ℞. caſtorei. ʒ. j. euphorbij. ʒ. ſ. galliæ muſcatæ. ℈. ij. condiſi. ℈. j. fiat eorum contritio bona & fundantur ſuper ipſa ſucci arthanitæ quantitas ſufficiens, expone ad vmbram donec exiccetur. deinde tere & cum ſucco maioranæ fiant collyria & adminiſtrentur ſief. dicta Meſuæ. Caputpurgiũ.

Maſticationes purgant etiam. Democritus. Leue maſticatorium & vſuale. Maſticetur maſtix & quod educit expuatur. Aliud fortius. ℞. maſticis par. ij. piperis. par. j. maſticentur &c. Aliud fortius. ℞. maſticis piperis, pyrethri, radicum capparorum ex quibus fiat maſticatorium: & tu doſa vt videbitur expedire. caue tamen lędere dentes, aut os &c.

QVARTVS canoñ. completur vt de cholerico dictum eſt. Ligationibus. Ventoſis. Fricationibus. Lotionibus. Suppoſitorijs. Et clyſteribus. Ligationes fiant vt dictum eſt & conueniunt fortiores quàm in cholerico. Ventoſę conſimiliter adminiſtrẽtur & cum ſcarificatione & abſqȝ.

Fricationes vero fortiores conueniunt quàm in cholerico, vnde cum manibus fiant fortiores & lõgiori tempore

pore

ponit manus ipſe ducantur ꝙ in cholerico. Item cũ oleis calidis: vt cum camomillino ruthaceo, ſale vt expedire videbitur. Item cum mandili aſpero &c. vſq; ad excoriationem excluſiue, & ſi oportebit fiant ad eam incluſiue. Item cum vino albo ſubtili cum aqua ſparagorum, aut eupatorij, & conſimilium &c.

Lotiones fiant, vt ſupra de cholerico etiam additis ex herbis calidis appropriatis. Item lotio capitis cum aqua vitis multum valet.

Suppoſitoria etiam fortia & fortiora ꝙ in cholerico, vt ℞. mellis. ℥. j. ſalis gēmę. ʒ. viij. & ſi vis fortificare adde ſpecies hieræ ſimplicis. Si vis fortius adde puluerem hieræ compoſitæ, vel ex hiera compoſita addito modico mellis, fiant ſuppoſitoria vel addatur colloquintida, agaricus, & huiuſmodi, vt videbitur expedire. Item addatur elleborus, fel thauri, ſtercus muris, euphorbium, eſula, diagridium &c.

Clyſteria leuia & fortiora ꝙ dicta ſint de cholerico cōpetunt, immo vt dictũ eſt in cañ. de cholerico ſemper venter teneat lubricus & mundus. nam materiæ fecales, aut aliæ corruptę quæ in inteſtinis ſemper fouent dolorē ſiue malam cōplexionē, & clyſteria ipſa cum hoc euacuāt à capite trahēdo &c. Clyſtere. ℞. mercurialis, blitis, caulis, ſaluiæ, ana. M. ſ. matrum violarum quartam. M. j. fiat decoctio in aqua, in qua diſſoluant caſia, hierapigra, zuccharum rub. ana, vt verbi. g. decoctionis dictæ lib. j. caſiæ, hieræ, zucchari rub. ana. ℥. ſ. olei cōis. ℥. iij. Poſſumus ſi fortius cupimus addere colloquintidam, aut agaricum, aut ſal gemmæ, aut carthamum, aut centauream, aut aliquod tale &c. Sed nota ꝙ colloquintida cũ adminiſtratur ne adhæreat tunicis inteſtinorum debet poni in petiola ad bulliendum ſiue &c.

QVINTVS perficitur cum ſuffumigijs odoriferis, attractionibus per nares, embrocis, fomentationibus, vnctionibus, linimentis, cerotarijs, epithematibus, inſtillationibus, ſacculis, confectionibus, electuarijs.

Suffumigiũ fiat ex thure, ſandaraca, ligno aloes, laudano &c. ex altero ipſorũ, vel ex pluribus, vel ex omnibus.

Aliud ℞. maioranæ par. ij. fol. citri ſiue corticum partē j. camomillę partem. j. ligni aloes, ſpicę. ana, par v. ponantur io vaſe vitreo ſtricti orificij, & bulliant in aqua ſaluiæ ſufficientis quantitatis donec conſumpta ſit quarta pars. Aut ſi leuius vis in aqua fontis. deinde aperiatur orificium vaſis, & recipiatur vapor. Aliud fortius nigellæ partes. ij. foliorum maioranæ perſici, haſtæ, hyſſopi ſicci, ſticados. ana. partem. j. fiat vt dixit Meſ. auctoritate Gabrielis.

Odoriferum. Nigella præparata, vt ſupra io caputpurgio in ſyndone de grana inuoluta, aut ipſa torrefacta inuoluta in modum pomi, & odorata &c. & eſt conueniens. Aliud ℞. laudani, ligni aloes electi. ana. muſci gra. ij. vel plura ſecundum quãtitatem aliorum, fiat ex eis pomum. Aliud ℞. caſtorei. ruthæ ſiccę. ana. cũ dragagãto fiat pomũ expertum Meſ. Aliud pro nobilibus. ℞. ſtoracis, calamitæ. ʒ. j. ligni aloes. ℥. j. ſ. galliæ muſc. ʒ. x. maſticis. ʒ. ij. ambræ, ℈. j. gariofil. mellis. ana. ʒ. ij. confice ſic. ſtoracem, laudanum, & maſticem cum oleo de been reſolue, deinde tere in mortario cũ piſtello calido & proijce ſuper eam ligni aloes: galliæ & cæterorum, miſce. poſt hoc funde ſuper ipſa omnia gũmi arabi. aut dragãti quãtum ſufficit & miſce cōterendo, deinde malaxa cum ambra diſſoluta cum modico olei de been malaxatione multa. Vltimo vero aromatizentur cum muſci. gra. j. ſ. & aqua roſ. fiant poma & odorentur vel etiam ſuffumigentur templa & ędes regum & magnatum. Et credo ꝙ iſte eſt modus confectionis auicularum de cypro, eſt enim Meſ. Et ſi cupis odorabilium copiam quære in tract. de peſte quem diuina fauēte gratia edidimus. Notandum tamen vt dictum eſt quòd odorabilia non debent contiOdorabilium vſus.nue & frequenter approximari. inducunt enim ſic capitis grauedinem. debet enim eorũ vſus eſſe moderatus. Nam ſic cerebrum & caput confortant, noo debent etiam niſi poſt corporis mundificationem adminiſtrari. Hæc fuit ſententia Hip. ſ. Aphor. Meſ.

Odorabilium vſus.

Attractiones fiant ex rebus calidis capitalibus dictis, vt attractio aquæ maioranæ ſolius, aut cum calamo aro. aut cum ipſa muſcata &c. ſed iſta odorifera per ſuperius debent à mulieribus vitari in quibus eſt facilis conuerſio matricia ad ſuperiora.

Embrocha ℞. camomillæ, meliloti, ſticados, abrotani, foliorum lauri maluarum, origani, ſauinæ, maioranæ. Ex his coniunctim vel ſeparatim fiat embrocha &c. & poteſt fieri fortis & fortior. vt patet addendo vinum aquæ in qua bullietur &c. Et quoniam lixiuium ſapit naturam embrochæ hinc pono ipſum. ℞. camomillę, ſticados, meliloti, maioranæ, folliculorum ſenæ. ana. M. ſ. contundantur parum & bulliant in lixiuio. Aliud fortius. ℞. maioranæ, ſticados, florum camomillæ, foliorum lauri, bacaræ, folliculorum ſenę. ana. M. ſ. fiat vt dictum eſt. lixiuium enim debet eſſe acutius & minus forte ſecũdum experientiam diſpoſitionis. & tu conſidera, & ex eiſdem fac fomentationes.

Lixiuiũ ſapit naturã embrochę.

Vnctiones fiant ex oleis conuenientibus, vt ſunt camomillinum, ruthaceum, laurinum, de ſpica liliorum alborum, de keiri, nardinum, oleum de ſanſuco Meſ. 12. diſtinctione antidotarij. idem Nico. & oleum amygdalarũ amararum, oleum de croco Meſ. cum quibus addere poſſumus etiam infrigidantia, vt roſ. violatum, nenupharinum, vt contemperemus. Item ſi plus intendimus calefacere oleũ de coſto, de caſtoreo, de euphor. de piperibus, & oleum de lateribus, & eſt proprium &c. addito modico aceti ad penetrandum cum cera &c.

Linimenta poſſunt fieri cum his oleis ſeu altero ipſorum addendo ex pluribus rerum capitalium dantium linimentum corpori. ℞. ad antiquum dolorem capitis coſti, myrrhæ, caſtorei, ſpicę. ana. part. æquales. olei roſ. quantum ſufficit, & ſi in ſummitate patitur adde opij. par. v. inungatur caput frons, eſt enim expertum. Ad idem & etiam ad dolorem aurium ex frigiditate. ℞. caſtorei, euphorbij, opij, ſtoracis liquidæ, piperis, foliorum ruthæ, ſinapis, calamenti, marubij. ana fac trochiſcos, & apud neceſsitatem diſſolue vnum ex eis cum oleo nardino aut coſtino, & modico aceti & lini ſuper locum, aut in aurem mittas in eius dolore &c.

Mahemet zachi cerotaria ex eiſdem conficiuntur, & vt habeatur modus promiſſus ſupra. ℞. camomillæ, maioranæ, ſticados roſ. ana. M. ſ. corticum citri, gariofilis. cinnamomi, nuciſmuſca. ana. ℥. j. galliæ muſcatæ. ʒ. ij. laudani. ʒ. ſ. olei ſpicæ. ʒ. j. & plus vt videbitur apothecario expedire: reſinæ, aut termentinæ quantum ſufficit: & fiat cerotum. & conſimiliter ex alijs poteſt confici.

Epithemata omnia vt dictum eſt fiunt cum aqua diſtillationis rerum ſimplicium capitalium, aut cum decoctione facta ex eis, aut cum herbis aut cum his quæ non ſunt herbæ, de quibus dictum eſt. nam ex decoctione ſticados, maioranæ, foliorum lauri, camomillæ roſ. &c. poteſt fieri epithema hoc. Et omnia conſimilia leuia, & multum aperta prætereo vt breuitati ſeruiam, quam hoc tempore maxime cupimus. Et ſi fortiora deſiderantur legatur Auic. de cura ſodæ frigidæ abſque materia & cum materia phlegmatica, & ibi habetur modus conficiendi fortia.

Inſtillationes per nares non ſunt in vſu. tamen vt dictum eſt poſſunt fieri ſicut de cholerico dictum eſt. vt ℞. laudani. ſtoracis, calamitæ. ana. fiant collyria, & cũ opus eſt diſſoluatur vnum cum oleo camomillino, & ruthaceo, aut de lateribus &c. vt videbitur & diſtilletur in nares, & conſimiliter de alba.

Sacelli fiant ex eiſdem ex quibus embrochę aut cerotaria. vt verbi gratia. ℞. camomillę, maioranę, ſticados, foliorum lauri, pulegij, origani. ana. M. ſ. corticis citri. ℥. ſ. cionamo. gariofilo. ana. ʒ. j. ſpice. ʒ. ſ. macis. ʒ. ij. nucis muſcs. ʒ. j. galliæ muſc. ʒ. j. contundantur contundentia & ponantur in ſacculo quod ſit altitudinis medij digiti ex tranſuerſo latitudinis digitorum ſex. longitudinis digitorum nouem. debet tamen elongari & breuiari & in ceteris fiat vt videbitur neceſſarium eſſe.

Sacculorum forma.

Confectiones ſunt ex dictis rebus confectæ, vt confectio de gēmis Meſ. diambræ, diamargariton, aromaticū ro. deſcrip. Gabrielis, aromaticum muſcatum Meſ. Confectio de muſco dulcis. Electuarium pliris arcoticon. Electuarium regum. Et plura ad idem recitabūtur in de paſſionibus neruorum. Vnde quæ valent in epilepſia, apoplexia, paralyſi, & cæteris neruorum paſſionibus valent & in dolore capitis frigido, & ecōtra. Dico frigido, quia cōmuniter illę paſſiones ſunt de cauſa frigida. Nihil tamen dictum eſt de pectinationibus capitis, quæ etiā conferunt ſuo modo vt prædicta facta purgatione &c. ſed ſatis eſt. de eis dixiſſe in vna parte capitali. debēt enim fieri mane & leues cum aliquali & leui fricatione excuſſis primo ſuperfluitatibus, & facta purgatione: vt dictum eſt.

Pectinatiōes (vt aiūt,) capitisq̄.

*Cura doloris melancholici per eſſentiam.*

DE dolore capitis per eſſentiam ex humore melancholico procedente. Canones quinq; cōſimiliter conſiderandi ſunt, vt in prędictis dictum eſt.

PRIMVS completur ſibi proportionali in cibo & potu, de quibus ſupra tractatu tertio, & ad eaſdē qualitates declinare debet regimen in ceteris ſex rebus non naturalibus. & tu illa conſidera.

SECVNDVS vero vt conſimiliter in alijs dictum eſt perficitur cum digeſtiuis melancholiæ ſupra quarto tract. illa enim indifferenter materiam melancholicam digerunt vbicunq;. Addantur ergo ea quæ eorum virtutem ad caput portent materiam etiam ipſam melancholicam reſpicientia: & tunc habebuntur digeſtiua &c. Simplicia quæ ſua proprietate materiam melancholicam digerunt ſunt borago, buglosſa, thimus &c. ſupra de digeſtiuis melancholiæ. Quæ tamen à proprietate in materia melancholica caput reſpiciūt ſunt ſticados, bugloſſa, epithimus, camomilla, peonia, camedreos, camepitheos, & plura alia de quibus infra capitulo de melancholia. Sed nota quòd etiam calida & frigida capitalia dicta ſupra poſſunt cum his digeſtiuis ſimplicibus & compoſitis commiſceri &c. Nec inconuenit vt in canone de cholerico dicebatur.

Et pro compoſitis etiam recurre ſupra in eodem tract. & eſt replicandus cañ. ibidem poſitus, cum nō peccet humor ſolus, ideo ſecundū compoſitionem humorum oportet cōponere ſyrupos adinuicē. & tu omnia inuenies declarata tuo propoſito allegato tract. Sed non ſis immemor ſyrupi Meſuæ ſuperius de digeſtiuis melancholię phlegmaticę allegati quoniam optimus eſt. & valet ad quartanam. de quo etiam infra de quartana. Ex rebus dictis cū farina ſeminis lini: & oleis appropriatis. de quibus infra poſſunt confici emplaſtra in digeſtione conferentia variando. addendo de alijs factis capitalibus &c. vt expedire videbitur, vt in canoū. de cholerico dictum eſt. & tu illic recurre.

AD TERTII cañ. perfectionē adducantur hic illi ſex cañ. poſiti ſupra de cholerico ſiue de dolore à materia cholerica quibus addantur hi duo cañ. Primus q̄ non expolientur ſolutiua à rebus leniſicatiuis & humectatiuis. hoc enim eſt quod operationem beatificat. Secundus quòd ſemper confortetur cor cum medicinis cordialibus ſimplicibus & compoſitis, de quibus infra de ęgritudinibus cordis, & ad plenū in tractatu de peſte q̄ generet in eo minerā gaudij. Hic enim eſt theſaurus curę Meſ. de cura ſode ex aggregatione phlegmatis & melācholiæ.

Cor gaudij minera.

Solutiua itaq; melancholiæ indifferēter ab omni parte corporis melancholiam educunt, ideo vt à capite educant admiſcenda ſunt alia caput reſpicientia de quibus ſupra quemadmodum de ſolutiuis phlegmatis à capite dictum eſt. Tu itaq; conſidera compoſitionē humorum adinuicē & ſecundum illā proportiona ſolutiua. vt in canone &c.

Fit etiam euacuatio cum gargariſmis, ſternutationibus, caputpurgijs.

Gargariſma deponens materiam melancholicam à capite. ℞. ſyrupi de epithimo cum aqua decoctionis ſticados. Itē. ℞. oxymellis ſimplicis, aquę decoctionis epithimi, paſſularum, florum anthos &c. Item. ℞. radicis cyperi, acori, folliculorum ſenę decoquātur in aqua & uino odorifero &c. & ſimiliter cum alijs. Sternutatio fiat cum puluere condiſi & puluere epithimi ad inuicem bene commixtis. Caputpurgium fiat cum decoctione rerum iam dictarū addendo ex ſuccis alijs vt ſuccū ſiclę: aut ſi fortius volumus ſuccum ciclaminis, tamen fortia adminiſtrentur iuxta canones ſex poſitos rememoratos.

QVARTVS cañ. completur cum ligationibus, ventoſis, fricationibus, lotionibus, ſuppoſitorijs, & enematibus: quorum tamen prima adminiſtrenē vt in phlegmatico & cholerico dictum eſt.

Lotiones vero fiant cum decoctione herbarum iam dictarum vt cum decoctione epithimi, ſticados, camomillæ, peoniæ &c. Et ſeruentur omnia proportionaliter, vt de cholerico dictum eſt. & tu ibi recurras.

Suppoſitoria fiāt ex melle cū puluere hierępigrę addito & pulueribus ſolutiuis melācholię ut polypodij, ſenę &c.

Clyſteria leuia fiant ex maluis, matre violarum, ſicla, ſticados, polypodio, folliculis ſenæ &c. addito oleo communi, ſale &c. in quantitate ſuperius data in clyſteri ex phlegmate. poteſtq; fortius & minus forte fieri vt apparet intuenti.

QVINTVS etiā perficitur vt dictū eſt de alijs ex phlegmate & ex cholera cum ſuffumigijs odoriferis, attractionibus per nares embrochis, fomentationibus, vnctionibus, linimentis, epithematibus, inſtillationibus, ſacellis, cerotarijs, confectionibus, electuarijs.

Suffumigia fiant ex rebus dictis materiam melancholicā in capite exiſtentē reſpicientibus. Et cōſimiliter odorifera addendo ambram, vel muſcum pro quibus omnibus relegantur quæ dicta ſunt ſupra de his in de cholerico & in de phlegmatico. & tu illa conſidera.

Lotiones fiant cōſimiliter ex eiſdem rebus puluerizatis cum aqua bugloſſæ, peoniæ, aut huiuſmodi, aut cū ſucco earum herbarum addito ambræ, aut muſci modico.

Embrochæ conſimiliter fiant ex eiſdem. Sed aduertas ad canones poſitos vbi ſit fluxus catharri. Et cōſimiliter fomentationes pro quibus recurras ad ſuperiora.

Vnctiones fiant quæ ſint humectatiuę & caput confortantes. Verbi gratia. ℞. oleorum violarum, cucurbitini, nenupharini, hęc tria humectant, ruthacei, nardini, de keiri de maiorana, & eſt congruentius de croco, hæc exiccant, adinuicem itaq; miſceantur vt reſultet vnctio calida & humectatiua ſecundum quòd videbitur expedire. Quidam & bene faciunt decoqui caput hædi, aut pedes caſtrati & accipiunt pinguedinem ſupernatantē brodio quam cum oleis commiſcent, ſed de his copioſe in de melancholia.

Linimenta fiant ex oleis dictis additis pulueribus ex rebus materiam melancholicam capitis reſpiciētibus de quibus dictum eſt.

Epithemata fiāt ex aquis diſtillationis bugloſſæ, viol. epithimi aut decoctionis earum additis pulueribus conuenientibus, vt ſupra. Et ſi adſint vigiliæ addatur ſemen lactucæ papaueris, corticis &c.

Vbi notandum  liniměta ſimiliter embrochæ & epithemata in his paſſionibus fortibus vt diſpoſitio melancholica debent fieri plures in die vſq; ad quinquies. Vnde Meſue de melancholia & mania ſanguinea, & eſt neceſſe, vt ex ea caput in die quinquies liniatur & embrochetur.

Inſtillationes vero non ſunt in vſu, ſed poſſunt fieri quemadmodum de cholerico dictum eſt.

Sacelli fiant ex quibus fiunt embrochæ, & epithemata: vt. ℞. florum boraginis, bugloſſæ, & foliorum ambarum, florum camomillæ, camedreos, violarũ, nenupharis, lactucarum ex quibus fiãt ſacelli in quibus ſit uirtus calefaciendi & humectandi, & poſſunt hi ſacculi habendi applicari ac ipſis fomentatis ſuper fumo, ſiue vapore exeunte à lapide calido extincto cum aqua.

Cerotaria fiant cum dictis oleis additis pulueribus rerum memoratarum adhuc cum modico picis naualis.

Confectiones ſunt electuariũ de gẽmis, cõfectio de muſco dulcis &c. poni ſupra in de phlegmatico in fine, lætificans Almã. lætificans Guilielmi placẽtini de melancholia. ſed de his clarius infra de cura melãcholię, Hic etenim eſt viſus ꝓceſſus regularis per quẽ & ſi talis dolor nõ remoueaẽ debemus vltimo ad cauterium deuenire, ſed antequam ad ipſum deueniamus debemus remittere medicamina & de debili ad forte & fortius vt dictum eſt.

Cauteria vt fienda.

Cauterium dari debet in loco ad quem peruenit index menſurando ſic vt ponatur extremitas manus extremitati naſi & extendatur aut in loco ad quem peruenit medietas fili, cuius longitudo eſt ab aure ad aurem. Aui. Placentinus tamen etiam cum hoc faciebat cauterium inter duo cornua in occipitio.

### *Cura doloris capitis immaterialis per eſſentiam.*

DE cura doloris capitis per eſſentiam abſque materia. Canones ſeruentur vt dictum eſt. In calido cum infrigidantibus oleis, embrochis, epithematibus &c. In frigido vero cum oleis calefacientibus, embrochis &c. alteratiuis &c. In melãcholico vero calefac cum humectatione, & hoc ſi fuerit naturalis melancholiæ. Quòd ſi fuerit aduſtus aliena quod calefacit & exiccat. Et ſit tibi menti  in adminiſtrando talia alterantia tu debes primo incipere à raſione capitis.

Abraſio capitis.

### *Cura doloris capitis a cauſa primitiua & a uentoſitate.*

CVra autem doloris capitis ex ventoſitate, aut odoratu rei odoriferę, ſiue fœtidæ, aut ſtatione ſub ſole, aut ſub vento  penetrauit, aut ex ebrietate, aut nimio coitu ſatis patere poteſt volenti recte intueri quæ dicta ſunt. nam cura omnis eſt per contrariũ. prima quarti. & tertio thegni.

Pro primo ſi fuerit ex re extrinſeca tunc capiti applicẽtur vnctiones emplaſtra epithemata &c. calida. Si vero ab intrinſeco vt à vapore ſtomachi, rectificetur ſtomachus, & purgetur, & prohibeatur aſcẽſus eius, vt infra de dolore capitis per cõmunitatem.

Similiter in ſecundo ſi res odorifera aut fœtida fuerit frigida remoueatur cum odoriferis calidis.

Pro tertio cum alteratiuis frigidis.

De vento patet. & quia ventus conſueuit multum nocere propter ingreſſum eius per aures fiat iniectio rerum calidarum conuenientiũ in aures de quibus ſupra, & amplius infra de cura diſpoſitionum aurium.

Ad. meningas, quã Græcis μήνιγγες dicũtur, duæ mẽbranulę cerebrũ velãtes.

De ebrietate vero &c. quoniam non fit niſi quia vinũ propter eius malam qualitatem nõ digerit in ſtomacho ſed calefit & fumat ad caput, & occupat ipſum cerebrum & ad myringas, in quibus dolorem inducit, & ſui acuitate ledit. Hinc principale remedium eſt vt ſomnus introducatur, & vomitus excitetur, aut purgetur immediate, ſi vomitum facere non poterunt fiant fricationes extremitatum fortes, & caput ex oleo roſ. inungatur, & vtantur potionibus frigidis & ſtypticis, & aqua, & non ſit potus alius niſi timeatur debilitas ſtomachi & laxitas. Et in cauſibus quidem eſt proprietas qua prohibentur vapores à capite, vt Auic. de cura ex ebrietate.

De eo vero qui eſt ex ſuperfluo coitu dicendum quòd cum accidat propter ſiccitatẽ quã ipſe fecit poſſidere  cura eius cõſiſtit ex parte utriuſq; regiminis medicinalis, ſcilicet & ſex rerum non naturalium in humectatione corporis confortando cerebrũ cum oleis confortatiuis & cæteris odoriferis, vt cum cibis nutrientibus cum pineis phiſticis &c. Sed hic eſt notandum quòd aliquãdo fit dolor ex coitu, & maxime quando eſt homo multum repletus & conatur ſe propter coitũ replere. Vnde in tali caſu propter motum corporeum, & animalem facta agitatione humorum vapores fraudulenter ad caput eleuantur, & in iſto caſu in principio competit phlebotomia aut alia euacuatio. Et ſic intellexit Auic. cum dixit. Oportet enim vt illud cui accidit ſucceſſione coitus, aut quæ repletionem habere incipiat, primũ à minutione euacuatio fienda eſt, vt quarta primi tertio cap. vacuitas itaq; ſine dubio euacuationem fieri prohibet.

### *Cura doloris capitis per communitatem.*

Cõmunitas duplex ab Auicen.

DE dolore capitis per cõmunitatem. Dicendum  cõmunitas duplex eſt, abſoluta. Prima eſt vt ad cerebrum ipſum aut ad caput ex membro cõmunicante nihil perueniat corporeum penitus niſi ipſum nocumentum. ſecũda eſt vt ad ipſum perueniat ex membro cõmunicante materia aut vapor. Auic. de ſpeciebus ſodæ per cõitatẽ. Exẽplũ primi. ut eſt dolor capitis qui fit in podagra, ſciatica & alijs doloribus fortibus. Exemplũ ſecundi. vt eſt dolor in febribus. aut tpe criſis factus. Membra cõicantia, ſcilicet à quibus fit dolor per cõitatẽ ſunt ſtomachus, & eſt primũ de quo ſuſpicari debet. Matrix  cerebro fortiter & multũ cõicat vt infra de matrice, myrach, hepar, ſplen, diaphragma, renes. Extremitates omnes & partes dorſi. Et eſt notandum  cum adſunt apoſtemata intrinſeca tũc in permutatione materierum eorũ ad ſuperiora maxime cauſatur dolor per cõmunitatem.

IN CVRA itaq; doloris facti per cõmunitatem quinq; ſunt canones attẽdendi. Primus eſt rectificatio membri mandantis. Secundus eſt prohibitio aſcenſus vaporum ad caput à quocũq; membra fiat. Tertius eſt diuerſio. Quartus cõfortatio capitis ne recipiat. Quintus eſt accidentium correctio ſi quæ ſunt.

PRIMI canonis ſunt quinq; alij canones. Primus eſt ordinatio dietæ. Secundus digeſtio materiæ. Tertius euacuatio eiuſdem. Quartus cõfortatio eius ne amplius mandet. Quintus remotio malę qualitatis.

Ordinatio dietæ digeſtio, & euacuatio, ſimiliter cõfortatio & remotio malæ qualitatis iſta poni & tractari habent ſecundum exigentiã membri humorũ peccãtiũ &c. de quibus ſuis dicetur locis, vt ſi fuerit a ſtomacho in capitulo de diſpoſitiõibus ſtomachi, & cõſimiliter de alijs.

PROHIBETVR autẽ aſcenſus vaporũ ſpecialiter à ſtomacho eleuatorũ cum rebus frigidis & ſtypticis vt cum citonijs, coriandro confecto cum zuccha. Et ego de citonijs experientiã habui. nam domina Fran. de ſauorgnano de Vtino qui patitur ſæpe dolorẽ capitis per cõmunitatem à ſtomacho ſtatim aſſumpto bolo citonij cõditi cum zuccha. alleuiaẽ ab eo. Sed aduertendum  materia exiſtente cholerica non debet cũ coriandro zuccharum poni, quia ad eam cõuertitẽ ſecũdo cañ. de zuccharo. Sed cõuenit coriandrũ cũ zuccharo ſtomacho exiſtẽte frigido ne ſtomachus ledaẽ. Aui. ca. de cura ſodæ ex vẽtis & vaporibus. Et cõſimiliter fieri põt cũ granatis. Immo vbi vapor eſt cholericus, efficax remedium eſt aſſumptio

bucellæ vnius vel duarum infuſæ in vino granatorum aut agreſta, & etiam confert arancij, vel limonis ſuccus. Quòd ſi iſta defecerint, accipiatur aqua frigida & ſit ieiunus. Auic. de cura ſodæ per communitatem.

Quòd ſi fuerit ab hepate iſta ſimiliter conferunt quæ dicta ſunt ſiue materia fuerit frigida ſiue calida & magis ipſa exiſtente calida, & eo caſu cõferunt diuretica frigida & calida diuerſitate materiæ inſpecta. Similiter conferũt emplaſtra frigida & ſtyptica, aut ſtyptica, in caliditate vero temperata: aut calida ſi oportet hepati applicata. de quibus omnibus ſuis dicetur locis.

Et proportionabiliter de renibus & matrice dicendũ etiam in locis ſuis applicãdo emplaſtra & ſuper myrach, & in cęteris partibus corporis à quibus poteſt eleuari vapor malus vt eſt crus &c. De quo eſt dicendum ꝙ ipſum eſt ligandum vſq; ad inguina ne vapor malus aſcẽdat & ſuper ipſum ponendum vlcerationemq; aperiat &c. & in ſimilibus ſimilia.

DIVERSIONES fiant vt dictum eſt ſupra in canonibus de diuerſione. Sed propter ſtomachũ proijciatur bis aut ter in die aqua calida ſuper manus & pedes ab alio. Item ponatur ventoſa ſuper vmbilicum & ſuper ipſum duę alię & continuentur fricationes extremitatũ.

In eo vero qui eſt ex matrice fiant lotiones proiectiones aquę calidæ fricationes vt dictum eſt. & maxime circa crura. Itẽ & expertum eſt ponatur ventoſa magna ſup alchatim hoc eſt circa extremitates caudæ &c. ponantur aliæ ſimiliter in ſummitate coxarum ad iutra verſus naturam & in pulpis crurium vt ſupra.

In eo vero qui eſt ab hepate cum prædictis ſimiliter operentur ponẽdo ventoſam ſuper hepar & circa ipſum. Idem operando circa ſplenem, renes &c.

In eo vero qui fit à diaphragmate etiam conferunt fricationes: lotiones, infuſiones aquæ &c. Ventoſa etiam in hypochondrijs & retro ſuper dorſum poſitæ.

Quid aũt operandũ ſit in oĩ alia parte patet. De clyſterijs autẽ & ſuppoſitorijs ſatis apertum eſt quid agẽdũ ſit.

CONFORTATVR autem caput ne recipiat in principio cum frigidis & ſtypticis caput à proprietate reſpiciẽtibus vt cum oleo ro. cõquaſſato cũ aceto, deinde in proceſſu cum calidis ſtypticis, vt cum oleo camomillino, myrtino, in quo fuerit diſſolutum granum cypreſſi, aut mixto cum nuce cypreſſi: & hoc vbi materia fuerit frigida. Quòd ſi fuerit calida cõtinua illa frigida & ſtyptica de quibus ad plenum ſupra Tract. iiij.

CORRECTIO autem accidentium fiet ſecundum ꝙ dicetur de illis in ſuis capitulis. Nam vt plurimũ adeſt inſtantia vigiliarum. de qua dictum eſt ſupra in canonibus præcedentibus.

Item nota ꝙ vbi comprehenditur ꝙ materia faciens dolorem ſit in ſtomacho contenta apta faciliter egredi: & præcipue cum eſt cholerica, tunc eo caſu vomitus eſt ſingularis medicina poſt quem cõfortetur ſtomachus cum calidis aut frigidis ſecundum exigentiam materię & ſubito introducatur ſomnus.

Poſtremo vbi comprehendimus ſanguinem peccare fiat phlebotomia vbi eſt plethorica ex ſaphenis propter membra inferiora. Aut ſi eſt per eſſentiã de cephalica & de hepatica. Quandoq; tamen non inconuenit ad diuerſionem faciendã facere phlebotomiam non peccante ſanguine, & tunc extrahaẽ multo minor quãtitas ſanguinis, ꝗ̃ quãdo ꝗrimus euacuationẽ, ſed de his infra in dubijs.

De adminiſtrando autem cauterium, aut de inficiendo arterias &c. vt vult Auic. nihil ad præſens.

## De hemicrania. Rubrica. II.

HEmicrania eſt dolor in vna parte capitis excitatus, cuius cauſa ſecundum plurimum eſt frigida. prima tertij. proprio cap. Et Gal. diffinit, tam ter tio de interioribus, quod eſt ambulator medius. Et dicit ab ἡμι quod eſt dimidium, atque κράνιον, quod Latinis Caluaria antiquis autem teſta nuncupatur. Alexãder capitulo proprio. Et dicitur ambulator, quia vadit & venit. & ideo eſt morbus periodicus.

Hæc autem indifferenter fieri poteſt à ſanguine, aut ab alijs humoribus cõmixtis, aut non cõmixtis ſanguini.

Quòd ſi fuerit ex ſanguine aut aliter quomodolibet eiſdem vtere canonibus dictis de dolore capitis. Specialiter autem de phlebotomia fienda in ipſa dicetur in dubijs, in fine capituli.

In frigido vero confert cerotum factum ex cantaridibus & dimiſſum donec locus veſicetur. Amplius tamen laudat Guilelmus placentinus cauterium ex auctoritate Albucaſis. Laudatur etiam in frigida emplaſtrum ex euphorbio, ſinapi, pyrethro, & ſimilibus, quæ ſemper ſunt intelligenda fieri debere præcedẽtibus purgationibus. In frigida vero licet vſq; ad narcotica tranſire. nam hæc eſt ægritudo aliquãdo ita fortis vt blãdimẽto ſit opus Meſ. de hemicrania. Adminiſtrantur ergo vt dictum eſt ſupra & adminiſtratio eorum in emplaſtris eſt melior ꝗ̃ in potibus Meſ. ibi auctoritate Gal.

Et licet epithemata, linimenta, embrochæ & cætera dicta de dolore capitis ſint in hac diſpoſitione conuenientiſſima, tamen inſcribentur aliqua quæ proprie ad ipſam hemicraniam videntur attinere. In frigida. ℞. granorum lauri par. j. olibani par. ſ. foliorũ rutæ par. j. ſinapis par. ſ. poſt eorum triturationem cum aqua miſceãtur & fiat linimentum. Ex quibus etiam emplaſtrum ſatis forte facere poſſumus addendo ſquillam, euphorbium &c. Item non addendo aliquid ſed ponẽdo plus de ſinapi. In calida vero. ℞. ſucci agreſtæ myrrhæ. ana partem vnã, fæcis encauſtri ſcriptorũ partes duas, aluminis iameni, croci. ana, partem vnam & quartã, confice terendo cum aceto vini, & liniantur tẽpora, & ſuper ipſa ſtringatur. Audi Auicen. Quidam præteriti medici narrauerunt medicamen hemicraniæ temporalis expertum iuuamentum acceptum à muliere. Decoquantur radices cucumeris aſinini, & abſinthij in oleo & aqua donec diſſoluantur vt cucumeris par. j. abſinthij par. j. & embrochetur pars doloroſa ex oleo & aqua calidis. & fiat emplaſtrũ ex fæce. Et mulier illa quoties adminiſtrabat ſanabat hemicraniam ſiue eſſet cũ feb. ſiue ſine feb. Laudatur ſuper omnia ab eo emplaſtrũ de ſinapi, cuius deſcriptionẽ habes à Meſ. ſecunda diſtinctiõe antidotarij. Item vehementer laudaẽ ab eodem inclinatio ſuper aquam calidã facta deinde caput purgio ex oleo phiſticino. illico enim dolorem ſedat.

In calida farina hordei cũ albumine oui cum plurimis frigidis ſuperius memoratis. Et in frigida farina frumenti cum vitello: etiam pluribus calidis facto emplaſtro.

## De dolore a caſu & percuſſione. Rubrica. III.

DE dolore capitis ex percuſſione & caſu tres canones ſunt principaliter obſeruandi. Primus eſt ſedare dolorem vt poſſibile eſt ne fiat apoſtema. Secundus eſt elongare materiam à loco læſo. Tertius eſt confortatio capitis.

Primus perficitur cum mitigantibus dolorem ſupra tract. quarto.

Secundus cõpletur cum euacuatione & diuerſione materiei ad contrarium cum euacuatione quidem facta cum ſolutiuis de quibus ſupra de cura doloris capitis per eſſentiam, Cum diuerſione vero facta per phlebotomiam cephalicæ, aut nigrę, aut appoſitione ventoſarũ, fricationes, clyſteria &c. vt ſupra in canone de diuerſione.

Tertij executio, aduertite ſi eſt plaga aut non. Et ſi plaga affuerit, tunc neceſſarium eſt vt medicẽ & temperetur locus in cõplexione ſua donec recipiat curã &c. Quòd ſi non fuerit plaga tunc occurrendũ eſt cũ frigidis ſtypticis leui

cis leuibus capitalibus in principio vt ſunt oleum roſ. myrtinũ & huiuſmodi: q̃ ſi fuerit neceſſaria reſolutio aliqualis miſce cum eis camomillinũ, calamũ aro. & huiuſmodi: & cõuenientia ſunt tepida, ſi apoſtema non perſuaſerit frigida applicari & eius vehementia. q̃ ſi locus incipit apoſtemari tunc opus eſt adminiſtrare ſtyptica fortis ſtypticitatis & infrigidationis ſicut cortices granati balauſtias, roſas embrochando caput ex aquis eorũ ex fæce faciendo emplaſtrum. Poſt quæ tranſire debemus ad ea quę ſubtiliant &c. vt cupreſſus, olibanum, & huiuſmodi: & in principio adminiſtremus decoctionem ſticados in ſyrupo mellino aut aqua mellis & eſt optimũ. Et cum ſanguis ægreditur ex cerebro, vt ex naribus, & auribus cibetur ęger ex cerebellis gallinarum quãtum eſt poſſibile, aut arietum: hędorũ, farina hordei &c. vt ſupra. Et ipſum pota aqua granati acetoſi et abſtineat à uino. Et cũ ipſum nutriueris ſic vſq; ad tres dies phlebotoma ſi virtus & cętera cõſentient. Et quoniã vtplurimum in his caſibus & percuſſionibus fiunt vulnera & contuſiones diuerſa hinc cætera dicenda in materia reſtaurationis relinquo.

## *De phreneſi & charabito.* Rubrica. IIII.

Phreneſis, charabitus, ſirſeo idem. Frenũ autem in homine eſt ratio, phreneſis itaq; rõnis læſio. Charabitus quod eſt alienatio dicitur à caren quod eſt conſilium & biros quod eſt permutatio, inde charabitus mutatio conſilij, quoniam tunc homo alienatur. Sirſen à ſir quod eſt caput & ſen apoſtema &c. Talis poteſt colligi deſcri. ex Auic. prima tertij. phreneſis eſt apoſtema calidum in velamine cerebri ſubtili: & groſſo, abſq; corpore ipſius, ſcilicet cerebri, quamuis quandoque & cerebro accidat apoſtema.

C A V S A eius ſecundum plurimũ eſt materia calida cholerica in anteriori parte ſecundũ plurium aut media collecta. Vel eſt mala complexio à vaporibus malis in eiſdẽ pãniculis impreſſa ad quam rationis ſequitur læſio atq; alienatio. Et additum eſt. vel eſt mala cõplexio à vaporibus &c. Quoniã duplex eſt phreneſis. vera: & illi deſeruit deſcriptio vſq; ad ly vel. Alia non vera cui deſeruit quod additũ eſt vel eſt mala cõplexio. Vnde ad primam ſequitur febris tanquã accidens eius. Secunda vero ſequitur feb. acutam, cauſonem, tertianam, apoſtema diaphragmatis, pulmonis, pectoris, ſtomachi, matricis, hypochondriorum, vermes & huiuſmodi tanquã accidens. Serap. tamen placuit differentiæ q̃ illa ex commixtione phlegmatis non vera eſt ſufficit quod dictum eſt. Medico quandoq; non attinet multum de nominibus diſceptare, prima primi. doctri. ſexta v. cap. Inter ipſas eſt differentia, quia in vera ſemper alienatur, In non vera aliquando ſit quies media.

Notum diſceptatio haud multum Medico neceſſaria.

Velamina vero cerebri duo ſunt, ut ſupra in principio capituli. Pia mater quæ eſt corpori cerebri immediata. Alter vero dura mater quę eſt à cerebro remotior & cranio immediata, quorum complexio vt de cæteris pãniculis dicetur eſt frigida & ſicca. Pia autem mater cõtexitur venis quibus cerebrum ipſum nutritur alias inſeritur, & per cauernoſitates cerebri eſt diuiſa vt toti ſubſtantiæ cerebri nutrimentum tribuat. Dura autem mater ſeu pãniculus groſſus etiam per cerebrum penetrat & diuidit eum in dextrum & ſiniſtrum vſq; ad ventriculum anteriorem: quem in anterius & poſterius diuidit.

Materia autem quæ vtplurimum in altero ipſorũ colligitur faciens apoſtema ipſum eſt ſanguis cholericus. Vnde multi ſemper in phreneſi faciunt phleborotomiam. & de hoc infra.

Vnde in ſumma cauſa primitiua eſt aer calidus & ſiccus, exercitium calefaciens & deſiccans. Balneum calidũ. cibus rerum acutarum. Vigilia ſuperflua. Iracũdia fortis. Et adiuuant ad hoc Etas, quia iuuẽtus tempus & aer conſtitutio vt in diebus canicularibus & conſimilia.

Antecedens eſt mala cõplexio dicta vel humor dictus aut vapor eleuatus aut à pulmone, aut à pectore: aut diaphragmate: aut inteſtinis: aut à matrice: aut à veſica: aut à toto in febribus, aut ab aliquo alio membro vt hepate, quędam loci vere & non vere & huiuſmodi.

Coniuncta autem eſt ipſa mala complexio, aut humor immediate cerebrum perturbans.

S I G N A Phreneſis ſic diſtinguuntur, quoniã quędam cõmunia, quędam ſpecialia. Et ſpecialium quędam ſunt ſigna vere: quædam non vere, & quędam præſentis, quędam futuri, quędã diuturni, quędã ad ſalutẽ. & de his tribus in dte pronoſticis. Cõmunia ſunt feb. cõtinua, & pro maiori parte cõcluſa. Grauitas capitis. Caliditas maior ſolito in eo percepta, immo tunc apparet calidius q̃ aliquod aliud membrum corporis. Vigilia & aliquando ſomnus à quo cum clamore & ſaltu excitatur, lingua nigra. & aſpera. Oculi rubei qui aliquãdo ſicci ſunt aliquãdo lachrymãtur. Corruptio phantaſiarum ſiue alienatio. Horror luminis. In pulſu velocitas & frequentia, multa debilitas parua multa inæqualis. in anhelitu varietas, frequentia, anguſtia, pigritia. loquelę, inquietudo extremorum & eorum frigiditas, inuerecundia, ira, audacia, deſiderant aquam & non multum. Vrina remiſſa in colore, quia ſubcitrina, & aliquando pallearis cholera ad ſuperiora tendente.

Signa non vere ſunt, quia aliquando abſcinditur. & q̃ ipſa ſubito euenit, aut ſequendo feb. qua remiſſa remittit, cuius cõtrarium eſt de vera vt quidam dicũt materia ad ſuperiora raptũ habẽte, aut quia ſequit̃ malitiam alterius mẽbri, vt hepatis & huiuſmodi, & aucta malitia in membro illo augetur phreneſis, & remiſſa remittit̃, & q̃ præceſſit ægritudo in alio membro. vere, quoniam continue affligit & facta eſt paulatine, & præceſſerunt ſigna nocumenti in cerebro.

Signa præſentis ſunt ſiccitas oculorum, & quandoq; ſuccedunt diſtillationes ſanguinis ex naribus: & quãdoq; fricant oculos, & incipiunt mouere manus vario modo, & colligere paleas, quandoq; cum clauſione oculorum, quandoq; cum apertione, & cum querela: & cum pigritia locutionis: & quandoq; fit diſtillatio vrinæ, & quandoq; non ſentiunt laborioſum tactum.

Signa loci phreneſis ſaltem vere ſunt, quoniam ſi eſt apoſtema in anteriori parte capitis corrũpitur imaginatio, colligunt palleas, imaginantur quæ non inueniuntur. Quòd ſi fuerit in media parte capitis corrumpitur cogitatio & ratio, & loquit̃ cũ alienatione plurima. Quòd ſi fuerit in poſteriori obliuiſcitur eius quod videt & petit aliquando ſibi aliquid præſentari, & cum pręſentatur nõ recordatur ſe quęſiuiſſe illud, & petit plerunq; vrinale vt mingat, & cum pręſentatur obliuiſcitur rei. Quòd ſi apoſtema cõprehendit totum caput: tunc apparent hæc omnia ſigna non ita intenſa, nec ita continua: & comprehenditur ex alijs locis ſecundum ſitum membri cõmunicantis, vt quia ſtomachus magis parti anteriori renes poſteriori, hepar medię &c, Et q̃a dictũ eſt q̃ ſanguis cholericus vtplurimum eſt faciens apoſtema ipſum, ideo ſigna ſpecialia ipſorũ humorũ facientiũ apoſtema ponẽda ſunt.

Signa igitur ſi à ſanguine eſt accidit riſus. Diſtillatio ſanguinis nariũ. Lachrymãtur, oculi rubẽt, & venę ipſorum etiam rubent. habent lippitudinem in eis. Aſperitas linguæ cum rubedine, deinde nigreſcit. Pigritia locutionis. Venæ frontis rubeæ. Vigiliæ ſuperflueę. Frequentia ſtandi, & ſedendi abſque neceſſitate. Sopor. Ad tactum caliditas. Magnitudo anhelitus, & in phantaſia vident, aut percipiunt res rubeas.

Signa ſi à cholera quãdo ſcilicet à pura. Vigilia plurima, profundatio oculorum. Linguæ aſperitas, fortis, & citrina, deinde nigreſcit. Fe. intenſa. Amor tergẽdi ſępe ocu-

los, imaginatio citrinorum. Mores lupini, & proprietas melancoliæ. Audacia in diſceptando. Acuitas extremitatum narium, & in fronte attractio ad ſuperiora. Garrulitatis copia, immo & fletus. Et cũ aliquid phlegmatis admiſcetur fit obſtupefactio per vigiliã. Quòd ſi fuerit ex cholera, aduſta & eſt interficiens accidit cum mania ſiue demonio, & rixa, de quibus infra, & anhelitu magno. Et magnificatur inquiſitio. Et ſunt oculi conturbati.

PROGNOSTICA ſigna futuræ phreneſis. Fe. acuta cõſtipatio ventris, obliuio rei propinquę, triſtitia ſine cauſa, ſomnia mala, multa grauitas, & repletio, citrinitas faciei, vigiliæ prolixæ. Somnus inquietus. Itẽ patiuntur phantaſias extraneas, vt dicunt ſe videre quæ futura ſunt, ac ſi velint vaticinari. Incipiũt minari. Sermones aſperos habent. Anhelitus magnificatur, pulſus paruus, & durus. Et ſentitur dolor in poſteriori. Cum vero ꝓxima eſt oculi fiunt pauidi, rubei, lachymantur, & cum eſt magis proxima feſtucas colligunt. non reſpondent rem certam, lingua aſperior, febris acutior, tremor, inſenſibilitas, inopina huiuſmodi.

Signa diuturna, quia ſalua eſt cum debilitate virtutis.

Lib. iij. aph. vj. ſect. Signa ſalutis quia recordantur de alienatione quæ pręceſſit & in qua eſt riſus. Vnde Hippo. Deſipientiæ quæ cũ riſu fiunt ſecuriores, quæ vero cũ ſtudio ꝑiculoſiores.

Signa mala & mortis. Si fuerit apoſtema tale in cerebro, ſcilicet cum vrina aquoſa mortale. Grauitas capitis & pulmonis cum ſpaſmo crurium, & vomitu viridi mortale, & talis moritur in die vno aut duobus ad plus Hippo. Si ſuper pollicem phrenetici veſica oritur certũ eſt ſignum mortis. Phreneſis in iuuene vtplurimũ terminatur ad malũ. Si vna vice ridet & altera flet & vrina fuerit alba cito morietur. Hipp. in libello de morte ſubitanea. Si in ſiniſtro pollice phrenetici fabę ſimilitudo citrina & dura fuerit & contingat infirmum ſolui ſuperius aut inferius in. vj. die moriẽ. Gal. ſecũdo ꝓgnoſti.

Manuum mobilitas in phreneſi pernicioſa eſt in omni genere ſuo. Phreneſis quæ eſt in ſubſtantia medullari deterior eſt inter omnes, deinde quæ eſt in pia matre: deinde quę in dura. Phreneſis quę eſt ex cholera rubea pura aduſta peſſima eſt, deinde quæ ex ſanguine, deinde quę ex cholera citrina eſt. Item ſigna mortalia ſunt cũ vrina præceſſit cholerica, deinde fit alba, & tenuis, & alienatio & vigiliæ continuæ, cum retentione vrinę & egeſtionis. Item & cum ſpaſmo tibiarum. Item ſi ſuperuenerit ſyncopis. Quibus ſignis ſaltem ſic ſimul apparẽtibus debet medicus ab infirmo recedere.

CVRA pro qua obſeruãdi ſunt ſex canones, ordinatio dietę, feſtina materiæ euacuatio. nam cum impreſſit caſſa eſt eius euacuatio. Meſ. Diuerſio cõfortatio mẽbri ne recipiat. & hoc eſt quantum ad naturã cum his quę materiæ & vaporum acuitatem extinguant, & receptio materiæ reſolutio, æquatio materiæ, accidentium remotio ſi qua erunt. nam ad phreneſim ſemper cõſueuit ſequi vigiliarum inſtantia. Vnde in viatico phreneſis eſt apoſtema calidum in quibuſdã cerebri pãniculis quod ſemper ſequuntur vigiliæ, & alienationes.

PRIMVS completur cum his quæ ſe choleræ opponunt ex parte ciborum & potuum de quibus ſupra. iij. trac. Vnum tamẽ aduertendum hic ſpecialiter de aere ꝙ aer eorum non debet eſſe luminoſus nec in camera ſint imagines aut formæ, & ſint præſentes amici, & ſocietas ſibi grata. & homines quibus cõſueuerũt deferre vt verecundia teneanẽ, ſeruientes prudenter eos coerceant, ac eorum agitationes mulceant, eiſq́; fideliter ſeruiant.

SECVNDVS perficitur primo in ſanguinea cũ phlebotomia magis & vſq; ad ſyncopim ſi tolerat uirtus quæ multum cõſideratur, vt Halya. & cætera conſentiẽt.

In cholerica vero ſanguinea aduſta vel non aduſta fiat phlebotomia & parua reſpectu dictę. & hoc voluit Auicẽdum dixit. Et digeſtio ſanguinis aliquantuli immo multa valde. De alijs autem humoribus fiat euacuatio cũ ſolutiuis leuibus appropriatis materiæ, ne fiat materiæ agitatio. Vtrum autẽ in phreneſi competat phlebotomia dicetur in dubijs. Et ſequendo de primo fiat ex cephalica ſuꝑ manum. hoc enim eſt præceptũ Auic. Meſ. & cæterorũ, tamẽ ſemper ſaluo meliori iudicio exiſtimo in principio. & hoc regularius operando phlebotomia debet fieri ex ſaphenis. hæ etenĩ ſimul duæ magis neceſſariæ intentiões melius perficiuntur, ſcilicet euacuatio & diuerſio. Et credo Auic. ſpecialiter tacuiſſe in capitulo proprio cum voluit hoc eſſe nobis notum ex canonibus generalibus. Halyab. tamen dicit ipſam debere fieri ex cephalica, deinde ex ſaphena vt materia magis de ſuperioribus ad inferiora trahatur. Deinde ſi oportet procedendũ eſt vſq; ad phlebotomias venę frontis. Sed eſt aduertendum in phlebotomia ꝙ ita caute & dulciter faciamus ne fiat magna in ægro agitatio. forte etenim maior inde læſio ſequeretur. nam propter agitationem debilitatur virtus & cõmiſcentur mali humores cum bonis. & ſic fiet in ægritudine argumentum. Item aduertatur ne ſeipſum diſſoluat.

*Phlebotomia in phreneſi quãdo cõueniat.*

Quòd ſi non poteſt fieri phlebotomia & ipſa ſit neceſſaria appone ventoſas naticis, ſpatulis &c. Sunt etenim phlebotomiæ vicariæ vt ſupra. Item fiat hemorrhoidarum ꝓuocatio. Menſtruorum. Sanguinis ex naribus cum ſetis porcinis.

Poſt vero primam & ſecundã aut tertiã diem ſui euentus nõ fiat phlebotomia. vnde Halyab. primo utere phlebotomia. & ſimiliter primo ſecũdo ac tertio die ſi virtus fuerit fortis. quarto autem die nihil horum attingas. Item cum ægritudo minui cęperit nequaquã phlebotometur. Et ſi virtus eſt debilis cũ alio regimine præſeruẽ. Et quę dicta ſunt intelligi habent materia exiſtente in fluxu. nam in quarto die non incõueniret, immo videtur regulare ꝙ in quarto aut quinto fiat phlebotomia de vena frõtis, illa etenim euacuat materiã quæ fluxa eſt. Sed ſemper mẽti habeatur ꝙ melior eſt multiplicatio numeri multiplicatione quantitatis. prima quarti. de cura putridarum.

Canon aduertendus ꝙ talis phlebotomandus non ſit conſuetus incurrere ſyncopim, immo defendendus eſt cũ bucella panis infuſa in vino granatorũ, ſucco arãcij &c. & ſtatione eius ſupine in lecto aut ſuper ſcanno, vt docet Auic. quarta primi. de phlebotomia, & ſtet ſic quietus iacens ſupinus poſt eius phlebotomiam per ſpatium duarum horarum vel circa, ſi id fieri poteſt.

*Syncopim ſire nantia.*

In facta vero ex cholera aduſta aut non aduſta fiat euacuatio feſtina. nam in ipſa eſt expectanda digeſtio iuxta apho. Concocta medicari, &c. de quo etiam habentur magiſtrales verſus. Synocha, cum colica, freneſis, ſquinãtis, & antrax. Materias crudas euacuare iubent. Itẽ attende ad id quod dicit Auic. prima tertij. de cura eius. & aliena eos ab aqua vehementis frigoris proprie ſi fuerit in velamine diſtingue apoſtema aut in viſceribus, & eſt expoſitio Meſ. de cura eius cholericæ.

Euacuatio itaq; fiat ex euacuantibus choleram leuibus, vt ſunt lenitiua, lubrificatiua, vt manna. Caſia. Dyaprunis. Pruna thamarindi, de qbus ſupra tract. iij. quia ſemper timenda eſt humorum agitatio. Dari poteſt hoc caſu etiam diaprunis, diagridiatum, & ſimiliter electuariũ de ſucco roſarũ deſcriptione Meſ. ad hoc vbi videtur virtutis conſtantia. Item infuſio reubar. cum aqua vel aquis capitalibus aliaq; parte elige faciliora quæ cõgruentiora diſpoſitioni uidentur poſita in deſolutiuis choleræ. trac. iij. In hoc caſu cõmendatur aqua fructuũ Meſ. diſt in vij. antidotarij. Item in aduſta decoctio fumiterræ. Meſ. eadem diſtinctione, & in aduſta nunquã poſtponas fumũterræ. Medicina valens in aduſta & non aduſta. ℞. caſiæ aut mannæ. ℥. j. thamarindorum ℥. j. ſ. diſſoluanẽ thamarindi in mortario cum piſtello cum aqua decoctionis

prunorum

prunorum cum qua aqua caſſia etiam extrahatur, & totũ adinuicẽ miſceatur, & detur infirmo. Quòd ſi fuerit aduſta addat̃ decoctio fumiterræ, polypodiũ, epithimũ &c.

Notandum quòd thamarindi habent in hoc caſu ptero gatiuam iter ſolutiua, & quoniam iſte potus eſt longus quem abhorrent infirmi etiam prudentes, ideo ego hoc in caſu laudo potum breuiorem qui ſit etiam lenitiuus &c. vt diaprunis, diagridiatum, infuſionem reubarbari in aqua decoctionis prunorum &c. & hoc vbi virtus conſentiat, vt dictum eſt. Item præſume uper electuarium de ſucco roſarum Nico. dando de ipſo. ʒ. j. ſ. cum. ℥. j. caſiæ aut mannæ. nam in his ita leuibus non inueni iuuamentum notabile. pro quo audi Gentilem infra de peſte. fen. q. ij. & tu ibi recurras.

Fiat euacuatio cum clyſteribus lenitiuis, & frequenter vtcum violis, maluis, prunis, blitibus & huiuſmodi, cũ diſſolutiuæ caſiæ, thamarindorum, diaprunis, zucchari, hierepigræ, olei vio. &c. addito ſale, nec cogatur eum retinere. quoniam talis retentio etiam multam inducit debilitatem, & eleuationem materię ad caput, & ex conſequẽti timorem, & mortem. Hæc enim clyſteria frequentare multũ valet. Vnde Aui. Et ſit tibi ſecuritas multa in clyſteribus. Et in fine capituli. Et in cholera quæ eſt aduſta multiplicetur ſtudium cum humectãtibus etiã cum adminiſtratione enematum infrigidantium & humectantiũ in eis quantum poſſibile eſt. Et ſi non ſuſtinent catarticum, aut clyſtere, fiant ſuppoſitoria fortia, aut leuia cum melle roſ. aut viol. additis vt ſupra in dolore capitis cholerico, aut phlegmatico. Poſt autem euacuationem factam cum medicina vt clyſteri ſaltem in principio fiat phlebotomia & parum vt ſupra ex cephalica, & ponantur ventoſæ in ſpatulis, aut cruribus quod magis laudat Placentinus. Similiter prouocentur hemorrhoides cum ſanguiſugis aut fluxus menſtruorum &c.

DIVERSIONES fiant vt de dolore capitis cholerico perueniendo vſq; ad ſcarificationem extremitatum, & ſic completur tertius.

QVARTVS perficitur in faciendo remouere capillos, & cõfortando caput cũ oleo roſ. vel de nenuphare vel de populeon, cui addatur aliquantulum aceti ca adinuicem bene agitãdo & permiſcendo imponendo petias, & ſic infuſas tempore calido frigidas applicando frigida tepidis &c. vt de epithematibus fit. Et cõſimiliter poſſent applicari epithemata frigida, et quãdo eſt ex ſanguine ſint frigida & ſic. Quando vero eſt ex cholera ſint frigida & humi. Item applicãdo petias intinctas in ſucco herbarum frigidarũ capitalium de quibus ſupra in canonibus de dolore capitis ex cholera, vt violatum, ſemperuiuę, ſolatri &c. Quòd ſi apoſtema ad tantum deuenit vt etiã extra apoſtementur venæ magnæ, tunc noli vti repercuſſiuis ſolis, ſed ipſa cum anodinis admiſce, ita vt ſint lenitiua, repercuſſiua, & ſedatiua doloris. Poſt vero vtere ſtypticis & de his omnibus habes ſupra tract. iiij. & omnia fiant in principio quod eſt vſq; ad quartũ diẽ. In quarto etiã fiat permixtio repercuſſiuorũ cum reſolutiuis, ita vt repercuſſiua vincant vt addendo camomillam, oleum eius, mellilotum, ruthã & huiuſmodi. quæ ſint calida capitalia de quibus ſupra. Poſt quintũ vero quia iam appropinquatus eſt ſtatus fiat ex eis temperamentum. In declinatione vero fiat reſolutio temperata vt circa principium octaui, & ſic ſequitur modus complendi ſextũ canonem. Hæc autem temperata reſolutio qua etiam cerebrum cõfortatur fit à quibuſdã cum gallis iuuenibus; cum columbis ſciſſis per dorſum, & euiſceratis & ſuper caput poſitis. Item laudatur apertio catulorum lactantium ſciſſorum per medium & capiti applicatorum ipſis prius euiſceratis, & cum frigere cœperint ponant̃ in aqua calida, & ſic calefacti capiti applicentur. Similiter valet pulmo arietis qui cum frigeſcit calefiat &c. Et ſi cum hoc volueris inducere ſomnum aſpergantur iſta cum puluere iuſquiami. De Empiricis ſunt qui applicãt in principio gallos columbos &c. & male, quoniã attrahũt &c. & minus ſuſpectus eſt pulmo vulpis, ſed colũbi & galli ſunt multũ calidi, ideo in iſtorum applicatione habeatur aduertentia & de hoc in dubijs. Poſſunt fieri emplaſtra cerotaria, vnctiones ad hoc valentia & tu ſimplicia habes ad propoſitum, ſed iſta videntur conuenientiora.

Empirici noſtri tẽporis notant.

Notandum propter id quod dictũ eſt de temporibus huius ægritudinis q̃ reperitur phreneſis acuta, peracuta, & per peracuta. Acuta terminatur in. 14. diebus ſecũdum illud Senis. xxiij. apho. lectioni. Acuti morbi in quatuordecim diebus iudicantur. perperacuta in quatuor. peracuta quæ eſt inter has media in ſeptem, & de iſta media poſiti ſunt illi termini. De acuta autẽ ſecus dicendum. vnde eius principium eſt vſq; octauum, ſtatus vſq; ad. 13. declinatio vero poſt illum. De perperacuta autem quid dicendum patet concluſio ad eius tempora.

QVINTVS faciliter completur cum digeſtiuis choleræ de quibus ſupra. & tu ibi.

SEXTVS completur cum adminiſtratione eorũ quæ ſomnum reducunt. vnde vt dictum eſt cum his quę capiti applicantur apponantur ſomnifera, vt iuſquiamũ, mandragora, & vſq; ad opium perueniendum.

De applicatione autem narcoticorum & de inducentibus ſomnum dictum eſt ſupra in epithematibus, vnctionibus, &c. in dolore capitis. & tu ibi. Et infra de ſuperflua vigilia ad plenum dicetur. Vnde ſummum ſtudium debet eſſe in faciendo eos dormire. vnde Auic. Et ſtude vt ipſum facias dormire, & infra. nã in dormitione ipſorum conſiſtit iuuamentum plurimum.

Accidens vero aliud incurrunt, vt quia obliuiſcuntur mingere. & ideo medici ſollicitudo debet eſſe vt mingãt cum expreſſione facta manibus, & cũ embrochis aut alijs medicaminibus ad hoc vt infra de difficultate mictus.

CVRA non vere principaliter obſeruat quatuor ex canonibus dictis, ſcilicet diuerſio. cõfortatio membri ne recipiat. recepti reſolutio. accidentium correctio. De æquatione autem materię, & de eius euacuatione nihil ad præſens. de his dicetur ſuis locis, vt ſi erit feb. in de febribus. ſi ex pleuriſi ibi &c, in quibus etiam de ordinatione dietæ mentio fiet.

Notandum tamen q̃ Aui. & cęteri auctores volunt in vera diætam fieri ſubtiliſſimã, & plus q̃ in alijs ægritudinibus acutis, & cauſa eſt, quoniã oportet facere membra auara, vt de materia non tantum fluat ad membrũ ita nobile vt fiat magnitudo apoſtematis. De non vera autem quãtum eſt ex parte rerum non naturalium dicendũ ſicut de vera dictum eſt. De cibo autẽ & potu dicet̃ ſuis locis.

Notandum etiam q̃ in non vera non ſit cõpetẽs phlebotomia. & cauſa: quia ſuccedit aliam fortem ægritudinem ex qua æger eſt debilitatus. nam ſemper debet virtutem cuſtodire. quare &c. Et conſimiliter fortes non competunt medicinæ quare ſtudium magis ſit in clyſteribus, & ſuppoſitorijs &c. In fine vero ſi non remanent veſtigia alienationis ſeruatis canonibus fiant embrocæ cũ reſolutiuis temperatis, aut ad calidum parum declinãtibus, vt ex flore camomillæ, maioranæ, anethi, ro. rub. ana bulliant in aqua. Vel ſic. ℞. anethi, florum camomillæ, fœnugræci, maluauiſci. ana. Vbi quæritur reſolutio cum confortatione, magis bulliant in aqua &c.

jmmo nõ uera nõ sequ tẽpore aliã ægritudin sed ei incipitur ut caus

De ſibare. Rubrica. V.

PHreneſis eſt apoſtema ſubſtãtiæ cerebri pãniculorum. Sibare vero eſt apoſtema ſubſtantiæ cerebri. vnde à phreneſi differunt loco: vt patet. Secundo ex materia, quoniã ſibare ſemper fit à cholera aduſta. Nõ ſic karabitus ſed à ſanguinea & cholera nõ aduſta, licet tertia ſpecies karabiti fiat aduſta. Tertio differunt

accidentaliter, quoniam habent dæmonium ſiue maniã. dicitur enim mania à mane quod eſt dæmonium: & eſt ſuperflua. nam vehementer & fortiter agitantur plus ꝗ in karabito. Quarto differunt ordine, quoniam cũ adeſt ſibare adeſt mania, quoniam læſio tam cõmunicata eſt membro principali. Sed cum adeſt karabitus non adeſt mania, quia ſic non ſubito læditur principale, vt quando eſt in duro panniculo.

C V R A dicta de karabito hic ſeruetur, & maxime diuerſio ſeruetur, & ſic cura & ſtudium magis in humectando quàm in karabito, quare humectatiua frequententur &c. In hoc capitulo breuiſſime locutus ſum, quoniam ſic ſuperficietenus non videtur differentia à karabito niſi ſecũdum magis & minus &c. quare &c. Poteſt tamen talis colligi deſcriptio. Sibare eſt apoſtema calidum ſubſtantiæ cerebri à materia cholerica aduſta cauſatũ, & ad quod ſequitur alienatio & dæmonium ſuperfluum.

## De Lethargia. Rubrica. VI.

LEthargia eſt apoſtema ex materia frigida meatibus cerebri abſq; velaminibus & ventriculis & corpore cerebri in parte poſteriori ſecundũ plurimũ factum, ad quod ſequit̃ obliuio. Et dicitur ex materia frigida & non phlegmatica, vt Auic. vt comprehendatur ex materia melancholica factum quãuis ab ea raro fiat. Dicitur ſecundum plurimum &c. quia aliquãdo poteſt eſſe ꝙ tale apoſtema fiat in velaminibus aut ſubſtantia cerebri, ſed hoc eſt rariſſimũ. Nõ enim poteſt materia phlegmatica pãniculos illos dẽſos penetrare, ſicut neq; in pleura, vt dicetur niſi rariſſime, neq; ſubſtantiã cerebri ꝑpter eius viſcoſitatem &c. Et dicitur in parte poſteriori, quia eſt paſſio puppis cerebri ſicut phreneſis proræ. Dicit̃ ad quod ſequitur obliuio. Vnde etiã ſic deſcribi poteſt. Lethargia eſt obliuio ex apoſtemate facto &c. cum particulis ſequentibus. Et dicitur lethargia à λήθη quod eſt obliuio, & ἀργη hoc eſt captum, vel ἀργὸς i. iners, vt lethargia nil aliud ſit, niſi iners obliuio, aut malum obliuioni inducens. Et reperitur duplex vera & non vera vt de

Lethargia, frigida phreneſis.

phreneſi dictũ eſt. nã eam nominauit Gal. frigidã phreneſim. Vera deſcripta eſt. Nõ vera vero fit ex phlegmate cõmixto choleræ, quod per ſigna comprehenditur, & tunc oportet medicamina adinuicem componere ſecundum proportionem exiſtimatam de illis humoribus. Et hanc Aui. nominauit ſubeth aſſahari. & dixit. Et hęc quidem ęgritudo ſimilis eſt lethargiæ. Sed differt ab ea, quoniam facies non eſt cum diſpoſitione ſua ſicut in patiente letargiam. Item bifurcatur, quia quędam eſt ſine fe. quędam cum feb. quædam accidit ex putrefactione & nõ putrefactione phlegmatis.

C A V S A E eius priſtinæ ſunt omne illud quod generat humorem phlegmaticum in quo ſunt vaporatio & putrefactio ſicut porrum, cepæ, lac, allium, vinum nimis fumoſum. Et in ſumma cibi frigidi & humidi, fumoſi, putreſcibiles. Item potus aquæ frigidæ, fructus humidi, piſces, carnes porcinæ recentes, & huiuſmodi. Itẽ aer turbidus, ſpiſſus, frigid. & humid. repletio nimia cibi, & potus. vſus diuerſorum cibariorum, & frigidorũ eſt in eadem menſa, quę natura digerere non poteſt neq; perfecte regere. vnde ſicut apoſtema & febres ſic generant̃. Item ſomnus ſuperfluus & ſpãliter meridianus. Itẽ dimiſſio exercitij cõſueti, & ſpãliter balneũ. Quies multa, & ocium.

Et antecedens eſt mala cõplexio frigid. & humid. in toto vel in ſtomacho vel in capite, aut mala compoſitio, quia raritas ſubſtantiæ cerebri, & meatuum nimia.

Coniuncta eſt humor phlegmaticus aut melãcholicus faciens apoſtema, aut mala ſpiritus frigiditas.

S I G N A quòd ſit ex phlegmate ſoda leuis. ſubeth cum feb. continua non intenſa. Albedo linguæ. Difficultas aperiendi palpebras, velox clauſio poſt apertionẽ. Et ſi patiens interrogatur vix reſpondet, & raro. Cõfuſio mẽtis. Oſcitatio multa. Oris apertio, tanquam ſit oblitus id claudere. Item aliquãdo apparet ſolutio phlegmatica, aliquando ventris conſtipatio. Vrina eſt turbida, vt aſinorum. Tremor. Sudor extremitatũ. Facies plumbea propter phlegma, & aliquando ad nigredinem declinat, & quandoq; parum intumeſcit. Pulſus magnus fluctuoſus quãplurimum. Anhelitus debilis, tardiſſimus, & varius decubitus ſuper ſpinam, & ſtant ſicut pręcipitari, & mortui. Habentes karabitum eleuantur. Auic. Et adeſt quandoq; ſingultus propter cõmunitatem à ſtomacho.

Signa vero quando, ſcilicet cholera eſt etiam in cauſa dolor capitis fortior. Rixa. Alienatio. Oculi ſunt apti intuentes in vno loco, & mouentur aliquando vbi in vera ſtant ut mortui vt dictum eſt. loquentur licet alienent. Et hæc ſigna multiplicantur aut diminuuntur ſecundũ maiorem aut minorẽ mixtionẽ choleræ cum phlegmate aut æquantur. Et nota ꝙ vera differt à non vera, quoniam vt dictum eſt vera eſt de materia ſimplici phlegmatica & ſemper tenet patiens oculos clauſos niſi per accidens, vt cum excitatur, & aperit oculos & obliuiſcitur eos deinde claudere. In non vera autem materia eſt cõpoſita ex contrarijs, & tenet oculos apertos abſq; palpitando, & color faciei ſæpe mutatur modo ad liuorem, modo ad citrinitatem, pulſus maior, velocior ꝗ in vera, & fortior, & debilior ꝗ in karabito. & ſit pulſus extrinſecus rarus valde ſpaſmoſus vt in pręfocatione. Differt autẽ à pręfocatione, quia lethargici bene poſſunt reſpõdere non autem ſuffocate licet intelligãt. Et ſimiliter apoplexia & epilepſia, quoniam hæc ſubito. hæc vero paſſio paulatine. Differt à ſyncopi, quia lethargici facies eſt vt viui, ſyncopizati vt mortui.

Signa ſi contingat ꝙ fiat in ſubſtãtia cerebri quod eſt raro, tunc ſubeth eſt fortius, & difficultas motuũ maior, & lingua eſt vehemẽtius alba, & oculi ad exitum tendũt.

Signa ſi in velaminibus tunc dolor fortior, & motus leuiores, & multoties obliuiſcitur mingere etiã propter debilitatem lacerti vrinalis.

S I G N A pronoſtica futurę lethargiæ ſunt. Multitudo tremoris capitis cum pigritia, & grauitate, quæ ſigna ſi fortia fiunt, & ſuperueniat ſudor multus, tunc eſt pe rimens. ſudor enim virtutẽ deiecit. Sudor enim frigidus in capite mortem ſignificat. Si ſanguiſuga fronti applicetur, & non adhæreat mortẽ ſignificat. Quòd ſi accidentia declinauerint, & ſpiritus tunc ſit bonus, tunc tẽdit ad ſalutem maxime ſi poſt aurem apparuerit apoſtema. ſecundum enim plurimum per talem criſim terminatur. Et quidam dicunt ꝙ deterior eſt non vera, quoniam poteſt æque bene regulare & vincere ſicut homogeneum, & eſt hic locus ſpeculationis ſicut de tertiana non pura & de ſolo phlegmate, & tu conſidera. Et ſi plura vis quęre in fine capituli in aphor.

C V R A E S T Canones ſex. Primus ordinatio dietæ. Secundus feſtina materię ſubtractio, ſiue euacuatio. Tertius eſt diuerſio eius, ipſam in parte trahendo ad oppoſitum. Quartus eſt cõfortatio capitis cum his quæ repellunt materiam, ne ipſam caput recipiat.

Quintus eſt receptæ materiæ reſolutio. Sextus eſt correctio accidentium.

P R I M V S cõpletur cibis, & potibus, & alijs ſex rebus non naturalibus, ſeu cauſæ opponẽtibus, ac eorum accidentibus de qbus infra. De rebus autẽ ipſis non naturalibus phlegma multiplicãtibus &c. dictũ eſt ad plenũ.

S E C V N D V S perficitur phlebotomia quidem ſi neceſſaria videtur, quia ſit corpus plethoricũ, aut quia ſit materia ſanguini admixta, aliter non fiat, ſed de hoc in dubijs infra. Solutione quidẽ cum clyſteribus acutis, & tutius videtur ꝗ cum pharmacia. Vnde Auic. in hoc cap. Et melior euacuationũ eſt illa quæ ſit cũ clyſteri-

Idem

Idem Meſ. Nam & ſi pharmaciam tacuerit Auic. ſaltẽ in principio hoc non fecit, quia etiam non ſit cõueniens, ſed quia dedit intelligere ex canonibus generalibus de cura apoſtematum frigidorum. Clyſtere. ℞. ruthæ & ſaluiæ, camomillæ, centaureæ. ana. M. ſ. bulliant in ſufficienti quantitate aquæ ad cõſumptionem tertię partis & coleẽ, de qua colatura accipiatur lib. j. & addaẽ colloquintidæ, agarici. ana. ʒ. j. ſ. olei cõis. ℥. iij. ſalis. ʒ. ij. &c. Aliud & fortius & ſublime. ℞. artanitæ, colloquintidæ interioris. ana. ℥. j. ſ. carthami. ℥. j. centaureæ minoris. ℥. j. ellebori albi. ʒ. j. ſ. ſticados. ʒ. viij. coquantur vſq; ad medietatẽ cõſumptionis aquæ additis oleo & ſale, vt ſupra inijciatur. Quòd ſi fuerit præſentia melancholiæ addantur polypodium, fumiterræ, aut folliculus ſenæ. Et ſi acuere plus cupis pone ſalgẽma &c. Sed de his dicetur ad plenum in capitulis ſequẽtibus de ſubeth, apoplexia, epilepſia. ideo nõ multiplico in eis. Item ex his duabus deſcriptionibus elige tertiam tanquã q ex extremis cõpoſitum & facile medicamen habebis. Item ſi videtur expedite adde benedictam, catarticum imperiale & huiuſmodi ſolutiua. Notandum tamen quòd ſtante feb. nõ ita ſecure ad ita fortia tranſire debemus ſicut quando non adeſt feb. nã ſunt cõtemperanda calida cum frigidis vt maluis, violis, roſ. & huiuſmodi. Et conſimiliter in non vera conſiderandum. Vnde quidã incipiunt à mollificatiuo enemate, maxime vbi fuerit ventris ſtypticitas. Et bene. ſit & ſolutio ex ſuppoſitorijs fortibus, de quibus ſupra de cura doloris capitis ex phlegmate. Si autẽ medicinã cupis ſolutiuã, ſi & digeſtiui indiges. ſupra habes ad propoſitũ omnia trac. iiij. De digeſtione vero nõ eſt poſitus canon, quia q dicta ſunt intelligunẽ debere fieri in principio, ſed pſeuerãte ægritudine vt quo accidit vti ſine dubio debemus digeſtiuis.

TERTIVS perficiẽ his rebus & modis quibus ſupra de dolore capitis, & efficax eſt apponere ventoſam ſuper nucham ſine ſcarificatione. non enim debet fieri ſcarificatio. inducit enim obliuionem. quarta primi. de ventoſis ſuper nucham poſt quam ponatur alia & alia deſcendendo vſq; ad ſpatulas & verſus bracchia ita q in ſumma plurimæ ponantur. Completur & hic canon gargariſmatæ ſternutatorija &c. de quibus ſupra de ſoda frigida. competit aurium ſcarificatio, prouocatio mẽſtruorum, hemorrhoidarũ &c. vt ſupra. Quomodo iſta prouocentur ſuis dicetur locis. & tu ibi.

Scariſicatio in nucha poſt vẽtoſas obliuionẽ inducit.

QVARTVS ET QVINTVS ſunt ſimul mixti. Quartus igitur completur his quæ materiam repellũt. Vnde in principio, ſcilicet primo & ſecũdo die ponantur pura repercuſſiua ex oleo roſ. & aceto, vt ſupra de dolore ex cauſa calida, ita videtur velle Auicenna, Raſis. ſed Meſue oppoſitũ cum velit q cũ repercuſſiuis ponatur caſtoreum ex auctoritate Alexãdri dicit. Tertia tes cõuertit regimen ad hoc vt repellaẽ materia quæ trãſmittitur ad caput aut reſoluatur tranſmiſſa, & completur in principio rei cum medicinis repercuſſiuis in parte & in parte reſolutiuis, ſicut ex oleo roſ. & aceto miſceri decuit caſtoreum conquaſſatum cum eis & ſuperpoſitum. Propter quod dicendũ q Auic. intellexit de principio principiãte ſicut ipſe Meſ. vt infra de pleuriſi voluit q in principio initiante in pleuriſi competunt repercuſſiua plura. poſt autẽ tale principium ponanẽ calida cũ repercuſſiuis propter qualitatem & ſubſtantiam humoris. & eſt hæc ſententia Gal. 13. therapeu. Hoc etiã voluit Meſue capitulo iſto ſimiliter. Alexãder vapores &c. Gilbertus anglicus videtur dicere in hac parte contrarium cui nõ aſſentio. de applicatione vero talium, aut calidorum aut frigidorum non determinauerunt auctores noſtro, relinquentes iudicio, quod ſumitur ex diſpoſitione temporis, ſiue aeris caliditatis in capite.

Gilbertus anglicus ab aliis diſſenſio.

Poſt vero principiũ ut dictum eſt cum tali repercuſſiuo ponatur aliquid caſtorei vel huiuſmodi calidi: deinde repercuſſiua cum reſolutiuis æquentur vt in ſtatu vel circa. Nota tamen q quãdo materia eſt influxa & de eius fluxu vlteriori nõ timemus, ſecurius poſſumus calidis cũ calidioribus vti. Et pro his ponantur exempla. ℞. olei roſ. partes. iiij. aceti par. j. caſtorei par. vnius quartam. Et ſi vis fortius & magis euigilare pone acetum ſquilliticũ.

Aliud magis reſolutiuum & mirabile. ℞. aceti ſquillitici, ℥. j. olei irim aut de narciſco. ℥. iiij. caſtorei. ʒ. j. capillorum hominis aduſtorum. ʒ. j. ſ. fiat ſicut lenimentum & abraſo capite applicetur.

Sed hic eſt locus cõſiderationis, & eſt cui parti debet applicari repercuſſiuũ cum dictum ſit ſupra in principio capituli ex canone generali q puppi capitis frigida applicari non debent. Et pro iſto dicendũ vt nunc ſatiſfaciã capitulo q parti anteriori declinando verſus poſterius. ſed hoc diſcutietur in dubijs in fine capituli.

Receptæ autem materiæ reſolutio quod erit in declinatione morbi fit cum omnibus calidis capitalibus reſolutionibus & vnctionibus, embrochis, epithematibus, cerotarijs, ſaccellis, emplaſtris, & huiuſmodi. de quibus ad plenũ ſupra de ſoda ex cauſa frigida. Notandum tamen eſt q frigidiora competunt in lethargia, quam congelationem uocauit Raſis q̃ in ſubethia, aut in ſoda ſic abſolute, licet cum lethargia ſit etiam ſoda. Volo differentiæ q calidioribus vti debemus, & tutius in ea q̃ in ſoda abſolute, & tu ex fortioribus dictis elige. Emplaſtrum tamen forte ſit. ℞. pyrethri, ſinapis, ſquillę. ana. ʒ. j. caſtorei euphorbij. ana. ʒ. v. miſce omnia cũ ſucco maioranæ & puppi cerebri apponaẽ. & eſt Meſ. potes eum moderari vt vis addendo leuiora communia. Et per hoc completur intentio quinti.

SEXTVS adimpletur ſi conſiderationem habebimus ad accidentia quæ cõmuniter conſueuerunt venire vt eſt profunditas ſomni ſiue ſubeth. Phreneſis. Obliuio mingendi, & egerendi.

Propter primum itaq; teneatur in loco luminoſo cum ſtrepitu inſtrumentorum vociferantium, & clamantium cum nomine proprio ponendo os ad aurem infirmi trahendo ipſum per capillos. Itẽ cõducere porcos paruos, & ſtimulare eos ad clamorem ſi ruſticus fuerit. de quibus in capitulo immediate ſubſequente, quoniã hæc fieri debẽt ne cadat in ſubeth de quo ſtatim infra: ideo non me plus hic extendo. Si in phreneſim cadet dictum eſt de eis.

Si in obliuione mingendi etiam ſollicites eum & comprimas manibus veſicam. Et emplaſtra ponas ſuper pectinem ex meliloto, apio, abſinthio, calamento, radice liliorum, intromiſſione candelæ paruæ in virgam, aut ſyringis. Cum etiam prouocãtibus vrinam vt infra ſuo loco. Et proportionaliter de ægeſtionibus. Notandũ vltimo q in lethargia ſine feb. calidioribus vti poſſumus & debemus q̃ quando eſt feb. Electuaria autem &c. tam conferentia ad memoriam dicentur in capitulo ſequenti de diminutione memoriæ. Nam & huic capitulo applicari habent cum ad lethargiam ſequatur obliuio, vt dictum eſt. & memoriæ diminutio.

## *De diminutione memoriæ.* Rubrica. VII.

Cum dictum ſit de lethargia ad quã ſequitur obliuio ſicut accidẽs eſt q nempe eſt memoriæ læſio, & ablatio. conſequens eſt vt agaẽ de diminutione memoriæ. Volo nanq; in hoc capitulo aliquantulum prolixus eſſe nec tedeat cum ſit morbus de quo omnes conqueruntur. Diminutio memoriæ eſt operatio diminuta nimis ſoluto virtutis partis poſterioris cerebri, quia ſpecies receptæ retinentur.

CAVSA cuius ſecundum plurimũ eſt mala complexio frigida & humida. Et dicitur ſecundũ plurimum cum à ſola frigiditate ſimiliter fieri poſsit. Et ſimiliter à caliditate exceſsiua cauſari poſsit. Similiter à caliditate

cum ſiccitate, ſed omnino his potius eſt deſtructio quàm diminutio, quandoq; ab apoſtemate cerebri frigido.

SIGNA facta à mala complexione ſicca ſunt vigilia. & quia non memoratur de præſentibus momentaneis, quia de difficili fit impreſsio in ſicco, tamẽ recordatur de p̃teritis remotis, quia de difficili fit ſeparatio à ſicco.

Signa ſi fuerit ab humiditate, tunc erit ſomnus grauis p̃fundus, & bene memorabitur de p̃ſentibus momẽtaneis, quia de facili fit impreſsio in humido, nõ ſic de remotis p̃teritis, quia de facili amittitur impreſsio facta in re humida.

Signa ſi fuerit aut ex caliditate aut frigiditate ſigna erũt manifeſta caliditas aut frigiditas addẽdo ex dictis vt decebit. Nã quæ ex frigiditate pura eſt cum ſtupore, & vertigine, & cum ea quæ eſt ex caliditate cum ſiccitate eſt permiſtio ſenſus.

PROGNOSTICA quæ venit ex caliditate & ſiccitate tardius curatur. Et quæ venit in latitudine ſanitatis aſsimilatur ſtoliditati & pronunciat lethargiam, aut apoplexiam, aut epilepſiam.

IN CVRA canones ſeruandi ſunt quatuor. Ordinatio dietæ. Digeſtio materiæ. Euacuatio eius. Cõfortatio partis capitis, qua remoueatur mala cõplexio impreſſa.

PRIMVS completur cum his rebus non naturalibus quæ ſe opponunt cauſæ, vt verbi gratia. Si eſt ſiccitas cum humectantibus, ſi frigiditas cũ calefacientibus.

Sed pro his primus canon ꝙ non oportet in eis multũ excedere. & ex non multum cõſequenter continuare. nã exceſſus in eis quandoq; inducit obliuionem. Auic.

Secundus ꝙ à facilioribus p̃cedatur ad fortia, & quoniam rariſsimum eſt vt ab iſtis cauſis procedat ſufficiant hi canones, & veniamus ad id quod quaſi ſemper contingit, ſcilicet habẽdo reſpectum ad cauſam frigidã & humi.

Vnde in primis ordinetur aer luminoſus, non ventoſus. nam à ventis multum nocentur.

Et euitent quæ phlegma multiplicant, & ſpecialiter vaporoſa, vt cepæ, & ſuper omnia multa repletio, & nauſeatiua, multus potus, multa fructuum comeſtio, & à cibis grauis digeſtionis, & quæ in ſtomacho tempore longo retinentur de quibus ſupra. Item ablutionem cum calida penitus, quia mollificat. à frigida quia ſtupefacit, & nocet ſpiritui ſenſus. Item à potatione eius nimia, vinum tamen potatum menſurate: & in pauca quantitate videtur conferre & confert.

Exercitium habeat partium capitis cum fricatione, & compreſsione facta cum pannis aſperis, & pedum, & manuum, & non ſit forte ſed moderatum.

Abſtineat à multo ſomno, à ſomno diurno, à dormitione ſuper nucham, & vniuerſaliter ſuper repletione facta. Item à ſuperflua vigilia. debilitat enim ſpiritum, & ipſum reſoluit, & caput replet, à multo coitu & ab omnibus cerebrum debilitantibus. nam debilitato principali nocentur, & orta, & principalia membri partes lædũtur, vt ſæpe infra, & ſpecialiter de melancholia.

SECVNDVS perficitur cum digerentibus materiã phlegmaticã capitis dictis ſupra tract. iij. vnde ibi ſimplicia & compoſita eligantur propoſito neceſſaria.

TERTIVS & quartus mixtim traduntur. Tertius cõpletur conſimiliter cum euacuantibus materiam phlegmaticam à capite, & incipiendo à facilioribus gradatim procedendo ad fortia. Vnde Auic. quodã capitulo etiã incipit. Primum ab euacuationibus quæ ſunt faciliora ſicut hiera, pulpa colloquintidæ & caſtoreũ. deinde gradatim p̃cedat ad hieras magnas. Et nota canones omnes dictos ſupra de cura ſodæ phlegmaticæ, & eos huc porta. Et ſcito ꝙ cõfectio amech deſcriptione ſecũda Meſuæ eſt medicina propria quando eſt ab humore aduſto.

Completur etiam cum gargariſmis, embrochationibus, lotionibus, ſternutatorijs, vnctionibus, cerotarijs, ſacculis & huiuſmodi. de quibus ad plenũ de ſoda phlegmatica. Vnde & ſimplicia in hoc caſu multũ laudata habentur in deſcriptionibus ſtatim ponẽdis in quibus multiplicabo cum res ipſa nimium quidẽ ab oĩbus perquiratur per quas deſcriptiones complebitur intentio quarti.

Vbi tamen eſt notandum ꝙ vbi fuerit mala complexio calida ſiue fuerit in membro ipſo ſiue in toto non debent multum calida appropinquari, & hoc voluit Auic. de cura eius cum dixit. Poſtea adminiſtretur ſi conſidis quòd non ſit male complexionis calidæ confectio anacardina, quoniam eſt fortior in cõfortatione ſenſus & ab omnibus plus commendatur.

Secundo notandum ꝙ nucha eſt cerebro frigidior, & ideo calida magis patitur & tolerat, frigida deterius. Legas itaq; canones etiã in principio capituli poſitos. Linimentum cõferens diminutioni memoriæ, & obliuioni. ℞. olei ſambucini. ℥. j. olei de been. ℥. ij. euphorbij. ℥. j. caſtorei. ℥. ſ. inũgatur locus memoriæ, eſt Meſ. Conſidera tamen ꝙ eſt multum calidum. addemus enim acetum vt penetret & contemperet. Valet emplaſtrum de ſinapi Meſ. 11. deſcriptione antidotarij, oleum de ſinapi, oleũ de lateribus, cõfectio anacardina Meſ. & vtens ea caueat à coitu ebrietate, & nimio labore, & debet habere ſex mẽſes ad minus, confectio philoſophorum Auicen. j. tract. quinti. diambra Aui. vltimo tract. ſummæ primæ quinti. diambra Aui. vltimo ſummæ quinti. diambra Meſ. Pliriſarcoticon Auic. Theodoricũ anacardinũ & confectiones laudatæ ſupra de ſoda frigida phlegmatica. ęę. conditũ & eſt expertũ à Raſi primo cõtinentis. & cõmendatur à filio zezar in Meſ. Conſimiliter multũ laudatur acorus nutritus, & eſt expertum Aui. 5. cap. & modus nutriendi habetur à Meſ. 4. diſtinct. antidotarij. Cõſimiliter piper longum nutritũ. Medicamen bonum. ℞. olibani, cyperi, piperis, croci, myrrhæ. ana confica cum melle & de eo omni die ſumatur. ʒ. j. Aliud & expertum. ℞. piperis lõgi, cimini. ana, par. ij. zucchari par. iij. olybani tres quartas aur. & piperis. ſimiliter accipiatur de eo omni die tantum quantũ ſcriptum eſt. Aliud. ℞. cimini partes, v. cyperi partes. ij. acori par. ij. piperis partẽ. j. myrobalanorũ nigrorum partes, ij. mellis anacardini partes. j. mellis duplum omnium, fiat electuarium de quo ſumatur ſingulo die. ʒ. j. vſq; ad. ʒ. j ſ. Aliud conſeruans memoriam. ℞. acori. ℥. vj. piperis longi. ℥. vj. cimini. ʒ. iiij. mellis quod ſufficit. doſis ſit. ℥. ſ. vſq; ad. ʒ. v. Aliud ad idem expertum & ſenibus præcipue valens. ℞. mellis anacardini, olibani, cyperi acori. ana, par. ij. piperis, macropiperis. ana, par. j. kebulorum indorũ. ana. par. ij. cimini par. iij. mellis quantũ ſufficit. doſis eſt. ʒ. ij. de quo ſumatur ſingulo die mane. Aliud & eſt Meſ. cõmendatum. ℞. myrobalanorum kebulorum lib. j. piperis longi. ʒ. iij. &c. & tu vide.

Electuarium ad confortandum cerebrum & ad reſtaurandum memoriã. ℞. cinnamomi roſarum viol. ęę. cardamomi. ana. ʒ. ij. ſquinanti, ſpicæ, gariofilorum, cubebæ, folij galangæ, boraginis, ſenæ, ſpodij, corallorum, maſticis, macropiperis, ſtoracis calamitæ, ſerici cõbuſti. ana. ʒ. v. muſci, ℈. j. ſyru. roſ. quod ſufficit. & eſt Gilberti anglici.

Caſtoreum multum cõmendatur hoc caſu quando cũ alijs ſimplicibus cõmiſceri habet, mali tamen exiſtit. ſaporis & odoris, quare eo magis extra applicando vtor ꝙ̃ ipſum ad intra exhibendo. Multa itaq; memorata ſunt ſupra ſimplicia capitalia q; huic conueniunt paſsioni. Eligantur autem magis grata.

Cura autem eius quæ ex apoſtemate eſt cum his quæ dicta ſunt de lethargia, carabito, & ſubeth, tu ibi.

ET LICET procedens in capitulo, vt concepi videar limites artis medicinæ exire, tamen cum ipſam rẽ omnibus gratiſsimam ſentiam cum maxime hic theſaurus memoriæ ab omnibus exquiratur. diſpoſui de memoria quæ artificio corroboratur quædam pauca & ſubſtantialia aperire. ex quibus diligens inueſtigator poſſet etiã

in plurimis

in plurimis & magnis memoriam ſuam corroborare.

Et pro hoc notandum primo q̄ ſicut ex literis ſcriptis ſiue ſculptis in tabula quas inſpicimus & intuemur recordamur & cōprehendimus, ita ex imaginibus poſitis in locis memoramur & cōprehendimus. vnde imagines ad loca ita ſe habent ſicut literę ad cartham ſiue tabulam.

Et vt res clarius habeatur aduertendum q̄ volentem practicare hāc artem oportet primo ſibi ſtatuere loca in aliqua eccleſia magna vel magna domo quæ ſint conditionata qualitate debita, quātitate debita, ordine debito, diſtantia debita, & debitis imaginibus.

Doctrina per exempla efficax ac breuis.

Et quia breuis & efficax eſt doctrina per exempla, hinc exempla ponā vt intelligatur. de his locis accipiunt centum & vltra, ſed ponā exemplum de decē & ita habebiſ de mille. Capio itaq̄ domum magnam ad quā nō debes frequenter ſed raro ire, & cauſa dicetur. Et ſtatue primum locū qui eſt apud oſtiū diſtans ab oſtio per tres pedes. Secundus locus ſit ab iſto diſtans per. xij. vel. xv. pedes. ut uerbi gratia. fortaſſe eſt angulus unus ſcibile. Tertius locus ſit à ſecundo diſtans per totidem aeris. xij. &c. & erit forte alter angulus vel medium inter angulum primū & ſecundū. Quartus erit angulus. Quintus erit angulus diſtans per tantundem. Sextus cōſimiliter. Et finita ſala intrabis vnā cameram & ad intra oſtium immediate ſignabis ſeptimum. Deinde in primo angulo cameræ octauum. Et in ſecundo angulo nonū. Et in tertio decimum cum ſua diſtantia. ſi vis plura loca exeas cameram & ſigna, & ſic alias cameras proportionabiliter. Notandum tamen q̄ diſtantia data eſt mediocris & conueniens, ſed ſi non inuenietur tanta diſtantia, ſed minor vſq̄ ad octo pedes dico q̄ adhuc tolerabile foret. Conari autem debemus vt ſit mediocris vel prope mediocrē quantum plus poſſimus. De eccleſia ſcito q̄ nō debet eſſe multum frequentata ac etiam per ſe ne multitudine imaginū confundaris. Iſta loca debent eſſe ſigna memorabilia, & manu ductibilia, vt verbi gratia. Primus locus ſignatur per vrinale ponendo in eius loco vrinale. Secūdus ſignabitur per pixidē. Tertius ſignabitur per mortarium ponendo ibi mortariū. Quartus ſignabitur per ſcarnucium ponendo ibi ſcarnucū. Quintus per pugillare. Sextus per piſtellum. Septimus per tamiſium. Octauus per ſacculū ponendo ſacculum. Nonus per panem cereū. Decimus per cannas caſsię &c. Et iſta nomina oportet habere mēti ſemper. loca de quinto in quintū. vt quinarij loci mēti ſuper oīa habeātur: ex quibus apparet qd̄ de diſtantia dicendū. Scito tñ q̄ vſq̄ ad. xxv. licet tranſire & nō vltra ne fiat negatio in imaginibus. Et conſimiliter dicaſ de quantitate quantum ad altitudinem: q̄ nō debent eſſe multū altitudinis mediocria quātitatis eſt. xij. pedum vel circa. minor debet eſſe ad minus. v. Patet etiā quid de ordine. nam debēt ordinari vnum poſt alterum, vt dictum eſt notādo ſemp quintum, & procedēdo de quinto in quintū. De qualitate autē dictum eſt non nimis lucide, neq̄ nimis obſcure, nec vt dictū eſt nimiū frequenter habitis cōditionibus locorum quæ ſunt ſubiecta, et materia imaginum ſicut cartha literarū, oportet ad imaginem trāſire. Debent ita imagines notæ in iſtis locis collocari cum motibus talibus, vt per eas valeamus memorari. Verbi gratia. volo memorari de. xx. noībus ſic faciam in primo loco. ego imaginē Petri mihi notiſsimi locabo cum vrinali in manu pleno vrina quā fundet ſup Iacobum mihi notiſſimū, & ex iſto actu horum duorum ego memoror: & ſic duorum nominū memoriā mihi faciam. In ſecundo loco ponā Martinum mihi notiſſimū. nam oportet imagines iſtas eſſe notiſſimas qui ponet digitum ſuum in pixide, & extrahet vnguentū, quo cum digito vnget orificium ani Socratis mihi notiſſimi. In tertio ponā Andreā mihi notiſſimū, qui cum manu de mortario extrahet emplm̄ qd̄ ponet ſuper faciē Franciſci vel alios ridiculos actus fabricādo ex quibus memoriā confirmabo de talibus noībus, & ita pariformiter procedaſ in aliis. Conſimiliter. ſi voluero recordari de aliquo cum ſuo actu vt q̄ comederet ficus tunc imaginetur q̄ cū ficu faciat aliquod ſolatioſum vel ſtupendum. Similiter q̄ ſermonizauerit q̄ ſcardes vendiderit in his oportet imaginari actus ridiculoſos. Et de argumentis oportet capere ſubſtātiā argumēti, & ipſam tantū locare, quia totū argumentum non poſſet locare, vt ſi erit de aſino, prędicto modo &c. vt q̄ aſinus eſt ſubſtantia concludatur. tunc aſinus collocetur & ſubſtantia eius. Similiter ſi de prædio alienato tunc locetur prædium & alienatio: & cōſimiliter de aliis. Si ordinē totum voluero recordari diuidatur tota oratio in partes & ſubſtantiæ cuiuslibet pars ſolum locetur. Item ſi verſum aliquem faciam ipſum mihi bis vel ter legi, deinde ſubſtantiam verſus locabo. verbi gratia. Conticuere omnes intentiq̄ ora tenebant, locabo in primo loco vnum prædicantem quem omnes clauſo ore auſcultant. Et conſimiliter dicendum de vna autoritate: Et conſimiliter dicendū de capitulis ambaſiatorum quæ ſunt eodē modo locanda, & de partibus prædicatorum. Volo hæc breuiſſima gratia ſolatij ſufficere. nam ars iſta longior eſt & ad alia ſe transfert, & cum multis & plurimis regulis in diuerſis negocijs vt in nominibus incognitis græcis &c. habet & regulas de menſibus, de diebus, de annis, horis. & de pertinentibus arithmeticis &c. valde prolixa eſt. Si quis eam cupit ab alio pro nunc diſcat, ſatis ſit dediſſe plus q̄ principium, & quod ſatis eſt cap. Et ſcias q̄ ars iſta indiget continua practica, & plus q̄ aliqua alia ſi quis in ea cupit eſſe perfectus.

*De corruptione imaginationis.* *Rubrica.* VII.

DE corruptione imaginationis dicere cōcepi cum etiam ſit læſio ſenſus & partis anterioris cerebri. Et capitur hic corruptio vt ſe extendit ad ablationem & diminutionem, ac veram corruptionem imaginationis qualiter ſumpſit Auicen. prima tertij. proprio cap. Corruptio itaq̄ imaginationis eſt læſio partis anterioris cerebri, qua quis aut non imaginatur aut minuitur eius imaginatio ab imaginando res imaginabiles aut imaginatur quod non eſt, & quòd videat res quarum non eſt inuentio.

CAVSA eius ſecundum plurimum eſt mala complexio calida & ſicca. nam inſtrumētum memoriæ complexionatur frigidæ & ſiccæ complexionis. nam in ipſo debet fieri retentio ſpecierum memorabilium quæ retentio melius ſicco quàm humido perficitur. frigidum itaq̄ & humidum à mala complexione calida & ſicca diſcraſiatur, licet à ſuperfluo frigido & humido poſſit diſcraſiari. nam omnis inordinata qualitas poteſt hoc facere. prima aphoriſ. commento ſecundo.

CVRA itaque ſeruentur proportionaliter vt de diminutione memoriæ dictum eſt. Nam ſtatuendo cauſam calidam & ſiccam debemus cum cōtrarijs occurrere quę ad complementum dicta ſunt de ſoda ex cauſa colerica: quibus addatur canon Auic. q̄ emplaſtra in anteriori capitis parte. & hoc dictum eſt quis in diminutione memoriæ præceptū eſt medicinā non poni in parte poſteriori.

*De ſubeth.* *Rubrica.* VIII.

SVbeth eſt ſomnus ſuperfluus, & grauis ſiue profundus, cuius grauitas eſt in materia & qualitate ſimul ita vt ipſiua ſpatium ſit prolixius, & eius eleuatio, id eſt, excitatio fortior, id eſt difficilior. Quæ materia eſt vtplurimum frigida & humida, qualitas vero frigiditas ipſa dicitur vtplurimum, quia à materia ſanguinea & à melancholica cauſari poteſt, ſed hoc eſt raro, licet ſecundum quòd videtur placere Gentili, talis ſomus ab his humoribus cauſatus non eſt proprie ſubeth, quia gra-

Subeth arabibus idē qđ κάρος græcis, ac latinis etiā caros ſignificar

uitas & ꝓfunditas nõ eſt tanta quãta in primo &c. ſed eſt ſomnus ꝓfundus, vel poteſt dici ꝙ eſt ſubeth diminutũ.

CAVSA quandoque fit à phlegmate, & cholera mixtum. Vnde ad particularia deſcendens, dico quòd ex cauſis primitiuis ſunt voracitas, multitudo comeſtionis, & potus, ebrietas, & ego vidi talem ea ebrietate. Itẽ percuſsio facta in temporibus. compreſsio cranei, ſiue fractio & huiuſmodi quæ oppilant viam ſpirituum tranſeuntem ad membra.

Cauſa antecedẽs eſt phlegma cũ cholera citrina quando aggregantur ſimul in cerebro vincente phlegmate & non fit tunc forte ſubeth vt tũ eſt à phlegmate tantum, aut mala complexio frigida & humida, frigida & ſicca ſecundum Haliab.

Coniuncta vero eſt ipſum phlegma aut materia ipſi mixta faciens ſubeth &c. Fit & ſubeth per cõmunitatẽ vt à vermibus. Comeſtione terũ ſtupefacientium. Item & ratione materiæ febrilis, & accidit in principio paroxiſmorum & maxime in feb. phlegmatica. Item ratione multitudinis vaporum eleuatorum aut à ſtomacho, aut à matrice. Item & à ſpiritus debilitate per viam reſolutionis quare fit difficilis eius dilatatio. Et accidit vt pleuriticus aut peripleumonicus quandoque ad ſubeth permutetur.

SIGNA ſomnus profundus. Grauitas oculorum, difficultas apertionis eorum. Grauitas capitis. Reſpondẽt tarde cũ vocanẽ ſiue excitanẽ, ve quaſi percogitati ſtant velut ſpaſmati, & mortui, & cum excitanẽ aperiunt oculos, & cum difficultate, & ſtatim claudũt. Et ſtrangulanẽ ab aqua vt ſorbitiones per nares rędeãt. Pulſus velox eſt & frequens propter nocumentum cerebri.

Si fuerit ex phlegmate color faciei vergit ad albedinẽ. Si ex ſanguine ad rubedinem. Si ex ipſis mixtis ſigna apparent mixta.

Si fuerit cõmunitatẽ alterius membri præceſsit dolor, grauitas, aut aliquod tale nocumentum in membro ipſo, vt ſi à ſtomacho nauſea. Si à matrice dolor in alcatim, & præceſsit pręfocatio & huiuſmodi. Et hic aduertatur ꝙ ſubethicus à præfocata differt, quia pręfocata non poteſt reſpondere cum excitatur, ſed bene ſubethicus. Item pręfocata nõ poteſt loqui, ſed bene ſubethica. Itẽ facies ſubethici eſt ſicut ſana. præfocati eſt velut mortui. Et ſic de alijs ſignis dictis de præfocatione infra vigeſimum capitulum. Differt autem ab apopletico, quia in apopletico uniuerſaliter ſenſus & motus ſunt ablati nec loqui poteſt nec excitari. A ſyncopi vero, quia in ſyncopi facies eſt velut mortui, & ſpiritus ſiue anhelitus quaſi nullus, contraria in ſubethico. Differt à lethargia, quia facies non eſt cum ſua diſpoſitione ſicut in patiente lethargiam. Et iterum eis ad ſunt vigiliæ, & apertio oculorum abſq; palpitatione. & feb. in ipſa eſt fortior.

PROGNOSTICA omnis ſomnus vehemẽs ea omni inanitione & vehementi ſpiritus debilitate eſt peſsimus inter omnes: & magis morti ꝓpinquus. Omnis ſomnus cum grauitate in declinatione paroxyſmorũ fe. continuę mortalis eſt, quia ſi iuuare ſolentia ſuo tempore non iuuerint, proculdubio mala eſt eorum ſignificatio. 2. apho. cõmento. j. Omnis ſomnus ꝓlixus preparat & diſponit ad lethargiam, apoplexiam, & ita de alijs. — *Vtiliſsimũ nocẽdo inutile.*

Et ideo noli pigritare in cura eius, quoniã de facili ea ſubethico fit letargicus, vel apopleticus, et moritur. Et iſta vt infra cum digeſtiuis cõtinuatis, et euacuationibus &c. Et breuiter oĩs ſomnus ſuperfluus malus iuxta illud Senis. in. aphor. ij. ſect. Somnus, atque vigilia, vtraq; ſi modum exceſſerint, malum.

CVRA uero eius eſt canon prioritates & poſteriori tates attendere. Nã ſicut eius aduentus ea cauſis ſuis diuerſificatur, ita & canon curatiuorum poſitio. Verbi gratia aſt ſubeth per cõmunitatem ſiue ſucceſsionem aliarum ægritudinum. Et eſt ſubeth conſequens bibitionem narcoticorum, ſiue ſtupefacientiũ. Et eſt ſubeth à mala complexione frigida ſine materia, & à mala complexione calida cum materia aut frigida.

CVRA in primo caſu vt cum venit ſucceſsione febrium, aut per cõmunitatem à ſtomacho, vel vermibus, vt cõmuniter accidit pueris vel aliunde, tunc ſeruentur canones tales. Primus eſt diuerſio. Secundus euacuatio. Tertius eſt excitatio. Quartus repercuſsio.

Primus completur cum ligationibus doloroſis, plicatione digitorum, fricationibus, ventoſis poſitis ſine ſcarificatione, collyrijs fortibus &c. de quibus in de ſoda phlegmatica &c.

Secundus perficitur cum euacuatione facta per ſternutatoria dicta allegato loco etiã cum clyſteribus non multum & multum acutis vt ibidem.

Tertius cum clamoribus, poſitione eius in loco luminoſo, tractione pilorum barbæ, capitis, pectoris, & pollicis pedis. Et nouis ſiue verbis inducentibus triſtitiam & maxime de futuro. nam triſtitia de præteritis ſomnum cauſat. vt ſecunda primi. primo cap. omnia animæ accidentia, auriculatũ &c. vt in fine capituli de lethargia cum ſuppoſitorio de ſal gemma debet in fine eius ligari filo duplicato longitudinis vnius expanſæ, & cum fuerit impoſitum, & ſteterit per duas vel tres horas capto extrahatur, & poterit in die bis, vel ter renouari. Item odoret acetum continue vel quaſi. Et oportet iſta remedia aſsiduare nec permittere quin ſemper moleſtetur æger ne cadat in apoplexiam.

Quartus fiat cum oleo roſ. & aceto multo cum petijs capiti, & ſpecialiter anteriori apponendo. Sed nota quòd acetum debet eſſe minus in quantitate oleo, ſed de eo multo plus poni debet quàm in lethargia, vt verbi gratia. ponebatur quarta pars aceti nunc ponitur tertia pars aceti, & cauſa quia hic quæritur repercuſsio & excitatio ſiue euigilatio quæ perficitur per acetum primum ſui frigiditate. ſecundum ſui acuitate, etiam ſui ſiccitate contemperat humiditatẽ olei cuius eſt inducere ſomnum. Ex quibus colligitur vel colligi poteſt cõtradictio inter Auic. & Serap. Nam Serapio dixit oleum roſ. cum pauco aceti. Auic. vero cum aceto plurimo. Locutus eſt Serapio in ſubeth non vero vbi non eſt tanta intentio ad excitationem quanta eſt in vero. — *Auicennæ ac ſerapiõis diſſenſio.*

CVRA in ſecundo caſu. Vt cum ſequitur bibitionem narcoticorum fiat cum theriaca aut alio bezaar appropriato illi narcotico cum ſit venenum. Et tu recurre ad quartum Auic. fen. 6.

CVRA in tertio caſu canones duos ſeruentur. Primus exhibitio rerum calidarum per os ſi id fieri poteſt. Secundus applicatio ad extra rerum calidarum capitalium excitantium.

Primus completur cum exhibitione theriacę metridati, diamuſci dulcis, & huiuſmodi de quibus ſupra de diminutione memoriæ.

Secundus cum embrochis, linimentis. vnctionibus calidis. de quibus in de dolore capitis ea materia phlegmatica quæ debent eſſe acuta. Verbi gratia. emplaſtrum ad hoc. ℞. ſquillæ par. ij. caſtorei. par. j. aut econtra cum farina frumenti & modico aceti addito & modico muſci. Item odoret muſcum frequenter: & tu ſemper canones de his poſitos ſupra menti habeas. Item odoret muſcum, lignum aloes & huiuſmodi. Quòd ſi fuerit in humiditate odoret caſtoreum, nucem muſcatam, & huiuſmodi.

CVRA ſi fuerit per eſſentiam à mala complexione cum materia, vt exempli gratia. primo à ſanguine duo ſeruentur canones. Primus eſt euacuatio. Secundus confortatio eſt capitis. — *Auicenna ab alijs diſcrepat.*

Primus cõpletur cum phlebotomia. Et licet Aui. dicat quòd incipiamus à cephalica, tamẽ inuenitur ab alijs eſſe

ſcriptum

ſcriptum q incipiatur à nigra, deinde venire ad cephalica, ſed recurras ad dicta de phlebotomia ſupra de ſoda ſanguinea, & tu conſiderabis.

Sed ſi pſicit cum his quæ malã cõplexionẽ in membro derelictam remouent, de quibus ad plenũ allegato loco.

C V R A ſi à phlegmate accidit canones hi ſeruentur. Ordinatio dietæ. Euacuatio feſtina. Digeſtio. Euacuatio. Diuerſio. Exercitatio. Capitis confortatio.

Dietæ ordinatio patet. vnde tamẽ in quantitate minuatur et fiat vt in lethargia dictum eſt de aere &c.

Euacuatio feſtina fiat cũ vomitu ſi poſsibile intromittendo pennã vel digitum in ore eius, aut exhibendo et vomitum ex aqua tepida cum aceto, vel ſyrupo acetoſo ſimplici vel acetoſo compoſito. Vel detur decoctio raphani cum oxymelle ſimplici vel vomitiuum infra de ſcotomia poſitum. Item fiant enemata in principio non multum fortia, deinde procedatur ad fortiora. vt ſupra de ſoda ex phlegmate.

Digeſtio fiat cum digerentibus phlegma in capite ſupra in quatto tract.

Euacuatio ſimiliter cum euacuãtibus materiam phlegmaticam à capite. Allegato loco vt pilulæ cochię & huiuſmodi. Similiter cũ ſternutatorijs, gargariſmatibus &c.

Gargariſma deponens phlegma à capite. ℞. bethonicæ, hyſſopi. ana. M. j. liquiritiæ raſæ & mundæ, paſſularum mundatarum ab arillis. ana. ℥. j. pyrethri radicum ireos recentium. ana. ʒ. j. ſ. ſeminis ſaxifragiæ. zinzibe. ana. ʒ. ſ. maſticis. ℥. j. mellis. ℥. ij. fiat apozima vſque ad conſumptionem ſecundę partis & fiat bis in die, mane, ſcilicet & ſero, & teneat patiens diu in ore deinde ejciat. Alia habes conuenientia ſupra de ſoda ex materia phlegmatica. Addere autem ſalem in eis eſt optimum vt incitet. Item maſticare maſticem. Itẽ pyrethrum fractũ & in petiola poſitũ ne mordicet fiant ſternutatoria. caput purgia &c. ſupra de ſoda phlegmatica. Dicitur q ſi fricentur nares ex ſucco pimpinelle facit de naribus humiditatem fluere.

Diuerſio fiat vt dictum eſt. Excitatio cõſimiliter, capitis confortatio ut ſupra de ſoda plegmatica. Item fiant fomentationes in parte anteriori de rutha, euphorbio, caſtoreo, calamento & huiuſmodi. Embrocha capitis cõfortatiua vſualis. ℞. ſtichados, ruthæ, origani, maioranæ, foliorum lauri, hyſſopi, calamenti, bulliant in aqua ſufficienter & ab alto ſuper caput &c.

C V R A in facto propter nimiam reſolutionem ſpirituum eſt ſuccus gallinæ & vina aromatica & alia velociter nutrientia. Vltimo nota q ex facientibus euigilare eſt abſterſio faciei cum aceto.

Et in hac materia forte quæret aliquis an in ſubeth cõpetit applicatio ſartaginis ignitæ vt in apoplexia cum ex eadem materia fieri videatur, & cum ſubeth ſit quaſi apoplexia diminuta.

Subeth apoplexia diminuta.

Credo dicendum quòd non, quoniam ita fortia medicamina capiti applicata non debẽt cum caput ipſum vehemẽter lædant, niſi magna & extrema neceſsitate cogente. Nam ſemper à facilioribus inchoandum & procedendum, & ſi conferunt, & ſi non ad fortiora tranſeundum. Cũ ergo in ſubeth non fortis ſit imo debilis oppilatio & materia pauca, vt Auic. & præcipue reſpectu oppilationis & materiæ apoplexiæ, neq ægritudo ſit extrema, vt apoplexia, & ita fortis cumq facilioribus curare poſsimus, ad ita forte medicamen non eſt tranſeundum, & hęc vt puto fuit cauſa propter quam auctores noſtri de ea in cura ſubeth non fecerunt mentionem. Dico tamen ex prima intentione q non noceret ad reſolutionem materiæ leuis atque facilis applicatio eius præcedente euacuatione ſufficienti, ſed de hoc etiam infra de apoplexia. Nam & Placentino placuit appoſitio cauteriorum magis in parte anteriori, ita quòd ea eius intentione videtur conferre ignis applicatio.

De vigilia ſuperflua. Rubrica. IX.

POſt capitulum de ſubeth conſequens eſt vt de vigilia agatur ſuperflua. Vigilia itaq ſuperflua eſt vigilia quæ ſit egreſſus à re naturali in quantitate, qualitate, & ordine, ita vt ſpiritus animalis ſenſu & motu ſuperflue vtatur.

C A V S A eius ſm pſm, eſt mala cõplexio ca'a & ſicca, ſed calida principalior. nã ſicut ſomni ſupflui frigiditas & humi. eſt cã principalis, ita & vigiliæ caliditas & ſic.

I N C V R A canones præciſe teneantur qui poſiti ſunt de ſoda ca. cholerica cũ emplaſtris, & embrochis.

Sed vt promiſſum eſt in principio tractatus addã quaſdam receptas in hoc caſu efficaces, & antequam ipſas ponam admoneo lectores, & operatores, vt deum ſemper ante oculos habeant, & plus animam ſuam diligãt, quàm pecunias, cupiditates inhoneſtas, ac malos amicos. multi enim ſunt qui has receptas in ſalutem corporum poſitas in malam partem confabricant.

C A V S Æ huius paſsionis ſunt. xiij. quas volo aperire anteq pdictas receptas inſcribã cũ ſit de rebus nimiũ debilitãtibus, et cuius remotio nimiũ auide expectet. Prima eſt animę accidẽtia vehemẽtia, vt ira, triſtitia de futuro, vt ſupra. Secũda eſt fluxus vẽtris. Tertia eſt febris. Quarta dolor. Quinta loci nimia caliditas. Sexta nimia inanitio & fames. Septima nimia crapula & indigeſtio ppter aſcẽſionẽ vaporũ & fumoſitatũ caput pungentiũ, & mordicantiũ. Octaua nimis ſiccitas in parte anteriori cerebri. Nona nimia caliitas. Decima nimia caliditas & ſiccitas ſimul. Vndecima abũdãtia cholerę rubeæ in pte anteriori cerebri. Duodecima hũor melãcholicus in eodẽ loco abũdãs. Decimatertia eſt humor ſalſus vel nitroſus vt in ſenibus. Et ſi q ſint alię ad has reduci habẽt.

Et ſumẽdo cauſas aliter dicitur q cã primitiua eſt aer calidus & ſiccus. Luminoſitas magna ſaltẽ in pparatis ad eã. Cibus calidus & ſiccus mordicatiuus vt acrumina, faba, & vniuerſaliter omne quod inflat, piperata & huiuſmodi. Fames ſuperflua ppter quod cõtingit multos ieiunãtes nõ poſſe dormire. Vinũ potens. Repletio nimia. Indigeſtiones. Exercitium calefactiuũ & exiccatiuũ vt artabilis & huiuſmodi. balneũ ſulphureum ſalſum multũ. Itẽ & cibi inducẽtes ſomnia mala, vt caules, lentes & huiuſmodi. Inanitio. Coitus ſuperfluus. Accidẽtia animi ſuperflua vt cogitationes ſupfluæ et dolor aĩ & huiuſmodi.

Antecedẽs vero eſt calitas et ſiccitas et maxĩe caliditas igniens ſpũs & ipſos mobiles reddẽs faciẽs eos currere de centro ad circũferẽtiã. Itẽ & dolor in parte cerebri vel alibi. Itẽ in febribus vapor mordicatiuus virtutẽ ſtimulans eleuatus ad caput, cõſimiliter et ſalſus nitroſus in ſenibus.

Coniuncta eſt ipſa mala complexio calida & ſicca & ſubtilitas & multitudo ſpirituum.

S I G N A ex parte cauſarũ primitiuarũ manifeſta ſunt. Signa q ea mala ſit cõplexione ſicca tantũ ſine materia eſt leuitas capitis & ſenſuũ. Siccitas oculorũ, linguę, & nariũ, Et neq in capite ſentiẽ caliditas neq frigus. Item patiens eſt fixus ſuper vnam rẽ ſemper de illa cogitans.

Signa caliditatis tm̃ multa mobilitas mẽtis et corporis et ſermonũ diſtincta terminatio q̃m multa & diuerſa loqẽ.

Signa q ſit ex caliditate et ſiccitate ſimul ſunt ex his cõpoſita vt ſiccitas cũ inflãmatione aduſtione, & aduſtione & ſpecialiter in origine oculorum & quandoq eſt cũ ſiti.

Signa eius quę eſt ex nitroſitate, humiditas narium, lippitudo oculorum, ſenſibilitas, grauitatis paruæ, velocitas excitatio apud ſomnũ cum ſaltu. Quòd ſi fuerit cum vitio humoris cognoſcitur ex regimine pręterito, ex ætate, complexione, & ex colore. Vt ex cholera citrinus. Ex melancholia liuidus. Ex ſanguine rubeus. Et phlegmate ſubalbidus, vel albus. Item ſi ex phlegmate propter grauitatem eius iacent vt dormientes, licet non dormiant.

PROGNOSTICA. Ille in quo fit fortis vigilia deinde accidit tuſsis moritur. Auicen. Vigiliæ in ſenibus bono modo non ſunt remediabiles. Omnes vigiliæ ſuperfluæ inaniunt corpus, & debilitāt, & indigeſtionem, & humorū corruptionem inducunt. nam ſomnum naturalem bona ſequitur digeſtio. Ad hanc autem remouendam cito feſtinus, quia ex ſuperflua vigilia multa ſequuntur nocumenta, membra deſiccat, digeſtionē corrumpit, ex deperditione ſpirituū, et caloris naturalis, nam ex indigeſtione mali generantur humores ex quorū multiplicatione fit corporis tumor, coloris malitia, & varij inde morbi procreātur, vt phreneſis & huiuſmodi. Item inducitur cito ſenectus, ex conſumptione humidi radicalis. Et breuiter ſic tam morbi de repletione quàm de inanitione ex ea fiunt.

CVRA. Et quod dictum eſt in canonibus maxime intelligitur quando vigilia fit ex ſeptima, octaua, nona. x. xj. & . xiij. cauſa. Nam ſi fiat ex alijs curetur per ſua contraria vt in locis ſuis habitum eſt & habebitur deo annuente. Tu itaq; ad hos canones prius recurres antequā ad applicationem particularium te ponas. Et ſemper menti habeatur q̄ à facilioribus eſt inchoandum, & gradatim ad fortiora procedendum.

Applicamus itaq; inducentia ſomnum liniendo naribus. Aut capiti embrochando, inungendo, emplaſtrando, epithemando tempora, frontē &c. Aut extrema cum ſomniferis balneando. Aut exhibendo per os electuaria, pilulas & huiuſmodi. Aut per inferius imponēdo ſuppoſitoria, aut clyſteria. Vnde humectātia ex cibis & potibus & embrochæ, balnea, ordinationes, humidæ diſtillationes in aures ſunt in hoc caſu maxime conuenientes. Canon dictus & dicturus. Securius eſt multo opiata per exterius quàm per interius approximare.

Opiata exteriꝰ, q̃ interiꝰ ſecurius approximant.

Valentia in hoc caſu ſunt narcotica, & dolorem mitigātia frigida de quibus ſupra in tract. iiij. & . vj. cap. Præter tamen hæc ſunt lac mulieris, acetum, requies rubea, trociſcata, diapapauer &c. Sonitus aquarum & curſus earum. Vnde quidam curioſi medici faciunt aquam poſitam in vaſe ab alto diſtillari per paruum foramen apponitur palea in foramine, & protenſa per quam fluit gutta aquæ minus impetuoſe & cadit in bacilli, ita vt ſonum faciat & ſuauem. Conuenit fricatio leuis pedum, & manuum, fortiter nanq; excitat vt ſupra. Debetq; camera eſſe obſcura, & in loco à ſtrepitu remota. Vnde Ouidius. Somne quies rerum placidiſsime ſomne deorum. Quidam præcipiunt candelas magnas teneri ante infirmum factis prius ligaturis extremorum. deinde ipſas ſubito diſſolui, & candelas accenſas extingui. ſunt facilia dicta, & curioſa. Cōmuniter inungitur frons, tempora, & nares ex vnguento populeon, & in ſorbitionibus ponitur papauer album. Item ex ſucco ſolatri, aut lactucas, aut violarum aqua roſ. albumine oui, aceto modico conquaſſatis & cum petijs fronti appoſitis, & quandoq; additur papauer. Expertum Auicen. ℞. caſiæ ligneæ, opij, croci. ana, diſſoluantur in oleo roſ. & liniantur nares & tempora. Item ſi ex iſtis fiant pilulæ & vna ex eis accipiatur, facit enim dormire ſomnum temperatum. Aliud & eſt Diaſcoridis & domeſticum. ℞. ſemen papaueris albi & corticum eius ana. ʒ. j. fundatur ſuper ipſa aqua fontis lib. ſ. deinde poſt horas ſex aut octo mulgantur ex eis aqua & cum zuccharo propinetur infirmo. Et colligitur quando ſemina & cortices triti ponuntur in ſorbitionibus conferunt vt dictum eſt. Aliud facile. ℞. ſemen iuſquiami, lactucæ, papaueris, fac trochiſcos cum ſucco lactucæ da. ʒ. j. vel. ij. cum aqua frigida. Aliud. ℞. foliorum nenupharis, capitū papaueris, & foliorū apij, et menthæ, ſemen lactucæ, iuſquiami. ana partes æquales. fiat decoctio eorum in aqua vſq; ad conſumptionem tertiæ partis, & ſi fiat embrochatio, & ſi fiat ex eis emplaſtrum confert mirabiliter. Aliud et eſt Meſ. ℞. ſucci lactucæ, portulacæ, ſemperuiuæ, herbæ iuſquiami, ſolatri. ana. par. ij. farinæ fabarum & hordei. ana, pars, ſ. opij circiter ſextam partem. olei roſ. mandragorati. ana, partes. ij. mucilaginis pſilij : par. iij. coquantur ſimul vſquequo fiat pulmentum. dimittatur infrigidari. deinde capiti applicetur, & præcipue verſus anterius. quia poſterius non tolerat, vt ſupra, plura à Meſue hoc capitulo habentur. vnde plura cupiens eum legat. Habeo in hoc caſu aquam expertiſsimam quam alias docui et operatus eſt ille io malum. vnde ego peccati fui particeps, de quo dico meam culpam, & ſic eam faciliter manifeſtare fortaſſe eſſet cauſa multorum malorum. nam ex ea quiſq; faciliter decipitur, & ideo non niſi diſcretos & cōſcientia graues docere diſpoſui quare &c. Suppoſitoria fiant ex opio cum melle. Nota tamen quod ita debent ligari vt poſsint extrahi cum homo voluerit. Item ex herbis dictis cum oleo vio. aut roſato poteſt fieri clyſtere. Item requies detur cuius doſis cōmunis eſt. ʒ. j. Dicitur fuiſſe expertum q̄ ſi agrimonia capiti ſupponitur neſcienti continue dormire facit, nec excitatur niſi remoueatur. Vltimo notandum quòd in iſto caſu embrochæ & alia capiti ſic applicata debent frequentari, nec debent alia applicari niſi prius caput fuerit factum mundum à priori. Et hæc de vigilia dicta ſufficiant.

## De *apoplexia.* *Rubrica.* X.

APoplexia eſt ocioſitas membrorū à ſenſu & motu. cuius cauſa eſt oppilatio in ventriculis tribus cerebri contingens. vel in meatibus ſiue curſibus ſpiritus ſenſibilis & motiui. eius oppilationis cauſa eſt ſecundum plurimum materia phlegmatica. Dicitur ſecundum plurimum, quia etiam à ſanguine poteſt contingere; ſed rarius valde q̄ à phlegmate aut melācholia rariſsime. à cholera vero magis raro. Item etiā a mala complexione frigida ſine materia cauſari poteſt quæ poterit & vias cōſtringere, & ſpiritus immobiles reddere q̄ omnes tres ventriculi oppilentur. Viaticus de apoplexia & Haly. 9. therapeu. 6. capitulo.

Ex quibus patet q̄ apoplexia fit duobus modis, aut quia eius cauſa eſt in vētriculis, aut quia eſt in meatibus, & ſic concluduntur aliqui etiam ex intentione Auic. duas ſpecies apoplexiæ quæ diuerſitas ſumitur ex parte loci materiæ, ſiue cauſæ. & Gal. ij. apho. ſumpſit &c. Ex parte debilis et fortis duas &c. Item ex diffinitione poteſt diuidi in materialem et non materialem, & ſic diuidunt medici ſecundum generalem diuiſionem.

Sed venio ad ſpecialia ſequens Auic. Triplex enim ab eo colligitur. Prima eſt quando anhelitus non eſt facilis ſed eſt cum viciſsitudine ſicut ſtrangulati & eſt ibi ſpuma. Secunda eſt cum non apparet ſpuma, neque vox ſtrangulati, neque manifeſtus anhelitus, ſtans ſicut moetuus, & eſt prauior, & ſi quid in ore mittitur non deſcendit. Tertia eſt cum in anhelitu eſt nocumentum ſed non magnum, imo cum aliquid in os mittitur deglutit et non exit per nares, & eſt illa in qua ſpes habetur, licet ſit timor ne in fortem tranſeat.

CAVSÆ. Ex cauſis primitiuis ſunt caſus, percuſſio, et huiuſmodi. pluuiæ multæ, tempus frigidū, & hyemale. Repentina frigiditas capiti occurrēs, vt ex niue, & ſimilibus. Item vt accidit his qui in æſtate ſteterunt cum capite ad ſolem. deinde ingrediuntur loca frigida vt templa marmorea. Item regimen phlegmatis multiplicatiuū, vt crapulæ, ebrietates, et huiuſmodi per viā indigeſtionis. Somnus prolixus meridianus præcipue &c. Dimiſsio phlebotomiæ ſolitæ et nimius vſus eius in iuuentute. Retentio ſuperfluitatum præter ſolitum. Dimiſsio exercitij ſoliti & adiuuat ad hoc ætas, quia ſenectus.

Antecedens complexionalis mala complexio in capite

frigida vel in toto frigida vel humida. Compoſitionalis vt oppilatio ſiue cōſtrictio meatuum vel apoſtema comprimens, humoralis eſt humor phlegmaticus.

Coniuncta materia ipſa oppilans, et vtplurimum talis oppilatio fit in ambobus ventriculis poſterioribus. Aui. Et ſcitur ꝙ humor faciens talem oppilationem coartatur in ventriculis cerebri principalibus ſicut in epilepſia natura mundificaret velociter.

Apoplexia ab epilepſia in quo differat.

Vnde ab epilepſia differt. quia apoplexia fit ab integra oppilatione facta in ventriculis et vaſibus quare accidit priuatio motus. Epilepſia autē fit ab oppilatione nō integra, et ideo in ea accidit corruptio motus, et non ablatio. Et terminaẽ apoplexia fortis ad mortē. iuxta illud Senis. xlij. aph. ij. ſectionis, Soluere morbū, quē apoplexiam vocant fortem impoſsibile. Et debilis terminatur in paralyſim. Vnde Almanſor. nā hæc paſsio aut cito interficit aut in paralyſim trãſit. Et Auic. Secundū plurimum ad paralyſim terminatur, & quandoq; ad apoſtema vt in Antonio oneratio. Et accidit habentibus ætates et corpora & regimina humida, & proprie cum eſt frigus cū humiditate, et pręcipue ſi habitant loca humida terrea, et frequenter lauant caput et ipſum frequenter ſudant.

SIGNA demonſtratiua quia præceſsit ſecundum plurimum ſoda inflatio quędā, vertigo, ſcotomia quæ frequentatur in ſenibus annunciant apoplexiam, debilitas viſus, ſtridor dentiū in ſomno grauitas et pigritia, tremor in toto corpore. Et multoties apparet vrina vaporoſa nigra intus quæ eſt ſedimen ſerinum furfureum. Item apopleticus cito cadit in ſomnum grauem & in ablationem motus, et in hoc differt a ſubeth, quia ſubethicus de facili ad grauem procedit et non ſubito. Et in ſumma apopleticus iacet vt dormiens. & ſtertit ſine ſomno, & cum pungitur non ſentit, et illa eſt fortior in qua ſtertor eſt maior. vnde in debili non eſt ſtrepitus magnus, & eſt anhelitus facilis, & ſi in eius ore quid mittitur humidum transglutit, quòd ſi fuerit fortis non tranſglutit ſed in naribus ammittit.

Signa quæ eſt a caſu, & a percuſsione compaſsione alterius membri. Nō ſunt ſigna ꝙ eſt ex apoſtemate quæ omnino eſt abſque febre.

Signa eius vero quæ eſt a ſanguine, quia facies, oculi rubei ſunt, venę quidem et ceruicis extenſæ, & plenæ, etiam quia multo tempore nō fuit phlebotomatus regimen fuit ſanguinis multiplicatiuum, et ita de aliis ſignis ſanguinis de quibus in principio operis, et tu ibi.

Signa eius quæ a phlegmate ſunt phlegmatis ex parte faciei oculorum, et aliorum ſuper phlegma ſignificantiū de quibus in principio operis. & tu ibi.

PROGNOSTICA. Vertigo rei facta in ſene annunciat apoplexiam ſupra. Apoplexia debilis ſecūdum plurimum terminatur ad paralyſim, et ideo cum non vides eam in paralyſim terminari ſemper deſperes de ſalute infirmi. Cum alicui accidit repente dolor capitis, deinde incurrit apoplexiam tunc moritur ante ſeptimum niſi accidat ei feb. Cum habenti complexionem calidam & ſiccam apoplexia praua eſt. ægritudo enim cōtraria complexioni non accidit niſi propter magnificentiam materiei. cum apoplexia fuerit febris, tunc illic erit apoplexia ſecundum plurimū. Si ſpiritus exit ab ore non eſt medicamen Raſia. Poſtremo nota ꝙ vt credo multi apopletici ſepulti ſunt viui propter negligentiam medicorum, et amicorum, et ideo attentus, vt ſupra, ſis. niſi ſigna videris efficacia mortis de quibus in fine non permittas apopleticum ſepeliri ante. lxxij. horas in quo tempore pertranſiuit omnis motus humorum.

Apoplectici qñ ſepeliendi.

CVRA eſt ordinatio dietæ quæ ordinetur iuxta humorem peccantem &c. ſi patiens ſumere poteſt, & de aere et cæteris nō naturalibus. Nam dieta debet eſſe ſubtilior ꝙ̃ in habentibus epilepſiam, cum tamen medicus apopletico occurret ſecundum hos ſequentes canones ſic ſucceſsiue ordinatos, nec oportet vt moretur. nam dilatio ducit ad mortem feſtinam cum ipſe ſit morbus per ſe parum recipiens curam Meſue, & de hoc in dubijs. Secundus euacuatio materiæ. Tertius diuerſio, qui duo canones ſimul quaſi incedere debent. Quartus eſt materiæ derelictæ poſt euacuationem reſolutio. Quintus eſt cerebri confortatio.

SECVNDVS perficitur materia exiſtente ſanguinea cum phlebotomia ex duabus cephalicis, aut ex manibus, aut in curuatura & multa ſi res patitur. fiatq; crurium ſequens ventoſatio, et cum ſacrificatione ſi res tolerat. Nota tamen vt dicit Viaticus, et exponiẽ quod dictū eſt ſi res patitur ꝙ ætas, & virtus conſentient phlebotomiæ. Quidā phlebotomant ſaphenas primo. deinde venam quæ eſt in naſi extremitate. feci etenim phlebotomari virum apopleticū. lxiij. annorum vel circa & euaſit à paroxyſmo, & ſuperuixit. xv. diebus &c. Feci phlebotomiā ex ſaphenis, et dum exibat ſanguis loquebatur, & aſtantibus viſum eſt vt miraculum. Deinde fiat euacuatio per clyſtere. ℞. ſticados, meliloti, blitis, centaureæ. ana, M. j. colloquintidę, agarici. ana. ʒ. j. ſ. bullīāt in aqua. deinde addantur olei cōmunis. ℥. iij. ſalis. ʒ. ij. & imponatur. reitereturq; clyſtere toties quod patiens moueatur & ſentiat. fiantq; poſt diuerſiones, vt ſupra de ſubeth, lethargia, ꝙ ſi patiens redierit ad diſpoſitionem quaſi medicinis obediens, tunc curetur, & dietetur, vt cauſæ ſuæ proportionali conuenit, vt infra de phlegmatica, & in capitulo de epilepſia dicetur.

Si vero à materia phlegmatica fuerit, & phlegma ſanguini admixtum comprehendatur, fiat phlebotomia, vt ſupra. deinde imponantur clyſteria vt hic ſtatim. ſi vero nondum patiens eſt obediens aſſumptioni medicinarum fiat clyſtere quale dictum eſt hic ante addendo ellebo rum album et modicum mellis. Aliud. ℞. abrotani, ſaluiæ, calamenti, origani, centaureæ minoris, ſticados ana, M. ſ. coloquintidæ interioris, agarici. & ſi cupis fortius ellebori. ana. ʒ. j. ſ. olei ruthacei. ℥. iij. ſal gemmæ. ʒ. ij. & eſt forte, et ſic mediocriter tepidum imponatur et reiteretur toties, vt dictum eſt.

TERTIO diuerſiones facito, vt ſupra de ſoda pluries, nec ab eis reſiſtas donec redeat. nihil enim eſt virtutem ſuſcitans, vt ipſe diuerſiones. Quòd ſi leniora clyſteria cupis require in de epilepſia infra. & de paralyſi vbi ponentur debilia, fortia, et mediocria. Vtrum inde à fortioribus ſit inchoandum dicetur infra in dubiis. in fine capituli. Fiunt etiam ſuppoſitoria fortia cum euphorbio, oppoponaco, et fellibus cum melle, et ſal gemma, et in ipſa reſcribe, et fortia, et minus fortia, cū his quæ enemata ingrediuntur.

Poſt autē has ſic cōes euacuationes fiant particulares vt cū ſternutatorijs, caputpurgijs, & non ante. Vnde Aui. & non eſt malum poſt euacuationem ipſius cum clyſteribus & ſimilibus, vt naribus ipſis aliquid approximetur, & proprie cōdiſi & caputpurgia fortia. Et conſimiliter conuenit immiſsio pennę in os eius vt euomat cum exiſtimaẽ ꝙ in ſtomacho aut in ore eius ſit repletio, quod comprehendnut ex regimine eius anterius facto.

Et quia aliquādo apoplexia incipit à ſpaſmo, aut ei cōiungitur ſpaſmus mandibularum bonum eſt vt ponatur baculus in eis ore, aut pila.

QVARTVS completur cum oleis ſiue vnguētis calidis reſoluentibus, capitalibus emplaſtris &c. vt in de lethargia, & in de diminutione memoriæ dictum eſt.

Emplaſtrum Raſis & eſt vtile. ℞. ſinapis. ℥. v. caſtorei. ℥. ij. acori. ℥. j. & cum cera & oleo de coſto vel de euphorbio fiat vnguentum & capiti applicẽ. Aliud & fortius. ℞. galbāi, ſinapis, oppoponaci. ana. ℥. ij. euphorbij, ſe. ſinapis, caſtorei, triū generū piperis. ana. ʒ. ij. ſulphuris. ʒ. j. ſ.

terbentinæ. ʒ. ij. fiat cerotium, & extendatur ſuper coreo, & eſt valde exiccatiuum. Aliud & eſt leuius. ℞. euphorbij, piperis, hyſſopi humidæ, armoniaci, coſti, caſtorei, terbentinæ, opponaci, ana. ʒ. iij. ſtoracis. ʒ. j. r. ceræ quod ſufficit & cum oleo de coſto vel antiquo quantum ſufficit. fiat vnguentum & eſt efficax. Laudatur in hoc caſu à Raſi. Auicē. idem videtur aſſerere appoſitio ſartaginis ignitę, ad capillorum vſtionem, quod etiam debet intelligi factis euacuationibus vt prius. vnde in textu allegato & poſito poſt caputpurgia fortia ſequitur, & olea confortatiua, & ignitum ferrum. nam ſi in principio ponerentur talia calida materia exiſtente in fluxu fieret additio. Item ponatur in ore infirmi mel anacardinum, aut theriaca, vel mitridatum. Placentino magis placuit appoſitio cauterij in parte poſteriori in duobus locis & in priori in vno loco. In ſubeth vero etiam laudauit multum calida ſed in parte anteriori magis.

QVINTVS perficitur cum odoramētis proportionalibus & alijs dictis ſupra de ſoda phlegmatica & ſanguinea ſecundum cauſæ indigentiam.

Quòd ſi apoplexia fuerit per cōmunitatē regatur membrum mandans & erit optimum ut de apoplexia dictū.

Cum itaq; patiens venerit his auxilijs ad aptitudinem aſſumptionis medicinarum ſtude in euacuando materiā & in digerendo eam in faciendo gargariſmata maſticationes & alia phlegma à capite deponentia vt ſupra de ſoda phlegmatica.

Et quia apoplexia in paralyſim terminari conſueuit, hinc regimen apoplectici q aptius eſt medicaminibus ibi habebitur, & inſcribetur, quia regimen eſt vnum.

Vltimo notandum ꝙ ad cognoſcendum differentiam inter ipſum apoplecticum, & mortuum debemus carminare ſimiliter bene bombacē & apponere naribus, ſi mouebitur viuus erit, & ſit locus in quo non fiat ventus, aut ꝙ aſtantes ſint propinqui vt ex flatu eorum &c. Item conſimiliter ponatur cyatus aquæ ſuper locum cordis ſi aqua mouebitur viuet, ſi non, non. Item in apoplexia pulſus non integre cadit, & ipſum bene conſidera, quod additum eſt quia percipitur ne ante. lxxij. horas ſæpelatur, vt ita in dubijs infra.

Sed poſtremo manda menti ꝙ nihil efficacius eſt in excitando virtutem in hoc caſu quàm fortes fricationes, & continuatæ, & frequentatę ligationes factæ in extremitatibus muſculorum brachiorum & applicationes ventoſarum ignitarum ſuper humeros, & reliqua diuertentia & excitantia, vt de ſubeth.

## De *melancholia.* Rubrica. XI.

MElancholia communiter accepta ſe extendit ad omnes ſuas ſpecies, & licet ſint infinitæ, & ſecundum aliam literam Auicen. indefinitæ, tamen loquendo de his quæ ab auctoribus notatæ ſunt de melancholia ſtrictæ accepta ponitur ſpecies melancholiæ communiter deſcriptæ. vnde communiter accepta ſic deſcribitur. Melancholia eſt mutatio æſtimationum, & cogitationum à curſu ſuo naturali propter complexionem melancholicam ſub mutatione æſtimationum, comprehendendo mutationem imaginatiuæ. Notandum tamen quod etiam ſic lædi poteſt imaginatiua vt ſupra de diminutione memoriæ. Vt vero diſtinguitur contra maniam & ſtricte accipitur ſic ab Auicen. deſcribitur. prima tertij. proprio capitulo. Melancholia eſt mutatio extimationum & cogitationū à curſu naturali ad corruptionem, & timorem, & malitiā propter complexionem melancholicam facientem ſpiritum ſylueſtrem, & timidum ad extra non expandibilem, quæ complexio melancholica eſt à mala materia melancholica non aduſta ſecundum plurimū. Et dicitur ſecundū plurimum, quia cōuenit cauſari à qualitate melancholica ſimplici, ſed hoc eſt rariſsimum. Item quādoq; ab aduſta tam iſta a duſtione, & hoc raro. Ex quo apparet ꝙ in hac deſcriptione eſt plurimum uirtutum læſio, propter quod differt à permixtione ſenſus, & ab amentia, & ſtoliditate, quæ ſunt nocumēta ſeorſum & determinatarū virtutum vt infra. Differt etiam a mania, quia talis eſt cum ſaltu, & rixa, & non cum timore. Vnde Auic. allegato loco. Cūq; melancholia componitur cum rixa & ſaltu & ſimul permutatur nominatur mania, & neque dicitur melancholia niſi cuius euentus eſt a cholera nigra non aduſta, ſed de hoc infra in dubijs.

CAVSAE & ex cauſis quædam ſunt primitiuæ vt aer calidus & ſiccus ſanguinem adurens & ad melancholiam conuertens, aut frigidus ſiccus, autumnalis, inæqualis. Item exercitium forte calefaciens & exiccans propter quod portatores multum ſanguinem melāncholicum multiplicant, & ideo in eis varices fiunt. Idem balneum exiccans. Cibi melancholici, vt lentes, caules, caro ſalita, leporina, acetoſa. ſalſa, acuta groſſa. Vinum nigrum, groſſum. turbidum, de quibus cibis ſupra. iij. tract. Corrupta digeſtio. Superflua vigilia, nimia ſollicitudo, triſtitia, puſillanimitas, quæ ſi multo tempore durauerit melancholicū perficit, & ideo Hippo. infra in apho. Et ſcias ꝙ ſuperfluitas timoris & triſtitiæ eſt ex cauſis fortibus in generatione melancholiæ.

Antecedens vero eſt humor melancholicus naturalis aut innaturalis factus talis ex aduſtione ſanguinis, aut phlegmatis, aut choleræ, aut ipſius melancholiæ naturalis aſcendens ad cerebrum. Et ſi fuerit talis propter cōmunitatem, vt verbi gratia, quia à toto tunc mala complexio frigida & ſicca totius quę eſt cauſa eleuationis mali vaporis erit cauſa antecedens. Similiter ſi à ſplene debilitas virtutis ſit eius impotentia in mundificando hepar ab humore melancholico, aut apoſtema ſplenis, aut aliud tale nocumentum erit cauſa antecedens. Idem dic ſi fuerit ab hepate, quia caliditas eius adurens ſanguinem, aut debilitas expulſiuæ eius quare remanet melancholia in hepate, & in melāncholia myrachia. apoſtema forte hepatis aut vehemens caliditas hepatis, & inteſtinorum, aut aduſtio humorum in myrach, aut oppilatio in meſeraicis, vnde cibi nō penetrant ad venas, ſed corrumpuntur.

Conſimiliter dic ſi fuerit à ſtomacho vel matrice. humores enim melancholici in his exiſtentes à quibus eleuantur vapores ſunt vt contingit ex retentione ſanguinis hæmorrhoidalis. Item & quādoq; mala complexio cordis melancholica cum materia, vel ſine, corrumpēs complexionem cerebri, & ſpiritus. Et adiuuāt ad cauſam antecedentē diſpoſitiones naturales, & aptitudines cadendi, vt ſunt diſpoſitiones eorū qui ſunt bruni, piloſi, extenuati, habentes cor calidum, & cerebrum humidum. Item & trauli, & habentes oculos mobiles, & habentes pilos groſſos, & nigros ſecundum pectora, & venas habentes latas, & labia groſſa. Item calidi & ſicci multum in iuuētute. nam tempore peraugmaſticæ ætatis in frigidam & ſiccam decidunt complexionem. ſecundo techni. & magis parati ſunt maſculi. Et ex parte temporis ver, æſtas, & autumnus, & in apho. infra.

Coniuncta eſt mala cōplexio cerebri frigida & ſicca immaterialis vel materialis, īmutans complexionem cerebri, & ſpiritus luminoſos ad tenebras, & eius quæ per cōmunitatem fumus vel vapor tenebroſus melancholicus aſcendēs ſimiliter cerebrū & ſpiritus immutās. Vnde ſicut quādo ſpiritus ſunt clari, luminoſi accidit bona imaginatio, cogitatio, & memoria, ita quando ſunt turbidi, & ſylueſtres facti accidit mala imaginatio &c. Spiritus enim eſt de natura lucis, & ideo cum tenebratur ex melancholia aliter iudicat ꝙ ſecundum eius naturam deberet, ſicut febricitans iudicat dulce eſſe amarum cum linguam ex vapore cholerico infectam habeat.

Etiam capit. melancholia varietatem plurimam, primo ex parte eius quæ eſt talis per eſſentiam, & talis per cõmunitatem. Et per communitatem quædam à ſtomacho dicta ſtomachalis. quædam à myrach dicta myrachia. quædam ab hepate, quædam à matrice. quædam à corde quædam ab hemorrhoidibus & huiuſmodi ſuo nomine nominanda. Item quædam incipiens, quædam cõfirmata. Item & ex parte accidentium vt quidam dicant ſe eſſe reges. quidam ſe eſſe gallos & canunt. quidã timent ne lupus eos comedat, quidam ne cadat domus, & ita de multis alijs infinitis ſpeciebus vt dictum eſt.

SIGNA demonſtratiua ſunt & maxime incipientis exiſtimatio mala, quia exiſtimat aliquid eſſe quod nõ eſt, & ſe videre quod non videt, ſe audire quod non audit & huiuſmodi. timor ſine cauſa. velocitas iræ, ſolitudinis dilectio, timor, vertigo. Sonitus & tinnitus in myrach. Somnia terribilia vt eſt viſio dæmonum, monachorum nigrorum, & aliorũ huiuſmodi: vt quia in ſomnis ipſis videt mortuos ſuſpenſos. Item flet quandoq;, & quandoq; ridet, & de non flendo flet, & de non ridendo ridet &c. Cumq; ad te quis venit cum his accidentibus ſcias q eſt in principio melancholiæ. Cumq; incipit ore proferre quod in corde cõcipit & q ſolus loquitur, & q verba fatua loquitur, & non habentia caput neque finem ſed ſubito de vno in aliud tranſit neq; rationem de aliquo reddit tunc eſt in medio melancholiæ. Verũ cum incipit operari quod concepit, & loquitur, & proſequitur in his eſt in fine eius hoc eſt in tertio gradu, eam ſic per gradus tres diſtinguendo. Vnde tales inordinate mouent oculos manuſq; ſimiliter erraticæ mouent, nec in vno loco quieſcere poſſunt.

Signa ex quo humore. Quia ſi eſt à ſanguine fit cum riſu, & gaudio neque eſt cum triſtitia magna. venæ oculorum ſunt rubeæ, & ita de alijs ſignis ſanguinis vt ſupra in principio operis. Phlegma vero cũ pigritia, & quiete, & pauca caliditate fit ſomnietas. Cholerica cum rixa, ſaltu, agitatione, læſione, dæmonio, furore, & aſpectu terribili. Et melancholia cum triſtitia, magna ſollicitudine, vigilia, timore, malis cogitationibus cum ploratu maxime quando eſt ex melancholia naturali neque niſi rixetur mouetur.

Signa in ea quæ eſt per cõmunitatẽ habentur vt ſi fuerit à cerebro ipſo & fuerit ex ſiccitate tunc erit capitis leuitas, ſitis, vigilia, paucitas ſuperfluitatum in oculis & naribus. Si ex humiditate, grauitas, ſomnolentia, multitudo ſuperfluitatum in oculis & naribus, paucitas ſitis & huiuſmodi, etiam cum his omnibus quandoq; aderit dolor capitis continuus aſſidua cogitatio, aſſiduus aſpectus ad tem vnam, & ad terram. Amor ſolitudinis, nigredo oculorum. Et quandoque ægritudines præcedentes te faciunt hoc diſcernere de quibus interroges aſtantes. Quòd ſi à membris inferioribus tũc aderit illi membro grauedo, pondus, dolor aliquis, & huiuſmodi talia q præceſſerunt de quibus te informes. vnde ſi fuerit à corde tremor, cardiaca paſſio, & huiuſmodi præceſſit.

Signa ſi à ſtomacho dolor in eo, nauſea, ventoſitas multa percepta in eo, & quòd præceſſit nauſeatiua ſacietas & huiuſmodi.

Si ex myrach grauitas in eo, attractio ſurſum, nauſea continua, dolor aut inflatio in hypochondrijs, malicia animæ, corruptio digeſtionis, eructatio aceroſa, ſputum humidum, rugitus, exitus ventoſitatis, inflatio, & dolor in ſtomacho, & inter ſpatulas donec digeſtio compleatur. vomitus cholericus, & phlegmaticus & aceroſus congelans dentes. egeſtio cholerica & phlegmatica. alleuiatur poſt digeſtionem, & quandoq; eſt apoſtema in myrach hoc ſignans. Item & tremor & huiuſmodi.

Si ab hepate dolor in hypochondrio dextro & hoc ibi ſentit nocumentum notabile.

SI EX ſplene, durities, dolor, grauedo in eo, multitudo appetitus, parua digeſtio, rugitus circa hypochondrium ſiniſtrum, inflatio ſplenis, repletio magna quæ non ſeparatur, & vtplurimum melancholicus eſt ſpleneticus.

Si fuerit à toto tunc erit nigredo faciei, macies, multitudo pilorum, retentio menſtruorum, ſanguinis hæmorrhoidalis conſueti euacuari, aut aliarum ſuperfluitatũ ſtomachi, & ſplenis, partũ & huiuſmodi anteceſſio febrium quibus melancholia ſuccedit, & ita de alijs.

PROGNOSTICA. Incipiens facilis curæ, confirmata vero prauæ & difficilis. & eius confirmationem cognoſces ex ſignis ſecundi & tertij gradus. Et quando eis accidit caſus appetitus, tunc ægritudo eſt mala. Auicen.

Et cum accidunt in corporibus eorum vlcera ſignant quòd mors eſt propinqua. Et in cuiuſcunque corporis ipſorum fuerit cholera nigra mobilis erit magis ſuſceptibilis curæ q̃ illud cuius cholera nigra non erit mobilis. Illa vero quæ eſt magis incolumis ſit ex fece ſanguinis cũ qua eſt gaudium. Et illa quæ accidit in fine feb. acutarũ per aduſtionem & exiccationem humorum eſt pernicioſa. Deſipientia cum riſu eſt nimis moleſta.

CVRA ſeruat ſeptem canones. primus vt feſtinemus ad eius curam. nam in principio eſt facilis. cum vero eſt confirmata praua & difficilis. Auic. Nam quę confirmata cerebrum ad ſui naturam mutauit, & patiens inobediens fit omnino aſſumptioni medicinarum. Alexander de melancholia. Secundus eſt ordinatio diætæ. Tertius digeſtio materiæ. Quartus euacuatio eiuſdẽ. Quintus confortatio cordis cum his quæ lætitiam inducunt. Sextus capitis confortatio. Septimus correctio accidentium, vt eſt vigilia & huiuſmodi.

SECVNDVS perficitur ordinando aerem declinando ad humidum. ſit tamen in actiuis temperatus, ſintq; in loco habitationis redolentia per cameram ſternata. ipſeque ſemper olfaciat odores bonos, & flores boni odoris. cibique conſimiliter laudabiles ad humidum declinantes ita quòd regimen ipſum ad humidum declinet, & in actiuis ſit temperatum. Sitque ſtudium totum in impinguando, niſi timeatur oppilatio, ita quòd in tota cura humectetur & impinguatur patiens. Ad quæ complenda, iuuant maxime ſomnus, quies & balneum. Vnde Auic. proprio capitulo. Somnus enim eſt ex conuenientioribus curis ipſorum. Et Meſ. eodem capit. Et completur hoc regimen &c. & quiete & ſomno, intret balneum ante cibi aſſumptionem, & non niſi præcedente euacuatione, in quo nõ ſudent ſaltem notabiliter. vnde Auic. Alienent à ſe coitum, & ſudorem vehementem, & ſit humectatiuum proportionabile alijs ſex rebus non naturalibus poſitis ſupra de ſoda melancholica, & tu ibi recurras. An coitus conferat vel noceat in melancholia dicetur in dubijs.

TERTIVS completur cum digeſtiuis melancholiæ ſupra quarto tractatu, & ſicut dictum eſt ſupra de ſoda melancholica, & ſtatim immediate dicetur de euacuatiuis debet digeſtio euacuationi correſpondere in virtute, & numero. Nam ſicut non ſubita ſed ſucceſſiua debet eſſe euacuatio, ita & digeſtio, vt in ſumma dicatur, paulatine digeratur, paulatine euacuetur. Nã materia eſt ex ſe his duabus operationibus rebellis valde ad quod facit diſtantia eius à vijs ductuũ. nam de tali per eſſentiam ad præſens loquor. De ea autem per communitatem dicetur poſtea.

IN COMPLENDO quartum opus eſt huc adducere canones de euacuatione in de ſoda phlegmatica, & de ſoda melancholica, ſed quia ſunt memoria digni ipſos aliqualiter memorabo. Primus vt non ſemel, & fortiorem, & ſubitam faciamus euacuationẽ. Secundus

ꝙ ſolutiuũ ſit cõmenſuratũ, nõ excedens. Tertius ut non ſpolientur ſolutiua à rebus humectantibus. hoc enim eſt quod operationẽ beatificat, & hi quidẽ attendantur in pharmaco. In phlebotomia vero attendantur canones poſiti ſupra de ſoda ſanguinea. Et Auic. imo oportet ſecundum omnẽ diſpoſitionẽ vt incipias à phlebotomia quod intellige verũ niſi in duobus canonibus de quibus ſtatim in canone ſecundo particulari. Item in melancholia ſanguinea non aduſta ſiue cholerica fiat primo ex nigra. In aduſta ſiue cholerica fiat ex baſilica. Nam materia groſſa difficilius trahitur ad longinqua ꝙ ſubtilis. Diuerſio autem ſiue euacuatio facta per nigrã eſt magis propinqua, facta autem per baſilicam eſt magis remota, & hoc intendebat Meſue dum dixit: Si ſanguis exuberat in toto & venæ plenæ ſunt euacua ex vena nigra poſt iſtum ex baſilica, & hoc in melancholia: in mania vero fiat econtra, & ſi oportet poſt iſtas euacuatio ex ſaphenis. Et ſi adhuc maiorem cupis diuerſionem eam fac ex vena quæ currit vſque ad pollicem pedis.

Baſilica eſt vena cubiti interior, quã iecoriã, et lienarẽ, axillarẽ que appellitãt.

Circa quos alios particulares noto. Primus quòd moderni in caſu iſto magis iubent fieri phlebotomiam ex brachio ſiniſtro, & ſimiliter pedis propter communitatem ſplenis.

Secundus ꝙ aliquando dimittenda eſt phlebotomia propter duo. Primum propter debilitatem virtutis. Secundum quia materia eſt pauca & eſt in capite, & timemus ne ex phlebotomia fiat exiccatio magis nocens.

Tertius ꝙ ſi ſanguis in principio clarus & ſubtilis veniat non propter hoc eſt ſtringendus, & de iſto in dubijs.

Quartus ꝙ phlebotomia ſit ampla propter groſſitiẽ humoris nẽ ſubtile exeat & groſſum remaneat.

Quintus quòd etiam conſiderandus eſt locus doloris, aut viæ diſpoſitionis vt ſupra tractatu primo. ſecundo capitulo. quòd ſi fuerit in dextro phlebotometur ex dextro, ſimiliter in ſiniſtro ex ſiniſtro, & hoc vbi quæritur euacuatio, & non diuerſio quia in diuerſione ſecus eſt, vt eſt notum.

Sextus quòd plus & minus de ſanguine debemus euacuare ſecundum ſigna demonſtrantia in toto corpore maiorem aut minorem plenitudinem, ſi autem hæc omnia non conferunt, transferas te ad venas frontis, naſi, aut ſanguiſugas hia locis applicabimus. Item notato ſi affuerit ſuperabundantia ſanguinis ex oppilatione epatis, aut ſplenis, tunc ex ſuis venis euacuabimus modo ex vna, modo ex alia vt maior neceſsitas perſuadebit. Poſtremo ſcito quòd prouocatio hęmorrhoidarum, menſtruorum, apertio varicũ, & venarum plenarum pedum ſunt ex maxime conferentibus in omni tali melancholia. Et dicitur in omni tali quia canones poſiti vocantur ſolum deſeruire ſanguineæ, qui tamen etiam ſunt intelligendi de quolibet alio humore ſanguini commixto. Vbi vero nõ fuerit ex ſanguine ſed ex alio humore poſt digeſtionem factam fiat euacuatio cum ſolutiuis appropriatis ſupra in tractatu quarto: attentis canonibus de euacuatione poſitis. Verum cum ſanguinis non expectetur digeſtio ſtatim debet medicus ſanguinem euacuare præcedente ſaltem euacuatione lenitiua vt ex canone generali. Leue ſolutiuum, & eſt Gale. decoquatur ſenæ in iure gallinarum aut carnium, confert & domeſticum. Aliud ponantur ſenæ. ʒ. vj. in infuſione aquæ lactis per horas. viij. cum prunorum numero. x. & fiat expreſſio fortis & propinetur. Aliud & præſeruat hominem in caſu a lepra. ℞. epithimi. ℥. j. aniſi. ʒ. ij. parum bulliant lento igne in ſero caprino & addatur zucchari. ℥. j. cõtinuetur decem diebus. Laudatur electuarium Gentilis ad melancholiam. cuius deſcriptio eſt. ℞. myrobalanorum nigrorum. ℥. ij. ſ. chebulorum. ℥. j. agarici. ℥ ſ. liquiritiæ, bugloſſæ ana. ℥. vj. ſtichados, camedreos, cameptheos, calamenti, abſinthij, ſeminis aniſi. ana. ʒ. ij. ſ. epithimi, polypodij, ſenæ. ana. ʒ. iij. prunorum, iuiubarum. ana. numero. xvj. fumiterræ. M. j. fiat decoctio vſque ad conſumptionem tertiæ, partis, & ponatur in ea rob vini, zucchari. ana. lib. j. lapidis lazuli armeni nutriti ſecundum artem, ellebori nigri. ana. ʒ. ij. ſal gemmæ. ʒ. ſ. diagridij. ʒ. ij. fiat electuarium. doſis eſt ad plus. ʒ. vj. cum aqua calida in matutinis, confert & quartanę. Alia electuaria vt hieralogodion pillulas &c. habes vt ſupra. & vt dictum eſt à leuioribus ad fortiora graduando intendamus, & eſt Auicen. hoc loco dum dicit. debent iſtæ euacuationes reiterari ſemel in hebdomada & præcipue leues. Semel autem in menſe poſſumus vnam ex fortibus exhibere Auic. Et cõtinuetur donec recedat ægritudo cum alijs auxilijs dicendis, & dictis. Vomitus quoqꝫ fiat ſi cõprehenditur in ſtomacho eſſe quod materiam foueat cum vomitiuo ſupra de ſubeth, & infra de ſtomacho, ꝙ ſi virtutis debilitatem times non des elleborum nec aliud forte vomitiuum ſed debile aut differ te. Illum autem cuius ſtomachus eſt debilis nunquã vomere facias neqꝫ in myrachia. Auic. Item ſit euacuatio cum gargariſmis, ſternutationibus, caputpurgijs, vt ſenet de ſoda melancholica.

Quartanę p pulchrũ remediũ.

QVINTVS perficitur cum his quæ cor confortant vt odorationes bonæ, & ſuaues, vt muſcus, ambra, violæ recentes, & laudo odorationes humidas ex canone poſito de regimine ad humidum. Verbi gratia. ℞. aquarum violarum, nenupharis, maioranæ. ana. ℥. j. pulueris garyophyllorum. ʒ. ſ. muſci gra. j. madefiat petia, & conſimiliter de alijs.

Item ad extra epithema cordiale humidum, in actiuis temperatum vt infra de corde. Laudo in hoc caſu lætificans Gulelmi placentini quo vſus ſum & bene ſucceſsit. ℞. ſerici combuſti. ʒ. j. corallorum rub. ℥. ſ. oſsis de corde cerui. ʒ. ij. margaritarum non perforatarum. ʒ. iij. cardamomi. ℥. ſ. pinearum mundatarum. lib. ſ. hyſſopi, liquiritiæ. ana. ʒ. ij. nucis muſc. garyophyllorum. ſolij piperis, longi, cucubæ, galangæ. ana. ʒ. j. ſ. cinnamomi. ʒ. v. macis, croci, ana. ʒ. j. zucchari optimi lib. vj. coquatur, in hyeme vero cum tribus libris mellis cocti & diſpumati, & in fine addantur. ℈. ij. muſci, ſumatur mane. & ſero ad quantitatem nucis magnæ, & poſt bibat aliquid vini albi odoriferi & lymphati. Aliud lętificans ad idem habetur libro diuiſionum capitulo de his quæ conferunt tremori, & melancholiæ. Item nono Almanſoris capitulo de melancholia habetur læsificans eius cuius initium. ℞. melliſſæ, corticum citri. Item ſimilia inuenienẽ de diſpoſitionibus cordis, & tu ibi require. Vales conſimiliter lætificans Meſ. deſcriptione filij zachariæ capitulo de melãcholia. De multis alijs dictum eſt in de ſoda melancholica. Similiter & potus cordiales require infra de corde, & capitulo de peſte. Item pro complemento ipſius introducatur gaudium cum nouis ſolatioſis, cum præſentia amicorũ, & dominarum placentium, ſonos, cantus delectabiles, & huiuſmodi quæ hominem ad gaudium mouent. Nam ſuper omnia in hoc debet medicus ſtudere, ita omnibus placuit auctoribus, dentur & pecuniæ, iocalia, fiant promiſsiones.

SEXTVS perficitur cum embrochis, epithematibus, vnctionibus de quibus ad plenum ſupra de ſoda melancholica.

SEPTIMVS compleatur cum his quæ ſe opponunt accidentibus, vt verbi gratia. ſi adeſt vigilia ſuperflua recurre ad capitulum ſupra de vigilia ſuperflua dicta ſanra.

Si vero fuerit ex animi accidente, vt verbi gratia ex nouo audito malo, vt ſi eſt dominus de amiſsione ſtatus, aut ſi eſt mercator de amiſsione mercium, aut de morte amici, introducantur noua contraria his quæ ipſum ad gaudia moueant. nam vt dictum eſt ad hoc ſuper omnia niti debemus. Si vero fuerit à ſola mala complexione ſingulari

ne ſingulari ſola ſufficiet alteratio. quomodo vero debeat fieri patet.

C V R A. Infacta per cōmunitatem notandū q octo ſunt à quibus per cōitatem cauſari poteſt. Primo à toto corpore in quo dominat cōplexio melācholica. Secūdo à ſplene. Tertio à ſtomacho. Quarto ab hepate. Quinto à corde. Sexto à matrice. Septimo à myrach, & vocatur à quibuſdam paſsio hypochondriaca, ſeu melācholia myrachia. In omnibus poteſt aduri humor ſiue humiditas, ſiue in melancholiam verti à qua vaporant ad caput vapores nigri melancholici, ſpiritum animalē reddentes ſylueſtrem, vt ſupra. Vltimo & octauo poteſt cauſari ex oppilatione facta in hæmorrhoidibus, vt ſanguis retentus &c. In cura itaq; per communitatem ſeruentur hi canones ſeptem. Primus ordinatio dietæ. Secundus digeſtio materiæ corruptæ. Tertius euacuatio eiuſdem. Quartus diuerſione materia ad caput euaporet. Quintus confortatio membri mandantis ne in eo materiæ corrumpantur, imo ipſum membrum rectificent, & fiat minera laudabilis humoris. Sextus confortatio capitis ne illos humores recipiat. Septimus ſi fuerit facta ex eis impreſsio in capite male applicationis impreſſæ remotio. Quid faciendum ſiue agendum eſt in complendo primum ſecundum & tertium. patet ex dictis & dicendis. nam digeſtiua & euacuatiua iam vero ad illa dirigantur membra.

Quarti etiā ex dictis complementum habetur. nam ventoſis, phlebotomia in ligationibus & huiuſmodi de quibus ſupra. Et oportet melancholiam habentes vt in aliquo ſint occupati quocunq; modo ſit, & eis ſint præſentes de quibus verecundatur, & cum quibus gratulantur. Auicen. Sed notandum q ſi fuerit vitio matricis, retentione menſtruorum, retentione hæmorrhoidalis ſanguinis, & per phlebotomiam quęrimus diuerſionē. conuenientior fiet ex ſaphenis. Et conſimiliter ſi fuerit ex ſplenis vitio. Huic ſententię videtur alludere Placentinus, & cauſa nota eſt intelligenti. Et nota verbum Auic. Melancholia plerunq; reſoluitur per hæmorrhoides, & varices vt in aphor. infra. Et nota q prouocatio hæmorrhoidarum eſt res ſingularis.

Quinti perfectio habetur ex ſingulis locis, vt de nocumento illorum membrorum tractabitur, & tu ad ea recurre.

Sextus completur cum repercuſsiuis dictis in principio. vbi de dolore capitis per communitatem &c. Sed ſemper menti habeas quòd regimen in omnibus ad humidum tendat. Qualiter autem mala qualitas impreſſa remoueatur patet ex dictis de ſoda melancholica. Tu itaq; attende in remouendo malitiam membri mandantis, vt ſi hepar, aut cor fuerint exceſsiue calida, intende eorum refrigerio. Item & ſuper ipſa membra mandantia vel circa pone ventoſas cum mora notabili earum. Poſtremo notandum q in facta per eſſentiam quidam ponunt vnum cauterium in parte anteriori capitis, & duo in duobus cornibus poſterioribus, & profundant vſque ad os & dimittunt ea aperta vſq; ad quatuor dies, deinde relinquunt vt ſe ſolident, & aſſerunt ſibi ſucceſſum eſſe, hoc tamen expertus non fui. Vidit tamen Gordonius quendam melancholicum qui ſe in capite vulnerauit uſq; ad fracturam cranei, & tandem illeſus permanſit quandiu vulnus ſtetit apertum & clauſo vulnere rediit melancholia. Item aduertendum quòd diuretica ſunt hic & in ſequenti capitulo ſuſpecta. nam educunt ſubtile & groſſum aptum in melancholiam conuerti remanet. Scito quòd ablutio pedum cum meliloto, camomilla, & huiuſmodi maxime confert in omni ſpecie melancholię. Et nota quòd melancholia conſueuit habere lucida interualla, quare &c. lege in fine ſequentis rubricæ quod hic addere debes.

## De mania. Rubrica. XII.

MAnia eſt mutatio cogitationum vt ſupra de melancholia à curſu naturali cum riſu & audacia. Cuius cauſa ſecundum plurimū eſt materia cholerica aliqualiter aduſta vel melancholica aduſta in qua vincit caliditas accidentalis. Dicitur ſecundū plurimum, quia poteſt fieri à phlegmate aduſto quamuis ſit valde raro, & tunc aliqualiter furia eius aduſtione cauſari poterit. Dicitur aliqualem cum ſit humor non patiens aliquam multam aduſtionem, & ex cōſequenti igneitatem. Vnde ſecundo techni. Et ſi ad plurimum venerit caliditatis furor & maniaca confidentia. Quidam tamen tenuerunt ex tali aduſtione cauſari melancholiam & non maniam, ſed in dubiis dicetur. Cōſimiliter poteſt cauſari ex ſanguine aduſto. Dicitur in qua vincit caliditas, quia ſi caliditas non vinceret non fieret mania ſed magis melancholia vt patet.

μανία Græcis idē qđ Latinis inſania, nec non et furor.

Duæ aſsignantur manię ſpecies, lupina, & canina, inter quas ponitur differentia. Nā lupina eſt cum rixa vehemēti. ſimiliter cum audacia, cum cōtentione à qua non vult vinci, cum malo aſpectu, cum inimicitia, & odio, inobedientia, ſine ſolatio, & riſu, ſed ſemper cum furia vt lupi.

Canina eſt cum aſpectu non multum à conſueto diſtante, & licet ſit cum rixa, & audacia, tamen adeſt obedientia, & amicitia, & cum ſolatio aliquando, & riſu, & permittit ſe vincere hoc eſt ſuas cum aliis damnat opiniones erroneas & aliis credit cōueniendo cum eis vt canes quādoq; faciunt, vnde talis fit quādoq; à ſanguine aduſto, vel à materia propinqua ſanguini aduſto. nā ex aduſtione recipit furiam ex ſanguine riſum, & benignitatem, & hanc paſsionem cōſueuerunt incurrere moniales, & viduæ ex retentione menſtruorum abundantiū in venis matricis, & conſimiliter ex ſpermate diu retento & cōuerſo ad materiam veneni à quo vapores eleuati cauſant ſimilia accidentia, vt menſtrua &c. Et forte plurimi religioſi boni, & præcipue iuuenes incurrunt hanc paſsionem, & à multis iudicatum eſt ipſos eam pati ab abſtinentia cibi, & potus, & vigilia & errauerunt. Conſimiliter conſueuit cōtingere ob has cauſas virginibus adultis cum tempus tranſeunt. & ex hoc quidam credunt quòd vapores illi eleuati mali & multi inficientes ſpiritus faciunt talea loqui quod non viderunt neque audierunt, & ex conſequenti vaticinari. Sed aliter ſunt iſta tractanda, ideo in eis nō proſequor, ex quibus patet ipſam etiam per communitatem cauſari. Quidam tamen dixit hoc contingere q tales ſunt ſecundum eorum animam ſeparati ab iſtis extrinſecis propter corruptionem imaginationis & tunc aſtra, & cœlum animam eorum mouent.

Viduarum ac mōialiū propria ægritudo.

C A V S Æ ſicut dictum eſt de melancholia q alia eſt per eſſentiam reliqua per cōmunitatem, ita de mania pariformiter eſt dicendum. Nam ex parte cauſarū habent conformitatem cum cauſis melancholiæ, propter quod Gordonius de ambabus vnicum fecit capitulum. Vnde Auic. de mania. Verumtamen cauſa faciens dæmonium eſt melancholia aduſta facta à cholera aut à melancholia quæ eſt deterior, & differunt in hoc à melancholia qa melancholia eſt facta à melācholia naturali aut per aduſtionem talis ex phlegmate vel ſanguine dulci, & ideo melancholia eſt cū timore & quiete. Mania vero eſt tota ſaltus agitatio, & inquietudo, & cū aſpectu inhumano, & cum iſta diſpoſitione ſecundum plurimum non eſt feb.

S I G N A demonſtratiua mutatio operationū moralium vt dictum eſt hic ante in præcedenti rubrica. Et ſignum quòd ſit ex melancholia aduſta, eius dæmonium & lupinoſitas faciunt cum cogitatione & quiete ſpatio aliquo, deinde cum mouetur loquitur, & incipit ratiocinari cogitans, & eſt cum exiſtimatione corporis, & color vergit ad nigredinem, habent ſomnia mala: & quandoq;

euomunt quid acetoſum ſuper terram bulliens.

E I V S vero quæ eſt ex cholera aduſta ſignum, quia ſtatim permutantur ad cõtentionem, & ſunt inquieti, non recordantur odij, & contentionis ſicut primi, & multiplicatur agitatio, & rixa.

P R O G N O S T I C A. Incubus cum caliditate cerebri, pedes rubei ſanguine repleti, ſanguis in mamilla coagulatus ſunt ex ſignis prognoſticis indicantibus. Et pro cauſis poni poſſunt, & cum medicus hæc viderit cũ caliditate vehementi dubitare debet de futura mania, maxime quãdo ætas, complexio, tempus, vt autũnus in quo multiplicatur ſecundũ plurimũ, aut ver, aut æſtas cũ his concurrent. Cũq; poſt maniam ſuperuenerit fluxus hæmorrhoidalis, aut varices, aut hydrops debet medicus de ſalute prognoſticari. Quòd ſi fuerit vitio ſtomachi, & vomitus ſuccedit melancholicus ex melancholia aduſta, vel de cholera aduſta debet conſimiliter ſalutem prognoſticari. Auic. Et multoties accidit mania in ægritudinibus acutis ſignans criſim, q ſi reliqua ſigna eius inuentionem accreſcunt ſignificant q criſis erit bona.

C V R A Canones ſeruãdi ſunt. Ordinatio dietæ. Secundus, quia materia videtur ſapere quaſi naturã furioſi humoris, & quia habilis ſatis ad euacuandum erit euacuatio & leuis. Tertius digeſtio. Quartus euacuatio fortior. Quintus diuerſio. Sextus capitis confortatio. Septimus accidentium correctio.

Primus completur vt dictum eſt de carabito ex parte aëris. Itẽ q ſit frigidus & humidus naturaliter vel artificialiter factus ſternendo humida, irrorando cameram, & culcitras ſiue lintheamina poſita circa lectum, vt infra de peſte. loca habitare terrena. Cibis vtatur humidis & frigidis, de quibus in. iij. tract. in materia cholerica valentibus, ita q in ſumma ſtudiũ tuum ſit infrigidando & humectando, & magis leuibus. Conſimiliter potibus vtaẽ.

Et quia ſomnus comprehenditur ſub dieta dicendum q ipſi eo vtuntur quantum poſſunt, & cum hoc medicus conari debet vt eſt poſsibile. nam eſt ex rebus conuenientioribus, vt in præcedenti capitulo, & à vino abſtineant omnino niſi declinante morbo quo tempore dari debet vehementer admixtum. nam illud humectat & dormire facit. Auic. in fine capituli.

Secundus perficitur cum euacuatiuis choleræ aduſtæ ſupra quarto tract. Et in eo caſu plus placeret mihi infuſiones & medicinæ liquidæ q̃ ſolidæ. Et cauſa quoniam citius operantur. Secũdo, quia humectant ſiue minus exiccant. Auic. tamen ponit pilulas plurium modorum quas laudant, & ſimiliter Raſ. qui tamen ponit decoctionem, deinde exhiberi poſt earum aſſumptionem. Item poteſt fieri talis decoctio. ℞. epithi. ſenæ. ana. ℥. ſ. prunorũ. ℥. ij. bulliant in aqua & colentẽ, & de hac colatura recipiantur. ℥. iiij. mãne. ℥. j. ſ. vel caſiæ. ℥. j. ʒ. ij. Alia decoctio, ℞. myrobalanorum indorum. ℥. j. epithimi. ſenæ. ana. ʒ. iij. pruna numero. x. piſtentẽ piſtanda. & bulliãt omnia in aqua, & colentur & de illa colatura accipiantur. ℥. vj. & addaẽ. ℥. j. ſ. ſyru. viól. & propinetur. tu recurre vt ſupra, & alia per te fabrica. Itẽ ſi fuerit neceſsitas phlebotomię quod ſignis aliquibus comprehenditur ſeruentur canones vt ſupra de melancholia.

Tertius perficitur cum digeſtiuis. Et cõſimiliter quartus cum euacuatiuis fortioribus poſitis ſupra tract. iiij. de melancolia aduſta.

Quintus compleatur vbi ſit talis per eſſentiã cum leuibus diuerſionibus vt cum fricatione leui facta in partibus inferioribus ne ponatur materia in motu, & ipſa amplius calefiat, & agitetur. Ipſi nanq; illas fortes nõ patiunẽ diuerſiones, & irritantur, & amplius furiunt, teneanẽ nãq; eorũ pedes, & crura in aqua quaſi tepida ſeruata ſemper ipſa in eodem gradu cum alia aqua calida. Item ſi fuerit per cõmunitatem à toto verendę ſunt percuſsiones, & vrticationes quas quidem faciunt propter cauſas dictas. Quòd ſi fuerit ex membro aliquo particulari. vt exempli gratia ex ſplene. tunc rubificantia, ventoſæ, & cauteria, & huiuſmodi fortia diuerſiua vt clyſteria, ſuppoſitoria ponuntur iuxta ſplenem erunt eo caſu conuenientia, ita placuit Meſ. noſtro de mania & melancolia. Similiter fiat cum forti prouocatione hæmorrhoidarum, menſtruorũ, appoſitione ventoſarum in tibijs.

Sextus completur cum rebus infrigidantibus & humectantibus capitalibus. vt ſupra de ſoda cholerica embrochis, epithematibus, & fortaſſe erit neceſſarium, vt ipſum epithemes quinquies in die, ſiue embroches: vt Auic. fiat enim vt dictũ eſt de ſoda cholerica capitis abraſio prius. Item mulgeatur lac mulieris lactantis puellã ſuper caput ſic raſum. Itẽ ſi oportet tranſire te ad opiata cũ quibus ponas camomillam, & alia corrigentia, vt ſupra de cholerica, & ibi habes canonem de applicatione opiatorum.

Accidẽtia cõſueta his euenire ſunt vigilia. Et furor quo ſe aut alios ledũt. Primũ ex dictis in de vigilia ſuperflua corrigatur. Secundũ cum poſitione eorum in compedibus ligando eos, & manus ſpecialiter ne alios lędant, vel ſe, vel inſtrumento eleuato à terra & ſuſpenſo in aere ponantur. vt eſt dictum in vulgari noſtro el viſcolo. nam ſi in eo leuiter ducentẽ inducetur ſomnus vt pueris cum cunabulo. eſt enim ſic cunabulum ſuſpenſum. Multi delectantur virgulare infirmos & ipſos vehementer uirgulãt. ſeu virgulis percutiunt credentes materiã diuertere. Vſq; modo nõ legi in aliquo auctore. bene precipit Auic. Gordonius & cæteri vt ipſi ſub timore teneãtur ne alios neq; ſe lędant vt obedientes fiant aſſumptioni ciborũ & medicaminum, quorũ inobedientia curam maxime impedit. & ideo eos moroſe atq; prudenter virgulare eſt rationi conſonum & fiendũ & tu lege in fine de permixtione ſenſus & ſtatim in fine ſequẽtis capituli. Audi qđ noſtro tẽpore noſtręq; euenit ciuitati. nam cum quidam ſcholaris de Sarauallo factus eſſet maniacus & à quodã ſocio medici acriter verberaretur cum ad aliqualem reſtitutus fuiſſet ſanitatẽ, memor uerberũ inſeparabiliũ euaginato enſe in faciẽ eius percuſsit, à fatuis, & maniacis cauendum eſt.

C V R A vero ſi per cõmunitatẽ fuerit vt ſi ex retentione menſtruorũ prouocentur menſtrua cum phlebotomia ſaphenarũ & cæterorũ, de quibus infra de retentione menſtruorũ. Si vero fuerit ex retentione ſpermatis corrupti prouocetur ad coitũ, & hęc eſt via ſecurior, & facilior, & nobilior, & vltima. Si autẽ id fieri nõ poſſet, quia monialis virgo aut caſta nolens ſe ſubijcere &c. ſic procedatur obſtetrix digitũ eius petia inuolutũ, & oleo de ſpica madefactiuũ cum pauco camphorę diſſoluto in vuluã ponat & fricet tãdiu q patiens cõqueratur. Vel ſic inuoluatur candela cõuenientis quantitatis vt digitorum octo vel circa cum petia madefacta in oleo de ſpica in quo ſit diſſolutũ parum muſci, aut ambrę & ponatur in vulua. ſtetq; per horã vel circa & ipſam extrahat, deinde ipſam madefaciat vt prius & ipſam imponat, & ſic reiterando pluries in die, ſed prius ligetur cum filo forti candela, vt ad libitum extrahi poſsit. Item fiat lenis fricatio vt dictũ eſt ſic interponendo modo candelam modo fricãdo. hoc enim eſt ſubtile remedium & in præfocatione matricis.

Aliud. ℞. agni caſti. ʒ. iij. iuniperi, myrtillorũ. ana. ℥. ſ. peoniæ. ʒ. j. perfecte piſtentur & non cribellentur, & cum melle non deſpumato fiat electuarium, de quo accipiat ius mane, & ſero cum itur dormitum ad quantitatẽ nucis magnæ, & poſt ipſam aſſumptionẽ bibatur modicum vini lymphati. valet enim in caſibus dictis, & infrigidatiuus capitis mulierum, & ſenſu, & in omnibus mulieribus in quibus frigiditas membrorum, & capitis conuenit. Et cõſimiliter ſi ex alio loco vel membro euenerit fiat proportionabiliter vt dictum eſt hic & ſupra de melancholia. Et nota q tam mania q̃ melancholia conſueuerunt

habere

habere lucida interualla. ideo de eorum cura perfecta non eſt ſic ſperandum faciliter. Nam dixit Cermiſonus ſe plures quàm centum in manibus habuiſſe de quibus non fuerunt perfecte curati niſi tres vel quatuor. Et ideo non ſine cauſa dicitur qui ſemel ſaluus eſt nunquàm curatur. adde ea de melancholia ſupra.

## De cutubuth. Rubrica. XIII.

Cutubuth eſt ſpecies melancholiæ in qua eſt mutatio cogitationum, & memoriæ leſio ſecundũ plurimum in februario cõtingens facta à melancolia non aduſta, in qua tamen non vincit caliditas accidentalis ad quam ſequitur ex modo ſue corruptionis, quaſi cõtinuus motus eorũ, ita q in vno non permaneat loco. Et dicitur non vincit caliditas accidentalis, quoniã ſi vinceret eſſet cũ ea furor aut motus furioſus, cuius oppoſitum cõtingit. nã tales ſunt in vltimo quietis, vt Auic. proprio capitulo. Et dicit̃ ſecundũ plurimũ in februario &c. dicet̃ in dubijs. Et dicit̃ cutubuth à nomine animalis quod inuenit̃ in ſuperficie aquarũ ſtantium, & tamen ex omni re ei occurrente mouet̃: immo modico ſpatio ſtat q nõ moueatur, quaſi eſt in continuo motu. & dicitur capi. aquę.

SIGNA patientes cutubuth ſunt quaſi in cõtinuo motu fugientes conſortium hominum, & adhærẽt ſepulchris, & eccleſijs ignorãtes quo vadant. Et eſt eorũ color citrinus, & quandoq; vt ſanguinis putrefacti, lingua ſicca, ſitiens, & ſuper cannã eius ſunt vlcera, quę non conſolidantur, & eius oculi ſunt debiles, non lachrymantes, & ſunt ſubmerſi. Et ex his habẽtur ſigna. Et recipit hæc melancholia talem modum corruptionis ad quem ſequũtur hæc & alia plurima accidentia quemadmodum plures aliæ melancholiæ ſpecies.

CURA eſt ordinatio dietæ, digeſtio materiæ, euacuatio, diuerſio ſi neceſſaria fuerit, cordis confortatio, capitis alteratio cum his quæ malam remouet cõplexionẽ. Accidentiũ correctio. Quid in primo agendũ ſit patet ex dictis de melancholia.

Pro ſecũdo vero dicendũ q vbi materia fuerit ſanguinea & multa, aut ſanguini admixta debet fieri phlebotomia vſq; ad leuẽ lipothymiã ſi virtus &c. cõſentiat ſeruatis canonibus: vt ſupra de melancholia hæc eſt viſa ſententia Haly. 9. theoricæ. & primo afo. in cõmento. Quæ ægeruntur. Et Raſ. 22. continentis. penult. capit. Nam forſitan timetur capitis apoſtematio. quare Raſ. ipſe hanc paſſionem vocauit birſen melancholicam, & ideo præcepit phlebotomiam, & tu conſidera. Si vero fiat ex alio humore, fiat euacuatio, vt ſupra de melancholia. Et replicandum eſt vt etiam replicat Auicen. quòd ſuper omnia dormiant quanto plus poſſunt. eſt enim ſomnus ex conuenientioribus curis ipſorum. Auicen. de melancolia. Tu ergo ſtude ad eius introductionem. Laudat Auicen. & cæteri moderni cauterium ſynciput, vt ſupra de melancholia. Item laudatur flagellatio, de qua ſtatim hic ſemper ſit menti q ſæpe ut dictum eſt redeundum eſt ad medicamina, quia non in vnica purgatione ſanantur tales.

Ἀμελεία Hippocrati uel cum latinis dicam° al defectio idẽ qđ Galeno ἔκλυσις ſeu al exolutio ſignificat

De flagellatione ſiue percuſſione inuenio ab auctoribus ob duas cauſas debere fieri. Prima eſt vt timeant, & ideo in de mania dicebatur. vide ibi. Secunda etiam vt ex tali percuſſione ratio ad ſe cõuertatur & obedientes fiant. ita viſus eſt Auicen. uelle capitulo de permixtione ſenſus prima tertij, & ideo credo quòd habentes cutubuth etiam ſunt flagellandi ſi oportet etiam ſuper caput, vt Auicen. ponit, & à lapide cedendi vt Auic. allegato loco. Sed iſte percuſſiones debent eſſe moroſæ, & non facte ad diuerſionem vt multi faciunt. Notandum tamen quòd non debent fieri in duobus caſibus. Primus vbi virtutis debilitas. Secundus vbi timetur futurum apoſtema aut eius præſentia. vt prima tertij. de permixtione ſenſus, & alienatione.

## De iliſci. Rubrica. XIIII.

Iliſci eſt ſollicitudo melancholica qua quis ab amorem fortem & intenſum ſollicitat habere rem quã nimia auiditate concupiſcit, cuius cauſa ſecundũ plurimum eſt animi forte accidens. Et iliſci eſt nomen Arabicum. apud nos uero interpretatur amor. Vnde hęc paſſio à multis dicta eſt hæreos, quia hærois ſiue nobilibus plus cõtingit. nã hi ex alijs non impediti ſuper alios prouocantur. Dicitur ſollicitudo quia tales facti iam melancholici ex amore inordinato ſunt in continua cogitatione memoria, & imaginatione, ita vt non dormiant neq; bibant, ſemper vel quaſi. ſemper enim ſunt in actu ſecundo reſpectu alicuius harum triũ virtutum quæ corrupte operatur aut iudicat pulchrum quod non eſt, ſummum bonum quod non eſt. vnde tales iudicant illam mulierem quã diligunt meliorem, formoſiorem, melius morigeratam, & in ſumma omni alia melius dotatam iuxta illud.

Iliſci arabibus idẽ qđ ἔρωτος Græcis denotat vel furor cum Latinis ex amore.

Si quis amat ranam, ranã putat eſſe dianam. Et aliter.
Omnia amans cæcus non eſt amans arbiter æquus.
Nam difforme pecus iudicat eſſe decus.

Nam ex ipſo amore inſaniunt, nec nocte, aut die quieſcunt facta imperatione virtuti motiuæ à concupiſcibili mota ab imaginatiua cui imperauit virtus altior, ſcilicet æſtimatiua, & ſic de alijs.

Ex quibus inferri poteſt q etiam memoratiua lędi poteſt per intenſionem quod multi negauerunt. Correlariũ tamen Gentilis videt̃ verum hoc in ca. Sunt in ſumma in continua ſollicitudine ſaltem mentali ad proſequendum quod cupiunt. Dicit̃ cuius cauſa &c. quia in hoc differt à melancholia proprie dicta. nã illa eſt vitio humoris uel malę qualitatis ſemper. iſta autẽ accidentis animi. & licet ita ſit, aliquando tamen cõtingit vt ipſa ſit cum humoris melancholici vitio. Tales quidẽ ſecundum plurimum ſunt cupientes dominas quas inordinato amore diligunt. Dicit̃ ſecundum plurimum, quia etiã aliqui non dominas cupiunt ſed reuerti ad patriam quam ſumme, & ſumme amãt. Vnde aliqui primam diſpoſitionem nominauerunt hæreos. ſecundã vero quę eſt amor repatriãdi iliſci appellauerunt. Ego feci iliſci terminum cõem. O miſeri qui ex tam parua ac cito tranſitoria delectatione tam grauia & quaſi inſupportabilia vt ſunt non timere frigus neq; vigilias cõtinuas. ſitim, famem, & huiuſmodi videntur facilia & delectabilia. vt ribaldones qui vitio ludi, aut vini nudi incedũt. Et ideo bene cantauit Ouid. A trabe ſublimi triſte pependit onus.

Amatores notantur.

CAVSAE paſſio cõiter incurrit delitioſe viuẽtibus, ſolitarijs, cõtinẽtibus, religioſis. & his q ocio regũt̃.

Et ex cauſis primitiuis, ſunt aſpectus delectabilis rei, aer calidus & humid. vernalis clarus, quies, ociũ. vt ſupra dictum eſt. vnde dicitur. Ocia Venus amat. & cibi, & potus, ſperma multiplicantes, lætitia & huiuſmodi.

Cauſa antecedens eſt mala cõplexio ca. & ſic. adurens humores & in melancholiã conuertens, & ideo ſtude in eius curatione cum canonibus, ſupra de melancholia, & mania, quæ mala complexio aut eſt in cerebro aut in alio membro.

Coniuncta aut eſt nimia & continua operatio virtutis imaginatiuæ & cogitatiuæ circa deſideriũ rei cõprehenſæ. Et modus generationis eſt quia apprehenſo obiecto à virtute imaginatiua primo per ſenſum exteriorẽ ſibi deportato ſecundũ plurimũ tanquã multũ delectabili: deinde virtus extimatiua inducit ipſum eſſe appetendum & vltra q̃ conueniat, & in hoc corrumpitur iudiciũ. vnde philocapti ſuper omnẽ rem amaſiã appetunt omnia alia ſpernentes, & exiſtimantes ſuã felicitatẽ eſſe ſi habere poſſent. & ſic de his quæ talia ſine vſu rationis appetunt. Extimatiua quæ eſt virtus altior imperat, deinde imaginatiuæ, & imaginatiua cõcupiſcibili, & cõcupiſcibilis ira-

ſcibili,& iraſcibilis motiuæ lacertorũ, & ſic totũ corpus mouetur ſpreto ordine rationis et diſcurit de nocte & die vagando, ſpernẽdo frigus, calores, pericula, & huiuſmodi ſtans in continua cogitatione, & concupiſcentia ad rem deſideratam, ita q̃ ſi cum his ſit ſermo ſtant vt nõ audientes, neq; videntes. Et quia hæ virtutes cõtinue operantur hinc ſpiritus reſoluuntur, & organa infrigidantur & exiccantur, & ſic ad naturam melancholicam conuertuntur & maxime vẽtriculus medius. & anterior. ſic itaq; fit ſollicitudo melancholica.

S I G N A etſi ſatis aperta ſint ex dictis tamen ea ſic inſcribã vt ex alijs collegi. Hi enim cibũ & potum amittont, & ſomnũ. vnde corpus maceratur, cogitationes habent occultas cum ſuſpirijs luctuoſis. oculi profundãtur, palpebræ, & oculi nimio motu mouentur. rident ac quaſi aliquid delectabile audiãt. paucitas lachrymarum niſi cũ adeſt fletus, pulſus diuerſus abſq; ordine, & alteratur pulſus cum memoratur aut videt quã diligit. Et ideo medicus quidam cum teneret digitos ſuper arteriã cuiuſdam iuuenis infirmi, & p̃ tunc añ ipſum infirmũ tranſiuit ancilla domus ſenſit eo inſtãti pulſum alterari notabiliter, & cautus de nouo fecit ipſam de nouo venire ad eius præſentiã pro certa cauſa, & tunc iterũ percepit pulſum ſumme alterari, & ſic cognouit vnde erat ægritudo. Et ideo curioſi medici de hoc dubitantes primo tenẽt digitos ſuper pulſum, deinde ſic tenendo nominant illas quas ex relatu, vel illam quã ſcit amare & in earum nomine ſtatim comprehendit pulſum alterari. Itẽ flent cum audiunt cantilenas amoris, & cũ rememoratur eis tripudiũ aliquod. Item ſunt coloris citrini. vnde Ouidius. Palleat omnis amans, color eſt hic aptus amanti.

P R O G N O S T I C A niſi cito curentur melancholici fiunt, & in maniam cadunt aut moriuntur, & ideo ſtude.

C V R A ſi fuerit humoris vitio ſeruentur canones de melancholia poſiti primo: ſecundo ſeruenẽ hi qui ſtatim dicentur de cura eius ex animæ accidentibus. Primus eſt ſermo viri prudentis quem in reuerentia habet. Secũdus eſt annuntiatio magni gaudij, aut magnæ triſtitiæ. Tertius eſt occupatio in multis ac varijs negocijs. Quartus elõgatio à patria. Quintus inductio ad amorem aliarũ. Sextus perambulatio per loca amena, & delectabilia. Septimus aſpectus turpium vetularum. Octauus narratio turpium de amaſia. Nonus præſentatio ſuperfluorum amicæ. Decimus ſi cętera non valent copulatio cũ amica facta ex lege. Vndecimus ſi omnia iſta nõ profuerunt virgulatio eius & reductio ad canones ſecundũ ordinẽ. Duodecimus ſi omnia nõ p̃ſunt eius dimiſſio ĩ pace.

Primus completur cum verbis ab eo viro prudẽti expreſsis oſtẽdendo mũdi pericula, iudicium dei: gaudia paradiſi, penas inferni, dulcibus verbis admonens.

Secundus perficitur annuntiãdo ipſum eſſe factũ militem, aut domini pincernam, aut aliquod tale, & ſi videtur q̃ inde delectetur proſequi in ratiocinando quaſi cõtinue de illo officio vt obliuiſcatur, immo dari fateatur officiũ aliud dignitatẽ ſi poſsibile eſt. honores enim mores mutare cõſueuerũt. Aut aperiẽdo mortẽ patris aut amici, aut q̃ dominus vult eum facere interfici, & mittere ſatellites quos videat. in abſconſo tamen & ipſum oſtendere, & cũ eo ſit ſocius qui loquatur continue ſermocinando de tollenda inimicitia eius cum domino. diſputet de cauſa.

Honores mores imutare.

Tertius cõpletur tenendo ipſum occupatum in varijs ac diuerſis laborioſis negocijs, et neceſſarijs, ita q̃ ex toto auferatur ocium. Vnde Ouidius. Ocia ſi tollas periere cupidinis artes. Da vacuæ menti quo teneatur opus.

Quartus cõpletur per varias & longinquas regiones ducẽdo in quibus varia & diuerſa videat à quibus diſtrahatur. Vnde Ouidius. Vade per vrbanæ ſplendida caſtra troiæ. Pyridas inuenies & rerum mille colores.

Quintus. vnde Ouidius. Hortor & vt pariter binas habeatis amicas. Fortius & plures ſiquis habere poteſt.

Sextus &c. per loca, prata, fontes, montes delectabiles, & huiuſmodi. venando, ludendo &c. audire cantus, ſonos delectabiles &c. Nota tamẽ q̃ Auic. dicit q̃ aliquando iſta, ſcilicet ſonus, cãtus &c. nõ diſtrahunt, ſed reducũt ad memoriã magis, & augmentaẽ illiſci. vnde oportet q̃ homo ſuper hoc ſit prudens in hoc comprehendendo.

Septimus appreſentetur vetula nuda, cum barba longa ceruicibus barbata.

Octauus patet vt q̃ ſit meretrix ebrioſa, quod & appa ret de ea multa enormia dici.

Nonus cõpletur cum apprehenſione ſibi facta à vetula cum panno tincto menſtruis dicendo hæc eſt &c.

Decimus cõpletur cum cõiunctione eorum, & tu medice non cõſulas id fieri niſi fiat ſecundũ modum permiſſionis fidei, & legis. vt dicit Aui. & ipſe non fuit chriſtianus, quanto magis tu chriſtiane. Et dicit Auicen. multos fuiſſe ſic curatos quos vidit. non enim ſunt facienda mala vt eueniant bona. & plures hac via curati ſunt. Vtrũ coitus conferat dicetur in dubijs. Dixit tamẽ Raſ. in diuiſionibus. Curatio eius eſt aſsiduatio coitus, & ieiunij, & ambulatio, & ebrietas plurima aſsidue. Et in Viatico autoritate Rufi. Coitus inquit valere videtur quibus cholera nigra, & mania dominantur.

Vndecimus cõpletur cum virgulationibus moderatis tamen, donec incipiat timere, immo ſi noluerit medicamina aſſumere & ipſa fuerint neceſſaria tu cum timore. & virgulatione fac tibi obedire, deinde redeas ad canones dictos eo ordine vt ſupra habeo tamen alium modũ quẽ ob reuerentiã legis Chriſti ſcribere deſtiti. Et cõſimiliter dicendũ eſt in eo qui cupit repatriare, & ſi reſtitui poteſt ad patriã fiat, ſi nõ ſeruenẽ canones dicti ſupra p̃portionabiliter, & iuuabit legẽ Ouidiũ de remedio amoris.

*De amentia, & ſtoliditate.* *Rubrica.* XV.

DE amentia & ſtoliditate & corruptione imaginationis. Conueniunt enim hæc duo prima & adinuicem differunt. Cõueniunt enim loco & leſione eiuſdem virtutis quia vtraq; eſt leſio cogitatiuæ loco, quia vt ſupra in medio ventriculo eſt talis læſio. Differũt quoniã ſtoliditas eſt læſio diminuta cogitatiuæ uirtutis. Amẽtia vero eſt ablatio eiuſdem. dicuntur tamen à quibuſdã fatuitas, & infantilis & à multis aliter. Sunt enim ſtolidi infantibus ſimiles in q̃bus nõ eſt operatio cogitatiua niſi quæ eſt à natura. vt claudere oculos cũ abſterguntur ab eis lippitudo. & extendere manus vel brachia ne cadãt & vt ſuſtententur. Hæc enim eſt naturalis extimatio vt Auic. ſexto de naturalibus. quarta particula, & vt dictum eſt à multis aliter nominaẽ, ſed à medico nõ eſt de nominibus diſceptandum. prima primi. doctrina ſexta. quinto cap.

C A V S A diſpoſitionũ eſt frigiditas pura aut frigiditas cũ ſiccitate, aut frigiditas cũ aliquo humore phlegmatico in vacuitatibus vaſorũ cerebri. Ego quoq; vidi Henricum hoſpitẽ ex caſu fieri immediate ſtolidum, arbitratus fui humorem phlegmaticum ad locum medium cerebri ex motu ſiue percuſsione perueniſſe qui &c. Deſcribaẽ ergo ſic. Stoliditas eſt læſio diminuta cogitatiuæ virtutis à mala complexione frigida tantum aut frigida cum ſiccitate, aut frigida cũ humida. phlegmatica cauſata. Amentia vero eſt læſio ablata &c. Et hic maxime intelligi habent de his factis vt ſunt ſine feb. nam de his vt feb. conſequuntur vt ſunt earum accidẽtia eſt aliter agendum. Vtrum autẽ poſsint à caliditate fieri dicetur in dubijs. Complexio vero mediæ partis cerebri ad caliditatem declinat. vt ſupra in principio capituli.

S I G N A habeantur per ea quæ de mala complexione cerebri ſupra.

C V R A habet canones. Primus ordinatio dietæ, ex

parte

parte aeris debet eſſe in loco luminoſo, ſubtilietur cibus, & decliner ad caliditatem & ſic. & ſit ſtudium in ſubducendo ſanguinē & contemperando ipſum. Scias enim q̄ nihil eſt magis inimicum ſenſui q̄ repletio ex cibis. Item vigilet. nam vigilia iuuat ad mundandum ſanguinem, & ſomnus nocet. Iſta tamen debent moderate fieri ſecūdū tenorem virtutis, & cæterorum.

Repletio ſenſui inimica.

Secundus eſt calefactio cum humectatione ſi eſt à ſola qualitate quæ moderari debent ſecundū qualitatē morbū cauſantē. vt ſi fortes cum fortioribus. Quæ autē ſint iſta calida & hum. habeſ ſupra pluries de ſoda phlegmatica ca. de cholerica hu. Itē de ſoda ex melancholia. & ibi.

Tertius eſt digeſtio materiæ ſi eſt cum materia.

Quartus eſt euacuatio materiæ ſi eſt cum materia. nā euacuantia phlegma à capite dicta ſunt ſæpe, & ſimiliter digerentia. Itē conuenit vomitus ſi in ſtomacho eſt materia fouens infra de ſubeth, & ſcotomia.

Quintus eſt confortatio cerebri cum his quæ malam complexionem remouent cum dictis ſupra de epithematibus, embrochis.

Sextus confortatio cordis cum diamuſco dulci & cæteris, ſupra de ſoda melancholica & de melancholia dando de ſero, & de mane de his in doſi conueniente. Scito q̄ ablutio pedum cum meliloto & camomilla & huiuſmodi eſt maxime conferens in omni ſpecie melancholiæ, vt ſupra de melancholia.

Contingit & imaginatiuā lædi quēadmodum & cogitatiuam ablate, ſcilicet diminute & corrupte. Corruptio fit à mala cōplexione calida ſecundum plurimū quia ſuppoſita eſt vaporibus q eleuanē ab inferioribus qui vt plurimū ſunt calidi. Mala itaq; cōplexio calida cū materia vt cholera ipſa & abſq; materia poteſt eſſe factiua corruptionis imaginatiuæ, qua corruptione ledebatur Theſſalus medicus. de quo Gal. 2. de accidenti. 5. cap. qui imaginabatur in angulo domus eſſe tubicinatores qui non erāt.

Diminutio autem fit ab humiditate & frigiditate, quæ ſi augmentētur cauſant ablationem, & talis mala complexio materialis ſignis ſuis comprehenditur. verbi gratia. ſi humida adeſt ſomnus. humiditas oculorum nariū, linguæ, ætas, complexio, tempus anni reſpectu & huiuſmodi. Si ſicca adeſt vigilia, ſiccitas narium, linguæ, oculorum &c. ætas, tempus anni, complexio &c.

Cura eſt ſecūdū q̄ de his dictū eſt, et ſupra de mala cōplexione frig. & humi. & calı. & ſicc. cerebri. ſit tamē canon q̄ vētoſæ, fricationes. & huiuſmodi debēt in parte capitis anteriori applicari. ſerua itaq; canones de his.

De permixtione ſenſus, & alienatione. Rub. XVI.

DE permixtione ſenſus ſiue rationis, & de alienatione. Vnde ſenſus permixtio, ſiue rationis alienatio eſt corruptio virtutis cogitatiuæ.

C A V S A cuius eſt mala complexio calida & ſecūdum plurimum materialis. Dicitur ſecundum plurimū, quia cōmuniter fit, aut à materia melancholica aduſta in qua, ſcilicet vincit caliditas accidentalis per aduſtionem in ea factā, aut a phlegmate putrefacto, & ex putrefactione facto acuto, aut à materia ſanguinea, aut cholerica citrina, aut cholerica ru. aut à vapore calido. hęc autē ſpiritum animalem cōſumunt, & exiccant. vnde non poteſt eſſe recti iudicij inſtrumentū, ipſumq; agitant & mouēt, & ideo tales ſunt quaſi continue in varijs ſermonibus & corruptis. vt patet. Fit autē quandoq; per eſſentiā, quādoq; per cōitatem, vt à ſtomacho, orectus, matrice, myrach. Aut vapore eleuato ab apoſtemate, aut à manu, aut à digitis, aut à pede, aut à toto, vt in febribus & huiuſmodi.

S I G N A nam quæ eſt ex melancholia eſt cum triſtitia & extimatione mala & alijs ſignis melancholiæ ſuperius poſitis.

Si ex cholera eſt cum lupinoſitate, & audacia.

Et ſi ex ſanguine cum lætitia, riſu.

Si ex cholera citrina cū inflāmatione caliditatis, & rixa ex malitia morū agitatione vehemēti, imaginatiōe ignis, & ſcintillarum, & citrinitate coloris, extenſione cutis frōtis, profundatione oculorum, inflammatione capitis.

Quòd ſi fuerit ex rubea eadem ſigna apparēt magis intenſa & peruerſa & huiuſmodi. grauis eſt permixtio quæ fit in febre. et vt plurimū fit in peſtilentialibus. In facta vero à caliditate & ſiccitate puris nō adeſt grauitas, neq; apparent ſigna materierum.

In ea quæ ex phlegmate putrefacto facto acuto adeſt ſeueritas, eleuant ſupercilia ſuis manibus quaſi omni hora, & habent caput graue, & patiuntur ſubeth, & plerūq; æſtimant ſe eſſe beſtias.

Quòd ſi fuerit per cōmunitatem ex vapore aſcendente, &c. cognoſcitur ex diſpoſitione membri doloroſi, aut ex parte totius, vt in feb. Item habent quandoq; aliquod lucidum interuallum.

P R O G N O S T I C A quæ eſt cū riſu, & quiete ſaluior ea quæ eſt cum rixa, audacia, & agitatione, iuxta illud Senis. Deſipiētia cum riſu, vt in apho. in fine ca. Iſta Rubrica cum alijs præcedentibus habet dependentiā neceſſariam à Rubrica de melancholia. & ideo ab ea nō deſiſtas: & pro complemento ad eam ſemper recurras.

C V R A infacto per eſſentiā, & à materia ſequunē. ſ. Ordinatio dietæ. Digeſtio materiæ ſi cōuenit expectatio. Repentina euacuatio ſi expectare non cōuenit. Capitis confortatio. Materiæ derelictæ reſolutio. Accidentium correctio.

Primus completur ordinando dietam proportionalem humori peccanti ad bonum intellectum vt ſupra dictum fuit. Quòd ſi fuerit ex cholera &c. vide de ſoda cholerica. & conſimiliter de alijs ſuo modo.

Secundus perficitur digeſtiuis appropriatis materiæ peccanti. de quibus ſupra quarto tractatu.

Tertius conſimiliter compleatur. quòd ſi ibi fuerit ſanguis fiat phlebotomia incipiendo ab ea & ab omni aliā re ſanguinem temperante & rectificante & infrigidante, vt ſupra de ſoda ſanguinea.

Quartus adimpletur applicando in principio frigida repercuſſiua. vt lac. oleū violatum, roſaceū vt ſupra de ſoda cholerica &c. Quòd ſi ex applicatione horum infrigidantiū creſcunt vigiliæ ſignum erit q̄ materia terminabitur, tunc relinquenda ſunt, & ſtudendum eſt euacuationi cum clyſteribus lenibus de quibus ſupra ſæpe, & ſpecialiter de calida. & ideo in applicatione ipſorum debet eſſe cautela. In facta autem à mala complexione tantum ſufficient alterantia vt patet. In facta per cōmunitatem ſeruentur canones. Ordinatio dietæ vt ſupra. Euacuatio. & digeſtio vt ſupra, repercuſſio vt ſupra. Diuerſio vt ſuprā de ſoda cholerica.

Quintus canon cōpletur ex prioribus occurrendo vigilijs quæ cōſueuerunt in hoc caſu accidere, cum quibus autē dictum eſt de ſoda cholerica & rubrica de vigilia ſuperflua, & in hoc vt dictum eſt paulo ante oportet vti eis cum cautela vt fiat inanitio materiæ in loco, & augmentum in vigilijs. nam oportet quandoq; iſta multū frequētare & fortificare. De adminiſtratione vero eorū fortiū, & narcoticorū poſiti ſunt canones allegatis locis. Et emplaſtra & alia adminiſtrētur poſt abraſionē capillorum & ſuper ſinciput. Poſtremo aduertendū q̄ ſi omnia iſta nō conferunt, tunc oportet deuenire ad vltimū quod eſt verberatio. debent enim virgulari, & alapis cedi, vt ratio ad ſe redeat, ut patet in fine de cutubuth. & tu ibi recurras propter canones. Et cōſimiliter dicendum de cauterio quia etiā cum omnia non cōferunt cauterizētur in capite ſecundū crucē aut in medio capitis ſm Placentinum. laudat multum in hoc caſu vt radice vitis albę, & in potu & in cibo vtatur. Recitat Gentilis habuiſſe à quodam me-

dico ꝙ mulier quędam ex diuturna permixtione rationis aſflicta cũ plurimę adduę ſunt medicinę aliq ex ſolo vſu radicis vitis albe conualuit.

## De vertigine & ſcotomia. Rubrica. XVII.

σκότωμα Gręcis, vertigo Latinis vocitata, barbari, ſi mali corrupta uoce Scotomiã appellantes, ſũmopere aberrãt, cũ hęc duo vocabula inter ſe diſtare falſo autumant.

DE vertigine & ſcotomia. Aui. facit tantũ mentionem de vertigine ſub ea comprehẽdens ſcotomiã tamen inter ipſas eſt differẽtia quę patet ex earum deſcriptionib'. Vertigo eſt actio corrupta virtutis imaginatiuę, & habens eam imaginat res extra oẽs in gyrum verti. Cuius cauſa ſecũdum plurimum eſt vapor ſubtilis motus in meatibus ſpiritus viſibilis. nam talis vapor ſuo motu ſpiritũ viſibilem mouet, & cum tali motu virtus imaginatiua mouet. vnde ipſa iudicat viſibilia moueri. Et dicit à vertotis. & gyro ras. vel quaſi verit egritudo. Scotomia eſt actio corrupta virtutis imaginatiuę, & habens eam imaginat extra videre muſcas vel corpora parua opaca. Cuius cauſa ſecũdum plurimũ eſt humor groſſus opacus in meatibus ſpiritus viſibilis quietus exiſtens. nam ſua groſitie, & tenebroſitate imprimit in humorem cryſtallinũ ſpecies ſuas, quę delatę ad ſenſum cõmunem faciũt imaginatiuã corrupte iudicare. Et dicitur ſcotomia à ſcotos quod eſt viſio, & imos muſca. An viſio fiat in cryſtallina aut in cruciatione neruorum opticorum ſpeculãri relinquat. Vnde viſio muſcarum iſts &c. hincinde experſa ſunt vt practico ſufficiãt. tamẽ in ſe multas phyſicas rões, quas in preſenti omitto, nec in dubijs dicam, quia ſunt theoricalia magis. Et dictũ eſt ſecũdũ plurimũ, quia etiam ab alto poteſt contingere. vt à motu ipſius ſpiritus facto, ꝓpterea ꝙ homo ſe in gyrum cõuertit vt faciunt pueri. Aut quia ex percuſsione aut caſu ſpiritus viſibilis mouet quẽadmodum cõtingit ex motu facto in aqua ſquam inundare. Cõſimiliter à qualitate manifeſta cõmunicata cerebro à ſtomacho fameſcẽte. vnde ſpiritus inordinate mouet, aut qa aſpicit res in gyrũ motas vt ſunt rotę molendini, aut etiã currentes, vt eſt aqua. aut quia ab alto ad profunda reſpicit. vnde ex timore inducto ſpiritus viſibilis mouetur inordinate. Fit ex alijs etiam cauſis vt ſtatim de cauſa coniuncta.

CAVSÆ, & in ſumma cauſę earũ ſunt primitiuę antecedentes, & coniunctę. Exemplum primi. vt aer ventoſus, turbidus, ſpiſſus. capitis percuſsio, ſiue dolor, aſpectus rerum, quę in gyrum mouentur. vt dictum eſt. cibi vaporoſi. vt allium, cepę & hmõi. Potus vaporoſus, vt eſt vini potẽtis. Somnus ſuperfluus. Dimiſſio exercitij. Repletio nimia. Tolerantia etiam famis qua cerebrũ cõpatitur ſicut accidit his qui difficulter tollerant ieiunium. Item coitus nimius. Animæ accidentia, vt ira, furor & hmõi, quę ſpiritum in motu ponunt. Añcedens antẽ eſt imaginatio aut mala complexio cerebri diuerſa ponens ſpiritũ in motu etiã ſine materia, aut mala cõplexio humoralis ſanguinea, cholerica, phlegmatica, aut melancholica, aut ventoſitas. Coniuncta eſt illa quę imediate ſpiritũ mouet ſiue ſit vapor ſiue ſit mala cõplexio. Fit & ſcotomia, & vertigo ex vapore corrupto & malo cerebro cõicato à ſtomacho, matrice, quã etiã in mulieribus pcipue tibi ſuſpectam facias, & ab alijs membris inferioribus lęſis. Item & à toto vt in febribus.

SIGNA, vertigo parua nõ cadit patiens, & non eſt magna ſed ſtat, oculi obtenebrãtur, & quod ante oculos eſt videtur circulariter moueri, fit abſq; ſpaſmo, & per hoc differt ab epilepſia, quoniam ipſa multum diutie cadit, & ſic de alijs per contrarium. fortis tamen vertigo aſſimilatur epilepſię.

Signa cretice, & eius quæ fit à percuſsiõe caſu & intuitu rerũ circulariter motarum, & huiuſmodi nota ſunt.

Signa eius quæ eſt ex vaporibus, qa nõ eſt aſſidua non excitat cum repletione, neq; ſedat cum vacuitate, & ſecũdu, qñq; cũ ea dolor capitis, ſonitus, & tinnitus, & grauitas & viſus tenebroſitas, & debilitas in guſtu & odoratu.

Signa ꝙ fit à frigiditate grauitas, multitudo ſomni, nauſea, punctio, ſputum, & conturbatio ſenſuum, albedo coloris, pluuiarum rumor.

Quod ſi ſit à cholera parua grauitas, vigiliæ, inflãmatio, imaginatio citrinarũ rerũ, nauſea, punctio, & hmõi, ex ſignis cholerę ſupra in principio opis, & tu ſepe ibi.

Quod ſi ex ſanguine inflatio venarũ faciei, oculi, & caput rubea calida, grauitas capitis, ſomnus, laſſitudo, & pulſatio temporum, & venarum quæ ſunt poſt aures.

Quod ſi fuerit ex melancholia grauitas multa, vigilię, imaginationes corruptę, capilli nigri, & ſimilia ſigna de melancholis ſupra in principio operis.

Signa ſi fuerit à cõmunitate, vt à ſtomacho ſigna mala digeſtio, & appetitus, tremor cordis, & quãdoq; augetur, & qñq; ſedat ſecundum repletionẽ, & vacuitatem, & ꝙ pceſſit nauſea iua ſacietas, dolor, inflatio ſtomachi &c. ex nocumentis eius, & declinatur nocumentũ ad partem anteriorem capitis, & mediam ipſius.

Quod ſi fuerit ex matrice quia præceſſit menſtruorũ retentio & ſpermatis. Item & quia eſt apoſtema in ea.

Quod ſi fuerit à veſica ſigna quia pręceſſerunt nocumenta in ea.

Quod ſi ex principio membrorũ omnium, aut ex origine nutrimenti quod eſt epar, aut ex origine ſpiritus qui eſt cor erit eius tranſitus per venas & arterias ortas ab eis, aut ab illis quæ ſunt in collo, cuius ſignum, quia erit cum pulſatione vehementi, & tenſione, vt chordę venarum quæ ſunt in collo, & vt non inueniat dolorẽ de quo ſit curandum in collo & membris eius, neq; in reliqis venis. Et cum vides arterias extrinſecas extenſas apud collũ & alleuiatur cum manu pulſum prohibens, aut ligamẽtis, lacertorũ, aut plumbo, aut linis ſuper ipſum ſtyptica ꝓdicta, tunc ſcis ꝙ curſus eſt in eo. ꝙ ſi nõ, tunc curſus eſt in alijs, & ſimiliter experiri in alijs, ꝙ ſi non inuenis tunc eſt in illis profundis.

Illius vero quę à malitia cõplexionis diuerſę ſigna, quę ſentiũ in cerebro leuitas cum priuatione ſignorũ dictorũ, & ſentitur iuuamentum ſubito ex applicatione calidorũ, aut frigidorum vt res exigit.

PROGNOSTICA cum vertigo & ſcotomia, plõgant ſignũ ꝙ eſt ex cauſa frigida. Vertigo qdẽ frequẽs, & ꝓptie in decrepitis annũtiat apoplexiã. Similiter vertigo eueniẽs ſucceſſione ſtuporis cõtractis membri. Et ſoda accidens in vertigine quãdoq; ſoluit ipſam. Aui. Et vertigo & ſcoto. qñq; fiunt ſecũdum ſemitam, criſis. iſte autẽ diſpõnes preuiæ ſunt ad epilepſiã. Et cũ apparent ſiue in ſene, ſiue in iuuene eſt diligenter aduertẽdum vt cito curetur.

CVRA infacta ꝓpter cauſas iam dictas, quia ex reuolutione, aſpectu rerum ab alto &c. Ordinatio dietę. introductio ſomni, quietis. Aſſumptio acetoſorũ ſtypticorum, & bucellarum infuſarũ in eis. Euacuatio ſi videtur expedire cum his quæ videbuntur magis expedientia. de quibus ad plenum ſupra tractatu quarto. de dieta dicetur ſtatim.

Propter id autem quod dictum eſt de caſu & percuſsione recurre ſupra de dolore capitis ex illa.

INFACTA propter vaporem in capite exiſtẽ. iii. canones. Ordinatio dietę, Secũdus cõfortatio capitis.

Primus completur abſtinendo ab omnibus vaporoſis. vt allium, cepæ, vinum potens, legumina, & huiuſmodi, vt ſunt oua omnia. à nucibus. à rebus quæ cum nucibus conduntur.

Secũdus pficit cum rebus reſoluẽtibus vaporem, aut cum remouẽtibus, embrochis, epithematibus, odoribus, vnguentis, & hmõi. de qbus de ſoda calida et frigida hoc quoq; caſu multũ in vltimo laudo cauterium ſuper bregma, & etiam ſuper cornua capitis poſteriora.

INFACTA

IN FACTA ꝑpter materiam canones obſeruẽtur hi. Ordinatio dietę. Digeſtio materię. Euacuatio. ꝓhibitio eleuationis materiæ à membro mãdante ſi quod eſt mandans. Diuerſio. Confortatio capitis.

Primus completur vt dictum eſt abſtinendo a cauſis inducentibus, & vſu rerum euaporantium, & abſtinere ab his quæ cerebrum lędunt, & his vti quæ cauſæ opponuntur, quæ omnia nota ſunt ex dictis hic & ſupra ſecũdo tractatu & quarto.

Secundus completur digerendo cum conuenientibus ſupra tractatu quarto.

Tertius complet̃ ſi ibi eſt repletio in toto, quia timet̃ humorum corruptio cum phlebotomia ex nigra. Quòd ſi materia peccãs erit ſanguinea & nõ fuerit in toto repletio ſanguinis fiat ex cephalica, & ſi plus oportet fiat ex vena quieta poſt aurem. Item applicatio ventoſarum ſuper ſpatulas, applicatio ſanguiſugarũ ad nares. ꝓuocatio hæmorrhoidarum in viro. menſtruorũ in mulieribus. Si vero ex alio fuerit humore, & cõmixto ſanguini fiat phlebotomia vt dictum eſt. q ſi non fuerit cõmixtus & fuerit cholera euacuet̃ cum euacuantibus cholerã illi appropriatis tractatu quarto clyſterijs, & hmõi appropriatis. gargariſmatibus, caputpurgijs, odorationibus, & hmõi. de quibus de ſoda. Et cõſimiliter ſi fuerit ex melancholia, aut ex phlegmate, & quóniam à phlegmate cõiter euenit, ideo ponit̃ hic ſpeciale euacuatiuũ. Reci. hierepigr. ℥. x. agarici, epitimi. añ. ℥. iiij. mirabolanorũ indorum, chebulorum, emblicorũ, belliricorũ, ſticados. ana. ℥. ij. ſalis indi. ℥. ij. cõficiant̃ cum oximelle. doſis eſt à. ℥. j. ſ. vſq; ad iij. cum aqua calida. Item in euacuatione cõfert vomitus, & maxime cum materiã in ſtomacho percipimus, & maxime ſi his faciliter fieri põt, qa aliter credo q nocet.

Vomitiuũ bonum & forte. Reci. raphani radicem & in ea figant̃ aliqua fruſta ellebori nigri, & permittant̃ ſtare per noctem, deinde extrahant̃, & decoquat̃ radix, de aqua illa colata accipiant̃. ℥. vj. aceti. ℥. ij. croci. ℈. j. miſce, & de hoc cõpoſito dent̃ circa duo vel tria coclearia ſic tepida. & fiat tale vomitiuum per duas horas poſt cibum.

Mẽbra vertiginem inducẽtia. Quartus perficitur corrigendo membrũ mandans, & licet matrix. ſtõachus, ſplen, chyſtis, veſica, hepar, cor, & nutrimentũ. aĩs nocumentũ in collo exiſtẽs ſint membra conſueta vertigineꝫ inducere, eſt tameꝫ ſtomachus plus ſuſpectus habẽdus. vnde oportet accedere ad euacuandum materiam & confortãdum illud membrum mandans, vt de ipſo infra dicetur ſuo capitulo.

Diuerſiones fiant, vt de ſoda per cõmunitatẽ, & lethargia, & in alijs locis ſæpe.

Confortatio fit primo cum reprimentibus vapores illos cum epithematibus, embrochis, vnctionibus odoriferis, &c. de quibus ad plenum de ſoda. & tu ibi recurre ſecundum exigentiam materiæ.

CVRA factę ꝑpter debilitatẽ & ꝑpter abſtinentiã longam & ſuperfluam à cibo. Confortet̃ virtus in principio cũ ſtypticis acetoſis. vt ſupra. deinde cum cibis boni nutrimenti de qbus tertio tractatu. In hora paroxyſmi manus & pedes fricentur fortiter, facieſq; aqua vel vino aſpergatur. Item fricent̃ pedes ſale, & aceto. Et odorifera frigida aut calida naribus apponãtur vt exigit diſpoſitio quæ ſecurius in viris applicantur.

## De alue & palpitatione. Rubrica. XVIII.

ALue ſiue palpitatio eſt vertigo minor in qua ſunt palpitationes oculorum manuũ & inuolutiones in lecto, halices, oſcitationes, tenſiones venarum rubificatio faciei, & venarum, & oculi. Cuius cauſa eſt eleuatio vaporum à repletione cauſatorũ, & minor quia in vertigine magna homo nõ ſe ſuſtinet, ſed ad terrã cadit, vel declinat. in hac autem nõ cadit. Et q ſit ſpecies vertiginis quod hic voluit Auicẽ. audi Raſis primo cõtinẽtis ſecundo capitulo. vbi loquens de vertigine & ſcotomia ait. Dico q hic morbus euenit cũ diſpoſitione defectionis. i. laſſitudinis in corpore, & pcipue i ſuperiori parte eius, & tendunt̃ venę, & oculi apparent rubei, & multiplicantur in eo halices & oſcitationes. Et iuuat in hoc morbo ſecundum q fui expertus irrorare aquam frigidã ſuper caput, & dare in potu aquam niuis, & prouocare ſomnum. Et dixerũt qdam q acorus eſt valde bonus, & infra. Et iuuat coriandrum cum zuccharo, & cõſtringere manibus &c. Nam ibi inuenitur tota ſentẽtia Aui. In hoc capitulo hoc addidit ꝑpter incredulos.

CVRA. Ordinatio dietæ. Euacuatio materiæ. Diuerſio. Confortatio capitis vbi à ſanguine fiat. Iſti canones quãtum ad eorum cõplemẽtum patent ex cõplemẽto canonum de ſoda ſanguinea. Si ex cholera quatuor proportionaliter ſeruent̃, vt patet de ſoda cholerica. Et addatur quintus ſi eſt neceſſarius digeſtio materię. Quòd proportionabiliter de phlegmatica, & melancholica dicendum. Acoro ineſt proprietas remouendi alue ſi maſticatur aut in puluere detur. Et ſi adhuc fuerit ex cauſa calida magis aut frigida. Item aſſumptio coriãdrorum cum zuccharo &c. frigida acetoſa, de qbus de ſoda per cõmunitatem. Item facta purgatione ſi ex phlegmatica fuerit materia cõferunt balnea, & ſumme naturalia, & artificialia, de quibus infra de paralyſi.

## De incubone. Rubrica. XIX.

INcubus eſt ęgritudo in qua homo ſentit, cum ſomnũ ingredit̃ phantaſma graue ſuper ſe cadens & comprimens ipſum, & angitur eius ſpiritus, & interſecat̃ vox ipſius, & motus, & fortaſſis pręfocat̃ ꝑpter pororũ oppilationes, & cum ab ipſo ſeparatur excitat eum cito. ἐφιάλτης grecis incubus, & in cubo latinis dicitur q. a Themiſone alio nomine πνιγαλίων, a ſuffocãdo nimirũ. nuncupatur.

CAVSAE cuius ſm plurimũ eſt vapor materierum groſſarum ſanguinearũ, & phlegmaticarum, aut melancholicarum eleuatus ad cerebrum cito, & eſt anteceſſor epilepſię aut apoplexiæ, aut maniæ. Et vt quidã dicunt incubus eſt nomen dęmonis, cuius cauſa eſt frigiditas capiti occurrens ſubito dum dormit comprimens & oppilans, aut nimia repletio cibi aut potus ad quam ſequitur ſomnus, vapor corruptus à vaporibus reſolutis oppilans, & aggrauans cerebrum, & cor. & ideo qa primo deficiunt in extremis videt̃ patiẽti q illud phãtaſma incipiat aſcendere à pedibus, deinde paulatim occupat totum ſm q vapores plus aggrauant, & ideo loquunt̃ mugiendo petentes auxilium, & ſunt toti perterriti propter ſarcinam aggrauantem. i. fumum corruptum oppilanteꝫ & obnubilantem ſpiritum, qui fumus aliquãdo eſt à ſanguine aliquando à phlegmate, aliquãdo à cholera groſſa, aliquando à melancholia.

SIGNA ex relatiõe infirmi vel patiẽtis nota ſunt.

Signa prognoſtica, cui incubus frequenter euenit niſi medicet̃ neceſſario incurret aut epilepſiã, aut ſpaſmũ, aut paralyſim, aut morteꝫ repentinã. Quòd ſi cõtingit in vigilia eo deterius, & ſi poſt excitationeꝫ ſudabit ſudore frigido, & ſit cum tremore cordis peſſimum eſt.

CVRA, ordinatio dietæ. Digeſtio. Euacuatio. Capitis confortatio.

Dieta ordinanda ſm exigentiam humoris, & peccans humor vt ſupra digeratur &c.

Euacuatio ſi à ſanguine phlebotomia. Si alius humor euacuatio cũ ſolutiõe. Dixit tñ Auic. Cura eius ẽ phlebotomia, & ſolutio vẽtris cum eo q totum humoreꝫ educit.

Confortetur caput ſi eſt à frigore cum calefacientibus notis ſupra de ſoda phlegmatica. Et ſcito q cõtinuatio aſſumptionis granoꝝ peoniæ eſt de maxime appropriatis conferentibus & pręcipue in cauſa frigida. Nõ protelaui ſermonẽ in hac parte quæ à vulgo dicit̃ vetula de nocte incedens & calcans. & arabice albe tile, cum hæc ſit ſæpe epilepſia parua ſiue imperfecta. & ideo cura epi-

lepſiæ eſt eius cura. de qua hic infra ſtatim. tamē ſi à materia phlegmatica detur mane & ſero electuarium de gēmis. Et ſimiliter ſi à melancholica vel de alijs cordialibus. vt infra & ſupra capitulo de melācholia. poſt cuius aſſumptionem bibat aquam peoniæ. Item laudatur quod eſt optimū acceptio bis in hebdomada de theriaca. verbi gratia theriace. ʒ. i. cum aqua peoniæ. Laudatur cauteriū. vt infra de epilepſia. tales habeāt prope ſe amicos q̄ cum eos ſenſerint in paroxyſmo faciant eis fricatiões pedum, & manuum, capitis, & multum fortiter aſpergant faciem eorum cum aqua ro. fri. & ſi ſentiunt in ſtomacho eſſe nocumentum prouocent vomitum īmediate, deinde accipiant poſt diambrā aut aliquod tale cordiale. Credo q̄ ſm plurimum vitio repletionis ſtomachi cōtingit maxime à cauſa intrinſeca, & ideo vomitus eſt quaſi ſemper prouocandus. nam extrinſeco fit cōmuniter à frigore ſubito occurrente capiti.

*De epilepſia.* *Rubrica.* XX.

Ἐπιληψία grecè, latinè de paſſa ..., vel morbus tū comitialis, tū ſacer vel magnus, nā ſacrū greci p magno vſurpāt, tū Herculeus, tū Lunaticus, tū infantilis, vel puerilis, tū etiam ſonticus, barbaris autē caducus, & peditos.

Oues epilepſiam ſentire.

EPilepſia eſt ęgritudo prohibēs membra animata ab operationibus ſenſus & motus in erectione nō integre, cuius cauſa ſm plurimū eſt phlegma, ſiue groſſa ventoſitas aut vapor oppilationem faciens non completam in ventriculis cerebri, & maxime in anteriori. Et dicitur non integre, quia omnino non phibentur à ſenſu & motu vt apopletici, imo cadentes in terram ſe mouēt & reuoluunt vt vidi & ſemi eleuant ſe. & de iſto in dubijs. Dicitur ſm plurimū, quia à ſanguine vel vapore ſanguineo fit. aliquādo à melācholia vel vapore eius. aliquādo à cholera vel vapore eius & hoc raro. vt Auic. capitulo eodem. Vnde Auicē. auctoritate Hippo. dixit. Plurimæ oues patiuntur epilepſiam, cum anatomizantur in cerebro earum inuenitur humiditas mala fetida. Et ideo dixit. Epilepſia plurimū accidit à phlegmate. vñ prius & magis à phlegmate. Secūdo & minus à melācholia. Tertio & rarius, & minus à ſanguine. Vltimo & rariſſime à cholera. Et quidam dicunt illam quæ eſt ex phlegmate eē veram. quæ vero ex alijs humoribus eſſe nō verā. Item poteſt fieri à mala qualitate ſimplici cauſa aut mordicatiua, aut venenoſa. nam cerebrum taliter ſentiens nocumentum cōtrahitur vt à ſe ipſum expellat, & in tali contractione fit oppilatio ad quam ſequitur prohibitio tranſitus ſpiritus ſenſibilis & motiui ad membra, Secūdo ſequitur & in ipſis membris contractio & ſpaſmus, & epilepſiam quaſi ſemper antecedit ſpaſmus & quaſi ſemper ſenſibilis. Et dicitur quaſi ſemper. quia aliquando fit, vel antecedit inſenſibilis. vt Auicē. de cauſis epilepſiæ. Et dicitur non completā ad differentiam apoplexiæ in qua fit oppilatio completa abſolute vel ſaltem reſpectu debitæ delationis ſpiritus, quia ſi non in debita tranſmittitur quātitate qua membra ſint motui aut ſenſui cōuenientia inſtrumenta, Et dicitur in ventriculis &c. quia licet nocumentū prius appareat in ſenſu viſus & auditus, & in motibus lacertorū, faciei quare prius in ventriculo anteriori ſic nocumentum apparet. Cum alijs etiam cōmunicatur, quia ſi non cōmunicaretur eis tunc non deſtrueretur intellectus neq; motus anhelitus læderetur. Aui. de epilepſia. Et dicitur morbus caducus, quia habētes eam cadunt & pedes inordinate mouent, propter quod dicitur etiā peditos. Et in hoc apparet differētia inter ipſam & vertiginē: quia vertiginoſus ſtat licet obtenebrentur oculi eius, fortis tamē vertigo ſimilis eſt epilepſiæ Auicē. de vertigine. Dicitur & mater puerorum, & eſt hæc ſpecies mala in qua paroxyſmi frequētantur, Vnde Auic. q̄n continuantur paroxyſmi epilepſiæ interficit. Dicitur à quibuſdam ſternutatio. Auicē. vero dixit. Motus ſternutationis eſt quaſi motus epilepſiæ leuis, & epilepſia eſt quaſi ſternutatio multa & fortis. Epilepſia itaq; dicitur ab epi quod eſt ſurſum, & leſis quod eſt lęſio. Multis alijs nominibus nominatur, vt

Vertigo fortis epilepſiæ ſimilis.

morbus ſacer, morbus comitialis. de q̄bus prolixare ſermonem non eſt vtile ad preſens.

C A V S Æ, Et in ſumma cauſæ primitiuæ ſunt illę quæ dicentur ſtatim in canone vniuerſaliſſimo.

Antecedens vero cōplexionalis eſt mala cōplexio totius, aut cerebri frigida & humida, qua generatur vētoſitas groſſa, vel malus humor.

Humoralis eſt ipſe humor ſanguineus vel phlegmaticus, aut cholericus, aut melancholicus in ſtomacho vel alibi multiplicatus.

Coniuncta eſt ipſe vapor vel ventoſitas groſſa, aut mala complexio ſimplex oppilans. Et viaticus dicit q̄ epilepſia fit tribus ex cauſis, aut ex phlegmate, vel melancholia in prora capitis. vel ex ventoſitate groſſa, aut ex alijs humoribus in alijs exiſtentibus membris, vt ſtomacho, matrice, pede, crure, & huiuſmodi.

S I G N A, demonſtratiua ſunt ſpuma in ore, ſubitus caſus, tortio oris, & faciei, & precipue quando eſt fortis tremor ceruicis, & totius dentium conſtrictio, inuoluntaria emiſſio ſtercoris, & vrinę, & ſpermatis aliq̄n & hoc dico quādo eſt fortis. Et nota q̄ in forti & ſi ſpuma abſtergitur iterum venit, in debili autem non. Item non releuantur ex forti citius, ſed bene ex debili & indebili aliquando non cadunt. Et quæ eſt cum prolixitate agitationis, & longitudine releuationis, et difficultate ſpiritus eſt praua. Et ſm horum ſignorum intenſionē dicitur praua, minus praua, & media.

Et in facta vitio cerebri precedit grauitas, & dolor, & tenebroſitas viſus, & ſenſuum aliorum exteriorū malitia, auditus. ſ. odoratus &c. Item & vertigo, & grauitas linguæ, citrinitas in facie, & quia patiens non ſentit nocumentum in alijs membris neque eleuationem vaporum &c. Et de his debet interrogari patiens cum releuatus eſt.

In ea quæ eſt à ſtomacho. fit tremor in ore ſtomachi, & mordicatio, & caſus ſubitus, & nauſea & ſolutio ſtercoris, & exuberatio vrinæ, & alguadi ſiue ſpermatis, & emittitur in amplexu et viſu mulierum, & habet hoc difficultatem non paruam, de quo in dubijs. tremor cordis, ſoda fortis, leuitas epilepſię, ſiue eius remotio: quia cū vomitu ſanatur, & ſignificant eam reliquæ diſpoſitiones ex parte ſtomachi, vt repletio, deſtructio appetitus, & ſic de alijs, & quādoq; interficit, & hoc ꝓpter frequentiā periodorum Auicē. & ibi nota q̄ de ipſa iam dictum eſt in de prognoſticis, & fit cum ſpaſmo.

Quod ſi ex mirach. inflatio in mirach rugitus faciens dolorem, eructuatio acida. & quandoq; fit dolor inter vtraſque ſpatulas poſt cibum paucum, neque quieſcit niſi poſt digeſtionem, deinde redit poſt aſſumptionem cibi.

Si ex hepate cognoſcitur quia ſentitur nocumētum in parte dextra verſus hypochondrium, quia dolor eſt aliquod tale, & paroxyſmus preſentitur ſicut in alijs. Item vrina & pulſus adiuuant ad hoc.

Quod ſi ex ſplene nocumentum ex ſiniſtro dolor grauitas, inflatio rugitus.

Si ex matrice quia retentio menſtruorum, aut ſpermatis, aut effuſio materierum effuſarum ad matricem quam precedunt dolor in pectine, & inguinibus, & dorſo, & grauitas in matrice.

Si ex renibus polluunt ſe in paroxyſmo. Si à veſica mingunt.

Si ex inteſtinis egerunt, & in ipſis membris ſentitur grauitas prius & nocumentum.

Quod ſi fuerit ex alijs membris quia ex pede, digito et huiuſmodi ſigna nota ſunt.

Itē à vermibus ſigna. curſus ſaliuę, & curſus vermiū, & aſcaridum, & reliq̄ ſigna vermiū de q̄bus. 16. capi.

Quod ſi fuerit à vapore, & maxime à cā extrinſeca &

morſu

morſu veſpium, ſcorpionum, & hmõi. ſigna nota ſunt.

Quod ſi fuerit ex cauſa intrinſeca ſentitur vapor.

Quod ſi fuerit ex ventoſitate non eſt grauitas, neque ſpaſmus fortis & ſubito fit, qa eſt velocis motus, & percipitur ſomtus extenſio.

Eius vero quæ eſt ex phlegmate, quia ſpuma eſt multa, groſſa, viſcoſa, alba, paroxyſmus prolixus cum agitatiõe multa. color declinat ad albedinẽ. regimẽ phlegmaticum p̄ceſſit. vrina eſt remiſſa & ſpiſſa cum quadã reſidentia ad modum vitri liquefacti. Et attẽdenda ſunt reliqua ætas, cõplexio, ars & hmõi. Et ſi ex phlegmate ſalſo fuerit erunt accidentia remiſſa.

Signa ex ſanguine. caliditas, & rubedo in oculis, plenitudo venarũ, facies ru. & ꝙ p̄ceſſit regimẽ ſanguineum, cõplexio, ętas, tẽpus veris & hmõi de ſignis ſanguineis.

Quod ſi ex cholera paroxyſmus eſt, breuis, & leuis, & ſpuma tendit ad citrinitatem, & facies ſimiliter, & ꝙ patiens ſit cholericus preceſſit regimen cholericum, & huiuſmodi ex cholera fuit.

Quod ſi ſpuma fuerit modica & liuens, & facies vergat ad liuorem, nigredinem, & paucæ ſint humiditates in oculis, & complexione melancholicus & preceſſit regimen melancholicum, & hmõi erit ex melancholia.

Quod ſi poſt paroxyſmũ patiens rideat & ꝙ faciat ſicut ſtolidus, tunc fuit melancholia ex aduſtione ſanguis. Quod ſi fuerit ex melancholia ex aduſtione cholerę habebit accidentia maniæ. Dicit Conſtan. autẽe Gal. ꝙ quæ venit creſcẽte luna ſignat materiã eius eſſe humidiſſimã, quæ vero decreſcente eſſe eam frigidiſſimã ſed parũ humidam. Quidam medici vt aſtrologi diſtinguunt quatuor ętates lunæ dicentes ꝙ prima quadra eſt ca. & hu. Secunda ca. & ſic, Tertia fri. & ſic. Quarta fri. & hu. Igiẽ quæ laborat de humiditate affligit in prima & vltima ętate, quæ de ſiccitate in ſecunda & tertia.

Lunæ ętates vt diſtiguãtur.

Signa diſtinctiua inter ipſam & apoplexiam habuiſti ſupra, & diſtinctiua iter ipſam & syncopim habebis infra ſecundo capitulo. Et ſcito ꝙ aliqui ſunt qui recordãtur de caſu ſuo & verecundantur. & aliqui non.

PROGNOSTICA aũt nunciatiua epilepſiæ ſunt. Vertigo frequens, obliuio, malitia anhelitus, capitis grauedo, dolor eius, varia incõmoda, ſomnia in qbus videt aquas. Locutio in ſomno, & clamor in eo, & longa narratio. Pollutio nocturna, dolor capitis ex quacunq; ira. Citrinitas in lingua declinans ad albedinẽ. Viriditas venarum linguæ, tumor, cõſtrictio pectoris. Si mulieri pregnanti venit epilepſis fœtu euacuato ſoluiẽ. Si autẽ paroxyſmus fuerit leuis & breuis & poſt paroxyſmum recordetur, ſignum eſt ꝙ curari poterit. Quod ſi fuerit longus grauis & non recordaẽ ſignum eſt difficilis curaſionis, & forte impoſſibilis. Si in capite ſuperuenit morphea alba ſignum eſt curationis. Si autẽ traxerit infans aliquid de epilepſia ab vtero & poſt euomuerit & ſe purgauerit & ſuperfluitates multas expolerit aquoſas ſignum eſt liberationis, ſi non, nõ. Quãdo aliquis eſt generatus tempore menſtruorũ aut ex immundis ſpermatibus vel parentes ſunt epileptici, deinde genitus incurrat epilepſiam talis non videẽ curabilis, quia poſtq̃ eſt ab vtero, & ita ex malis cauſis tam mala complexio eſt cõpoſita, & ideo abſtineant ſe viri à cõiunctione cum muliere menſtruata. Si in quarto ſeptenario quis habeat epilepſiam ex cã priuata cerebri & cõtinuauerit per ętates p̄cedẽtes nunq̃ curabiẽ. nam ęgritudo eſt habituata. Si paroxyſmi epilepſiæ frequẽter venerint, & potiſſime in ſene periculum eſt mortis, & cum frequentanẽ paroxyſmi in infantibus raro euadunt, & diciẽ tunc mater puerorũ. Si vis ſcire ſi epilepticus eſt curatus ſuffumiga ipſum cum cornibus caprarum, ꝙ ſi non cadit curatus eſt. ſi cadit non eſt curatus. Item nota apho. epilepticorũ iuuenum infra in fine capituli & in ſequẽti, quia nonum quinte &c. & tu ibi.

Meſtrua in coitu vitãda.

Hæc ægritudo rariſſime curaẽ niſi in pueris. Et quãdo ex malo peruenit regimine, & ideo caue à liberationibus promiſſis. multi enim qui ſic p̄miſerunt deluſi permãſerunt. Nam Gordonius dicit ſe nõ potuiſſe attingere ad ſanitatẽ alicuius, cum tñ ipſe fuerit diligentiſſimus & patiẽtes obediẽtiſſimi niſi in altero duorũ caſuũ. & ideo &c.

CVRA. In cura igitur hmõi horridę paſſionis ſic procedam, quia primo ponam canones obſeruandos in ętate tenera in qua cõſueuit hæc paſſio plurimũ accidere. Secũdo ponã canones in alijs ętatibus tenendos. Primum ponendo curam de eo vt eſt talis per eſſentiam. Secundo vt eſt talis per cõmunitatem.

Quantum ad primum ponitur primus canon vniuerſaliſſimus ambabus ętatibus & eſt cuſtodire ſe à cauſis eam mouentibus aut facientibus quæ ſunt ſtatio nimia ſub ſole, & ſpecialiter omnis nimia capitis ſupcalefactio ſub radijs lunæ. Et omne exceſſiue infrigidans multitudo pluuiarum, flatus venti meridionalis, & ſeptẽtrionalis ſimul. Odorum etiam bonorũ multiplicatio, & odor malus, vt pellium caprarum atq; vngularum cõbuſtarum. Intuitus rerũ ab alto & circulariter motarũ. Aſſumptio rerum generãtium ſanguinem vaporoſum & feculentũ, & tenebroſum, vt vinum feculentum, & antiquum, & nouum quod non eſt clarificatum & potus eius puri, & hic ſermo ſpeculationẽ habet. Lentes, apium, fabę, cepę, lac, dulcia, pinguia multum, & omne groſſum inflatiuũ. omne calidum, acutum, frigidum, & ſtypticum. Itẽ comeſtio hepatis hirci & olfatio eius. Item galbanum, cuius cõtrarium ponit Auic. ſecundo cañ. p̄prio capĩo. vbi dicit: ꝙ quando epilepticus ipſum odorat remittit, diciẽ ꝙ in declinatione confert in alijs tẽporibus nocet eſt ſolutio aggregatoris, ſed tu cõſidera. Item odor carui vſti & hmõi calida, qm̃ diſſoluunt humiditates, & eas fluere faciunt in origines neruorũ: & ſic oppilant. Repletio nauſeatiua. nauſea indigeſtiones. Exercitium ſuper repletionẽ & dimiſſio eius. Longitudo moræ in balneo. balneum ante digeſtionem. effuſio aquæ calidæ ſuper caput. Coitus plurimus, & maxime cibo exiſtẽte in ſtomacho. accidentia animi fortia, & triſtitia, timor, ira, & auditus magnorum ſonorum, vt vocum tonitrui.

Auicẽna notaẽ.

CVRA particularis exigit canones particulares. & ſunt. Primus ordinatio dietæ. nam ſi in regimine ipſorũ ſit rectitudo remouẽ, & ſi nõ, remanet, & oportet qdem vt ſtudium impendaẽ ab eis ante pubertatem Auic. proprio capitulo. Secundus euacuatio materię. Tertius diuerſio. Quartus capitis confortatio. Quintus adminiſtratio rerum ad extra quæ proprietatem famoſam habent in hac paſſione.

Primus igiẽ canon perficiẽ cum cibum non accipiunt vt rectificeẽ regimẽ nutricum, vt qa ſe & in his quę puero pertinent abſtineant qbus lædi põt puer. Iam enim dictum eſt in canone vniuerſaliſſimo. vtaẽ itaq; bonis & laudabilibus nutrimentis temperatis: vt inde bonus generetur ſanguis. Vinum vitent vt poſſibile eſt & coitum omnino, & in ſalſucijs apium, nuces, & auellanas, & ſynapi. Hoc itaq; lacte nutriaẽ puer & in ſumma lactans ſit pro poſſe optime complexionis & bonorum morum, & bene nutrita abſtinens ab his quæ dicta ſunt.

Secundus perficitur cum adminiſtratione clyſteriorũ, & ſuppoſitoriorũ. Nam exiſtentibus vnius anni & minoris temporis imponi poſſunt, & imponi facio: vt Recipe violarum, mercurialis, ſaluiæ. añ. ʒ. iſ. hierepi. ſale & oleo cõmunũ, Item aliquãdo impono radicem peoniæ.

Clyſteris i pueris vnius anni, ac etiã minoris tẽporis.

Itẽ fiant ſuppoſitoria ex melle ro. puluere hierepigrę, cũ puluere radicis peonię, & cõtinueneẽ hæc enemata vt poſſibile eſt. & ſimiliter ſuppoſitoria. nam quandoq; ita plorant & agitantur vt ex hoc maius ſequaẽ nocumentũ.

Item detur quãdoq; lactanti de hierapigra aut pilulæ vt ex hoc fiat lac ſolutiuum aut aliquod aliud ſolutiuum appropriatum vt infra. Item cõpletur canon ex adminiſtratione rerum faciẽtium quolibet materiam à capite exire. vt ſunt ſternutationes faciles maxime qñ anteceſſit euacuatio alia notabilis. Item caputpurgia leuia de qbus in de ſoda phlegmatica, & cholerica. Valebunt & pedum lotiones cum flore camomillę cum modico lauri in aqua factæ.

Quartus complet cum ſacculis, lotionibus capitis factis ex ſticados, rutha, radice peonię ro. & hmõi vt inde expoſtulabit, de quibus infra ad plenũ. hoc ſimili canone ex quibus fiant cerotaria &c. vt infra. Laudatur hoc loco permaxime odor ruthæ, & linitio narium, facta ex ſucco eius cum modico puluere peoniæ. & ſimiliter linitio ex aniſo facta. Item ſuccus ruthæ, cum modico aſſæ. Item hyſſopus, pollium montanum.

Quintum complebo. collaudat etiam à magiſtris noſtris qui fuerunt Chriſtiani. Si collo geſtentur verſus hi ſcripti cum optima deuotione omnipotentis &c. à morbo iſto ſoluunt.

Carminum ac verbo⁊ ſumma vis.

Gaſpar fert myrram thus Melchior: Balthaſar aurum.
Hec tria qui ſecum portauerit nomina regum.
Soluitur à morbo Chriſti pietate caduco.

Etiam ſi dicant in aure eius qui cecidit cũ Pater noſter & aue Maria, & deuote ſtatim reſurgit. fides tua te ſaluũ fecit. Item diuina ſic amplians colens ſic operet. Ieiunet patiens ſi poteſt pater & mater parentes eius aut amici quotquot habere potuerit, & etiam iſti pro patiente ſi nõ eſt habilis tribus diebus, deinde audiant miſſam in eccleſia. etiam ſi ſacerdos confeſſus bonę fidei & Dei amicus, & ſuper patientẽ legat Euangeliũ quod legitur poſt feſtũ ſanctę Crucis. vbi dicit. Spumans & ardens, & hoc gen⁹ dęmonij nõ eijcit niſi cum ieiunio & oratione, deinde eo lecto ſacerdos eum fideliter ac deuote ſcribat, & patiens ſup ſe portet & liberabit deo Ieſu cooperante. Item laudat ȝona facta ex corio capitis & caudę lupi. itẽ ex corio aſini. Item os capitis humani ex parte anterioris capitis pulueriȝatũ. Item collo ſuſpendatur radix peonię. nam quãdiu remanet non reddit imo cõpertum eſt eius ablatione redire. Auicẽ. ſecũdo cano. de peonia. Similiter cõfert pyretrum collo ſuſpenſum. Similiter corallus appenſus collo. Item dens lupi caninus ſuſpenſus. Item ſmaragdus lapis. item oppopanacũ. Item cõfert cauterium de quo infra. Geſtent peoniam collo & ex decoctione bibãt radicis ei⁹ addito modico mellis. Sanati etenim ſunt plures pueri ſeptem aut octo anno⁊ & infra. Placẽtinus. Itẽ det puero quotidie cũ lacte aliqd diamuſci aut pliriſarcoticon, & eſt ſingularis medicina maxime qñ habent frequentationem paroxyſmo⁊. Raſ. Multa talia poni pñt quę etiã ꝓuecta ętate cõferunt. Vnde nũc enumerabo illa ſimplicia & cõpoſita quę oĩbus epilepticis indifferenter conferunt, ex qbus eligat operãs quę ꝓpoſito ſuo cõgruẽtia erunt: ſed tñ prius eos enumerabo canones in cura neceſſarios iuxta promiſſa in principio tractatus.

CVRA qñ eſt talis per eſſentiam ſex cañ. obſeruat. Primus ordinatio diętæ. Secundus digeſtio materiæ. Tertius euõ eiuſdem. Quartus diuerſio. Quintus cõfortatio capitis. Sextus correctio accidentium.

PRIMVS perficitur ex parte aeris & aliorum vt declinent ad contrarium cauſæ. vt ſupra de aere. Tñ ſcito ꝙ in hac paſſione multum cõfert mutatio eius, nam ſæpe diſſuetus morbum permutat. Meſ. de epilepſia. Item reuerſio ad conſuetum. idem. Alia ex parte aeris notãda tacta ſunt de ætate tenera.

Cibus ſit ex bono & laudabili nutrimento. de quo ſupra tertio tractatu. cõmenſuratus qualitate & quantitate & ordine, & eligatur qui ex proprietate confert vt rutha, hyſſopus, & de his ſtatim.

Vinum lymphatũ odoriferũ &c. cũ cõditionibus dictis hydromel tamen eſt potus eis elegantior. Meſ.

Somnus & vigilię ſuperfluę nocent. ſomnus ſuper ſatiem factus eſt malus. & ſimiliter ſupra ſatietatem, ſupra nauſeam. Coitus nocet vt plurimũ. Et dicit vt plurimũ qa coitus qui eſt factus ab eis qui vltime abſtinẽt. ſi moderatus ſit fortaſſe ſanat. Meſ. de moderatione coitus ſupra ſecũdo tractatu in principio. Item cõuenit in his quibus accidit epilepſia ipſius, vt ſunt religioſæ, viduæ, virgines &c. Alijs vero vehementer nocent.

De exercitio & quiete cum accidentibus dictum eſt, debet etenim in his omnibus eſſe contemperies.

Anteq̃ ad ſecũdum deſcendam enumerabo multa quę in hac valent paſſione. vt ſunt acetũ ſquilliticũ. Amygdala amara. Aniſum. Aromaticũ muſ. Meſ. Artemiſia. pilulę ex ea factæ. Betonica. Borago. Berberis. Blanca confectio Ni. Coagulum leporis columbi. Cicera ru. Confectio de muſco Meſ. Corallus. Diacaſtoriũ Nico. Ficus ſiccæ & humidæ. Filipendula in cibis ſumpta. Os hoĩs. Maiorana pręſertim facto ex ea caputpurgio. Peonia. Pilulæ indæ in cura ſodæ melancholicæ. Potio ſancti Pauli. Portulaca. Pulegiũ. pliriſarcoticon Ni. Roſmarinus, Rutha. Saluia. Smaragdus lapis. Sticados. Nux muſcata. Violæ purpureę, & maxime in pueris. Vnguẽtũ de bdellio, & de baſilicon Meſuę. ii. deſcriptiõe. hirũdo exuſcerata ſicca vel aſſata.

SECVNDVS perficit cum ſyrupis dictis ſupra de ſoda, vt eſt de ſticados. ſyrupus de hyſſopo, oxymel ſquilliticum. Sed hic nota ꝙ etiam laudatur acorus, origanum à Meſ. hoc capitulo. Et ſyrupus de abſynthio laudatur ab Auicẽ. hoc capitulo. Et credo ꝙ ipſe intelligat de ſolutiuo poſito quinto cañ. tractatu ſexto. ſed ibi plures ponit deſcriptiones, & tu conſidera. Eligãtur itaq; ex eis quę ꝓpoſito ſuo cõuenientes iuxta materiam peccantẽ addendo quæ à ꝓprietate &c. vt ſæpe ſupra.

In phlegmatica Meſ. Recipe hyſſopi ſiccæ. ʒ. iij. paſſularum enucleatarum. ℥. ſ. coquantur in lib. ij. aquę pluuialis vſq; ad conſumptionẽ medietatis. detur cum oxymelle ſquillitico omni mane vſq; ad. xv. dies. deinde reitera interponendo euacuationes, & tempus. eſt enim mirabile maxime in phlegmatica. Item Reci. ruthę, ſaluię, maioranæ, hyſſopi. ana. M. ſ. radicis ireos, acori, ciperi, ſquillæ, ameos, viſci quercini, polij, origani, calamenti, ariſtologiæ. ana. ʒ. ij. ſeminis aniſi, marathri, ſiſeleos, baſiliconis, peoniæ. ana. ʒ. ij. liquiritiæ mundatę, paſſularum enucleatarũ. ana. ʒ. j. florum anthos, ſticados, radicis fæniculi, bruſci. ana. ℥. ſ. abſynthij: ſucci fumiterrę. ana. ℥. j. ſ. cum melle & zucchato ſufficiẽtibus. fiat ſyrupus & acetoſetur cum aceto ſquillitico, & propinetur cum decoctione peoniæ, ruthæ, nucis muſca. Et ſi cupis caliditatem reprimere addas ſcariolam, ſemina cõmunia, coriãdri. ana. ℥. ſ. ex his omnibus: vt patet fieri poteſt ſyrupus. Similiter ex aliquibus eo⁊ tñ vt placebit ex ſcriptis. In primo canone habet modus compoñdi de nouo, & etiã ſyrupos magiſtrales compoſitos. Sed de ſticados maxime cõmendatur hoc caſu Meſ. Exemplum. Reci. ſyrupũ de ſticados. ℥. j. ſ. acori, paſſularum enucleatarum, nucis muſca. cinnamomi &c. hæc decoquãtur, & cum hac decoctione detur ſyrupus.

In melancholica valent ſyrupi dicti ſupra de ſoda melancholica, addendo quę à proprietate valent in epilepſia de alijs. Tamen vt copioſiores ſimus. Recipe radicũ fęniculi, graminis, ariſtologiæ, hyſſopi, ruthæ, peoniæ, polij. ana. ℥. j. ſucci boraginis, ſucci ſcabioſæ, ſucci fumiterræ. ana. ℥ v. ſeminis peoniæ, ſeminis ruthæ, viſci quercini, epithimi, foliculi, ſenę, polypo. flo⁊ ſticados. ana. ℥. iij. mellis ro. lib. j. zuc. ℥. viij. fiat ſyrupus.

Item à cauſa calida raro euenit,& maxime à cholera digeſtiua.tamẽ in cauſa ca.de ſoda cõueniunt addendo peoniam,rutham &c. quæ à proprietate conferunt. vt ſupra.

Alius ſyrupus.℞.endiuiæ, ſcariolæ, lactucæ, coriandri, & citrac.ana.ʒ.iij.ruthæ,peoniæ,hyſſopi,polij,abſinthij.ana.ʒ.j.ſucci fumiterræ.ʒ.vj.ſeminum ruthæ, peoniæ. ſiſeleos,ſeminum quatuor frigidorũ.ana.ʒ.j.mellis & zucchari quantum ſufficit. fiat ſyrupus. iſta tamen omnia vt dictum eſt de ſoda oportet moderari ſecundum proportionem mixtionis materierum adinuicem, vt cõmiſcendo frigida digeſtiua cum calidis plus & minus.

TERTIVS perficitur cũ ſolutiuis dictis de ſoda proportionaliter ſuæ materię,addendo ea quæ à proprietate dirigunt illa ſolutiua ad caput,& ipſam reſpiciũt paſſionẽ. Vnde Gentilis in phlegmatica poſt exhibitionem ſui ſyrupi dabat.℈.iiij.huius mixtionis.℞.lapidis armeni, lapidis lazuli præparati ſecundũ artem.ana.ʒ.j.colloquintidagri.correcti,elleborini.ana.℈.j.ſpicæ.℈.j. epithimi.ʒ.ij.hieralogo.ʒ.ſ.miſce cum modico aquæ mellis,& iterũ redeat ad ſyrupũ.Dabat pro confortatione electuariũ regum. Tamẽ eſt forte ſolutiuũ quo vti oportet cum diſcretione. Et pilulæ cochiæ.quarũ deſcriptioni addatur peonia,tum muſ.& ſtęcados.Item electuaria ſolutiua de ſoda phlegmatica. Cõſimiliter dicaẽ in melancholica & in cũ ca.Nõ me multũ extẽdo quia res clariſſima eſt. & tu omnia illa cõſidera. Clyſtere in paſſione hac conferens. ℞. ſtęcados,hyſſopi,abſinthij.ana.M.ſ.pulpæ colloquinti.ʒ.ij.cartami.ʒ.iiij.centaureæ.M.j.olei liliorum alborum.ʒ.j.ſ.Fiat clyſter. Aliter.℞.radicũ ireos.ariſtol.ro.ana.ʒ.ſ.centaureæ minoris,menthæ,abſinthij,anethi,ameos, carui,ſeminis baſiliconis.ana.ʒ.ſ.ſeminis peoniæ.ʒ.j.ruthæ,hyſſopi,polij,maluę,bliti,mercurialis.ana.M.j.furfuris pugillũ.j.olei ruthacei.ʒ.iij.ſalis cõmunis.ʒ.ſ. hierepi.ʒ.j.cum aqua &c.fiat clyſter. Notandum tamen q̃ iſta ſunt calida multum.vnde oportet attendere multum ne adſit feb.& ipſa poſſumus moderari cum feb.vt ſupra & ex his pauciore accipere poſſumus vt placebit. Et pro alijs clyſterijs recurre, vt ſupra de ſoda , & infra de paralyſi,& etiam de apoplexia.

Canon aduertendus q̃ tales epileptici ſunt ſexies in anno purgandi,bis in vere,bis in autumno, ſemel in æſtate, & ſemel in hyeme.

Et pro euacuatione aliorũ humorũ à phlegmate recurras.ſupra de ſoda ſuo loco vt te inuitat materia. Fiãt deinde factis purgationibus ſternutatoria,caputpurgia, maſticatoria,gargariſmata,pro quibus,ſupra de ſoda ſuis locis.& cap.de apoplexia, ita tamen vt ſuperaddaẽ peonia, rutha, vel aliquod tale appropriatum. Item notandũ q̃ ſyrupum de ſtęcados poſſumus facere ſolutiuum,& ſimiliter ex pluribus rerum appropriatarum addito aloe, aut agarico cum modico ſcamoneæ poſſumus conficere electuaria ſolutiua,pilulas & huiuſmodi.quæ relinque induſtrie operantis.

Reſtat nũc vt de phlebotomia loquamur.Canones ſeruandi ſunt quatuor. Primus q̃ epilepticus non ſit debilis cerebri. nã ex phlebotomia amplius debilitaretẽ. Secũdus nõ ſit frigidi cerebri quia ex ea magis infrigidatur. Tertius q̃ ſanguis ſit peccans aut ſi ſit alter humor q̃ ſit ſanguini cõmixtus. Quartus q̃ ſtante repletione vniuerſali ẽt ſi materia fuerit frigida fiat phlebotomia.hi etenim ex Aui.colligunẽ de cura eius. Cũq; perueneris ad eam faciendã incipe à ſaphena,deinde ꝓcede ad cephalicã,deinde ad venas quæ ſub lingua ſunt. Iſtum tamẽ canonẽ velis moderari cum canonibus poſitis,ſupra de ſoda ſanguinea.& bene ad eos aduerte,& intelligẽdo hãc debere fieri ante vel poſt paroxyſmum ipſis exiſtentibus in bona diſpoſitione.Quidã etenim vt paſsionarius dicit phlebotomẽ in ipſa acceſsione qđ credo intelligendũ attẽtis canonibus poſitis hic,& ꝓcipue materia exiſtente ſanguinea.

Sed viũ vehemẽter cõſidero, quod ex Alexandro legi viro authentico cui plurimũ fidei attribuendũ eſt.qui inquit.De phyſicis ligaturis in epilepſia.Archigenes autem ſic præcepit dicẽs.Poſt cõmotionem paſsionis cõſtringi oportet oẽs partes & quẽadmodum in periodicis horrorem,aut frigus patientibus totius corporis oleo membra perungentes infundimus manibus,recta facies quæ ſe torſerunt membra,et mediocriter malaxamus oculos eorum ad quietudinẽ adducentes, deinde eum phlebotomamus de brachio aut ſuper manum. Cum ergo pauſauerit vngendus eſt totus.& calefaciendus eſt pannis caput nõ multo oleo infundentes.faciunt enim hęc pro gariepento,ſiue paſsionario.& tu conſidera.

Quòd ſi phlebotomia fieri non poſſet,aliqua ex cauſis ſupra de ſoda ſignatis, fiant tunc vẽtoſationes crurũ, deinde ſuper loco vbi collum iungitur craneo,vel ſuper ſpatulas vel ꝓuocatio mẽſtruorum vel hæmorrhoidarum.

QVARTVS cõpletur cum fricationibus factis fortibus aut leuibus diſcretioni operãtis incipiẽdo ab humeris , pectore , ventre, & ſic deſcendendo ad coxas, tibias,& pedes. Vltimo vero in ipſis factis in capite. De diuerſionibus alijs dictum eſt de ſoda ſæpe.& tu ibi.

QVINTVS pꝛeficiẽ cum omnibus his quæ caput cõfortant dictis de ſoda,& tu recurre ibi ad illa ut materia exigit additis quæ à proprietate valẽt, vt peonia,rutha,pĩretrũ, & huiuſmodi. Et conſimiliter de frigidis de q̃bus dictũ eſt. Et maxime laudaẽ bolus ar.Nõ enim hic multũ inſiſto qm̃ in fine capituli multa ponã compoſita in hac paſsione valentia,& ab auctoribus approbata.

SEXTVS compleẽ cũ his q̃ iuuãt epilepticum ad eius citã eleuationẽ & paroxyſmi abbreuiationẽ. Valẽtia in hac ſunt fricationes extremitatum. Cõtorſiones digitorum ſi tolerat ætas & virtus. Itẽ ſternutatoria & ꝓſertim cõferunt & ſubito ſi eſt per cõitatẽ.Si vero fuerit p eſſentiã nõ ſecure fiunt niſi præcedẽte euacuatione. Si tñ cognouerimus eã eſſe debilẽ, & ex vapore, & vẽtoſitate groſſa, & nõ eſt cum humore poterũt adminiſtrari tutius adhuc vero ꝓcedẽte euacuatione. Itẽ inijciaẽ in naribus eorũ ſuccus ruthę cũ caſtoreo aut ſeparatim cõferunt mirabiliter. Cõfertq; gũmi,ruthę agreſtis & cito. Itẽ cõtere ruthã ſyluestrẽ & contritã ſi naribus & ori imponas ſtatim ſurgit. & plures ex tali applicatione,nõ ſolum ſurrexerũt,ſed etiã curati ſunt,& tene pro ſecreto.quod tñ omnibus propala. qm̃ talia tenere videtur peccare in ſpiritum ſanctum. Itẽ deuotione dicanẽ verſus in aurem ſuprapoſiti. Arcanũ haud vulgandum.

CVRA ſi fuerit per cõitatem tunc ponanẽ canones. Primus rectificatio mẽbri mãdãtis. Secũdus ꝓhibitio ne mãdet. Tertius cõfortatio capitis ne recipiat. Vltra tamen attendendi ſunt canones poſiti de dieta &c.

MEMBRA quæ cõſueuerũt mãdare ſunt Stomachus.Matrix.Splẽ.Myrach. Et materia uermiũ et ab ipſis vermibus frequẽter cauſaẽ. Quare oportet primo ſi eſt à ſtomacho q̃ ipſe rectificeẽ digerendo.euacuãdo.cõfortãdo. Et vomitus eſt ex euacuatiuis optima maxime ſi leuiter fiat. Quòd ſi magis cum difficultate æger vomitum faceret abſtinendũ eſt ab eo.quia vehemẽter nocet ſtomacho & parti ꝓcipue anteriori. Itẽ ſic difficulter factus eſt cauſa fluxus multæ materiæ ad ipſum. vt patet intelligenti. Quibus autẽ iſta cõpleantur vide de diſpoſitionibus ſtomachi infra. Vnde in ſumma digeres materiã & ipſam frequẽter euacues ſpecialiter in anno decies & vltra ſi neceſsitas coget. deinde conforta cum electuarijs,cõfectionibus,vnguentis,cerotarijs, & ſimilibus.

Si vero fuerit à matrice prouocentur menſtrua,aut inducatur coitus, tñ ſemper ſecundum legẽ Dei,vel exciteẽ ſpermã.vt infra de diſpoſitiõibus matricis. Et ſcito q̃ ꝑfocatio matricis cum cerebrum lædit vt cõſueuit &c.dicitur ſpecies epilepſiæ.& qm̃ inducit cordi nocumentum eſt paſsio cordis.præfocatio,vt eſt paſsio matricis.

Si à ſplene, agatur vt de ſtomacho dictum eſt, & ſimiliter ſi à myrach.

Si vero à vermibus expellantur.

Si vero fuerit ex tolerantia famis vnde eleuatus ſit malus vapor dent acetoſa & confortetur ſtomachus cibarijs velociter confortantibus ſtomachum frigidis, ſtypticis, aut temperatis, aut aliter vt videbitur expedire.

SECVNDVS perficit cũ frigidis & ſtypticis. coriãdro et huiuſmodi, ſupra de ꝑ cõitatẽ. Et ſimiliter tertius. coriandrũ tñ non videt multũ laudare Auic. hoc cap.

Quod ſi ex aliquo particulari mẽbro accidere cognoſcemus, ut uerbi gratia ex pede, crure, brachio, digito &c. tunc fiant ligaturæ in hora paroxyſmi. aut ante, ſupra locũ. tunc vero ceſſabit & diminuetur. Itẽ fiant euacuationes vt ſupra. Aut fiant, ſi euacuationes non videbuntur conferre vlcerationes, aut apponantur cauſtica ut ponantur cantarides. per coruinus, ſtercus accipitris aut colũbi aut mel anacardinum, aut cauterium potentiale. Et iſta ita applicentur circa locum à quo eleuantur vapores hi mali vt etiam locus totus comprehendatur. & teneatur apertus locus vlceratus aut cauſticatus quatuor diebus, & vltra, & ſi neceſſitas cogit reiteretur operatio.

Et cõſimiliter in ea per eſſentiam fiat ponantur cauteria in loco qui dicitur bregma, & in duobus cornibus poſterioribus. Et eſt bregma locus ad quem peruenit digitus medius cum extremitas manus extremitati naſi coniungitur & extenditur digitus vt ſupra de ſoda. Et quidam volunt cauterium debere profundari, & quidam vſq; ad almuchatim. Et eſt cauterium de melioribus curis in epilepſia. In alijs vero membris poteſt ſecurius ꝓfundari & erit utilius. Neq; debent iſta applicari niſi præcedente euacuatione.

Bregma

Et quoniã hæc materia ab auctoribus ampliſſime tractatur propter difficultatẽ curæ. hinc volo addere in fine quędã propoſito cõuenientia et efficacia q̃ etiã erũt in parte dictorũ exempla. Sternutatoriũ in epilepſia ex oleo ſem. ruthæ, hyſſopi. caſtoreo. Caputpurgiũ fiat ex maiorana, ſucco ruthæ, aut hyſſopi &c. Odoramenta fiant vt dictũ eſt ex caſtoreo, ſemine ruthæ, peoniæ. Gargariſma ex oxymelle ſimplici, vel compoſito, vel ſquillitico cũ piretro, vel pipere, & aqua decoctionis. Iſta tantũ præcipua ſunt in phlegmatica & aliqualiter in melãcholica. Sed oportet pro alijs moderare addendo frigida cõuenientia vt de ſoda dictũ eſt. Maſticationes ex maſtice puluere peoniæ & piretri. Fiãt pilulę magnę & maſticentur ante cibi aſſumptionẽ. Quod ſi vis adde zuccharũ & diſſoluas maſti. cũ piſtello calido, deinde incorpora. Expertũ etiã maxime in tenera ætate. ℞. oppopanaci, caſtorei, ſanguinis dra. antimonij. ana, fiat puluis ex quo fiant pilulæ cum oxymelle ſquillitico, & det vna, duę, vſq; ad tres omni altera die ſecundũ ætatẽ vel in forma pulueris cũ aliquo liquore a. ℈. ſ. vſq; ad. ʒ. ſ. vel redigat cũ oxymelle ſquillitico ad formã electuarij. Aliud. ℞. ſiſeleos: baccarũ lauri. ana. ʒ. vj. radicis ariſto. ro. peonię. ana. ʒ. iiij. caſtorei, ſquillę. ana. ʒ. ij. cõfice cũ melle diſpumato & da omni die. in hoc cõuenit Aui. Haly. Serap. & dicit ꝙ eſt mirabile. Raſis in experimẽtis medicina cui nõ eſt ſimilis ad epilepſiã. ℞. calami aro. hyſſopi, myrrhę: piperis lon. ana. ʒ. iij. carda. ʒ. ſ. ſpicæ, coſti, ameos ana. ʒ. j. maſticis: carui. ana. ʒ. ſ. cõfice cũ aqua decoctionis ſquinãti. Gal. vero in libro experimentorũ medicamen quo ſemꝑ vtor. ℞. agarici, abſinthij, colloquintidę. ana. ʒ. j. ſ. cõficiant cũ aqua decoctionis aniſi. ariſto. lõ. ro. & melle, & ſumat ex eo quaſi auellana, eſt ſolutiuũ. & ſatis forte quo pueri & delicati non ſic vti poſſunt iudicio meo. Aliud ponit ꝓ delicatis & pueris. ℞. ſquillę, penidiarũ ana. coque & adde pipis lõ. zinz. quãtũ eſt medietas penidiarũ: det à. ℈. j. vſq; ad. ʒ. ij. Aqua peonię omni die potata mirabiliter cõfert. de qua aſſumi poteſt uſq; ad. ℥. v. Itẽ metridatũ ſi cõtinuetur lõgo tp̃e curat epilepſiã accipiẽdo mane & ſero quãdo itur dormitũ maxime tẽporibus frigidis. Aliud. ℞. peonię. ʒ. ij. pẽtafilon. oppopanaci. ana. ʒ. j. lapidũ q reperiunt in ventre hirundinũ. ʒ. ſ. fiant pilulæ cũ ſanguine teſticulorũ agni uel ſucco primulę veris, & accipiant ex eis quinq; pro vice bis in hebdomada, & cõtinuetur lõgo tp̃e & ſanabit ſi Deus voluerit. Itẽ confectio Mahemet quã habuit à Raſi & eſt vltima in hoc. ℞. piretri, ſiſeleos, ſticados. ana. ʒ. x. agarici. ʒ. v. cordumeni, aſſæ, ariſt. ro. aſfodillorũ, liquiri. carpobalſami, peoniæ. ana. ʒ. ij. accipe expreſſionẽ ſquillę & mellis partes ęquales de quibus coctis ad ſpiſſitudinẽ quantum ſufficit ad aggregandũ ea. accipe & recõde in vaſe vitreo. doſ. a. ʒ. j. vſque ad. viij. omni die mane &c. ſed ſemper conſideretur virtus in proceſſu. Peonia in omnem modũ adminiſtrationis eſt maxime conferens in epilepſia ſiue fiat ſternutatoriũ, ſiue gargariſma, aut odoramentum, aut aliquod tale poteſt ingenioſus medicus ingeniari ad conficiendum eius radicem ſicut zinzib. Conſimiliter cõdiatur piretrum vt conditur. ʒʒ. & expertum eſt.

Galeni medicamen.

Iſta volo ſufficiant. nam in hac materia quaſi infinita reperiuntur ab auctoribus hic video paucos & pauciſſimos audiui & legi ex tot et infinitis remedijs curatos eſſe. tamen liberantur aliqui & maxime in mutationibus ætatũ iuxta illud Senis noſtri ſcd'o apho. Epilepticorũ. Cõiter plus credit ppl's in hoc caſu ſignaculis & orõnibus.

Ego autẽ curaui diuina fauẽte gratia vnã mulierem annorum. al. epilepticã ex cauſa particulari quã habebat in crure eius apud genu. Actualiter vero habeo ruſticum xxxvj. annorũ ex cauſa particulari in brachio circa finem muſculi verſus manũ, cui adhibui cãtarides facta purgatione ꝓndũ ad me venit, feci ligaturã vt ſupra de qua immediate ſenſit iuuamentũ, & credens illam ligaturã fuiſſe cauſam ſufficientem receſſit & cum ligatorio proceſſit quatuor menſibus. quibus non ſuperuenit niſi bis paroxyſmus & paruus, ubi ſolebat pluries & pluries accidere, & ei reuenienti appoſui cantarides.

Vltimo in hac materia credo ꝙ balnea naturalia et maxime gutta vel gutta ſuper caput fuſa eſſent maxime cõferentia, & hoc vbi eſſet talis per eſſentiã. Itẽ ingreſſus eorũ vbi eſſet à toto aut à myrach matrice: & huiuſmodi materia ſpecialiter exiſtẽte phlegmatica eſſet cõuenientiſſimum. Item artificialiter facta. Cõſimiliter & in omni cauſa ſecundũ exigentiã peccantis. Et hæc de epilepſia dicta ſufficiãt. Et ſic terminat primũ ca. de diſpoſitione capitis habẽs. xx. Rubricas principales. Circa quod mouent dubia aliqua practicabilia inferẽdo etiã practicabilia & breuia.

DVBIA.

*Dubia tria de dolore capitis.*

VTrum in dolore capitis competat phlebotomia. Arguit ꝙ non. quia in cauſa frigida, aut colerica non cõpetit, iuxta canonẽ quarta primi de phlebotomia. Caue ne ægrũ ad alterã duarũ &c. Et confirmat q̃a amplius infrigidant ꝑ phlebotomiã in cã frigida ut ſupra. ergo. Pro iſto vr̃ Aui. eſſe prima tertij. de cura ſodę fridę ſ illo. Cura autẽ ſodę fridę cũ materia melãcholica.

Ad oppoſitum eſt mens aliquorũ modernorũ p̃cipue Placentini qui eã ſuadet fieri debere in omni dolore ea cã quacũq;, & mouet tali rõne, quia dolor eſt cã attractionis materiæ ad locũ. & talis attractio nõ fit niſi per fluxũ humoris per venas. ergo per phlebotomiã impedit augmẽtum doloris, imo & ipſe diminuit. patet cõſequẽtia cũ maiore & minorẽ dicit voluiſſe Hippo. lxviij. Aph. v. Sect. Dolenti partẽ capitis poſteriorẽ, in frõte recta uena inciſa ꝓdeſſe. quomodo ergo iuuaret illa inciſio niſi ꝑ ipſam fieret diuerſio & euacuatio. Et cõfirmat q̃a in oĩ dolore ex ꝑcuſſione cõcedit. & hoc ideo q̃a ꝑ venas ipſa fit fluxus humorũ ad locum ex quo timet futurum apoſtema. ergo. Nolens multum prolixare rem venio ad ſuccinctam determinationẽ.

determinationem.

Prima concluſio. Gentilis. ꝙ in dolore capitis ex ſanguine aut ex alio humore mixto ſanguini competit phlebotomia. vbi vero non, non.

Secunda concluſio. ꝙ vbi eſſet in toto repletio ſtante dolore ex cauſa frigida adhuc cōpetit, eſt enim euacuatio vniuerſalis humorū ſiue cōis. vt prima quarti. de phlebotomia. & prima tertij. de canonibus curationis ſodæ. Et hoc eſt quod Auicen. voluit allegato cap. dum dixit. ꝙ ſi alij dominantur humores adhuc ab illa incipimus.

Tertia concluſio. ꝙ corpore exiſtente macro, & extenuato, dolore exiſtente ex ſanguine, aut ex humore ſanguini cōmixto non debet fieri phlebotomia quoniam timendus eſt caſus virtutis.

Credo tamen dicendū pro recōciliatione horum uirorum ꝙ phlebotomia dum eſt principaliter intētio ad euacuandū non debet fieri in principio niſi ſecundū cōditiones poſitas ex Gentili. Secundo ꝙ phlebotomia in qua eſt intētio ad diuertendū, aut ad diminuendū multum dolorē, aut futurū apoſtema in principio eſt fienda ex quacunq; cauſa fuerit. Et etiā iſtam concluſionem credo voluit Gentilis & alij. & fuit ſententia ſenis noſtri Hippo.

Sed reſtat cōciliare Raſim nono Almā. cū Auic. Ioan. & alijs. vult Raſis ꝙ in principio fiat phlebotomia ex eadē parte doloris. & Aui. ex cōtraria parte. & Zoar tract. ij. ſui theiſir. Pro iſto videtur etiam allegatus apho. Præterea in dolore apoſtemoſo facimus ex contraria parte.

Pro his dicendum ꝙ Auic. & cæteri loquuntur de diuerſiua. Raſ. vero loquitur de euacuatiua vbi, ſcilicet iā ſit fluxa materia ad locum, & nō amplius fluit. aut ubi materia fluens ſit ita pauca ꝙ ex phlebotomia fiat euacuatio & diuerſio ſi per venā cephalicam. ſed hoc menſurare arduū eſt et dubioſum. ideo ab Auic. non diſcedamus, quia
Auicen. artifex ſumme rōnalis. fuit artifex nimium rationalis. Aliter reſpondetur. prima cōcluſio. quod in omnibus ægritudinibus quæ fiunt à diaphragmate ſuperius ſtāte plenitudine debet fieri phlebotomia ex parte oppoſita. Secunda concluſio. ꝙ pauca exiſtente materia fiat ex eadem parte Gordonius. hec ſunt multa argumenta quæ litigioſa relinquo, ſolum ſanitati humanorum corporum intendens.

V T R V M lac ſit capiti applicandū dolore exiſtente à cauſa calida. Et videtur ꝙ ſic. ex Auicen. prima quarti. de dolore capitis. Si virtus fuerit fortis mulge lac caprinum, ſi debilis lac humanum.

In cōtrariū eſt ipſe Auic. de canonibus curatiōis ſodę.

Notandum ꝙ lac prohibet ab auctoribus, quia timet vt ſui viſcoſitate & groſsitie oppilet poros capitis, & prohibeat etiam ſolutionem vaporum. Et iuxta hoc cadit difficultas de oleo roſ. quod ab omnibus indifferenter laudatur. Propter quod dicendum ꝙ vbi ſit virtus debilis & non potens reſoluere lac applicatum quod nullo modo debet applicari. ꝙ ſi fuerit fortis poteſt applicari ſecure. nā multum iuuat ſua frigiditate & humiditate & præcipue humanum propter ſui conuenientiā, ſed hoc remanet in diſcretione medici. Et ideo quia multa ſunt in pera diſcretionis medici reſeruata accidit controuerſia inter duos vel plures medicos non in æquali diſcretione vnitos. Et conſimiliter arbitror dicendum eſſe de oleo & quocunq; alio oppilatiuo applicato. Propter quod notandum ꝙ leuis pectinatio & fricatio cōpetit antequam fiat ſecunda applicatio iſtorum infrigidantium lactis, ſcilicet aut olei &c.

V T R V M acetum cōpetat in omni dolore capitis maxime cum per ipſum quærimus repercuſsionē fieri.

Quod nō. quia acetū ſui mordicatiōe addit in dolore capitis. vt Gal. de cephalalgia. Et pro iſto eſt textus Aui. de canonibus curationis ſodę. vbi inquit. Cum autē curas apoſtemata calida oportet ut incipias prius cū eo quod expellit quod fuit ex infrigidātibus prædictis mixtis cū aceto & aqua roſ. niſi illic fuerit dolor, tunc enim aliena acetū.

In contrarium eſt quaſi cōmunis auctorum ſententia.

Teneantur hæ cōcluſiones. Prima ꝙ in forti dolore in principio apoſtematum alienandū eſt acetum. Hanc volunt rationes ante oppoſitum.

Secunda ꝙ multa exiſtente materia in principio acetum & quodlibet purę repercuſsiuū eſt alienandum. nam tunc augeretur dolor, vt patet intelligenti.

Sed ſtatim dicit aliquis. Auic. poſt auctoritatē allegatā dicit. Et cadat adminiſtratio olei roſ. infrigidati ſufficienter, non tamen ſuperflue conquaſſati cum aceto multo.

Dicendum primo. ꝙ litera ſecunda nō continuatur cū prima. & ſecunda ponit exemplum. ꝙ dolor non eſt vehemens. Secundo dici poteſt ꝙ ſi cōtinuatur tamen ſequēdo ponit crocum & aliqua calida quæ contemperant aceti frigiditatem atq; eius mordacitatem.

Sed diceret etiam aliquis Auic. & cæteri auctores quādoq; dicunt ꝙ de aceto debet poni multum, quandoq; dicunt ꝙ paucum. quomodo hoc comprehendam ꝙ multum & paucum ponere debeam?

Dicendum ꝙ quinq; debet medici prudētia cōſiderare in hoc caſu. Primo acetū ipſum. Secūdo capitis habitudinem ſiue corporis. Tertio materiā. Quarto accidentia. Quinto dolorem. Ex parte primi, quoniam de aceto acuto minus, & de minus acuto plus. Ex parte ſecundi. ꝙ ſi caput ſiue corpus fuerit poroſum, macrum, aut tenerum vt puerorum minus. ſi fuerit denſum in poris groſſum plus. Ex parte tertij ꝙ materia exiſtente calida plus. Ex parte quarti. quoniam in apoſtematibus calidis minus, vt dictū eſt. Ex parte quinti. quia in vehementi dolore minus ſumma, tamen eſt medici extimatiua. Communiter ponitur aceti quarta pars, vt ſupra de ſoda. Alexander vero capitulo de phreneſi. ponit quintam partem eius. Vltimo pro nunc notandum. quod balneum, aromatica, inciſiua, & diuretica, vinum & huiuſmodi debent applicari, & exhiberi in declinatione materia exiſtente euacuata per purgationes præcedentes & hoc ratione materiæ coniunctæ quæ in modica remanſit quantitate.

## *Dubia quatuor de phreneſi.*

VTrum in omni phreneſi competat phlebotomia. Secūdo vtrū competat vinum. Tertio vtrum aqua frigida. Quarto vtrū applicatio catulorū, & columborum propter communiter operantes.

Ad primum reſpondet. Prima concluſio ꝙ in phreneſi ex cholera à ſanguine ſeparata nō competit phlebotomia ſaltem euacuatiua propter canonē generalem allegatū ſupra. Caue ne ægrum &c. nā ex hoc redderetur phreneſis prauior, vt patet intelligenti. Item non competit in omni eryſipelate. ergo à ſimili. Auic. tertia quarti. de eryſipelate. Dicitur ſaltē euacuatiua, quia fortaſſe rōne diuerſionis ſemper cōpeteret in principio prohibēdo fluxum humorum ne apoſtemēt amplius, & hoc forte voluit Meſ. dum docuit facere diuerſionem per fluxum hæmorrhoidarū. nam videtur idem de phlebotomia. Item laudatur in acutiſsimo apoſtemate ex dolore vſq; ad ſyncopim in commento illius. Quę ægeruntur. primo aphor. ergo. propter quod ſequendo hanc talem cōcluſionem oportet diligenter aduertere, cum facimus phlebotomiam talem diuerſiuam ꝙ fiat ex vena ex qua materia cholerica faciens apoſtema habeat cauſam minus furtandi, vt eſt ſaphena, aut communis, & tu ad hoc conſidera.

Secūda cōcluſio ꝙ phlebotomia vt plurimū in principio competit in phreneſi rōne phreneſis. Et ratio eſt, quoniam cholera penetrās in panniculos hoc facit ducta à ſanguine cōmixto ſibi, nā rariſsimū eſt ꝙ ipſa depurata reperiatur in cerebro, quia cum ipſa ſit cerebri cōplexioni omnino contraria. ergo competit &c. euacuatiua vel diuerſiua.

Tertia concluſio, ꝙ abſolute melius eſt declinare ad ipſam ſemper faciendā ꝙ̃ ad omittendā. patet ex primis. vnde quinto practicę Halyabbas. In phreneſi medela primū omniū ad cephalicæ venæ phlebotomiā currendum. Item Serapio. & Alexander. & Raſis oono Almanſ.

Circa quas notandæ ſunt quinq; conditiones dum ad eam faciendam deſcendimus. Prima eſt cōſuetudo quæ nobis perſuadet. Secunda eſt ꝙ fiat multa & pauca, vt ſupra expoſitum eſt de carabito in perficiendo ſecundum canonem. Tertia ꝙ virtus conſentiat, quia non ſit multum debilis, neq; ex ea multum examinetur. Quarta ꝙ caueatur ſyncopis, & modus dictus eſt in perficiendo ſecundum canonē de phreneſi. Quinta ꝙ fiat ligatio debita dictum eſt etiam ibidem.

De non vera dicendum ꝙ ſi materia à qua eleuatur vapor fuerit ſanguinea, aut ſanguini cōmixta ꝙ tūc fiat phlebotomia, vt ſupra de vera, & hoc in principio forti exiſtente virtute, quia communiter hæc non vera contingit ſucceſſione aliarum ægritudinum. ex quibus æger multum debilitatur. ideo in non vera eſt multum cōſiderandum antequam fiat.

nunc simul est cū alia ægritudine.

Secunda concluſio. ex alijs humoribus & non cōmixtis ſanguini non competit phlebotomia ſaltem euacuatiua. Dicitur ſaltem euacuatiua quia vbi timemus futurum apoſtema non inconueniret ipſa diuerſiua.

Tertia concluſio. in ipſa tali competunt magis ſolutiua diuerſionis &c. vt ſupra.

AD SECVNDVM reſpondeť ꝙ vinū aquoſum & pręcipue in cōſuetis dari poteſt. nā in acutis morbis tale vinū conceditť à Gal. tertio regiminis acutorum.

Secunda cōcluſio. Vinum vinoſum non debet dari, & hanc voluit Theodorus priſcianus cum dixit. Vinū omnino neſciant, cum ſitis ardorem cōmouet, & feruorem, & alienationem incitat.

Tertia cōcluſio ꝙ tale ſecurius dari poteſt & debet in declinatione ꝙ̃ in principio. & ideo Auic. poſt ſeptimum concedit Raſ. primo Continentis & Alexander.

AD TERTIVM dico ꝙ variæ reperiunť auctoritates de hoc. nā Meſ. dicit in de cholerica. Et alienet omnino cibaria groſſa & aquam frigidam. Item Aui. Alexander. Et cauſa quia aqua frigida nocet neruoſis membris. phreneſis autem eſt paſſio membrorum neruoſorū. Item incrassat materiā & prohibet reſolutionem. Azarauius vero cap. de ſir ſen. Et nunquā prohibeatur phrenetico aqua frigid. Idem raſis in diuiſionibus & .16. cōtinentiū. 4. cap. vbi dicit. ꝙ qualibet hora eſt ducenda aqua frigida per os phreneticorum. & eſt pro his apparens ratio quoniam eſt digeſtiua materiæ cholericæ ſaltem prima quarti. de cura febris ſanguinis.

Duplicem reperio modum dicendi pro concordantia horū virorum. Primus ꝙ electiue aqua frigida in phreneſi non competit. habet pro ſe hic modus rationes, & auctoritates dictas, ſed coacte.

Alius modus etiā practicabilis magis eſt ꝙ in hoc caſu ſunt cōſideranda prohibentia aquā frigidam, & ſuadentia exhibitionē eius, & vincentia ſequi. nam in aliquo vincūt prohibentia & in aliquo ſuadentia, & ecōtra. & ideo quia hæc ſæpe variantur cōtingit varios auctorū noſtrorum ſermones inueniri. Nam in diſcretione medicorum multa relicta ſunt vt ſæpe dictum eſt. Prohibentia vero ſunt paſſio ipſa, quia eſt panniculorum. Aetas, ſenectus, habitudo macra. Diſſuetudo potandi aquā frigidam. Debilitas ſtomachi, aut aliorū viſcerum, & ſpecialiter panniculi diſtinguētis, tempus frigidum &c. Suadentia vero ſunt materia ægritudinis ſanguinea, ſubtilis, vel cholerica à quibus vtplurimum fit phreneſis, vt ſupra Aetas. Iuuentus. Habitudo carnoſa. Cōſuetudo potandi aquam. Robuſta diſpoſitio naturalis, robur corporis. Tempus calidū. Timor conuerſionis ad hecticā &c. Oportet ergo medicum hic cum ſuo extimatiuo iudicio laborare.

AD QVARTVM dicēdum ꝙ illuſtres medici Græci, vel Arabes nullam mentionē fecerunt de hoc laudato à modernis noſtris remedio. Dico ergo ꝙ vſus p̄dictorū animalium in principio aut augmēto non cōpetit. vt ſupra dictum fuit. De phreneſi dicemus ꝙ ſi cū decoctione aliqua aut infuſione eorum in aceto poteſt eorum vſus in augmento conuenire. Exempli gratia. ſi cū decoctione capitū papaueris, violarū, roſarum, hordei excorticati, florum camomillæ. In ſtatu vero poteſt competere vſus pulmonis arietis. nā videtur habere caliditatem meliorē. In declinatione vero ſecurius applicari poterunt. Sed tamen aduertat medicus exceſſum caliditatis morbi & rei appoſitæ. nam morbo exiſtente intenſiori remiſſiora &c. Aliquando vero cadit deceptio in non vera phreneſi, quia ex applicatione horum in principio facta reſolutione vaporum iudicat curam factam eſſe de vera, & ſic ignorantes. & ad pauca reſpicientes, quorum numerus eſt infinitus, credentes falſæ experientiæ ſemper ea in principio vere, & non vere applicant.

## Dubia duo de lethargia.

VTrum ſemper cōpetat phlebotomia in lethargia. Quòd nō, quia in materia phlegmatica. & per canonē ſupra. Nec ægrū &c. Itē Meſ. non p̄cipit nec, multi alij. In contrariū Aui. Alexāder. hi enim viri in ea phlebotomiā fieri p̄cipiūt, imo Aui. ſtatim inchoans curā eius dicit. Si non fuerit qđ p̄hibeat phlebotomeť. Prohibētia autē ſunt ætas, virtus &c. & ſępe ſupra & infra diceť.

Voluit Gentilis ꝙ vbi eſſet peccās materia ſanguinea cōmixta tūc cōpetit, & aliter nō, & ita dicit voluiſſe Aui.

Aliter Placentinus vult ꝙ in lethargia cōpetat ſemper phlebotomia in principio, & hoc ſi ætas, virtus, & cętera conſentiant. Cauſa quoniā phlebotomia euacuat & diminuit vniuerſalem quantitatem humorum. cum ergo fluāt humores p venas in generatione apoſtematis. ſequiť &c. Et pro iſto videtur textus Auic. Allegatus & Gal. ſecūdo regiminis acutorū illo ꝗ. Quòd ſi ęgritudo ſub diaphragmate deſcenderit. ibi enim dicit ꝙ phlebotomia vtilis eſt in principio in omni apoſtemate cum euacuet materiā venarū ſecundum quantitatem & qualitatē. Confirmať quoniam in omni lethargia eſt dolor capitis, ſed in omni tali cōpetit phlebotomia in principio vt ſupra primo dubio. ergo. Gordonius vero magis laudat in non vera in principio. Et Gilbertus anglicus. Si vero corpus fuerit plethoricum vel fortis fuerit patiens fiat phlebotomia de cephalica, & diſtinguendum eſt vt in phreneſi.

Quid autē agendū ſit quęret aliquis. Credo dicendū & pro cōciliatione horū virorum ꝙ in principio cōpetit diuerſiua, & non euacuatiua phlebotomia. Primum ſumitur indicatione ſumpta à futuro apoſtemate, vel eius magnitudine. Secundum vero ab ipſa materia quæ de ſe negat phlebotomiam propter eius incrudationem.

Notandum ꝙ in lethargia vtimur fortibus medicinis propter tres cauſas principales. Prima quia feb. eſt mitis. Secunda quia materia non eſt ex ipſis apta furere. Tertia quia etiam per clyſteria acuta euacuatur materia phlegmatica in ſtomacho exiſtens fouens quæ eſt vel vadit ad cerebrum, vt quaſi per ipſa euacuetur cauſa antecedēs apoſtematis. materia itaq; inepta euacuationi fortiori indiget medicamini alijs paribus.

VTRVM parti poſteriori ſint repercuſſiua applicanda. nā vbi poniť reſolutiuū ibi debent poni repercuſſiua. ſed parti poſteriori ponitur reſolutiuum. ergo.

In contrarium Auic. de canonibus curationis ſodę vbi inquit. In poſteriori uero cerebro quoniā os quod ipſum cōtinet eſt durius illo, nō penetrat illud ad membrū quod penetrare neceſſe eſt. Quod ſi in hoc elaborať nō p̄ueniet inde iuuamentū quod addať ſup̄ illud qđ iuuamentū fit.

Et in

Et in cap. de cura ſodæ temporalis.

Pro iſto dicēdum primo ꝙ in lethargia parti anteriori ſunt applicanda pure repercuſsiua, hæc enim ſententia auctoris præcipue Gal. 13.therapeu.penultimo cap. Et ratio quia ſic non timetur ex eis nocumentum neruorum. nam pars illa calida eſt. vt ſupra in principio capituli de diſpoſitionibus capitis. Item aſcenſus vaporum maxime fit per partem anteriorem. Dico ſecundo quòd non eſſet mirandus ſi fieret ex eo extenſo vſque ad partem poſteriorem arbitrio boni medici qui iudicaret minus eſſe nocumentum quod ex eis ſequeretur iuuamento, vbi, ſcilicet comprehenderet maximam eleuationē vaporum ad partem poſteriorem. & tunc dicendum ꝙ canon Auic. intelligitur regulariter vel electiue. Ad formam argumenti negatur antecedēs. & cauſa patet. nam ex applicatione frigidorum leditur nucha. tu conſidera. Voluit tamen Gordonius in non vera ſecurius repercuſsiua poſſe applicari parti poſteriori, & hoc conſonat dictis de arbitrio boni viri ſiue medici.

*Dubium de apoplexia.*

VTrum fortia cōpetāt in principio apoplexię quærebatur. Pro iſto dicendum ſine argumētis ꝙ in principio cōpetunt medicamina fortia, præcipue quæ debēt materiā mouere ſiue euacuare. nā cum ægritudo ipſa ſit fortis ſibi fortia debenē medicamina, vt quarta primi. 3.cap. Et pro iſto eſt proceſſus Aui. in cura eius, vt patet Raſis & aliorum auctorum. Et dictum eſt præcipue, quia cętera medicamina quę ſequi debent euacuationē vt vnguenta & huiuſmodi ſi in principio applicanē debent eſſe leuia, aut ſaltē leuiora reſpectu illorū quæ applicabunē in proceſſu, quæ tamen abſolute dici poſſunt fortia, & hoc voluit Auic. dum dixit. Oportet quidem vt incipias à debiliori vnctione. Sed notandum ꝙ Auic. & Hip. ſine proteſtatione in apoplexia docēt ſtatim aliquid operari cum apopletico occurrit. Quidam vt Halyabbas quinto practicæ docet nihil operandum eſſe niſi poſt lxxij. horas. Quidā tamen proteſtatione: vt Meſue. Pro his ergo dicendum vna cum Conciliatore quòd ſtatim cū medicus occurrit apopletico debet circa ipſum operari. & maxime circa euacuationē, & permaxime circa diuerſiones non derelinquēdo ægrum, vt dictū eſt & ipſas continuando & fortiores faciendo. tum ex charitate. tum ex amicis eorum beniuolētia. tum ad acquirendā famam boni viri, & amplandā amicitiam. Item cum ſapit naturam morbi acuti, & acutorū morborum nō omnino ſine debemus &c. Item dicit Auicen. accidit vt homo apoplexiā incurrat, & non ſit differentia inter ipſum & mortuū, & non apparet aliquid anhelitus. deinde reuiuiſcit & ſanatur, & nos plurimos vidimus tales, ꝙ ſi aliquādo cōtingeret medico nihil operante quanta infamia &c. & ſi operatur quanta fama vt mihi cōtingit in vltimo & bene amato viro ſeptuagenario pro quo iam parabantur funeralia vocatus &c. operatus ſum. vt dictum eſt & ipſe deinceps me deum ſuum, in terris appellabat. Deo ſemper ſit gloria & laus. Habet etenim vnumquodq; indiuiduū à ſua contractione naturali calidi & humidi à ſuperis virtutes & proprietates occultas ad quas intellectus non poteſt peruenire humanus. & ideo confeſtim agemus cum proteſtatione periculoſitatis morbi & ſuæ conſuetæ permutationis ad paralyſim ſi ſuperuixerit. Quòd autem dixit Halyabas. lxxij. horas dixit quoniam in eo ſpatio conſueuit omnia humor euentari & in his diebus ſuum perficere periodum. Ex quo infertur primo quòd ante illud ſpatium nō debet apopleticus ſepeliri niſi bene ſumus certi de morte eius per ſigna dicta in apoplexia. Secundo infertur quòd reſurrectio Lazari erat miraculoſa & non naturalis & ideo dicitur. quatriduanus eſt. Ioannis nono.

*Dubia quinq; de melancholia.*

DVbitatur quia Auic. dicit ca. de mania. Faciens melancholiam eſt melancholia multa aut aduſta. Et ſupra dictum eſt ipſam fieri à non aduſta.

Dicendum ꝙ melancholia eſt duplex. quædā non aduſta, & iſta cum mania non conuenit, quædam aduſta, ſed parua aduſtione, & iſta in aliquibus accidentibus conuenit cum mania, licet remiſſe propter remiſſam aduſtionem. Quòd ſi contingat aduſtionem vlterius procedere efficitur mania, propter quod dictum fuit in deſcriptione melancholiæ ſecundum plurimum.

Aliter reſpondetur ꝙ contingit in melancholia ſic aduſta ſiue ſit melancholia naturalis ſiue per aduſtionem genita caliditatem remanere aut non remanere. Quòd ſi fuerit melancholia genita per aduſtionem ſanguinis, tūc erit mania canina. Si vero ex cholera remanente caliditate erit mania demoniaca. Si vero erit melancholia naturalis nō aduſta vel aduſta quomodolibet in qua non remanſerit vis caliditatis adurentis tunc erit melancholia. Et circa textum Auic. exponitur aduſta, ideſt aduſta in qua nō remanſit caliditas adurens.

V T R V M in omni melancholia competat phlebotomia. Dicendum ꝙ in ſanguinea cōſentiente ętate, virtute, aut ex humore ſanguini commixto competit &c. Et hanc concluſionem voluit Auic. dum dixit de cura eius, imo oportet ſecundū diſpoſitionē eius vt incipias à phlebotomia, & Meſue, ſi ſanguis exuberat in toto, & venæ plenę fuerit euacua ex vena nigra, & poſt iſtam ex baſilica, & hoc in inclinatione. In mania vero fac econtra, quia incipe à baſilica, & poſt iſtam ſi oportet ex nigra, & poſt iſtas phlebotoma ex ſaphenis, & ſubeth. & ſi ad hoc non contulerit ex vena frontis facies.

Secunda concluſio ꝙ peccantibus alijs humoribus nō commixtis ſanguini nec in toto repletione exiſtente non competit phlebotomia, ſed pharmacia. patet concluſio, quoniam humor euacuandus, aut eſt melancholia naturalis, aut per aduſtionem genita, vt dictum eſt, ſed quelibet talis pharmacia, & non phlebotomia euacuatur, aut euacuare habet. vt patet. ergo.

Tertia concluſio. & eſt Placentini, ſiue Guilelmi longobardi ꝙ ex phlebotomia pauca imo quaſi nulla conſequitur vtilitas in quacūq; ſpecie melancholiæ, probatur, quia omnis melancholia eſt ex humore melancholico naturali aut per aduſtionem genita, vnuſquiſq; autem talis per pharmaciam euacuari debet, & nō per phlebotomiā: ergo, patet cōſequentia. minor probatur. nam phlebotomia euacuat ſecundū plurimū quod eſt humidum & materia peccās eſt ſicca, & ideo Raſis nono Almā. ca. de melancholia dicebat. Et ſtudium medici ſit totaliter in impinguando corpus melancholici vt remoueatur ſiccitas.

Quarta concluſio. quòd poſt duas vel tres factas purgationes poteſt phlebotomia conferre. Iſta concluſio poſitiue ponitur, nam ſi melancholia fuerit ex ſanguine vel fuerit ex ſanguinis aduſtione, & venæ corporis fuerint repletæ & habitudo carnoſa poterit ſecure fieri vt patet. & eſt concluſio Guilelmi Placentini. Iuxta quam ponantur duo canones. Primus quòd non fiat extractio ſanguinis in vna vice quoniam virtus debilitabitē: iuxta illud. Melior eſt multiplicatio numeri. Secundus ꝙ fiat magis ex pedis ſiniſtri ꝙ ex alio loco vt ex ſaluatella.

S E D C I R C A hoc eſt aliud dubium adhærens propter dicta auctorum. Et eſt nunquid ſi ſanguis à principio fuerit vel apparuerit clarus debeat reſtringi ſtatim, quia Raſis primo continentis ſecundo cap. ponit ꝙ ſic. Auicen. vero contrarium videtur dicere de cura melancholiæ.

Dicendum ꝙ contingit humorem melācholicum aliquid inficere ſanguinē qui eſt intra & non eum qui eſt in

extremis, aliquando ecōuerſo, aliquando cōtingit ipſum inficere totum ſanguinē. In primo caſu exit ſanguis clarus primo. deinde niger, & patet ꝙ cū medicus expertus hoc cognoſcit nō debet compeſcere ſanguinem. Vnde ſtatim cum medicus facit ſibi iudicium extimatiuum ꝙ ita ſit, videlicet ꝙ ſanguis re vera eſt infectus ad intus & videt in principio ſanguinem clarum exire debet ſtatim ponere digitum ſuper percuſſuram tardando modicum. nā in eo tempore natura quæ fuit perterrita ex facta phlebotomia reaſſumet vires, & tunc conabitur euacuare nociuū & retinere iuuatiuum, & ſic ægredietur deinde ſanguis niger. ꝙ ſi autē nō ægredietur, & nō fuerit vitio ligaturę aut paruitatis foraminis, tūc credendū eſt ſanguinē nō eſſe cōmixtū cū melancholia. & ex cōſequenti cōſtringendus eſt.

In ſcd'o caſu ſtatim à principio exit niger niſi fuerit vitio duorū iā dictorū ligaturæ &c. & poſtea clarus. & tūc reſtringendus. In tertio caſu &c. apparet in principio niger, & etiā in ꝓceſſu, et talis nō eſt reſtringēdus. Loquit̄ autē Aui. in primo caſu. Raſis vero loquitur vbi non eſt mixtio eius cum melancholia nec intus, nec extra.

Mirabatur quidam quomodo poterat melancholia in cerebro aduri cum ſit aduſtio complexioni cerebri omnino contraria,

Pro iſto dicendū hoc poſſe cōtingere ex calore extrinſeco cerebri. nam ca. eſt cōplexionis quātum ad tertiā menſuram eius, vt patet intelligenti. Itē ad hoc facit caliditas intrinſeca eius. poteſt enim materia virtute harum caliditatum euaporari, & ex conſequenti ingroſſari, & maxime attenta habilitate materiæ ſic ad eum eleuatæ.

V T R V M coitus cōferat in melancholia. Dicendū primo ꝙ per ſe, & directe nocet, & cauſa quoniā exiccat euacuādo humidū ſpermaticū, & ſpumoſum, & ꝓpter ſimilē cauſam in melancholia prohibet̄ ſudor vehemens.

Dico ſecūdo ꝙ per accidēs pōt cōferre et hoc dupliciter. Primo alteratiue, ut qn̄ qs haberet coitū cum ea quā multum, & diu cupiuit. Secundo qn̄ quis eſſet melācholicus ex vaporibus eleuatis à ſpermate corrupto retento, vt frequenter accidit virginibus coitu potentibus, vt ſupra de melancholia. Et hanc ſententiā voluit Auic. 1 s. de iuuamentis coitus dum dicit. Coitus confert melancholiæ, & pluribus ægritudinibus choleræ nigræ.

V T R V M balneū cōferat in melācholia. ꝓpter quod nota hic vltimo ꝙ à pluribus multum cōmendat̄ à Raſi, Aui. & multis modernis tota eorum intentio eſt vt humectetur corpus, & materia ſpecialiter peccans. debetq; tale eſſe non calidum, nec debet inducere ſudorem ſed etiam lacteum in quo tamen non debet multum morari, ne ex mora magna ſequatur reſolutio. debet adminiſtrari præcedentibus euacuationibus, et nō aliter niſi materia à principio eſſet pauciſſima quod non contingit ſed contingere poſſet. Quidam autem quartanarios infra menſem cum his balneis curabat ponendo eos bis in die vt materia expulſioni aptior redderetur, & videtur eſſe cura Auicen. de cura quartanæ cholericæ.

*Dubium unum de cutubuth.*

DE cutubuth non parū hæſitat̄ cum dicat Aui. in litera ipſum plurimū cōtingere de menſe februarij. ipſe m̄ & cęteri medicinę auctores dicūt morbos melācholicos in uere moueri plurimū. Reſpondet̄ à quibuſdā ꝙ hoc cōtingit merito cōſtellationis. Hæc ſolutio cōſueuit ſoluere multa difficilia dubia & quaſi omnia cū ea ſoluere poſſemus. Aliter ꝙ in materia ſua non ſolū eſt malitia cōis, ſed eſt ſpecialis ei mala valde reſeruata in autūno quieſcit cum frigiditate hyemali, vt cæteræ materiæ melancholicę, in fine vero hyemis propter ſui malitiā accelerat motum ſuum non expectans ver. & ſic mouetur in fine hyemis, ſcilicet in februario. Reſponſio eſt Gentilis. Sed contra non minoris malitiæ appropriatæ ſiue ſpecialis eſt materia maniæ caninæ, vel dæmoniacæ. ergo conſidera.

*Dubium unum.*

DE ſtoliditate & amentia dubitatur nunquid fiant à caliditate. Nota rationes Auic. in litera. Nolo in iſto dubio plus procedere. non enim viſum eſt multum practicę conferre. Tenendum enim eſt de cauſis eius vt dictum eſt de eo ſupra: fuit enim ſenſus permixtio à caliditate tu conſidera,

*Dubia duo de epilepſia.*

DE epilepſia dubitatur. Vtrum auferatur ſenſus & motus ex toto. propterea quia Auic. dicebat non integre. Gal. tertio interiorum. 7. cap. inquit. Sunt & alia huiuſmodi paſſionis, ſcilicet epilepſiæ accidentia quæ cum patiuntur neque vident, neque audiunt, neque alio ſenſu ſentiunt, neque memorantur, neque intelligunt.

Pro iſto eſt Alexander capitulo de epilepſia. Deinde probat Azarauius.

Eſt vna reſponſio quæ non videtur ſatiſfacere dicens ꝙ in principio, & augmento nō aufertur, in ſtatu uero ſic. Sequitur enim vt apparet ꝙ diffinitio data non eſſet ſufficiens aut ꝙ epilepſia in ſtatu eſſet apoplexia.

Aliter dicendum, & eſt reſponſio Gentilis ꝙ epilepſia conſideratur dupliciter. Primo in ſe. & ſic cōtingit quòd quibuſdam auferatur ſenſus, & motus, & quibuſdam nō, & hoc voluit Auerrois tertio colli. vltimo cap. Quādoq; cōſideratur in relatione ad apoplexiam, & ſic in ea reſpectu apoplexiæ non aufertur ſenſus & motus integre, quia oppilatio cuiuslibet epilepſiæ non eſt integra. vt Halyabas, Auic. & cæteri auctores. Sed ſtatim dices quomodo aufertur ſenſus & motus ſi oppilatio non eſt integra.

Dicendum ꝙ licet non ſit integra, tamen illud parum de ſpiritu quod vadit ad membra non eſt ſufficiens pro ſenſu & motu faciendis. requiritur enim quantitas debita. Et ſi inſtabitur quòd idem dicendum de paroxyſmo apoplexiæ. Dicendum ꝙ longe minus vadit in apoplexia, & tu conſidera. Gal. tamen in commento illius epilepticorum dicit. ꝙ ſit priuatio omnimoda influentis virtutis in apoplexia. & multi epilepſiam fortem paruam appellant apoplexiam.

V T R V M balneū conueniat in epilepſia dicit Auic. Et in balneo non faciat moram, & infra. Vitent ablutionem cum aqua calida penitus quia laxat, & cum frigida quia ſtupefacit, & nocet ſpiritui viſibili. Poſt purgationem uero, & quietē non eſt malum ſi balneum ingrediat̄. Ita voluit Gordonius, & Raſis in diuiſionibus præcepit multitudinem balnei in melancholica, ita tamen ꝙ nō ſudet in eo plurimum epilepticus. Halyabas vero pręcepit pueris quibus nō poteſt applicari exercitium ingredi balneum, & ꝙ in ingreſſu caueant à frigore. Balneū vero ſic calidum & ſiccum vt termarum ſalſum vel ſulphureum vel factum cum herbis appropriatis, vt hyſſopo, peonia, rutha, de q̄bus ſupra, et in ſyrupis magiſtralibus. Quibuſdā vero nō placuit quia dicunt ꝙ balneū reumati nocet. & epilepſia eſt paſsio reumatica. & fuit Gilbertus anglicus, dixitq; neruos balneum mollificare, & debilitare, & fortaſſe de humido intellexit. nā ſiccum de quo ſupra, videtur neruos confortare, & indurare magis, quare conſidera. Et ſic cum gratia Ieſu omnipotentia, eiuſq; glorioſæ matris Mariæ terminata intentio tota à Deo ipſa mihi ſua largiflua miſericordia gratis data ſuper primo capitulo de diſpoſitionibus cerebri.

His tamen ad tollendum ſtudentium laborem addere decreui aphoriſmos materiæ pertinētes, quod & in ſequētibus domino cōcedente in ſingulis faciam capitulis, non tantum eos qui ad curandum morbos principaliter conferre decernuntur : verum & prognoſticos, qui in curis morborum etiam magni ſunt adiumenti.

Aphoriſmi

APHORISMI.

*De dolore Capitis.*

Ex.ij.Sectione.xlvj.Aphor.

Duobus doloribus ſimul,non eundem locum,infeſtantibus,vehementior alterum obſcurat.

Ex.iiij.Sectione.lxx.Aphor.

Quibus in febribus vrinæ perturbatæ, quales ſunt iumentorum.his dolor capitis vel adeſt,vel aderit.

Ex.v.Sectione.lxiiij.Aphor.

Lac dare caput dolentibus malum.&c.

lxviij.Aphor.

Dolenti partem capitis poſteriorem, in fronte recta vena inciſa prodeſt.

Ex.vj.Sectione.v.Aphor.

Dolores qui ſunt in lateribus & pectoribus atque alijs partibus,ſi multum differant perdiſcendum.

vij.Apor.

Dolores ª vētris ſublimes,leuiores,qui vero non ſublimes fortiores.

x.Aphor.

Capitt dolenti,& ª circūdolenti,pus, vel aqua, vel ſanguis effluens per nares,aut os,aut aures,morbum ſoluit.

xxij.Aphor.

Quæcunq; rupta ex dorſo ad cubitum deſcendunt,venæ ſectio ſoluit.

lj.Aphor.

Quicunque ſani dolore capitis repente capiuntur, & ſtatim muti fiunt, & ſtertunt, in ſeptem diebus pereunt, niſi febris apprehenderit.

ª [illegible] idest tumores.
ª al' vehementer dolenti,nam [illegible] græco, [illegible] ſicuti & in aliis [illegible]

*De Subeth.*

Ex.ij.Sectione.j.Aphor.

In quo morbo ſomnus laborem facit mortale, ſi iuuat vero, non mortale.

*De uigilia ſuperflua.*

Ex.ij.Sectione.iij.Aphor.

Somnus atq; vigilia,vtraq; ſi modū exceſſerint,malū.

*De Apoplexia.*

Ex.ij.Sect.xlij.Aphor.

Soluere morbū, quem apoplexia vocant,fortem : impoſsibile,debilem vero,non facile.

xliij.Aphor.

Strangulati,ac diſſoluti,nondum mortui,non referuntur,quibus ſpuma circa os fuerit.

Ex.vj.Sect.lvij.Aphor.

Apoplexię autem fiunt,maxime à quadrageſimo anno vſque ad ſexageſimum.

*De Melancholia.*

Ex.iiij.Sect.ix.Aphor.

Melancholicos plenius inferiores, eadem ratione contraria apponentes.

Ex.vj.Sect,xj.Aphor.

Atra bile vexatis,& renum paſsionibus, hæmorrhoides ſuperuenientes,bonum.

xxiij.Aphor.

Si timor,atq; mæſtitia longo tempore habentes perſeuerent,ex eo atra bilia ſignificatur.

lvj.Aphor.

In morbis melancholicis ad hec periculoſi decubitus, ſtuporem corporis, vel conuulſionem,vel furorem, vel cæcitatem ſignificant.

*De Mania.*

Ex.vj.Sect.xxj.Aphor.

In inſanientibus,ſi varices, vel hæmorrhoides ſuperuenerint,inſaniæ ſolutio.

Ex.vij.Sect.v.Aph.

A furore difficultas inteſtinorum, vel aqua intercus, vel mentis alienatio,bonum.

*De Amentia.*

Ex.vj.Sect.liij.Aphor.

Deſipientiæ quę cum riſu fiunt,ſecuriores. quæ vero cum ſtudio,periculoſiores.

*De permixtione ſenſus.*

Ex.ij.Sect.ij.Aphor.

Vbi ſomnus delirium ſedat,bonum.

*De Epilepſia.*

Ex.ij.Sect.xlv.Aphor.

Quicunq; ª iuuenes morbo Comitiali laborant, mutatione maxime ætatis,& temporum, & locorum, & victuum quoq; liberantur.

Ex.v.Sect.vij.Aphor.

Quibuſcunq; morbi Comitiales fiunt, ante pubertatem, mutationem accipiunt, quibuſcunq; autem vigeſimoquinto,commoriuntur.

ª al' pueri, nā hoc in loco vbiq; idē q̄d νεώτερος, id eſt minor natu,ſeu puer malorum [illegible] monſtrat.

Et ſi ſuperficietenus plures ex eis non videantur materiebus multum & multū attinere,tamen eos addidi,quoniam doctores conati ſunt plurima de membris tactis in aphoriſmis ampliſsime diſputare. nam lectura eſt principalis,& ideo ſcient uolentes vltra practicam ſpeculari ad, quæ loca recurrere debeant, vt non ſolum in ſpeculando. verum & in practicando. Et ſic eſt finis primi capituli. Deo ſemper laus & gloria Amen.

## De diſpoſitionibus neruorum continens in ſe ſeptem rubricas. Capitulum. II.

*De paralyſi.* Rubrica. I.

QVia vt promiſſum eſt in principio cuiuslibet capituli poni debet cōplexio membri, eiusq; anatomia cuius ſunt paſsiones de quibus agendū eſt in rubricis.hinc cum principalis intentio ſit de læſionibus neruorū rationabile eſt vt de eorū cōplexionibus, & ipſorū anatomia ſtatim dicatur. Sed quoniā, vt Auic. ſecunda primi.primo cap.in curatione ægritudinum neruorum præterquā illorum qui in facie ſunt tota intentio eſſe debet circa partem poſteriorē capitis vbi eſt nucha,à qua ſecundū illuſtrium medicorum ſententiam omnes tales nerui oriuntur,conſequens videtur vt de ipſa prius, ac de eius complexione peragatur cum orta ſuis atteſtentur principijs.ſecundo techni.

παράλυσις, atque παράρεσις Græcè eſt paſsio,quę Latinis reſolutio nū cupatur,& παράλυσις dicatur, at priuati pro ea, quę fit tantum ex apoplexia.

Nucha eſt membrū in ſubſtantia.in colore cerebro ſimile à parte poſteriori capitis, vſq; ad finē caudæ per cōcauitatē ſpondilū protēſum, eſt enim velut clauus ligans ſpondilia ſecundo colli. de iuuamentis ſpinæ, eſtq; diuiſa in duas partes vt cerebrū. propter quod poteſt cōtingere paralyſis in vna parte tantū. & tu de ea vide ſupra in principio tractatus ſexti. Et eſt velata duobus panniculis piæ matri,& duræ matri proportionalibus à quibus ſecundū Gilbertum oriuntur nerui immediate. nam filā texentia illos panniculos protenduntur in longū, & ſic fiunt nerui motiui. Eſt complexione frigida & humida,vt Gale.primo cōplexionum.vltimo.cap.ad finem. & prima primi. de cōplexionibus membrorū. Ariſt.tamē ſecundo de partibus animaliū cap.9.aſſumit ipſam ca. complexionis ad contemperandam cerebri frigiditatē ſententiæ cuius maxime cum ſupportatione præferenda eſt medicorum ſententia. Ex quibus apparet ſatis aperta eſſe hæc tria. Cōplexio.Anatomia.Et nuchæ deſcriptio.

Ariſtoteles reijcitur.

Neruus ſic à Conciliatore deſcribitur differentia quarta. Neruus eſt ſubſtantia ſubalba ad flectendum habilis. & ad ſeparandum dura, quæ organum ſenſus ſecundum medicos exiſtit & motus, cui ſi additur complexione frigida & ſicca habetur quod intenditur.

PARALYSIS itaq; cōſequenter deſcribatur quæ eſt diſpoſitio nuchæ, & nerui attinēs.de quibus dictū eſt.

Paralyſis dupliciter accipitur cõmuniter & proprie. Primo quidẽ modo ſignificat mollificationẽ cuiuſcunq; partis. Proprie vero medietatis totius corporis ſenſus, & motus priuationẽ. Aliquando tamen dicitur paralyſis ablatio ſenſus & motus ſecundũ totũ quod idem ſit apoplexię quod nomen oſtendit. diſſolutionẽ enim dicit. Differt autem paralyſis à ſtupore, et tremore, quia in ea eſt ſenſus, & motus ablatio, ſed in ſtupore ſenſus debilitas, in tremore vero motus. Sunt etenim hæ diſpoſitiones paralyſis primæ. Noſce quoq; in ipſa minorẽ oppilationem interuenire quàm in tetano. deinceps in ſpaſmo ac demũ in tremore, ſtupore, ac ſaltu, & ideo in illis non tolluntur ſenſus, & motus omnino. hæc Conciliator differẽtia. clxxxiiij. Ex his colligitur deſcriptio eius proprie aſſumptę & eſt. Paralyſis eſt mollificatio medietatis corporis totius cũ priuatione ſenſus & motus, cuius cauſa eſt ſecundum plurimum materia frigida & humida non multum groſſa. Dicitur medietas quia quæ eſt vnius digiti tantum, vel brachij tantum eſt paralyſis communiter accepta. Et dicitur particularis, ſed dicĩ paralyſis, quia læſio partis, ſcilicet medietatis. Et dicitur vniuerſalis quãdo eſt totius medietatis. Dicitur cum priuatione ſenſus & motus ad differentiam ſpaſmi tremoris & cæterarũ neruoſarum ægritudinum vt dictũ eſt, de quibus in dubijs. Dicitur cuius cauſa, quia etiam à mala complexione ſine materia frigida & humida cõtingere poteſt. Item à ſanguine, & raro, & melancholia plus. nequaquã vero à cholera ſola. Item poteſt fieri à cauſa primitiua ſicut eſt caſus, percuſſio, attritio, neruorum inciſio per tranſuerſum, dislocatio, ira, timor, ſuperfluum gaudium & huiuſmodi dicitur non multum groſſa ad differentiam materiæ ſpaſmi reſpectu cuius dicitur ſubtilis, vt infra de ſpaſmo.

CAVSÆ. Ex cauſis eius ſunt primitiuæ, antecedentes, & cõiunctæ. Primitiuæ vt aer frigidus & humidus. Item ſtatio in ſole, deinde ſubito ad locum frigidum venire vt ſupra de apoplexia, Item ſtare ſub radijs ſolis, & lunæ, & maxime habentibus capita repleta. Crapula, & ſuperfluitas in potu. Ocium, & dimiſſio exercitij. Item exercitium forte ſuper fortẽ repletione factum, & similiter balneum ſuper repletionem factũ. Somnus ſuperfluus, & animi mala accidentia. Itẽ caſus & percuſſio, ſpondiliũ dislocatio. Et breuiter quæ faciunt oppilationem in via tranſitus ſpiritus motiui & ſenſitiui ad membra ſicut cõſtrictio ex ligatura cuius ſolutio ſoluit. Item caſus. & percuſſio, propterea quia fluit ad locũ humor oppilans, quia in originibus neruorum, & ſic fit prohibitio tranſitus ſpiritus. Item & apoplexia quandoq; eſt in cauſa. Item ſcito ꝙ quando fit percuſſio ſiue inciſio nerui ſecundũ longitudinẽ non impedĩ ſenſus & motus: ſed bene quando fit ex tranuerſo ſiue ſecundum latitudinem. & hoc, quia in hoc caſu impeditur tranſitus ſpiritus & non in primo.

Cauſa antecedens eſt mala complexio frigida & humida. aut humor groſſus, & viſcoſus. Aut cõpoſitionalis vt ſtrictura meatuum propter quã prohibetur tranſitus ſpiritus, vt dictum eſt. Mala etenim complexio frigida contraria eſt ſpiritui & ipſum immobilitat, & cum humiditate membrum ſtupefacit. contrariũ operatur. cali. & ſic. cõplexio vbi fuerit in vltimo, vt in hectica. nã omnis immoderata qualitas deijcit actum propriæ virtutis.

Cauſa coniuncta eſt ipſe humor oppilans.

SIGNA demonſtratiua ſatis manifeſta ſunt, vt dicit Haly. nam cum aliquis ſe mouere nõ valet, aut vnum aut plã membra ex ſuis, et ſenſum illius membri, aut membrorum amiſerit incurriſſe paralyſim pronuntiamus. Raſis tertio Almanſ. Pulſus paralytici eſt debilis ſiue occultus & frequens, & ſine ordine propter debilitatẽ virtutis. Vrina alba, & quãdoq; rubea ꝓpter debilitatẽ renũ in diſcernẽdo ſanguinem, aut ratione odoris, aut rõiꝫ feb. Latus infirmum conſueuit eſſe frigidum & ſanũ, calidum & ſolito calidius, quia ſpiritus in maiori quantitate ad latus mittitur propter oppilationem in infirmo, & minoratur aliquando oculus.

Si fuerit ex caſu, & percuſſione, & huiuſmodi ſciunt in iudicio patientis.

Si occultaĩ cauſa ex ſectione, quia neruus ſit ꝓfundus cognoſciĩ, quoniã ſubito accidit, nec confert ei regimen.

Si ab apoſtemate comprehenditur ſtatim.

Si ab humiditate expanſa ſentitur humiditas in membro paralytico.

Si à groſſitie neruorũ ſit difficultas reuerſionis membri a contractione cũ laboret in ipſo æger ſi eſt poſſibile, aut faciat illud alius ad dilatationem & mollificationem, neq; eſt membrum leue ſicut in paralyſi abſoluta.

Quòd ſi fuerit à mala cõplexione fri. & hum. nõ accidit ſubito, & iudicaĩ per tactũ & per impreſſiones in ipſum.

Et ſi ſit ſucceſſione aliarum ægritudinum, vt cholicæ, febrium acutarum & huiuſmodi ſignificat illud ægritudo quæ præceſſit.

PROGNOSTICA Si paralyſis cito accidit, & non cõferat ei regimen. quia eſt à ſectione illatum, vel tranſuerſum, vel ex ruptura, vel cõtractione, vel dislocatione ſpondilium incurabilis eſt. imo Auicen. paralyſis vero eueniens à remotione ſpondilium mortifera eſt ſecundũ plurimũ quod ſi paulatim procedit ad melius, & ei regimen conferat curabilis eſt. Vnde in diuiſionibus ſi mollificatio remaneret ſecundũ ſuam diſpoſitionẽ neq; minuitur tunc curatur, & loquitur maxime de ea quæ eſt à percuſſione de qua Auic. Si autem eſt à percuſſione, aut à caſu tunc cura eius eſt praua. Et illa quæ fit ab actu contrahente neruos vehementer quandoque ſanatur. ſi autem ſuperfluat non eſt ſpes vt ſanetur. Et nono Almanſo. Paralyſis ex percuſſione vel caſu ſi taliter permanſerit, nunquam enim ſanabitur. Paralyſis eſt in ſene periculoſior q̃ in iuuene propter virtutis debilitatem, & in ſene nunq; vel magna difficultate curatur. Si puero febricitanti vrina appareat viridis ſignificat paralyſim futuram, aut ſpaſmum. Tremor veniens in paralyſi bonum. Fe. ſuperueniens paralyſi bonũ. Si membrum paralyticum minoretur aut color immutetur valde malum & ſic non eſt ſpes in curatione. Terminatio paralyſis ad ęgritudinem raro accidit, ſed ad paralyſim eſt permutatio ex apoplexia, epilepſia, colica, præſocatione matricis, & febribus ſecundum ſemitam criſis.

CVRA Canones ſeruandi ſunt ſex. Ordinatio dietæ. Digeſtio materiæ. Euacuatio eiuſdem. Diuerſio. Confortatio. Materiæ derelictæ reſolutio.

PRIMVS cõpletur cum regimine debito ſex rerum non naturalium, vt primo aer declinet ad cõtrarium cauſæ, quia ſecundum plurimum cauſa eſt frig. & humi. debet aer declinare ad calid. & ſicc. quod fiat cum igne in camera ex lignis conuenientibus, vt iunipero &c. ſecundũ qualitatem, & potentiã ægrotantis. Cibi calidi & ſicci conuenientes eligantur vt ſupra tractatu tertio, & ſtatim etiam poſt poſitos canones ex eis plures rememorabuntur. Primis tribus diebus dieta vtatur valde ſubtili, vt aqua mellis, & aqua hordei quæ poteſt fieri magis & minus nutritiua, vt ſupra tractatu tertio de ea. & ſi virtus tolerat ſit contentus hac dieta vſque ad. xiiij. Auic. Sed hic aduerte ꝙ tanta ſupercreuit hominũ guloſitas, & opinio vulgarium, & mulierum præcipue in virtute ſuſtentanda ꝙ hanc dietam neque ægrotantes, neque aſtantes patiuntur. Loco itaq; eius oportet vti ſuſculis hordei in aqua decoctionis cum zuccharo ro. et panata colata cum zuccharo eodem, aut brodio cicerũ aut brodio pulli parui non pinguis cum zuccharo. Et eſt etiam aduertendũ ꝙ præter hæc oportet in dieta ipſa duo principaliter cõſiderare. Primum ꝙ iſta dieta minuaĩ, ingroſſetur, elongetur vſq; ad terminum datum, & abbreuietur infra ter-

minum

minum ſm materiam peccantẽ. nam phlegma ſubtiliori indiget dieta ſanguine. Secundum ꝙ conſidereẽ ſi feb. adeſt aut non. nam exiſtente fe. remiſſiora ca. denẽ, & fiat calidoꝝ conueniens cum frigidis rectificatio. & tu cõſidera. Et dictum fuit ſi toleret virtus, qm̃ ſi nõ tolerat cibãdus eſt carnibus auium leuibus. Aui. Et quia hominibus hodierni tẽporis ſtatim videẽ in principio morbi cuiuſcunq; ꝙ virtus cadit. Hic ſtatim apud nos Italos adminiſtreẽ conuiſum pulli, & p̃cipue cum maſticatio eſt aliqualiter ęgro tedioſa, aut difficilis. Iſta tamẽ moderanda ſunt à diſcretione medici vt dictum eſt, in ſumma vero toleret famem. Vnde Placentinus. Non eſt melius in cura paralyſis q̃ fames, & ieiunium, & cibis declinantibus ad ſiccum vtatur, digeſtioni ꝓportionatis. Et inter alios quibus vtimur in ſecunda menſa maxime cõmendantur grana pini quibus vti poteſt, & confectis, & nõ cõfectis, vt ſupra de eis ſecundo tractatu.

Potus eius ſit aqua mellis in qua ſi videẽ decoquaẽ ſaluia & eſt potus plurimũ modernoꝝ, aut aqua hordei cũ ſaluia. Quod ſi non poſſet bibere aquam mellis vt plures inueniunẽ aut aquã hordei, fiat aqua decocta & mulsum cum zuccharo. Item ſi mel noceret loco eius vtatur zuccharo ru. Et ſi nõ vult ſentire aliquod dulce bibat ipſam plurimũ decoctã, & ab ea frigida omnino abſtineat. nam ipſa nocet neruis. Auicẽ. ſecunda tertij. primo cap. in fine. & infra. Omne infrigidatiuũ potentia. Et ꝓpterea omne acetoſum ſtipticũ lędit eos. Vnde in de cura eius. Acetũ vero eſt ex his quæ ſunt neruis nocibiliora. Item toleret ſitim nec ſatureẽ, & vino abſtinear, & de hoc in dubijs. Vinum qdẽ ad acetoſitatẽ infrigidatũ reſoluẽ ſup repletiõe facta. Et à coitu plurimo abſtineat. Exercitio vtaẽ vt infra in vltimo canone, gaudeat, & letetur.

SECVNDVS compleẽ cum digeſtiuis appropriatis phlegmati. de qbus ſupra quarto tractatu. quibus addanẽ vt diximus quæ dirigunt eos ad neruos de qbus poſt. nam ſm exigentiam materię digeſtiua collige. In phlegmatica vero nullum eſt ita ꝓprium vt ſyrupus de ſticados, imo Auic. maxime cõmẽdat vſum ſticados redacti in puluerẽ in forma pilularũ omni die aſſumpti cuius doſis. ʒ. j. aut cũ aqua mellis a lleg. cap. & Meſ. in hoc caplo aucte iudei. Syrupus de ſticados eſt medicina mirabilis cõferens omnibus ęgritudinibus neruoꝝ frigidis & ponit deſcriptionẽ eius ibi quæ non videẽ ita ſublimis ſicut magiſtralis à Meſ. poſita diſtinctione qnta antidotarij: & datur cum aqua roriſmarini. Alij dant cum aqua ſaluiæ & eſt ſyrupus vſualis & bonus. Alius Gentilis. Reci. acori. ℥. ij. ſticados arabici, paſſularum. an̄ ℥. i. xylobalſami, carpobalſami, roriſmarini. ana. ℥. ij. bulliant in aqua vſq; ad conſumptionem tertiæ partis, deinde cum zucchero fiat ſyrupus clarificatus. Alius Mundini patavi & efficax. Reci. acori. ℥. ij. ſticados. ℥. j. calamẽti, origani, ameos, ſeminis fę. cinnamomi. an̄. ʒ. iij. hyſſopi. ℥. ſ. radicũ fęni. petroſil. ſparagi. an̄. ℥. ſ. ſaluiæ meliſſæ. bethonicę, gariofilatę. an̄. M. ſ. bulliãt & cũ zuccharo fiat ſyr. Iſta tñ plus valent in ſtatu, & declinatione. nõ aũt in principio neq; in augmento. Conſimiles plures põt curioſus medicus ex ſe formare habita notitia ſimpliciũ in hoc caſu conferentium de quibus patet.

ET ACCEDO ad tertium notãdum. primo ꝙ in principio oportet incipe à leuioribus, in fine vero vti fortioribus, & in medio mediocribus. Vnde Aui. ſecũda tertij. primo cap. Et oportet qdem vt à faciliori incipias, & gradatim peruenias ad illud de quo eſt virtus ęqualis, & de cura, & non ꝓperes in vſu medicinarũ fortium in principio rei Imo tarde vſq; ad quartum & ſeptimum. Quod ſi ęgritudo fuerit fortis vſq; ad. xiiij. & de his in dubijs. & in cap. de tortura. Et ſequendo circa ea quæ plurimũ inueniuntur in principio ponanẽ clyſteria leuia, vt Reci. maluæ, mercurialis, viol. ruthæ, ſticados, centaureę, blitis, & cum oleo cõmuni & ſale. & ſi vis addãtur furfur, hierapigra, hieralogodion. Item electuariũ de baccis lauri, caſiæ, vt videbiẽ expedire. Quidã maximã habent fiduciam in ſeoro quoᵈ in omnibus & per omnia ponunt, & bene. Clyſter efficax qm̃ fit interpolatio ab alijs eũonibus educit humorẽ crudum & viſcoſum. Rec. ſiclę, furfuris. an̄. lib. j. ſ. meliloti, aniſi, radicum maluæ mundatarũ, camomillę. an̄. ℥. iij. caricarum numero. xv. fænugręci, cartami. an̄. ℥. j. ſ. pulpæ colloquintidæ, carui mundati. an̄. ʒ. ij. centaureę. ʒ. iij. bulliant in lib. iiij. aquæ vſq; ad conſumptionẽ lib. j. ſ. & cum oleo antiquo, ſale, & melle fiat clyſter. nam poteſt adhuc leuius fieri vt ſupra & fortius. Item ſi multũ cõſtipatus fuerit fiat prius lenitiuum ex maluis, viol. bliti, mercuriali, rutha ipſis bñ expreſſis addito oleo plurimo, aut brodio pingui arietis vel capitis eius, aut gallinæ cum caſia. Et ſemper cõſideretur canon poſitus. ſ. cõſidereẽ ſi adeſt febris, aut nõ. Itẽ ſi cupis fortius addaẽ collogntidæ, vt Rec. ruthę vtriuſq;, calamenti, origani, ſticados, centaureę an̄. colloquintidæ interioris, hierepigrę, agarici, doſis vt expedit. Et ſcito ꝙ agaricus eſt de ſingularibus medicinis in hoc caſu. Vñ Auicẽ. ſecunda tertij. primo caplo in fine. Scias ꝙ agaricus confortat neruos calefaciendo & purgando. Patet itaq; quomodo leuia fortia & mediocria clyſteria conſici poſſunt, & tu conſidera.

Proſequor in euacuatiuis quæ per os ſumũ hñt. Et qm̃ medicinę in forma pilularum cõuenienientiores ſunt. vt ſupra de ſoda. hic ponanẽ pillularum deſcriptiões noſtro congruentes ꝓpoſito. Pilulæ leues deſcriptiõe Almãſ. de dolore ſtomachi. quaꝝ initium eſt. Reci. florum ſquinanti, xylobal. Item pilulę de hiera ſimplici. Itẽ reci. ligni aloes, calami aro. xylobalſa. gariofil. nucis muſ. zinzibe. ſpicæ, galangæ, croci, cinnamo. abſin, menthę, apij, petroſelini. fæni. ſileris montani. leuiſtici. an̄. ʒ. i. myrræ. ℈. ſ. reubarbari ad põdus oĩum iam dictoꝝ, aloes ad pondus reubarbari & aliorum oĩum, & cum vino odorifero fiant pillulæ. Mediocres autem ſunt pillulæ de hiera cum agarico, vel de hiera compoſita Gal. quas ſcribit Nico. Item pilulæ de aſſa fætida. Itẽ pillulę arabicę deſcriptiõe Meſ. Fortes ſunt pilulæ de euforbio. Pilulæ fætidę maiores deſcriptione Meſ. Pilulę de oppopanaco. Meſ. Aliæ Reci. euforbij, collogntidę, agarici, ſerapini, bdelli. an̄. ʒ. i. aloes. ʒ. ij. ſ. maſticis. ʒ. i. cõficianẽ cum ſyru. de ſticados, & iſtæ ſunt fortiſſimæ & vſus earum excoriat, doſis eſt à. ʒ. ſ. vſq; ad. ʒ. j.

De electuarijs. Electuarium de dactylis ſiue diaphinicon cuius vſus eſt ſecurus & expertus. Item electuaria euacuãtia phlegma dicta ſupra de ſoda phlegmatica additis quæ com virtutem ducũt ad origines neruoꝝ. Item pro ruſticis & non potentibus accipere &c. diaturbith, & diarodon cum agarico. Item confectio de diacñon. item Meſ. diſtinctione tertia vbi prepareẽ vt phlegma ſolum vel multo plus ducat. Item electuariũ quo vtebatur Gentilis in paſſionibꝰ neruorum, cuius deſcriptio Reci. acori, ſticados. an̄. ℥. ij. paſſularum, radicum fænic. petro. an̄. ℥. j. centaureę minoris, collogntí. hermodactyli an̄. ℥. ſ. fiat decoctio de qua accipiatur lib. j. mellis lib. j. addatur agarici. ℥. i. turbith. ℥. ſ. diagridij. ʒ. ij. ſ. ſeminis ani. piperis longi, zinzi. an̄. ʒ. i. ſpicę. ʒ. ſ. Fiat electuariũ cuius doſis eſt à. ʒ. i. vſq; ad ſex. Item valet hiera abbatis deſcriptione Nico. Item confectio alfeſera Meſ. diſtinctione tertia, & datur poſt ſex menſes à. ʒ. ij. vſq; ad quatuor. Multa talia componi poſſent. vt patet. ſed non poſtergatur agaricus vt ſupra. Conſimiliter dicendum de ſuppoſitorijs vt fortibus et minus fortibus, de quibus ſupra de ſoda phlegmatica atq; apoplexia. Confert etiã ſæpe vomitus qui fiat facilis fortior & mediocris. nã de eo ſupra de ſoda. de ſubeth. ſcotomia, & infra de vomitu, & tu ibi require.

Si autem euenerit à ſanguine à quo rariſſime contingit aut ab humore ſanguini cōmixto. Fiat phlebotomia, digeratur & euacuetur vt ſupra de ſoda ſanguinea. Phlebotomia tamen fiat diuerſiua, & ſi poteſt fieri per vnā diametrum fiat. ſi non operetᷣ medicus vt ſua cognoſcit prudentia. ſ. per duas.

Phlebotomia neruis inimica.

Si à melancholia digeratᷣ ꝓportionabiliter, & euacuetᷣ cum appropriatis, de qbus in de ſoda melancholica. Sed ſcito ꝙ phlebotomia ex ſe non videtᷣ cōferre ſed multum nocere neruis. ipſa quidem ſpiritus reſoluit, & neruos infrigidat. Vnde Auic. ſecunda tertij. primo capi. & prima phlebotomia plurimum eis nocet.

QVARTI cōplemētum. Fiat cum caputpurgijs. Sternutatorijs. Maſticatorijs. Gargariſmatibus de quibꝰ ſupra de ſoda phlegmatica. Caputpurgia autem & ſternutatoria ſunt ad hanc ęgritudinē vehemētis virtutis, purgant cerebrum & à parte diuertunt Meſ. de paralyſi. & Aui. de cura eius, & licet de his plene dictum ſit ſupra de ſoda phlegmatica, tñ hic addentᷣ alia. Caputpurgiū forte & mirabilis effectus. Recip. caſtorei. ʒ. i. cōdiſi, piperis, ciclaminis, pulpę collognitidę, baurach, euphorbij, fellis bouini exiccati. añ. ʒ. iij. Fiāt ex eis collyria & ſeruentᷣ. & cum vti volueris reſoluatᷣ vnum in aqua maioranę. Sed nota qđ dictum eſt ſupra de ſoda phlegmatica qa timetᷣ lęſio naſi. Maſticatorijs fiant formę ex nucibus ſtafiſagria & maſtice deponunt phlegma mirabiliter. Et iſta & conſimilia fiant pręcedentibus purgationibus.

QVINTVS compleatᷣ cum embrochis, vnctionibus, cerotarijs, empl'is, confectionibus, ventoſis. Vñ prius aduertatur canon ꝙ emplaſtra vnctiones & hmōi debent applicari parti poſteriori. vt ſupra in principio. Vnde Auic. de cura huius inquit. Et oportet vt ponantur medicinæ in cura eius in quocunq; loco acciderit ſuper loca percuſſionis & ſuper principium ex quo ingrediuntᷣ nerui mouentes membra paralytica. Poſitio enim medicinarum ſuper membrum paralyticum eſt ex eis quę nō afferunt iuuamētum de quo ſit curandum. Et tibi quidē ineſt cognoſcere originem neruorum. Embrochę fiant ex rebus conferentibus neruis proportionabiliter vt de embrochis capitalibus ſupra dictum eſt. Conferentia autem ſtatim dicentur. Embroca & multum magnificatur eius operatio. Reci. vulpem euiſceratā, & fac cū pelle eam bullire vſq; ad diſſolutionem membrorꝫ, & fiat inde embrocha. Valent etiam embrochę dictę ſupra de ſoda phlegmatica. & lotio capitis cum eiſdem rebus cum lixiuio. Vnctiones fiant ex oleis. vt ſunt oleū vulpinū Meſuę &c. olea de qbus poſt vnguētū. Rec. ceræ citrinæ. ℥. ij. olei de narciſſo, olei de lilio añ. ʒ. vj. myrræ, oppopanaci. añ. ℥. j. caſtorei. ʒ. vj. euphorbij. ʒ. iij. fiat vnguentū. de quo vngatur latus. Aliud de quo habita eſt experientia. Recipe olei multum antiqui lib. ſ. ceræ ru. ℥. ij. liqueſiat cera ad ignem cum oleo & deſuper eijciatur euphorbij. ℥. i, caſtorei. ℥. ſ. fiat vnguentum. Aliud de quo experientiam habui. Recipe anſerem vnius anni vnius & vltra euiſceretur & mundetur cum vino, deinde accipiatur medius gattus, ſcilicet partes poſteriores. Similiter media vulpis & piſtentur omnia cum oſſibus ſuis, & addatur terbentinæ, bdelij, ſerapini, raſinæ, vermium terreſtrium exiccatorum, ana. ℥. ſ. miſceantur omnia & impleatur corpus anſeris: & ſi vna non ſufficit ſint duæ, & ponantur ad aſſandum cum lignis iuniperi pro nobilibus aut lauri. & ſi non pro pauperibus cum ſermentis vitis, & primum aquoſum proijciatur, reliquum vſui reſeruetur. Notandum tamen ſunt hic duo. Primum quòd ex dictis & dicendis poſſunt confici vnctiones variæ, vt patet, quæ debent moderari, vt dictum eſt ſecūdum facile, forte, & mediocre, habito reſpectu ad ætatem, tempus, anni, virtutem, ſexum. & ideo in multiplicatione eorum ſuperſedeo. Secundum, quia in his ſem-per aliquid aceti addatur vt melius penetrent. iuxta canonem Auicen. quarta primi, primo capi. parapho primo. Et ſi interea fuerit ęgritudo.

Sed anteq̄ de cerotarijs, emplaſtris aliqd ponatur attendendus eſt cañ. Auic. de cura eius vbi inquit. Cūq; ſenſus eſt debilis plurimū forte nocet. & nō ſentit illud & ducit ad lęſionem, & vlcerationem fortem. Oportet ergo vt in omni ſtudio ab illo caueatur, & vt conſideretᷣ diſpoſitio impreſſionis emplaſtri. nam. ſi nō rubificat, & inflat, & cutem nō pertranſit, & ſeparatᷣ compreſſione digitorum ſubtili, & albificatur locus eius, tunc impreſſio nō pertrāſiuit cutē, & ſi rubificatio eſt magis fixa, & caliditas magis apparēs, tūc reitera. Modus vero cognoſcendi in hoc eſt vt auferas emplaſtrum omni hora, & cōſideres diſpoſitionem. Si ergo neceſſaria eſt ablatio remoue, & ſi neceſſaria eſt reiteratio itera, quod debet intelligi permaxime de emplaſtris ac cerotarijs quę ſuper membrū leſum ponuntᷣ. Valent in hoc caſu emplaſtrū de ſinapi Meſuę. emplaſtrū vulpinum Meſuę, & ex dictis oleis cū pulueribus rerum appropriatarū dicēdarum, & dictarum poſſunt fieri & variari emplaſtra. & conſimiliter cerotaria addita colophonia. Cerotarium conferēs valde. Recipe myrrę, oppopanaci, vſneę, ſauinę, melegetæ, amygdalarum amararum, caſtorei, gūmę, ruthę agreſtis, thuris. añ. ʒ. ij. ſeminis agni caſti, piretri, galbani, euphorbij. ana. ʒ. ſ. gūmi pini. ʒ. vij, olei cucumeris aſinini, olei laurini quātum ſufficit, & poteſt fieri linimētum, quod ſuper membrum lęſum extendatᷣ. Aliud expertū. Reci. euphorbij, piperis, hyſſopi humidę, armoniaci, croci. olibani, caſtorei. terbentinæ, oppopanaci. añ. ʒ. iiij. ſtoracis. ʒ. ij. cerę citrinæ lib. ſ. olei antiqui lib. iij. terenda terantᷣ, & gummę diſſoluantur in vino, & miſceantur, & ſuper membrum lęſum ponantur radix lilij, ireos, ſuper membrum emplaſtrata, aut cum ea fricatum eſt optima & ſingularis medicina. Item bulliat euphorbium in fece vini, qdam cum bulliunt in amurca olei antiqui, & ex eo inungatur occiput vſq; ad ſpondile neceſſarium. eſt ſublimis medicina & ſublimior fece vt exiſtimo.

Confectiones zinzi, cōdiū, acorus cōditus, & eſt ſublimis. Diacalamētum. Diamuſcum dulce Meſ. vt infra. Pineę cōditę cum zuccharo. Rec. zinzi. galangę, gariofili añ. ʒ. i. nu. muſ. macis zedoarię croci. añ. ʒ. ſ. ſe. aniſi, cardamomi. añ. ℈. ij. pineæ. ℥. ſ. acori. ʒ. q. ſ. piperis longi, corticum citri. añ. ʒ. ij. zucchari quātum ſufficit & aromatizetᷣ cum muſci granis duobus, & ambrę granis tribus detᷣ mane. ʒ. ij. poſt bibēdo parū vini lymphati, vel mediocre, & cū vadit dormitū detᷣ ad quātitatē auellanæ, & ſine potu. Alia & ſingularis. Re. ſecacul, pinearū mundatarū, radicum acori. añ. ℥. ij. mellis lib. iij. ℥. iiij. ſecacul, & acorus prius elixentᷣ, & fortiter exprimantᷣ, & ſi elixētur in vino melius ſi nō adeſt febris, deinde miſceantᷣ cū melle ipſis prius piſtatis inciſis; deinde ſup proijciantᷣ pineę & miſceantᷣ. vltimo pulueriſentᷣ cū his. Reci. piperis nigri. ʒ. iij. ſ. piperis lon. gario. macis. añ. ʒ. iij. nucis muſ. galangę, cardamomi. añ. ʒ. ij. doſis. ʒ. ſ. vſq; ad vnā mane & ſero. Vſus caſtorei in oēm modum valde confert, ſed eſt valde abominabilis. Inquit Meſ. aucte Galen. Theriaca, et metridatum cum aqua ſalmę cōferunt omni tpe. In principio quidem & ante purgationē, qa digerūt, & ſubtiliant materiā, & permutant malitiā cōplexionis frigidę & cōferunt poſt purgationē quia reſiduum materię reſoluunt. Habent etenim hęc iuuamenta manifeſta in ęgritudinibus neruorum, hortaturq; Gal. ad accipiendū ex his ſingulis diebus vſq; ad. ʒ. j.

De ventoſis vero dicēdum ꝙ ipſę multū cōferunt qñ ſuper mēbrū lęſum ponuntᷣ attētis eiſo quę elegi ex Auic. de cura paralyſis. Primum ꝙ ponātur ſuper capita lacertorum. Secundum ꝙ non ponantur cum ſcarificatione, nam euacuaretur ſanguis, cuius retentio quęritur.

Sed nota

Sed nota ꝙ ex earum applicatione ſequeretur attractus multus,tunc neceſſaria eſſet aliqua remiſſio. vt Auicen. ibidem. Tertium ꝙ noo ponanẽ niſi poſt purgationem ne materia ſuperflua ad partem trahatur. Quartũ ꝙ ponanẽ vt caleſiant lacerti. Quintũ ꝙ ſint ſtricti orificij vt melius applicenẽ. Sextum vt ſint cum multo igne & ſucceſſione vt fortius trahant & cito remoueanẽ. Septimum conſidereẽ ſi paralyſia eſt multa, & tunc ponantur ſuper diuerſa loca. Si autem paralyſia eſt pauca. vt verbi gratia in manu tantũ, tunc ſufficit, earum poſitio in vno loco cõiunctim vel ſuper capita neruoꝝ. vt ſuper locum à quo nerui manus oriunẽ. Octauum ꝗa in vltimo ponanẽ pix & gũma pini,ꝗa cõfortant & retinent ſanguinẽ attractum. Auic. puluerizando ea ſuper membrum.

S E X T V S perficitur balneis, ſiue æſtuarijs, balneis quidem naturalibus de ꝗbus ſupra tractatu ſecũdo. Item artificialibus cũ his poſitis ſupra in ſyrupis,& alijs de quibus infra. Eſtuarija autẽ ſiccis, & non humidis, vnde experimẽtum habui de balneis naturalibus, & de fumo eorum ſiue de ęſtuarijs ſiccis à fumo eorum prouenientibus, reperiq; multo plus cõferre ęſtuatium ſiccum ꝗ̃ humidũ, vt io comite Carmignola, & ideo dixit Aui. Et iuuatur balneo ſicco longo, Vnde & Ioãnitius. Conferunt ſtuffę, & balnea ſine aquis. Meſuę, ſed tamẽ poſt fricationem in balneo ſicco conferunt aquę termarũ. idem. Et hmõi ſnię fuit Gordonius de paralyſi. Sed maxime notandum ꝙ iſta nõ conueniunt niſi poſt purgationẽ & purgationes & verſus declinationẽ. Vnde Auicẽ. Et poſt eũones & iuuamenta ab eis quibus vtuntur iuuamẽta balneo ſicco longo aut balneis. & in fine rei & poſt euacuationes & vbi eſt neceſſarium reſoluere,& Meſuę auctoritate Ioãnitij. in fine quidem rei cõferunt ſtuffæ, & balnea ſine aquis. Poſt vero exitum à balneo ingrediatur lectũ, & ſudet, deinde exiccetur & vngatur ex vnguẽtis confortantibus vt ſupra. deinde adminiſtreẽ confectio aut electuarium neruos cõfortans. Confert & maxime cum eſt io balneo vt ſup caput eius præcipue in parte poſteriori recipiat aquam ex alto per cannulam. aquam dico balneorum naturalium aut artificialium. vt ſupra vt tres vł quatuor ſitulas pro vice. Et cum membrũ redit fac ipm exercitari mouendo. verbi gratia brachium ſæpe manũ, vel aliud luctando, iactando, vociferando, conſtringendo. & dilatando ſæpe ipſum.

Et licet promiſſum ſit ſeriatim ponere neruos confortantia, tamen quia in ſyrupis poſitia, & alijs receptis. etiã plurima colligi poſſent hinc paucis ſic ſeriatim poſitis et neceſſarijs cõtentus ero. Confortantia ſunt. Abrotanum. Altea. Armoniacum. Anacardus. Aqua ſulphurea, aluminoſa. Aqua maris. Ariſtologia. Artemiſia. Aiſa. Bethonica. Blanca Nico. Carui, Caſtoreum. Cerotum alexãdrinum Meſuę. Colloquintida. Coſtus. Cordumeni. Confectio de muſco Meſuę nimius eſus eius curat paralyſim, Maiorana. Mel. Mũmia. Nux indica. Oleũ de piperibus. Oleum de cinnamomo. Oleum de citro. Oleum laterinũ. Oleum vulpinum. Oleum de coſto. Oleum de terbẽtina. Oleum de ſynapi. Oppopira Nico. Oleum de piretro Ni. Peonia. Confectio piretri Meſuę de epilepſia. Confectio anacardina Meſuę de ęgritudinibus neruorũ. Diambra Auicẽ. in quinto tractatu tertio. Diacalamẽtum. Diacaſtoreum Nico. Euphorbium cũ oleo linitum. Ieuſemini. Laurus. Lepus. Squilla. Spica. Pinee. Pinguedo gliris. Pilulæ de ſerapino Meſuę. Pilulæ fætide Meſuæ de cura paralyſis. Pilulæ de euphorbio. Potio ſancti Pauli Nic. Rutha. Sauina. Syrupus de ſticados. Theriaca. Vnguentũ de bdellio Meſ. Vnguentũ baſilicon Meſ. Vnguentũ marciaton Nico. Hiera Raſis. Hieralogodion. Auic. in quinto tracta. 2. Hierapigra abbatis Nico.

C V R A ſi cõtigerit ex caſu & percuſſione & cæteris cauſis, tũc in qua eſt ſpes oportet in pricipio facere phlebotomiam diuerſiuam timendo apoſtemationem neruorum. deinde regatur vt ſupra, & ponantur emplaſtra, vnguẽta ſuper membra aut, membra leſa. Emplaſtrum optimũ. Reci. farinæ fænugręci, ſemis been, ſeminis maluę, maluauiſci, reſinæ, armoniaci, bdelij, adipis anatia, ceræ. añ. & cum oleo de lilio. Fiat emplaſtrũ ſm artem piſtando piſtanda, eliquando &c.

M V L T I ac plures cõmendant ex auctoribus inductionem fe. in hoc caſu. Ego quidem vereor prouocare, quia eã remouere non eſt eius arbitrij cuius eſt ꝓuocare. Ideoq; cum cæteris ſingularibus remedijs dictis pertrãſeo. nam corpora hodierni tẽporis ſunt ita repleta ꝙ &c.

In prouocando tamen febrem duplici vtimur via. Primo exhibendo medicinas per os. Secũdo eas ad extra applicando. Per os vt dando theriacam, metridatũ confectionem anacardinam. Raſis nono Almanſo. quam ipſe hoc in caſu cõmendat caſtoreum, ſynapis & cętera hmõi electuaria calida, faciendo ipſa continuare, & tenendo patientem in loco calido. Ad extra vero applicamus olea calida valde, ſupra memorata vnguenta, & emplaſtra calida. Vnguẽtum. Reci. olei petroſilij, ſiue de coſto, ſiue laurini lib. i. pinguedinis leonis, aut anſeris. ℥. iiij. ſinapis. ℥. i. bulliant ad conſumptionem duarũ partium. Aliud. Reci. aliqd' ex oleis dictis. deinde piperis, piretri, euphorbij. añ. ʒ. s. pulueriʒentur & bulliãt in prędicto oleo vſq; ad conſumptionem tertiæ partia. Modus operandi in talibus eſt vt ex oleo vel vnguẽto tali calefacto inungas pulſus, tempora, loca emunctorioꝝ, hypochondria, & in viris pudibunda, in mulieribus vero mamillas. Aliqua alia ponenẽ in capĩo ſequẽti huic ꝓpoſito valentia. debet etiam cibari rebus calidis, ſed meo iudicio oĩa alia prius complenda ſunt ꝗ̃ hic tentetur modus.

Febris vt ꝓuocetur.

De ſpaſmo. Rubrica. II.

SPaſmus eſt ęgritudo neruoſa qua mouenẽ lacerti ad principia ſua & inobedientes ſunt in dilatatione. & eius cauſa ſm plurimum eſt materia phlegmatica groſſior ꝗ̃ in paralyſi, & maxime de repletione. Et dicitẽ qua mouetur, vt hic accipiamus ſpaſmum pro ęgritudine neruoſa cõtractiua ad differẽtiam tetani. Et dicitẽ, & eius cauſa. Primo quia etiam ã materia ſanguinea, & melancholica põt contingere, ſed à melancholica raritia: ꝗa groſſa ſic penetrare non valens. Quidam dicunt ſanguineam facere ſm plurimũ ſpaſmum apoſtemoſum. Nam ſanguis ſua leuitate ingrediens muſculos, & apoſtemans implẽs villos ipſos abbreuiat ſm longum, licet eos amplificet ſm latum. Cholerica vero rariſſime & forte magis mordicatione ſua ꝗ̃ repletione ſpaſmũ facit. Secũdo dictum eſt ad differentiã malę qualitatis ſine materia vt eſt caliditas vehemens & ſiccitas. nam accidit etiã ſpaſmus de inanitione facta à qualitate excedente vt eſt caliditas ſupflua vel ſiccitas frigiditas. & eſt ſpaſmus vt plurimum pueris aduenirns, & fe. cõſequenter vrentes. contrahitur enim in caſu neruus ſicut corrigia igni expoſita. Fit & qñq; à ſuperflua frigiditate congregãte neruum, & lacertum, & inſpiſſante ipſum & contrahiẽ ad caput ſuũ.

σπασμὸς grece conuulſio dicitẽ latine, cuius tres exiſtũt ſpecies, prima grecis τέτανος nuncupatur, diſtẽtio latinis, Cornelius aũt celſo rigor, ſecunda ἐμπροσθότονος grecis nominatẽ, latinis tẽſio ad anteriora, tertia ὀπισθότονος grecis, latinis vero tẽſio ad poſteriora appellatur, vt in ſequẽtibus apparebit.

Tertio dictum eſt ad differẽtiam ſpaſmi non ꝓportionati ad materiam facti. Cã punctura rei venenoſę vt ſcorpionis punctura rei acutæ, à dolore quẽ Gal. 5. apho. cõmen. primo vocauit ſpaſmũ per colligantiã cõſenſumue quem ad ſpaſmum de inanitione reduxit, quod tamẽ dictum aliquibus nõ placet. Via ex aſſumptione venenoſę, aut calidæ frigidæ, aut aliunde ex materia venenoſa percepto, nocumento in ore ſtomachi & cerebro per neruos reuerſiuos cõcitato ſequiẽ talis ſpaſmus, vt quinto aphor. cõmento primo. & in ſecunda tertij de ſpaſmo.

Galenus notatur.

C A V S Æ. Spaſmus itaq; diuiditur in anteriorem & poſteriorem. In anteriori vero quia in parte anteriori fit contractio anteriorum lacertorum, & extenſio poſte-

riorum. Et econtra in poſteriori cõtractio in poſterioribus, & extenſio in anterioribus. & ſic tollit̃ contradictio inter Auicẽ. & Haly., quia videt̃ dicere Haly. ꝙ ſpaſmus in anteriori fit cum compaſſione poſteriorũ nõ quidem cum cõtractione ſed cum extenſione. & qui fit in poſteriori ſm̃ cõmẽtum Piſani, dicit̃ opiſtotonus, quia fit ſup ſpinã. & qui in parte anteriori emproſtotonus. & qui totum occupat dicit̃ tetanus vt infra. Cum enim humiditates replent neruos dilatãtur nerui ipſi & curtant̃ ſm̃ longum. quare lacertus ad quem mittebat̃ neruus contrahit̃ verſus originẽ, & ſic curtatur membrũ & efficitur impotens ad debitam extenſionẽ ſicq; cauſat̃ ſpaſmus de repletione. ſpaſmus autẽ de inanitione fit exiccata humiditate nerui aut lacerti, quare corrugat̃, & cõtrahitur. Item fit ſpaſmus per colligãtiã à matrice veſica, & à ſtomacho cõicato malo vapore ori eius. Item à materia vermium. nam nocumẽto percepto cerebrum in ſe cõtrahit̃ ad eius contractionẽ ſeqtur membroꝝ cõtractio. Fit & qñq; ꝑpter ſuperfluũ coitum. Item à caſu, & percuſſione. Labore nimio. Fluxu ventris. Apoſtemate, & hmõi. Fit qñq; in pueris propter debilitatem cerebri, & neruos, multam etiã corruptionẽ digeſtiuæ. vt tertia primi de ęgritudinibus quæ infantibus accidunt.

S I G N A demonſtratiua quãdo vides membrum contractum & rigidum & non põt reduci ad ſuam diſpoſitionem naturalem, tunc illud dicas ſpaſmatũ ꝙ ſi ſubito id à ſano accidit iudica ſm̃ plurimũ eſſe à repletiõe, ꝙ ſi paulatine euenit & poſt febres & labores & inanitiões ex parte totius fluxus & hmõi. tunc iudica illud eſſe de inanitione, & talis cõſueuit euenire abſq; dolore aut cum remiſſo preterq̃ in noſtro ꝓpoſito ipſum ſub eadẽ inanitione collocando, vt qui eſſet ex punctura mordicatione cholerę in ore ſtomachi & hmõi. Qui autẽ ex repletione venit cum dolore ſatis intenſo. cum autẽ membrũ ad ſe cito redit, vt cũ ventoſitas eſt in cauſa nõ iudices ſpaſmũ vere vt in oſcitatione, & ſingultu. Qñq; euenit ꝙ pulſus eorum eſt debilis, durus, vodoſus, & inordinatus.

Vrina aliquando colorata ꝑpter febrem. qñq; diſcolorata materia habente raptum ad ſuperiora.

Quod ſi fuerit à ſanguine ſigna ſanguinis apparebunt. Et ſimiliter de alijs humoribus. de quibus ſignis ſæpe.

Quod ſi fuerit ex potu veneni, aut alterius cauſę primitiuæ ſcitur iudicio patiẽtis Et cum pleuryſis, ſquinãtia, aut phreneſis cõuertit̃ ad ſpaſmũ ſcit̃ per ſigna ꝓpria.

P R O G N O S T I C A. Spaſmus de repletione facilius curatur q̃ de inanitiõe, qm̃ facilius eſt rem humidam exiccare q̃ ſiccam humectare, vt quarto de ingenio ſanitatis: imo cura quę ẽ ex ſiccitate eſt praua. Spaſmus de ellobro mortale. Spaſmus poſt vulnera mortalis. Spaſmus de inanitione mortalis. Spaſmus poſt febrẽ mortalis. Si aliquis fuerit multum inanitus ꝑpter aliquam cauſam & ei ſuperueniat feb. & febri ſuperueniat ſpaſmus talis eſt incurabilis, quia eſt de inanitione. Spaſmus de repletione aliqñ accidit poſt feb. materia exiſtẽte multa. & talis curabilis eſt. Spaſmus pueris accidens febriẽtib⁹ vt plurimũ eſt de repletiõe, qa ſunt ingluuioſi.

Spaſmus ex pũctura peſſimus iuxta illud tertio techni, nerui & tenues punctura. Spaſmus faciliter accidit pueris vt qñq; ex fletu ſolo. ita & faciliter curat̃, ſed annũ vltra difficile accidit eis & ita de difficili curat̃. Si patiẽti ſpaſmũ quartana ſuperueniat ſoluit̃ ſpaſmus. Et de apho. prognoſticis de ſpaſmo habes in fine capituli. & tu ibi.

C V R A in ſpaſmo humido ſiue à repletiõe, ſeruent̃ canones idem qui dicti ſunt de cura paralyſis, nam ſi eſt ſanguis peccãs fiat phlebotomia vt ibi. ſed nõ fiat extractio ſanguinis oĩno neceſſaria. ſed retineat̃ ꝑpter ſpaſmũ vt ſanguis reſiſtat ſpaſmo. Quod ſi fuerint alij humores, pręcipue phlegma, vtãtur clyſteribus fortibus, & ſolutiuis cũ canonibus ibidem poſitis, emplaſtra, vnctiones, vt ibi. Tina ex aqua ſulphurea aut artificialiter facta ex ſulphure, ſale, & cinere maxĩe cõuenit & magis ęſtuarium ſiccum factum cum lapidibus ignitis extinctis cũ vino, & non fiat mora in ea ꝑpter debilitatẽ virtutis. ſed pone multitudinem numeri loco longitudinis ſpatij. Facitaq; eum bis ſedere in ea die Auicẽ. Embrochę ſup caput fiant. Item aduertẽdum ꝙ ſi fuerit ſpaſmus in parte anteriori, & maxime faciei debent embrochę ceratoria, & vnctiões ſyncipiti applicari. Vbi vero fuerit in parte poſteriori occipiti. Ventoſę etiam ſuper loca notata de paralyſi magnifice conferunt. & ſi materia eſt pauca ſint ſine ſcarificatiõe. Si vero multa fiat ſcarificatio ꝑpter materiã attractã vt de paralyſi, ꝙ ſi non fieret ſcarificatio eſſet mortale, ecce periculum grande. Nec quilibet ſic mẽſurare ſciet. quare nõ niſi expertus in eis applicãdis ſecuretur. Non multiplicent̃ vſus earum neq; ſic cito applicentur, ſed ſucceſſiue, & caueat̃ ne loca ventoſarum infrigident̃. Eſtq; attendendum ꝙ cura ſpaſmi nõ patitur dilationem ꝑpter fortitudinẽ nocumẽti, & neceſſitatis operationis membri. & ideo cito medicamina applicent̃, nec fiat dilatio, vt in paralyſi dictum eſt. nam paralyſis dilationem ſuſtinet. vt patet. Item nihil ęque cõuenit in cura ſpaſmi de repletione vt feb. ſuperueniẽs. vnde Hippo. 57. apho. 4. ſectionis. Qui à conuulſione, aut diſtentione neruorum tenet̃, febre ſuperueniente liberat̃. Et Auic, de cura eius. prouocatur autẽ febris, vt in paralyſi. Aliud Reci. caſtorei, aſſę fœtidę. ana partẽ vnã mellis par. ij. miſceantur. doſis eſt vt auellana vna. cõtinuet̃ vt dictũ eſt. theriaca, & metridatum ſunt ex ſolennioribus medicinis in cura humidi. Itẽ maxime cõuenit calefacere ſalem ſup originẽ neruorum ponere. Sternutatoria autẽ maxime conferunt de qbus dictum eſt. Item ſeſſio in aqua decoctionis pellium, vulpium magnifice cõmendat̃. Tu tñ ſis attẽtus canoni ſupra in pñcipio curę paralyſis ſi adeſt feb. aut nõ. Item ſter ęger pellibus vulpinis, aut lupi inuolutus. Vngatur membrũ lęſum cum oleis dictis de euphorbio, liliorũ alborũ, vulpis, ſpicę nardi. Sed diligẽter aduertẽdum ꝙ ſicut dictum eſt ſupra materia ſpaſmi eſt groſſior materia paralyſis. & ideo in principio nõ debemus fortibus reſolutiuis vti cum materia amplius ingroſſetur reſoluto ſubtili, ſed debemus primis duobus diebus vti mollificatiuis. deinde ad reſolutiua ꝓcedere.

Mollificatiuũ valens in hoc caſu. Reci. mucillaginis, ſeminis lini, ſeminis fœnugręci. añ. ℨ. ij. butyri recẽtis, axungię anatis. añ. ℨ. i. olei ſiſamini, amygdalarũ dulcium. añ. ℨ. i. olei de lilio. ℥. i. cerę modicum. fiat vnguẽtum. Alijs vero diebus vtatur reſolutiuis oleis, & vnguẽtis, et interponendo mollitiua, & ſic cõtinuet pluribus diebus, & in fine potius poſſemus vti reſolutiuis. Et conſimiliter fiat de ablutionibus, & balneis, vt prius fiãt mollificatiua cũ malua, biſmalua, fęnugręco, ſemine lini, althea, & optimũ eſt balneum vulpis vt ſupra de paralyſi. Et eſt notandum ꝙ tres ſunt axungię cõuenientes in hoc caſu vulpis, vulturis, & vrſi. Leonis vero axungia ſe. inducit. Si enim ſuccinctę pertrãſiui. qm̃ cura huius ſpaſmi maxima ſui ex parte ex cura paralyſis perficit̃, & tu conſidera.

C V R A in ſpaſmo ſicco, quẽ quidam de inanitione vocant. generalis canon eſt vt ex toto medici intẽtio principaliter ſit ad humectãdum, & etiam ad infrigidandum pręcipue in eo qui feb. ſequit̃ acutam, ſeu vrentẽ. de quo Gal. apho. quinta. cõmento primo dixit. ꝙ eſt incurabilis, ſed de hoc in dubijs.

Speciales canones ſunt, qm̃ ſi eſt humor calidus faciẽs ad conſumptionẽ materię per cuius cõſumptionẽ cauſat̃ ſpaſmus, tunc fiat eius euacuatio. Cum qbus autẽ euacuet̃ talis materia habet̃ ſupra de cura ſodæ cholericę, & ſi digeſtione indiget ibi recurre pro digeſtiuis. Et ſimiliter quo ad ordinationẽ dietæ vt tactum eſt. Dieta enim ad humidum declinet quo ad regimẽ rerum nõ naturalium.

Vnde

Vnde eadem ſeruet vel conſimilis quæ in prima ſpecie heticæ de qua infra. Et in ſumma nutrimẽtum cõueniẽs debet habere quinq; cõditiones. Prima ꝙ ſit facilis digeſtionis ꝓpter debilitatẽ virtutis. Secunda ꝙ ſit facilis penetrationis, quia viç ſunt anguſtæ. Tertia ꝙ ſit alteratiuum ꝓpter malam cõplexionẽ calidam & ſiccã inductam. Quarta ꝙ ſit cõſolidatiuũ, vt fiat melior adhęrentia in partibus mẽbrorũ. Quinta ꝙ ſit reſtauratiuum ſiue nutritiuum ad reſtaurãdum humiditatẽ, ex cuius cõſumptione cauſatus eſt ſpaſmus. Et ſi omnes conditiones ſimul inueniri poſſunt in vno cibo non eligat̃ ſup illum. ſed qñ duæ, vel tres, vel plures reperiunt̃ adhuc bonus eſt ſi non habet aliunde nocumẽtum. Ex ꝗbus ſequitur ꝙ aqua hordei excorticati bene decocta eſt multum conueniens. Infertur ſecundo ꝙ aqua hordei in qua decoctæ ſunt teſtudines nemorales eſt maxime cõueniens, qđ ꝗdã in hoc caſu habẽt pro ſecreto. Infertur tertio ꝙ oua ſorbilia cum aqua alterata ſunt hoc in caſu cõueniẽtia. Infertur quarto vinum lymphatum eſſe &c. Quintum ꝙ aqua carnis diſtillata vt cõuenit eſt etiam cõueniẽs. Et conſimiliter inferat̃ de lacte primo mulieris, ſecundo aſinæ, tertio capręvbi non adſit feb. & pręcipue putrida.

Vtaturq; oleo amygdalino dulci cum zucchari, lacte amygdalarum dulcium, auenato hordeato.

Alius canon. confortatio mẽbri, & malę qualitatis remotio. Iſta autem complent̃ cum oleis, vnguẽtis, cerotarijs, emplaſtris, lotionibus, embrochationibus frigidis, humidis, de quibus ad plenum ſupra de ſoda cholerica.

Olea &c. violatum, nenupharinum, ſalicis & hmõi. ex quibus fiant vnguenta vt ſupra. Balnea in hoc caſu ſunt conuenientiſſima ex aqua dulci in qua decocta ſunt viol. nenuphar. ſalix, folia myrti, malue, cucurbitę, & poſt exitum vngatur dorſum, ſiue origines vt ſupra, & membra læſa. Item tina ex lacte ſi fieri poſſet eſt optima. Item cõueniẽtiſſima, & ſingularis eſt ex oleo in quo bullita ſit viola malua & hmõi frigida, ita tñ ꝙ oleum ſit tepidum & nullo modo calidum. Et ex aquis tinarum, vel olei vt dictum eſt fiant lotiones capitis & embrochę. debent enim in balneo teneri quouſq; mẽbra videant̃ tumefieri, deinde debẽt inungi ex oleis dictis, aut vnguẽtis: vt Reci. oleorũ violati, nenupharini, de ſalice. añ. ℥. ſ. mucilaginis pſilij quo ſi velis potes hic vti cõtinue mucillaginis, dragantí, gummi arabici. ana. ℥. i. axungiæ gallinæ, anſeris, medullæ vituli. añ. ʒ. ij. fiat vnguentum molle.

IN FACTO vero per puncturam à re venenoſa occurrat̃ cũ bezoar veneni illius theriaca, metridato, ſaluia, ariſtologia rotunda, gentiana, baccis lauri & hmõi.

IN FACTO vero per puncturã claui, aut ligni acuti aut alterius talis rei. tunc ponit̃ ſuper foramẽ oleum feruens de euphor. vel cum euphor. vel oleum ſolum aut terbẽtina accenſa diſtilletur io foramen. Aut membrum ipſum ſi ſit habile ponat̃ in oleo feruenti, vt ſi eſſet digitus, pes, vel manus & hmõi. & maxime qñ orificiũ vulneris eſt anguſtum. tunc quęrat̃ via aperiẽdi ipſum iuxta illud. Nerui & tenuis punctura. Quidam ꝓſumunt magis in principio applicare oleum ro. calidũ vt ſupra ſtudentes & bene in remotione doloris cum vnguentis aut emplaſtris, & tandem perueniunt vſq; ad applicationem ſtupefacientium, ſi cætera non ꝓſint. Vbi notãdum ꝙ in ſpaſmo cõtingẽte ex dolore abſq; vulnere in principio debemus cum anodinis ꝓcedere. vt verbi gratia. Rc. olei ro. &c. & applica cum petia. Vel ſic. Rec. medullæ panis calidi infuſi in oleo viol. & facta expreſſione ponatur ſuper locum. Vel ſic. Rec. olei ro. ℥. iij. aquæ ro. lib. ſ. vitellorũ ouorũ recentium fortiter agitatorũ numero quinq; miſceant̃ & in eis infundat̃ faldella ſtuppę canapis, & expreſſa ſuperponat̃. Aliter. Rec. panis de frumẽto infuſi in lacte vaccioo per horas. ij. vel. 3. vel plus vt videbit̃. vitellorum ouorũ recentium infuſorũ per tantum temporis in olei ro. viol. añ. ℥. ij. lactis tantum adde quãtum ſufficit pro emplaſtro, & tantũ ſup locũ tepidum pone. Aliud & optimũ. Rec. farinæ ſeminis lini, fænugręci. añ. florum camomillę, ſeminis anheti & cũ maluauiſco. Fiat emplaſtrum, moderabis vt ſtatim infra de canone & applicet̃ calidum. Stupefactiuum. Rec. olei roſacei. ℥. ij. opij. ℈. j. iuſquiami, papaueris albi. añ. ʒ. ſ. corticum mandragorę, ſeminis apij. añ. ℈. j, terantur & cribrent̃ & miſceant̃ cum oleo addito modico aceti. nam ſi cętera nõ conferũt applicetur vltimo hoc ſtupefactiuũ, & ſuper ipſum ponat̃ emplaſtrum. Vbi vero fuerit vulnus & fuerit cicatum, tunc incipere debemus cum exiccantibus reſoluentibus materiã malam, vt ſunt oleum de euphorbio, terbentina, & cætera ſupra poſita. & quęratur apertio, vt dictum eſt.

Si non fuerit cum vulnere magno ꝓcedat̃ cum anodinis dictis emplaſtro, & vnguẽto cũ oleo de camomilla, de ſemine lini calidi. Circa quæ notentur tres canones.

Primus conſideret̃ complexio ęgri. particulę patientis & habitudo. nam in cõplexione frigida, habitudine carnoſa phlegmatica debẽt calidiora applicari, vt oleum de euphorbio. vbi vero non, nõ ita calida, & ſufficit oleum ſolum aut tc. ſ. patet canoo conſideranti. Secundus ꝙ talia non ponãtur niſi vſq; ad remotionem doloris. Tertius ꝙ ſtupefacientia non continuentur ne fiat membri mortificatio, vt contigit in Roberto apothecario Paduę ex conſilio tinctoris.

De tetano. Rubrica. III.

SEquẽdo vt in rubrica ponebatur. Tetanos eſt ęgritudo officialis ꝓhibens virtutem motiuã attractiõe membrorũ de quorũ aptitudine eſt vt contrahantur propter nocumẽtum in lacertis, & neruis, & fit ab eiſdem vel conſimilibus cauſis ſpaſmi, licet ſit morbus magis acutus, & hoc ratione accidentium, terminantur enim in quarto, vt quinto apho. Quidam tamẽ addunt ꝙ etiã materia eſt acutior, ꝓpter quod dicitur morbus magis acutus, ſed magis credo primum. Dicitur officialis, quia in figura. ſtat enim membrũ tenſum. nam nerui & muſculi anteriores, & poſteriores ſtant ęqualiter tenſi, & in hoc differt à ſpaſmo, quia tales tantũ ad vnam partẽ tendunt, & ideo membrũ ſtat cõtractum. Item pro nunc teneo ꝙ cuzez verus eſt tetanus. Quidam tñ vt Placentinus differentiam ponit. nam cuzez ſemper fit à ventoſitate groſſa, & cum eſt particularis vocat̃ in vulgari noſtro granfo. Tetanus vero fit vt dictum eſt de ſpaſmo.

CVRA. Canones de ſpaſmo hic ſeruent̃. Ex oĩbus dictis ſeruent̃ magis applicatio vẽtoſarum hic ꝗ̃ in ſpaſmo ſuper loca debita. Item tina ex decoctione vulpis cum pelle, & ſit iuuenis, & eſt magnifice conferens. Item vſus cõtinuus caſtorei. Clyſteria, & euacuantia ſollicitentur. Sternutatoria. Caputpurgia. Et ſtudium ſuper omnia ſit in cuſtodiendo eos à frigore. In eo qui per cõmunitatẽ oportet attendere membro mandanti cum euacuationibus, & diuerſionibus, confortationibus ipſius & cerebri. de quibus omnibus ſæpe.

De tortura. Rubrica. IIII.

TOrtura eſt morbus officialis in facie ꝓpter quem contrahit̃ pars faciei ad partem non naturalem. & alteratur forma eius naturalis & remouet̃ bonitas obuiationis vtriuſq; labiorũ et ambarũ palpebrarum ex ꝑte cuius cã eſt aut mollificatio aut ſpaſmus lacertorum palpebrarũ, & faciei. Aut diſſolutio, aut chordę inciſio.

SIGNA demonſtratiua iam ex habitis nota ſunt. Signa demõſtratiua ſolum addita ꝙ ſi ex ſpaſmo eſt ꝙ illa ſubito accidat ꝙ eſt ex repletiõe ſi paulatim maxime quando ſequuntur febres, inanitiones, & huiuſmodi ꝙ eſt ex inanitione.

PROGNOSTICA. Si ſex menſibus durauerit aut nunquā aut magna cum difficultate curabit̃, cura enim eius praua eſt. Saltus prędicat torturam, & tortura ſpaſmum aut paralyſim aut apople. aut epile. Si accidat alicui tortura fortis infra quatuor dies interficit. ꝙ ſi illos tranſiuerit euadere poteſt.

CVRA ex dictis apparet manifeſte qui canones ſeruandi ſunt. Nam in ea quæ eſt à paralyſi canones de paralyſi. In ea vero quæ eſt ex ſpaſmo canones de ſpaſmo. ꝓpter quæ notanda ſunt ſigna diſtinctiua. Nam in ea quę eſt ex mollificatione nō ſentitur extenſio, & palpebra inferior oculi demiſſa eſt, & apparet ꝙ meditetur aſpiciens inferiora. neq; ſentitur magna lęſio, imo quaſi nō eſt ſenſus nocumenti. Et ſi ex ſpaſmo ſentitur extenſio cutis. & deſtruuntur rugæ faciei, & declinat cutis extenſa verſus collum, & ſi quęritur reductio cum manu reperitur difficilior multum. & vt plurimū minoratur ſaliua. Et ſi hæc ſufficiant intelligēti tamē pro clariori doctrina aperitur magis quod dictum eſt. Et ponendo canones particulares ex parte regiminis rerum nō naturalium ſeruētur omnia vt dictum eſt in duabus ꝑcedētibus rubricis. locus tamen eius ſit tenebroſus. Ex parte vero digeſtionis conſimiliter. Ex parte vero euacuationis nota ꝙ ſicut Auicen. vult hic in prima die nihil debemus facere, & ſi natura fuerit ſicca. ſed ſecunda die fiat lenitiuum, & leue natura exiſtente ſicca. ex quo comprehendo ꝙ natura nō exiſtente ſicca nō debemus mouere vſq; ad quartū aut ſeptimū. & cauſa eſt materiæ cruditas. Dixit enim ad quartum aut ſeptimum. quia in materiebus aliquādo citius aliquando tardius apparent digeſtiones. Item quia in eo tempore timetur nocumentum ex diſpoſitione fluxus materiæ per pharmacum amplius agitatę. Sed differt aliquis contra Auicen. in capitulo de tortura in fine inquit. Conſideretur ergo an torturæ aſſocientur accidentia apopletica, epileptica quia incipe ab euacuatione forti. Dicendum ꝙ ante quartum, aut ſeptimum regulariter non debemus cum medicina forti operari propter materiæ cruditatem &c. licet coacte quandoq; cōtingat vt in caſu. Vel aliter. ꝙ licet dixerit incipe. tamen nō dixit ante quartum aut ſeptimum. nam quędam materię cuius alijs digeſtionem recipiunt ex quo, & citius euacuationi conſentiunt. Si vero ex ſpaſmo contigerit procedat̃ in principio ſi fuerit ex ſanguine cū phlebotomia etiam venarum quæ ſunt ſub lingua facta euacuatiōe prius, vt ſupra de ſpaſmo, & poſt purgationes & nō ante fiant gargariſmata deponentia materiā. Vnde Auic. Intēdere ad gargariſmata eſt nocens. Et conſimiliter dicatur de ſternutatorijs, odorationibus, vaporationibus, et omnibus huiuſmōi materiam habētibus euacuare, ex quorū applicatione nō pręcedentibus purgationibus timetur attractio materiæ crudæ ad locum, & nō ſperatur eius reſolutio de quibus omnibus ſupra de ſoda. & de paralyſi.

Confortatio loci primo fiat cum lenificatiuis. deinde cum reſolutiuis, vt de ſpaſmo dictum eſt, & in hoc multi errant, nam mollitiua debent prius poni, vt Auicen. de ſpaſmo & cura torturæ. deinde procedatur ad reſolutiua, & debent medicamina applicari ſuper ſpōdiles ceruicis, & ſuper mandibulam etiam. & ſuper quam dicetur in dubijs. Fiant fricationes capitis tempore vacuitatis, & ieiunij, & maxime conferunt leuiter factę cum panno tepido in æſtate, & calido in hyeme. Et de maxime conferētibus eſt ablutio aſſidua faciei cum aceto, & maxime in declinatiōe, & precipue ſi in eo decoctum fuerit ſinapis, etiam ſi decoquatur ſticados. Item cortex ſuperior nucis indicę cum ſucco maioranæ in caputpurgijs laudatur. Item ſuccus ſielę, & ſuccus ciclaminis. Ex maſticatorijs laudatur nux muſca, piretrum, & acorus. & dixit Raſis ꝙ nux muſcata continue teneat̃ in parte quæ torta eſt. ſternutatoria addito caſtoreo, aut nigella. Confert ventoſarum applicatio ſuper ſpondiles abſq; ſcarpellatione, & ſuper eoſdem rubificantium medicinarum appoſitio, de quibus quarto tractatu. Item ſpeculetur tortus ſępe in ſpeculo, & maxime chalybeo, quod præcipuum habetur in caſu, & credo quoniam de vitro non fit ſpeculum planum in quo facies ſub ſua qualitate figuratur, ſed bene de chalybe, & ideo tortus in ſe ſpeculando in eo melius cōprehendit ſui reductionem. Item confert ad hoc pulſare cum cornu, aut cum tuba. Si autem non conferunt vltimum remedium eſt cauterium factum ſupra venas quę ſunt poſt aures. Poſtremo adde cerotarium parte poſteriori applicandum. Recipe oppopanaci. ℥.ij. radicum acori, caſto. zinzi. nucis muſ. añ. ʒ.i. terbentinæ quantum ſufficit. puluerizanda puluerizentur & liquefienda liquefiant, & ſuper alutam extendatur, & maxime confert in tortura ex paralyſi. Quod ſi vellemus applicare in tortura ex ſpaſmo oporteret addere mucillagines vt ſupra de ſpaſmo, & hoc infra. nam materia ſpaſmi eſt groſſa. & ideo ne reſoluatur ſubtile, & materia amplius ingroſſetur applicamus mollificatiua. Si vero fuerit ex paralyſi non addantur mucillagines. Mollificatiuum in tortura ex ſpaſmo. Recipe mucillaginis, fœnugræci, ſeminis lini. ana. ʒ.ij. butyri loti ſine ſale. ℥.ſ. axungiæ anatis. ℥.i. olei amygdalarum dulcium. ℥.ij. olei de lilio. ℥.i.ſ. zucchari albiſſimi libr.i. fiat & detur præcedente euacuatione mane & ſero. ℥.ſ. Item ad hoc valet acorus cōditus. Meſuæ diſtinctione quarta &c. ſupra vt diamuſcum Meſuæ. Confiſus eſt quidam curare torturam dando de hiera Hermetis quotidie continuando longo tempore.

## De tremore. Rubrica. V.

TRemor eſt morbus officialis veniens propter defectum virtutis motiuæ à motu lacertorum ſecūdum compar grauitati intromittenti ſua motione motionem voluntariam, quare commiſcentur motus voluntarij cum motibus non voluntarijs, cuius cauſa ſecundum plurimum eſt materia phlegmatica in poroſitatibus neruorum imbibita. Dicitur propter defectum vt differat à ſtupore qui cauſatur ꝓpter defectum virtutis ſenſitiuæ, vt infra. dicitur ſecundum compar, quia membrum in ſitu ſuo non poteſt remanere propter pugnam quæ eſt inter grauitatem naturalem membri ipſum ad inferiora trahentem, & virtutem motiuam ipſum ad ſuperiora eleuantem. Dicitur cuius cauſa, quoniam etiam ex inanitione & ſpirituum reſolutione cauſari poſſet vt in conualeſcentibus & hecticis. nam natura debilitata membrum regere non valet. Ad iſtam etiam reducitur cauſa eius ex animæ accidentibus. vt eius qui eſt ex timore aſpectu rei profundæ & cæterorum. trahuntur enim ad intra ſpiritus relictis membris exterioribus. aut ad extra mouentur inordinate. propter quod &c. Ex quibus infertur ꝙ hic ſermo eſt de tremore qui eſt in febribus ab alijs dictus rigor. Item dicitur ꝙ ex potu vini ſuperflui & acuti dominio frigiditatis ſuperflue cauſari pōt. Similiter à ſatietate nauſeatiua. ocio ſuperfluo. hæc enim omnia inducunt in membris oppilationem in neruis motiuis quæ non ſufficiunt facere paralyſim completam. ſed tantam faciunt ꝙ ſpiritus nequeunt bene penetrare. hinc debilitatur motiua virtus & accidit aliqualis comparitas, vt ita dicam inter virtutem motiuam & grauitatem naturalis membri, & ideo tremor dictus eſt parua paralyſis. Sequendo eum qui eſt ex cauſa frigida & humida. & eſt tremor quandoq; in toto, quandoq; in membro vno, quandoq; in pluribus. & cauſa erit aut quia cauſa nō eſt in ramis nuchæ ſed erit in ramis neruorū manus, aut quia cauſa erit in nucha ſed expellit eam ad loca ꝓpinquiora, & natura conſeruat nucham. aut virtus & ſpiritus inferior eſt

Tremor latinis idē qđ græcis τρόμος nūcupat.

Tremor parua paralyſis.

vtor eſt fortis, quia & notabiliter defendunt.

CAVSÆ. Et licet aliquid de cauſis dictum ſit pro nunc tamē tantum dicaꝛ. Quod cauſa aut eſt in inſtrumēto aut in virtute aut in vtriſq;. Exēplum primi. vt cum virtus debilitaꝛ ex aſpectu rei terribilis, aut ex loco alto, aut tranſitu ſuper trabem altam, aut ex verecūdia, aut ea ira, anguſtia, timore. vt cum ducitꝛ quis ante principem et hmōi animę accidentibus. In his enim oībus aut reſoluitur ſpiritus, aut retrahitur, aut motus eius diuerſificaꝛ, aut propter dubitationē vacillat. Similiter ex nimio contingit coitu. Exemplum ſecundi. vt cum accidit ex mala complexione vel mollificatiōe lacerti ex potu nimio. Et ebrioſis cōtingit nimia repletiōe, exercitij omiſſiōe, licet enim ſpiritus penetret ad membrū, non tamē inuenit cōplexionem cōuenientē ſuę operationi. Item cōtingit propter frigus aut malam materiam pungitiuā per lacertos penetrantē. Exemplum tertij patet ex habitis. vt cū accidit nocumētum perueniēs ad virtutē, & ad ipſum membrum ex parte frigoris & ſimiliū. & in ſumma tremor ſit ex cauſis paralyſis: ſed ea debilioribus ita dicitꝛ parua paralyſis & vulgares tremō. paralyticum dicunt.

SIGNA demonſtratiua manifeſta ſunt.

PROGNOSTICA tremor in ſenibus nō curatur. Tremor in ſiniſtra deterior eſt ꝙ in dextera. Auic. Tremor labij inferioris vomitū ſignat. A cauſone habito tremor ſupueniēs ſoluit. Sed aduerte ꝙ Gal. videtꝛ nō credere huic apho. Auic. tñ eum laudare videtur.

CVRA Canones ſeruandi ſunt hi qui dicti ſunt de paralyſi, & ſpaſmo vt Auic. de cura eius. Et licet ita ſit, verūtamen memorabo ſub breuibus in hoc caſu conuenientiora. Dieta, euacuatio, digeſtio, & cōfortatio fiāt vt ſupra. Balnea ex aqua maris, ſulphurea, nitroſa, & cineritia ſunt hoc caſu cōuenientiſſima. de qbus trac. ſecūdo. Item balneum igneum vt poſitio ęgrotātis in fimo vſq; ad tolerantiam menſuratā. item poſitio eius in cineribus calidis. Vnctiones ex oleis dictis. oleo coſtino. Et oleū de andachoca habet in caſu mirabilem ꝓprietatē. Item ſeſſio eius in tina ex oleo calefacto & in iuribus capitum arietis. Item poſitio ventoſarū ſuper ſpondilem primā ſine ſcarpellatiōe, & ſi fuerit ſanguinis peccatū cum ſcarpellatione. Syrupus de ſticados, & ſticados puluis vt tenet maxime in tremore cōmendaꝛ. Item ſyrupus mellinus cum caſtoreo verſus declinationē & in declinatiōe magnifice ac potenter valet. Ex euacuatiuis cōmendātur ſumme pilulę cochię deſcriptione Raſis. Vbi notādum ꝙ interpoſitione dierum in aſſumendo ſolutiua vel pilulas inuenio diuerſitatē magnā. Auic. autem hic ponit ꝙ. x. dies debemus interponere. Zoar vero libro primo trac. 2. cap. 7. interponit ſpatium duoꝝ dierū. Raſis vero nono Almā. de paralyſi interponit tres dies. hæc enim diuerſitas vt credo conſurgit ex diuerſitate iudicij extimatiui medicoꝝ. Pilulę in tremore mirabiles. Recipe caſtorei, piretri, caſię. añ. ʒ. j. ſinapis, pulpę colloquintidę. añ. ʒ. i. ℈. i. hyerę pigrę. ʒ. i. ℈. ij. Confectio optima in tremore. Rec. mirabolanoꝝ nigrorum. ℥. i. ſ. ſauinę. ʒ. v. olibani ʒ. iij. ſ. cyperi, calami aro. añ. ʒ. ij. ſ. confice cum paſſulis enucleatis. & fiant formę ſicut nuces ſanāt ſi Deus voluerit. Electuarium Gentilis ad tremorē. Rec. ſaluię domeſticę, roſmarini, acori. añ. ℥. ſ. fiat decoctio in qua ponatꝛ croci. ℈. ſ. zucchari lib. i. addatur pinearum. ℥. i. zinzibe. xyloaloes, nucis muſ. macis, cardamomi. añ. ℥. ſ. fiat electuariū. doſis. ʒ. ij. Syrupus Galeatij de ſancta Sophia. Reci. radicum acori, ſticados herbæ paralyſis, ſatureię, maioranę, ruthę, ſaluię, camedreos, camepitheos, calamēti, mētaſtri, origani. añ. M. ſ. fiat decoctio: & addatꝛ mellis quātum ſufficit, et fiat ſyrupus. cui in fine addaꝛ puluis hic. Reci. cinnamomi, gariofiloꝝ, & cubebarū, macis, nucis muſ. ſeminis peonię, piperis nigri et longi, calami aro. zinzi. ſpicę aniſi. añ. ʒ. i. ligentꝛ in petia lini rara & aliqualiter bulliantur in ſyrupo, & fortiter exprimantur.

SI VERO fuerit ex debilitate virtutis reſtauretur bonis cibis. vnde in tremore inter cæteros cibos maxime commendatur cerebrum leporis aſſatum quo aſſidue vti debet.

SI EX hectica regaꝛ vt hecticus. à frigida tñ aqua abſtinendum. maxime etenim nocet neruis, vt ſupra.

SI EX potu vini, ebrietate, ſuperfluo coitu, accidētibus animæ. ab his abſtineat omnino, & omnia per ſui contrarij inductionem expellantur. Et cerebrum confortetur cum aromaticis ex epithematibus, vnctionibus, & huiuſmodi calidis, frigidis, temperatis, vt exigit diſpoſitio, & tu eidē cerebro ſis ſollicitus etiam cū odorationibus & hmōi. Poſtremo ſcito ꝙ multitudo phlebotomię nocet. Auic. quod ſane eſt intelligēdum, non exiſtēte multitudine ſanguinis, patet intelligenti.

## De ſtupore. Rubrica. VI.

STupor qui improprie à multis paralyſis nominatꝛ cum Auic. ſic deſcribitur. Eſt morbus officialis faciens euenire in ſenſu tactuali nocumētum. ſ. deſtructionem aut diminutionē cum tremore ſi eſt debilis, aut mollificatione ſi eſt confirmatus. Et dicitur apud vulgares noſtros dormitio. Vbi notādum ꝙ aliqñ contingit nocumentum in ſenſu, & non in motu, qñ. ſ. neruus deferens ſpiritum ſenſitiuū eſt alius numero à deferente motiuum, & hoc ſæpiſſime accidit, vt in quarto de accidēti. & Auic. hoc loco, & experientia docet ꝙ hoc membrum ſtupidum vt pes aut manus ſiue obdormitatū mouetꝛ, et in ſtupore debili eſt ablatio ſeu corruptio ſenſus tm̄, ſed in forti eſt ablatio ſenſus & motus.

CAVSA quādoq; eſt in virtute quę debilitata eſt, aut ex feb. vel ſyncopi, vel quia eſt prope mortē, aut in inſtrumēto, quia corrumpitꝛ cōplexio eius ex frigore potu medicinę, morſu ſcorpionis, tactu piſcis qui dicitꝛ berile facientis groſſitudinē in ſpiritu qui eſt inſtrumentum virtutis. aut accidit ea morſu ſerpentis, aut balneo nimis calido, aut ex feb. intenſa, aut ꝓpter groſſitiem inſtrumēti, quia nerui aut neruorum. quare ſpiritus non penetrant; aut ꝓpter oppilationē ex apoſtemate, vel coartatione, & ligatura; vel ex dolore, quandoq; ex ſiccitate, quandoq; ab humiditate coartantꝛ meatus. Vnde ex cauſis primitiuis ſunt aer frigidus īmobilitans & nimium humidus ingroſſans. Nimia quies, nimium exercitium reſoluēdo ſpiritū. & ideo exercitati plus dormiunt. Balneū ſup inanitis. Cibus frigidus et humidus vt lactuca. item calidus vaporoſus vt allium, porrum, cepę, crocus, caſia lignea. Potus vini vaporoſi. Itē medicina ſtupefactiua, vt opium, mādragora, iuſquiamus, papauer. Añs eſt mala cōplexio frigida & hu. materialis autē humor actu oppilās qui qñq; eſt ſanguis groſſus aut phlegma groſſum: aut melā groſſa, aut paucitas ſpūum, aut motus eoꝝ ad aliam partē ꝓp neceſſitatē cōplendam vt ꝓpter maturationē apatis.

SIGNA demonſtratiua ſtuporis ſunt manifeſta iudicio patiētis. Quod ſi fuerit ea ſanguine ſigna apparebunt ſanguinis, & cōſimiliter de ſignis alioꝝ humoꝝ dicatur. Et hic addo ſigna quędam diſtinctiua inter ipſum & ſomnū īnaturalem. inter ipſum & ſuffocationē matricis. inter ipſum & lethargiam. inter ipſum & apoplexiā. inter ipſum & epilepſiā. inter ipſum & ſyncopim. Cum quibus oībus cōuenientiā habere videtꝛ & maxime ſtupor vlīs qui eſt totius corporis & nō vnius mēbri tm̄. & hūc ſtuporē vlēm vocauit Viaticus ſtuporē mentis & Gal. ſecūdo de accidenti & morbo. nocumentū virtutis regitiuę, imaginatiuę appellauit. Somnus īnaturalis eſt ſpē ſomni. ſtupor in vigilijs. In ſuffocatione quæ eſt in muliere tantum, & patiens ſubito cadit ad terram, intelligit cum vocatur, trahit genua verſus faciem, ſtupidi aūt nō. Lethargia autem ſemper eſt cum feb. maxime ſi eſt vera

& cum apoſtemate. ſtupor autem ſine vtriſque. Apoplecticus caret ſenſu & motu omnino. ſtupidus autẽ non.

Epilepticus ſubito cadit & eſt inordinati motus manibus & pedibus, iterum ſpumat ore. ſtupidus autem non.

Congelatus iacet oculis apertis. ſtupidus oculis clauſis.

Syncopatus ſubito cadit. eſt diſcoloratus ꝓpter retractionem ſpirituũ & cito reuiuiſcit. ſtupidus aũt nõ. & ex his apertius colligi poſſunt ſigna demonſtratiua.

P R O G N O S T I C A. Stupor nunciat apoplexiam, epilepſiam, ſpaſmũ, paralyſim. Et omnis ſtupor membri cum perſeuerat & ſit fortis annunciat paralyſim illius membri, aut ſpaſmum. Stupor faciei nunciat torturam. ſtupor qui durat & non remouetur euacuatione. deinde ſequitur vertigo nũtiat apoplexiam. Conſueuit ſtupor ſuccedere pleureſi, peripleumonię ſirſen. frigido. Stupor adueniens cerebro ſi continuauerit ſemper iudicandum malum.

C V R A canones. Primus, ꝙ in cura ſtuporis debemus procedere cum facilioribus q̃ in cura paralyſis. & ideo dicebat Raſis nono Almanſo. de ſtupore. Curatur autem hęc paſſio ex aliqua parte medicinarum paralyſis. Et Auicẽ. Et cura quidam eſt in tremore eadẽ. qui tamen per curam paralyſis curatur vt ſupra. fortiori enim ęgritudini fortior debetur medicina. 5. apho. cõmento. paralyſis enim ſtupore fortior exiſtit. ꝓpter quod in dieta & cęteris ſeruentur quæ de paralyſi dicta ſunt. & modereẽ iuxta medici diſcretionẽ. Verũtamen ſi ſigna ex ſanguine multo ipſum pręcedant cõprehendemus vt inflatio quidem, grauitas corporis, venarum repletio, faciei rubedo &c. tunc fiat phlebotomia vltima. nam aliquãdo ipſa ſola in hoc caſu curat ſtuporem. & phlebotometur vena quæ magis deſeruit illi membro. Quod ſi fuerit in toto repletio magna ſanguinis prius phlebotomia baſilicam, deinde cephalicam, deinde familiarẽ membro ſtupido, & tu non obliuiſcaris applicare localia non ſolum membro ſtupido, ſed originibus neruorum vt ſupra. Notandum tamẽ ꝙ exercitium membri ſtupidi & aſſiduatio motus eius maxime loquendo de ſtupore ex cauſa frigida & humida de quo eſt ſermo pricipalis eſt ex melioribus curis. Item maxime confert vſus croci ſiue carcami in enematibus. Si autem ex alijs contigerit cauſis cura fiat per cõtraria. nam talis cura habet vt plurimum ſpecialia capitula ad quę oportet recurrere. & ſuper oĩa attende confortationi per intus & extra applicatis cõfortando. ſ. membrum, & virtutem.

*De ſaltu.* *Rubrica.* VII.

SAltus ſiue iectigatio eſt motus lacertoſus membrorum mediorum inter leue & durum habẽtium concauitatem quæ dilatari & conſtringi poſſunt. cuius cauſa eſt ventoſitas incluſa. Dicitur mediorum propter cerebrum quod ſua leuitate non ſaltat aut iectigat. Itẽ & propter oſſa quæ & ſi habent cõcauitatem tamen nõ ſunt dilatabilia vt ſtomachus, veſica cutis, palpebrę, myrach, facies & huiuſmodi, & hũc ſaltum plures appellant iectigationem, quidam palmos,

C A V S Æ. Et ex cauſis primitiuis ſunt aer frigidus cibi & potus frigidi & ventoſi, quoniam à ventoſitate eſt quod manifeſtat eius reſolutio. Item & accidentia animæ vt gaudiũ, ira, triſtitia & huiuſmodi quę poſſent eſſe cauſa conuertendi humorem in ventoſitatẽ ſiue vaporem. Cauſa antecedens eſt humor aptus in ventoſitatem conuerti. Coniuncta ipſa ventoſitas. vnde cõmuniter & ſecundum plurimum fit in corporibus frigidis ex cauſis frigi. & poſu rerum frigidarũ. Vnde Auicen. Et cauſæ quidem ſaltu ſunt virtus infrigidata & humida materia.

S I G N A demonſtratiua ſunt nota. nam quandoq; extra videntur membra moueri. vt ſupercilia oculorum cutis, & quãdoq; totũ corpus. Et vidi in fratre Gabriele de Mediolano ordinis fratrum minorum de obſeruãtia. Et aliquando eſt particularis in altero membro tantum, vt in brachio, vel manu, vel brachijs, vel manibus & huiuſmodi. Ad intra ſentitur motus manifeſtus in membro aliquo, vt ſtomacho, diaphragmate, ſplene. Et differt à iectigatione, quoniam in iectigatione eſt motus deambulatiuus per membra; & motus vermicularis, & accidit vt plurimũ inter carnẽ & cutem, ſed in ſaltu mouetur membrum motu ſatis notabili ſe eleuando. Item ſecundum aliquos cum non differant ex parte cauſarum differunt ſm intenſum & remiſſum. Item poteſt dici ꝙ ſaltus eſt diſpoſitio attributa membro organico. iectigatio autem ſimplici.

P R O G N O S T I C A. Saltus corporꝫ annũtiat apoplexiã & cuzezi. Et ſaltus q̃ñ perſeuerat in myrach annunciat meliam, & epilepſiam. Saltus cum in facie perſeuerat nũtiat torturam. Et ſaltus qui eſt ſub cinctorio q̃ñq; ſignificat apoplexiam in velaminibus, quoniã eſt de concomitantibus ipſum.

C V R A Canones ſeruandi.

Primus ordinatio dietæ, & in hoc canone conſiſtit magna pars curæ, Et oĩno vitenẽ frida, & cõgelãtia et hmõi multiplicatio cibi & reliquorꝫ à quibus poteſt ventoſitas generari & contrarijs. ſ. ventoſitatem carminantibus vti de quibus ſupra. ſecundo & tertio tractatu.

Secundus. digeſtio materiæ quæ in ventum conuertitur. quæ eſt vt plurimum phlegmatica. Cum quibus fiat habetur ſupra. tractatu quarto.

Tertius. euacuatio euſdem. Vbi nota ꝙ à facilioribus eſt hic incipiendum.

Quartus. reſolutio eiuſdẽ vel illius quę remanſit, aut malę qualitatis impreſſę remotio cũ ꝑſiuarijs ſiccis, balneis naturalibus, vnguẽtis, ventoſis, cauterijs, confectionibus. Vnde Auic. Et ſedant eũ calefacientia, & vaporãtia. Et vtere oleis reſolutiuis. Et incipias à debiliori & ꝑueni ad id quod eſt fortius. Caſtoreo quoq; cum ſambuco ineſt proprietas in hoc capitulo. Et hęc de his.

D V B I A.

*Dubia quinq; de paralyſi.*

DVbitatẽ primo circa capitulum de paralyſi. an in omni paralyſi ſit ablatio ſenſus & motus. Dicẽdum primo ꝙ in omni vera & completa paralyſi eſt ablatio ſenſus & motus. in nõ completa vero aut non vera eſt aliq̃ñ motus, & nõ ſenſus, & hoc voluit Aui. de paralyſi cũ dixit. Paralyſis vero quædam eſt quę eſt criſis cholericę, & multoties remanet cum ea ſenſus, q̃ñ materia eſt cum ea in neruis motus & nõ ſenſus, aliq̃ñ vero ſit ablatio ſenſus, & nõ motus vt in ſtupore, qui tñ parua paralyſis à multis dictus eſt. Nota ꝙ paralyſis differt à ſpaſmo, q̃ñ in paralyſi membrũ elongatẽ. Secũdo infirmũ trahit ſanum. Tertio materia eſt diffuſa per totum membrum. Quarto quia plus eſt de materia humida; quare prolõgatẽ ſm longum, & curtatur ſm latum. In ſpaſmo vero eſt ecõtra. nam in eo ſanum trahit infirmũ, & materia eſt magis imbibita, & coartatur in foraminibus membrorꝫ. Item in ſpaſmo eſt materia minus aquoſa, & magis groſſa.

V T R V M vinum cõpetat in paralyſi. Conciliator differẽtia. 194. aut materia eſt cruda, & in fluxu, & tũc nõ competit quia eã facit magis fluere, aut materia digeſta, & factę ſunt purgationes; & tunc vinum paucũ antiquũ confert quia materiam reſoluit & exiccat. paucum quia multum noceret Auic. Antiquũ quia magis calefacit & exiccat: vtrum tamen dari debeat lymphatũ aut nõ conſideretur ętas, conſuetudo, & diſpoſitiones alię hoc indicantes. Valet q̃ maxime in caſu vinum ſaluiatum, quia tempore vindemię cum ſaluia bullitum. Vinũ ſaluiatũ vt cõficiatẽ,

V T R V M

VTRVM ſit properandū cū fortibus in principio. Videtur ꝙ ſic. qm̄ Raſ. ix. almanſo. cap. de paralyſi. Item eius curā incipiemus cū pilulis fœtidis. illæ autē ſunt fortes vt ſupra. Itē in apoplexia incipimus cum fortibus: ſed quædā paralyſis poteſt pꝛouocare per priuationē motus lacertorum, pectoris, & diaphragmatis. In contrarium Meſ. Auic. hic. Item in cura torturæ de qua minus videt̄ docet Auic. tardare vſq; ad quartum & vſq; ad ſeptimū. ergo. Dicendum. Prima concluſio ꝙ regulariter in principio non eſt cum fortibus feſtinandum. patet quia talia materiam agitant ſiue ſint digeſtiua, ſiue euacuantia virtutem deijciunt. Secunda concluſio. coacte ſi paralyſis aut ſpaſmus minetur ſubitam mortem propter nocumentum neruorum anhelitus poſſemus à fortibus inchoare.

Ad primum debet intelligi pꝛemiſsis alijs leuibus, quia illud eſt principium curæ fortis. Ad ſecundū patet. Et ſi arguitur quāto morbus eſt fortior tanto magis feſtinamus cum medicina forti, quarta primi. j. cap. Dicendū ꝙ paralyſis de materia phlegmatica eſt morbus non acutus, & ideo in vſu medicinarum fortiorum oportet expectare digeſtionem, & quanto magis frigidior, & groſſior tanto magis, & quanto magis materia minus groſſa, tanto minus, & ideo dictum eſt vſque ad quartum. vſque ad ſeptimum, & vſque ad. xiiij.

VTRVM Oxymel competat quia acetum maxime nocet. vt ſupra. In cōtrarium Auic. laudat in fine de cura paralyſis. Dicendū ꝙ oxymel conueniens in hac paſsione debet eſſe parum & parum acetoſum ita vt ponatur acetoſum gratia magis penetrandi ꝙ̄ alterius cauſæ. vnde ſic faciendo mel penetrare eſt maxime conueniens & maius eſt iuuamentum nocumento.

DVBITATVR quis oculus minoratur. Quidam reſpondent ꝙ oculus partis non paralyticatæ. Hic ſermo eſt omnino obuius Raſ. xviij. continentis. capitulo de mineralibus. vbi inquit. Oculus partis frigidæ eſt ille qui minoratur. Item tertia tertij de profunditate oculi idē dicit Auic. Albertus & ſequentes reſpondent ꝙ oculus partis paralyticatæ minoratur. & hoc credo verum. ſed de iſto infra de profundatione oculorum.

*Dubium de ſpaſmo.*

VTrum ſpaſmus de inanitione ſit curabilis, quia Auicē. dicit ꝙ infantes liberantur à ſpaſmo ſicco velociter qui eſt ſpaſmus de inanitione. Raſ. vix curabilis nono Almanſo. Meſue vix curatur. Auicē. cura eius eſt praua. In hac materia multi reperiūtur modi dicendi. tamē pro nunc dicitur ꝙ ſpaſmus de inanitione ſecundum plurimum eſt mortalis comparatus ſpaſmo de repletione. tamen contingit quandoque ab eo liberari & præcipue infantes in quibus ſit à leui cauſa & in quibus virtutes naturales ſunt fortes, & humiditate cito reponibiles. Aliter quòd ſpaſmus de inanitione in principio ſui eſt curabilis: quoniam tunc eſt leuis & fortis virtus adhibendo reſumptiua. confirmatus vero omnino incurabilis, medius vero vix curabilis, & ſimilitudo in tribus ſpeciebus hecticæ. & tu conſidera.

*Et ſic patet quid dicendū ad auctoritates auctorū.*

DE tortura dubitatū eſt an locale remediū debeat poni ſuper partē tortā aut ſuper eam quæ viſa eſt ſana. Nam Alexāder vt allegat Conciliator differentia. 159. præcepit locale poni ſupra partē quæ apparet ſana. Item pars ſana contrahitur vt æquet partem paralyticatam, vel ſpaſmatam, ſed in eius contractione apparebit torta, & ægra, æquata, & pulchra, ergo. In contrarium Auic. ſecunda tertij. de tortura. primo. quidā vero dixerunt in reſpondendo ad hoc dubium in quo varij, & multi reperiuntur modi dicendi.

Oportet premittere primo ꝙ tortura capit̄ dupliciter. Vno modo cōiter. alio modo proprie. Cōiter importat omnē receſſum faciei vel partis eius à ſitu ſuo, & ſic capiē do patet ꝙ quantūcunq; parū pars à ſitu naturali recedat dicit̄ torta, & ægra in cōparatione ſaltem ut ſupra. Proprie vero deſcripta eſt ſupra. Secundo premittit̄ ꝙ talis tortura quādoq; eſt magna quādoq; parua. Exemplū primi ꝙ talis media facies torquet̄ ex læſione ſuorum muſculorū aut per paralyſim aut per ſpaſmū. Exemplū ſecūdi ut quādo ſolus muſculus oculi, vel palpebræ læditur oculus aut palpebra torquet̄ ſola. Tertio premittendum ꝙ tortura quandoq; accidit ex paralyſi, quandoq; ex ſpaſmo. & ſigna diſtinctiua poſita ſunt ſupra de tortura.

His pꝛemiſsis ponuntur concluſiones. Prima ꝙ non ſuper partem tortā capiendo tortum cōiter ſemper eſt ponendum locale remediū. patet cōcluſio. quoniā non ſemper talis eſt æger, vt infra ſtatim. ergo &c. Secūda concluſio ꝙ ſuper partē tortā magna tortura ex ſpaſmo contingente ponendū eſt locale remediū. Cōcluſio perſuadet̄, quoniā illa pars eſt ægra. ergo. patet antecedens. qm̄ in ea eſt contractio muſculorū, quod declarat extēſio duritiės, & cetera ſigna poſita ſupra. ergo. Tertia cōcluſio ſuper partē quæ eſt viſa ſana in tortura magna ex paralyſi contingente ponēdum eſt locale remedium. patet concluſio: quoniā illa eſt ægra. ergo antecedēs patet, qm̄ in tali caſu pars ægra trahit ad ſe ſanam in cuius tortione accidit tortura in ipſa: quia receſſus magnus à ſuo ſitu, & æger non contrahit̄, ſed ſolūmodo deſcēdit aliqualiter. ergo. Vnde dato ꝙ etiā in deſcēſu pars paralytica recedat parumper à ſitu ſuo quapropter dici poſsit torta, tamen receſſus ſanæ eſt tantus vt in eius comparatione receſſus ægræ nō noretur, vel ſaltem non iudicetur, vel extimet̄ tortura. Quarta cōcluſio. ꝙ ſuper partem tortam parua tortura ex ſpaſmo contingente non debet poni locale remedium, patet quoniā ſecunda eſt ſana, nam in tortura ex ſpaſmo cōmuniter accidit tortura magna in parte vero ſpaſmata, & in ſana parua reſpectu illius, quoniā ad cōtractionem vnius partis, verbi gratia dextræ ſit contractio etiam aliqualis ſiniſtræ, vt ſupra. Et dicitur cōtractio, quoniam in facie poſſunt contingere varij modi torturæ, ita ꝙ exiſtēte tortura in vna parte nō neceſſario ſequitur tortura in altera. Et cauſa quoniā muſculi partium faciei ſunt multi & non neceſſario ſe cōſequentes in tortura, vt patet ex anatomia. poſſet enim oculus, aut palpebra dextræ partis torqueri non torta aliqua parte in ſiniſtra, vt ſupra. Et cōſimiliter ſuo modo de tortura parua in paralyſi. Cōciliator vero allegata differentia ſe expediuit in paucis dicens, ꝙ ſi tortura contingit ex paralyſi pars viſa ſana eſt ægra. & hanc concluſionem dicit voluiſſe Gal. quarto de interioribus. ij. cap. ꝯ illo. Lacerto ſiniſtri lateris. in fine capituli. Si vero ex ſpaſmo torta eſt ægra. & hanc dicit voluiſſe Gale. allegato loco ꝯ illo. Si ſpaſmus fiat in aliquo labore. Ex quibus apparet quid dicendum ad dubium. In hac materia poſuit Gentilis hanc concluſionem ꝙ cōtingens eſt ꝙ pars paralyticata moueatur verſus ſanam, quam etiam dominus Bartholomeus de arignana poſuit, ſed in reddendo cauſam diuerſificati ſunt, & dicit Gentilis ſe hoc vidiſſe. Non exequor in materia tertiæ concluſionis principalis in qua cadunt variæ difficultates. De paralyſi vero notaui aliquem Aphoriſ. v. Aphoriſ. xix. Frigidum vero neruis inimicum.

APHORISMI.

*De Spaſmo, & Tetano.*

Ex. iiij. Sect. lvij. Aphor.

Qui à conuulſione, aut diſtentione neruorum tenetur, febre ſuperueniente liberatur.

lxvj. Aphor.

In acutis febribus conuulſiones, & circa viſcera dolores fortes, malum.

lxvij. Aphor.

In febribus ex ſomnis timores, vel conuulſiones, malū.

lxviij. Aphor.

In febribus ſpiritus offendens, malum, Conuulſionem enim ſignificat.

Ex. v. Sect. j. Aphor.

Conuulſio ex heleboro letalis eſt.

ij. Aphor.

Conuulſio ex vulnere letalis eſt.

iij. Aphor.

Vbi ſanguis plurimus fluxerit, cōuulſio, aut ſingultus ſuperueniens, malum.

iiij. Aphor.

Ex ſuperflua purgatione cōuulſio, aut ſingultus ſuperueniens, malum.

v. Aphor.

Si ebrius quiſpiā repente obmutuerit, cōuulſus morit̄, niſi febre corripiatur, aut, vbi ad horā peruenerit qua ſoluuntur crapulæ, vocem recuperet.

vj. Aphor.

Quicūq; à diſtentione corripiuntur, in quatuor diebus pereunt, ſi vero has effugerint, ſani fiunt.

xvij. Aphor.

Frigidum autem conuulſiones, diſtentiones, liuores, rigores febriles.

xxj. Aphor.

Eſt autē vbi in diſtētione ſine vlceratione, iuuene * bene carnoſo, æſtate media frigidæ aquæ multa perfuſio calorem reuocat, calor autem hæc ſoluit.

* 11h, Mediocri corporis habitu prędito, nā hoc illo loco id apud Hippocr. εὔσαρκος, neq; denotat, vt ſit idem quod σύμμετρος, hoc eſt temperatum, moderatum, vel quadratum cum Cor. Celſo.

xxij. Aphor.

Calidum ſuppuratorium, nō in omni vlcere magnum ad ſecuritatem indicium, cutem mollit, extenuat, dolorem ſedat, rigores, & conuulſiones, & diſtentiones mitigat, & cætera.

Ex. vj. Sect. xxxix. Aphor.

Conuulſio fit vel ex repletione, vel inanitione, ita vero & ſingultus.

Ex. vij. Sect. ix. Aphor.

A profluuio ſanguinis deſipientia, ac conuulſio malū.

x. Aphor.

Ab ileo, vomitus, ſingultus, deſipientia, vel conuulſio, malum.

xiij. Aphor.

Ab æſtibus fortibus: conuulſio aut diſtentio, malum.

xviij. Aphor.

In vigilia conuulſio, vel deſipientia, malum.

xxv. Aphor.

Ex medicamenti potione, conuulſio, letalis eſt.

De tortura.

Ex. iiij. Sect. xlix. Aphor.

In febre non intermittente, ſi labrum, vel oculus, vel naſus, vel ſupercilium peruertatur, vel non videat, vel non ſudat, iam debili exiſtēte corpore, quicquid horum euenerit, mors proxima.

## De diſpoſitionibus oculorum: cuius rubricæ ſunt. xxxvi. Capitulum III.

### *De anatomia oculi, deſcriptione, ac cōplexione eius & de cōferentibus, & nocētibus ei.* Rubrica. I.

ET ſi magna conſideratione in curandis oculorum ægritudinibus phyſici intenti eſſe deberent, cum uſus maxime diligatur, prohemio metaphyſice, tamen cum curæ ipſius maxima pars in manibus reſtauratorum cōſiſtat, de curis ipſorū ſuperficietenus tranſeūt nolētes manibus ſe intromittere cum dedecus operationē manualem ſibi aſcribāt. Et præterea in alia cauſa, nō enim vtplurimum obedientes ſunt oculorum infirmi, quare vtplurimum non ſuccedunt curæ. Cum itaq; accidat hoc oculis & diſpoſitio eius ſemper in publicū ducitur, ſicq; teſtis publicus malæ operationis efficit̄. vnde infamia & lucri perditio expectatur, quę omnia effugere debet q ſciētia pollet. nā truffatores inhiātes tantū lucro, famā non apprecians, quare de re ſtatim de curis ipſorū tantum ſcribere volo, vt phyſico ſatisfaciam. interponā tamen non raro quædam in propoſito vtilia. cum & ego oculorū ſanitatē præ cæteris ſenſibus extollam. Habet etenim oculus cū cerebro colligantiā per neruos opticos cōcauos magnos per quos tranſit ſpūs viſiuus ad oculos ortos à poſtremo vētriculo. vt ſupra in princ. tract. vj. Habet ēt per partes ipm cōponentes cū cerebro & partibus eius nō paruā colligantiā, vt patebit ex anatomia oculi ponēda, quæ eſt.

Oculus cōponitur ex tunicis ſeptē, et ſecundū alios paucioribus, vt declarabitur, & tribus humoribus. Prima itaq; tunica verſus exterius nominat̄ [a] cōiunctiua, eo q totā oculi ſubſtantiā cōprehēdit excepta parte in directo pupillę, & eſt colore alba. & hæc orit̄ à pāniculo dicto almocatim ſiue gingia mater imediate cranium exterius tegēte. Ex qbus apparet q oculus cranio eſt per hāc cōiunctus. ppter qd' fortaſsis dicta eſt cōiunctiua. Secūda tunica q exterius apparet eſt cornea [b] trāslucēs in ſimilitudinē cornu lanternę quatuor habēs pelliculas, vt ſi nocumentū accidat vni, nō accidat alteri, & hæc à dura matre ſiue pāniculo interius imediate ſub cranio poſito ortū habet. Tertia eſt vuea [c] ſic dicta ad ſimilitudinem grani vuę nigrę, & eſt pforata in parte anteriori verſus corneā, & cōiunctiuā, & tale foramē appellat̄ pupilla oculi, et hęc orit̄ à pia matre. Quarta eſt aranea [d] quia telæ araneæ aſſimilat̄, & hæc tunica cooperit cryſtallinum humorē. Quintus eſt retina [e] ſic dicta q retī ſimilat̄ quę cooperit vitreū humorē in quo pfundat̄ cryſtallinus ſm partē. Sexta eſt ſecūdina [f] dicta ad ſimilitudinē ſecūdinę fœtū cōtinentis. Septima dicta ſclirotica [g] à ſcliris quod eſt durū vel ſcliros, eo q duræ & ſpiſſæ ſit ſubſtantiæ. Notandū q licet dictū ſit ipſas eſſe ſeptē: quod itelligi debet quantū ad denominationē, tn̄ ad quatuor tm̄ reducunt̄. nā cornea & ſclirotica eſt vna vt ſenſus oſtendit. Similiter vuea, & ſecūdina idē. Itē aranea & retina vna. cōiunctiua vero eſt vna per totū, quā quidā panniculū & non tunicā appellauerunt ponētes ſolū ſex tunicas. vnde & alij tantū tres poſuerūt. Non pſequor in his controuerſijs. ſufficiant quæ dicta ſunt de tunicis. Humor primus eſt albugineus [h] ad ſimilitudinē ſubtilis et clari albuminis oui, cuius ſitus eſt in medio inter araneā et vueā, ſcilicet ante cryſtalloidē pręterquā ſecundū partē qua foramen vueę peruenit ad corneā. Quidā tamen imaginant̄ vueā natare in albugineo. Secūdus humor eſt [i] cryſtallinus, quia cryſtallo vel grādini aſſimilat̄: & eſt pprio termino terminatus. eſtq; figuratus figura ad rotunditatē tendente in parte anteriori planiciē habēs cum latitudine. In poſteriori vero profundat̄, in vitreo eminentiā ſtrictiorem ad acuitatē tendēs cuius ſitus in oculo bene diſpoſito eſt in eius medio. Tertius eſt vitreus [k] in quo pfundatur cryſtallinus ſicut gēma in anulo fixa, & eſt ab eo ſecundū partem detectus, & in aliquo plus, & in aliquo minus. Et dictus eſt vitreus ad ſimilitudinē vitri liquefacti quadam rubedine participās, cuius ſitus eſt poſt cryſtallinū verſus cerebrū. Iuuamenta vero & cauſas compoſitionis ſubticeo, ſemper breuitati ſtudens. Oculus eſt inſtrumentū viſus complexione aqueus cum quadā planicie anteriori rotūdum in ſupremo partis anterioris capitis locatum ex ſeptem tunicis & tribus humoribus conſtitutum. ſex muſculis motu vno, vel duobus, vel tribus ſuſtentatum. hæc Concil, differentia. 64. Dicitur vno, quia de muſculis ſuſtentantibus oculum varij inueniuntur auctores, ex quibus apparet oculi anatomia, deſcriptio, & complexio.

[a] ἐπιπεφυκὼς, Gręcis adnata vel conſolidatrix noſtris nuncupatur.
[b] κερατοειδής.
[c] ῥαγοειδὴς Gręcis vuea, ſeu acinoſa Latinis dicitur.
[d] ἀραχνοειδὴς gręcis, aranea noſtris vocatur.
[e] ἀμφιβληστροειδὴς Gręcis, retiformis Latinis, vel retina barbaris nominatur.
[f] χοριοειδής.
[g] σκληροειδὴς Gręcis, Latinis dura appellatur, ſcliroticaque barbaris.
[h] ὑδατοειδὴς gręcis, latinis aqueus nominatur, vel (vt alij) alia cōparatione, albugineus.
[i] κρυσταλλοειδὴς Gręcis, glacialis vocat.
[k] ὑαλοειδὴς Gręcis, Latinis vitriformis, vel vitreus dicitur.

Antequam

ANTEQVAM deſcendã ad ponendũ caſi. particulares in particularibus ægritudinibus. præmitto primò q in applicatione medicaminũ ad oculũ debemus quantum eſt poſsibile ne ex eis accidat dolor cauere à fortibus medicinis corroſiuis, & ex cõſequenti à mordicatiuis, vt poſsibile eſt abſtinere, & præcipue ſi cũ ægritudine oculi fuerit ſolutio cõtinuitatis. Ex quo infert q oportet operantẽ habere manus agiles. & viſum bonũ, & accõmodata inſtrumenta. Secũdo q in paſsionibus oculorum fiat cibi temoratio, & adminiſtratio rei generãtis bonum humorẽ, & alienatio omnis vaporoſi. Tertio ſi cũ ægritudine oculi fuerit capitis dolor q ſtudiũ adhibeat ad illius remotionẽ omnino, imo inquit Auic. tertia tertij. de canonibus vniuerſalibus. Et ſcias q ſi cum ægritudine oculi fuerit ſoda, tunc oportet vt incipias à cura ſodæ, & nõ cures antequã ipſam remoueas. idẽ Gal. 13. terapeu. Quarto præmittendũ q medicinarũ oculi, quędã ſunt infrigidantes, quędã calefacientes, quędã exiccãtes, quædã lenientes, quædã maturatiuæ, quędam reſolutiuæ, quædã ſtupefactiuæ. Exemplum primi. ſuccus ſolatri, virga paſtoris, aqua endiuiæ, roſ. lactucæ, ſuccus carũ, mucilago pſilij. Exemplũ ſecũdi, muſcus, piper, acorus, chelidonia & huiuſmodi. Exemplũ tertij. thucia, anthimonium, clymia. Exemplũ quarti. ſief, memite, aloe, crocus, roſa. Exemplum quinti. lac, albumen oui, mucillago. Exemplum ſexti. aqua fænugræci, crocus & huiuſmodi. Exemplum ſeptimi. ſuccus pomorũ, mandragoræ, papaueris, opium. Non enim in his exemplis multiplicaui, quoniam ſtatim plurima talia recitabuntur cum ſcribent conferentia oculis. vnde & nocentia inſcribentur ſtatim.

CONFERENTIA autẽ ſunt. Aloe. Anthimonium. Apium. Aurum. Abſinthiũ. Acorus. agreſta. Berbena. Carnes lupi, & auiũ rapacium. Chelidonia. Collyriũ indũ. Aui. alle. loco. Collyriũ de ſucco granatorũ Meſ. de ægri. oculorum. Corallus aduſtus. Clymia auri. Collyrium de fellibus. ix. Almã. ca. xxvj. Cõfectio alchab Meſ. iij. diſ. antidotarij. Cornu cerui vſtum. Crocus. Calamus aromaticus. Cachimia argenti. Cinnamomum. Diapraſſium Nic. Dragantum. Emblici. Elleborus. Eufragia. Euphorbium. Hematites, epar capræ collyriatum. Aes vſtũ. Fel perdicis, aquilæ; piſciũ, & vniuſcuiuſq; auis rapacis, fel omne. Feniculus, de quo Auic. tertia tertij. de rememoratione conſeruationis oculi & faciei, collyrium ex aqua fœniculi omni hora eſt mirabile. Fex vini. Fumus thuris. Gummi prunorum. Garyophylli. Granatum. Galitricũ. Galbanum. Handacocha cum melle collyriata, agrimonia, aqua roſ. aurea alexandrina Nic. Baſilicon. Balſamus. Bethonica. Myrrha. Margaritæ. Mellilotum. Memite. Nux muſcata. Oliuæ folia eius domeſticæ. Origanũ. Ozimum gariofilatum, ſuccus ablata ſpuma. Oſtraca vſta cũ carne ſua. Ouum albumen eius. Pilulæ ſine quibus Nic. Pilulæ lucis Meſue Praſiũ. Piſſa fumus eius. Pumex combuſta. Piper longum. Pulegium. Plumbum vſtum. Papauer. Portulaca. Pſilium. Ruta. Rapa. Ribes. Raphanus folia eius. Roſmarinus. Roſa. Rubus, ſuccus teneritatum eius. Plinius xxiiij. hoc addidi quia tam inoleuit uſus eius apud vulgares, & ex extremitatibus faciunt aquam ad alembicum. Sarcocolla. Siler montanum. Sief de fellibus vt ſupra, Salurega. Sene. Camedreos. Kebuli cõditi Meſue Chitrin. Lac. Lacca. Lapparium. Lini ſemẽ. Lithargyrium, Lilium. Limaciæ humiditas cum aloe aut myrrha, aut olibano temporibus applicata. Marrubium. Marchaſita. Mel. Trifera ſaracenica Nicolai. Teſtudo, ſanguis eius, & fel. Thimus. Thus. Fumus modico copioſo leduntur. Veſpertilio Auicen. cinis eius acuit viſum. Vrina pueri. Vſneę. Viride æris. Vitriolum. Viola, Papauer volubile. Hiera Conſtantini Nicolai. Serapinum, & eſt de melioribus medicinis ad aquam & tenebroſitatem oculorum Auic. Galen. Dioſcor. Serapio. Smaragdus. Sparagus. Sief album. Spongia combuſta, & lota. Sal ſacerdotalis Nicolai. Sanguis columbi calidus. Sief rubeũ nigrum. Serapio. xxxiij. cap. antidotarij. Sandaraca. Spica nardi. Sãdali. Sanſucus. Saluia. Squamma ferri. Thucia. Irundinum capita combuſta. nam cinis earum cum melle valet ad claritatem oculi, lippitudines aufert. Hierapigra Nicolai. Zuccharũ ab arundine ſumptum ſicut gumma oculũm abſtergit. Et plurima alia notari poterunt ex receptis ponendis. Itaque hæc pauca & domeſtica ſatis pro nunc ſufficiãt. Quædam ſunt etiam conuenientia ex parte operationum aliquarum ſumpta vt eſt tuere ſe à puluere, fumo. ab aere egrediente æqualitatem in caliditate, & frigiditate. ventus calidus, frigidus, venenoſus, & non aſsidue intueantur rem vnam, neque longe morentur in tenebris, neque aſpiciat ignem, neque intueatur ſolem, & res multum luminoſas, & altas. Et abſtineat à multitudine fletus. Et non delectetur in legendo literas minutas niſi interdum ſecundum ſemitam exercitij. Et non prolongetur ſomnus ſecundum collum, & etiam ſuper faciem. Et ex rebus nocibilioribus eſt multiplicatio coitus, & multiplicatio ebrietatis, repletionis cibi, ſomni ſuper repletione. Et euitet omnes cibos, & potus groſſos, & uaporoſos ad caput. De ſumma quorũ ſunt vinum turbidum, pori, allium, cepæ, pręcipue legumina, carnes bouinæ, oua dura, caſeus durus, & exiccatiua multum vt ſal, & ſuperflua vigilia, & ſuperfluus ſomnus, ſuperfluum exercitium, ſuperfluum ocium. nam æqualitas in eis eſt maxime conueniens. Et ex eis quæ viſum acuunt eſt ſubmergere oculum in aqua clara & aperire ipſum intra. Et vomitus cõfert et maxime quia ſtomachum mundificat, & videtur nocere inquãtum materias cerebri agitat, & ad oculos expellit, & fiat poſt cibum cum facilitate &c. de quo in dubijs. Abſtineatq; à multitudine phlebotomię, & proprie cũ ventoſis aſsiduis, maxime etenim nocent ſuper collum poſitæ. obliuionem enim inducunt. quarta primi. de ventoſis. Ex quibus apparet quę ſunt nocentia ex parte operationum aliquarum, ſumpta.

NOCENTIA VERO ſimplicia ſunt. Anethum. Allium. Acetum. Argentum viuum. Baſilicon maius. Bulbus ſiue ſcalonia. Caſtanea. Cepæ. Caules. Coriandrum. Crocus comeſtus. Elleborus, vapore eius, inflatiua omnia. Lac comeſtus Auicẽ. tenebroſitatem & caliginem inducit. Lactuca præcipue eius aſsidua comeſtio. Lens. Opium in collyriis poſitum, quare vt poſsibile eſt ab eo abſtinendum. Oliuæ miaturæ. Piſces omnes. Portulaca. Raphanus. Sal, ſcilicet nimius vſus eius. Poſtremo notãdum q ſeptem ſunt ſimplicia ab auctoribus noſtris præ aliis notata, ſcilicet. Feniculus. Chelidonia. Ruta. Berbena. Euphragia. Roſa. Siler montanũ. De quibus quinq; hos protulit verſus Meſue de ægritudinibus oculorum. Fœniculus, berbena, roſa, chelidonia, rutha. Ex iſtis fit aqua quæ lumina reddit acuta.

## De ophthalmia. Rubrica. II.

DE paſsionibus coniunctiuæ. & primo de ophthalmia. diuiditur in veram & non veram quæ ab Auic. dicitur leuis. ca. de bota conturbationis viſus. Vera ab Auicen. deſcribitur tertia tertij. proprio cap. Quod eſt apoſtema in cõiunctiua, cuius cauſa ſecundum plurimum eſt materia ſanguinea. Et dicitur cauſa ſecundum plurimum: quoniã aliquando fit à materia cholerica phlegmatica & melancholica. & quãdoq; à ventoſitate, q omnia per ſigna ꝓpria cõprehendunt. Sed Dioſco. Serapio, Halyabas, Viaticus &c. in deſcribendo ophthalmiã ꝓferũt abſolute ipſam eſſe apoſtema calidũ, quod nõ eſſet uerũ ſi à phlegmatica, aut melãcholica materia fieret. Pro iſto notandũ q eſſe calidũ põt dupliciter intelligi. vno modo naturaliter alio modo accidẽtaliter. Primo modo ex ſanguine, aut ex cholera facta eſt apoſtema calidum

ὀφθαλμία Gręcis, lippitudo Latinis vocatur.

naturaliter. Secũdo modo ex phlegmate aut melancholia facta eſt apoſtema calidũ accidentaliter. nã phlegma ipſum aut melãcholia cum putreſit acquirit caliditatẽ pręter naturam à quo apoſtema ab eis proueniens uel ab altero ipſorum calidũ accidẽtaliter dicit̃. Non vera vero deſcribit̃, vt ex Auic. colligitur allegato ca. ꝙ eſt quędã leuis oculi cõturbatio ſeu vacillatio cũ ophthalmia uera ſimilitudinem habẽs, cuius cã ſecundũ plurimum eſt cã primitiua, vt vẽtus, puluis, fumus, leuis percuſsio, frigus & huiuſmodi. Dicit̃ enim ſecundũ plurimũ, quoniã cõturbatio talis etiã poteſt à cã antecedente contingere, vt patet intuenti.

Serapio & Halyabbas eã trinã faciunt, vt quoniã aliqua debilis, & facilis, altera fortis, & tertia fortiſsima à quibuſdam dicta chimoſi. ab Aui. vero alguardẽgi. et eſt pertrãſiens terminũ cõiunctiuę cooperiẽs cornuã, & pupillã, & hæc fortis mediũ tenet inter has, & dicit̃ ab ophthalmon quod interpretat̃ oculus. Item diuidit̃ in talẽ per eſſentiã & talẽ per cõitatẽ. Exemplũ primi patet. Exemplũ ſecundi, vt quæ à toto vel membro particulari procedit, vt eſt caput precipue. In tali per eſſentiam, & præcipue in forti.

C A V S A. Ex cauſis primitiuis ſunt ventus, pluuia, fumus, percuſsio, apoſtema, balneũ ualde calidum, aer exceſsiue calidus. exceſsiue frigidus & huiuſmodi. Cauſa antecedẽs eſt ipſe humor mordicatiuus ledẽs tunicas, aut extẽſiuus extẽdens, aut vapor ipſe groſſus qui humor deſcendit ad oculum per venas aut arterias. Coniuncta eſt mala complexio oculi ſiue debilitas eius, aut humor vel vapor ipſe faciens actu apoſtema ipſum. & vt dictũ quãdoq; venit à toto ex vaporibus eleuatis, quãdoq; à capite & eſt magis. Vnde Aui. & quãdoq; eſt eueniẽs à cerebro, ſecundũ ſemitã catarrhi per viam velaminis extrinſeci, & omnino à cerebro & partibus eius. nã cum in cerebro aggregant̃ materiæ plurimæ, & repletio tunc uix euadit oculus quin ophthalmiam incurrat niſi fuerit fortis valde.

S I G N A demonſtratiua ipſius ſunt, q̃m alba oculorũ mutata ſunt ad rubedinẽ. Et lachrymę fiunt. Et in lachrymãtibus eſt lippitudo. Et quãdo accidentia ſunt remiſſa, vt quia apoſtema paruum quia cum pauco rubore, pauco dolore vel quaſi nullo, pauco tumore, paucis lachrymis cum pauca & remiſſa caliditate percepta, tunc eſt prima ſpecies eius facilis. Quando autem ſunt intenſa valde vt apoſtema magnum cum magno tumore, dolore, rubedine multa, fluxu ampliſsimo lachrymarũ vehementi caliditate & huiuſmodi, eſt eius tertia ſpecies difficilis. Cum autem medio modo ſe habent eſt media.

Signa eius quæ eſt à ſanguine ſunt dolor ſatis intenſus, rubedo intẽſa, pulſatio temporũ, tumor notabilis, lippitudo claudẽs in ſomno palpebras, & reliqua ſigna ſanguinis.

Signa choleræ, punctura, dolor aduſtiuus & fortis, rubedo parua declinans ad citrinitatem, lachrymæ ſubtiles acutæ, & quãdoq; ulcerantes, tumor minor, pulſatio temporum fortis, paucitas lippi. & reliqua ſigna choleræ.

Signa phlegmaticæ ſunt tumor intẽſus cum paruo dolore, lippitudo multa cum grauitate, rubedo debilis ad albedinem declinans. & reliqua ſigna phlegmatis.

S I G N A melancholiæ uero ſunt paucitas doloris, fuſcedo, paucitas lippitudinis grauitas, paruitas conglutinationis palpebrarum. & reliqua ſigna melancholiæ.

Signa ventoſæ, extenſio abſq; grauitate, paucitas rubedinis, & eſt abſq; fluxu lachrymarum.

Signa eius q̃ à capite eſt, quia pręceſsit grauitas capitis, dolor eius, & ſi uia fluxus eſt per velamen extrinſecũ, tunc facies ſumme, & frons eſt colorata, rubea, extẽſa, & in tẽporibus inflatio. Quod ſi eſt per velamen intrinſecũ nõ apparẽt iſta ſed ſternutatio, pruritus in naſo, & palato, & talis fluxus eſt malus, q: remedia nõ põt tũc bene applicari.

Quod ſi fuerit à ſtomacho erit nauſea, conturbatio, plenitudo ſtomachi, & huiuſmodi. Et proportionabiliter dicatur ſi ab alio euenerit membro.

P R O G N O S T I C A quoniã ophthalmia habet tẽpora quatuor hinc collige eorũ ſigna. Et eſt principiũ cum lippitudo ſubtilis eſt & aquoſa. Et cum incipit ingroſſari & dealbari eſt augmentũ. Et cũ lippitudo eſt multa claudens palpebras tunc eſt ſtatus, cuius ſtatus velocis euentus ſignũ eſt multitudo lachrymarũ cum mordicatione, & ſignũ tarditatis euentus eius contrariũ. Declinatio vero eſt cum incipiunt hæc minui. Lippitudo quæ fruſtra habet parua eſt mala. Ophthalmia in hyeme concurrentibus alijs particularibus infrigidantibus, tarde recedit, & eſt periculoſa propter pororum clauſionem. Illa aut̃ quæ eſt in æſtate, & vere citius venit & citius curatur. Ophthalmia quę antiquatur in qua nõ perficiunt medicamina eſt peſsima inter omnes, quoniam ſignificat ꝙ eſt humor corruptus inuiſcatus, corrũpens nutrimentũ, aut ꝙ venæ intrinſecæ capitis materiã adminiſtrant. Dolor acutiſsimus eſt multũ periculoſus, ne, ſcilicet aut rodatur aut rumpatur cornea. In regionibus meridionalibus multiplicatur ophthalmia propter multitudinem humorũ & vaporum. In regionibus vero frigidis minorat̃ propter quietẽ humorum. ꝙ ſi in eis accidat eſt praua. Quãdo pręcedit hyems ſeptentrionalis & ſequit̃ ver meridianum æſtas pluuioſa multiplicat̃ ophthalmia vt in aphor. in ſi. ca. & tu. Similiter ſi hyems meridiana fuerit ver ſeptentrionale cõſtringens: ut in Aphor. Cum ophthalmia magnificatur & peruenit ad loca ante pupillam, tunc prohibet clauſionẽ oculi. Ophthalmia accidit infantibus propter multitudinem humorum & debilitatẽ oculorũ. habentes oculos eminentes ſunt faciliter ophthalmiæ ſuſceptibiles propter humiditatem ipſorum & apertionem pororum, & quia ſunt expoſiti extra alterantibus.

Cum initium ophthalmiæ eſt ex velaminibus tunc cura eſt difficilis. Auic. Non eſt ergo negligenda eius cura, quia cum male curatur mala conſueuit reliquias relinquere vt ſunt macula, pãnus, & huiuſmodi. de quibus infra in tali per eſſentiam, & præcipue in forti.

C V R A cañ. hi ſeruentur. Primus ordinatio dietæ. Ex parte aeris ſit locus non luminoſus non calidus &c. Et moderetur ut materia peccans exigit, quoniam in cholerica frigidus, in phlegmatica minus. Et coſimiliter de alijs ſex rebus non naturalibus & ante oculos teneat pannum nigrũ. Minoretur cibus ut infra. quod debet intelligi in omni ægritudine oculorum. Et curtẽtur pili oculorum. eſt enim eis iuuatiuum valde, vt dictum eſt. Euitet ſomnum. Nota tamen ꝙ ſomnus eſt eis maxime cõueniens factus, vt ſupra. ſic moderatus & nõ ſuper repletionem, dormiatq; capite eleuato, & non ſupra oculum infirmum, neq; ſuper faciem. Habeat ventris beneficium ſingulo die. naturæ vero lenitas eſt res quæ eſt ei neceſſaria. Aui. Euitet exercitiũ forte. uociferationes, & huiuſmodi habẽtes agitare materias & ſpiritus inflãmare, letetur &c.

S E C V N D V S eſt digeſtio materiæ cũ quibus digeri debeat materia peccans ſatis apertum ſupra eſt de dolore capitis. Addantur cum his capitalibus etiã ocularia. vt verbi gratia. in phlegmatica. ℞. ſyru. de ſticadoa. ℥. j. ſ. aquæ fœniculi: euphragiæ. & ſi uis berbenæ ponendo duplum aquæ ad ſyrupum, vt in primo tractatu. vel ſi placet ex his ſimplicibus poſitis comparatione ſyrupi. & cõſimiliter de cholerica & melancholica ſuo modo dicendum. Sed nota ꝙ in cholerica vt vbi cõiungitur fluxus reumatis abſtinẽdum eſt à digeſtiuis diureticis, quoniam talia præparant materias ad fluxum. In ſanguinea vero non eſt digeſtio expectanda, ſed ſtatim ad euacuationem procedendum eſt.

T E R T I V S itaq; eſt euacuatio in ſanguinea cum phlebotomia. nã ſi fuerit recẽs in principio, & materia ſit multa & in fluxu fiat phlebotomia ex cephalica manus ex latere cõtrario. Quod ſi fuerit cũ pletora fiat prio ex baſilica ptis cõtrarię. deĩde ex cephalica. vel primo fiat ex ſa-

phena

phenã eiuſdẽ lateria & non erit malũ. Si vero materia fuerit pauca & in fluxu de quo nõ timebimus põt fieri phlebotomia ex cephalica ex eodẽ latere. & hoc voluit Raſ. ix. Almãſ. qui videt in ſuperficie verborũ cõtradicere Aui. Serapioni. Meſ. & alijs, & ſcripſi in diuiſionibus in cap. de ophthalmia. vbi vult ꝙ ex parte oppoſita fiat. Et ante phlebotomia facta in ophthalmia ſanguinea uſq; ad lipothymiã ſanat. Vnde Auic. de cura cõi eius. Sãguinis itaq; emiſſio plurimum ſanat in hora. Quòd ſi non ſufficit phlebotomia poſt ipſam ponant vẽtoſæ humeris, imo Auic. videtur hoc præcipere de cura ophthalmiæ cholericæ, & ſanguineæ inquit. Quòd ſi materia fuerit ſanguinea adhibebia ventoſas poſt phlebotomiã, & ſi ætas, aut virtus, & cætera non cõſentient phlebotomiæ adhibe vẽtoſas & hæmorrhoidarũ ꝓuocationes. Si vero materia fuerit fluxa fiat ex eodẽ latere, vt dictũ eſt. Si vero antiquabit & fiat chronica, tũc lachrymalẽ oportet phlebotomare. deinde arterias quæ ſunt poſt aurea. Si vero ophthalmia fuerit leuis non eſt neceſſaria phlebotomia. & ideo dixit Raſ. ix. Almanſ. phlebotomationibua oculorum in principio eſt minuẽda cephalica niſi leuis fuerit ophthalmia. Si tamen iuuaretur leuia ophthalmia à repletione ſanguinia fiat phlebotomia. & hoc uoluit Auic. de cura cõturbationis inquit. Si fuerit cauſa iuuatiua à repletione ſanguinis. utrum in omni ophthalmia competat phlebotomia dicetur de dubijs. Facta autem phlebotomia euacuatio humoris qui videtur cũ ſanguine dominari. Vnde Auic. de cõmuni &c. Solutione educatur humor dominans ſanguini poſt phlebotomiam.

In cholerica vero in qua eſt cõmixtio choleræ cũ ſanguine fiat per omnia vt dictum eſt de phlebotomia. Si vero nõ fuerit mixtio fiat euacuatio cũ euacuatiuis poſitis de cura doloris capitis ex cholera admiſcẽdo ocularia. vt dictum eſt de digeſtiuis quæ ſolutiuorũ uirtutẽ ad oculos ducãt. Verbi gratia. ℞. myrobalanorũ citri. ℥. j, ſ. prunorum. x. piſtentur groſſo modo & bulliãt in. ℥. viij. aquæ nenupharis. vel violarũ ad conſumptionẽ medietatis & coleẽ & colaturæ addatur thamariodorũ. ℥. j. Vel ℞. reubarbari. ʒ. ij. aquæ decoctionis prunorum. ℥. iiij. & cum aqua fuerit feruens ponatur reubarbarum cum petiola in infuſione per. viij. horas vel. xij. deinde fiat expreſſio fortis & colaturæ addatur ſyrupi violati, aut roſati, aut nenupharini. ℥. j. Quòd ſi dolor fuerit fortis & vehemẽs nõ expectetur digeſtio, ſed fiat ſubito euacuatio. dubitatur enim de futuro apoſtemate. Poſt autem euacuationem poteſt fieri conuenienter phlebotomia ex eodem latere de cephalica manus, vel apponere ventoſas in collo, aut ſpatulis. nam vt dicetur in dubijs ſicut in dolore poſteriorum vena frontis inciſa iuuat, ita econtra in dolore anteriorum vena colli aut ſpatularum inciſa iuuat, vt & Hip. quinto aphor. Vtrum non exiſtente mixtione competat phlebotomia in dubijs dicetur.

In phlegmatica vero ſi eſt mixtio cum ſanguine fiat, ut ſupra poſitum eſt. ſi vero nõ euacuatio fiat cum ſolutiuis poſitis de cura ſodæ phlegmaticæ addendo ut in cholerica. Et conſimiliter ſuo modo dicatur de melancholica. de phlebotomia in his fienda dicetur infra.

QVARTVS eſt diuerſio. cum quibus uero fieri debeat recurre ad canonẽ de diuerſione ſupra de ſodã, ubi docetur quomodo fieri debeat diuerſio in quacunq; materia. & hic adducantur gargariſmata, caputpurgia, ut ibi ponitur quæ etſi ſapiãt naturã euacuationis, tamen hic habentur, ut diuerſiua ſint facilia, & poſt euacuationes facta & non ante, & aſſiduentur maxime in ſanguinea fricationes extremitatum, & eatum conſtrictiones.

QVINTVS eſt applicatio medicaminum particularium oculo, & partibus circumiacentibus. Vbi oportet plures canones præmittere antequàm ad canonis complementum veniamus. Primus quòd non ſunt dimittenda repercuſſiua tempore longo, ſed in omni hora, uel circa mutanda, cauſa patet intelligenti. Et ſcias ꝙ albumen oui conquaſſatum uehementer eſt laudabilius lacte. Auic. de cura cõmuni ſpecierũ ophthalmiæ. nam lac ex ſui mora uidetur acetoſari. Secũdus ꝙ medicina quæ in oculo ponitur debet eſſe priuata aſperitate, & acutie, propter quod oportet terenda eſſe ſubtiliſſime trita. Tertius ꝙ in principio non adminiſtrentur inſpiſſatiua fortia, & quæ ſunt uehementer ſtyptica: quoniam inſpiſſant tunicas, & incuneant materias & dolorem augent, & præcipue vbi dolor eſt fortis. Quartus cũ debilia talia non ſufficiunt ad mediocria recurramus cuiuſmodi eſt ſief album ſine opio diſſolutum in aqua roſ. aut albumine oui fortiter conquaſſati, aut in aqua meliloti, aut euaporatio cum aqua tepida. Quintus ꝙ in eius principio reſolutiua ſunt omnino uitanda. nam cura eius eſt ſicut cura reliquorum apoſtematum cum repercuſſiuis primo & reſolutiuis ſecundo Auic. allegato capitulo. Sextus ꝙ quæ oculis applicantur debent eſſe frigida actu ſicut quæ auribus debent eſſe actu calida. Meſ. de dolore. Septimus ꝙ lippitudo omni die pluries mundificetur. eſt enim doloris alleuiatio & fiat leuiter cum tenta vel radio in aqua infuſo, ita vt non ſequatur dolor. Octauus quòd euitare debemus narcotica. quòd ſi neceſſitas eis vti nos vrgeat fiat illud cum cautela, & ſi tranſire poſſimus cum albumine oui conquaſſato cum aqua in qua ſit pauper decoctum fiat, ſecuta tamen Auic. ſe vti opio vbi materia fuerit ſubtilis & corroſiua & eſt ſanans eam, vt dicit. Et Meſue & plures alij eo in collyrijs oculorum vtuntur.

Nonus ꝙ nullum vaporatiuum debet oculis applicari niſi poſtquàm corpus fuerit ſufficienter purgatum. Decimus oportet vt ex toto elongetur oleum à capite patientis ophthalmiam, quoniã ipſum eſt vehementis nocumẽti. Auic. imo & diſtillatum in aurem nocet. Vndecimus & vltimus ꝙ oportet vt quantum poſſibile retardetur in ophthalmia collyriorum adminiſtratio vſq; ad tres dies. ſufficit enim regimen ex euacuãtibus & attractatione materiæ ad extrema plerunq; ſanatur. ophthalmia enim his rebus abſq; cura alia. Auic. de cura eorum.

In principio itaque expeditis phlebotomia, & euacuatione, ac diuerſionibus factis leuibus applicemur repercuſſiua attentis canonibus decem poſitis. Vnde in principio ſanguineæ competit lac mulieris & præcipue puellam lactantis ſi haberi poteſt ab vbere in oculum recenter mulſum. Item lac aſinæ, capræ. Item albumen oui vehementer conquaſſatum & diſpumatum. Item & petiæ infuſæ in aqua roſ. & ſæpe reiteratæ vel in ſucco foliorum ſalicis propter ruſticos, vel plantaginis. Ex compoſitis albumen oui diſpumatũ, vt ſupra cum aqua roſ. aut lacte mixtum. Item collyrium album en deſcriptione Meſue ſublato opio. Quòd ſi vehementia doloris vos vrget, vt ſupra ponatur opium. Simile huic eſt collyrium album laudatum à Raſi nono Alman. de ophthalmia. Item fiat mucillago ex pſillio in aqua roſ. ex ſeminibus citoniorum aut ex drag. & albumine oui diſpumati, & lacte mulieris miſceatur, & applicetur. Quòd ſi dolor fuerit fortis cum decoctione papaueris albi fiat mucillago ex prædictis, & eſt mirabile in ſedando dolorem prouocando ſomnum. Item & maxime valet ſief album poſitum à Meſue deſcriptione Alexander, & tu illum conſidera. Quòd ſi per venas & arterias extrinſecas materiam deſcendere comprehendemus quod ex earum pulſatione forti & apparente tumefactione cognoſcitur, tunc ſupra frontem & circa partes oculorum ponatur repercuſſiuum ſtypticum. verbi gratia. ℞. achaciæ, ſanguinis drachonis. ana. ʒ. j. boli armeni. ʒ. ij. incorporentur cum albumine oui bene diſpumati. Et quia poſt principiũ ſequitur augmẽtum in quo tempore oportet alia medicamina peruenire. Ideo notentur ſigna

quibus tempora diuerſa morbi cõprehenduntur. de quibus in de ſignis prognoſticis. Poſſunt diſtingui ex parte accidentiũ, & ſunt accidẽtia fortia, vt patet conſideranti.

In augmento itaq; cõpetunt repercuſsiua cum reſolutiuis vincentibus repercuſsiuis, & ſecundum q itur verſus ſtatum debẽt repercuſsiua minui, vt cum ad ſtatũ peruenerimus reſolutiua ipſa ſint in æquali proportione cũ repercuſsiuis. In augmento vero vti poſſumus lacte, confert in omni tẽpore. eſt enim repercuſsiuũ, reſolutiuũ, confortatiuum, & doloris ſedatiuum. Cõfert ſuper omnia mucillago fænugræci, aut eius aqua. Vnde Auic. de cura cholericæ. Et eſt maturatiuorũ dignior, vt ab ea incipiat, & non eſt in ipſa attractio. Itẽ ℞. ſarcocollæ priua nutritæ in lacte mulieris vel aſinæ. ʒ. j. & ponat in peciola, & fiat compreſsio fortia de qua ponatur in oculo. Vel ſic. ℞. decoctionis meliloti. ℥. ij. ſarcocollæ nutritæ in lacte. ʒ. ij. diſſoluatur ſarcocolla in dicta decoctione & adminiſtretur. Vel ℞. mucillaginis fænugræci, draganti. ana. ʒ. ij. ſarcocollæ, ʒ. ſ. lactis mulieris quantum ſufficit, fiat collyrium. Item ℞. aloes loti. ʒ. j. tuciæ præparatæ. ʒ. j. ſ. ponatur in petiola, & infundãtur in aqua roſ. deinde fiat expreſsio, & ex illa ponatur in oculo pluries in die. Cõfert ſief album Meſ. cuiua litera. ſief aliud album conferens in augmento. Item puluis albus Raſ. ix. Alman. In ſtatu vero fiat vt ſupra. Augmentum reſolutiuorum ſupra repercuſsiuorũ. In declinatione vero vtamur reſolutiuis ſol. vnde puluis citrinus Raſ. eſt hoc in caſu conueniens.

Item confert infuſio ſpongiæ in aqua calida decoctionis camomillę, aut meliloti, cimini &c. & expreſſæ et ſup oculos poſitæ. Item & euaporatio earum rerum, & balneatio oculi quomodolibet in eis. Vnde Aui. de cura cõmuni ſpecierum ophthalmiæ. Et balneum quidem poſt euacuationem eſt melius medicamen in ophthalmia, & proprie ſi fuerit euaporatiuum ſedans dolorem. & in ca. de cura cholericæ, nam balneum cum aqua calida & vaporatio ſi fiat erit illud iuuamentum. Tu itaq; hæc conſidera & modera cum calidis admiſcendo frigida vt videbitur expedire. Nam credo q ſemper cum quærimus reſolutionẽ debemus priua facere euaporationẽ. hæc enim maxime præparat & deponit materiã vt facile reſoluat, & hoc præcedentibus euacuationibus vt ſupra. & iſtud pręcipue ſeruandum eſt in phlegmatica & melãcholica.

Et pro cholerica notandum q licet ea quæ dicta ſunt de ſanguinea ſint etiã in cholerica valentia, tamen in principio oportet vti infrigidationibus & magis ſtypticis vel illis frigidis admixtis ſtypticioribus. Vnde Aui. de cura cholericæ. Et oportet vt in cholerica ſit maior audacia adminiſtrationis ſtypticorũ in principio ſine ſuperfluitate etiã & adminiſtratione ſtypticorum cholericorũ diſſolutorũ in ſuccis. Vnde cõfert quãdoq; effuſio aquæ frigidæ ſuper caput, & oculũ, & lotio faciei cum aqua frigida cum admiſcetur parum aceti. Et nota q oportet repercuſsiua cõtinuare in hac, & tu exemplifica pro te ex datis. Laudatur tamen collyrium album dictum deſcriptione Meſ. addito opio. item ſuccus ſolatri vt ponatur petiola in eo. deinde ſuper oculum. Item aliud domeſticum. ℞. poma tria decoquantur in prunis. deinde mundentur & miſceantur cum albumine trium ouorũ addito vno vitello propter dolorẽ. Aut ſi dolor fuerit fortis cum duobus vitellis & in augmento cum vitellis ſolis tribus. poteſt etiam addi parum camphoræ. confert etenim in medicinis ophthalmiæ calidæ. Aui. ca. de camphora.

In phlegmatica vero incipiamus cũ repercuſsiuis non ita frigidis. vt ſupra in calida. imo oportet vt in eis ſit virtus ſubtiliatiua. vnde ſarcocolla & myrrha cõmenſurata cum frigidis conuenientibus ſunt in principio conuenientia, vt ſi in aqua roſ. multum nutriatur modicum ſarcocollæ & adminiſtretur. Item confert & maxime ſief de ſpica Meſue. Auctoritate Sabor regis, & eſt expertum. Aliud. poma vt ſupra decocta cum pauco zucchari & modico pulueris fæn. In augmento vero ſint reſolutiua cum repercuſsiuis mixta & maiorem ſuper illam proportionem obtineant quàm in calida. ℞. meliloti, florum camomillæ. ana. ℥. ſ. piſtentur & incorporentur cum mucillagine fænugręci & dragacanti, & albumine ouorum addito vitello oui & calidum ſuper oculum ponatur. Item confert ſuccus fæniculi cum aqua roſ. aut cum albumine oui conquaſſato & diſpumato, vt ſupra. In declinatione vero ſuccus ſolus, ipſe enim vehemẽter iuuat. vnde fæniculus ipſe, ſecundum omnem modum adminiſtrationis eius confert. Confert & ſuccus rutæ cum prædictis vſus ſui, & contulit. De ſtatu patet quid dicendum.

In melãcholica vero ꝓcedendũ eſt vt in phlegmatica: ſed vtamur minus exiccatiuis. uẽ & cum eis ea quę melancholiã reſoluunt maxime in augmẽto & cęteris tẽporibus ſequẽtibus. Vnde in principio ſuccus violarũ cũ albumine oui & ſarcocolla, in augmento vero addemus epithimũ. In ſtatu vero rutã cũ epithimo regulariter. In fine, ruta multa & pauco epithimo: facta tamen prius aliquali euaporatione ex aqua in qua decocta ſint meliolotum & violę, in leui ſiue facili quieſcat & elonget à re nocente & oculi humectent. Vnde aliqñ ablutio cum aqua frigida & pauco zucchari & eius diſtillatio tollit eam, quandoq; aqua roſ. ſolũ. Itẽ decoctio violarum aut nenupharis in aqua cum qua lauent oculi & ex ea diſtillentur guttę aliquæ. Item infundantur pſiliũ & modicũ camphoræ in aqua roſ. & oculi continue humectentur cum petia. Itẽ, inſtillatio lactis & albuminis oui, Item poma cocta cũ zuccharo, vt ſupra de cholerica. Si vero non recedit ſed augmentabitur, tunc cura vt dictum eſt de forti.

CVRA. factæ propter percuſsionem inſtilletur ſanguis columbæ calidus, q ſi non ſufficit inſtilletur collyrium album ſine opio.

CVRA vero fortiſsime oportet ſis ſollicitus in euacuationibus & diuerſionibus magis q̃ in alijs, ita vt qñq; non ſufficiant ventoſæ cum alijs poſitæ ſuper collo, imo oportet peruenire ad poſitionem ſetonis, in reliquis procede vt ſupra ſecundum exigentiam materiæ peccantis.

CVRA factæ per cõmunitatem ab aliquo membro fiat rectificatio illius membri cum euacuationibus & diuerſio cum phlebotomia vẽtoſis prius. deinde ad ipſam curandum procede.

CVRA ſi fuerit à ventoſitate, & fuerit illic dolor & mordicatio ponatur ſief album ſine opio. Item ad hoc eſt iuuatiuum valde trochiſcus roſ. Auic. in. ſ. ad hoc in principio, in alijs vero temporibus age : vt ſupra. Poſtremo aduertendus eſt canon Auicen. xiij. Terapeũ. & eſt poſitus etiam ſupra in principio, & ſi cum ophthalmia coniungitur dolor capitis prius debemus capitis dolorem remouere vel ſedare. eſt enim eam continue fouens, vt patet. nam ſimiliter ſi eſt catarrhus retineatur, nam eius perſeuerantia eſt propter perſeuerantiam catarrhi. Auicen. de cura cõmuni. Et hæc de iſto.

## *De doloribus oculorum.* Rubrica. III.

ET licet quidã ponant pro canone correctionẽ accidentiũ, vt eſt dolor in ophthalmia, tamen pluribus placuit vt Auic. Meſ. & modernis de eorũ doloribus capitulũ ponere ſpeciale, quos in præſentiarũ ſequar.

Dolor oculi eſt triſtis ſenſatio eius facta à re contraria ſubito, & materialiter, & vehementer imprimẽte, quæ eſt mordicatiua, corroſiua ſuper rem calidam. extẽſiua vero ſuper ventoſam, aut frigidam ſignificat.

SIGNA ex his habeant q̃ de ophthalmia dcã ſunt.

CVRA ſi fuerit à re extrinſeca, vt eſt frigus, ventus, calor, remoueat & cooperiat, & vtat frigidis aut calidis ſecundũ exigentiã rei. Meſ. auctoritate Hipp. quatuor ponit in cura doloris oculorũ. Primum eſt potatio vini. Se-

cundum

cundum eſt balneatio. Tertiũ phlebotomia. Quartũ eſt euacuatio per pharmaciã. Phlebotomia fiat peccante ſanguine aut aliis humoribus, ſi cum ſanguine fuerint mixti, aut etiã ſi non fuerint mixti ſaltẽ in principio ad prohibẽdum futurũ apoſtema, vt in dubiis de ophthalmia dicet. & tu ibi. Euacuatio fiat in forti dolore nõ expectata digeſtione, vt ſupra cũ euacuatiuis appropriatis, ut ſupra de ophthalmia, quę ſolũ humoribus aliisà ſanguine cõpetit.

Vini potatio fiat poſt iteratã euacuationẽ, & ſit in pauca quãtitate, ſitq; vinũ ſubtile albũ aromaticum. & qñ nõ timetur agitatio, & inflãmatio ex eo, & hoc ſpecialiter in phlegmatico. Vnde Auic. de cura ophthalmiæ frigidę hoc ſubintelligebat cũ dixit. Et cõfert omnibus iſtis regimeñ ſubtile, & adminiſtratio balnei, et vini puri albi. Balneũ quoq; indifferenter omnibus doloribus oculorũ confert. Fiat namq; calidũ aut frigidum ſecundũ materiã peccantẽ, quod intelligendũ eſt, vt ſupra de ophthalmia poſt euacuationes debitas. reſoluit enim & habilitat reſiduũ materię & proprie adhærentis, & difficilis. aliis autẽ dilatat materiã & cõuertit ex partibus aliis ad locũ doloris, & multiplicat fluxũ. hęc Meſ. Factis namq; euacuationibus vniuerſalibus & diuerſionibus & cęteris vt ſupra de ophthalmia occurramus in principio cũ mitigãtibus dolorẽ quæ diuerſificari debent ſecundũ diuerſitatẽ cauſæ. In calida namq; quia mollificatiua cum infrigidãtibus domeſtice dictis de ophthalmia, vt eſt lac, albumen oui, ſucci herbarum. vt ſolatri &c. Ex compoſitis ut ſupra albumen oui cõquaſſati cum mucilagine pſillii, papauere albo, cũ ſucco pomorum, mandragoræ, aut lactucæ, q; ſi neceſſitas aderit pone opiũ. Nota tamen q; narcotica nocẽt viſui, & tardant maturationem. In hoc caſu laudauit magnifice Guido hanc fermentationẽ. ℞. papaueris, plantaginis. ana. par. ij. croci, memitæ, aloes, gũmi arab. achaciæ. ana. par. j. coquanẽ cum aqua & adminiſtrentur. In frigida vero cum aqua decoctionis, camomillæ, meliloti, fænugræci roſ. memitæ, achaciæ. ex quibus fiat emplaſtrum, aut fiat infuſio petiæ in eis, & glomeretur petia in modum globi, & ſit frigida, aut ſi tẽpus fuerit frigidum minus q̃ tepida oculo ſuperponatur, & aſſiduetur. Meſue auctoritate Amaran ſief quo vti poſſumus in omni dolore oculorum. ℞. tutiæ præparatæ, licij. ana. aur. iij. mirabolanorum citri. aur. j. ʒ. ʒʒ. piperis longi & albi. ana. aur. j. ſarcocollæ, ſedenegi, ematitis, & abluatur. ana. aur. ij. terantur & licium ſoluatur in aqua pluuiali & fiat ſief. cum vti volueris ſuper cote cum aqua pluuiali vel albumine oui, aut ſucco rubi diſſolue. Aliud & eſt ſief. ℞. anthimonii. ʒ. vj. marchaſitæ. ʒ. v. tutiæ. ʒ. iiij. emblicorum mundatorum. ʒ. iij. amidi. ʒ. ij. piperis albi. ʒ. j. tere & cribella, & vtere vt oportet.

ταρκοτι ... Græce, Latine ſtupefactiua nũ... [illegible]

## De vngula. Rubrica. IIII.

Vngula eſt additio coniunctiuæ aut velaminis cõtinẽtis oculum media inter diſpoſitionem carneam & neruoſam creſcens ſuper ipſam coniunctiuam, Incipiens ſecundũ plurimum à lachrymali & currens ſemper ſuper coniunctiuam. Cauſa cuius eſt humor phlegmaticus groſſus, & viſcoſus ad oculum deſcendẽs. Et dicitur ſecundũ plurimum, quia aliquando oritur non ſolum à lachrymali, ſed à parte ſuperiori aut inferiori, propter quod Anchanomoſilius poſuit eius quatuor ſpecies: duas à duabus lachrymalibus, ceteras duas à duabus partibus, ſcilicet ſuperiori & inferiori, cũ hac aut eius materia, quandoq; aſſociatur ſanguis, cholera, aut melancholia & ideo contingit eam in colore iuxta colorem humoris coniuncti variari, Itẽ aliquando eſt leuis, & recens nõ impediens viſum, aliquando difficilis eradicationis chronica & extenſa ſuper corneam viſum impediens.

πτερύγιον Græce, vngula Corn. Celſo vel Lati... [illegible] vngula.

C V R A. canones, & licet Auic. dicat q; melior cura eius & proprie leuis ſit cũ ferro, tamẽ exiſtimo alia prius eſſe tentanda. & huic ſententiæ alludit in verbis ſuis Meſ. cap. de vngula. Propter q; ſint canones tales. Ordinatio dietæ ex parte aeris, patet ſupra. Sitq; ſubtiliatio regiminis ex parte cibi, dimiſſio vini omnino pręterquam in declinatione vt ſupra in præcedentibus capitulis ciborũ vaporoſorum. Secundus eſt digeſtio materiæ. Tertius digeſtio & euacuatio, & fiat id phlebotomia, aut pharmacia, vt conuenit. Quartus præparatio oculi vt materia peccans faciliter vel facilius remoueatur cum rebus ſubſtantiam oculi reddentibus teneram. Quintus adminiſtratio rerum reſoluẽtium, & remouentium materiam, & ſis memor vt poſſibile eſt euitare dolorem.

Primi ſecundi & tertij complementum patet ex dictis in præcedentibus capitulis.

Quartus cõpletur cum vaporatione aquę calidæ decoctionis maluæ, biſmaluæ, aut violarũ. Vnde Auic. de cura eius. in fine. Et oportet quidem vt inclinetur ante medicinarum adminiſtrationẽ ſuper vaporẽ aquæ calidæ tandiu donec caleſiat oculus, & rubificetur facies.

Quintus perficitur cũ collyrio viridi Raſ. ix. Almanſoris, de vngula, & collyrio eius de calcantho. Iſta tamen fortia ſunt. Vnde leuius iſtis eſt. Recipe æris vſti, & calcadis & fellis hirci. ana fiat collyrium cum melle. Aliud Ieſus, Haly ſedenegi loti, æris vſti, catachimiæ, argenti, ſalis indi, baurach, piperis longi. ana. ʒ. ij. piperis albi & nigri: ſpumę maris. ana. ʒ. ij. ſ. bellirici. zinziber. ana. ʒ. j. terãtur & fiat ſief cum vino & aqua fæniculi. Aliud leuius Gordonij. ℞. vitreoli viridis, æris vſti, armoniaci, ſalis, zinzib. trium generum piperis, fragmentorũ ſcutellæ viridis. ana. ℈. j. puluerizentur vt decet & cum ſucco fæniculi, maioranæ, & mellis. ana. fiat collyrium.

C V R A chronicæ & difficilis eradicationis cui ex parte medicaminis modo non eſt cura, procedatur cũ operatione manuali. Et modus Ieſus eſt vt aperiatur palpebra caute & non inuerſetur. deinde ſubtiliter cum unco vno, aut pluribus ut videbit expedire, capiat vngula, & pilo, vel lanceta ingenioſe incidat, ita vt oculi ſubſtantia nõ lædatur, perueniaturq; vſq; dum prope erit lachrymali, & tunc cum forpicibus incidat, & caueatur profundatio omnino in lachrymali, quia aliter cõtingeret cõtinua lachrymarũ effuſio. Quòd ſi cum unco fieri nõ poterit, tũc cum acu curua cum filo ſerico perforata eleuet, aut cũ pilo caudæ equi capiat, & eleuetur, deinde excorietur vt dictũ eſt. Et ad intra oculi immittat ciminum maſticatum cum ſale. ad extra vero ſuper oculũ ponatur ne accidat ei apoſtema albũ oui cum aqua roſ. cõquaſſatum. q; ſi dolor adde vitellũ oui. Et bis in die mutetur vſq; ad tres vel quatuor dies. Et ſollicitetur infirmus vt quaſi continue moueat, ſtetq; capite eleuato vt ſupra de ophthalmia, & ſi remanſerit aliquid eius remoueatur illud cum medicaminibus dictis in leui. ſeruatis canonibus poſitis.

## De ſebel, Rubrica. V.

Sebel eſt pãniculus accidẽs oculo ex inflammatione venarũ eius apparentiũ in ſuperficie cõiunctiuæ & corneæ, & texitur in eo quoddam quod eſt ſicut fumus, ſiue nebula fumoſa, & eſt cũ pruritu, lachrymis, vlceribus, palpebrarum groſſitudine, & ſcabioſitate, ac lucis offenſione. Ex quibus apparet q; inflatio venarũ eſt eius cauſa quæ à repletione capitis procedit per viã pãniculi exterioris aut interioris. Vbi notandũ q; ſebel eſt duplex, debile & forte. In debili autem ſeruentur canones de vngula. Vbi notandus eſt canon Auicẽ. hic q; medicinæ quæ in ſebel adminiſtrantur debent eſſe recentes aliter parum proſunt. Secundo ſciendum q; hæc paſſio quando eſt chronica vix eſt curabilis. Raſis. ix. Almanſ. & vt plurimum chronicatur, & ſpecialiter in bibulis. Obſeruetur itaq; dieta. Fiat in principio phlebotomia ex brachio, vel ventoſatio in collo, vel ſpatulis. Deinde euacuatio cum

pharmacia. deinde perueniatur ad euaporationes collyria, vt in vngula dictum fuit. Valet ſief rubeum. Raſis & viride poſitum ca. de vngula. Item magnifice cõmendatur alcohol. Auice. Et de expertis. ℞. corticem oui recẽtis ſicut cadit à gallina, & ferueat in aceto quatuor diebus. alij tenent ipſum in aceto decem diebus, deinde coletur & exiccetur in vmbra & teratur, & fiat alcohol. Item ad idem cinis oui cum marchaſita. Valent etiam omnia collyria de cura ungulæ poſita. Si vero fuerit fortis perueniatur ad operationẽ manualem cum vncinis, filis &c. vt ſupra per omnia de vngula.

De *macula rubea.* Rubrica. VI.

TArfati, ideſt macula rubea quã viaticus fruſtulum ſanguinis vocat eſt punctus ſanguinis recentis rubei, aut antiqui mortui, aut ſubrubei, aut nigri currentis ex venis ad coniunctiuam.

CAVSA cuius primitiua eſt, aut percuſsio, aut caſus, aptio venę, aut ſanguinis ſubtilitas motus laborioſus & huiuſmodi. Et cã antecedẽs eſt cõplexio calida, & humida oculorũ abũdãtia ſanguinis calor. et ſubtilitas, extremitatũ venarum. Cõiuncta ipſe ſanguis à venis effuſus.

CVRA ordinatio dietæ, euacuatio, repercuſsio. Et materiæ fluxæ, reſolutio.

Ordinetur dieta vt in ophthalmia calida. Euacuatio fiat in principio diuerſiua cum phlebotomia ex cephalica partis cõtrarię. Tu tamen hunc cañ. moderat iuxta ea quæ dicta ſunt de phlebotomis, & de ophthalmia, vel cũ ventoſis in collo, vel ſpatulis. fiat euacuatio lenitiua cum caſia, manna, reubarbaro, & cæteris vt ſupra. materiam cholericam, ſanguinem ſubtiliantem euacuantibus. Item fiat & frequenter impoſitio clyſteriorum. hoc nanq; caſu maxime cõmendans Meſ. inquit. Et clyſteria ſunt meliorum curarum in hac parte.

Repercuſsio vero fiat cum bolo armeno, luto ſigillato, chimolea cũ albumine ouorũ, lacte mulieris. Itẽ albumẽ cum aqua roſ. vel ſuccus roſarum cum aqua ſolatri cum aqua roſ. vel albumine, vt ſupra cum petijs infuſis in eis.

In reſoluendo materiã & pro quarti cañ. complemẽto oportet aduertere ad tẽpus ægritudinis. ꝙ ſi fuerit in augmento fiat reſolutio cum repercuſsione, vt ſupra de vngula & ophthalmia. Vt verbi gratia. ℞. fænugrę. roſarum ana. ʒ. ij. & cum modico farinæ hordei, & vino fiat emplaſtrum. Itẽ valet immiſsio ſanguinis turturis, aut columbi calidi in oculum, & debet accipi de uena ſub ala dextra, quia eſt calidior & propter motum eſt ſubtilior.

In ſtatu vero & declinatione valet aqua raphani in oculo diſtillata. Item aqua fœniculi & ſuccus eius. Item ℞. thuris, myrrhæ, croci. ana. ʒ. ij. & fiat ſief cum aqua fœniculi. Item valet ſief Raſ. ix. Almanſ. de rubedine oculorum, & eſt forte. Item ab extra ponatur emplaſtrum ex folijs raphani. & paſſulis abſq; arillis cum modico ſtercore columbi. Valent in hoc maxime ſuffumigationes factæ ex camomilla. fænugrec. vt ſupra de ophthalmia & de vngula. In fine confert collyrium Gabrielis poſitum à Meſ. capitulo de tarfati.

De *tumore coniunctiuæ.* Rubrica. VII.

VT ad vlteriora citius perueniã de quibuſdã paſsionibus coniunctiuę faciliter curabilibus ſic ſuperficietenus pertranſibo vt & breuitati ſatisfaciam. Tumor fit aut ex ventoſitate, aquoſitate, phlegmate aquoſo, aut ex melancholia. Dieta ordinetur vt opus eſt, & fiat purgatio, diuerſio, materiæ reſolutio cum balneis, & collyrijs, vt ſæpe ſupra poſitum eſt. Præcedant ſemper vniuerſalia.

De *duritie coniunctiuæ.* Rubrica. VIII.

ACcidit coniunctiuæ qñq; durities tanta vt oculus claudi aut bene aperiri nõ poſsit. Cuius curatio pmiſsis vniuerſalibus ex parte dietę, euacuationibus diuerſionibus, aut mollificationi cũ vaporationibus factis ex rebus mollificãtibus ſtudendũ. Vt eſt malua, biſmalua, maluauiſcus, mucillagines dictę ſupra, ẽplaſtra ex eiſdẽ rebus. Itẽ vitellus oui cũ mucillagine fænugræci.

*De cadentibus ſuper coniunctiuam.* Rubrica. IX.

CAdunt enim aliqñ feſtucę, pulueres, & huiuſmodi. Cura eſt abſterſio. fiat cũ aqua ſimplici, aut pluuiali, aut lacte, aliqñ cũ radio madefacto in aqua vel lacte, aut cũ radio ĩtincto in gũma pini, aut terbẽtina, & maxime vbi eſt feſtuca, pilus, et ſilia fortiter adhęrẽtia.

De *fiſtula lachrymali.* Rubrica. X.

FIſtula lachrymalis dicta garab. Eſt ulcus ſordidum concauũ ſiue amplum interius cum calloſitate quadam, exterius vero ſtricti orificij in lachrymali domeſtico cõtingens. Cauſa cuius eſt materia virulẽta, corroſiua. nã cũ digito prẽmit̃ locus, ſanies egredit̃, & maxime poſt eius eruptionẽ. Et fit ſucceſsione bothor, aut exiturę apparẽtiũ in loco illo, quæ quidẽ nominatur achalus ante eius eruptionem. vt Auic. tertia tertij. cap. de garab.

Et fiſtularũ quædã eſt recens, & parui temporis. Quædam chronica & multi tẽporis, & quædam penetrans, & quædã non penetrans, & vna eſt difficilioris curæ altera. Et quãdoq; eſt ita mala ꝙ corrumpit mucillagines & os.

CVRA. in recenti canones ſunt octo ordinatio dietæ, digeſtio, euacuatio, diuerſio, reſolutio, mundificatio, deſiccatio, & incarnatio. & conſolidatio. Vbi notãdum ꝙ ante eius eruptionem ſufficiunt quinq; primi cañ. poſt vero eius eruptionem ſeptem tantum, ita ꝙ quintus in ordine non eſt neceſſarius.

Primus cõpletur cum abſtinentia & cum mẽſuratione ſex rerum nõ naturalium ſecundum exigentiã humorum peccantiũ. pro quo recurrat ad ea quæ dicta ſunt de ſoda.

Pro ſecundo & tertio etiam ibidem quibus ocularia cõmiſcebimus, vt ſupra in principio capituli huius. Vbi aduertendum ꝙ magnum ſtudium debemus habere in iterando purgationes, vt ſuperabundantiæ fiat abſciſio. Et conſimiliter pro quarto.

In cõplendo vero quintum debemus procedere à debilioribus ad fortiora. Vnde in principio ponemus armoniacum diſſolutum cum oleo nichum, aut cum ſucco ſeñ. Item nux rancida & cõtrita & ſuperponatur maxime cõmẽdatur, ita vt Meſue dicat eſſe vltimam in hoc cap. deinde adminiſtratur armoniacum & bdellium cum modico atramenti. Ad idem folia rutæ contrita & mixta cum aqua cineris & ſuperpoſita achalus.

Facta vero eruptione præcedentibus euacuationibus, vt dictum eſt. fiat mundificatio cum eis quæ ſunt moderatę abſterſionis ſicut aqua mellis, aut mellicratum cum modico aquæ rutæ. Iſta autẽ diſtillentur hora poſt horã. vnde Auic. de cura eius. Et melior quidem diſtillatio eſt vt fiat diſtillatio poſt diſtillationem interueniente hora inter omnes duas diſtillationes. deinde exprimatur virus & exiccet̃ locus, & mundificetur cum tenta inuoluta melle, aut cum lanugine cannę cum pauco melle, & quãdoq; ſufficit ipſa ſola: Et ſic complebitur ſextus.

Deinde adminiſtrentur exiccantia, & incarnantia mediocris exiccationis ſicut adminiſtratio aloes, myrrhæ, ſarcocollæ, ſanguinis draco. camedreos, ariſtologiæ, thuris, & ſimilium, & proprie poſt expreſsionem & mundificationẽ & ablutionẽ eius cum vino ſtyptico hora poſt horam, vt dictum eſt. Ad hoc mirabiliter valet emplaſtrum factum ex ruta, & expreſsione granatorum. Aliud ℞. aloes, ſarcocollæ, ſanguinis drac. myrrhæ, thuris, balauſtiarum. ana. ʒ. j. ariſtologiæ ro. ℈. ſ. clumiæ argenti. ʒ. ij. puluerizentur ſubtiliſsime, & ſuperponantur.

CONSOLIDATIO vero fiat cum his quæ ſtatim narrabo in chronica. Nam & quæ dicta ſunt conſolidant, ſed dicenda erunt fortiora. Vide etiam pro his

intra

infra.18.capitulo de fiſtulis ani.

C V R A in antiqua præter dictos canones etiam ſeruandos in hac eſt.

Primo remotio carnis corruptę,& filtroſę cū medicinis acutis,vt ſunt colcorar,arſenicū,ſal armoniacū, atramentum,alumen,calx viua.Iſta terant̃,& miſceant̃ cum vrina pueri in vaſe ęneo,& dimittant̃ exiccari.ſumantur oīa ſimul vel aliqua ex eis,& poſt exiccationem vtere.

Secundus qui memoratur eſt cōuerſio materiæ cū diuerſionibus de qbus in de ophthalmia.& infra de lachrymis.& de catarro.

Tertius memoratus eſt abſterſio cū his quæ diximus confortatis cum aliquo acutoꝝ leuium vt eſt vnguētum egyptiacum cum modico aloes,aut olibani.

Quartus & memoratus etiam eſt adminiſtratio incarnatiuorum nō expoliatoꝝ ab eo quod eſt ſicut ziniar, & atramentū, de quibus dicam & conſolidatiuoꝝ, vt promiſſi. Incarnatiua,& cōſolidatiua.Rec.olei veteris, vini veteris boni.añ.lib.ij.ſ.litargirij puluerizati & cribellati lib.i.coquantur iſta ſimul in cazols per diem integrū donec nigrum & relucēs fiat,deinde ex eo fiant tentę quę ponūtur in fiſtula.eſt quidem ſingularis. Ad idē precipue quādo vulnus non eſt in extrinſeco.Rec.ziniar.ʒ.iij. vitrioli,de quo fit encauſtrum adulti.ʒ.vj.arſenici,baurach:ſpumę maris.añ.ʒ.i.ſalis armoniaci.ʒ.ij. armoniacū diſſoluatur in ſucco ruthę,& incorporent̃ ſpecies cū illo, & fiant trochiſci exiccentur. & cum vti volueris puluerizentur & fiat alcohol & imponat̃. Aliud. Rec.thuris, aloes.añ.ʒ.i.ſarcocollę,balauſtię,ſanguinis draco. anthimonij,aluminis.añ.ʒ.ſ.floris ęris quartā.ʒ.i. fiant collyria. Idem ad idem confectio Gabrielis poſita à Meſ.capitulo de algarab. Hic enim eſt proceſſus rōnalis quo queritur cura fiſtulę abſq; cauterio quā multi paleatiuā, & non veram dicūt.Sed ſalua eoꝝ reuerētia multi & plurimi curati ſunt.nō enim credendum eſt tot & tantos viros,vt fuit Gal.Aui.Meſ.& plures modernoꝝ curā hāc ſicut rōnalem poſuiſſe niſi effectus ipſius conſequeretur. Credo etenim ꝙ in fiſtula habemus cōſiderare tria, principium,medium,& finem,ſiue vltimū ſui eſſe in malitia. nam in principio & medio ſui credo ipſam curabilem cum his quę dicta ſunt , vt noſtri auctores voluere. ipſa enim pro tunc eſt in carne ſola. Cum vero ad vltimā ſui malitiam peruenit quā peſſimitatē morbi Meſ. vocauit quādo os corruptum eſt, tunc ad operationē manualem eſt pertranſeūdum,& de iſta locutus eſt Aui. de cura eius dum dixit. Chronicę vero cura vera eſt cauterium quam ſic ſuccincte proſequat. Cañ. Primus eſt vlceris ampliatio.nam dictum eſt ſupra quod eſt ſtricti orificij. Secūdus eſt corrupti remotio. Tertius eſt fiſtulę mortificatio,ſiue calloſitatis remotio. nam ea durante nunq̄ conſolidabit̃. Quartus eſt mundificatio , abſterſio &c.

Et vltimus eſt conſolidatio. Pro primo dicendum ꝙ melius eſt,& citius fit vt ſciſſio facta ſit in longum cum lanceta q̄ ꝙ amplietur cum canna, aut cum ſpongia , aut radice gentianę,vel ſambuco.nam eo caſu fit vlcus rotūdum & remanet cicatrix turpis , & deformans oculum. Vnde hoc forte conſiderans Auic.dixit.neceſſe eſt ipſam ſcindere,& detegere.& Meſ. Scindant̃ in longū vſq; quo perueniat̃ ad os,& tunc conſequēter perficiat̃. Secundus ꝙ ſi os in ſuperficie fuerit alteratū radatur totum læſum, & corruptum,deinde procedatur cum conſolidatiuis,mundificatiuis &c. vt habitum eſt.Quod ſi fuerit os multum & profunde corruptū,tunc cauterizet̃ ad ſufficiētiam ſm conſiderationē corrupti. Vbi aduertēdum ꝙ cum perueneritmus ad cauterium ſaltem actuale nos debemus comprimere oculum verſus lachrymale ſylueſtre. cōpreſſione facta cum ſpongia infuſa in aqua frigida , aut ſucco ſolani,vel portulacę,& ſæpe innouare. Quod ſi fiet cū potentiali erit vtile & canonicum,& etiam hoc ſemper obſeruare debemus cum in angulo oculorū ponimus medicinas acutas,cauterium qdem actuale Lanfranco & Guidoni plus placuit,& dicunt ipſum poſſe melius menſurari q̄ potentiale ꝙ nō accedat ad deſtruendum lachrymale,& fiat cum lamina rotunda per cannulam.Ieſua autem circūponit paſtam,deinde ponitur tenta in albumine oui infuſa,& mittitur in craſtinum.deinde vt videbit̃ procedatur ad vlteriora.Guil.laudat actuale vſq; ad perforationem oſſis,& ſic videt̃ conſentire Auic.Sed Meſ.inqt. Et ſunt ex hoībus qui perforant verum iſtud eſt qd raro recipit curam niſi ſit à fortuna. Remouentia autē calloſitatem & ſunt cauteria potentialia.Rec.arthaniṫę, atramēti rubei, cantaridarum abſciſſis capitibus & alis , calcis viuę,ſalis armoniaci puluerizatoꝝ.añ.℈.i. incorporētur. cum vrina pueri,& in vmbra deſiccent̃. deinde adminiſtretur & ponatur mane & ſero modicum de eo in fiſtula mundificet̃ locus ſemper prius. Aliud. Rec. folioꝝ ruthę,agrimonię,chelidonię.añ. M.ſ. contundant̃ & bulliantur in lib.ſ.aquę ardentis vſq; quo redeat ad quartā, & coletur & ex colatura duę, vel tres guttę ponātur in fiſtula quolibet die vſq; quo fuerit mortificata. Itē aliud Rec.zucchari albi.ʒ.iij.viride ęris.ʒ.i.puluerizent̃ ſubtiliſſime & bulliant in aceto.℥.ſ. vſq; ad ſpiſſitudinē vnguenti,& in eo tenta inuoluatur & ponat̃ in fiſtula. Gordonius curat oēm fiſtulā.Re.agrimonię, folioꝝ oliuę,ruthę:añ.M.i.cōtundant̃ & bulliāt in li.iij.vini albi,& colet̃, & de hac colatura bibat̃ cyathus vel medius cyath⁹ quolibet mane.Oportet enim & in his venire ad alia arma,aliter vt exiſtimo cum morbo nō ſit pax qcqd dicat Gordonius.Aliqui dicunt ponatur in fiſtula, & ꝙ ita debet ſtare textus eius.& hoc videtur rationabilius.

Gordonij text⁹ hic reſtitutus.

## De lachrymis & fluxu earū inordinato. Rubri. XI.

LAchryma eſt humiditas à cerebro ad lachrymalia oculoꝝ per venas,aut arterias ītrinſecas.aut extrinſecas propulſa.cauſa cuius exuberationis ſm plurimum eſt debilitas retentiuæ,aut digeſtiuę diminute decoquentis, vt oculi ſemper humidi ſint humiditate aquoſa. Auicē.Dicitur ſm plurimū,quia à lachrymali naturaliter diminuto , aut accidentaliter vi medicinarū acutarū, vel humorum acutorum,vt in variolis , aut inciſione facta, vt in vngula,non conuenienti , aut ex inteoſione febrium, vel frigoris magni,aut ex caſu , percuſſione accidentibus aliis contingere poteſt.

C A V S Æ .Cum enim cerebrum cōſtringit̃,humiditates ſubtiles egrediunt̃ veniētes ad oculos & ad nares q̄ṇq;. Similiter cum dilatat̃ cerebrum aperiunt̃ meatus vnde humiditates fluunt. vnde dolore & gaudio lachrymatur diuerſimode.In dolore rōne cōſtrictionis cerebri. nam conſtrictio notabiliter cordis quę contingit in dolore cōicatur cerebro per neruos & villos qbus cōtinuātur illa duo membra . vnde & cerebrū conſtringitur. In gaudio vero rōne dilatationis cordis quæ cerebro cōmunicatur, vt dictum eſt. Et ex eis quædam natiuę,& quędam accidentales, quaꝝ accidentaliū,quędam ſunt inſeparabiles in ſanitate etiam , vt quę contingunt in ſciſſione vngulę,& hmōi.quædam ſeparabiles, vt ſequētes febres acutas , aut non acutas humorales , aut ephemeras q̄ṇq;. nam remota ęgritudine remouent̃. Item earū quædam veniūt per venas ſubter cranium,quędam per venas extra cranium. Ex quibus apparet diſtinctio eaꝝ ex parte cauſę,temporis, & loci. Et ſcito ꝙ pręter cauſas dictas adhuc alię ſunt, vt odor rei acutę,& mordicatiuę , vt vapor eleuatus à tali re , aut comeſtione ſinapis patet. Item ſuperfluus potus,ſuperfluus ſomnus.Item ſuperfluū exercitium oculi circa aliquam rem quo oculus debilitatur. vnde ſcriptoribus magnis longi temporis oculi lachrymantur. Et accidit vt in lachrymis oculi dextri magis appareant lachrymę q̄ in ſiniſtro, ꝓpter latitudinē viaꝝ,

vt in paralyſi ſupra. In ſenibus vero oculi lachrymantur propter debilitatẽ contentiuæ cerebri, & ꝑpter humiditatẽ cauſæ nitroſam, & multã in cerebro multiplicatam propter ipſius cerebri debilitatẽ. Item quædam veniunt cõitate ſtomachi, vel totius, quarũ curatio eſt mẽbri, vel totius rectificatio, obſeruatis his quæ dicentur.

SIGNA demõſtratiua. Si ex debilitate cõtentiuæ fiant ſigna, quia virtus in aliis partibus eſt debilis, & maxime in neruis & cerebro. Quod ſi ex debilitate digeſtiue ſignũ abũdantia ſuperfluitatũ ex naribus ſputi & hmõi. Si ex multitudine humorũ in toto vel in cerebro ſentiẽ per grauitatem in eis. Quod ſi fluxus eſt per venas interiores ſignum multiplicatio ſternutationis. Si per exteriores tunc adeſt dolor cutis, capitis, & frontis.

PROGNOSTICA natiuæ, & quæ accidũt diminutione lachrymali, vel inciſione ꝓfunda vt in vngula, vel humorũ acutorũ corroſione, vt in variolis accidit curam nõ recipiunt. Lachrymæ inuoluntariæ in acuta feb. ſignãnt debilitatẽ cõtentiuæ. & apoſtema cerebri, & incurabiles ſunt. Lachrymæ venientes per venas inttinſecas difficile curantẽ. Vnde Raſ. ſi fuerit effuſio intra cranium ſanatẽ parum & non eſt ei curatio. Quæ autẽ per venas exteriores facilius curantẽ de ꝓgnoſticis earũ etiam habes in fine ca. in apho. & tu ibi. Et multiplicatẽ curſus lachrymarũ hyeme. ſ. in frigore. Auic. Vtrum aũt natiuæ ſint curabiles. dicetur in dubiis.

CVRA canones. Primus ordinatio dietæ. Digeſtio materiæ. Euacuatio eius. Confortatio capitis. & remotio eius malæ complexionis. Diuerſio, & adminiſtratio medicinarum cõmenſuratæ ſtypticitatis.

Primus ꝑficiẽ declinãdo ad cõtrariũ cãæ, vt ſi eſt calida cũ frigidis. de qbus ſupra in. 4. trac. de ophthalmia.

Similiter cõplẽtur ſecundus, tertius, quartus, vt opus erit cum his quæ dicta ſunt in ophthalmia, & fiat phlebotomia ſi videbitur expedire.

Pro qnto etiã recurras ibi. & qdã vt Gal. 13. therapẽ. maxime in lachrymis quę per venas interiores, & arterias veniunt laudat inciſionẽ venę vel arterię per quã cõprehẽdimus materiã fluere, & deriuari. pro qua inciſione recurras ad Meſ. de ophthalmia. eſt enim cura non mihi placens. plus autem placet cauterium vt dicetur.

Complentia aũt ſextum in cauſa calida ſunt. Rec. boli armeni. ℥. ſ. maſticis, dragaganti. añ. ʒ. ij. puluerizentur et miſceantur cum albumine oui, ſuper frontem ponatur & tempora. Aliud ad idem. Reci. lanam non ablutam, & combure, & cinerem eius diligenter tere, & ſic cũ albumine oui ſuper frõtem, & tempora pone, dolorem tollit, & fluxum amputat. Fortiora conſtrictiua poteſt quis componere vt voluerit ex ſimplicibus poſitis ſupra in principio. vt patet conſideranti. Quę autem immediate complent ſextum canonem in cauſa hac ſunt. Recipe ſief albi ſine opio deſcriptione Meſuæ. Item puluis thuciæ præparatæ cum aqua ro. Item puluis myrabolanorum kebulorũ aduſtorum cum aqua ro. in lachrymali poſitus, ℞ Item Reci. lapidis ematitis loti, thucię præparatæ, añ. ʒ. j. margaritarum. ʒ. ſ. ſief memite, aloes. añ. ℈. i. & fiat alcohol & eſt Ieſus. & ampliſſime cõmendatur. Ad idẽ. Recipe ſucci granatorum acetoſorum decoctorum vſq; ad medietatis conſumptionem & colati lib. ſ. deinde pone ſuper ipſum ſief memite, aloes, lycij, croci. ana. ʒ. ij. muſci, dauich. ij. ſiue grana. xvj. reponantur in vaſe vitreo, vtere mane, & ſero. Quod ſi fuerit phlegma ſalſum abluantur ſæpe oculi cum aqua calida decoctionis fumiterræ roſ. & ſandalorum rubeorum, & videbis mirabile. In cauſa vero frigida factis purgationibus & cæteris vt ſupra. Recipe thuciæ præparatæ, ſarcocollæ nutritæ, myrrhæ, olibani, maſticis, ſtoracis, calamitæ, ambræ. añ. ℈. i. ro. ſumach, ſanguis draco. añ. ʒ. vj. conficiantur cum mucillagine dragaganti, & gummi arabi, & fiat collyrium. Item. Reci. thuciæ, myrrhæ, thuris. añ. partes equales. ſief memite, croci. añ. par. i. tertias. ij. & eſt bonum. Quod ſi materia fuerit compoſita componenam ex datis ſimplicibus his & compoſitis poteſt curioſus medicus per ſe multa componere, ſed ſemper conſilio vt experta ſectemur. Poſtremo notandum ꝙ in hac cura vt dictum eſt procedunt quidam cum inciſione arteriarum, & venarum, ſed magis laudo vt fiat cauterium ſuper bregma, & eſt locus ad quem venit digitus medius cum ponitur extremitas manus ſuper extremitatem naſi vſq; ad os. & dimittatur apertum vſq; ad. xl. dies: & bis in die mundificeẽ ſanies. Item etiam laudo ſectionem, & applicationẽ ventoſarum retro. Sed hic aduerte ꝙ licet in hoc ſint iuuatiuæ. nocent tamen vehementer memoriæ: quarta primi. capi. de ventoſis. Vnde princeps. Ventoſæ quæ nuchæ ſuperponuntur obliuionem hęreditare faciũt veraciter ſicut quidam dixerunt.

Experta ſemp̄ in ſectãda. Bregma quid.

*De paſſionibus corneæ, & primo de veſica corneæ.*

Rubrica. XII.

VEſica cornee. Eſt puſtula aquoſa in ea exiſtens, cuius aquoſitas clauditur inter duas tunicas eius ex quatuor ſuperius nominatis cõſtituentibus ipſam, & profundior eſt deterior, & quę ẽ acuta corroſiua & mala, & quę opponitur foramini nocet viſui Auicẽ. & proprie quando eſt corroſiua, vlceratiua.

ꝙ Auerroeſ vni græcis, puſtulæ noſtris, barbaris autẽ veſicę nõiant.

CVRA canones ſaltem vniuerſales ex parte dietæ euacuationũ, & diuerſionum ſumãtur vt dictum eſt. ſępe ſm ꝙ conuenit ex parte humoris peccantis. Ex parte autem localium applicandorũ curentur ſi ſint paruę cũ medicinis exiccatiuis. Reci. thuciæ præparatæ vt infra, climię lotæ, anthimonij abluti, ſcoriæ ablutæ. añ. ℈. i. opij gra. v. conficiantur cum mucillagine fœnugræci & adminiſtrentur. Ad idem. Reci. trochiſcorũ de ſtella torrefactorum. ʒ. ſ. thuciæ. ʒ. i. climiæ, anthimonij lauatorũ. ana ʒ. ij. ſcoriæ æris ablutæ. ʒ. iiij. opij. ʒ. i. terantur cum aqua pluuiali fiant collyria. Thucia ſic præparatur. Ignitẽ decies & quinquies extinguatur in vrina pueri et quinquies in aqua ro. poſtea puluerizetur & deinde fiat expreſſio ſucci & exiccetur thucia. Si autem ad magnitudinẽ perueniunt, tunc oportet, vt ferro curentur.

Thucia vt ꝑparanda.

*De exituris, & vlceribus corneæ.* Rub. XIII.

EXitura cornee eſt vlcus factũ in partibus eius cuius cauſa ſm plurimũ eſt humor aduſtus acutus. Et dicitur ſm plurimũ, quia à percuſſione, caſu, & apoſtemate etiã contingere poteſt. fiunt ſucceſſione ophthalmię, & ſucceſſione bothor vt plurimum. Cuius ſeptem ponuntur ſpecies, quatuor in ſuperficie, & tres profundę.

Prima eſt vlcus ſimile fumo exiſtens ſuper nigrũ oculi, & expanſa occupans magnum locum. Et nominatẽ caſtenica. Secunda eſt profundior albior minoris quantitatis. Et dicitur nubes. Tertia eſt ſuper coronam nigredinis quæ aliquando occupat de albo coniunctiuæ aliquid & quod eſt ſuper pupillam videtur album: & quod eſt ſuper coniunctiuam rubeum & nuncupatẽ coronalis.

Quarta eſt ſuper pupillam apparens ac ſi pauca lana eſſet ibi. Et dicitur aduſtiua & etiam lanoſa. Quinta eſt profundior his: & nominatur amilam eſt ſtricta.

Sexta & eſt minus profunda & latior quinta: & vocatur bulmue. Septima eſt vlcus ſordidum habens cruſtam & nominatur aſſiemie: & frequẽter corrumpitẽ cum ea oculus. Vbi notandum ꝙ vlcera cõiunctiuæ ſunt rubea & cornee alba propter ipſorum corpora. Item multi credunt videntes albedinem in cornea ꝙ ibi ſit macula: & ibi certe eſt cicatrix: & tunc laborant cũ conſumptiuis maculę & oculum cõſumunt. Item aduertendum ꝙ magna cura eſt adhibenda in iſtis exituris & ſollicitudo: nam cũ malignantẽ faciũt diſruptionẽ magnã: et exitum à vulnere:

vulnere:& in fine perdit oculus.& ideo dicebat Raſis.9. Almã.de vulneribus oculorum. Ad hanc vero paſſionẽ curandam neceſſarius eſt medicus in curia oculorum valde inſtructus.& ſubiungit. Vlcera in cõiunctiua nõ adeo ſunt timẽda: vt quæ in cornea:& pcipue quę ſunt ſub pupilla. Hęc enim ſunt deteriora,diligẽterq; cõſiderãdum q albedo quę eſt ex cicatrice cornę eſt indelebilis.

IN CVRA ſeruentur canones hi. Primus q ſi cũ vlcerib⁹ oculorum fuerit ophthalmia,aut reuma notabile, aut dolor capitis,quod prius iſta ſedentur. nam ea fouẽt, vt ſupra de ophthalmia. Vnde Auic.de cura exituratum oculi.Et ſi fuerit hic ophthalmia curetur prius cũ euacuatione prædicta in capitulo ſuo.

Secundus q diſcurrat hoc capitulum de ophthalmia. nam curatio vlcerum conuenit cum intenſionibus curationibus ophthalmiæ,vt patet.& ideo omnia ſeruẽtur ex parte regiminis dictæ digeſtionis, & euacuationis humoris cum pharmacia,& phlebotomia de diuerſionibus: vt ibi. Notandum q medicus ſuper omnia debet attẽdere ad eũones humorum ne multiplicentur ſuperfluitates, & vt ſuperfluę educãtur.& ideo dicebat Aui. in hoc capĩo. Confert aſſiduatio ſolutionis ventris oĩbus quatuor diebus cum eo quod educit ſupfluitatẽ acutam, ſubtilem ex decoctionibus & infuſionibus.

CVRA in facta caſu percuſſioue &c.fiat phlebotomia aut ventoſatio,ſuperponatur albumen oui cõquaſſati cum aqua ro.ſuper frontem & oculos. Conſtrictiuum prohibens fluxum humorũ: vt Reci. vini granatorum.℥.ij. aquę ro.lib.ſ. boli arme.℥.i. Et ſi vis fortius adde achaciam & hmõi.de quibus ſupra in principio, capituli puluerizentur & bulliant,deinde infundant pecię,& infuſæ ſuperponant donec ſecuri erimus de phibitione ampliationis vlceris oculi. poſtea vero pcedamus cum exiccatiuis, non multæ mordicationis ne fiat faniei generatio.

Sanies i oculis ſe per ſuſpecta. Eſt enim ſanies in oculo ſemper mala & ſuſpecta. Meſuæ in hoc capitulo. Et cum generantibus carnem ſiue conſolidantibus, vt eſt ſief album ſupra de ophthalmia & quæ infra dicentur.

CVRA in factis ab humoribus acutis, aduſtiuis. Canones, ordinatio dietæ, digeſtio humorum, euacuatio cum pharmacia.& phlebotomia, diuerſio cum ventoſis, adminiſtratio medicaminum circa vulnus. Delere veſtigium quod ex vulnere remanſit. Corrigere accidentia ſi qua remanent.

Primi complementũ patet ex dictis. quibus addo q infirmus ſupinus,& alius cum capite iacere debet, & ſuper partem contrariam ipſę ſe voluere, non clamare, & forti motu,& ab omni tali re abſtinere qua oculus lędi poſſit ex agitatione ſpirituum & humorum.

Secundi perfectio patet. Tertius adimpleatur cum iteratis euacuationibus leuibus vt ſupra. Item cũ phlebotomia,& pręcipue in principio ex cephalica, modera tñ canonem vt ſupra de ophthalmia.& ex iſta pro parte fiet euacuatio, & diuerſio de qua habet ad plenum ſupra. & pręcipue de ſoda,& tu ibi,& ſic complet quartus.

Quintus cum medicinis completur ſi puſtula non eſt aperta cum his quæ aperiunt vt ſunt aquæ fœnugręci,aut meliloti. feſtinãte autem vt ſupra Ieſus aperiant. Deinde procedatur cum mundificatiuis,& abſterſiuis. & in hoc prę cæteris laudatur diſtillatio ſyrupi ro.à Rabi moyſi. 22.parte libri ſui. Poſt vero mundificationem vtantur ſief albo cum opio,cum lacte mulieris, & albumine oui adminiſtretur ſm plurimũ medicina exiccatiua nõ multæ mordicationis. Quod ſi dolor non ſedet fœnugręcũ coctũ cũ ro.in vino ſtyptico aut aqua ro.ſuper oculũ ponatur ſiue cataplaſmet. Vbi eſt notandum q ſi dolor & pulſatio oculi ſedabitur ex appoſitis dictis ſperãdum eſt ſaniem non debere generari.Si vero non i expectanda eſt ſanies.Cum vero ſedabitur dolor pcedatur cũ ſief albo vt dictum eſt. deinde perueniamus ad ſief de thure vſq; ad ſief de plumbo Raſis nono Almanſo. & eo caſu vtũ Meſ.ſief.tñ de plumbo & ſief. Auicẽ.ab eo vocatũ luberus. Et aliud hoc fortius. Iſta enim conſolidant. Si vero non ſedabitur dolor imo augmentabit, tunc exiſtimandum eſt ſaniẽ fieri iuxta illud. 2.apho.circa generatiõem. & eſt ſignum perditionis vel incurabilitatis, tunc ligandus eſt oculus & ſuperponendus eſt plumaceolus qui leuiter oculum comprimat vt ſanies egrediatur & mũdificandus eſt cum hydromelle & radio in eo intincto, aut ſyrupo ro. vt ſupra. Aut hydromelle facto ex melle roſato colato & aqua,deinde pcedendum eſt cum conſolidãtibus vt eſt ſief de thure ro.aut plumbo. Quod ſi puſtula eſt ita magna vt dubitaretur de exitu vuę,aut de eius corroſione, tunc vtantur ſief eliſir Raſ. aut ſief lubenis Auic.& alteriua quod ſequitur eiuſdem. Et plurima talia vel conſimilia habentur in Meſ.

Sextus pficit cum his quę dicent de albugine oculorum.

Accidentia vero corrigi habent, huic tamẽ ex diuerſis cauſis ſm q diuerſa conſurgunt.

## *De exitu vueæ, & rupturis corneæ.* Rubr. XIIII.

VNde curentur vt dictum eſt de vlceribus ex parte dietæ euacuationũ diuerſionum & cæterorum vt cũ abſterſiuis et exiccatiuis. Quod ſi vuea egreditur aut apparet,et timetur eius exitus fiat impoſitio ſief de ematites cũ albumine oui ſuper cote fricato,& eſt mirabile qđ eſt. Reci. lapidis ematitis.ʒ.iiij. ceruſæ, climiæ, añ.ʒ.ij. æris vſti,amidi,gummi arabici, dragaganti, opij, añ.ʒ.i. fiat ſief cum ſucco foliorum oliuę. Ad hoc etiã valet ſief. eliſie Raſis memoratũ in pręcedenti rubrica, Fiat ligatio cum ſtrictura cõprimẽte aliquali q ſi vena egreſſa fuerit cum ligatura comprimente & ſief dictis curetur & maxime ſi fuerit recens. q ſi fuerit ex longo tempore vt anni vnius vel plurium non recipit curam. Item ſi fuerit indurata & alba curam non recipit. & ſic nõ approximes ei. Quidam tamen ſtudent eminentiam eius cũ filo ſerico remouere ligando,& ſe vergendo, & poſtea pcedunt cũ his quę veſtigia oculorum,aut cicatricis remouent. de quibus infra de albugine oculorum.

## *De albugine oculorum in cornea ſiue nebula, & cicatrice.* Rubrica. XV.

VNde albugo ſiue nebula eſt albedo apparẽs ĩ oculo & pręcipue in cornea ſiue cõcauatione aut eius notabili eleuatiõe. Cauſa cuius eſt humiditas phlegmatica in cornea imbibita. Viſumue plurimũ obtenebrans. Et dicitur ſine cõcauatione ad differẽtiam vlcerum in cornea exiſtentium, quæ vt dictum eſt, apparet alba vel cũ quadam albedine. Dicitur autem eius ad differẽtiam bothor alborum. Dicit cuius cauſa ad differẽtiam albedinis quæ eſt in cicatrice vt dicetur. nam poſt conſolidationẽ vlcerum cornę remanet cicatrix alba. & cauſa dicet. Dicit vt plurimũ viſum,quia aliquãdo eſt in circuitu cornę, & tunc parum nocet,ſed vt plurimũ accidit ante pupillam.& tunc phibet tranſitum aeris ad cryſtallinam cum quo deferunt ſpẽs viſibiles. Vbi notandum q Raſis acã vocat maculam quã Ieſus vocat bothor,& eſt genus ad veſtigium cicatricẽ punctum album,albulam albuginẽ, nebula,pãnum,telam,petiam. Auicẽ. vero nebulam ſiue albuginem ſcripſit. Notandum q earum quędam ſunt ſubtiles in ſuperficie cornę exiſtentes, & tales vocantur nebula,quędam groſſę penetrantes vſq; primum ac ſecundum corticẽ cornę,& tunc dicit albugo, & hanc diſtinctionẽ intellexit Aui. in principio capituli. Itẽ addat q earum quędã eſt recens quędam multi tpis. Itẽ quędã in puero,quędam in ſene,quędam in iuuene.

Iuxta quæ ponuntur concluſiones pgnoſticę. Prima ſuperficialis recens in puero faciliter curatur. Secunda.

groſſa vero recens in puero difficilius ꝙ̃ recens ſup̃ficialis in eo, ſed abſolute talis faciliter eſt curabilis. patent hæ concluſiones, q̃m in pueris virtus eſt fortis, humores ſunt ſubtiles ad reſolutionẽ ſatis parati, & membrũ paſſibile, q̃a oculus rarus eſt quoad tunicas, & humores. Tertia concluſio. ſuperficialis recens in ſenibus ſatis difficulter curatur. patet cõcluſio ꝓpter cauſas cõtrarias his quę de pueris dictæ ſunt. Quarta cõcluſio. groſſa & recens in ſenibus valde difficulter curat̃. patet concluſio ꝓpter cauſas cõtrarias eis quæ dictę ſunt de pueris. Quinta. ꝙ ſuperficialis & groſſa multi temporis in ſenibus nunquã vel rariſſime curat̃, & maxime cum difficultate vna vel tantum altera difficilioris eſt curæ. patet, concluſio intelligenti quo ad ambas eius partes. Sexta concluſio. in iuuenibus hę diſpoſitiones quantum ad earum curã medio modo ſe habent inter diſpoſitiones ſenum & puerorum. nã qualis eſt habitudo ętatis ad ętates, ſic ad diſpoſitiones diſpoſitionum ſuarum.

C A V S Æ. Ex cauſis primitiuis ſunt aer calidus et humidus caput replens. Ventus auſtrinus, aer frigidus cõſtringens, & humores ad oculos emittens. Caſus percuſſio, collyria frigida, quia vſus eorũ. Cibi & potus phlegmatici. Exercitium poſt repletionẽ, poſt quietẽ. Repletio ciborũ & maxime vaporoſorũ, vt cępe, alliorũ & hmõi. Superfluus coitus & imoderatus, animi accidentia mala, ira, triſtitia, & hmõi. Anteceden̄s cõplexionalis, mala cõplexio frigida & hu. cerebri vel totius debilitas virtutẽ, quare ſuperflua non conſumit, ſed ad oculos mittit cõpoſitionalis magnitudo oculorũ, & viarũ amplitudo q̃bus humores facile deſcendunt. Humoralis vero phlegma in toto vel cerebro exiſtens ad oculos deſcendens. Coniuncta phlegma viſcoſum in ſubſtantia cornec imbibitum vt ſupra. vel debilitas nutritiuę nõ potẽtia viuificare nutrimentum, aut ſuperfluum reſoluere.

S I G N A demõſtratiua pro parte nota ſunt ex deſcriptione poſſia. Attamẽ ſi fuerit ex phlegmate ipſo valde alba erit. Quod ſi fuerit ex phlegmate cõiuncto alteri humori albedo declinabit ad latus ipſius humoris commixti quo ad colorem.

P R O G N O S T I C A. oculorũ magnitudo ipſorum rara compoſitio diaphonitas. Frequẽs ſcotomia. Vertigo poſt crapulam. Dolor capitis & eius grauitas. hęc futuram albuginem ꝓnuntiant. Et iuxta hęc ponũtur cõcluſiones prognoſticæ ſex p̃cedentes.

C V R A. Canones. Ordinatio dietæ. Digeſtio. Euo. Diuerſio. Medicaminum particularium applicatio. Et propter rubricam cicatricum palliatio.

S E R V E N T V R itaq; ex parte dietę, & cęterorum trium canonum quę dicta ſunt ſupra de ſoda phlegmatica, Cum ſyrupis. Phlebotomia. Pharmacia. Gargariſmatibus, & alijs diuerſionibus vt ibi. Ieſus autem nõ multum curauit de diuerſionibus in maculis oculorum, imo dixit ꝙ in ea purgatione nõ eſt neceſſitas niſi oculus calefieret vt contingit in maculis venarum. quarũ materia à cerebro deſcendit. Securius & magis canonice dico facere pręcedere vniuerſalia.

In ea quæ eſt recens, & ſubtilis vt ętate tenera. Primus eſt euaporatio aſſidua eius. Secũdus abſterſio & cõſumptio leuis. Primus complet̃ cum euaporatione aquę calidę decoctionis meliloti vſq; ad faciei ruborem. debet enim hoc ſemper pręponi ante imiſſionem abſterſiui, & aſſiduari ſicut & ipſum abſterſiuũ. Secundus perficitur cum lingua vt faciũt mulieres. ꝙ ſi fortius cupis fac mulierem ac virum hoc facientes maſticare fęniculum, aut rutã & valebit in groſſa, in pueris, & iuuenibus. Aliud inijciat̃ lac mulieris ſępe. deinde ponat̃ puluis oſſis ſepię. & nota ꝙ iſte puluis neq; alius debet diu ſtare in oculo, vt dictum eſt ſupra. Aliud & expertũ. Reci. ſucci papaueris rubei, ſucci centaureę minoris: & facta reſidentia

Puluis | oculis haud diu cõcedẽdus.

miſceant̃ cum melle. Aliud & fortius. Reci. oſſis ſepiæ ℥.i.ſ. ſalis armonia. ceruſę. añ. ʒ.i. amoniaci. ʒ.ij. expertũ & eſt Alexandri. Aliud & eſt q̃buſdam ſecretũ, impleat̃ vas vitreum floribus roriſmarini & tẽpore magni ęſtus ponat̃ ad ſolem, in quo dimittat̃. xl. diebus & liquor qui tunc inuenietur eſt res mirabilis. & iam de hoc habitum eſt experimentũ. Aliud. Reci. ſtercus lacertę, ſarcocollę, zucchari crudi. añ. pulueriƶent̃ et fiat alcohol. Ex his põe intelligens eligere cõuenientia in groſſa, & multi temporis. in ętate tenera, & tu cõſidera. In groſſa, & ſuperficiali recenti, aut multi temporis, in ętate ſenij: ſeruent̃ conſimiles: ſed adhibendo fortiora. Vnde ſemper habeat̃ menti: & cõtinuet̃ euaporatio, vt patet, & mollificatio oculi cũ lacte mulieris, vel mucillagine fænugręci, aut decoctiõe aquæ maluæ. ſic enim oculus maxime bene diſponitur: deinde ponantur alcohol, collyria. Non ergo ponat̃ aliquid in oculo niſi pręcedente mollificatiuo. Et vt ſeruatam ſimul pluribus canonib⁹ ꝓcedam de antidotis ſuis ti continue ad fortius. Rec. ſtercoris hyrundinũ puluerizati. ℥.i. incorporet̃ cum fauo mellis quantum ſufficit, & deinde diſtemperent̃ cum aqua euphragię & inſtilletur. Et inquit Auicẽ. ſecundo canone. ſtercus hyrundinũ mirabile eſt in hoc & iam expertus ſum ipm. & nota Auic. practicaſſe quod à multis non creditur. Aliud. Re. oſſis ſepię. ʒ.i. zinzi. ʒ.ſ. piperis. ℈.i. fiat puluis ſm artẽ, & ponatur in oculum, deinde clauſo oculo cum digito ſuper palpebram ægri poſſio fricet̃ leuiter oculus. Aliud & eſt Raſis cui vt dicit nullum aliud in bonitate cõparatur in remouendo albuginem. & idem magnifice cõmendat Meſ. dicens. Confectio medicaminis ſublimis ad albuginem remouendam cito. Reci. maſſacumię, & eſt aqua vitri, ſtercoris magni lacerti, ſpumę maris, baurach, zucchari tabarzet. añ. partes equales, deinde Reci. radicum chelidonię, acori, fæni. añ. ℥.i. coquantur in lib. i. aquæ ad conſumptionẽ duarum partium; deinde puluis earũ rerũ in hac aqua ſubmergat̃ ita vt ex ea imbibãt, deinde exiccetur, & fiat alcohol. Aliud. Reci. floris æris. ʒ.i. thuciæ ʒ.ij. vitreoli romani. ʒ.ſ. ſpumę maris, chelidonię, rutę, roſarum ru. acori. añ. ʒ.xij. illa quatuor chelidoniæ, ruta, roſæ rubeę, acori, piſtentur & bulliant in lib. i. vini albi agreſtis tam diu ꝙ medietas ſit conſumpta & colent̃, & cum illa colatura nutriatur puluis aliarũ rerum, & exiccetur in vmbra, & poſt exiccationẽ teratur, & cribretur cum petia, & ponatur ſuper albuinen, remouet ſine anguſtia, & labore. Quid autem agendum ſit in his quæ medio modo ſe habent patet. Et ſic cõpletur quintus canon quãtum ad ea quæ phyſico pertinent. Nam quidam operantur cum raſorio, & alio ſimili inſtrumento radendo ſuauiter, deinde applicando remedia dicta, ſed expertiſſimis in arte hoc relinquo.

Secretũ.

Auicen. rei medicæ praxim excuſſe.

C I C A T R I C E S vero poſſunt palliari, ſed non remoueri. & ſimiliter maculæ antiquæ, & in prouectis, & quæ iam corruperunt ſubſtantiam cornee nõ curantur. Cauſa eſt. nam cornea eſt membrũ ſpermaticũ, & corruptum tale non generatur homogeneę, ſed etherogeneę. Vidi pluries & pluries cicatrices in membris alijs non dico tantũ remoueri ſed palliari nõ poſſe, in quibus etiam peritiſſimi viri ſuam diligẽtiam poſuere, quare de ipſarum palliatione in oculis tanq̃ de re non multũ poſſibili aut facili ſuperſedeo. Si prius inſcripſero medicamẽ in hoc caſu conuenientiſſimũ, & fuit ex ſecretis Gentilis: Reci. aquæ mellis factæ ad alembicum, & iſta aqua vtat̃ æger continue pluries, & pluries de ea in die diſtillãdo in oculo faciendo prius euaporizationem vt ſupra, poſtea aqua roſ. vtatur fæniculi. añ. ʒ.i. anthimonij puluerizati ʒ.i. & diſtilletur totũ per filtrum in oculo ponẽ. Et valet in hoc caſu alchitram, aloes, fel capræ cum vino, chelidonia, fimus columbi cum aceto, collyrium indum, coſ. citrinum. Auicẽ. in hoc tractatu ſecundo. ſexto capitulo.

ſel erutij,

ſel eriti, ſex vini cum thucia, limaciæ combuſtæ cũ carnibus ſuis tritæ, vt alcohol, pumex vſta & lota, aqua raphani, cinis ſepiæ cum melle. Cauſam autem quare cicatricea corneæ albæ apparent reddit Conciliator in problematibus ꝑ ipſum tranſlatis Alexãdri ꝓblemate. 20.

Cõciliator olim ꝓblemata Alexãdri latinitate donauit.

Querit Alexãder ꝓpter quid vlcera facta in pupilla oculi & deſtructa apparent alba. quę vero extra pupillam in nigredine non. Ad hoc reſpondet Conciliator 210. q̃a per pupillam ſolum ægreditur ſpiritus viſibilis præclariſſimus exiſtens, & luminoſus, in dealbationibus ergo cicatricis cũ denſitate poroꝝ carniformis tunicę nõ amplius ſpũs viſibilis digerit, & ideo coadunat multitudine illuſtrans cicatricẽ albam hanc demonſtrat. ꝓpter autẽ non exire denſitatis ſpiritum viſus non videt.

*De ſanie poſt corneam.* Rubrica. XVI.

CVm ſanies collecta fuerit poſt corneam quoquo modo habita ſemꝑ aduertentia ad vniuerſalia medicet cum medicamine poſito à Ieſu capitulo de dubelati. Reci. ceruſæ. ℥. viij. opij, ſarcocollæ nutritæ. añ. ℥. i. dragagãti, gũmi arabi. añ. ℥. iiij. thuris. ℥. i. & ſm Haben meſ. armoniaci, croci. añ. ℈. i. ſiani ſiet cũ mucillagine fænugręci. Et ſi cum iſto non curaret recurrat ad cõſumptiua diaphoretica ſupra de ophthalmia frigida, & ſimiliter conferunt quæ valent in cõſumptione aquæ de quibus infra, vt oppoponacũ, euphorbium. Balſamus iñ in hoc caſu eſt mirabilis. Tu tamẽ ſis ſollicitus in ſtuffis, & euaporationibus. nam maxime in hoc caſu conferunt. Quod ſi per hunc modum curari non poterit, conſulit Ieſus, & Alcoatim ꝙ ſcindat locus cũ ſpatumine paruo ſuper corneam inter pupillam & album & extrahatur virus. relinquo artificibus.

*De paſſionibus vuea, dilatatione pupillæ, vel conſtrictione eius.* Rubrica. XVII.

QVid ſit vuea dictum eſt prius in principio capituli. & cõſimiliter quid de pupilla. accidit enim vt vuea egrediat facta aptura in cornea de qua dictum eſt de exituris, & rupturis corneæ. Pupillæ aũt contingũt duæ diſpoſitiones de quibus auctores ſpecialiter loquuntur. Et eſt eius prima dilatatio vueæ quæ ab auctoribꝰ nominat aluncifar. Quæ ſic deſcribit ab Aui. proprio capitulo: eſt vt fiat foramẽ vueæ latius ꝗ̃ eſt in natura: Cauſa cuius ſm plurimũ eſt humiditas phlegmatica; aquoſa replens, ac relaxans vueam. & hic loquor de facta à cauſa primitiua, vt eſt illa quę fit caſu, aut percuſſione quã plures vidi. Dicitur cuius cauſa, q̃m aliquãdo accidit ab apoſtemate extendente eam ex humectatione humoris albuginei. Nam cum humectat albugineus multipliciter cõprimens vueam mouet ad dilatationẽ Auic. quandoq; fit à ſiccitate albuginei, vt eleuatione vaporũ calidorum exiccãtium, aut aliter quomodolibet à ſiccitate ipſa, & tunc corrugat vuea, & mouet verſus circũferentiã. ſicq; dilatat oculus. Et reperit dilatatio pupillæ naturalis, & tunc oculus aut non videt, aut videt, & iudicat minores, & tali non eſt cura adhibẽda. Conſimiliter non ſe intromittat oculiſta de ea quæ facta eſt à caſu vel percuſſione, & præcipue ſi fuerit magna. Vnde Aui. & quæ eſt ex percuſſione aut caſu nõ habet curã. Idem dicendum eſt de ea quæ fit ſucceſſione vehementis doloris capitis vbi ea vaporibus acutis exiccata fit vuea. & hoc voluit Raſis in nono Almanſoris. capitulo proprio dum dixit. Plurimꝗ; poſt vehemẽtem cephaleæ dolorem, parua habenda eſt fiducia in curã eius. Item confirmata non habent curam. Meſuæ.

[illegible] græcis, latis pupillæ dilatatio & effuſio. Auicēnę vero aluncifar dicitur.

SIGNA demonſtratiua eius quæ eſt ex humiditate, q̃m pupilla videt dilatata, & fluunt humiditates per nares oculum, & palatum. Et ſimiliter apparent ſigna humiditatis in capite oculis fronte, & huiuſmodi, & ꝙ ſubito quaſi accidit, & nõ paulatim. Et nota ꝙ in ea quæ ſic fit ab humiditate ſtatim dubitandum eſt de pupilla alterius oculi ne etiam ab eadem humiditate dilatet aut altieretur, & poteſt eſſe ſignum hoc ne dum demonſtratiuum vt vidi. ſed & ſapere naturam prognoſtici, ꝓpter quod Auicẽ. Et fiat alcohol alteri cum thucia, vt non dilatetur ſicut primus.

Eius vero quæ eſt à ſiccitate ſunt arefactio oculoꝝ, & frontis, & ꝙ humiditates nõ apparent, neq; fluũt ab oculis, neq; à naribus, neq; à palato. Et ꝙ paulatim fit nõ ſubito, aut ꝙ ægritudo præceſſit, quæ fuit cauſa eius.

Quod ſi fuerit ea percuſſione, caſu, & hmõi ſcit narratione infirmi, aut aſtantium.

DE SIGNIS prognoſticis nihil aliud in pñti ꝗ̃ dictum eſt ante, & ꝙ in apho. habetur in fine capituli.

Vtrum quæ eſt ea percuſſione ſit curabilis dicet in dubijs. Et quod dictum eſt de dilatatione aptet etiam conſtrictioni ꝙ facile intelligat. & ita de ſignis ipſoꝝ aliqd dicetur in rubrica de dilatatione viſus.

CVRA IN facta ab humiditate canones. Ordinatio dietæ: digeſtio materiæ: euacuatio eiuſdem: diuerſio: reſolutio: & conſumptio materiæ humidæ pupillam dilatantis.

Primus completur cum tolerantia famis & regimine exiccatiuo vt ſupra de ſoda flegmatica.

Secundus cum digeſtiuis vt ibi.

Tertius cum euacuatione iterata cum interpolatione non frequenti, imo quandoq; ſufficit euacuatio omnibus decẽ diebus. Auicẽ. & tu pro ea recurras ad dicta de ſoda phlegmatica. ꝙ ſi opus fuerit phlebotomare fac ea cephalica cum obſeruatione cæterorum. vt ſupra de ſoda. & ſi exigit diſpoſitio fac phlebotomiã ex venis lachrymalis & venis temporis.

Quartus adimpletur cum diuerſionibus appoſitione ventoſarũ ſuper collum, & ſpatulas, apertione hæmorrhoydarum, ſcarificatione aurium.

Vltimus vero cũ his. Recipe fellis hirci, aut hædi, aut teſtudinis exiccetur, & fiat alcohol. deinde recipe parum ſalis armoniaci, & cum ſucco fæni. fiat collyriũ. Aliud Recipe pulueris capitum hyrũdinis aduſtorum. & cum melle & ſucco chelidoniæ fiat collyrium expertum eſt.

Ad idem valet ſiet de fellibus Raſis nono Almanſo. de chataracta. & quæ valent in ea paſſione valent, & in iſta.

Ad idem. Recipe thucię, croci, myrræ. añ. ℥. i. cũ ſucco fæni. vel maiorane vel rutæ fac collyrium. & hęc eadem in multiplicatione, ſiue augmẽtatione accidentali humoris albuginei adminiſtrari debent.

IN CVRA factæ ex ſiccitate intẽtio principalis, & oĩmoda ſit humectatio. Et pro regimine ex parte ſex rerum non naturalium recurras ad ea quæ dicta ſunt capitulo de melaocholia. Scito tamen ꝙ hęc difficulter curatur. Meſue. Ad intra oculum ponat & frequentetur impoſitio rerum humectantiũ, vt lactis mulieris, aſinæ, vel capræ, & frequenter fomentent oculi ex decoctione & aqua violarum. Item ſuccus ſolatri, ſemperuiuæ cum albumine oui conquaſſati, ſupra oculum ponat, & plura vtilia infra de debilitate viſus dicentur.

IN CVRA factæ ex dolore dicendum ꝙ cum ſit accidens remoto dolore remouebitur.

CVRA ſi fuerit ea apoſtemate curet apoſtema cũ phlebotomia in principio ventoſis. deinde apponant repercuſſiua in principio fronti, & ſuper oculum defendentia ea bolo ar. ſanguine draco. albumine ouorũ, & ad intra lac muliebre. deinde procedat cum diſtillatiõe ſanguinis columbæ, & alijs confortantibus, & reſoluentibus materiam quæ fluxit factis purgationibus, vt ſupra.

CVRA factæ à caſu & percuſſione de qua in dubijs ꝑmiſſo regimine ex parte dietæ in qua ſe debet à vino in toto abſtinere, & eũone per phlebotomiam diuerſione

cum vētoſis, vt ſupra. Canones hi duo ſeruenẽ. Primus adminiſtratio repcuſſiuorꝫ infrigidantiũ, & ꝓhibẽtium effuſionẽ materiei, & hoc poſt phlebotomiã factã ex cephalica ptis cõtrarię. Secũdus eſt adminiſtratio. primo medicaminũ reſolutiuorꝫ mediocriũ. ſecũdo fortiorꝫ.

Primus completur. ℞. ſuccum ſolatri, aut ſemperuiuę, miſceanẽ cum albumine oui, & aqua roſarũ, & ſi vis adde modicũ boli ar. & ſuper oculum ponatur. Aliud. ℞. farinam hordei, fabæ excorticatæ, & lentis excorticatæ, terantur terenda, & cum aqua endiuię, ſucco ſolatri, & albumine oui, fiat emplaſtrum. Item ad intra oculum ponatur ſief album in de ophthalmia.

Secundus completur lana infuſa in vitello oui, & oleo ro. ſuperponatur. deinde tranſeundum ad ſanguinẽ turturis, aut columbi. Item fiat empl̃m ex ruta cum expreſſione granatorꝫ. Item. Reci. aloe. ʒ. j. thucię. ʒ. j. ſ. ponãtur in petiola. deinde dicta petiola infundatur in aqua rutæ, & dimittatur horis. vj. deinde fiat expreſſio, & ex illa aqua ponatur. ʒ. j. ſ. vel quatuor guttę in oculo in die pluries. Poſtremo veniendum eſt ad collyria fortia de fellibus, & ad alia memorata. Quidã in hoc capitulo recordati ſunt de cauterio fiendo in zuendegi dimittendo apertum vt ſupra. xl. diebus vt cũ opationibus currãt.

φθίσις grecis, latinis diminutio et isbes, vel cum recẽtioribus cõſtrictio pupillæ nũcupatur.

SEcunda diſpoſitio pupillæ eſt conſtrictio. Et eſt vt ſit foramen vueę ſtrictius q̃ conſuetum ſit. Cuius cauſa ſm plurimũ eſt ſiccitas. nam ex ſiccitate corrugatur & ſtringitur foramen. Dicitur cuius cauſa, quia etiam ab humiditate extendendo vueam à lateribus ad medium conſtringitur foramen Auicen. Item ſiccitas albuginei eſt huius cauſa, quoniã cum exiccatur vel minoratur albugineus tunica ſequitur ipſum & minoratur. Itẽ credo ꝙ humectationẽ recipit vuea ab albugineo ad cuius humiditatis conſumptionẽ ſequitur minoratio vueę, & ex conſequenti foraminis eius. Sed q̃ñ ſiccitas faciat dilatationem, & conſtrictionem ſimul dicetur in dubijs. Et ex ipſa quędam eſt naturalis. quędam accidẽtalis. Quæ autẽ naturalis eſt nõ habet curam, & facit videre res maiores eſſe q̃ ſint. Accidentalis vero quę eſt ex ſiccitate qua oculus eſt minoratus fortaſſe nõ recipit curam. & ſi ſit cura eius maximo cum labore, & ſtudio longo Raſ. Meſuę, & moderni plures cum poſuerint curam & capitulum de dilatatione nihil inde de conſtrictione mentionem fecerunt, quod arbitror ab eis ſic actum, q̃ñ ex cura dilatationis habetur faciliter conſtrictionis cura. Ego tamẽ ſequẽs Auic. quẽ mihi ducem cõſtanti animo feci ponam eius curam exemplarẽ & eos addendo canones in eius cura quos vtiles noui.

CVRA canones. Pro dietæ ordinatione recurratur ad ea q̃ dicta ſunt ſupra in capitulo de mel'ia aut de ſoda ſm ꝙ exigit diſpoſitio q̃ cõſideranti pro nũc relinquo. Conſimiliter ex parte digeſtionis ſi neceſſaria fuerit. Euacuationis. Diuerſionis. Alius canon eſt humectatio capitis cum embrochis vt ſupra de ſoda ex melancholia. Item capurpurgia humectantia fiant ex ſuccis herbarum vt ibi. Alius ꝙ in adminiſtratione medicaminum ad oculos abſtineamus à calidis ne fiat attractio humiditatum ad oculum. Alius ꝙ etiam pura humectatiua nocent. cum eis ergo ponantur quæ oculum confortant. & habent hæc omnia locum in facta ex ſiccitate. nam aliter agendum eſt in ea quę eſt ex humiditate vt dicetur. Et ex iuuantibus eſt infuſio ſpongiæ in aqua calida decoctionis meliloti & oculo, ſæpe reiteratur. Item ſi ponuntur violę etiam conferunt. Et hæc quæ dicta ſunt de dilatatione ex cauſa ſicca hic valent.

CVRA ſi fuerit conſtrictio ex humiditate fiant euacuationes, ſeruenẽ dietę. Fiant diuerſiones vt in de ſoda ex phlegmate, deinde adminiſtrenẽ quæ poſita ſunt ex collyrijs poſitis infra de debilitate viſus, & de cataracta. vt ſupra in hoc capitulo memorata vt eſt ſief de fellibus. Item valet. Recipe amoniaci aur̃. iij. floris ęris aur̃. iiij. ſtercoris aur̃. iij. croci, gummi arabi. ana. aure. j. conficiantur cum melle. Item aliud. Recipe piperis amoniaci. ana. par. ij. olibani par. j. croci par. j. reſoluatur amoniacum in aqua fœniculi, & proijciatur ſuper ipſum oleum balſami, & cõficiatur cum melle, & eſt valde bonum. Conſtrictio pupillæ plus vituperatur q̃ dilatatio, & tamẽ oculus paruus plus cõmendatur q̃ magnus conſidera.

*De diſpoſitione oculi quo ad totum eius, & primo de exitu.* Rubrica. XVIII.

EXitus oculi eſt eius egreſſio ab orbita vltra terminos q ex natura ei cõueniũt. Cauſa cu⁹ ſm plurimũ eſt oculi repletio q̃ eſt in eo ex ſe aut ex cerebro ſibi per neruos cõmunicata vel ab alio membro vt retentiõe menſtruorum. Dicitur ſm plurimũ, qꝛ à ventoſitate, vomitu coartatione gulę, vel partũ eius, vt in ſuffocatione, clamore magno, translatione, emulſione, fœtus difficili. Item à materia declinante ad oculum quando partus nõ eſt mundus, aut quãdo fœtus eſt corruptus, aut mortuus, aut lacertorꝫ ſuſtentantiũ oculum relaxatiõe. Capitis dolore contingere poteſt. Notandum ꝙ exitus oculi q̃nq; eſt facilis, quandoq; magnus, & fortis.

…græcis, latinè expilio, vel cum Aui. exitus oculi notat.

SIGNA demonſtratiua quando eſt ex clamore, vomitu, coartatiõe, et huiuſmodi ſunt manifeſta. Quod ſi fuerit ex materia aggregata in pupilla eſt illic oculorũ magnitudo. Quod ſi ex alio membro vt humiditate cerebri cõmunicata aderunt ſigna manifeſtatoria illam humiditatem ex ſignis habitis de cerebro ſupra. Item conſimiliter ſi dolore capitis. Tu itaq; membrorũ cõmunicantium diſpoſitiones bene conſidera.

CVRA canones, in facili ordinatio dietæ quo ad cibi minorationem, & vt tendat ad ſiccum, quieſcat, dormiat ſupinus. Secundus clauſio aſſidua oculi. Tertiũ ligatio cum ioſtita cum pila ſeu plumaceolo. & in hac ligatione oportet vt ſit ꝓceſſus de debili ad fortem quouſq; reductus fuerit oculus. Quod ſi videbitur purgationem eſſe neceſſariam illam ex dictis collige.

CVRA in forti canones. Ordinatio dietæ, digeſtio, euacuatio, applicatio reſoluentium, & exiccãtium. Pro primo ſecundo & tertio recurratur ad ea quæ de cura ſodæ dicta ſunt. Sed nota Auicẽ. a ſ. tertij. proprio capitulo. dum inquit, Et penitus quidem ſolutio ventris ex rebus eſt magis iuuantibus ſpeciebus eius. Laudatur autem in facta ex clamore percuſſione vbi comprehẽditur fluxus actualis materiæ. & hoc in principio applicatio repercuſſiuorum, & ſtypticorum propriè phlebotomia ex cephalica. Ventoſatio ſuper collum, & ſuper ambo tempora. Recipe aquam decoctionis corticum granatorum, endiuiæ ſiccæ, virgæ paſtoris, & pro doloris mitigatione, corticum papaueris albi, & infundatur petia, madefacta oculis ſæpe applicetur. Aliud. Recipe maſticis, boli armeni, albuminis oui. Item collyrium album, vt ſupra de ophthalmia. Vltimus perficitur cum his. Recipe aloes, licij, acaciæ, ana. ℥. ſ. incorporentur cũ ſucco ſolatri vel acetoſæ, & ſuperponantur cum inſtita, & pila ſiue rotula ligetur. nam ligatio oculorum maximè confert in ea quæ ex vomitu, & clamore, & vomitus ipſo. Aliud. Reci. fabarum, roſarum, thuris, ex his cum albumine oui fiat, vt emplaſtrum. Item valet nucleus dactylorum aduſtus cum ſpica. Ego quidem puero habenti exitum magnum oculi dextri, ętatis annorũ duorũ applicaui emplaſtrum ex nucleis dactylorum aduſtis cũ ſpica & modico roſ, & cõualuit in tribus diebus vel circa. Tu autem confice ipſum cum farina hordei, aut aqua fœniculi. Item. Reci. farinæ fabarum, thuris, nucleorũ aduſtorꝫ, & cum albumine oui fac. & tu conſidera.

*De pfunditate oculorũ.* Rub. XIX.

QVoniam hoc accidens fit ſucceſſione febrium, & aliarum

& aliarum rerum habẽtium corpus, & oculum ab humiditate priuare vt ſunt fortes eũones, vigiliæ exceſſiuę, triſtitia, & hmõi animi accidentia. hinc eſt ꝙ in cura eius oportet ꝙ intentio ſit ad reſtaurationẽ & humectationẽ. Euaporetur itaꝗ oculus frequenter cum aqua tepida, aut cum lacte tepido. Item ſuper oculum ponatur hoc emplaſtrum. Reci. farinæ amidi, florum violarum, medullę vituli, incorporẽtur cum lacte addito modico croci. Item hic adducantur cõuenientia dicta to dilatatione, & conſtrictione pupillæ.

... graecis, Cor. celſo ... ocu... Aui... ...ſunditas oculi vo...

De paſſionibus palpebrarũ quot ſint. Rub. XX.

ET licet palpebrarum paſſiones à multis numerentur. 24. à quibuſdam. 16. ab Auicenna vero tñ. 12. ponuntur quæ etiam ad pauciores reduci poſſunt cum earum plurimę, coincidant vt ſunt pruritus, ardor, rubor, grauitas, inflatio, ſilach, gerſe, formica, vlceratio & huiuſmodi. vt infra patebit in dicendis. omnis etenim iſta vt plurimũ ſunt cum ſcabie aſperitate grauitate intrinſeca palpebrarum cum quadam ophthalmitatiõe vt Galaſ azaram dixit. A quo tantum quatuor ponunẽ ſpecies. Sed quia vt dictum eſt in principio nimia hũc ſenſum diligimus hinc diſpoſui particularius & ꝗ̃ potero breuiũa de ipſarum paſſionibus loqui ducem quem elegi ſemper ſecuturus.

De pediculis palpebrarũ, et ſupciliorũ. Rub. XXI.

... greg... latis dicu... to appellaẽ.

REperiuntur pediculi in ſupercilijs & palpebris. Aliquando reperiuntur plationes dicti piatole in vulgari noſtro multum adhęrentes, quæ cõſueuerunt venire circa pudibunda, & ſunt de ſpecie pediculorum. materia enim eorꝫ eſt humiditas putrida quã natura expellit ad partes cutis. & virtus pręparatiua generationis eorum eſt caliditas naturalis.

S I G N A ſunt pruritus, ardor in locis. Et rubedo cum eminentijs puſtuloſis. & ꝙ patiens à fricatione loci & ſcalpellatione abſtinere non põt. Et ęgritudo trãſiens de vno in alium per conuerſationẽ cum habente.

C V R A canones. Et quia conſueuerunt venire inordinatis viris pręcipue ex parte cibi, & io inquietis parui ſcilicet exercitij in immundis. hinc primo ordineẽ dieta & regimen bonum ꝙ exercitiũ, & teneanẽ mundi. Secũdo fiat euacuatio humorꝫ corruptorꝫ qui ſunt cauſa generationis pediculorꝫ cũ pilulis cochijs, hiera, & huiuſmodi. Tertio fiat euaporatio ex aqua ſolphurea, aut ex aqua decoctionis ſalis, fumiterræ, ſtaphiſagriæ, & ſulphuris. Item decoquantur ſtaphiſagria, & abſinthium, & ex ea aqua abluatur oculus. & conſimiliter lauetur cum aqua ſulphurea. Deinde & quarto fiat inunctio cũ hoc vnguento ea parte vbicũꝗ naſcanẽ. Reci. ſtaphiſagrię, argẽti viui. añ. ℥. ſ. mortificetur argentum viuum cum ſaliua prius. deinde puluerizata ſtaphiſagria omnia cũ butyro incorporentur & inungatur, & eſt ſingulare. Item argẽtum viuum extinctum cum ſaliua, & pomo bene cocto mixtum, & incorporatum idem operatur. Item Recipe ſtaphiſagrię puluerizatę. ℥. i. olei de abſinthio. ℥. ij. ceræ modicum fiat vnguentum. Ad idem. Recipe aluminia zuccharini, aloes, pulueris ſtaphiſagriæ, abſinthij, ſulphuris modicum, omnia cum aceto ſquillitico incorporenẽ. Nota tamen ꝙ iſta ſecure poſſunt applicari ad extra in peciola ſuper oculum, aut ſuꝑ ſupercilium, ad intra aũt aduertendum eſt.

De ſilach. Rubrica. XXII.

...λλω ...ng græ... no... ...is craſ... ...ies pal... ...pebrarũ

SIlach eſt groſſities palpebrarum cum rubore pruritu in angulis lachrymalium aſperitate & cũ parua aut menſurata partium carnis palpebrę inęqualitate. Cauſa eſt materis ſanguinea, aduſta, vel phlegma ipſum ſalſum. Et dicit pruritu in angulis, & ſimiliter partium carnis palpebræ inęqualitate vt cognoſcaẽ differẽtia inter ipſum & ſcabiem. nã in ſcabie eſt pruritus per totum oculum & modicũ in angulis & cum inuerſanẽ palpebrę videẽ ęqualitas manifeſta carnis eius. apparent nãꝗ palpebrę vlceratę, cum caſu pilorꝫ, & ſequiẽ eum corruptio oculi. Et fit plerũꝗ ſucceſſione ophthalmię.

callosa, cubicũda. Aui. aũt ſilac noiaẽ.

S I G N A ex dictis manifeſta ſunt. Et ex eo aliud eſt recens. aliud antiquum malum.

C V R A in recenti canones. Ordinatio dietę quę cõſiſtit in regimine frigido, et humectatiuo, vt patet ex cauſa ſua. Degeſtio materiæ acutæ ſalſæ. Tertius euacuatio euſdem. Quartus applicatio humectantiũ. Quintus applicatio medicinarum pilos naſci facientium. Ex quibus perficiatur primus patet ex poſitis in tertio trac. Ex qbus vero ſecundus, & tertius patet ex ſcriptis in quarto tractatu. Quartus completur cum euaporatiõe facta ex aqua calida decoctionis roſ. foliorꝫ ſolatri camomillæ vel aqua decoctionis roſ. lentium & cũ aqua eadẽ abluere palpebras. Deinde appliceñẽ palpebris emplaſtra vel cõſimilia, vt Reci. ſucci portulacæ. ℥. ij. lactis. ℥. iij. miſce & cum petijs oculo applica. Aliud. Reci. ſucci portulacę, mucillaginis pſilij, olei roſ. lactis &c. miſce. Item aliud. Rec. foliorꝫ ſolatri, portulacę. añ. M. i. piſtẽtur & incorporenẽ cum vitellis ouorꝫ & cum albumine ouorꝫ cum pauco olei roſ. & applica. Et ad intra oculũ pone collyrium album ſupra de ophthalmia. Et nota qđ iſte balneationes, & applicationes debent aſſiduari.

C V R A. In chronica vero canones ex pte digeſtionis ſeruentur quæ dicta ſunt in recenti. Ex parte aũt euacuationis fiat vt dictum eſt addendo phlebotomiam ex cephalica. Item ex venis frontis. Item ventoſatio pcipue cruriuum vt Auic. Ex parte quarti canonis. vltra euaporationem oportet applicare ea quæ ſubtilianẽ. Item ꝙ cõpletis vniuerſalibus & factis euaporationibꝰ & applicatis rebus ad intra & extra vt in non chronica applicentur ad intra oculum vel ſupra quæ ſubtiliant. Verbi gratia. Reci. ęris vſti. ʒ. ſ. dragaganti. ʒ. iij. crocis, piperis. añ. ʒ. i. teranẽ cum vino pontico donec fiant ſicut mel ſubtile: & adminiſtreẽ ad extra. Ad intra vero. Rec. cryſtalli. ʒ. iij. mumiæ. ʒ. ij. maſticis, vernicis. añ. ʒ. ſ. terãtur & cribellenẽ fiat alcohol, & imbibaẽ cum aqua roſ. & exiccetur ad ſolem in vaſe vitreato. deinde teraẽ ſuper marmore & imbibaẽ, vt patet. Et ſic fiat quater, deinde cum filo argenteo ponaẽ ſuper carnoſitatem intrinſecam oculorꝫ ſero cum vadit dormitum. Quintus canon & principalis in vtraꝗ perficiẽ cum his quæ faciunt ad pilorum generationẽ, & ex melioribus rebus eſt lapis lazuli ſubtiliter puluerizatus. Vnde Auic. eſt vltimum in hac proprietate qui eſt in eo. & Meſuę lapidi lazuli ineſt ꝓprietas mirabilis. allegato capitulo infra. Ad idẽ lapis armenus cum ſpica. Aliud. Reci. muſcas & abſcindanẽ alę & capita, & auellanas aſſas. deinde omnia cum adipe caprino incorporentur. eſt enim efficax. Ad idem valet cõfectio alcohol mahemet. Meſuę de caſu palpebrarũ. Ad idẽ ſieẽ nigrũ. Serap. 33. ca. antidotarij. et Gal. Lapis ematitis cũ melle mixtus. Et tu hęc ſingula cõſideres.

De gerſe, ideſt difficultate claudendi palpebras. Rubrica. XXIII.

GErſe eſt diſpoſitio qua palpebrę cũ ſunt apertę difficulter clauduntur, & cũ clauſę ſunt difficulter aperiunẽ cũ dolore & rubedine. Cauſa cuius ſm plurimum eſt materia viſcoſa valde ad ſiccitatẽ declinans. Dicitẽ ſm plurimũ, quia à ſola fricatione ſine fluxu materię contingere põt. hæc qdem paſſio eſt ſemꝑ per cõmunicatẽ à cerebro & principaliter à ſtomacho eleuatis vaporibus ex cibo non rectificato in eo.

Gerſe arabibus idẽ qđ ...λαρος ...ia grę... cis.

C V R A. Canones vniuerſales ſeruentur ex parte rectificationis membri mandantis. Dieta. & digeſtione, euacuatione, membri ipſius cõfortatione, pro quibus recur-

rendum eſt ad locum vbi de illo tractatur. Præter hos adducũtur canones duo. Primus oculorum humectatio. nam gerſe reperiẽ quaſi ſemper cum fruſtra lippitudinis durę. Auic. Secũdus eſt rei humefactę reſolutio. Primus cõplẽ cum vaporatione aquę calidę factā cum ſpongia. & cum cæteris humectãtibus dictis in de conſtrictione & dilatatione pupillę. Secundus complẽ cũ mucillagine fœnugre. ſeminis lini. cum laccę. Item aliud Rec. adipis galhnæ. ʒ. vj. mucillaginis, ſeminis lini. ℥. i. olei ro. ℥. ſ. ceræ modicum fiat vnguentum capertum.

*De inuiſcatione palpebrarum.* * Rubr. XXIIII.

* quę & ἀγκυλοβλέφαρος atq; ἀγκύλωσις Græcis, Latinis agglutinatio appellant.

INuiſcatio de qua eſt ſermo eſt vt adhæreat palpebra oculo per inciſionẽ vngulę, aut ratione alicuius talis rei vt dictum eſt in ipſa cura vngulæ.

*De inuerſatione palpebrarum, ſeu ſeparatione abinuicem.* Rubrica. XXV.

INuerſatio palpebræ eſt eius elõgatio ſiue ſeparatio ab alia. ita vt vna aliā perfectè non contingat. Cauſa cuius eſt excreſcentia carnis prohibẽs eius extenſionem, aut vlcus male curatum, aut ſpaſmus de inanitione, aut de repletione adueniens muſculis eius. Ex ea eſt naturalis & iſta curam non recipit. Alia accidentalis & huius ſunt tres ſpecies. Prima vt palpebra non cooperiat album. Secunda vt non cooperiat partem. Tertia vt non cooperiat ſuperiorem & inferiorem palpebram, & prima poteſt vocari leporina quando oculus ille ſtat vt oculi leporum quando dormiunt, & ſecũda nominatur abbreuiatio palpebrę, & eſt minor illa. Auic.

C V R A habeatur ſecundum cauſam. nam de omni tali dictum eſt ſupra capitulis ſuis. ſi nanq; fuerit ex ſpaſmo recurre ad capitulum de ſpaſmo. & ita in alijs.

De Hordeolo. Rubrica. XXVI.

HOrdeolũ eſt apoſtema in figura grano hordei ſimile ſuper extremitatem palpebræ ortum. Cauſa cuius ſecundum plurimum eſt ſanguis dominans. Eſt nanq; tale apoſtema aliquando facile vt ex natura ipſa curetur, & quaſi ſic vt plurimũ accidit. Quandoq; efficitur magnum & tedioſum.

C V R A canonica eſt. Ordinatio dietæ. Abſtineat à vino, rebus calidis & huiuſmodi. Fiat phlebotomia ex cephalica aut vẽtoſatio in ſpatulis, & ſi cholera fouet euacuetẽ cum thamarindis. Deinde fiat euaporatio cum aqua decoctionis hordei. Poſt quā ſuperponatur licium cum aloe, vel ſuccus ſolatri cum aloe aut diſſoluatur oppopanacũ in aqua & ſuperponatur bonum eſt valde. Aliud. ℞. laudanum & cerā nouam, & miſce, ſuperpone. Quòd ſi induraretur tunc mollificatiuis vtendum eſt, vt eſt amoniacũ, oppopanacum, ſerapinum in aceto diſſolutum, vt ponit Ieſus, diaquilon. Cum autẽ ad maturationem peruenit aperiatur & cum penna inuiſcetur modicum palpebra, & apparebit locus manifeſte.

C V R A in leui ſcito q aliquãdo inunctio butyri ſufficit ſola, & maxime poſt principium. aliquando ſufficit mica panis in aqua tam diu retenta vt fiat in modũ maſſæ, & ſuper hordeolum ponaẽ & maxime in principio & augmento. nã procedere poſſumus in iſto apoſtemate vt in alijs. ſed eſt ita paruũ, & cõmuniter nõ tedioſum q ſtatim ad localia curritur. Et cum iſta non conferunt oportet tranſire ad manus chirurgicorum, quia oportet ipſum cum ferro remouere. Et tu conſidera.

*De ſcabie, & pruritu palpebrarũ.* Rub. XXVII.

SCabies palpebrarũ eſt quędam defœdatio partis intrinſecæ earum cum granuloſitate, aſperitate, pruritu, & lachrymarum multitudine. Cauſa eſt materia nitroſa, ſanguinea, aut alia talis, materia ex humore alio adacto ortum habens. hanc ſi quidem antecedit pruritus. nam cauſæ facientes ſcabiem ſunt, & facientes pruritum, ſed ſunt fortiores vt ſeptima quarti de ſcabie. Et fit plurimum ſucceſſione ophthalmiæ, aut vlcerum oculi. Prurius quidem eſt ſine granuloſitate. Eius quoq; quatuor aſsignantur ſpecies à Garoſo. Azaradij. & ab Auicen. de ſcabie & pruritu. tertia tertij. quæ non videntur differre niſi ſecundum magis & minus. Prima ſpecies eſt cum pruritu paruo & aſperitate parua. Secunda eſt cum aſperitate, pruritu, & rubificatione. Tertia eſt cum vlceratione & ſciſſura aliquali apparente granuloſa in modum fici ſciſsi. Quarta eſt cum vehementia ſciſsionis, pruritu, & apparitione, & granis iam factis duris. Ex quibus colliguntur ſigna.

C V R A canones. Primus & eſt generalis. q cum fuerit ſucceſsione ophthalmię, prius curetẽ ophthalmia. Vnde Auic. de cura eius cum ſcabie aſſociaẽ ophthalmia. Cura primo ophthalmiā, deinde ꝑcede ad ſcabiẽ, quod eſt intelligendum de omni alia ægritudine cui ipſa ſuccedit.

Secundus q ſi cum ſcabie fuerit apoſtema & vlceratio cauendum ab adminiſtratione medicinarũ acutarum & pręcipue in prima ſpecie. In qua ſpecie quæ dicitur recẽs, ſiue nõ multi temporis eſt ꝑcedendum cum ordinatione dietæ declinando ad contrariũ, vt ſupra dictum eſt ſæpe.

Et ſi indigemus digeſtione fiat de qua ſupra quarto tractatu. Euacuatio autẽ fiat cum euacuatiuis appropriatis & aſsiduetur vt eſt poſsibile. Et fiat phlebotomia ex cephalica. Vẽtoſatio in ſpatulis, nucha, & fiat phlebotomia lachrymalium. Quòd ſi ex ſanguine fuerit phlebotoma bis in menſe. hæc tamen moderentur vt ſupra de phlebotomia in ſoda ſanguinea. Et oportet medicum eſſe ſollicitũ circa has euacuationes, quia in eis magna pars curæ cõſiſtit, nam ægritudo ipſa difficilis eſt curæ. nã cum antiquaẽ vix curam recipit. Raſ. ix. Almanſ. de ſcabie palpebrarum. Item ea parte diuerſionis confortationis capitis fiat, vt dictum eſt de ophthalmia & de vlceribus oculorum. Præter hos canones ſunt duo alij. Primus applicatio rerum ſubſtantiam oculi teneram facientium, vt ſunt euaporationes factæ ex aqua decoctionis cicoreæ, & cæterorum ſupra de vngula, vt decoctio aquæ ex roſis, & lente, fiantq; ſæpe iſtæ euaporationes, vt de vngula dictum eſt. Secundus eſt applicatio rerũ de quarum proprietate eſt curare ſcabiẽ, & ſunt ſief rubeum, ſief viride. Raſis nono Almanſoris. de cura eius & conſimilia, ſcilicet rubeum & viride Meſue, & ſunt leuia. Ad idem collyrium Baſilij. ℞. climiæ. ʒ. x. aloes. ʒ. viij. piperis, macropiperis. ana. ʒ. ſ. muſci. ℈. j. terantur & fiant ſief cum lacte mulieris. Aliud & eſt Iſaac de quo dicit quòd venditur ad pondus auri propter eius excellentiam. ℞. thuciæ, emblicorum. ana. ʒ. j. camphoræ aur. ſ. galliæ muſcatæ, ſalis armo. ʒ. j. terantur contritione vltima. ponantur deinde in vaſe vitreo in quo ponatur aqua pluuialis in qua infuſi fuerint per dies duos ex mirabolanis nigris, xx. qui peius ante eorum infuſionẽ terantur, coletur aqua prius. deinde vt dictum eſt effundatur ſuper res dictas, & dimittatur ex aqua exiccari, & ſic fiat paulisper triturando & infundendo vſque ad totius aquæ conſumptionem deinde fiat collyrium ex aqua roſ. & vino albo. Ad idẽ valet collyrium de corticibus oui ſupra de ſebel. Vnde Raſis vnum facit capitulum de ſcabie, & ſebel, quoniam eadem cura vtrunque perficitur. Brunus, & eſt vſuale aloes hepaticum cum aqua roſ. in oculo ſtilletur. Aliud ℞. thuciæ preparatæ, fici. ana. ʒ. iiij. roſ. ru. puluerizatarum. ʒ. iij. coquantur ad lenium ignẽm cũ m. ℥. viij. vini boni vſque ad conſumptionem medietatis coletur, & vſui reſeruetur. Quòd ſi fortius volueris addas de ære vſto, aut de anthimonio.

C V R A in chronica, ſiue multẽ temporis. Seruentur canones predicti per omnia vſque ad applicationem rerum ſubſtantiam, oculorum teneram facientiũ. Vnde

oportet

oportet in hac multum aſsiduare euaporationes. Deinde fiat fricatio palpebrarũ cum folijs parietariæ, aut fici, aut cum ſpuma maris, aut cum pumice, aut alio inſtrumento vſq; ad ſanguinis emanationẽ. deinde lauetur oculus cum aqua roſarum, aut vino albo. deinde miniſtrentur collyria leuia dicta, & fortia poſita ſupra de vngula. Ad hoc valet collyrium Gordonij. ℞. æris vſti, cachacumiæ lotæ, ceruſſæ lotæ. ana. ʒ. j. aloes, myrrhe. ana. ʒ. ſ. ſalis armoniaci. florum æris. ana. ℈. ſ. puluerizentur & conficiantur cum melle. Vltimo cum alia nõ contulerint oportet deuenire ad chirurgicam, cum qua oportet facere remotionem eminentiæ carnis, & eſt vltima cura quam relinquo exercitato circa oculos cum operatione tali manuali. hęc raro recipit curam.

*De caſu pilorum palpebrarum.* Rub. XXVIII.

De caſu pilorũ recurre ad dicta ſuperius de ſilach predictis. nam ibi pulchra dicta ſunt de caſu pilorum palpebrarum, & tu ibi.

*De pilis inuerſis & additis.* Rub. XXIX.

Aliquando naſcuntur pili in margine interiori palpebrarum cõuertentes ſe ad oculum quem ledunt ex multitudine humiditatis putrefactæ cauſati ex quo apparet quid ſit pilus inuerſus de quo ſermo.

CVRA. ex parte dietę euacuationis & aliorũ tenentium ſe cum regimine vniuerſali procedendum eſt vt ſæpe ſupra monſtratum eſt.

Veniens ad regimen particulare dico ꝙ ſex modis cõtingit tales pilos remouere. Primus eſt, vt digitis euellantur aut cum inſtrumento aut aliter quomodolibet deinde ſuperponãtur habẽtia prohibere ortum pilorum. Vt eſt ſanguis ranarum. Oua formicarum. Rubigo ferri cum ſaliua. Fel eritij. Fel mergi auis. Sanguis nycticoracis, Oſtraca aduſta. Cinis pullorum hyrundinum cum lacte tithimali. Item fel eritij & ſanguis eius cum caſtoreo, & ærugine ferri incorporato. deinde cum ſaliua oris ieiuni diſtemperata maxime prohibet generationem pilorum ipſis prius euulſis. Secundus. pilis euulſis fricetur locus, deinde ponatur ſuper locum ſief tale. ℞. gũmi ara. dragaganti, viridis æris, arſenici, colcotar, viridis æris vſti, trium piperum ematitis, amili, rubeæ tinctorum, batituræ æris combuſti. ana. ʒ. ij. ſanguinis draconis, acatiæ. ana. ʒ. j. ſ. thuris, ſpicæ, licij, gallæ combuſtæ. ana. ʒ. j. ſarcocollæ, armoniaci. ana. ʒ. iiij. diſſoluatur aromaticum cum aqua rutæ, ſucco pomi citri, & alia bene puluerizata miſceantur & fiat ſief. Tertius. & eſt melior modus, Auicẽ. Quod euulſis pilis ſicut ſucceſsiue euelluntur ita cum cauterio ſubtili vt eſt acus cauterizẽtur, deinde ſupponatur albumen oui cum oleo roſato & modico boli armeni. Quartus. ꝙ pili conuerſi cum aliquo viſcatiuo. vt eſt maſtix, gumma pini, & bdellium & huiuſmodi diſſolutis cum albumine oui. inuiſcentur cum naturalibus, & cum eis vniantur. Quintus eſt, vt fiat abraſio palpebræ dimiſſo chirurgicis. Sextus modus, & eſt chirurgicus, & grauis, perforetur ad intra palpebra cum acu, & per foramen factum ab acu extrahatur pilus conuerſus ad exteriora, & procedatur ſic quouſq; omnes erunt reducti, & tunc fiat conſolidatio, & naſcentur tunc pili ad exteriora prouenientes, ſed iſte modus eſt peroptime in arte experto.

CVRA pilorum additorum in qua dicendũ ꝙ cum ex multitudine humiditatis putridæ in palpebris aggregatæ generenẽ cum principaliter conſiſtit in mundificatione corporis, & capitis, & oculi cum his quæ ſæpe memorata fuerunt, & adminiſtrationẽ collyriorum fortiũ. vt patet de vngula, de prurítu, etiã ſcabræ. Quòd ſi iſta non ſuffecerint procedatur cum euulſione eorum & reliquis prohibentibus generationem pilorum ut dictum eſt in primo modo. Ad idem valet inunctio cum felle hirci, fel vulturũ, & capritum. Item valet fel eritij, fel vulturis, & caſtoreum ſecundum æqualitatem aggregentur cum ſanguine columbæ, & fiant inde trochiſci. Itẽ expertum eſt tinea cum ſale armoniaco, & ꝓprie cum vngula aſini aduſta cum aceto forti. & ſimiliter ſpuma maris cum aqua pſilij. Poſtremo ponãtur opiata, quoniam cum ſtupefit locus in eo pili non naſcuntur. Vnde Auic. cum enim ſtupeſit, & infrigidatur locus eo nõ naſcuntur ibi pili. Et tu bene hæc conſidera.

*De diſpoſitionibus operationis oculorũ, & primo de debilitate viſus,* Rubr. XXX.

Quoniam videre eſt operatio propria viſus quod contingit tripliciter lædi vt quælibet alia operatio, diminute, corrupte, & ablate, vt. ij. techni, hinc primo determinabitur de diminuta operatione ſiue debilitate uiſus. Sc'o de eius corrupta. Vltimo de ablata.

Vnde debilitas viſus eſt eius operatio vltra vel citra menſuram ſibi naturaliter debitam aucta vel diminuta.

CAVSA cuius patum eſt ſecundũ plurimũ humiditas ad oculos veniẽs viſum perturbans. Dicitur aucta, quia etiã per augmentum viſus debilitatur operatio eius quẽadmodum per diminutionẽ. Quidam tamen vt Marſilius patauus tale augmentum ſub operatione diminuta virtutis viſiuæ cõprehendit, quia & licet gradualiter augmentata ſit, eius tamen naturalitas, & perfectio eſt diminuta, quoniam per intenſionem viſus læditur quod ſpeculatoribus relinquo. Dicitur cuius cauſa. nam contingit viſum debilitari primo ex parte male complexionis cum materia & abſque. Secundo ex parte partium eius læſarum. vt ſunt tunicæ, humores. Tertio ex parte inſtrumentorum vt ſunt ſpiritus, nerui optici. Mala nanq; complexio frigida lædens mortificando, aut condenſando nimis tunicas, & humores lædit, & ſimiliter caliditas rarefaciens nimis, & reſoluens ſubſtantiam ſpirituum, & tunicarum quemadmodum accidit decrepitis, & ſenibus. nam ſpiritus in eis & inſtrumenta oculi ſunt mutata à ſua complexione & compoſitione, propter cõtinuam actionẽ caloris naturalis in ea ſic accidit ex caliditate accidentali, & ſic ſuo modo dicatur de humiditate, & ſiccitate.

Secundo ex parte partium. nã ex parte nocumentorum tunicarum vt ſunt ophthalmia, vngula, nubes, ſiue nebula, vlcus, dilatatio, conſtrictio, pupillę, & huiuſmodi debilitaẽ uiſus, de quibus ſupra. Similiter ex parte humorũ. cõtingit etenim humorẽ albugineum quandoq; nimium ingroſſari propter admixtionẽ humiditatis vel vaporum cum eo qui cõmixti eum obtenebrant & eius paruitatem diminuũt, quare & viſum diminuũt. Itẽ aliqñ nimis ſubtiliaẽ, & rareſit. Itẽ aliqñ coloraẽ, quę omnia faciũt ad viſus debilitatẽ. Cõſimiliter glacialis à ſuo temperamento remoueẽ. ingroſſaẽ autẽ magis ꝙ oportet aut ſubtiliaẽ ita vt nõ fiat receptio rei luminoſæ ſupra ſe, ſed immediate penetrat. De vitreo autẽ exiſtimatur nocumentum accidere in viſu ex eo, quia per ipſum nocetur cryſtallinus in eo profundatus, vt ſupra: nocetur autẽ ab eo, quia non mittit ſibi cõueniens, ſed magis incõueniens nutrimentũ. Tertio ex parte inſtrumentorũ. Ex parte quidẽ nerui optici, quia aliqñ cadit in eo oppilatio propter quã prohibetur trãſitus ſpiritus viſibilis ad oculum. & de iſto diceẽ cum tractabiẽ de gutta ſerena, aliquãdo apoſtematur, aliquando rumpitur ex vulnere facto. Ex parte ſpiritus, quia aliquãdo eſt nimis groſſus: quod cõtingit ſecundũ plurimũ ex humiditate Quandoque nimis ſubtilis, quod contingit ſm plurimum ex ſiccitate. Quandoq; ex paucitate eius, ut contingit apud eius fortẽ reſolutionẽ, ſicut in ſuperflua vigilia, in febribus diuturnis, & et in debilibus factis ex ægritudinibus. Quandoq; ex aggregatione eius forti vt in morãdo in tenebris. & tũc primum inſpiſſaẽ, deinde

in ſecundo ſubtiliatur. Quãdoq; ex eius rarefactione nimia, vt in aſpectu ſolis, & rerum albarum, & reſplendentium, quamuis hoc ad paucitatem reduci poſſit. Quandoq; ex paucitate & groſſitudine ſimul, & tales neq; longe vident, neq; de prope bene diſcernunt. Quandoq; ex multitudine & groſſitie, & tunc tales de prope male vident, & melius de longe. Quandoq; ſubtilitate, & paucitate, & tunc melius de prope q̃ de longe vident. Quandoq; accidit debilitas in viſu propter vapores obfuſcantes ſpiritus qui eleuantur à ſtomacho, vel quomodolibet aliter ſibi cõmunicatos, vt contingit poſt ebrietatem, crapulam, comeſtionem, & potationem rerum viſui nocentium, de quibus in principio capituli. Ex quibus apparet ꝙ aliquando viſus debilitas eſt per communitatem, quandoq; per eſſentiam.

S I G N A demonſtratiua debilitatis ſunt manifeſta etiam recitatione infirmi.

Signũ ꝙ à ſtomacho venit nullo exiſtente nocumento in cerebro, quia infirmitas ceſſat aliqñ, & fit fortis cũ adeſt nauſeatiua ſatietas, & deſtruitur cum fames adeſt, & ieiunium, & etiam hora exiccationis oris ſtomachi. Et ꝙ cito ſentit alleuiationem ex medicinis mundificatiuis.

Signum ꝙ eſt ab humiditate à cerebro ad oculos, quia multipliciter poſt comeſtionẽ, & ſomnum, & nauſeatiuã ſatietatem, ꝙ ante oculos videntur quædam in modum aquæ deſcendentis, vel in modum nebulæ, & ꝙ oculi humidi apparent, & emittunt lippitudinem indigeſtam, & ſpecialiter poſt ſomnum. Et cõſimiliter ſi fuerit ab alio membro nocumentum in eo exiſtens demonſtrabit. Et ſimiliter diſpoſitio totius. Si à toto fuerit.

Signũ ꝙ eſt à ſiccitate ꝙ alleuiaẽ poſt comeſtionem & horã ſomni, & oculi quaſi ſemper ſicci videnẽ, et ſentiẽ vt pruritus hora ieiunij, et hora famis, et in meridie fit fortis.

Signa eius quæ eſt ex groſſitie, aut ſubtilitate iam aperta ſunt.

Signũ vero ſi eſt ꝓpter tunicas, vel humores ꝓfundos, & eſt res praua. Sciẽ etiã per calorẽ tunicarũ, & ꝓpter extenſionẽ & corrugationẽ earũ, & ꝓpter prauitatẽ anguli.

Signa. Si eſt à mala compoſitione, vel ſolutione continuitatis, uel tinctura aliqua, ſiue colore ſcitur per viſum, & ſic de alijs cauſis primitiuis.

Signum ſi fuerit propter humiditatem ad cõcauitatem nerui in principio morbi ipſius dicet homo ſe videre muſcas, cimices, pilos, ſplendores, & alia huiuſmodi. & oculus uidebitur clarus, & mundus, vt infra de gutta ſerena.

Signa ſi continget ab aliqua mala complexione materiali, aut imateriali ſigna habebunẽ ex ſignis ipſius male complexionis, de quibus ſæpe, & qm̃ uiſus nimiũ dilegendus eſt, ut ſupra hinc arbitratus ſum de eius cõſeruatione vltra etiã de curatione diſpoſitionũ eius quicquã dicere.

Viſus nimiũ diligendus.

C V R A cañ. Amplexeẽ itaq; primo dietã ordinatã cauendo à nocitiuis de quibus ſupra in princ. capit. adhærere contrarijs eorũ. Et tu per ipſa cõtraria facile diſcurres ſi notabia quę dicta ſunt in. iij. tract. Et adhęreat cõſilio Ariſ. de Alex. dum inquit frequentationes pectinis ſup caput vapores viſum impedictes trahunt ad cutẽ ne viſui obſint. Aſpectus rerũ viridiũ in loco multę ſeperiei viſum corroborat. Aſpicere ſpeculũ terſum directũ, et diu intueri ſuper ipſum, viſum corroborat, & oculi defatigationẽ remouet. Item iniunxit poſt oculi defatigationem ingredi domum obſcurã nõ multę tenebroſitatis, & propter hoc aliqui ſcriptores cõtinue ante ſe tenent vnam tabulam nigrã in qua viſum figunt poſtquã certo tempore ſcripſerũt. Itẽ iniunxit intueri per feneſtras in quibus ſit aliquod paruum viride vel intueri aquã viridem & ſubmergere oculos in ipſa. Et legere literas mediocres viſum corroborat, & oculorum ſanitatem cuſtodit. Et idẽ operatur comeſtio carnium auium quæ de rapina viuũt, & ſurbitiones iuriũ ipſarum. Dioſ. Item utatur medicinis abſterſiuis ſuperficiẽ oculi in ſuo naturali tenore conſeruantibus, cuius eſt ſuccus fœñ. aut collyrium ex eo factum, vt. ℞. ſucci eius depurati poſt eius reſidentiam, & facilem decoctionẽ ipſius in vaſe æneo, & eius ſufficientem decoctionẽ par. j. mellis puri & clari par. j. tertiã bulliant iterũ bullitione vna, & coleẽ, & ponaẽ in ampulla vitrea, & ſuſpendanẽ in ſole & permuteẽ de vaſe in vas abijciẽdo ſemper apoſteſiuum eius, deinde fiat collyrium & cũ radio in oculũ diſtilleẽ. Abſtergit enim & viſum clarificat. Quidã depurant ipſum ad ſolẽ, & non ad ignẽ permutando, ut dictum eſt, et eſt bonũ, & expertũ. Et quidã addunt modicum fellis galli. Ad eorũ cõſeruationẽ faciunt medicamina cõſeruãtia oculũ in ſua tẽperie, ſua caliditate, & frigiditate de quibus infra. Itẽ ad idem operanẽ quæ organizationẽ io ſua coæqualitate retinẽt, & talia ſunt remouentia leuitatẽ, aſperitatẽ, &c. vt infra. Amplius eandem rem operanẽ medicinæ cõſeruãtes cõpoſitionẽ naturalẽ, & continuitatẽ partiũ eorũ cuiuſmodi ſunt ꝓhibẽtes etiã ſolutionẽ fieri in partibus eius ut infra. Poſtremo notandæ ſunt medicinæ cõſeruantes ſpiritũ viſibilẽ in ſua propria illuſtratione, & ſunt quę ipſum illuſtrant, & irradiãt, de quibus infra. & de his omnibus exempla poſita ſunt in princ. cap. Itẽ ocularibus vitreis vti. nã viſum in ſuo eſſe cõſeruant & nõ permittunt oculum in videndo res minutas fatigari, & ſic ſpiritus nõ reſoluunẽ. & hoc bene nouerunt experientia aurifices cum aliquid ſubtile & ingenioſum facere concipiunt, & maxime ab his qui lapides anulorum cõfigurant, qm̃ ſic eis cõtinue vtuntur, & eſt cauſa quare nõ fatigatur oculus, quia res tranſiens de medio clariori ad denſius groſſior apparet. Vnde quæ ſic ocularibus videntur groſſiora comprehenduntur.

Accedens ad curã cañ. hos ſeruãdos dico in cauſa humida à qua ſecundũ plurimũ venit. Primus ordinatio dietę. Scd's digeſtio materiæ. Tertius euacuatio eius. Quartus diuerſio, ex qbus perficianẽ hi dictũ eſt ſępe. Placet autẽ hic memorare unũ maxime cõmendatum ualẽs io paſſionibus oculorũ, & p̃cipue in caſu. ℞. bethonicę, ruthæ, chelidonię, euphragię, gallitrici. ana. M. j. pulegij, camedreos, roſmarini, ſaluię, ſanſuci. ana. M. ſ. ſeminis aniſi, fœni. ſileris mõ. ana. ℥. ſ. florum bora. bugloſſæ. ana. M. ſ. foliorum roſ. rub. M. ij. bulliãt in ſufficiẽti quãtitate aquæ ſyrupizenẽ cũ melle & aceto ſquillitico, & vt exiſtimo fuit Nico. de ſancta Sophia Patauij. Ex paucioribus autẽ miſcẽdo frigida cum calidis vt expedire videbiẽ poterit curioſus medicus, & cũ melle aut zuccharo cõficere dignũ. Itẽ aliter ut ſupra de ophthalmia. Cõſimiliter pro tertio cañ. electuarium alchar Meſ. diſt. iij. Itẽ pilulę ſine qbus eſſe nolo Nic. Itẽ pilulæ aureæ eius. Item pilulæ lucis Meſ. Itẽ ad idẽ valet confectio ſolutiua Gent. ℞. myrobal. citrinorũ, kebulorum, indorum. ana. ʒ. ij. emblicorũ, belliricorũ, ana. ʒ. j. ſ. zucchari. ℥. ſ. terantur in vaſe lapideo, & tribus diebus omni die bis, vel ter aſpergant cum aqua fontis, & dimittanẽ ſiccari, deinde teranẽ, & accipiaẽ de hoc puluere. ℥. j. turbith electi. ʒ. iij. ſſ. ʒ. j. ſ. cinnamomi, ſeminis aniſi, ſandalorum rub. ana. ʒ. j. diagridij correcti. ʒ. j. ſ. zucchari quãtum ſuff. cit, fiat cõfectio, de qua ſumat à. ʒ. iij. ſ. vſq; ad. vj. mane cum pauco aquę calidæ, & ſuper ipſius aſſumptionẽ parum dormiat. Abſtinendum tñ eſt ab eius aſſumptione tpe magni æſtus, & frigoris.

Tragea ad idẽ. ℞. myrobal. kebulorũ, emblicorum, & citrinorũ. ana. ʒ. ij. turbith. ʒ. j. zinzib. ʒ. ij. ſ. cinnamomi. ʒ. j. nuciſmuſc. ana. ʒ. ij. fœn. ana. ʒ. iij. zucchari ad pondus oium doſis. ʒ. j. ſ. cõtinueẽ aliqbus diebus in mane. Gent.

Quintus eſt adminiſtratio medicaminũ reſoluentiũ & abſtergentiũ illã humiditatẽ viſum debilitantẽ & perturbantẽ. Cuiuſmodi eſt collyriũ de ſucco fœn. dictum, Itẽ ℞. fellis perdicis. ʒ. j. mellis. ʒ. ij. ſucci fœn. depurati. ʒ. iij. pone in vaſe vitreo & ſuſpẽde io ſole per. vij. dies & utere tunc, eſt Alexã. & efficax. Ad idem valet ſieẽ de fellibus ſupra.

ſupra. Vnde fellā omnia maxime cōferūt in acuendō viſum,& clarificādo præcipue ex aquila & animalibus rapacibus & hirci, galli, leporis,hædi,vulpis, & cæterorū. Item aqua facta ex herbis poſitis ſupra in carminibus. in princ.cap.iuxta Rubricā de ophthalmia. Item ad idem confectio alcohol Raſ.ia.Alman.ca.de debilitate viſus.

Ad idem valet omne genus fellium præcipue autū rapacium cū quibus cōmiſceaẽ ſuccus fœñ.rutæ,thuciæ,aloe, ſarcocolla,& ſoli exponantur vt ſupra. Aliud. ℞.piperis albi, ambræ, balſami, fellis vulturis,aut tauri.ana.℈.ij.mellis electi.ʒ.ij.vini albi veteris cyathum.j.camphoræ,croci.ana.℈.j.terantur terenda, & addatur modicum ſucci fœo.& omnia ſimul miſceantur,& ponantur ad ſolem quinq; vel ſex diebus,deinde inungatur oculus.potēter iuuat , ita vt nihil iſto verius inueniatur vt anglicus noſter Gilb.Plura conſimilia experta ponam in fine.hæc autem ſufficiant pro complemento cañ.

C V R A. Si fuerit ex ſiccitate pmiſſis vniuerſalibus vtendum humectantibus ex parte dietæ, & ex parte particularīū medicaminum applicandorum. vt ſupra de cōſtrictione & dilatatione pupillæ ex ſiccitate.pro quo etiā recurras ad ea quæ dicta ſunt ſupra de ſoda ex melancholia.nā & caput ipſum humectandum eſt vt ibi. Item vaporetur ſæpe ex aqua calida electionis violarum, maluauiſci,fœnugræci. Item ex aqua ipſa ſola & balneantur ſæpe ex aqua frigida ſpecialiter in æſtate.proijciatur in oculis lac muliebre ,aſinæ &c. vt ſupra.

C V R A. Si autē fuerit a mala cōplexiōe calida recurras ad ea quæ dicta ſunt de ophthalmia & etiā caliditate, vel lumine ſolis, ſtet in obſcuro, & vtatur frigidis & humidis. Similiter ſi fuerit a complexione frigida.

C V R A. Si fuerit uel cōtigerit debilitas ex parte læſionis cōtingentia in tunicis dicta eſt in capitulis ſuis, vt fuerit ex parte ophthalmiæ,vngulæ,nebulæ,& huiuſmodi.

C V R A. Si fuerit ex parte oppilationis contingentis & in via ſpirituum viſibilium dicetur in cataracta, vbi tractabitur de gutta.

C V R A. Si contigerit ex vulnere facto in neruis relinquo chirurgicis.

C V R A. Si fuerit vitio humorū oculi, tunc neceſſaria eſt ordinatio dietæ ex parte ſex rerū nō naturalium: vt ſupra. Itē digeſtio. Itē euacuatio vſq; ad phlebotomiā neceſſaria videbiẽ. Diuerſio. Et applicatio medicaminū,de quibus dictū eſt in reliquis. Vt ſi fuerint magnificati ex additione humiditatū,tunc applicanda ſunt reſolutiua,& exiccatiua,ut ſupra faciendo euaporationes,et cōſimiliter ſi fuerit ex ſiccitate,cū regimine humectatiuo per omnia.

C V R A. Si fuerit ex parte ſpiritus,tūc præmiſſa ſubtilitate dietæ ſi fuerit debilitas ex multitudine ſpirituum, aut ingroſſatione. ſi fuerit ex eorum paucitate, & reſolutione,& præcipue vtendo aſſiduæ carnibus. Vnde Auic. hic. Et ſcias q; aſſumere carnem aſſidue, ſiue ſit aſſa, ſiue elixa eſt ex eis quæ confortant viſum valde, ita q; remouet debilitatem antecedentē,& ſi quis poteſt aſſumere carnem viperarum decoctam ſecundum modum quo in theriaca,& ſecundum q; diſtinguitur de lepra conſeruat ſanitatem oculi vltimo, aut vtendo ſubtiliantibus, in condimentis etiā ſi fuerit debilitas ex groſſitie ſpirituū, aut ingroſſantibus ſi fuerit ex ſubtilitate ipſorum.

Item præmiſſis digeſtiuis,euacuatiuis, diuerſiuis, &c. vt ſupra.tunc deueniendū eſt ad ea quæ oculos confortāt, ſpiritus groſſos ſubtiliando, ſubtiles ingroſſando,paucos multiplicando,& multiplicatos diminuendo, de quibus omnibus exempla ponentur.

Subtiliātia groſſos,& oculū cōfortātia ſunt collyrium de ſucco fœñ. dcm̄,& indurans oē tale calidū reſolutiuō, & exiccatiuū ut eſt aqua ſublimatiōis aq; factæ ex herbis ocularibus,de qbus ſupra in princ.capli,et multa alia memorabo poſt,& efficacia vt collyrium de fellibus & hmōi.

ingroſſantia ſubtiles, & maxime qui ſunt tales à caliditate rarefaciente, ſiue ſit etiā ex vaporibus calidis acuis ſunt frigida & ſicca ocularia de quibus in principio vt eſt roſa,thucia,anchimonium & huiuſmodi. Vel ſic. ℞. myrobal.kebulorum,citrinorū indorum. ana.ʒ.ij.ſ.belliricorū, emblicorum.ana.ʒ.ij. zucchari.ʒ.v.tere in vaſe lapideo,& funde ſuper ipſa aquā fontis, ſpargendo eā parum poſt parum. & hoc facias per tres dies,deinde dimitte exiccari,deinde poſt hoc ſparge ea ſuper ea diſtillando ex oleo roſ.ſandalis.cubebis,cardamomi.ana.ʒ.ij.ſpodij, macis.ana.ʒ.j.galliæ muſ. ʒ.j.deinde.℞. zucchari tabarzeth lib.j. thamarindorum. ℥. iiij. pruna numero. x.fac ex eis formas ſimiles auellanis: & quolibet mane à. ʒ. ij. vſque ad. iij.cum aqua calida, facit oculos iuueneſcere.

Ad idem ad intra oculum.℞.thuciæ lotæ in aqua pluuiali,deinde in aqua roſ.pluribus vicibus.ʒ.v.fricationis mirabolanorum citrinorum cum aqua roſ.ʒ.iij.licij.ʒ.ij.ſ.zinziber.piperis longi.ana.ʒ.j. aſpergantur cum agreſta,deinde terantur, & fiat alcohol. Et ſic ex datis multa confici poſſunt per intelligentem.

Multiplicatio ſpirituū maxime conſiſtit in regimine ſex rerum non naturalium præcipue in cibo & potu. undé deſiet vti cibis temperatis, aut quaſi tēperatis generantibus bonū ſanguinē,& clarū,& debet ſatis copioſe nutriri vt multiplicet ſanguis q eſt fundamētū ſpiritus. ſeptimo enim de iuuamētis membrorū ſpiritus eſt vapor ſanguinis tēperatus. Vti exercitio tēperato, & cæteris facientibus ad bonā digeſtionē & reſtaurationē ſicut ſit in cōualeſcētibus. Iſta tñ moderari oportet ad diſcretionē medici. Et ſic pcedatur in omnibus ſex rebus nō naturalibus vt in accidentibus animæ gaudendo,& de his oībus dictū eſt ſupra.& habet ſæpe.ij.&.iij.tract. Ex parte autem extrinſecorū oportet vt oculus in ſua cōſeruet ſanitate cōplexionali & cōpoſitionali. vnde aer ſit tēperatus vt poſſibile eſt,quaq; die ſubmergatur in aqua frigida maxime in æſtate,& tepida in hyeme. Item intuere aquam viridē, claram,& nitidam. Itē vaporare oculum aqua decoctionis fœniculi,rutæ,roſ.& ſimiliū cōiunctim ac ſeparatim vt videbitur expedire. Abſtinere ſe à nociuis, & breuiter vti iuuatiuis de quibus in principio capituli. Sanguis fūdamētum ſpirituum.

Diminutio multiplicatorū maxime cōſiſtit in phlebotomia,et euacuatiōe ſanguinis quomodolibet aliter facta, nā ut dcm̄ eſt ſanguis eſt ſpirituū materia. Quòd ſi fuerit cū cōitate totius fiat primo ex baſilica,deinde ex cephalica,& qñq; eſt tanta plenitudo vt primo incipiamus à ſaphena,à pu̇ocatione hæmorrhoidarū, quod ſi fuerit cum cōitate alicuius mēbri ex ſplene facimus phlebotomiā ex cephalica ſiniſtra,& ſic de aliꝭ membris. Quòd ſi fuerit ſine cōitate plenitudo ſanguinis in capite facta phlebotomia ex cephalica facimus pu̇ocationē ſanguinis narū,& venarū frōtis,aut applicamus eis ſanguiſugas. Itē ad hoc cōfert euacuatio iterata cum medicinis ſolutiuis.

Ad extra autē applicari debent calida reſoluentia ipſos ſpiritus de quibus dictū eſt.& dicetur amplius ex eis recitando multa. Auic. Ex medicinis quæ ſenibus bonæ ſunt, & ei cuius viſus debilitatus eſt ex coitu & reliquis eſt. ℞. thuciæ nō ablutæ par.vj.balſami vel olei eius partes. iiij. vini quātum ſufficit. miſceantur. Gordonius. Ad omnē viſus debilitatē & præcipue ex phlegmate,aut melācholiæ abūdantia.℞.puluerís pinearum deſiccatarum in olla obturata vitreata in furno,ita q; nō cōburantur, & fiat alcohol. Ad idem Gentilis.℞.ſuccorū euphragiæ,fœniculi,chelidoniæ depuratorum. ana.℥.vj.ſeminis fœñ. & euphragie.ana.ʒ.iiij.ſemen euphragiæ & fœñ.ſtent in infuſione per diē & noctem in dictis ſuccis,poſtea fricentē manibus,deinde.℞.mellis diſpumati. ℥.vj.& omnia ponanẽ ad ignē,& aromatizentur cum macis,cubebe,cinnamomi,pipis lōgi,garioſilorū tritorū & cribellatorū . ana.ʒ.ſ.deinde. ℞. anchimonij,thuciæ ſparatæ.ana.℥.ſ.ponātur

ad ſolē per tres dies, deinde diſtillent̃ per filtrum & collyrizet̃ oculus, & ſi oportet adde de aqua fœn͂. Item. ℞. thuciæ ignitæ, & extinctę quinquies in vrina pueri, & quinquies in aqua roſ. ℥. iij, balſami optimi. ʒ. iij. vini albi puriſsimi. ℥. j. miſceant̃. Dixit Gordonius experimentū vltimū quo nullum melius ad hęc tpa Deus voluit reuelare. ℞. ſileris mōtani, maioranæ, euphragię, rutæ, chelidonię, fœn͂. ana. ʒ. iij. zinzib. ſpicę nardi, piperis longi, gariofilorū, thuciæ extinctæ, & nutritæ, ſarcocollæ nutritę in lacte aſinæ, ligni aloes. ana. ℥. j. fellis aquilæ, ancipitris, hirci, vnum pro quolibet, balſami. ℥. ſ. mellis roſ. ℥. j. pulueriʒanda pulueriʒētur, conquaſſanda in vltimo cōquaſſentur. ſicut docet ars. & inde fiant collyria. Et ſi fuerit æſtas dimittantur in ſole per. xl. dies quotidie ſemper agitando, & ſi fuerit hyems cōficiantur cum cineribus in quibus calor ſit ſicut gallinę cubantis, et agitentur, ſeruentur in vaſe vitreo & oculis inſtilletur, & eſt tantæ virtutis ꝙ decrepitum facit legere literas minutas ſine ocularibus. Ad idem & fuit Ruffi. ℞. licium & tere cōtritione multa cum ſucco fœniculi depurato vſque dum ſit ſicut mel, & recōde in vaſe vitreo & vtere. Quidam addunt ex felle galli vel perdicis. Ad idem electuarium. ℞. euphragię. ℥. j. ſeminis fœniculi. ℥. ij. ſ. macis, cubebę, cinnamomi, piperis longi, gariofi. ana. ℥. ſ. pulueriʒentur & cribrentur, deinde accipe mellis diſpumati lib. j. ſucci fœniculi, ſucci chelidoniæ coctorum & depuratorum. ana. ℥. ij. coquantur ſucci cū melle donec habeāt ſpiſsitudinē, addātur ſpecies & fiat electuarium de quo accipiatur ſero cum vadit dormitum & mane ieiuno ſtomacho circa coclear vnum & non bibat, & ſi tandem bibere voluerit patiens ſit uinum ſubtile modicum lymphatum. Aliud electuarium. ℞. ſeminis fœnic. lib. j. ſileris montani. lib. ſ. camedreos, radicis chelidoniæ ſiccæ. ana. ℥. iij. ſeminum apij petroſ. ana. ʒ. j. ſ. piperis cinnamomi. ſſ. ana. ʒ. j. pulegij, anethi, hyſſopi, florum abrotani, granorum iuniperi, radicis ſaxifragiæ, euphragiæ, ana. ℥. j. ſ. omnibus cōtritis confice cum melle diſpumato, de quo electuario ſumatur ſero, & mane vt ſupra, lumen deperditum reſtaurat, ſtomachū confortat, lapidem frangit. probatū eſt. Aliud ad idē & fuit Gent. ℞. euſragię. ℥. ij. ſeminis fœnic. ℥. ij. ſ. macis, cubebę, cinnamomi, piperis longi, gariofil. ana. ʒ. ſ. pulueriʒent̃, & accipe lib. ſ. mellis diſpumati, ſucci fœniculi cocti & depurati. ℥. j. ſ. rutę ſimiliter, cocti. ℥. ij. & coquant̃ prius ſucci cū melle. deinde ultimo proijciantur ſpecies, & cum his ſpeciebus & alijs addita zucchari quantitate ſufficienti pro. ʒ. vj. ponendo lib. iij. zucchari. Poteſt fieri confectio quę ad idem valebit. Et ſic multas poteſt curioſus ex datis ordinare. Aromata quibus vti poſſunt patientes ſuper fercula. ℞. ſeminis fœniculi. ʒ. ij. euphragię, ſileris mōtani, maioranę, ſerpilli. ana. ʒ. j. cinnamomi electi. ʒ. ſ. nucis muſc. ʒ. ſ, ſpicę. ʒ. ſ. macis. ʒ. j. ſ. zucchari. ʒ. ij. piperis. ʒ. j. ſ. carthami. ʒ. j. modicum croci, fiant aromata. & ex alijs dictis alia confici poſſunt.

Poſtremo volo duo magnæ vtilitatis in hoc caſu memorare. Vnū quidē in hoc caſu potentiſsimū & expertū. vt ex eius vſu qs reſtaurabit viſum ſemideperditū, ſed ſaltem ex eius vſu quis antiquus nō potens legere ſine ocularibus, deinde legit literas minutiſsimas ſine eis. ℞. euphragiā & ponatur ad bulliendū in muſto uel ſaltē ponatur in vino etiā non nouo & appellat̃ vinū euphragiatū. Item videtur operari ſi cū ouo ſorbili quis accipiet de puluere huius herbę quotidie. Itē ad idem vinum in quo ſteterit enula campana per triduū mirabiliter oculos cōfortat & clarificat. Secundū eſt cauteriū in zendenegi etiā eſt locus capiſtri. Vnde Meſ. de ægritudinibus oculorum in fine, eius iuuamēta ſunt multa & ſublimia. & propter ægritudines capitis frigidas & humidas ſicut ſoda ouum, ſcotomia, vertigo, paralyſis, tortura, catarrhi, & corticæ, & lapſus ad oculos, & cętera talia multa ponit, & modus dādi

Vinum euphragiatum.

dictus eſt ſupra de ſoda, & debet teneri locus apertus vltra. xl. dies, & hoc Meſ. clare ponit. Et hęc de debilitate viſus quantū videtur attinere vt eſt talis per eſſentiam.

CVRA. ſi fuerit vitio ſtomachi purget̃ ſtomachus & confortet̃ & ꝓhibeat̃ ne mandet. Et conſimiliter dicēdum de vnoquoq; alio à quo debilitas viſus prouenirer.

*De nyctilopa ſeu de his qui poſt ſolis occaſum nihil, aut parū uident, aut de his qui de nocte nihil uident.* Rubr. XXXI.

NYctilopa eſt diſpoſitio qua homini poſt ſolis occaſum accidit debilitas viſus manifeſta, cauſa cuius eſt humor oculi, aut ſpirituum groſsities. Vel noctilupa eſt vt euaneſcat viſus in nocte vt videat in die & debilitetur in fine eius, ita ꝙ poſt ſolis occaſum nihil aut parum vident. Fit enim qñq; per eſſentiā, quandoq; per cōitatē à ſtomacho, cerebro, & alijs membris & modum inueſtigandi habuiſti ſupra primo. Et nota ꝙ hæc paſsio accidit eis quibus multiplicantur colores ante oculos, vt Aui. Et cū multiplicant̃ colores, quod appoſui, ga uidi in magiſtro Nicolao Veneto inſigni medico poſt apparētias colorum incidere nyctilopam, & medici iudicauerunt tunc eum pati imaginationes, & incurrere cataractam. & ideo conſidera. Cauſæ ex cauſis primitiuis eſt omne generans humorem groſſum, turbidum, omne inſpiſſans tunicā oculorū vt aer groſſus, cibus melancholicus, vt caſeus ſalſus, caro uaccina, caprina & huiuſmodi.

Antecedēs eſt groſsities humorū vel ſpiritus in toto uel capite. Cōiuncta uero ipſe humor groſſus, aut ſpiritus in oculo ipſo exiſtens. Et eſt quædam ex nyctilopis debilis, quædam fortis, quædam recens, quædam antiqua.

SIGNA eius q̄ eſt à capite vel ſtomacho uel toto manifeſta ſunt ex nocumentis accidentibus ipſis ptibus.

Antiqua cū difficultate curat̃ maxime quæ eſt per eſſentiā, etſi quæ eſt per cōitatē, & ꝑſeuerat eius cura difficilis.

CVRA. cañ. Primus ordinatio dietę. Secūdus digeſtio materię. Tertius euātio eius. Quartus eſt ſubtractio materiæ quæ ad oculū fluxit ſiue eius reſolutio. Quintus eſt ſubtiliatio ſpūum, et eoꝝ multiplicatio, et clarificatio.

Primus cōplet̃ ex aere tendente ad calidum non multum, cibi minoratio, abſtinentia à vaporatiuis, & breuiter ſit dieta tēperata. ſ. ex cibis laudabilibus, bonæ & facilis digeſtionis. Et proportionabiliter dicatur de cæteris, ſcilicet rebus naturalibus. De vino ſpāliter dicendum ꝙ ſimul cū cibis debet aſſumi parū, aut mediocriter lymphatū. Sed hic nota verbū Aui. inquit. Et in potu dat̃ ante cibū vini paucū vetus, & dat̃ in potu poſt digeſtionē integrā. Et Meſ. Et det̃ in potu ante cibum, & poſt deſcenſum eius vinū antiquū bonum purum poſtquā propinaueris ante illud ſuſuf raſienegi quod dicemus poſt. Multi autem eius vſum hoc modo Meſ. cōmendant poſt aſſumptionem alicuius cōfectionis exhibitę ad hoc, de potu autem vini in hoc caſu dicetur in dubijs. Credo tamen pro nunc tenendum ꝙ in declinatione ęgritudinis factis euacuationibus cōferat quod forte intellexerunt auctores.

Scd's ꝑficit̃ ut exigit materia de quo ſupra in. iiij. tract.

Tertius cōplet̃ cū phlebotomia cephalicæ, venarū lachrymaliū naſi appōne ſanguiſugarū, vt ſupra in præcedenti Rubrica ſi ſanguinis multitudo affuerit, & moderatū. vt ſæpe dictum eſt, iuxta illa quæ poſita ſunt de ſoda ſanguinea in principio, tamē dicet̃ aliquid in uno dubiorū culo infra, quia Aui. dicit de baſilica. Quòd ſi fuerit vitio alterius humoris euacua cū pilulis cochijs, hiera & huiuſmodi, vt ſupra. iiij. trac. Itē ad hunc caſū adducant̃ gargariſmata, maſticatiōes, &c. vt ſupra de ſoda phlegmatica.

In cōplēdo quartū oportet uti clarificātibus uiſum, reſoluētibus, et attenuātib' hūores, aut ſpūs groſſos, de qb' & ſi dcm̄ ſit ſatis in ꝑcedēti Rubr. tñ aliqua maxime hoc caſu cōmendanda memorabunt̃. Vnde prius ſi videbit̃

expedire

[illegible] Græcis, Latinis nocturna cæcitudo, [illegible] nuſcitio ſi appellantur.

expedire ſiant euaporationes, vt ſupra cũ aqua decoctionis meliloti, ruthæ & huiuſmodi. Itẽ ex aqua decoctionis epatis hircini, aut caprini. Item aſſetur epar hirci, & colligatur aqua eius ponatur piper albũ tritum incribellatum, & apertis oculis vapor eius recipiatur, deinde comedat epar vel de epate illo, eſt enim optimum. Aliud & expertum. ℞. fellis hædi par. j. piperis par. ij. armoniaci par. iij. conficiatur cum melle. Item ad hoc valet collyrium de fellibus Raſ. Item expertum. ℞. ſucci fœñ. cocti & depurati par. j. mellis & fellis hircini. ana. par. ſ. ſtercoris ſtellionis par. j. quartum, miſce & inſtilletur, ſanat in paucis diebus. ſi Deus voluerit.

Vlterius cõpletur cũ cibis bonis bonũ ſanguinẽ generantibus vt ſupra in pcedenti Rubrica, & cũ confectionibus appropriatis vt diamargariton, diantos &c. vinũ aromaticũ moderatũ et datũ, vt ſupra. Itẽ vſus cubebarum fœñ. kebulorũ cõditorũ. Nocis muſcatæ conditæ recentes ad hoc valẽtes. vt ſupra in principio capituli. et cu ibi.

*De alibar uel algiehar, ideſt de non uidentibus in die.* Rubrica. XXXII.

ALihar, ſeu algiehar in vulgari noſtro dicta ſolana eſt paſsio qua homini accidit vt de die videre nõ poſsit, & lumen ſolis fugiat.

CAVSA cuius eſt ſubtilitas ſpirituũ paucitas eorum cum raritate ſubſtantiæ oculi, & tunicarum eius. Nã ſpiritus eorum reſoluitur cum lumine ſolis. Auic. Et propter hanc cauſam catti, bubo, noctuæ &c. melius vident de nocte, & de die non poſſunt videre, & à quibuſdam hõ ... tur egilopa contraria noctilope.

CVRA ergo in hac eſt cõtraria dictæ. Sit itaq; impinguatiua, humectatiua cerebri, & etiã totius, & ſpecialiter oculorum. pro quo recurras ad dicta in iij. tract. & bibat vinum rubeũ non dulce. Nã in ſummula Auic. dicit. Cura eſt addere in humectatione, & in ingroſſatione ſanguinis. Et pro regimine ex parte aeris notum q; mane ſurgere in aurora ad loca fontium vel aquarũ & in quadriuijs eſt quid ſingulare in caſu. nam aer in aurora maxime humectat ſpecialiter in locis dictis. In oculis ponat aquã roſ. cum ſucco ſolatri mixtam, & gummi arabicum, dragagantum, pſilium. Iſta enim omnia inſpiſſant ſpiritum, & tunicas raras. Item ſæpe aperiantur oculi in aqua frigida, & eſt iuuatiuum valde, vt ſupra de debilitate viſus.

*De corrupta operatione uiſus. & primo de imaginationibus.* Rubrica. XXXIII.

COrrupta viſio eſt uiſio qua oculus in uidendo trãſcendit proportionabilitatem conuenientem humanæ viſioni, aut quia ex nocumẽto in oculo exiſtente tollitur eius forma.

CAVSA cuius eſt uapor aut humiditas in oculo exiſtens, aut ueſtigiũ occultum in cornea ſucceſsione ophthalmiæ, variolarum, aut alterius ulceris factũ. Tunc trãſcendit viſio proportionaliter qñ quæ oculus humanus non debet uidere, uidet. Exempli gratia ut oculus aquilæ, nõ. n. homini cõuenit uiſus, ita fortis ut uideat corpa atomalia in aere. nam ex eorũ uiſu multũ nocent in uidẽdo. Nec ſimiliter debet videre vapores in oculo eius exiſtentes vt propinquus imaginationibus, & fortitudine viſus.

Et dicit tolli forma uiſionis qñ oculus iudicat ſe videre quod non eſt, vt muſcas uolare extra, & res extra in gyrũ verti ex vaporibus exiſtentibus in vija ſpirituũ, vt dicit de vertigine. & ſimiliter iudicat aliqd intus quod eſt extra vel ecõtra. Et obiecta iudicat perforata ex uapore opaco fixo vel humiditate nõ peruia cadente ex oppoſito centri pupillæ ad intra latera pyramidis radioſæ. Et modũ corruptionis expreſsit Auic. ſecũda primi. doc. tertia. iij. cap. ſ. illo. Operationum vero nocumẽta ſunt ſecundũ tres modos. Quidã ſubtrãſcendere proportionaliter intellexerunt iſtũ modum, ſed ſic poſui, vt clarius & forte verius res aperiat, tales autẽ iudicant ſe videre colores in aere celeſtinos, nigros aut alterius coloris, cuius cauſa ut dictum eſt, aut eſt ſtatio rei nõ perui ę inter glaciẽ, & inter ea quæ vident, & talẽ rem non cõprehẽdit niſi qui eſt fortis uiſus ægredientis cõſuetudinẽ. Nam fortis viſus comprehendit debile & occultũ ex rebus quę volant in aere ppe uiſum, quæ ſunt ex formis à quibus aer non euacuat. Itẽ eſt alia cauſa quæ ſumit ex parte tunicarum, ut quia ſuper corneã eſt veſtigium occultum quod ex variolis remãſit, aut ſucceſsiõe ophthalmiæ, aut bothor, vnde locus in quo eſt nõ eſt peruius, & ſic iudicatur eſſe extra quod intus eſt. Itẽ & tertia ex parte humorũ, qa accidit malitia humori, aut ex parte cõplexionis frigidæ, aut calidæ, aut ſiccæ, ppter quod humor ipſe reddat imperuius & mutet in colore, & ſic iudicet oculus eſſe extra quod eſt intra. Et diuerſificãtur iſtæ imaginationes in quãtitate, quia quædam paruæ, quędã magnæ. Itẽ in eſſentia quædã groſſæ, quædã ſubtiles, & occultæ, quędã raræ, quędã ſpiſſæ nebuloſæ, quædam in figuris granuloſæ, quædam tunicales, quædã muſcoſæ, quædam filoſæ, capillares cum longitudine.

SIGNA ſi ex fortitudine viſus, tunc imaginationes ſunt leues & non ſecundum vnum modum & figurã vnã, imo aliquando viſus eſt ſanus, licet imaginatio aliquo modo ſequatur ipſum.

Signa ſi fuerit vitio corneæ tunc figitur imaginatio & non fit in ea additio & non accidit nocumẽtum in oculo præter illud.

Signa ſi ſit vitio albuginis tunc imaginatio durat tempore longo & non facit in viſu nocumentum magnum, & ſi ſit ſucceſsione ophthalmiæ acutæ, aut ſucceſsione frigiditatis, aut caliditatis, & non inuenitur tunc nocumẽtum in cornea, imo eſt terſa, clara.

Signa factæ propter vaporea ſtomatichos cõmouẽtur cum vaporoſis, & apud repletionẽ & digeſtionẽ, & apud motũ vertiginẽ, ſcotomiã, & non morat ſecundũ diſpoſitionẽ vnã, imo augmentat & diminuit, & nõ appropriat vni oculo tantũ, imo fiunt in ambobus, & ſi cum his eſt nauſea verificatur ſignificatio q; eſt à ſtomacho.

De ſiccitate albuginei dcm̃ eſt ſupra de debilitate uiſus.

PROGNOSTICA. Quãdo cõtinuat ſanitas oculi eius qui habet imaginationes ſex mẽſibus eſt ſecundum plurimũ in ſecuritate. Itẽ imaginationes quæ ſunt antecedentes aquã non ceſſant gradari etiã conturbatione viſus uſquequo deſcẽdit cum eis aqua ſubito, & raro pertranſeunt ſex mẽſes. Cum autẽ vides imaginationes remoueri & redire & addi & minui, ſcias q; non ſunt aquoſæ, cum aquoſarum tempus prolongat & non cõtinuatur in debilitate viſus, ſcias q; ipſæ ſiunt non aquoſæ.

CVRA huius diſpoſitionis magis ex parte ſui dependet ex dictis de debilitate viſus & dicendis de cataracta hinc ſic ſatis breuiter pertranſibo de ipſa.

CVRA factæ ex humiditate qua timetur euẽtus cataractæ. Ordinetur primo dieta. nam oportet vitare piſces, cibos euaporatiuos, & humores ingroſſantes, plurimum potus aquæ & vini, ſit enim vinum lymphatum, & regimine ad ſiccum tendente vtatur.

Secundo digeratur materia ut ſupra de ſoda phlegmatica. Quòd ſi cũ cõtrate ſtomachi digerat cũ eiſdẽ addendo quę ſtomachum cõfortãt, de quibus infra ſuo capitulo.

Tertio euacuetur materia cũ appropriatis, & quia ſtomachus ſemp fouet hãc diſpoſitionẽ, ideo primo habeat reſpectus ad mũdandũ ſtomachũ, & ideo dicebat Auic. Oportet vt incipias & mũdifices corpus & pprie ſtomachũ. Et hierapigra mirabiliter operat & pilulę aureæ, & medicamẽta in qbus ponit centaurea. Et hic notet cãn. ſupra poſitus de ſoda, & hic memorat etiã ab Aui. & eſt. Et oportet vt ſit mundificatus per hierãpigrã & pilulas aureas ſecundũ ſemitã mundificationũ frequẽtiũ valde.

De euacuatione aũt per phlebotomiã dicendũ ꝙ poſtponẽda eſt quãtũ eſt poſsibile, & maxime frequẽtia eius. Et vẽtoſatio, neq; fiat niſi apud vehementẽ neceſsitatẽ vt cũ ſanguis ſit plurimum calidus & huiuſmodi. laudaẽ tamẽ phlebotomia arteriarũ poſt aurẽ, præſertim cum per arteriaa, & venas materia fluxerit ad oculos, vt ſupra de ophthalmia, & hoc in principio. Vnde Aui. Et cõfert in principio aliqua phlebotomia arteriarũ poſt aurem. Et ſimilr cõfert appoſitio ſanguiſugarũ ſup tpa cõfert in initio ſui.

Quarto fiat diuerſio quæ eſt etiã euacuatio cum gargariſmatibus, maſticatorijs, ſternutatorijs, vt ſupra de ſoda phlegmatica facta mundificatione prius & reiterata. Vbi aduertendum ꝙ ſternutatoria ſunt ſuſpecta. Vnde Auic. ex ſternutatorijs vero in quantum purgant ſperatur iuuamentũ, & ex parte laborioſi motus earum timetur ex eis motus aquæ & proprie ſi eſt cadens ſub neruo, aut prope ipſum quare ſecurius eſt dimittere.

Quinto fiat applicatio primo medicaminũ leuiũ, et nõ fortiter reſoluẽtium ne reſoluaẽ ſubtile. Itẽ oculus melius habilitaẽ, vt eſt collyriũ factum ex melle, & fœniculi ſucco depurato vt de debilitate viſus. Itẽ poteſt fieri reſolutio p odorãtia, ut eſt odor maioranę, rutæ & huiuſmodi.

Sexto procedaẽ cum fortioribus reſolutiuis oculũ cõfortantibus. Vnde Aui. Deinde gradatim perueniatur ad medicinas cõpoſitas, & ad hoc maxime valent collyria dicta de debilitate viſus reſoluentia, & inter illa fortius nominatur hic ab Auic. collyrium de fellibus. Quod ſi plura cupis perquire. nam in de cataracta multa ponentur, neq; iſta debent applicari niſi poſt euacuationem. Vnde Auic. Et neq; utaris abſterſiuis faciendo alcohol niſi poſt mundificationem.

C V R A. Si cũ imaginatiõibus fuerit ſiccitas ingroſſans & cõdenſans humiditatẽ aliquã vel vaporem ꝓpter quod lædeẽ oculus in ſius operationẽ, tunc vtendũ eſt regimine humectatiuo applicando oculo quæ humectãtur de ophthalmia, de debilitate, & cõſtrictione pupillæ, & alibi per rubricas multas dictum eſt. & ibi recurras.

C V R A. Si fuerint per cõmunitatem à ſtomacho à toto vel ab alio membro, tunc ſeruentur canones ex parte dietæ, euacuationis, et digeſtionis, ut dictum eſt, ſed ſtomachus ſemper habeatur ſuſpectus, ut dictum eſt. Et tu bene conſidera.

## De ablata operatione viſus. Rubr. XXXIIII.

Ablatã viſio eſt quod oculus videre non poteſt ex cauſa contingente in humoribus eius tunicis, aut vijs ſpecierũ, aut ſpirituũ viſibiliũ. Et dicit in rubricis, quia aliqñ à vehementi ſiccitate exiccanẽ et corrugantur, ita vt uiſus omnino deſtruatur, & appellatur hæc ægritudo glauconica, & non eſt ei medicamen, aliquãdo tunica vuea nimium dilatatur, aut conſtringitur vt amittaẽ uiſus, de quibus ſupra. Similiter corneæ accidit apoſtema impediens trãſitum ſpecierum, aut pãniculus ſuper eam creſcit cooperiens eam, vnde & uiſus perditẽ. Aliqñ humores eius alteranẽ, ita vehemẽter à mala cõplexione, vt viſua perdaẽ, perditur autem viſus à caſu, percuſsione, vulnere facto pro quibus ad chirurgiam currendũ. Poſtremo duabus de cauſis viſus amittitur, quarum curam ſic ſpecialiter intendo. Prima eſt oppilatio aquoſa cadens inter albugineum, & corneam ante pupillam vel in ipſa pupilla, & dicitur catarrhoſa. Secunda eſt oppilatio cadens in neruo concauo magno optico. Et dicitẽ gutta ſerena. De cura autem diſperſionis eius ex alijs cauſis dictum eſt ſupra in capitulis ſuis.

## De cataracta. Rubrica. XXXV.

Cataracta idẽ qđ græci ὑπόχυμα, ac ὑπόχυσ

Vnde cataracta eſt humiditas extranea phlegmatica, uel melãcholica ſtãs in foramine uueæ inter humorẽ albugineum, & ſyphac & corneã, quare ꝓhibet penetrare formas ad viſum. Vnde cũ operator aſpicit in oculo patientis cõprehendit ante pupillam humiditatem non peruiã diuerſorum colorum, de quibus infra.

[illegible] cũ Auic.

C A V S Æ. Hanc autem dicunt quidam generari ex vaporibus eleuatis à ſtomacho vel alibi pulſis ad locum dictum, & ibi à frigiditate oculi in humiditatẽ conuerſis. Alij ex ipſa humiditate à cerebro ad locum pulſa, ibi retenta non reſoluta vel non alibi pulſa. Et ex deſcriptione Aui. locus eius de quo eſt dubitatio nota parua quę ꝑſcrutabitur in dubijs. nam cõmuniter dicitur ipſam generari ante pupillam inter ipſam, ſcilicet & corneam.

Diuerſitatem quidem multiplicem accipit. Primo ex parte nominum, ut in principio ſui dicitur imaginatio, qa facit imaginari res quæ non ſunt, vt colores in aere & huiuſmodi. et ideo dictum eſt ꝙ imaginatio eſt principium ad cataractam. Quandoq; dicitẽ ſuffuſ & aqua ſeu gutta, quia apparet vt aquæ gutta. Quãdoq; dicitur cataracta ad ſimilitudinem cataractarum cœli. nam ſicut cataractę cœli lumen ſolis prohibent, ita & hæc lumen oculi.

Imaginatio p̃ncipiũ ad cataractam.

Secundo diuerſificaẽ ex parte quãtitatis eius, quia aliqñ eſt tantę quãtitatis ut faciat oppilationẽ completam pupillæ, & tunc eſt ex toto viſus ablatus ſaltem quo ad diſcernendum. Aliquando eſt faciens oppilationem non completam, & tunc res videtur ſecundum illam partem quæ non eſt oppilata, vt ſi eſt ſecundũ medium eius medietatẽ obiecti cõprehendit, ſi ſecundũ partẽ ſuperiorẽ, ſuperiorẽ tantum cõprehendit, & ſi eſt recte in medio iudicat rem perforatã ut in præcedenti rubrica, & ſic de alijs.

Tertio diuerſificaẽ ex parte ſubſtãtiæ, quia quædã eſt ſubtilis, & tũc videnẽ res, ac ſi eſſent obnubilatæ, vt ſicut ſi pannus eſſet ſuper oculũ. Quædã eſt ita groſſa, ꝙ tunc formæ rerum neq; radius, neque ſol comprehenditur.

Quædam media quæ cõprehendit lumen, & ſolem, & tunc videtur oculo videre radios aſcendentes, & deſcendentes. Prima non recipit curam cum acu, quia acui cedit per eius liquiditatem & teneritatem. Secunda etiam curã nullo modo recipit, quia facta eſt nimis adhærens & partibus oculi inuiſcata. Tertia vero curæ cum acu eſt ſuſceptibilis, & poteſt cum medicinis curari vt infra.

Quarto diuerſificaẽ ex parte qualitatis, quia coloris, qa alia eſt margaritalis alba, aut alba ad viriditatem declinans. Alia citrina. Alia aerei coloris. Alia nigra. Alia cinericia. Alconi plures ſpẽs ponit, qa vltra has addit rubealẽ, argentinã, vitrealẽ. Ieſus vero addit aliã ſimilem argento viuo, aliã ſimilẽ laudano, ſed ex omnibus ſpeciebus illa q̃ eſt magis receptibilis curæ ex parte coloris eſt aerea, & alba margaritalis, quæ ad viriditatẽ parũper declinat & ad citrinitatẽ cum intenſione. Hæc Auic. Gipſea, viridis, nigra, plumbea, citrina, cum acu curam non recipiunt.

Quinto diſtinguitẽ, quia quædam eſt confirmata, quædam non. cõfirmata eſt illa quæ eſt multi tẽporis per quã ex toto tollitur uiſio, ita vt neq; radius, neq; lumen cõprehendatur. Non confirmata vero eſt quæ non eſt multi temporis, in qua cõprehenditur conturbatio pupillæ, & minoratio pupillæ valde, & eſt pro tone comprehenſio idolorum, & phantaſiarum in aere, vt dictum eſt. Et vt comprehendatur confirmata à non confirmata ponentur ſigna diſtinctiua, & dicemus cum Auic. Confirmata eſt illa cui non eſt cura conueniens niſi cum inſtrumento. Et dictum eſt niſi cum inſtrumẽto, quia in non cõfirmata cura cõueniens eſt abſq; inſtrumẽto cũ medicinis vt infra.

S I G N A confirmatæ ſunt. Primum quod dictũ eſt, quia coloris eſt margaritalis, albe, vt ſupra. Secundum qa ſi clauſo oculo digito premiẽ oculus cũ aliqualiter circunducitẽ digitus quo facto aperiaẽ ſubito oculus, tunc cõprehendeẽ ſi eſt cõfirmata. nã ſi comprehendetur per illam compreſſionẽ factã ꝙ ſit diuulſa, & redeat ad ſe hoc eſt ad naturalẽ diſpoſitionẽ quã prius habebat, tunc eſt cõfirmata, ſi nõ redibit & diuulſa remanebit, tũc eſt nõ cõfirmata. Et poteſẽ canon. Auic. inquit, uerũtamen

huius experiētiæ aſſiduatio eſt ex eis quæ conturbāt aquā & facit curā cum inſtrumēto difficilē. Nota cōtra illos q multoties volunt facere hāc experientiā. Aliter alij ponūt in oculo bōbicē bene carminatū, & fortiter ſufflāt in oculo, & tunc ſi ſeparaē cataracta & redit ad primum ſtatum eſt ſignū cōfirmationis. ſi vero nō, nō. & quidā cum ſola ſufflatione forti eaperiunē, idem. Tertium ſignū cōfirmationis eſt qm̄ clauſo oculo non læſo videē dilatari pupilla alterius, & ex cōſequenti cataracta. Quartum ſignū, qm̄ in cōfirmata cōprehendiē luminis claritas, et ſol, in groſſa vero non ſubſcibili acui, vt dictum eſt non cōprehendiē ſol, imo nihil omnino videē. Et ſi operator cum acu eam deponet redibit ſtatim & non ſtabit depoſita. Et quidā ex tempore quadam viſibili cōiecturatione arguunt eius confirmationē dicentes quæ eſt vnius anni vel. a viij. menſium vel circa eſt cōfirmata. Et multi cupientes cito videre quærunt eius confirmationē artificialem, quos piget expectare eius confirmationē naturalem. Quod cum facere voluerimus faciamus patientē vti piſcibus, lagania, & cæteris cibis phlegmaticis, de quibus in. iij. tracta. Et vti vino & alijs præhabitis in cura eius. & hoc eſt quod Aui. volebat cum inquit. Et quando voluntas adeſt vt fiat cura cum inſtrumento præmittitur habenet vt outriatur piſcibus recentibus & cibis humectatiuis.

C V R A. In prima ſeruentur canones. Ordinatio dietæ. Digeſtio, euacuatio, reſolutio, & conſumptio materiæ tam fluxæ, & aggregatæ.

Primus perficitur cum debito regimine, vt q declinet ad latus caliditatis, & ſiccitatis. Euitet omnia vaporoſa & groſſos generantia humores vt ſunt ſaliæ, caſeus, caules. & huiuſmodi: etiam uiſui nocētia, vt ſunt ſupra poſita in principio, & acrumina omnia vt cæpe, vinū ſuper omnia, & maxime potēs: & omnia acuta vt ſinapis & huiuſmodi. Et in ſumma ſit pauci cibi & potus & præcipue ſero. Et vtaē poſt cibum rebus reprimentibus vapores vt coriandro, citonio cōfectis. Vtaē aſſatis magis, cibis temperatis declinantibus ad calidum naturaliter, & artificialiter. Vnde poſſent cum his ſpeciebus condiri. ℞. piperis longi. ℥. ſ. cinnamomi. ℥. ſ. cardamomi. ʒ. iij. croci. ʒ. ſ. vel ex alijs condias, de quibus ſupra in principio capituli, vt uidebitur expedire. Digeſtiones. & euacuationes iteratę & iteratę fiant vt ſupra de ſoda phlegmatica. Tu tñ in digeſtione vtere ſimplicibus ocularibus vt in de debilitate viſus dictum eſt. Conſimiliter de diuerſione.

Reſolutio autē & conſumptio ſiue exiccatio fiat cum his quæ poſita ſunt de debilitate viſus fortia vt eſt collyrium de fellibus. Raſ. in ca. de cataracta. Ad idē. ℞. aquæ rutæ. ℥. j. ſerapini. ʒ. j. fellis hirci, aut hædi. ʒ. ij. ſucci fænī. ʒ. iij. mellis. ʒ. ij. & eſt optimum. Aliud Sabor regis medicorum & expertū. ℞. fellis hircini exiccati in vaſe æneo, & granorum lauri excorticatorum. ana. ʒ. v. ſerapini. ʒ. j. gummi. ʒ. ſ. fiat collyrium cum ſucco chelidoniæ & vrina pueri non polluti, & melle. Ad idem valēt collyria poſita in Rubrica de vngula. Item aqua fænī. maioranæ, chelidonię, rutę. ana, in quibus diſſoluatur parum croci, & quadruplum antimonij, diſtillentur per filtrum.

Puluis multum cōmendatus & præcipue à Placentino ℞. fel capræ. gruis, omnia iſta miſceantur ſimul in ſcutella vitreata cum. ℥. j. thuciæ. ʒ. ſ. armoniaci, quæ omnia trita, & cribellata ſint, quibus addatur ſucci chelidoniæ, rutæ, fænic. ana. ℥. iiij. hæc omnia in vaſe dimittantur in ſole per quatuor dies, deinde hic puluis teratur ſuper marmore, & vſui reſeruetur. Vel aliter operare pulueribus dictis, adde vini albi vel rub. diſtillētur omnia ad alembicum, deinde dimittanē in vaſe vitreo per quatuor dies in ſole, & tūc ſit vſus eius. hæc enim mirabiliter pānum deponunt. In hoc caſu etiam cōmendanē confectiones, electuaria, iniectiones collyriorū, de quibus in Rubrica de debilitate viſus. Ad idem. ℞. ſucci fænic. depurati, ſucci rutæ, chelidoniæ. ana. ʒ. ſ. mellis lib. j. reducantur ad ſpiſſitudinem, deinde addatur euphragiæ. ℥. j. ſ. ſeminis fænī ℥. ſ. gariofil. piperis longi, macis. ana. ʒ. j. miſceantur. Doſis eſt coclear medium quādo itur dormitum, poſt quod bibatur aliquid vini puri, & ſunt Gentilis.

C V R A. In cōfirmata eſt dum eſt iniectio curæ cum acu. Oportet primo cōſiderare tēpus cōueniens, & aeris diſpoſitionē. Secūdo dietā. Tertio digeſtionē. Quarto euacuationē. Quinto inſtrumentū. Sexto manualē operationē, & locū. Septio repercuſſiuorū in principio applicationē. Et retractionē uirorū valentiū à cōſimili operatione.

Quantū ad primum dico cum auctoribus medicinę q tēpus cōueniens debet eſſe clarū, quietum, ſerenum, ſeptētrionale, vt dicit Ieſus hora tertiarum: de menſe Marij, vel Septembris vt Acanamoſali. Et cauſam reddit', quia tūc non ſunt caliditates, aut frigora exceſſiua, neque tonitrua; neq; nubes, luna decreſcēte, & non in ariete peragente.

De dieta dicendum q debet eſſe ſubtilis, ciborum facile digeſtibilium, paucæ quantitatis, non vaporoſorum.

Digeſtionem prius faciat cum euacuatione iterata. Et ſi expedit phlebotomia fiat illa, ſed ipſius neceſſitas prius bene cōſideretur, quoniam in hoc caſu ſubtractio ſanguinis ſi non foret neceſſaria eſſet nimis nociua, & in hoc errant trufatores, quia non faciunt euacuationes debitas.

Medici teufatores qui.

Inſtrumentum placuit Beneuenuto a caramoſali de aureo, Guidoni vero, & Placentino magis de ferro bene tractabili, & quia non eſt ſuſpitio tanta de eius fractione. Itē videtur q ſit potentius ad deponēdum, cætera vero ſunt magis curioſa, & de ipſo acu in dubijs.

Quantū ad ſextū dico q patiens antequā manualis fiat operatio, debet mane bona hora clyſterizari, & ſup frontem, & circa tempora poni emplaſtrū conſtrictiuū, phibens fluxū humorū, & ſupra nuchā poni vētoſa, & debet eſſe tunc ieiunus, & cōſtituaē in loco tēperati aeris, & non multū luminoſi, ſed bene clari, deinde ſedeat ſuper ſcāno. Et retro ipm̄ ſit aſtans tenens caput eius, operator ſedeat ante ipm̄ amplectēs genua patientis cum tybijs ſuis & cū manu aperiat oculū in eo fortiter ſufflet, ſed prius maſticet fœniculū, & tunc pcipiat vt aſpiciat verſus naſum, & in illo ſitu oculū firmō teneat. Tunc in noīe Ieſu intromittat acum in cōiunctiuā deuiādo à venulis eius, & tunc retorquendo acum intromittat eum vſquequo eum viderit in loco vacuo ante pupillā. Et tunc vertat acū verſus corneā, & ipſum impellat ſuauiter vſq; ad pupillā, & tunc applicando, & cōprimendo acum deponat cataractam, & poſtquā depoſuerit eā teneat eam depreſſam cum acu vſquequo diceret vnū miſerere, vel tria pater noſter, & totiēs cū acu capiat qđ inferius remaneat. Caueat tñ ne dilaret vueā, & ledat cryſtallinū. Et his factis extrahat acum voluēdo ſe ſicut fecit intromittēdo. Quo extracto ad artis decorē oſtende digitū vel aliqđ tale vt videat ſtatim, & nō tardes in his viſionibus. Deo data laude ſuperponaē repercuſsiuum ex albumine oui cum aqua roſ. & modico camphoræ cū bombice. Meſ. vero ponit uitellū oui cum oleo roſ. & Auicē. cum oleo viol. cum puluillo ex bombice, ſed habeo oleū ſuſpectū, quia inducit mordicationē. Quidā addūt bolū ar. Deinde ligenē ambo oculi ut unus alium nō moueat, & ponaē in loco tenebroſo, & deducaē ad lectū qui ppinquus ſit ei ante operationē ne ex motu agiteē, & tūc ponaē plane ad lectū in quo quieſcat, deinde ſuperponantur ſpatulis poſt oculorū ligationē immediate vētoſæ duæ cū extractione ſanguinis ab. ℥. ſ. vſq; ad. iij. inſpecta ætate habitudine & corporis virtute, & cerebri. Et ſit accubitus ſuper ceruicē, & collum capite leuato, & tunc ea die modicū, & modicum comedat, quia nō maſticet. Et nō ſoluatur ligatura vſq; ad tertiā diem, q ſi affuerit dolor, & remuteē in craſtinū, ita tñ q oculus non aperiatur: aut tertio die remutetur bis in die abſq; apertione oculi, & ſi dolor ex toto ceſſauerit, pōt tūc loco albumi-

nis poni vitellum oui, vt Meſ. & Auic. placuit enim ipſis vt de tertio in tertiũ fieret ſolutio tantũ, & fieret in omni mutatione prius euaporatio cum aqua roſ. ſalicis, cucurbitæ, virgæ paſtoris, & ſimilibus, & poſtea poſitio vitelli ouorũ, vt dictũ eſt. Moderni operatores quos vidi hęc non ſeruãt, & ſuccedunt, ſed ſi fieret quod dicũ hi uiri credo optimum. Trãſactis vero nouem diebus diſſoluantur oculi, & lauentur aqua frigida, vt ad ſuam redeant operationem. Quòd ſi contingat cataractã nõ fuiſſe depoſitam bene reuertatur operator ad eandem operationẽ per idem foramen. Quidam ſunt qui diſrumpunt inferiorẽ partẽ corneæ, & extrahunt aquã ſiue cataractã per eam, & hoc eſt in quo eſt timor, quoniam cum aqua quãdo eſt groſſa egreditur albugineus. hæc Auic. in fine de cura eius. Sed quid dicemus quando cataracta eſt in principio, & ſubtilis. & hic eſt locus ſpeculationis. & tu cõſidera. Extractio autem aquæ ab illis gręcia illo modo fiebat, nam in foramine ponebam acum, cannulã, & ſugendo extrahebant, ſed timor eſt vt Auic. & tu conſidera.

Notentur hic ſeptẽ. Primum ꝙ talis operatio per viſum multo melius ꝙ̃ per doctrinam adipiſcitur. Secundum ꝙ cauterium factum in zudenegi de quo ſępe dictũ, eſſet ſingulare remediũ, aut cauteria facta in fronte ſecundum rugationẽ cum ferro igneo vſq; ad profundationem oſſis. nam vt dixit Placẽ. plus alijs rebus vtile inuenitur.

Tertium ꝙ oportet hic eſſe obedientia magna ex parte ægri, aliter neq; per inſtrumentũ, neq; per medicinas curabiẽ. Quartum ꝙ alia prius tententur ꝙ̃ ad cauterium veniamus ſaltẽ in principio rei cum medicinis. Quintũ ꝙ cataractæ non debet quæri depoſitio in homine habẽte oculos malos, aut dolorẽ in capite, aut oculis, aut aſsiduas ſternutationes, vel deſcenſum reumatis, vel uomitũ, aut aliquã aliam egritudinẽ moleſtã, quia periculum eſt de cõmotione cauſæ antecedentis. Sextum ꝙ cataracta quæ fit à caſu, aut percuſsione non eſt laudabilis, quia humores oculorum ſunt transfuſi. & ideo poſt eius diſpoſitionẽ parum, aut nihil vident. Et huius ſentẽtiæ fuit Ieſus, & Alcoatim, & ſic cõpletur octauus cañ. Septimũ ꝙ in opere remouẽdi cataractã quomodocũq; non debet homo ſe ſecurare, quia medicinæ parum proficiunt, & operario manualis eſt deludoſa, præcipue non bene iudicata, & cum non ſequitur cura. nam promiſsiones medicinarũ ſunt magnæ, & paruæ operationes, & ideo valentes viri operatione ſpecialiter cum ferro curſoribus reliquerunt. probat tamen Auic. ipſam in principio curari poſſe regimine dietæ, vt dictum eſt in principio per experientiam quam vidit in homine ſeruante ea quæ dicta ſunt. Quòd ſi ſtomachus fuerit in eam rectificetur cũ digeſtiuis, euacuatiuis, confortatiuis, vt ſupra ſæpe.

## De *gutta ſerena.* *Rubrica.* XXXVI.

GVtta ſerena eſt diſpoſitio in qua oculus non videt ex oppilatione cõtingẽte in neruo cõcauo magno, ſcilicet optico propter quã prohibeẽ delatio ſpecierũ viſibiliũ, & tranſitus ſpiritus viſibilis in quantitate conuenienti ad oculum & oculus videtur clarus, & ſerenus. Et dicitur tranſitus ſpiritus, quia tenẽdo ꝙ viſio fiat in cryſtalloide deberet oculus eo caſu videre, quia nihil videtur impedire, ſed patet ꝙ prohibitio ſpiritus in quãtitate conuenienti ad viſionem propter oppilationem eſt cauſa huiuſmodi, relinquo ſpeculatoribus. Hæc paſsio curam nõ recipit niſi per mundificationes, dietam, & cætera quæ dicta ſunt in cura cataractæ cum medicinis, & tu ad ea recurre. nam habebis ibi illa.

## DVBIA.

### *Dubium de vomitu.*

DVbitatur circa prædicta primo. Vtrũ vomitus conferat in paſsionibus oculorũ. Quòd ſic, quoniã quod clarificat viſum iuuat, ſed vomitus eſt huiuſmodi. quarta primi cap. de vomitu. ergo. Confirmatur, quoniã quod educit materiã, & fumum nocentes oculis confert, vomitus eſt huiuſmodi, vt allegato loco. ergo &c. In contrarium illud nocet oculis in cuius actu eorum ꝓcuratẽ cuſtodia, quia alter eſſet fruſtra, ſed in actu vomitus precipiẽ oculos ligari cum duabus pilis rotundis, vt quarta primi. alleg. cap. & iiij. Almanſ. ergo &c.

Item ex vomitu fit tractio materiæ verſus partem patientem & cõmotio fluxus materiæ ad oculos. ergo &c.

In hac dubitatione reperiunẽ auctores in verbis ſuis diuerſificari, vt. 131. differentia. Sed in ſumma tenendũ ꝙ vomitus nocet in paſsionibus oculorũ talibus per eſſentiã qualitercunq; fiat. & hanc concluſionẽ probant rõnes poſt oppoſitum, & eſt ſententia Halyab. j. theo. Secunda cõcluſio ꝙ in paſsionibus oculorũ talibus per cõitatẽ, & ſpecialiter à ſtomacho eſt vomitus conferens. & hanc ꝓbant rõnes ante oppoſitũ. Tertia cõcluſio ꝙ vbi materia quæ eſt in ſtomacho læderet oculos multum, tunc melius eſſet dimittere vomitũ, & ipſum per ſeceſſum educere, patet. nam in fieri multum læderent oculi. & ideo Gal. iiij. interiorũ. in habentibus ſuffuſionem oculorũ, & ꝓprie à ſtomacho exhibebat hieram pigrã. Quarta cõcluſio ꝙ huiuſmodi vomitus debet eſſe facilis non fortis, non frequens, & in corporibus præparatis, patet. quia aliter ſequutur inconuenientia dicta poſt oppoſitum. & tu conſidera. Et forte hoc intellexit Auic. de cura debilitatis viſus cum dixit. Vomitus autem qui minus eſt ex eis quę conferunt, ſed laborioſus nocet valde.

### *Dubium de phlebotomia in ophthalmia.*

DVbitatur ſecũdo. Vtrũ in omni ophthalmia competat phlebotomia cum quædã ſit phlegmatica, vt dicebaẽ. Et videtur ꝙ ſic auctoritate Aui. inquit. De cura cõi ſpecierum eius. Et phlebotomia ex cephalica eſt cõueniens omnibus ſpeciebus. Et pro iſto eſt Raſ. ix. Almãſ. ca. de ophthalmia. inquit. In principio vero curationis ophthalmiæ minuẽda eſt cephalica, & ſubdit. Quãto fortior fuerit ophthalmia tãto plus eſt minuẽdum de ſanguine, Pro eodẽ Meſ. de ophthalmia. Phlebotomia autẽ ex cephalica cõueniens eſt omnibus ſpeciebus eius: & ꝓprie ſanguineæ. Ad oppoſitum arguiẽ ex cañ. cõi. quarta primi. de phlebotomia. Caue ne ęgrũ. Nã q̃dã eſt cholerica, q̃dã phlegmatica, nonnulla eſſe põt meſtca.

Ad dubium reſpondeẽ ponendo cõcluſiones. Prima ꝙ in ſanguinea cõpetit. patet. Secũda ꝙ in cholerica, aut phlegmatica, vel melãcholica, vbi fuerit mixtio cum ſanguine cõpetit, patet. quia diuerſio fit, & ꝓhibitio augmẽti apoſtematis, & has duas cõcluſiones uoluerũt auctores allegati &c. Tertia cõcluſio ꝙ materia iam fluxa nõ exiſtente in toto plethoria, aut alia re indicante phlebotomiã poteſt competere phlebotomia, & cauſa, quoniam materia quæ eſt peccans ſecundum maximã partem in venis cõtinetur, ſed phlebotomia maxime euacuat materiam in venis contentam. ergo. Et pro iſta cõcluſione faciũt quæ dicta ſunt ſupra de lethargia. & tu ad illa recurras. nam hæc cõcluſio eſt mere probabilis. Et pro iſto vide etiam quæ dicta ſunt de dolore capitis in dubijs.

### *Dubium de lachrymis.*

VTrum lachrymæ natiuæ recipiãt curam, ꝙ non. Auic. ca. de lachrymis. Quæ autẽ natiuæ ſunt, aut propter eradicationẽ viſionis lachrymalis nõ ſananẽ. Idem Meſ. de lachrymis. In contrarium idẽ Auic. de cura eius in fine. illæ vero quæ ſunt natiuæ difficulter recipiũt curã. Reſpondeẽ dupliciter. Primo ꝙ in primo Auic. intellexit de natiuis in corporibus adultis quæ ſunt longi temporis & fortes. in ſecundo vero cap. de his quæ ſunt debiles recẽtes, & in ætate tenera. Aliter & melius ꝙ in primo intellexit de his quæ ſunt ꝓpter fluxum qui eſt

per venas,

per venas. & arterias intrinſecas. In ſecundo de his quæ fiunt propter fluxum factam ex venis, & arterijs extrinſecis vt dictum eſt ſupra. & hoc voluit Auic. ca. j. cum dixit. Et curſus eius ad oculum in vna duarum viarū prędictarum multoties, ſcilicet in cap. de ophthalmia.

*Dubia duo de pupilla.*

VTrum dilatatio pupillæ facta à caſu, vel pcuſsione ſit curabilis. Quòd non. Auic. ca. de Alantiſat. in fine. Et illa quę eſt à percuſsione, aut caſu nō habet curā. In cōtrarium Raſ. ix. Almāſ. de dilatatione pupillæ. Quòd ſi pupilla poſt percuſsionē dilatari cōtingat non eſt inde timendū, quia remouet̃. Pro iſto videt̃ ſententia eiuſdē Auic. de cura eius cum inquit. Illud autē quo vtendū eſt in cura eius quæ facta eſt ſucceſsione pcuſsionis, eſt phlebotomia. Reſpondet̃. In magna dilatatione vbi cōtingit pupillā dilatari vſq; ad albedinē non eſt habenda fiducia in cura eius. Et non ſolū in tali, verū ſi fuerit ſequēs vehementē capitis dolorē. & hoc uoluit expreſſe. Raſ. In parua vero eius dilaratione & recenter facta habenda eſt ſpes curæ, & hanc vidi. Et pro iſto eſt Placen̄. cum dicit. Cum autē aduenit propter percuſsionē non eſt multū timenda, quia aliquādo per ſe curat̃ quod de parua recenti dicendū eſt. Aliter ꝙ dilatatio pupillæ facta ex percuſsione quæ dilatatio non ſit multum magna, in qua cōprehendemus natura adiuta eius aliqualē conſtrictionem ſequi eſt curabilis. Et huius cura ponunt auctores, & habet hoc veritatē maxime de recēti, & in primis diebus, apparente tali ſigno. nam chronica recipit curam nequaquam. Vnde Meſ. Et confirmata non habet curam.

VTRVM cōſtrictio fiat à ſiccitate. Quòd nō, quia dilatatio pupillæ ſit à ſiccitate. Auic. de dilatatione. ergo cōſtrictio non ſit ab ea cauſa, cum eadē cauſa non ſit cōtrariorum effectuum productiua. In contrarium Auic.

Dicendum ꝙ quādo non accidit ſiccitas in partibus cētralibus tunc ſit dilatatio pupillæ, quia partes mouentur verſus circūferentiales. Quando vero ſit ſiccitas in circūferentialibus, tunc partes mouentur uerſus centrales. Per hoc patet quid ad dubium argumenti.

*Dubium in debilitate uiſus.*

VTrum faba, & lens competant in debilitate viſus. Quòd ſic maxime vbi ſit ex ſubtilitate ſpirituū, quoniā ſpiritus ingroſſant cum ſanguinem groſſum generent, & ex cōſequenti ab eo ſpiritus groſſus generatur cum ſpiritus non ſit niſi vapor ſanguinis temperatus ſeptimo de iuuamentis membrorū. In contrarium Auic. & auctores. Dicitur primo. forte intellexit Auic. & cæteri vbi debilitas eſſet ex groſsitie ſpiritus. Aliter ꝙ nullo modo competit, quoniā & ſi competeret ratione ꝙ ſpiritum ingroſſarent, nocerēt magis ex eo ꝙ ipſum ſpiritū producerent tenebroſum, & ſimiliter oculum redderent tenebroſum. conſidera.

*Spūs vapor ſanguis tēperatus.*

*Dubium in nyctilopa.*

VTrū in nyctilopa ſit primo ex cephalica minuendum. Notandum ꝙ reperitur litera Aui. de cura nyctilopæ. Si illic fuerit multitudo phlebotoma cephalicam, alia litera habet baſilicā, modo ſi dicit baſilicam videtur cōtradicere Raſi & alijs qui dicunt phlebotomandam eſſe prius cephalicam, & propter hoc ſtat dubium, quia ſi litera dicit cephalica eſt dubitatio aliqua.

Sed iuxta dicta de ſoda dicendum ꝙ materia exiſtente multa fiat ex baſilica, ſi pauca ex cephalica. primum intellexit Auic. ſecundum Raſ. Meſ.

DE loco cataractę reperitur diuerſitas. vnde quidā dicunt eam generari inter cryſtalloidem & uueā, vt Azarauius cap. de aqua. & Halyabas. ix. theor. xiij. cap. Quidam inter vueā & corneam. vt Ieſus, Haly. idem videtur innuere Aui. cum dicat. Inter humorē albugineum, & ſyphac, ꝙ ſyphac eſt pāniculus corneæ intrinſecus. Et alij diuerſimode, in quibus modis non protelo ſermonem inutilem practicæ. Sed mirum eſt ꝙ auctores cōfuſe de loco iſto ſcripſerunt, & non determinate. Auctores, enim videtur cōuenire magis ꝙ ſit inter vueā, & corneam. Sed ad ſedandas diſcordias apparētes dicendum ꝙ aqua, ſiue cataracta poteſt accipi dupliciter. Vno modo vt eſt nomen cōe ad omnem oppilationem oculi, qua ꝓhibetur uiſio, & iſto modo gutta ſerena dicit̃ cataracta, quæ cōtingit ex oppilatione cōtingente, vt ſupra de gutta ſerena. & ut ibi. Secundo modo capit̃ pro oppilatione oculi ante cryſtallinam quā auctores proprie uocāt cataractā. & de iſta quæritur quęſtio de qua dicat̃ ꝙ totum ſpatium quod eſt à cryſtallina ad corneā, quod ſpatium implet albugineus locus eſt cataractæ. Quod ſpatium poteſt dupliciter intelligi. Vno modo ꝙ totum ſimul ſit catarrhoſum, & hoc poteſt ītelligi qn̄ totus albugineus ingroſſatur, & dealbatur, & priuat viſum, & tūc eſt paſsio incurabilis. Poteſt etiā contingere quando aqua tantum exuberat totū oculum. Alio modo poteſt intelligi totū albugineū nō ſimul, ſed ꝙ aqua poſsit eſſe à quacūq; ſui parte, ſcilicet in principio albuginei, & iuxta cryſtallinā, & iſta aqua erit poſt vueā. & poſsit eſſe in foramine ipſo vueæ, ſiue parum poſt verſus cryſtallinā, & ꝙ poſsit eſſe iuxta foramen vueæ iuxta corneā, & in quacūq; parte poſsit ſituari aqua quæ dicit̃ cataracta poteſt dilatari. nā cataracta non videtur eſſe aliud q̃ oppilatio ex materia aquoſa ꝓhibens tranſitum ſpecierū viſibiliū ad cryſtallinam, ſed ſiue materia aquoſa ſtet in fine albuginei iuxta corneam, ſiue cryſtallinā, ſiue ſtet iuxta foramen inter vueam uel in ipſo foramine, ſiue ſtet iuxta extra foramē vel verſus foramen prohibet̃ trāſitus viſibiliū. ergo ubicunq; ſit, erit cataracta, & apparet ex hoc quare in diuerſis auctoribus de ipſa inuenti ſunt varij ſermones.

*Syphac quid.*

Sed iuxta hoc cadit dubitatio ália, quare quādo materia cataractæ eſt poſt corneā nō apparet albedo, niſi tanta quantum eſt foramen pupillæ, deberet enim totū ſpatium quod occupat ſub cornea apparere albi coloris.

Pro ſolutione huius ſcito, ꝙ ſi materia iſta ſtet prope cryſtallinā intus in vuea, vel prope foramen vueæ intus in vuea vel ſtet in ipſo foramine vueæ, tunc facile intelligit̃ quare aqua apparet in forma rotunda, ſicut eſt rotūditas foraminis. itē appatet quare apparet maior aliquando minor, illud enim eſt ſecundū ꝙ conſtringitur vel dilatat̃ pupilla ſi ſit poſsibile eā dilatari, aut cōſtringi, ſed ſi aliqua ſtat extra vueam verſus corneam, tūc iſta aqua eſt de mobilibus, ſcilicet non habētibus aliquam diaphaneitatem, imo verum colorem, & tunc ſi ſtat ſtatim poſt corneam tantundem apparet quantum occupat de ſpatio corneæ, ſicut apparet in ſanie poſt corneā. Vel iſta aqua habet diaphaneitatē, & tranſparentiā aliquā, non tamen tantam quin prohibeat receptionē ſpecierū viſibilium, licet non ex toto prohibeat aliquā irraditionē, non tamen quæ ſit ſufficiens ad viſum, & iſta aqua quāuis impleat totum ſpatiū quod inter corneā & vueā adhuc apparebit in forma rotunda rotunditate ꝓportionali & oppoſita foramini vueæ. Et ratio huius eſt. nam totum de iſta aqua quod poteſt irradiari à lumine apparet cōformis corneę, totum autem quod nō poteſt irradiari apparet ſub ꝓprio colore aquæ, ſcilicet coloris albi. Circūferentiæ autem circularia iſtius aquæ ſunt minus profundæ, ſiue groſſæ propter locū eſſe minus in ſpatio, ſed medium iſtius aquæ eſt magis ꝓfundum propter maius ſpatiū quod replet. ergo circūferentiæ irradiabuntur à lumine exteriori, & non apparebunt ſub colore. pars autem media non poterit perluſtrari, & ſic apparebit alba. ipſa enim groſsior exiſtit ſuis circunferentijs, vt dictum eſt. Eſt itaq; cataracta humiditas talis exiſtens inter corneam & vueam ex oppoſito

pupillæ, ſicq; communiter dicitur.

Proble-ma. Aliud problema propter quid cataracta in loco luminoſo apparet minor, in non luminoſo vero maior.

Dicitur ꝙ in loco luminoſo maior pars eius illuminatur, & ideo parua pars eius remanet non luminata, & eſt illa quæ eſt in centro magis, & ideo uidetur minor. Contrarium quādo eſt in loco non ſic luminoſo. nam maior pars eius remanet nō penetrata, & radijs ſic apparet alba.

Alia difficultas poſtquā ita eſt ꝙ cataracta eſt humiditas inter corneā & vueam quomodo deponetur. Dicendum ꝙ hodie deponentes operanť cum acu valde ſubtili penetrante vueam, & propter ſubtilitatē inſtrumenti non exit albugineus. Antiqui operabantur cum acu non acuto, ſed parumper obtuſo, cum quo ſi fieri poſſet melius eſſet, ſed non video modum. Ego autem vidi, & operari feci cū acu acutiſsimo ſubtili argenteo, & bene ſucceſsit.

Cōciliatio Aui, cū Raſi. Inquit Raſ. ij. cōtinen. ca. de cataracta. Medici moueāt palpebrā, & fricēt & intueantur eā: & ſi aqua ſpargiť cū rectificatione & reuertiť & coadunať nunquā iuuat cura cū inſtrumento, & cōtrariū Auic.

Dicendum ꝙ qñ medicus premit, & fricat cū pollice, vel alio digito ſuper palpebrā ponendo verſus oculū, uel cataractā nullo modo cedit talis nō eſt deponibilis, quia ſignificat multā groſsitiem, & viſcoſitatem, & adhærentiā, vel cedit: & nūc vel cedit, & redit, & tunc vel cedit tota ſimul vel cedit diuidendo ſe in partes. ſi primū eſt deponibilis, quia ſignum eſt ꝙ vnita, & non fixa vehementer. hoc autē cedere eſt quaſi eam dilatari, & eā reuniri, & aggregari. Si autē cedit diuidendo, ita ꝙ rumpi videať in fruſtra, tunc nō eſt deponibilis cum acu, & de hac loquiť Raſis. In quo capitulo docuit patientē cataractam debere ſituari à medico in oppoſito ſolis, & ponere pollicem ſupra palpebrā ſuperiorē, deinde ſubito eleuare vt ſupra, & videre motū cataractæ. Ex quibus tolliť contradictio apparens. nam qñ cataracta ſic cedit, & redit, & nō ſe diuidendo arguitur debita mobilitas eius, uniformitas eius debita viſcoſitas. Ex quibus arguitur ipſam eſſe obedientem operationi per acum fiendæ. & tu conſidera.

APHORISMI.

*De Oculis, & eorum diſpoſitionibus.*

Ex. iij. Sect. xj. Apho.

De Temporibus: ſi quidem Hyems ſicca, & aquilonia fuerit, ver vero pluuioſum, & Auſtrale, neceſſe eſt Aeſtate febres acutas, & lippitudines (Græci ophthalmias vocant,) & inteſtinorum difficultates fieri, &c.

xij. Aphor.

Si vero Hyems auſtralis, & pluuioſa, & [a] ſerena fuerit, ver autē ſiccum, & aquilonium, Mulieres quibus partus ad ver ineſt ex quacunq; occaſione abortium, quæ vero parient, imbecilles, & morbidos infantes pariunt, quare vel ſtatim intereūt, vel tenues, & valitudinarij uiuunt. cæteris vero mortalibus difficultates inteſtinorū, lippitudines ſiccæ fiunt, Senioribus autem deſtillationes, quæ cito interimunt.

a. εὔδιος. i. trāquilla.

xiiij. Aphor.

Si vero aquilonius, & ſiccus, his qui naturā habēt humidiorem, & mulieribus confert, reliquis autē erunt lippitudines ſiccæ, & febres acutæ, & [b] grauedines, non nullis vero, & atræ biles.

b. alſ. νο λοχρόνιοι. i. longæ, ut ad febres reducatur.

xvj. Aphor.

Morbi in pluuiarū multitudine, magna ex parte fiunt febres longe, alui profluuia, putredines, morbi comitiales (quos apoplexias Græci vocant,) & anginæ, In ſiccitatibus autē tabitudines, lippitudines, articulorum dolores, ſtillicidia vrinæ, & difficultates inteſtinorum.

xvij. Aphor.

Quotidianæ autē cōſtitutiones, Aquiloniæ quidē corpora denſant, intendunt, & bene mobilia, colorationa, & melius audientia faciunt, & aluos exiccant, oculos mordent, & ſi pectus dolor aliquis obſederit, dolorem augēt, Auſtrinę diſſoluūt corpora, & humectant, auditū obtundunt, capita aggrauāt, & vertigines faciūt oculis, atq; corporibus difficilem motū pręſtant, & aluos humectant.

xxj. Aphor.

Aeſtate autem nonnulli horum, & febres continuæ, & ardentes, & tertianæ febres plurimæ, & vomitus, & alui profluuia, & lippitudines oculorū, & auriū dolores & oris vlcerationes, genitalium putredines, & ſudamina.

Ex. iiij. Sect. xlix. Aphor.

In febre non intermittente, ſi labrum, vel oculus, vel naſus, vel ſupercilium peruertatur, vel non videat, vel nō audiat, iam debili exiſtente corpore, quicquid horum euenerit, mors proxima.

lij. Aphor.

Quicūq; in febribus, vel in alijs morbis [c] ſponte illachrymant, nihil abſurdū, qui vero non ſponte, abſurdius.

c. κατὰ προαίρεσιν. i. ſtudio, de induſtria, voluntate. cōſilio.

Ex. vj. Sect. xvij. Aphor.

Lippientem alui profluuio corripi bonum.

xxxj. Aphor.

Dolores oculorū meri potio, aut balneum, aut fomentum, aut venæ ſectio, aut medicamentum epotum ſoluit.

lij. Aphor.

Oportet vero & cōſiderare oculorum in dormiētibus ſuſpectiones. nam ſi quid albū cōmiſsis palpebris ſubinſpicitur, neq; ex alui profluuio, aut medicamenti potione iſtud contingat, malum eſt ſignum, & letale valde.

Ex. vij. Sect. lxvij. Aphor.

Dolores oculorum poſt meri potionem, & aquæ calidæ balneum, venæ ſectione curato.

## De diſpoſitionibus aurium: continens rubricas. vij. Capitulum IIII.

### *De anatomia, & complexione, & deſcriptione auris, ac de cōferentibus, & nocētibus auditui.* Rub. I.

Auris eſt membrū cartilaginoſum, anfractuoſum ſup os baſilare, ſiue petroſum ſituatū, auditui à natura creatū. In cuius cōcauitate eſt ſpūs cōplantatus aut aer ſtans ſiue cōnaturalis qui eſt inſtrm auditus. & hāc cōcauitatē cooperit pāniculus ſubtilis cōtextus ex quinto pari neruorū auditui deſeruientiū, ut ſupra in principio capituli de diſpoſitionibus oculorū. de qbus uerius dixit Aui. quarta tertij. j. cap. Et hic quidē neruus in diſpoſitionibus auditus eſt ſicut glacialis in diſpoſitionibus viſus, & reliqua membra auris ſunt ſicut reliqua quæ circūdant glacialem ex tunicis, & humoribus quæ ſunt creata propter glacialem & ſeruiūt ei, & cuſtodiant ipſum, & adiuuent eum. Ex quibus apparet primo cōplexio eius. nam cartilago frigida eſt & ſicca. prima primi. de cōplexionibus membrorum. Secundo patet eius deſcriptio.

CONFERENTIA auribus ſunt hæc Adeps gallinæ, anatis, abſinthiū. Amurca olei. Balſamus. Caſtoreum. Conchilia. Coriandrum. Cucurbita. Fel apri. Fimus capræ. Galbanum. Galla. Gallus. Gentiana. Licium. Lac mulieris. Laudanum. Mentha. Mel. Metridatum. Nuces. Nenuphar. Oleum ſiſaminum. Oleum narciſci. Oleum amygdalarum ama. Oleum laurinum. Oleum benedictum Nico. Sed de maxime cōferentibus eſt mundificare omni die aures à ſorde & ſemel in hebdomada diſtillare aliquod de oleo amygd. ama. ozimū cum adipe. Pix infuſa in oleo roſ. Roſa ſuccus eius Succus rubi. Salix folia q;. Succus eius. Staphiſagria. Vermes terræ cum adipe. Adeps uulpis. Hierapigra Gal.

NOCENTIA auditui ſunt, Alleum, argentum viuum, arundo, flos, aut lanugo eius auri impoſita. Caſtanea. Et plura alia quæ ex regimine dietæ comprehendentur

dentur ex ſequentibus.

### De læſione auditus. Et primo de eius diminutione. Rubrica. II.

al. chaſmas. Sic n. habēt probari Auicēna interpretes.

DIminutio auditus quam Auic. * tarax uocat qñ ſonus ab eo non comprehenditur ſub ſua debita quantitate ſiue menſura, vt quia non comprehenditur ita grauis, aut ita acutus, aut ita altus ſicut eſt, & ſic de alijs ſoni accidentibus.

CAVSA cuius ſecundum plurimum eſt cōplexio frigida. Et dicitur cuius cauſa ſecundum plurimū, quia à mala cōplexione calida etiā contingere poteſt cum materia, & abſq; materia. Cōſimiliter à materia vētoſa. Item à caſu, percuſſione. Itē nocumentis in foramine ex oppilatione facta in eo cōtingere poteſt, vt cum in aure ingrediť aliquid nocens, vt granum, ſordes. & ſic de alijs. vel in ea generatur caro, apoſtema & huiuſmodi. Item ex nocumentis non ſolum in aere naturali & ſpiritu contingente. ſed etiā in neruo ipſo auditui deſeruienti. Fit etiam nocumentum ex cōitate aliorum membrorum & maxime vicinorum vt in dolore dentium, & in eorum ortu. Item in febribus. Itē in apoſtemate partis capitis propinquę auri. Item à vermibus. Item à ſubtilitate, aut groſsitie ſpiritus fit. nam de his ſpecialibus dicetur capitulis.

SIGNA demōſtratiua. ſi à cauſa fuerit primitiua, vt caſu percuſsione & huiuſmodi. Itē propter ęgritudinē capitis. Itē ſucceſsione febris aut alterius ægritudinis. Itē à cōitate alterius membri manifeſta erunt conſiderare volenti per nocumenta quæ ipſis membris inſunt.

Signa. Si fuerit à mala complexione cal. vel frig. ſignū primū colligi poteſt à iuuantibus, & nocentibus. Sed hic aduerte q aliqñ decipitur medicus. nā quando eſt cū tali diſcraſia corporis plenitudo multum læditur à ſimili, & à contrarijs, & ideo aduerte. nā ſi diſcraſia fuerit calida læditur à calidis ratione ſimilitudinis, & læditur à cōtrarijs rōne compreſsionis ſolutionem continuitatis inducendo. Si itaq; diſcraſia fuerit calida, tunc ſentiť calor interius, & dolor, & læditur à calidis. ſed nota vt dictum eſt corporis plethoriam. Quod ſi fuerit frigida ſentitur frigiditas & læditur à frigidis, & iuuatur à calidis materia minorata. nam quando adeſt multa materia, tunc ex caliditate fit diſſolutio materiæ, & inde maius nocumentum. Quòd ſi fuerit ex humiditate, tunc apparet tumor in facie, & ſentitur grauitas quædam, & tales cōmuniter reumatizant. Si ex ſiccitate, quia fit poſt ieiuniū & vigilias cum detumeſcentia faciei & oculi.

Signa ſi ex apoſtemate eſt dolor magnus calor pulſatio & feb. ſaltem ephemera.

Signa ſi fuerit ex vlcere eſt ibi punctura, mordicatio, & dolor.

Signa ſi ex vermibus eſt ibi dolor circumuolutus, vertiginoſus, & aſsiduatio commotionis cum exitu vermis quandoq;.

Signa ſi fit ab aquoſitate ſanioſa. de qua tale fit experimentum. Accipe ſpongiā, & calefacias igni, & ſupponať pānus lineus calidus duplicatus ſpongię & auri applicetur, & dormiat deſuper. & ſi in mane inueniat pannū immaculatum non erit ex humiditate ſed ex alia cauſa. q ſi erit maculatus erit ex humiditate ipſa ſanioſa.

Signa ſi ſubtilitate ſpiritus audibilis, tunc patiens non audit niſi uocē ſubmiſſam per quā aer paulatine dilatatur & intrat vox ad ſpiritum moderate. ex groſſa vero voce ſpiritus cōfunditur quare non auditur. Si groſsitie ſpiritus tunc nō auditur niſi vox magna quæ cum impetu intrat illam groſsitiem dilatando fortiter aerem ſicut lapis cadens in aquam fortiter & cum impetus multum dilatat eam. parua vero vox nullum habet ingreſſum. Fit ex ſucceſsione criſis pulſa materia ad organum auditus.

Signa ſi ex ventoſitate. ſignificat eam ſonitus cōtinuus abſq; grauitate, & in mala complexione ſimplici non ſentitur grauitas, ſed in materiali ſic. Quando auditus læditur abſq; nocumento aliorum ſenſuum ſignum q nerui auditus tantum læduntur.

Signa ſi acciderit propter nocumenta quæ ſunt in foramine ponatur patiens in loco luminoſo, & erit manifeſtum. ſi ſordes, aut verruca, aut caro, aut ſanguis groſſus cōgelatus, aut alius talis humor in cauſa erit. Quòd ſi fuerit propter nocumenta intrinſeca, vt quia ſunt in oſſe, neruo & huiuſmodi tunc ſi fuerit cum materia vt dictum eſt, erit cum grauitate. Vnde debet medicus præcipere vt patiens inclinet caput ad eam partem. deinde eleuet. & tunc ſi erit materialis ſentiet grauitatem, ſi non, non, vt conſimiliter dicebatur ſupra de dolore capitis.

PROGNOSTICA. Quæ fit ſucceſsione vomitus facilis eſt curationis. Item recens curatur faciliter reſpectu aliarum. Chronicæ cura propinqua eſt deſperationi. vnde Meſ. Quæ autem antiqua eſt vix recipit curam. Et antiquam intellige quæ duos pertranſiuit annos. Gordonius.

Si debilitas auditus ſiue ſurditas aliquādo minuitur & in vno nō permanet ſtatu, tunc ſpes eſt curæ cum magna difficultate. ſi vero in eodem ſtatu continue permanebit, tunc ei non eſt cura. nam curationem non recipit. Similiter quæ ex ſolutione eſt cōtinuitatis neruorum auditus. Itē & quæ ex apoſtemate duro incurabilis. De prognoſticis habes aphor. quære eos in fine capituli huius. Et volo vt hæc ſigna, & demonſtratiua, & prognoſtica tibi ſufficiant &c. pro rubrica ſequenti.

CVRA. Canones. Ordinatio dietæ. digeſtio materiæ. Euacuatio eiuſdē. Remediorū localium applicatio.

Ordinatio dietæ ex parte aeris, vt caueat ſe patiens ab aere calido frigido. & huiuſmodi, Cibi autē et potus &c. moderenť ad contrarium cauſæ facientis morbum. vt ſi à frigido cū calidis. ſi à calido cū frigidis. & ab omnibus abſtineat vaporoſis multiplicātibus humores phlegmaticos ſi materia eſt frig. & cōſimiliter de calidis ſuo mō dicať. Faſtidiū, repletio, et ſomnus poſt repletionem nocet.

Digeratur materia prius, et maxime cum fuerit groſſa, viſcoſa cum his de quibus ſupra de ſoda phlegmatica. Quòd ſi fuerit materia ſubtilis & nulla fuerit oppilatio in corpore poteſt ſine eius digeſtione fieri euacuatio quādo talis materia videtur ſatis conueniens expulſioni. Quòd ſi pur digeſtione egebit digeratur cum his de quibus dictū eſt de ſoda calida. Si ſanguinea cum his de quibus in ſanguinea. Si cholerica cum his &c.

Euacueť aūt materia cū euacuatiuis ꝓportionatis materię de qbus ſupra. iiij. tract. Sed hic nota dictū Meſ. Euacuetur cholera euacuatione poſt euacuationē. Et Auic. inquit. Et multipliceť numerus et minoretur quātitas omni vice vt virtus cōſeruetur. & euacuať maturatio. Et ſimilem canonem habuiſti ſupra de cura ſodæ phlegmaticæ. nam materia capitis aut in capite exiſtens difficulter euacuatur, & cauſæ aſsignatę ſunt ibi. Cōſimiliter ſi videbitur in toto plethoria aut ſanguinis peccatum vel mixtio humorū cū ſanguine fiat phlebotomia iuxta canones poſitos ſupra de ſoda ſanguinea & cholerica. Conſimiliter iuuant ad euacuationem ſternutatoria. Item & gargariſmata, & maſticationes quāuis ſint indiuertentia, pro quibus recurre ad ea quæ de ſoda. nimis enim prolixum eſſet omnia recitare. imo et ſuperuacuum duxi.

In applicatione vero remediorum oportet plures ſeruare canones particulares. Primus q ea quæ ponuntur in aure ſint tepida ſiue temperatæ caliditatis. non autē calida aut frigida. Secundus q de tertia hora in tertiā horā vel circa extrahatur et remoueatur medicamen ne mora ſua tympanū auditus relaxet vel imbibat, uel forte aliqua pars eius penetret et perueniat ad cōcauitatem organi auditus. Tertius q ante impoſitionē ſecundi medicaminis

mundificeẽ auris ĩ primo. & cõfert ad hoc tuſsis ſternutare, imo ſemper ſternutet cum quærit mundificationẽ ſi caput nõ fuerit debile aut læſum. Quartus ꝙ medicamina talia ſint liquida vt melius penetrare poſsint ac velocius exire. Quintus ꝙ talia ſint paruæ quãtitatis vt tres vel quatuor guttæ. Sextus ꝙ impoſito medicamine patiens taceat ſupra partẽ ſanam. Septimus ꝙ ſi poſſumus cum ſuffumigationibus, emplaſtris, & alijs ad extra applicatis curationẽ facere ꝙ prius faciamus ac iſta prius tentemus, qm̃ quæ ad intra applicantur poſtquã operata ſunt lædunt niſi diligentiſsime mundeẽ auris vt dictũ eſt. remanent etenim ibi propter tortuoſitatem, & concauitatẽ auris, & ibi putreſiunt. Octauus ꝙ talia non applicẽtur & maxime ad intra niſi prius factis euacuationibus debitis. In mala cõplexione abſq; materia ſufficiunt ad curã ſola alterãtia. de quibus in de mala cõplexione cum materia. In mala cõplexione cum materia frigida applicenẽ auri cõfortatiua calida & reſolutiua materiæ, cuiuſmodi ſunt hæc à facilioribus inchoando iuxta doctrinam Aui. Meſ. & cæterorũ & ſpecialiter in diſpoſitionibus capitis & partium eius, vt ſupra de ſoda. Et ab his quæ extra applicantur iuxta canonẽ ſeptimum. ℞. rutę, abſinthij, foliorum altheæ, foliorũ lauri. ana. M. ij. bulliant in lib. aquæ. iij. & in lib. ij. vini albi vſq; ad cõſumptionem tertię partis. deinde infundaẽ ſpongia in ea decoctione & expreſſa & quaſi tepida iuxta canonem auri applicetur. ſicq; ſæpe reiteretur & ſexies vel octies. Deinde mundificata aure exterius & aliqualiter intra ponatur bombis muſcatus in aure ne ab aere extrinſeco lędatur, & ſic dimittaẽ vſq; ad tres horas. deinde trãſactis illis horis appliceotur ſpongię de nouo, & fiat per totũ vt dictũ eſt. & ſic de tertia in tertiam horã fiat. Itẽ ſi fortius cupimus cum his addantur baccæ lauri aliqualiter contuſæ, & modicum caſtorei, & amygdalas ama. cõtuſas, vt videbitur expedire operanti. & de his rebus poſſumus facere emplaſtrũ. Quòd ſi fortius cupimus addaẽ galbanũ, & plus de caſtoreo, & modicum gentianæ cum oleo amygdalarũ ama. habet enim in hoc proprietatẽ maximã cum adipe anatis, cum farina frumenti, cum aqua decoctioois herbarũ, nec addas crocum. Ad idẽ valent euaporationes, vt accepto vaſe terreo ſtricti orificij ſuperius & inferius lati in quo ponãtur ſuccus rutæ. mel, caſtoreum, & oleum anethi ipſis adinuicem bene cõmixtis, & ſic ad ignẽ calefactis. vnde in ſummitate vaſis ſit cãnula parua, & foramen vaſis ſit vndiq; obturatũ ne vapor ægredi poſsit niſi per foramen caonulæ, & tunc aperto orificio cannulę ſentiatur cum ſyluestri parte manus aut ſit nimis calidus iuxta canonẽ. Quod cũ ꝑceperit vaporẽ conuenientis caliditatis ſuperponat aurẽ capite cooperto & recipiat vaporẽ per ſpatiũ. deinde locus mundificeẽ, & cum bombice omnia per totum vt dictum eſt de applicatione ſpongiarum. Ad idem ſuccus rutæ cum oleo amygdalarũ ama. Itẽ & cum oleo coriandri, vt ſit ſuccus duplus, & conſimiliter de alijs, & hęc interficiũt vermes etiã qui quãdoq; in aure generanẽ & fiat de ipſis in vaſe vt dictum eſt. Habenẽ enim ſimplicia ex quibus indagator poteſt diuerſa componerę vt placebit.

Ad intra. ℞. baccarum lauri. ℥. ſ. teranẽ & bulliant cum oleo liliorum, & extra etiã inungatur & eſt quid bonum valde. & ſi cum oleo amygdalarum ama. credo melius, Ad idem valet oleum laurinum in aure iniectum. Ad idem oleum amygdalarum in quo diſſolutum ſit aliquid caſtorei, & ſi uis fortius modicum euphorbij. Et ſi adhuc fortificare volueris, adde colloquintidam, & quia fortiora his multum ponentur ſtatim de ſurditate, cuius cura ab iſta non diuerſificatur niſi penes forte & debile vt diceẽ. hinc a plurĩũ recitatione ſuperſedeo. Io cauſa vero calidã ſeruentur proportionabiliter canones dicti & ex ſimplicibus poſitis eligãtur frigida de quibus fiat ut dictum eſt de calidis cum ſuis canonibus. nam ſeruetur dieta euacuatio vt ſupra & remediorum applicatio.

CVRA ſi contigerit ex ſiccitate eſt adhærere regimini humectatiuo ex parte cibi & potus, vt ſupra de ſoda ex melancholia cum euaporatione humectantium, & iniectione eorũ vt olei viol. nenupharini, quæ adimplere poterit ex datis diligens ſuperſcrutator.

CVRA ſi cõtigerit auditus debilitas ex cõmunitate rectificetur illud membrum. deinde ad auditus debilitatem perueniaẽ cum dictis. Ex quibus patet ꝙ cum prędictis medicaminibus fiet & ſit cura eius ex oppilatione humorum aut malæ complexionis. de oppilatione autem frigida ex ſanie verruca &c. ſuis dicetur locis, Et conſimiliter patet cura prouenientis ex ventoſitate quamuis de hoc dicetur de ſonitu & tinnitu.

*De ſurditate, quæ κώφωσις, Græcis nomcu/ patur. Rubrica. IIIX.*

SVrditas eſt ablatio auditus.

CAVSA cuius eſt ſecundum plurimum mala complexio frigida. Et eſt hic aduertendum ꝙ cauſæ ſurditatis, & debilitatis auditus ſunt eædem. ſed differunt ſecundum intenſum & remiſſum. vnde etiam ab eiſdẽ ſit ſonitus & tuba, vt Meſ. Ex quibus cõcludere poſſumus ꝙ cauſæ debilitatis ſunt mediæ ex parte fortitudinis, & debilitatis earũ inter cauſas tinnitus, & cauſas ſurditatis, vt cauſæ tinnitus ſunt debiles. debilitatis auditus ſunt ſortes, ſurditatis vero fortiores. Ex quibus infertur ſecũdo ꝙ canones ijdem pro cura earum diſpoſitionum ſunt ſeruandi. Infertur tertio ꝙ fortiora debentur ſurditati. patent correlaria intelligenti.

PRÆMISSIS itaq; canonibus vt ſupra. Vnũ non poſtponam memorare in hac diſpoſitione & eſt, vt euacuatio ſæpe reiteretur hoc eſt de quarto in quartum, & ſunt pilulæ in hoc cõuentẽtiores. & hoc voluit Meſ. cũ dixit circa finem capituli. aut hiera Gal. cum iteratione, vt ſupra rubrica prædicta. Pilulæ ad ſurditatem. ℞. turbith. ʒ. iij. ſarcocollæ. ℈. j. ſ. aloes. ʒ. ij. myrobalanorum kebulorum. ʒ. ij. fiant ex eis pilulæ cum ſyrupo de ſticados. doſis eſt vſq; ad. ʒ. j.

LOCALIA in cauſa frigida valent oleum balſami, & coſti in qbus decocta ſit colloquintida. Sed nota ꝙ ſi materia fuerit coarctata, & iodurata prius præcedãt embrochæ, ſiue euaporationes. Ad idẽ. ℞. caſtorei. ʒ. iij. nitri, ellebori. ana. ʒ. j. ſ. ex his cum aqua rutę fiant trochiſci, & cum opus erit diſtilletur in aure cum oleo amygdalarum ama. & iam expertum eſt oleum raphaninũ. Expertum Alexãdri. ℞. ellebori al. caſtorei, nitri, pirethri. ana. ʒ. ij. coquantur cum vino optimo vſq; ad conſumptionẽ tertiæ partis eius & ſit quãtitas vini lib. j. ponaẽ in aure.

Aliud. ℞. ellebori al. aur. ij. nitri aur. viij. croci aur. iij. cõterantur & cum aceto cõficiantur & fac trochiſcos, & reſerua, & cum aceto vtere eis ſunt mirabiles. Et hic notandum ꝙ elleborus albus habet proprietatẽ mirabilem in hoc caſu, & ſimiliter radix cucumeris aſinini, & licet ſint medicinæ fortes, & violentæ, tamen in hac paſsione, & in tinnitu ſunt cõuenientes. nam hic dantur in modica quãtitate, & aliter operanẽ in ſtomacho, & aliter in foramine auris, & debẽt hoc ſpecialiter applicari poſt corporis mundificationem & non obliuiſcanẽ, ſunt imitatoria.

Item ad idem & eſt forte. ſief Raſis. ix. Almanſo. de grauedine auditus. Suffumigiũ maxime cõmendatum. ℞. folia lauri & ipſa decoque in vino potenti & recipiatur fumus per embotum, vt ſupra poſſunt hic fieri electuaria, cõfectiones, vt in alijs, ſed dicta de ſoda, & in paſsionibus neruorum hic adducaotur. ſunt etenim conuenientiſsima & etiã diligens medicus poterit ex datis cõponere. Poſtremo ſcito ꝙ cauterium poſt aures profundũ vſq; ad os & maxime in cauſa frigida & ventoſa eſt maxime cõmẽdatum, & debet fieri in fontanellis radicis auriũ, vel ita ꝙ poſsit cooperiri à pulpis aurium, vel perforetur auris per mediũ, ita ꝙ poſsit poni ſeton, vel fiat in fontanella colli

in ſecunda

in ſecunda vel tertia ætate lunæ, vel ponatur ſanguiſuga ad radicem nodi auris. In cauſa autem calida fiat vt dictum eſt in Rubrica præcedenti applicando fortiora. Et conſimiliter de ſiccitate dicendum.

De tinnitu, ſibilo, & ſonitu. Rubrica. IIII.

ἦχον, ac βόμβον Græci, aurium vero ſonitū Latini, vel ex recentioribus tinnitū vocitāt.

TInnitus, ſibilus, & ſonitus eſt operatio corrupta auditus quæ iudicat ſonum quē inceſſanter audit eſſe extra cum ſit intra.

C A V S A cuius ſecundum plurimū eſt vapor, aut ventoſitas, & eſt proportionale ſic imaginationibus ex parte viſus q iudicat ad extra omne quod eſt intra, vt ſupra. Et dicitur cuius cauſa ſecundum plurimū, quia aliquā ab humore viſcoſo qui cōtinue ventoſatur cauſari poteſt. vnde & cōtinue ſonitus auditur. Itē à debilitate membri audientis vt in cōualeſcētibus. Item à repletione capitis. Itē à via craſ. Item à ſanie quæ in aure generatur. Item ab acuitate ſenſus. Item à vaporibus aliunde ad aures prouenientibus vt ex crapula & huiuſmodi. Itē ab omni eo qđ impetuoſe aurē mouet. nā ſicut auditus naturalis fit cum aer incitando mouet aerē intrinſecum, ita & tinnitus & ſonitus in aure fit cum vētoſitas & vapor cōmouet violenter aerem quietū & cōnaturalem & ſecundum diuerſitatē vaporis fiunt diuerſę corruptiones in auditu, vnde breuiter in confractione iſtorū duorum adinuicem fit ſonus. A caſu, percuſſione. Famis tolerantia. Vomitu ſuperfluo. Et aſſumptione ſolutiui poſſet ſonitus cauſari vt patet. & ſecundum quoſdā diuiditur in talem per proprietatē & talem per cōitatem à ſtomacho, & ab alijs vt dictum eſt. Item quia alius fortis, alius debilis. Itē quidam cōtinuus. quidam interpolatus. Item quidam habent naturā ſibili, quidam rugitus, quidam fluminis inūdantis. Et in ſumma cauſa primitiua eſt percuſſio inordinata dicta & huiuſmodi. Antecedens vero humor vel vētoſitas in toto vel in parte. Coniuncta vero aeris commotio.

S I G N A demonſtratiua. eius vero qui eſt per proprietatem ſignum quotidiā eſt cōtinuus. in eo vero qui per cōmunitatem, quia aliquando quieſcit, & excitatur propter repletionem, aut vacuitatem, aut motum, aut cum calor ſit fortis, aut frigus. Item quandoq; ſentitur ſicut vox aſcendentis ad ſuperiora, & tunc eſt vitio totius aut ſtomachi. Item idem ſignat vox quæ ſuper ſe ipſam reſoluitur & quæ ſentitur ſicut fragor arboris.

Signa. Eius qui eſt à repletione capitis, quia ſentit grauitas in eo & q accidit poſt nauſeatiuam ſatietatem, poſt multitudinem vini, poſt ſomnū maxime diurnum, poſt retentionem ſecſus, & huiuſmodi.

Signa. Eius qui eſt à ſtomacho, quia interpolatus et maior poſt cibum q̄ ante & maxime circa horam digeſtionis, & q ex vomitu alleuiatur.

Signa ſi ex epate dolor ſentitur, aut aggrauatio circa epar. vrina aliqualiter colorata.

Signa ſi eſt ex ventoſitate & maxime cerebri ſentit vt ventus in cerebro. Itē cum eſt à ventoſitate ſentitur aſcenſus, & deſcenſus ſicut cum muſtum ebullit. Item cum eſt à vētoſitate aliquādo quieſcit & ſentitur extenſio. Quòd ſi fuerit ventoſitas declinans ad humidum & nō ſit multum groſſa ſentitur vt ſonus pluuiæ. q ſi fuerit groſſa ſentitur vt ſonus molendini. q ſi declinat ad ſiccitatem ſentitur vt fragor arboris.

Signa facti ab humore viſcoſo ſunt grauitas percepta cum declinat patiens latus auris ad terram & ſe eleuat vt de dolore capitis dicebatur. & eſt ſecundum ſemitā generationis poſt generationem occultam continuam.

Signa facti ab acuitate ſenſus ſunt defectus cauſarū ventoſitatis & repletionis & mundificatio auditus & excitatio eius apud ieiunium & vacuitatē immediate poſt ſomnum quaſi non ſentitur.

Signa facti à debilitate nerui audibilis eſt, quia omnis fortis ſonus lędit infirmum, & non audit niſi fortes ſonos & diſtinctos, & q audit continue ſibilationem dolor, & feb. perducens ad tremorem.

Signa facti a collectione purulenta in aurem ſunt: quando ſunt cum tinnitu. Item cum eſt ex ſanie ſentitur vt cōfractio lapidum & lignorum.

Signa ſi fuerit ex ſiccitate ſignant febres, & euacuationes quæ præceſſerunt.

Signa ſi ex debilitate, ſcies per ſuperfluitates indigeſtas.

Signa cum eſt cum repletione calida fit ſubito & cum inflammatione. econtra cum frigida.

Signa ſi ex cauſis fuerit primitiuis ſcies ipſorū narratione.

P R O G N O S T I C A. tinnitus, ſibilus, et huiuſmodi nuntia ſunt ſurditatis. Hæ paſſiones ſi diu durabūt non recipient curam.

C V R A. Canones, ordinatio dietę. Digeſtio. Euacuatio. Diuerſio. Euaporatoriorū, & embrochatum adminiſtratio. Medicaminis ad intra aurem iniectio.

Primus cōpletur vt faciendo regimen in ſex rebus tendere ad cauſe contrariū. Quòd ſi fuerit ex debilitate ſicut accidit conualeſcentibus: tunc cura erit cum reſumptiuis & addentibus ad virtutes corporis.

Digeſtio cōpletur cum his de quibus in tractatu quarto, vt ſæpe dictum eſt.

Euacuatio fiat cum pilulis appropriatis materiæ, de quibus ſupra tract. iij. aut cum alijs ſolutiuis ut placebit. & ſis memor q reiteretur de quarto in quartū, vt ſupra. Si fuerit repletio in toto poterit fieri phlebotomia.

Ex parte diuerſionis fiant ſternutatoria, caputpurgia, habentur hæc omnia. ſupra de ſoda.

Et pro cōplemēto quinti & ſexti ſciendū q materialia hos canones cōplentia ſunt. Acetum. Abſinthium. Apiū. Been. Bleta. Calamus aro. Elleborus. Fel & ſpāliter thauri. Laurus. Lilium. Mel. Nitrum. Oleum amygdalarum amar. Oleum de been. De maiorana. Ireos. Caſtoreum. Cepæ. Ciminum. Colloquintida. Condiſi. Ebulus. Oleū de lilio. Porrum. Ruta. Raphanus. Synapis. Serpentaria. Spuma vitri. Storax. Violæ. Hyſſopus &c. de quibus ſupra in principio capituli. Nā accipiātur plura uel pauciora ex his vt placebit, & fiant euaporatoria. Laudatur autem ſi cum vino coquantur ruta, calamentum, hyſſopus; laurus. ſticados, centaurea, bethonica, ſpica nardi, & fiat inde ſtuffa ſiue euaporatoriū cooperto capite. Et facta mundificatione auris inijciatur adipis anſeris, fellis bouis, olei lauri. ana. ſecundum canones poſitos. ſupra de diminutione auditus, & eſt hoc totum documentū Apollonij. Item. ℞. camomillam, ſanſucum, calamentum, ſticados, hyſſopum ſiccum, abſinthium, bulliant in vaſe cū aqua & recipiatur fumus per traiectoriū, vt ſupra poteſt ex his fieri emplaſtrū ut patet. Item. ℞. mucilaginis maluauiſci, ſiue altheæ, ſeminis lini. ana. ℥. iij. cepæ, liliorū coctorū, cepæ cōis decocti. ana. ℥. ſ. olei anethi. butyri. pinguedinis anatis. ana. quātum ſufficit. farinæ frumēti & cū modico vini fiat emplaſtrum. Embrochæ autē fiant ex eiſdē rebus ſuper parte capitis auris læſæ bene prius aure obturata. & ſis memor feciſſe prius plures euacuationes vt ſæpe dictū eſt. Ad complendum quintū. ℞. ſucci porri. ℥. j. ſucci rutæ, maioranæ. ana. ℥. ſ. caſtorei. ℈. j. muſci gra. j. miſceantur omnia bene & iniiciatur ſecundū canones de quibus de diminutione auditus. ad idem. ℞. garyophyllorum, ſeminis porri. ana. ʒ. ſ. muſci gra. ij. diſtillet cum aqua maioranæ, aut rutæ, vel cum modico vini, & eſt optimū. Ad idem. ℞. euphorbiū, & diſſolue in oleo coſtino. Item ſuccus porri cum oleo roſ. lacte mulieris, & caſtoreo. Ad idē oleum de been cū caſtoreo, elleboro, & melle, & modico aceti & ꝓprie cum humor fuerit viſcoſus. Item ad idem. ℞. ellebori albi. caſtorei, nitri. ana. par. j. croci partis. j. quintam. miſce cum oleo ſiſamino &

aceto & maxime valet facta prius euaporatione per traiectoriis ve ſupra. Et ad idē valēt quæ dicta ſunt de diminutione auditus. In factis ex ſanie dicetur ſuo capitulo.

C V R A facti ex acuitate ſenſus. diſtilletur oleum roſ. cum modico aceti, aut ſi oportet addātur grana duo opij vel circa: vt. ℞. olei roſ. ℥. j. aceti. ʒ. ij. opij grana. ij. omnia adinuicem incorporentur bene aut diſtilletur oleum roſ. in quo ſit decoctum papauer & myrtus, & eius regimen tendat ad frigidum.

C V R A facti propter cōitatem & præcipue à ſtomacho à quo ſecundum plurimum, tunc cura eſt rectificatio illius membri & prohibitio aſcēſionis vaporum, & confortatio auris ne recipiat. Quòd ſi fuerit ex crapula. ebrietate. Statione ſub ſole in balneo. Motu laborioſo. Vomitu. Clamore. cura eſt hæc. dimittere à quibus debet omnino ſibi quiſq; cauere, quia ſonitum & ſibilum faciunt.

C V R A facti à caſu & percuſsione. eſt ſecundum diſpoſitionem derelictam poſt conſolidationem & æquationem membrorum. nam fortaſsis tunc curabitur ſicut contingit in facto in criſi qui curatur poſt criſim. & ideo præcipiunt auctores de eo pro tunc non curare. Et cōſimiliter contingit in facto ex feb. & ſic de alijs.

De dolore auris. Rubrica. V.

DOlor auris eſt triſtis ſenſatio eius facta à re cōtraria ſubito & materialiter & vehementer imprimente. Cauſæ quæ eſt mala cōplexio materialis aut immaterialis ſolutio cōtinuitatis aut apoſtema. Dicit mala cōplexio, quia indifferenter omnis talis facit dolorē ſpecialiter frigida & cal. ſicca autē non per ſe, ſed per accidens humida vero nec per ſe nec per accidēs, vt Cōciliator differētia. 76. nā ita aere calido vel frigido aut ingreſſu rei frigidę aut calidę in aurē vt uēti frigidi. aliqua aqua frigida vel alterius liquoris, aut ingreſſu lapidis & huiuſmodi. Itē dicitur materialis, quia indifferēter omnis humor poteſt cauſare dolorē vt ſanguis cholera &c. Similiter apoſtema frigidum & ca. poteſt cauſare dolorē, licēt vnū altero remiſsius. Item poteſt & tale apoſtema eſſe vētoſum, & vētoſitas extenſiua facit dolorem. Item à caſu, & percuſsione. Itē ex verme generato in aure. Itē ex humiditate ſanioſa & non ſanioſa. Ex eo quidam recens. quidam antiquus. aliquis debilis. aliquis fortiſsimus. aliquis mediocris. aliqs eſt cū pruritu vel ſine, qr. ſcilicet eſt ſine materia calida mordicatiua, aut abſq; phlegmate ſalſo.

S I G N A demonſtratiua. Si ex cauſis fuerit primitiuis vt caſu percuſsione ingreſſu alicuius rei in aurem, vt ſunt lapis aut aliquis liquor extraneus ſcitur narratione infirmi, aut aſtantium.

Signa ſi fuerit ex mala cōplexione ca. tunc concomitatur inflatio, & rubor, & calor partiū vicinantiū auri, & à calidis læditur, & à frigidis iuuatur. Quòd ſi fuerit ex ſanguine dolor erit ſatis intenſus cum pulſatione, cum rubedine faciei, grauitate capitis, & frontis, maxime quando ſuper faciē ſe proijciet, & cum quadā ſomnolētia, inflatio venarū temporū, ſapor dulcis in ore, regimen ſanguineum, & ita de alijs ſignis ſanguini attinentibus. de quibus in. j. tracta. in princ. Quòd ſi fuerit ex cholera aderunt ſigna caliditatis cum vehementia doloris acutiſsimi cum mordicatione, citrinitate faciei, amaritudine oris cum uomitu cholerico, & apparentia aliorum ſignorum choleræ, & quia cholericus, regimen cholericum & huiuſmodi.

Signa ſi fuerit ex mala cōplexione frigida ſigna erunt contraria ſignis de mala complexione ca. Quòd ſi fuerit à phlegmate dolor erit remiſsior, color tendens ad albedinem. Similiter ſi ex melancholia apparent ſigna de quibus in principio operis.

Signa ſi ex apoſtemate fuerit calido erit dolor fortis cū pulſatione, grauitate, vt dictum eſt de ſignis caliditatis, & venit ſubito, & cum febre. Quod ſi fuerit ex ſanguine aderunt ſigna ſanguinis cum fortitudine doloris maioris & minoris ſecundum cōmixtionem variā eius ſanguinis cum alio humore. ſi fuerit admixtus vt eſt quaſi ſemp. cū ſiti & vigilijs & fe. erit ſatis intēſa. Quod ſi fuerit ex cholera hæc intenſiora erunt cū mordicatione, magna inquietudine, punctura, mala tolerātia infirmi, cum intenſa ſiti & ſiccitate linguæ, & ſic de alijs. Vnde talis dolor aliquādo ducit ægrum ad phreneſim non veram, & breuiter quando eſt ex cholera aliqualiter acuta & non dulcificata eſt quaſi intolerabilis. Quod ſi fuerit ex phlegmate, aut melancholia dolor eſt remiſſus cum feb. lenta & quaſi occulta cum grauedine & imaginatione corrupta.

S I G N A ſi ex ventoſitate ſentiē frigiditas in loco & q; homo percipit frigus aut ex vēto aut aliter & eſt abſq; feb. & q; paulatim venit. Quod ſi ventoſitas groſſa fuerit tunc percipitur tenſio vehemens & multitudo ſonitus & motionis inter aurem cum capitis leuitate.

Signa ſi fuerit ex verme ſentitur ibi pruritus, tremor paruus, titillatio, & aliquando egreditur vermis.

Signa ſi aliquid ingreſſum fuerit ducat ad radium ſolis æger, & cōprehendet. Quod ſi ingreſſum fuerit animal ſentit deambulatio quæ qñq; cōmouetur qñq; ſedatur.

Signa eius qui eſt ab humiditate ſanioſa uel non ſanioſa manifeſta ſunt, & eſt ſine feb.

P R O G N O S T I C A. ſi phlegma ſit in meatu interiori ſæpius ſequetur periculum. vermis uero per quē cerebro auditus miſcetur nimia ſenſibilitate acutiſsimos facit dolores ita vt cōpatiatur cerebrum. acutas ergo febres excitat & interdum alienationes ita ut exinde iuuenes moriantur ex dolore, alienatione, vel fe. Senes ex dolore nō cito febriunt, neq; ſpaſmantur, neq; alienationem patiuntur, ſed in ſenibus humor frigidus, & ſpiſſus ex lōgo tempore cōuertitur in pus, & paulatim virtus infirmior facta antequā digeſtionem faciat morietur. In iuuenibus vero nō cito conuertitur in pus, ſed ſi conuertitur vix dolores remittuntur vt ſalus ſit infirmo. Dolor auriū fortiſsimus ex apoſtemate calido in interioribus auris eſt moleſtiſsimus ducens ad terribilia accidentia, quia vt ſupra ad inſtantiam vigiliarum, alienationē & huiuſmodi. Acutiſſimus vero in iuuenibus eſt mortalis, & interficit qñq; in ſeptimo quādoq; ſubito vt apopletici, & eſt magis interficiens adoleſcētes q̄ ſenes, & velocius. in ſenibus vero hoc apoſtema multoties peruenit ad pus, ſed pueros interficit qñq; ante ſuppurationē. ſi autem ſuppuratio & alia ſigna ſint laudabilia ſperatur euaſio, ita q; in apoſtemate acutiſsimo ſi non aggregatur ſanies in eo eſt parua ſpes euaſionis. Apoſtemata auriū venientia per viam criſis ante ſigna digeſtionis. & in die non critica & cum alijs ſignis moleſta ſunt & periculoſa. Quod ſi veniāt cum bonis ſignis poſt ſigna digeſtionis euadere poſſent. Si autē ſo ita vene apparent multa ſigna bona euadere poſſunt. Quando dolor accidit in cartilaginibus intrinſecis non eſt vehemens, nec timoroſus.

C V R A. canones in facto à mala complexione, ſine materia iuuant ſolum alterantes de quibus in facto à mala complexione materiali.

C V R A in cauſa ca. conſanguinea, ſiue ex alio humore ſanguini commixto.

Primo ordinetur dieta vt conuenit cauſæ, vt ſupra de ſoda ex ſanguine.

Secundo fiat euacuatio cū phlebotomia multa, aut pauca ſecundum tenorem uirtutis, & repletionem pluries, aut ſemel, vt neceſsitas cogit ex venis capitis vel ex alijs. iuxta doctrinam poſitam ſupra de ſoda ſanguinea. Aut ponantur ventoſæ in ſpatulis, aut naticis. Prouocentur hæmorrhoides. Deinde fiat euacuatio cum ſolutiuo iuxta humorem cum ipſo ſanguine peccantem. Et iuxta dicta replicetur euacuatio vt Meſ. & Auic. vnde Meſ. hoc ca. Et frequenter lenificatio naturę cum āqua fructuū. Et de his

euacuatiuis

euacuatiuis ad plenum de ſoda ſanguinea, & cholerica. Nã cum caſia, thamarindis, aut manna, aut lupulo dentur calcaria medicinarum conuenientia.

Tertio ſi opus eſt & morbus det inducias denẽ digeſtiua, cõuenientia. de quibus in. iiij. trac. de ſoda ſanguinea.

Quarto fiant diuerſiones ſuaues, & leues, cũ manibus fricando. & conueniunt lotiones tibiarum, & infuſio pedum in aqua, vt ſupra de ſoda. hæc enim omnia fiant leuia vt ſequitur inflammatio.

Quinto ſtudeamus ad doloris mitigationẽ primo cũ lenibus, deinde cum fortibus. Et ſcias ꝙ iſta non debent imponi niſi factis prius euacuationibus. vnde Aui. O portet vt adminiſtres poſt euacuationem euaporationes, diſtillationes lenitiuas, & ſubdit quod notatum eſt. deinde intẽde vice alia cum eo quod euacuat ipſum ex membro.

Complent itaq; hunc quintum canonem euaporatioſa ẽta ex aqua calida ſola recepta per traiectorium ſiue per cannulam, vt ſupra ſiue modo Auic. per embulam,

Item ſi fortius cupimus cum decoctione maluarũ, violarum, ſalicis, nenupharis, camomillæ. Itẽ ſi fortius addendo cortices papaueris, aut iuſquiamũ. Et de his poſſunt fieri emplaſtra cum farina hordei additis ſpeciebus frigidis, vt. ℞. maluarum, viol. foliorum ſalicis, nenupharis, decoquanẽ. deinde piſtẽtur, deinde cum farina hordei & cum ſpeciebus ceroti ſandalini. Meſ. ij. diſt. fiat emplaſtrũ. Et cõſimilr poteſt fieri ad extra vnguentũ ex oleis frigidis, additis pluribus pulueribus frigidis. de qbus ſtatim in de cholerico dolore. Ad intra vero ponaẽ lac mulieris ab vbere recẽter mulſum, aut albumẽ oui bene agitatum. Vnde Auic. Albumini nanque oui ſoli ineſt proprietas mirabilis. Aut diſtilletur oleum roſ. cum modico camphoræ. Aut in fine oleum viol. cum ſemine iuſquiami, & modico aceti. Aut ſi fortius cupimus addãtur grana opij. Non plus me extendo in exemplis, quoniam ex his quæ dicentur ſtatim de cholerico patebunt exempla multa huic propoſito conuenientia.

C V R A in cauſa cholerica. Pręmiſſo canone ex parte dietæ, de qua dictum ſupra tractatu tertio. & canone de digeſtiuis. Oportet hic memorare alios.

Primus ꝙ cum iſte dolor ſit acutus valde morbum faciens acutum ſtatim in principio faciamus euacuationẽ, quæ euacuatio fiat phlebotomia ſaltẽ diuerſiua timẽdo ſu aurũ apoſtema calidũ qđ eſt pnicioſum, ut in principio rubricę dicebaẽ pro qua fienda recurre, ſupra de ſoda cholerica. Et ad id qđ dictũ eſt de lethargia qđ eſt apoſtema min⁹ piculoſum. Et ad id qđ eſt dcm̃ de ophthalmia ubi valde minus ſminet piculũ. ubi habeẽ cã dicti & modus tenẽdus ex parte uenarũ. Itẽ fiat eũo cũ ſolutiuis leuibus decoctione prunoꝝ, thamarindorũ, caſia, mãna cũ aliquo acuente vt uidebiẽ expedire cum myrobal. reubarbaro.

Secundus ꝙ ſi caliditas fuerit vehemens ꝙ fiat capitis infrigidatio cum his quę dicta ſunt in capitulo de ſoda, & ſpecialiter de cholerica. Vnde Aui. Cum autẽ cauſa eſt caliditas ſuperflua oportet vt infrigides cerebrum cum extinguentibus cognitis prædictis in capitulo cerebri.

Tertius nominatus eſt mitigatiuorum adminiſtratio. Qui cõpleri poteſt cum his quæ ad extra & ad intra aurẽ ponunẽ. Ad extra applicanẽ repercuſsiua frigida & ſua frigiditate doloris mitigatiua vt emplaſtrum vnctiones.

Emplaſtrum. ℞. lenticulã aquæ eam decoquas & piſta. deinde cum mica panis, lacte, albumine ouorũ, ſucco iuſquiami, oleum viol. & roſ. cum farina hordei fiat emplaſtrũ cum aqua decoctionis lenticulę. Itẽ & ſi vis fortius ℞. lactucã agreſtã, cucurbitã, ſolatrũ, iuſquiamum, exprime ſuccũ cum oleo roſ. & mãdragorino & farina hordei cũ modico croci fiat emplaſtrũ. Et multa cõſimilia poſſet artifex ingenioſus ex ſe cõficere. Vnguẽta cõſimiliter debilia & fortia fiant vt ℞. oleorũ roſ. viol. amygdalarũ dulcium. ana. par. j. aceti par. iij. bulliant vſq; ad conſumptionem aceti. deinde addatur modicum ceræ albę & fiat vnguentũ de quo inũgaẽ auris & partes circunſtãtes. Et ſi vis fortius addas opiũ aut oleum mãdragorinum, aut cũ opiatis dictis ſiue mitigãtibus dolorẽ. ſupra trac. iiij. cõfice vt placet. nam aggreganẽ ea quæ dicta ſunt de ſanguineo cum his quę de cholerico, & erit res copioſa. Et cõſimiliter dicaẽ de euaporatiuis. nam ex eiſdem rebus fiant euaporatoria ex quibus fiunt emplaſtra cũ modis dictis. & tu elige ut cõgruentius uidebiẽ. Ad intra vero valent quę dicta ſunt de ſanguineo vbi poſita ſunt aliqua fortia. & leuia. Sed vltra illa adhuc ponunẽ alia multum efficacia. ℞. olei roſ. conquaſſati fortiter cum ſucco cucurbitæ, & impone. idẽ operare cum oleo de ſalice. Itẽ oleum nenupharinum cum lacte mulieris tepidum. Itẽ oleum de papauere & eſt fortius: & hoc vbi dolor fuerit vehemens, cum quo ponatur aliquid camphoræ & eſt efficax ſedatiuum. Itẽ lac muliebrę cum ſucco ſolatri, mucillagine pſilij. quibus addatur vt libet ex mitigantibus. Itẽ limaciæ decoctæ in oleo amygdalarum, & lumbrici terreſtres cum oleo roſ. decocti vt infra. Et Aui. Cunq; eſt neceſſarium aliquod narcoticum magis incolume eſt ſieẽ memithe cum aliquanto opio teratur, & miſceatur cum lacte mulieris, & diſtilletur in aurem.

C V R A in facto ex cauſa frigida. Canones ꝓportionales ſeruenẽ quo ad ordinẽ dietę. Euacuationẽ. Digeſtionem. Diuerſionẽ. Sed pro euacuatione dicendum ꝙ in principio ætate, virtute, & cęteris cõſentiẽtibus conuenit phlebotomia, vt ſupra ſaltẽ diuerſiua in modica. ſ. quãtitate. pro qua recurre ad ea quæ dicta ſunt de ſoda, lethargia vt ſupra. Secũdo memorãdum ꝙ frequẽter euacuatio cũ ſolutiuis de quarto in quartũ cum cochijs & huiuſmodi vt ſupra. iiij. tract. & de ſoda phlegmatica. & in tpe intermedio denẽ digeſtiua iuxta materiã peccantẽ pro quo digeſtiuo recurre allegatis locis. Cõſimilr pro diuerſione fiat recurſus ad ea quæ de ſoda phlegmatica. Localia ad extra Emplaſtra. Vnctiones. Euaporatoria. Euaporatoria poſſunt eſſe ſicca & hu. Sicca fiãt cum his milũ, pãnicum, ſal, pulegiũ, baccæ lauri, olibanum, ruta, anethũ. Ex his materialibus ſumanẽ duo tria vel plura vt libebit, & ponanẽ in ſacculo, & calefacta ſuperponanẽ. Caleſiãt autẽ hoc mõ ponaẽ lapis, ſiue tegula in igne. deinde cum fuerit quaſi ignitus extinguaẽ cum vino, oleo de ſpica, aut de ruta. & deinde ſuperponaẽ ſacculus vt ex fumo tali ſupercaleſiat & calidus nõ multum iuxta canones poſitos in principio capituli quos reuide. apponaẽ auri & ſic reiterẽẽ frequẽter vt videbiẽ expedire. Euaporatorium humidum fiat cum his quę carminãt, & maturant, & mollificant, & cum decoctione meliloti ꝓprie anethi, camomillę, fœnugræci, volubilis, foliorum caulis, ſeminum eius, abſinthij diuiſim vel coniunctim vt placebit, & recipiatur fumus per cannulã, cuius vna extremitas ſit ſuper vas fabricaẽ, & reliqua ad aurem ponatur. Et ſi dolor eſſet vehemens addantur ex ſtupefaciẽtibus ſicut eſſent cortices mandragoræ, iuſquiami folia ac ſemina. Et ſi nõ ſufficiunt trãſeas ad fortiora vt opium, ſed iſta cum cautela apponantur, vt ſupra tract. iiij. de mitigantibus dolorem. nam in dolore ex cauſa frigida narcotica ſunt poſtponẽda uſque quo timetur ſyncopis. Auic. in hoc capitulo. Et nocumẽtum corrige ſi accidit ex eis ſicut cũ caſtoreo. Vnctiones fiant ex his. Oleum nardinum. Coſtinum. Rutacerum. Sanſucinum. Amygdalarum amararum. Camomillinũ. Anethinum. Laurinum. De lilio. De cheri. De narciſco. De perſicis. De chryſomillis. De been. De cherua. De cinnamomo. Vnumquodq; autem iſtorum proprietatẽ habet in dolore auris ex cauſa frigida. Emplaſtra autem fiant ex herbis commendatis iam vt eſt Anethum. Ruta. Pulegium. Maiorana. Laurus. Melilotum. Camomilla. Origanum. Sticados. Et breuiter omnia calida conferentia auribus. de quibus in principio capituli. fiat enim ex

his decoctio & partim pulueriżent,& cum uino, & oleis dictis,& farina ſeminis lini fiant emplaſtra vt opus erit.

℞.ceparum vnam, ex his quæ comedunt & decoquatur ſub cineribus calidis & prunis cū facilitate. deinde ipſum piſta & incorpora in ea butyrum & per modum emplaſtri ſuperpone. Idem cum cepæ hiliorum butyro & oleo gutacco. Ad intra autē valent olea dicta iniecta ſecundū canonē. Item.℞. cepe & caua ipſum, & in ipſa cauatura pone rutam,& ſuccum raphani,& galbanum diſſolutum prius in ſucco porri; deinde decoque vt ſupra. fiatq; deinde expreſſio eius ; & de tali liquore impone ſecundum canonem. Quòd ſi dolor fortis fuerit adde opium cum caſtoreo & croco & eſt ex miſcibilibus bonis vt Meſue hoc cap.aut philonium cum lacte. Oleum de ſcorpionibus iniectum eſt ſublime. vt Meſue hoc capitulo. Item decoquantur vſq; ad eorum liquefactionem ſcarabei,aut lumbrici terræ cum adipe anatis,& in aure diſtilletur ſecundum canonem. Item ſingulariter eſt fel thauri cum adipe anatis iniectum in cauſa vehementer frigida. Ad idem ſotira Nic.& Bxdra deſcriptione eius cum modico ſapæ iniecta. Et io ſumma mitigantia dolorem oculorum ſunt.& in hoc caſu valentia.Auic.

C V R A.In facto ex ingreſſu rei frigidæ fiant euaporationes ſiccæ dictæ. Item inunctiones calidæ dictę emplaſtra & iniectiones.Omnia enim quæ dicta ſunt in cauſa frigida & leuiora præcipue in hoc caſu ſunt maxime conferentia.Et conſimiliter dicendum de his quæ deſcripta ſunt de ſonitu & ſibilo.

C V R A.In facto ex apoſtemate calido ante explicationem canonum notetur. Quòd cura apoſtematis auris differt à cura aliorū apoſtematum cōiter in duobus. Primo quo ad repercuſſiua. Secundo quo ad maturatiua.

Quo ad repercuſſiua.primo quæ applicantur debēt eſſe mitigatiua & non directe repercuſſiua,quia timetur lęſio ſubſtantiæ cerebri ne fiat inde phreneſis,aut lethargia,aut ſi materia ad pulmonē deſcenderet generet ptiſis. Hic tamen eſt aduertendū q̧ in fortiſsimo dolore vbi timemus de caſu virtutis & de occurſu in ſyncopim, aut in permiſtionem rōnis,& mortem nō ſolum repercuſſiua,ſed etiā narcotica in principio ſunt applicanda. vt Meſue de apoſtemate,& bothor in aure. In ſecūdo differt quo ad maturatiua, quoniam pure maturatiua calida & humida nō debent apponi in apoſtemate auris quemadmodum & in alijs ponuntur,vt docet Auer. 5.coll.capitulo de maturatiuis apoſtematum.& eſt hic canon Gal.ſententia quinto de ingenio ſanitatis. vj.capit. vbi reprehendit medicum ad regem ſiue imperatorem vocatum pro dolore auris ex apoſtemate, qui maturatiuis calidis & humidis, tantum vtebatur. non conſiderans membri complexionem quæ eſt ſicca,quare & pro membri conſeruatione iuſsit Gal. ſuperuocatus apponi cum his ſicca complexionem auris confortantia,vt dicetur in deſcriptione emplaſtri.

Dicta igitur debet ad frigidū declinare plus & minus ſecundum intenſionem & remiſsionem cauſæ.

Euacuatio materiæ in principio fiat phlebotomia cū multa ſanguinis extractione ſi eſt poſsibile & pręcipue in ſanguineo.Quòd ſi non poteſt fieri in vnica vice propter debilitatē virtutis, aut ratione alterius rei reiteretur. nam cum tale apoſtema ſit pernicioſum. vt declaratum eſt ex ſententia Auic.in princ.rubricæ debemus vt poſsibile eſt aduertere ne magnificeť.Fiat autē phlebotomia ex cephalica primo ex parte contraria vt ſibi videbitur.deinde ex parte eadem iuxta canones de phlebotomia in ſoda ut ſupra. Item competit ventoſatio. fiatq; deinde euacuatio per lenitiua, & reiteretur nō dando fortia timendo agitationem & inflammationem materiæ.

Digeſtio.nam ſi videbitur confert in tempore medio exhibitio digeſtiuorum vt patet. Item competunt diuerſiones faciles vt patet.

Adminiſtratio localium. ad intra primo iuxta ea quæ nocata ſunt in principio competunt frigida non directe repercuſſiua cuiuſmodi eſt lac muliebre. vnde vſque ad tres dies qui æſtimantur principium fiat iniectio eius vice poſt vicem. Aliud.℞.olei roſ.℥.ij.aceti.℥.iiij.bulliant vſque ad conſumptionem aceti & adminiſtretur vt lac. Vnde Meſue hic dicit vſque ad duos vel tres dies. & tu conſidera. Ad idem Halyabas cōcedit in principio collyria alba dicta ſupra de ophthalmia cum lacte diſſoluta. Quod ſi timeremus caſum virtutis,vt dictum eſt,tūc adminiſtretur oleum de mandragora, quod Meſue nominat de iabroth cum lacte nouiter mulſo. Et ſubdit: Si excuſari aliter non potes cum modico camphoræ, aut opij. In augmento vero ſcilicet in quarto die vſque ad ſeptum adminiſtrentur quæ ſunt compoſitarum virtutum vincentibus frigidis. vnde confert mucillago ſeminis citoniorum, cum mucillagine fœnugræ. aut ſeminis lini, aut aliquando roſ. cum oleo amygdalarum amar. Item conferunt hoc caſu vaporationes factæ ex flore camomillæ, meliloti,roſa. & huiuſmodi cum emboto. Et multa talia poteſt ſibi fabricare operator. In ſtatu autem cōpetunt quæ ſunt compoſitarum virtutū & æqualium. vt.℞.florum camomillæ, meliloti. ana. M. j. roſa: M.j. ſ.foliorum altheæ.M. ſ.vel addas ex ſeminibus fœnugræci, lini proportionando, & fiant euaporationes vt ſupra.Et cum ſimiliter ad intra ponatur mucillago ſeminis citoniorū, cum mucillagine ſeminis lini. Item oleum ſiſami eſt in hoc caſu conuenientiſsimum. Vnde. ℞. olei roſati, ſiſamini. ana. Et cum ſimilibus poteſt fieri iniectio vt patet. Item conferunt oleum ſiſami cum adipe gallinæ,vt apoſtema citius ad maturationem perueniat. Raſis. In declinatione vero laudatur baſilicon diſſolutum in oleo roſa. aut iniectio adipis vulpis tepidæ. Et iuxta præmiſſa ponentur in hoc caſu ab auctoribus laudata.℞.farinæ volatilis molendini. ℥.iij.granorum pini, mucillaginis fœnugræci: ſeminis lini.ana. ℥. ij. thuris, litargirij,ceruſſæ.ana.℥. j.aceti al.℥.iij.cōficiantur cum vino ſiſamino. Item Meſ.℞.farinam fabarum, camomillam, ſuccum violarum, farinam, hordei, melilotum, althæam,decoque com aqua, & oleo camomillæ, & rob. & vtere. iſta enim ſunt reſolutiua & maturatiua valentis in ſtatu. Cum autem dolor aliqualiter ceſſauit confert hoc emplaſtrum. ℞. radicum maluauiſci. M. ij. decoquantur piſtentur & cum farina fœnugræc.& ſeminis lini, butyro, ſemine anethi, flore camomillæ, fiat emplaſtrum. Vel ſic. ℞. mucillaginis fœnugræc.maluauiſci, & ſeminis lini.ana.℥.iij. incorporentur cū cepe, lilij cocto ſub prunis, ſeminis anethi.℥. j.florum camomillę. M. ij.butyri loti.℥.vj. fiat emplaſtrum actu calidum & non multum ſuperponatur.

C V R A in facto ex apoſtemate frigido.Primo ordinetur dieta proportionalis vt ſupra.Secūdo fiat euacuatio, & prio ſi virtus & cætera cōſentiūt per phlebotomiam vt ſupra de cauſa frigida dictū eſt. Et reiteretur euacuatio vt ibi.Et digeſtio adminiſtretur.Et diuerſio vt ibi.

Localia vero ad intra vt in principio approximentur anodina,vt oleum camomillinum, ſiſami,roſ.factum ex oliuis maturis,vt cōmuniter ſit, mucillago, ſeminis lini, altheæ. Item valet oleum omphacinum in quo bullierunt ſcarabei,& eſt ſcarabeus animal quod per terrā incedit colligendo ſtercus. Item idem oleum in quo bullitę ſunt vermes terreſtres. In augmento iſta vel conſimilia cum reſolutiuis vt oleum roſa.cum adipe anatis vel ſiſamini cum oleo anethino. In ſtatu miſcenda ſunt æqualiter. In declinatione vero ſola ſufficiunt reſolutiua,pro quibus omnibus recurre ad ea quę dicta ſunt ex cauſa calida & frigida.

C V R A cum apoſtema ipſum ad ſuperationem,ſiue ſaniationē peruenerit & fuerit locus ortus eius manifeſtus,

quia apoſtema fuerit extra ita ꝙ ſenſus cũ percipiant, tunc tales ſeruentur canones. Abſterſio ſiue mundificatio. Et conſolidatio.

Mundificatio vero, & abſterſio fiant cũ melle ro. Cõſolidatio vero cũ puluere dragacanti vſti. Iſta cito trãſeo cum ad chirurgicum pertineant. Et qm̃ quæ dicent de intrinſeco de extrinſeco etiã valent. De mundificatiuis, cõſolidatiuis habes ſupra tractatu quarto. & tu ibi.

C V R A ſi apoſtema fuerit ruptũ ad intra ita ꝙ non videt locus ortus ſaniei, tunc ſi videt materia ipſa facilius per nares & os trahibilis, quia ſit multũ ad intra, tũc vtere ſternutatorijs, gargariſmatibus. & hoc voluit vt exiſtimo Auic. de cura ſaniei & puris quarta tertij. dum dixit. Et inclina materiam ad naſum, & os cum ſternutationibus, & gargariſmis. Tu tamen ſis memor dicti Auic. prima quarti. de cura putridarum. Medicus debet eſſe adiutor naturæ non impediens eã. Si natura inceperit euacuare per aures, tu illã ſequere. iuxta illud Senis. xxj. Aphor. j. Sectionis. Quę ducere oportet, quo maxime Natura vergit. per loca conferentia, eo ducere. Ea itaq; per aures egrediente ſeruentur canones dicti. Mundificatio ſiue abſterſio, & conſolidatio.

Medic⁹ naturæ adiutor.

Primus completur cum his quę ſunt mediocris abſterſionis & præcipue ſi recens fuerit, quoniam in antiqua ſanie oportet fortioribus vti ut dicetur. Et ſunt aqua mellis proprie vinum cum melle aut acetũ cum melle, aut oxymel ſimplex, aut ſquilliticum, & fiat iniectio eorũ per ſyringam leuiter. deinde fiat abſterſio & mũdificatio cum bombice, aut lana ſubtili, aut petia.

Secũdus perficit cũ his quæ ſunt mediocris exiccationis & conſolidationis abſq; vehementi mordicatione vt ſunt olibanũ ſolutũ cum vino, aut olibanũ, ſarcocolla diſſoluta in vino & modico mellis & eſt expertum. Itẽ myrrha, aloes in vino diſſoluta. Et ſandaraca etiã hic eſt mirabilis cũ vino & melle & cũ lycinio conſolidat & dolorẽ tollit. Itẽ lyciniũ cũ ſieſ memithe. Item cõpone myrrhã, aloe, ſarcocollam, & ſandaracam cum melle & vino.

C V R A in antiqua, & chronica. Tres ſeruent canones. Primus abſterſio, & mundificatio cum his quę ſunt prędictis uigoroſiora. Secũdus eſt reſtauratio eius quod deperditum eſt per putrefactionem. Tertius eſt conſolidatio & exiccatio cum rebus cõſolidatiuis in quibus eſt permixtio aliquorum humiditatem habentium.

Primus cõpletur primo in eo genere cum minus fortibus gradatim procedendo ad fortiora. Exemplũ primorum vt eſt vrina pueri cum melle, abſinthiũ cum vino & melle & modico ſal gẽmæ, oxymel ſquilliticũ cum modico floris æris, & fortius eſt alchitran cum melle, vinũ, decoctio ſerpentariæ cum melle. Et fortiora ſunt fel thauri cum vrina pueri. & hoc apud vehemẽtiã putrefactionis, & fœtoris. Item vnguentum egyptiacum Meſue, diſtinctione ſecũda diſſolutum cum vino & inſtillatum & eſt mirabile. Item vnguentum de flore æris ſiue viride & eſt efficax. Item. ℞. mellis deſpumati. ℥.iiij. aceti boni. ℥.iij. zinziar. ℥.j. confice igne leui vſque ad aceti conſumptionem, & eſt abſterſiuum ſublime in omnibus talibus vbicunq; fuerit vlcus.

Secundus perficitur cum rebus mediocris exiccationis abſq; mordicatione, & iſta numerata ſunt in canone ſecundo immediate præcedenti.

Tertius adimpleatur cum his ut eſt myrrha, aloe, thus, & talia de quibus dictum eſt in ſecundo canone, quibus addatur colcothar, flos æris, & ſimilia, vt. ℞. ſarcocollæ, ſanguis dra. olibani, ſpumæ maris, myrrhæ, baurach, boli arm. ſcoriæ ferri, floris æris, aloes, colcotar. ana. partes æquales, terantur & ex media parte earũ fiat ſief. Et cum vti volueris diſtilla in aurẽ cum aqua mellis. ex alia medietate vero liniatur lycinium inuolutum in melle & imponatur in aure prius mundificata & lota cũ aqua & aceto & eſt expertũ. Quod ſi cupis facilius medicamẽ potes ex his componere vt patet. Ad idem valet medicamen Raſ. nono Almanſ. de vlcere auris. Quidam laudant multũ emplaſtra exterius: & præcipue hoc. ℞. galbani. ℥. ij. armoniaci terbentinæ, ceræ. ana. ℥. ſ. gummi pini. ʒ. ij. ſucci cepæ. ʒ. ij. ſ. myrrhæ, caſtorei. ana. ʒ. j. puluerizentur & cũ oleo laurino malaxando. Nota tamen ꝙ vt dictũ eſt ſemper debẽt reiterari purgationes, nec ipſas derelinquere debes vſq; ad finem curæ. Item aduertendum ꝙ oportet moderari iſta ſecundũ materiã peccantẽ. nam vbi materia eſſet calida oportet cũ abſterſiuis alteratiuis cum frigidis ꝓcedere. Et cõſimiliter dicendum de cõſolidatiuis. Vnde vt dictũ eſt boloar. ſanguis dra. ſcoria ferri & huiuſmodi ſunt in cã optima: Sief memithę. Nuclei. Myrobalani. Gallę adustę. Vnguentũ de ceruſſa. Oleum roſ. & hmõi. ita ꝙ iſta cũ calidis miſcenda ſunt iuxta intenſionẽ & remiſsionẽ caliditatis materiæ. Itẽ. ℞. ſcoriã ferri ſiue ſquamã ſepties extinctã in aceto fortiſsimo ſemper innouando acetũ. deinde bulliat in aceto & oleo roſ. & coletur & vna gutta auribus inſtilletur. Item aduertendum ꝙ in expellendo materiam in aure contentã eſt ſingulare & efficax remedium inducere ſternutationẽ, & cum peruenerit ad actũ claudatur auris, & vt eſt poſsibile ſtringantur nares vt omnis impetus perueniat ad aures.

C V R A ſi apoſtema fuerit in parte extrinſeca, q̃ a in cartilaginibus auris, tunc nõ eſt magni timoris. Et medicet cum his canonibus qui dicti ſunt de apoſtemate.

C V R A ſi apoſtema fuerit factum circa radicem auris, tunc eſt timoroſum. nam ſi veneris cum ſignis digeſtionis & in die critica, tunc poſsibile eſt vt ſit ad bonũ. Si vero aliter euenerit eſt periculoſum & mortale frequẽter. Et tale quandoq; eſt ſanguineum, quandoq; eſt cholericum, quandoq; phlegmaticum, qñq; melancholicũ.

Euacuatio in ſanguineo aut ex alio humore ſanguini cõmixto iuxta doctrinã ſæpe poſitam conſentiente ætate, & virtute cõpetit in principio phlebotomia dico & diuerſiua, & euacuatiua. patet canon ex dictis. In cholerico vero in principio quia tale apoſtema ſuſpectum eſt exiſtimo competere phlebotomiã diuerſiuam. patet etiã ex dictis ſupra, & magis declarabit hæc materia infra de fe. peſtilentiali. In phlegmatico vero, & melancholico nõ ita videt directe cõpetere, quoniã tunc non eſt tantus timor, & hæc omnia exiſtimo voluiſſe Aui. quarta tertij. de cura apoſtematũ quæ accidunt in radice auris dum inquit. Et oportet vt minores materiã cum minutione ſi ipſa fuerit neceſſaria. Nota tñ iſta debẽt moderari iuxta canones poſitos ſupra de ſoda ſanguinea vbi eſſet ĩ toto repletio. Itẽ debet fieri euacuatio cũ ſolutiuis, lenitiuis, & alijs iuxta determinata in dubijs de fe. peſtilẽtiali. ſed ſecuriora ſunt ſolutiua benedicta, vt eſt caſia, thamarindi, reubarbarũ.

Digeſtiua ſint iuxta materiam peccantem, vt ſupra quarto tractatu.

De ordinatione diætæ nihil dictũ eſt cũ ex explicatis, ſupra videatur regimen tale ſatis apertum intelligenti.

In applicatione vero medicaminũ ad locũ oportet hic memorare canonẽ ſupra poſitũ, vt in principio pure repercuſsiua nõ apponant ꝓpter membrum principale, ſed repercuſsiua, & doloris mitigatiua vt frigida, leuia, cuiuſmodi eſt malua, viola, cũ folijs althęę & aliquibus alijs calidis ut cũ modico rutę & ſilibus, flore camomillæ, ſemine lini, & hmõi q̃ faciũt ad attractionẽ. Propter qđ notandum ꝙ ꝓpter membrũ principale in principio directiuis vident cõpetere calida attractiua, ſed quia timemus ne ſequat inflãmatio maior vt duplicatio feb. more Auicẽ. in hoc capitulo. hinc ipſa ſic moderamus cũ frigidis ſtudentes mitigationi doloris, vt nobis poſsibile eſt, qm̃ dolor ita ꝓpinquus principaliter multũ ꝓſternit uirtutẽ et inflãmationẽ inducit in acuendo ſpũs & ꝓhibendo ne cor debite à frigiditate cerebri euentet. Item eſt notandũ ꝙ ſi

in principio viderimus ꝙ non fieret conueniens expulſio materię ad locum emunctorij ꝙ tunc debemus vti attractiuis potētiintibus vſq; ad poſitionē ventoſarū. Quod ſi videmus materiā cōuenienter colligi, & adunari, tunc debemus ab illis attractiuis calidis ſuperſedere, ne ex eis fiat inflāmatio maior. & febris duplicatio. Vnde in principio competit emplaſtrū factum ex maluis, folijs altheę, flore camomillæ, meliloto, cum farina ſeminis lini, aut tritici, aut fœnugræci, adipe gallinæ, oleo viol. camomillæ, & huiuſmodi, ita ꝙ totū ad calidum & humidum declinet maxime in calido, & frigido melancholico, & plus in melancholico. In phlegmatico vero ad calidum & ſiccū, in quo ponatur adeps anatis, ficus ſiccę & huiuſmodi. deinde procedatur ſi ſperatur eius ſanatio, ſiue ſuppuratio cum radice althææ, cepæ, liliorum, & alijs putrefactiuis de quibus in quarto tractatu. Quod ſi apoſtema fuerit antiquatum ſiue durum factum ſuperponatur adeps porci cum melle, & cinere oſtracatū. Idem ficus ſiccæ, amoniacum ſolum aut cum alio. Pix. Bdellium. Sordes alueorum. Storax liquida. Medulla cerui. Itē viſcus, grana lauri. Gummi arabi. Piper. Radices ſerpentariæ. Galbanum. Coriādrum. Cordumeni. Piretrū. Stercus ouium, caprinum. Adipes porci, capræ, hirci. Cerebella gallinarū, vaccarum. Oleū roſ. camomillinū. Ad id quod eſt frigidioris materię oleū de lilio, anethinū. de cherua. Emplaſtrum de raſina. ex quibus vt propoſito videbiť cōpetere. componat diligens examinator. Et ſi non rumpitur per ſe & eius apertionem queris, fac illud cum calce viua, & ſapone molli, aliquando applicantur ſanguiſugæ.

CVRA ſi contingat à caſu, & percuſſione in principio fiat phlebotomia in parte contraria, vel vētoſatio in ſpatulis & ponatur bolus arm. puluis mirtillorum, cum oleo roſ. & huiuſmodi vſq; ad tres dies. procedaturq; deinde iuxta ea quæ dicta ſunt abſtinendo à vino, & à cibis multum reſumentibus, vſq; ad terminum dictum.

CVRA in facto cū pruritu, quia ſignum eſt ꝙ materia eſt calida, vt ſalſa, ꝓcedatur cum canonibus ad hoc ex parte diætę & cæterorū applicando ad intra, & ad extra quæ caliditatē &c. vt verbi gratia cum frigidis & humidis. Et de his exemplo colligi poſſunt expreſſe ex dictis.

CVRA in cæteris de quibus dictum eſt ꝙ aliquis eſt fortis, aliquis mediocris. oportet medicum occurrere cum fortibus, & mediocribus medicamentis, vt cauſa morbi, vel accidentis expoſtulat citius euacuando applicando vt patet intuenti.

## *De his quæ aures ingrediuntur ab extra, & in eis oppilationem faciunt.* Rubrica. VI.

QVandoq; ingreditur aer ſiue ventus frigidus de quo in pręcedenti rubrica. Quādoq; aqua. Qñq; aliquod groſſum ſolidum, vt eſt cicer, faba, lapillus, aut chirat, vt mihi contigit tempore meæ pueritiæ & huiuſmodi. Quandoq; ingreditur animal aliquod. Item qñq; in eo generať, vt vermis. Oppilationem aurē in eis faciunt ſordes in ipſa aure paulatine aggregatæ. Quandoq; humor viſcoſus oppilans foramen, aut meatum nerui. Quandoq; generatur in ea caro, ſiue veruca. Quandoq; aliquid in modum panniculi cooperientis foramē. Ante omnia notetur verbum Raſis nono Almāſ. capitulo de his quæ cadunt in aurem extrinſecus vbi inquit in fine. Neq; hoc pro paruo eſt habendū, & præcipue ſi res habens malam qualitatem ingreſſa fuerit. ſequeretur enim ex ea grauis dolor.

SIGNA demonſtratiua. Si fuerit vermis, aut animal aliud ſigna dicta ſunt in præcedente rubrica.

Signa ſi fuerit lapis, cicer, aut aliquod tale ſcitur narratione infirmi vt ſupra. Et vt dictum eſt in præcedenti rubrica, ducatur pro ſimilibus patiens ad radium ſolis vt medicus aſpiciat.

PROGNOSTICA. nam ſi non extrahuntur talia vt cicer, lapis & huiuſmodi perducunt infirmum ad ſurditatem, & grauem dolorem, vt dictum eſt,

CVRA Canones ſæpe replicati hic etiā ſeruētur, vt opus erit iuxta ea quę dicta ſunt. Ex parte dietæ. Euacuationū. Diuerſionū. Nunquā enim vniuerſalis obliuiſcaris.

Ad particulares canones accedo iuxta cauſas poſitas.

CVRA ſi aqua ingreſſa fuerit & ex negligentia non fuerit extracta vt contingit in his qui ſe balneant. nā ſæpe ipſa ſic dimiſſa apoſtema facit & dolorem vehementē vt Auic. Tunc ſi fuerit in pauca quātitate ſufficit infuſio frequens lactiū tepidorū cum ſternutatione, & tuſsi. Itē cum ſaltu ſuper pedem illius partis plicando caput. Itē euaporatio ſicca cum rebus calidis de quibus in pręcedētı rubrica. Si vero fuerit in quātitate notabili tunc fiant ſternutationes ore clauſo, & naribus, vt in præcedenti rubrica.

Itē tuſsiat fortiter, ſaltet vt dictum eſt. deinde extrahať aqua ſic cōmota cum ſclizatorio, eſt enim inſtrumētum quo pueri aquam trahunt, & ad longinqua expellunt. Vel ponatur cannula in auræ, & aliqua vilis perſona vel amica trahat cum flatu per aliam extremitatem cannæ aquā ad ſe, & nota ꝙ oportet aurem bene obturare vt vi vacui egrediatur. Item fiat ſuctio & mundificatio cum bombice poſito in extremitate ligni, vel iunci. Itē poteſt poni canna ferrea in aure, & per medium eius ponatur ſtilus ignitus. Item fiat fumus factus ex ruta, anetho, cimino, calamento & huiuſmodi calidis, vt ſupra. Itē poteſt igniri lamina ferrea, & ſuper illa ad conuenientem diſtantiam declinare aurem. Quod ſi dolor multum grauaret fiat euaporatio ex corticibus papaueris, meliloto, camomilla, viola, malua, ſemine lini. & ex his emplaſtrum cum farina hordei, & lacte.

CVRA ſi cicer cadat vel huiuſmodi, tunc diligēter conſideret operator aſpiciendo aurem in loco vbi radius ſolis per eā penetrat, ſi poteſt rem ipſam cum inſtrumento extrahere, & tūc ſufficiat. ſi non, dimittatur. Multos vidi qui cum inſtrumento ſine aduertentia operati ſunt, & rem magis intra infixerunt. Tunc autē ſic operetur. Imponantur tres vel quatuor guttæ olei camomillini, vel anethini tepidi hora qua patiens vadit dormitum vel ſaltem teneat tribus vel quatuor horis quibus dormiat ſuper aurem læſam. deinde mane facto faciat ſternutationes plures, tuſsiat, ſaltet vt ſupra. & ſemper declinet ad latus auris. Deinde percutiatur alapa, vt pugillo pars non læſa.

Quòd ſi res egredietur in nomine Ieſu. ſi non, ponatur patiens in balneo, & cum modicum ſteterit inclinetur ſuper aurē, & inducantur ſternutationes ore clauſo. Quod ſi iſta non contulerint tunc applicetur ſclizatorium, vt ſupra, aut ventoſa magna ſuper aurem, & eſt cōmune remedium in his omnibus caſibus. Item liniatur ſtilus in eius extremitate cum pice Hiſpanię, & ſit aliqualiter calida & ſuauiter intromittatur quouſq; attingat rem, & ſic retineatur donec creditur quòd ſit frigefacta. nam ipſa ſecum trahet rem nutu dei, aut idem fiat cū viſco. Quod ſi res iſtis modis non egredietur tunc feſtinandum eſt ad inciſionem antequam ſuperueniat apoſtema aut ſpaſmus, pro his recurre ad Albucaſim de chirurgia ſe intromittentem.

CVRA ſi animal. Canon eſt vt quamcitius fieri poteſt introducatur quod faciat eum exire. Quòd ſi non cito exibit intromittatur quod faciat eum mori ne ſuo motu perambulando plus noceat. Primum perficitur cum capillo aut filo ſerico intromiſſo. nam forte ſic pulex aut animal adhærebit, & egredietur. Quòd ſi non cōpleſecundum cum intromiſſione ſucci abſinthij. Aloes. Succi calamenti. Aqua quæ deſcendit ex carne vaccina aſſata. & eſt ex vehementer commendatis. Succi cucumeris aſinini. Similiter ſulphur, ariſtolochia long. Succus perſici, praſij, ellebori. Itē fella omnia, & proprie quādo

caleſcit in pulpa granati. Quo mortuo fiant iter-mutationes, ſaltus, & cætera dicta ſupra.

C V R A. Si vermes fuerint, tres ſeruentur canones. Primus ingeniatio extrahendi eos viuos. Secũdus interfectio eorum. Tertius ingeniatio extrahendi dum ſunt mortui.

Primus completur cum applicatione rerum dulcium ad quem debent ſubito applicari. verbi gratia. ſcindatur pomum dulce bene maturum per medium, & zucchara dulcoretur auriq; applicetur & dormiat ſuper aurem patiens ſi poteſt vel ſaltem ſtet pluribus horis fortaſsis deo volente egredietur. Aliud ad idem expertum. ℞. zucchari. ʒ. ij. mellis. ʒ. iij. olei roſ. ʒ. j. miſceantur cum albumine duorum ouorum & fiant tepida, & ponãtur in aurem cum lana infuſa in eis. ex qua impleatur auris, & accubet ſuper eam patiens & ſic ſtet non multũ, deinde ſubito remoueatur. nam ſic multoties vermis egreditur.

Secũdus perficiatur cum his quæ dicta ſunt paulo ante complementum ſecundi cum ſucco abſinthij, & cæterorum ſequẽtium. Sed fortius his eſt calamentũ. necat enim vermes & dolorem ſedat & proprie ſuc. eius Meſue. Et oleandro ineſt proprietas mirabilis, vnde Gal. vt allegat Meſue. ſi cætera non conferunt ſulphur viuum, & calx viua terantur, & cum melle fiant trochiſci, & cum aceto in aurem diſtillentur.

Tertius adimpleatur cum impoſitione olei hora poſt horam & cæteris dictis in extrahendo clurat lapillum. i. vſque ad applicationem ventoſæ. Quòd ſi contingat vermem mori & putreſieri in aure, tunc imponatur vna vice poſt aliam ex oleo & uino tepidis, & mundificetur deinde auris cum bombice, aut lana donec totum corruptum extrahatur. Confectio hamech conferens uermibus, & dolori ex his. ℞. olei de perſicis, & de chryſomillis, & olei de amygdalis amaris. ana. par. j. ſuc. foliorum radicis, ſucci apij. ana. par. ij. bulliant lento igne vſque ad conſumptionem ſuccorum. & diſtilla ex eo in aure mane & ſero.

C V R A ſi oppilatio fuerit ex ſorde aggregata, diſtilletur in ea ex oleo amygdalarum amararum nocte quando uadit dormitum. Item ingrediatur balneum aquæ calidæ, aut ponat aurem ſuper terram calidam, ut ſordes liqueſiat, & egrediatur. Item ponatur in aure lycinia intincta in melle cum felle caprino, oleo, & modico praſsij contriti, & dimittatur pluribus diebus, ut duobus vel tribus, deinde cum inſtrumento auriculari mundificetur. Aliud & eſt optimũ. Accipe baurach, & miſce cum ficubus, à quibus extracta ſunt grana illa parum & ponatur in aurem & dimittatur vſq; ad tertium diem. & tunc extrahatur. aſſociabitur enim tunc ſordes multũ manifeſte, & alleuiabitur. Baurach

C V R A ſi contigerit ex humore viſcoſo præcedentibus canonibus uniuerſalibus ea parte diætæ digeſtionis euacuationum, auri imponãtur calefactiua reſolutiua. Inciſiua. Et ex habentibus virtutẽ mirabilem in hoc ſunt trochiſci, quorum deſcriptio colligitur ab Auic. de cura oppilationis accidentis in aure. ℞. ellebori al. aureos. ij. nitri aure. xvj. croci aure. iij. conterantur & fiant trochiſci cum aceto, & cum uti uolueris diſſoluantur in aceto, & ſe alora facere potes ex datis vt patet.

C V R A ſi fuerit oppilatio. caro verucoſa, & tunc ſi panniculus & caro fuerit ad extra ita vt cum vncino capi poſsit, tunc cum ſpatumine aut alio inſtrumento incidatur & remoueatur. Deinde applicetur immediate cauterium actuale, deinde ſedato calore procedatur cum corroſiuis prohibentibus generationem carnis vt eſt vnguentum viride. Quod ſi fuerit ad intra. tunc cura eſt difficilis. vt Auicen. & oportet tunc vt chirurgico relinquas. pro quo vide Albucaſim hoc ca. & caueatur læſio neruorum.

*De ſanguine egrediente per aures.* Rubr. VII.

SAnguinis ab aure egreſsio eſt. aut à cauſis primitiuis, vt ſunt caſus & percuſsio. Quandoq; ab accidentibus, vt quantitate ſanguinis multa, propter quod uena ſcinditur, aut acuitate ſui non ſcinditur, ſed per poros eius ſubtilitate egreditur, aut quia critice natura eum expellit.

S I G N A demõſtratiua. Si ex cauſis primitiuis ſcit narratione infirmi. Si ex antecedente ſcitur per cõprehenſionem ſignorum ipſius ſanguinis, & aliorum quæ ſuper multitudinem ſanguinis ſignant. de quibus in de dolore auris. Si ex venæ apertione paulatim exit, & ſine dolore. Si ex ruptura tunc ſubito exit & cum dolore. ſi ex corroſione cum dolore maximo & non ſubito.

Critica ſigna habeo ex annotatione dierum criticorũ. Item quia ſanguis ſubito & ſine dolore egreditur & non præceſsit caſus aut percuſsio. aut aliquod tale.

P R O G N O S T I C A. Quandoq; perducit ad debilitatem magnam, & vſq; ad ſyncopim.

C V R A. Canones critici non retineatur niſi ſuperfluat.

C V R A. In facto à multitudine ſanguinis perducẽte ad ſciſsionẽ venæ eius. Canones. Vltra diætæ ordinationẽ phlebotomia fiat diuerſiua. Secundus mundificetur auris à ſanguine iam fluxo ne ibi fiat apoſtema, aut ſanies. Tertius adminiſtratio conſtringentium ipſum.

Diæta ordinetur ut exigit materia. Nam ſi fuerit acutus ſubtilis ex admixtione choleræ declinet regimen ad frigidum & humidum.

Euacuatio fiat cum appropriatis. Phlebotometur ex parte contraria. extrahatur ad diſcretionem medici, vel ponantur ventoſæ ſuper ſpatulas.

Mundificatio fiat cum ſucco porri, & vino albo, aut melle intincto in teis radio.

Conſtrictio vero fiat cũ ſucco plantaginis. burſæ paſtoris. aut. ℞. achaciæ perſidiæ, balauſtiæ, gallarum ſumac. maſticis, thuris ana. ʒ. j. puluerizentur & bulliant in aceto, & coletur, & vna gutta infundatur. Quòd ſi fluxerit humiditas, ſeu aquoſitas inſtilletur vinum bullitum in oleo ſcorpionum.

C V R A ſi fuerit propter caſum, ſiue propter percuſsionem, fiat phlebotomia, ſi virtus & cætera conſentiũt, vt dictum eſt. Deinde ſtringatur ſanguis compoſitis hic & ſupra. quarto tractatu de conſtrictiuis, & tu ibi.

Quòd ſi dolor erit. tunc. ℞. micam panis recentis & intingatur in ſucco abſinthij & vino calido, & ſuperponatur. Auicen. hoc laudat vbi ſtringi aliter nõ poſsit cauterium: ſed iſtud dominis chirurgicis relinquo; Sed ex maxime commendatis ab eo. Primum, eſt coagulum leporis cum aceto infuſum. dicit q; eſt mirabile. Item ſuccus porri cum aceto. Item ex expertis. Recipe renes tauri & aliquid adipis ſaliti. hæc aſſentur, & quæ in aurem fundantur. Chirurgicos (ne ſcio ang cõtume liã,) Domios appellat.

D V B I A.

DVbitatur vtrum in omni dolore auris ex cholera non admixta ſanguini competat phlebotomia. Quòd non ex canone generali, quarta primi de phlebotomia. Caue ne ægrum. Pro iſto videtur Meſ. vbi de dolore auris determinans ea cauſa ſanguinea dicit. Fiat phlebotomia, vbi de eo & cã cholerica nihil. Oppoſitum eſt dictum ſupra. Pro iſto dicendum q; canon generalis loquitur directe de euacuatiua, & hanc videtur tacere Meſue & plures alij. ſed diuerſiua debet fieri propter cauſam tactam de cura doloris eius.

VTrum repercuſsiua competant in paſsionibus aurium, q; non, quia ſit repulſio ad principale. Item quarta tertij de cura ſaniei. Et melius eſt, vt non repercutiatur. ergo. In oppoſitum eſt Aui. quarta tertij.

de cura apoſtemarum auris. & de cura vlcerũ ſaniei, vbi dicit adminiſtrare aquam roſ. oleũ roſ. ſunt enim & hæc repercuſſiua. Dicendũ ꝙ repercuſſiua cõpetunt in caſu nõ ratione loci, ſed ratione accidentis, ſcilicet doloris. & ideo ſubiungebat Auic. Dum nõ ſuperfluerit, qm̃ ratione accidẽtis bene habent cõpetere, quia tunc maius eſt iuuamentũ. Aliter ꝙ illa non ſunt repercuſſiua in aure ſicut in alijs membris mollibus. Notandũ ꝙ in adminiſtratiõe fortiũ medicaminũ debemus eſſe curioſi & attenti; ne deſtruatur organum auditus, quia faciliter corrumperetẽ; qm̃ eſt dictum ꝙ auris eſt membrũ anfractuoſum. eſt intelligendũ ꝙ anfractuoſitas illa facit ad perceptionẽ cuiuſlibet vocis. nã fit repercuſſio aeris intrãtis ad diuerſas partes concauas eius, ubi fit reſonantia, vnde aer ſatis debiliter motus percipitẽ qui non perciperetur niſi eſſet illa cauoſitas, imo aliter recte aer & libere ingrederetur ſicque parui ſoni non comprehenderentur. ſimiliterq́ nec vocũ diuerſitas. Notandum ꝙ Auicen. prima primi. de anatomia neruorum cerebri ponit neruos auditui deſeruientes oriri à parte poſteriori, & iam dictum eſt contrarium ſupra in principio tractatus ſexti. propterea exponendus eſt textus Auicen. à parte poſteriori primi ventriculi. & ſic tu bene conſidera.

Aures cur anfractuoſæ.

Auicẽnę locus explanat⁹.

DVbium erat quomodo materia faciẽs ſurditatem poterat tranſire ad inteſtina. Ad quod reſpondet Thadeus ſuper Apho. xxviij. ꝙ natura pellit materiam ſorditatis ad venas colli, & de illis ad venam magnam, quia ad venam chilis circa dorſum exiſtentem, deinde mittitur ad hepar, & de hepate ad meſeraicas, & ab ipſis ad inteſtina, ad quæ meſeraicæ trahuntur, & ſic vltimo ad concauitatem inteſtinorum.

### APHORISMI.

*De diſpoſitionibus Aurium.*

Ex. iiij. Sectione. xxviij. Aphor.

Quibus bilioſæ deiectiones, ſuperueniente ſurditate, ceſſant, & quibus ſurditas ſuperuenientibus bilioſis deiectionibus, ceſſat.

xlix. Aphor.

In febre non intermittente, ſi labrum, vel oculus, vel naſus, vel ſupercilium peruertatur, vel nõ videat, vel non audiat, iam debili exiſtente corpore, quicquid horum euenerit, mors proxima.

lx. Aphor.

Quibus in febribus aures obſurduerunt, ſanguis ex naribus fluens, & aluus turbata, ſoluit morbum.

## De diſpoſitionibus Naſi, continens Rubricas. xij. Capitulum. V.

*De anatomia naſi cõplexione ac deſcriptione eius, & de iuuantibus & nocentibus ei.* Rubr. I.

NAſus eſt membrum cõcauum ex duobus oſſibus & tribus cartilaginibus compoſitum in anteriori parte faciei poſitum vt odoratui ſeruiat, primo à natura finaliter creatum. Dicitur concauũ, nã habet duo foramina per quę aſcẽdit odor terminata vſq; ad colatorium poſitum ſub duobus cornibus ſimilibus duobus capitibus mamillaribus, quæ appellantur cõiter capita mamillaria, quæ ſunt inſtrumentum immediatum odoratus, ſicut cryſtallina viſus, & ſunt inuoluta pia matre. Et per colatoriũ intellige foramen, quod eſt in palato ſuperiori, habet duo oſſa multum poroſa, nam per poroſitatẽ eorũ tranſit odor ad locum odoratus, & ex cartilaginibus media diuidit alias duas laterales ita ut ſit cauſa diſtinctionis foraminis dextri eius à ſiniſtro. Et dicitur vt odoratui primo. nã & ipſe naſus deſeruit etiã ipſi cerebro, vt aer attractus per ipſum conſeruet calorẽ innatum in ipſo. vt dicit Auic. Sed tu dices contra. cerebrum eſt frigidum vt in principio tractatus ſexti. ergo non indiget attractione aeris. Dicendum ꝙ euacuatio & attractio aeris eſt neceſſaria pro refrigeratione ſpiritus cõtenti in ventriculis cerebri, & ideo dixit Auic. vt conſeruet calorem innatum in ipſo, & non dixit ipſius. Deſeruit etiã pulmoni, nã per nares ingreditur aer incedens ad pulmonem, & in duabus quidem extremitatibus naſi ſunt duo tranſitus ad duos lachrymales. & propter hoc guſtatur ſapor alcohol in lingua. Auic. ex quibus patet quid ſit naſus, eiuſq; anatomia, & complexio. nam dicendus eſt frigidæ & ſic. complexionis.

C O N F E R E N T I A naſo in diuerſis diſpoſitionibus ſunt hæc. Auiſum, artanita, acetũ, agaricus, apiũ, abrotanum, bletis, baccæ lauri, cucumer aſininus, cõdiſi, caſtorei, cyperi, hedera, elleborus, fel omne ſpecialiter teſtudinis, lactuca, lac, marubiũ, mentha, nigella, & eſt ꝓpria, ozymum garyophyllatum, oleum benedictũ Nico. Odor calamenti, ſanſuci, rutæ, oleum irinum, papauer ſylueſtris & flores. Piretrũ, petroſellinũ, ſquilla, ſticados, ſynapis, ſanſucus, vrtica, ireos, iris, ziniar, Et iſta cũ alijs numerabuntẽ ſuis locis. Et quoniã odoratio eſt operatio ab ipſo principaliter ꝓueniẽs vt dictum eſt. hinc de ipſo ꝓſequendũ vt in cæteris operationibus membrorũ. de qbus ſupra cõtingit. Itaq; enim odorãdo naſum triplicter lędi cõtingit diminutę, ſcilicet corruptę & ablatę. Diminutę vt cũ percipit odorabile ſenſu debili. Corruptę vt cum percipit odorabile odorę qui non inuenitẽ, aut cum bonos odores malos iudicat, aut econtra. Ablatę vero cum ex toto aufertur odoratio nihil ex odorabilibus percipiens. & de his ſimul procedetur quãtum ad curã cum ex eiſdem cauſis prouenians, licet aliquo modo differant ſecundum intẽſum & remiſſum, & tu hæc bene cõſidera.

*De diminutione corruptione & ablatione odoratus.* Rubrica. II.

VNde corrumpitur odoratus, diminuitur, & aufertur vt in reliquis dictum eſt, & ſunt qui odores bonos, malos iudicant.

C A V S A eorũ quandoq; eſt à natiuitate. quandoq; ex accidente, & hæc quandoq; eſt mala cõplexio ſola, aut cum humore, aut oppilatio, aut ſolutio cõtinuitatis facta percuſſione aut caſu. A mala cõplexione, ſicut fit ab aere frigido vel calido exceſſiue exiſtente in anteriori parte capitis in ipſis carunculis & huiuſmodi, & ſecundum plurimum à frigido. Item ab attractione rerum nimium infrigidantium & calefacientiũ ſuperflue. ſimiliter cũ humore indifferenter, ſed magis frigido phlegmatico. Ab oppilatione vero, vt in oſſe perforato ab ipſo humore oppilante ventoſitate groſſa, apoſtemate, aut à carne addita.

S I G N A demõſtratiua. Oportet te cognoſcere malam complexionem calidam aut frigidam ex his quæ dicta ſunt de ipſis. vt ſi cũ mala complexione cal. materiali aut immateriali eſt caliditas rubedo punctura cum perceptione rei fœtidæ. tunc illud exiſtima accidere ex præſentia humoris putridi, & maxime ſi ex naſo egrediẽ fœtor.

Quando autẽ ſuperfluitates fluunt ſecundũ conſuetudinẽ, tũc iudica ꝙ ipſi nõ eſt oppilatio in colatorio. Quod ſi inuenitur ꝓhibitio penetrationis reſpirationis in naſo, raritas in loquela, tunc illic eſt oppilatio in alcaiſim, ideſt in ſuperioribus partibus naſi. Et qñ retinetẽ curſus & nõ fit per malitiã cõplexionis cerebri, aut paucitatẽ ſuperfluitatis eius, & eſt illud quod eſt ſub colatorio aptũ. tũc illic eſt oppilatio profunda. Et ſi curſus eſt aduẽtus ſecundũ conſuetudinẽ, & non eſt oppilatio ſub alcaiſim, & in eis quæ ſequuntur ea, tunc eſt nocumentum in cerebro.

Signa eius quæ eſt à cauſa primitiua manifeſta ſunt in ſirmi narratione.

P R O G N O S T I C A. Si ægrotãti feb. acuta ſuperueniat

peruenіat odoris corruptio, vt ꝗ iudicet ſe odorare odores non cōſuetos, vt piſciū, luti, butyri & huiuſmodi aſtātibus id non odorantibus cum alijs ſignis malis malum & mortale. Quæ ex natiuitate non curatur. Quæ à ſolutione cōtinuitatis facta cauſa, et ſimiliter percuſſione raro. Et illa quæ ſequitur ad paralyſim, vt in comite carmignola, curatur ad curam eius.

C V R A Canones ex medicinis quæ naſo applicanẽ in ſuis diſpoſitionibus, aut ſunt odoramenta. aut vaporea humidi, groſſi, aut puluores inſufflati cū cannula, vel penna, vel attracti, aut caputpurgia, aut linimēta ſuper caput, aut ſuper ipſum facta. Et antequā ponantur canones ꝓprij habendi ſunt menti hi tres generales. Primus accipiens caputpurgium debet ſtare reſupinus, & implere os ſuum aqua. Secundus ꝗ ſugat talis totum quod à medico exhibetur. vt poſſit producere effectum intentum. Tertius ꝗ cum exhibetur à medico aliquod mordicatiuū de cuius mordicatione dubitetur, prius iungantur nares ad intra et ad extra oleo ro. aut lacte. deinde inūgaẽ caputpurgium, quod ſi videtur neceſſariū poſt eius operationem redeat patiens ad inungendum ſe cum oleo, aut cum lacte. vt dictum eſt.

C V R A particularis eorum. Sed prius ſcito ꝗ de naturali maxime vbi fuerit à mala cōplexione nihil ad præſens. nam natiuum & chronicum vix habet curam Meſ. Quod ſi fuerit ex carne orta forte poterit manu curari. quod chirurgicis relinquo.

C V R A. In mala complexione abſq; materia fiat curatio cum alteratiuis contrarijs odoramentis, ſcilicet Embrochis. Caputpurgijs. Epithematibus & huiuſmodi. de quibus ſupra de ſoda ad complementū. Sola enim in hoc caſu ſufficit alteratio. Quę omnia adminiſtrati debent in parte cerebri, vel capitis anteriori. vt verbi gratia in calida ex ro. coriandro lauacrū. aut ſuctio per nares ex oleo roſ. aqua roſ. cum modico aceti. aliquando additur modicum camphoræ. aliquando modicum menthæ humidæ, vel ſiccæ, cum modico cyperi, & eſt iuuamentum ſublimis Meſue. Item euaporatio aceti, & eſt vltimum. In frigida vero ſpica. Calamus aro. calamentum. ſanſucus, embrocha. item ſuctio ex oleo nardino. rutaceo, coſtino cum caſtoreo. muſco, euphorbio & huiuſmodi. de quibus ſupra allegato loco.

C V R A Si fuerit mala complexio cum materia. Canones. Ordinatio dietæ. Digeſtio. Euacuatio, & particularium adminiſtratio.

De diæta autẽ dicendū breuiter, vt ad contrariū cauſæ declinet ꝗ ſit paucitas in cibo & potu maxime in frigida phlegmatica quæ vt plurimū euenit. vt infra de cauterio.

Digeſtio fiat vt petit materia peccans cum bis quæ dicta ſunt. tractatu quarto.

Euacuatio conſimiliter cum ſolutiuis. vt ibi. Et reiteretur vt ſupra. quoniā materia in illo loco exiſtens nō poteſt in vna purgatione purgari. Quod ſi fuerit repletio in toto, aut ſanguis peccans aut humor cum ſanguine fiat phlebotomia, aut ventoſatio, aut ſanguiſugarum applicatio. vt ſupra ſæpe dictum eſt ſpecialiter de ſoda, & tu ibi recurras.

Localia adminiſtrātur alia et alia ſecundū materiæ exigentiā. In frigida vero cum applicatione calidorum appropriatorum reſoluentiū et exiccantiū. In calida vero cum frigidis appropriatis infrigidatiuis et humectatiuis. de quibus exempla ponentur. Verbi gratia in calida. ℞. ro. coriandrorū, nenupharis, matrum uiolarum. ana. M. j. bulliāt in aceto, et aqua aceti ſit pars quinta. fiat euaporatio. Item ex eiſdem poteſt fieri attractio. Item ex oleis roſ. nenupharino, ſuctio. Item. ℞. ſucci blitis. viol. ana. par. j. zucchari viol. aut ro. ana. par. j. quartam attrahatur tepidum. Et cōſimiliter de embrochis dicaẽ, et inūctionibus ſuo modo, vt de ſoda dictū eſt, nō enim me multū in exemplis extēdo iſtis, qm̄ raro à caliditate. In frigida vero: de qua proſequiẽ Auic. & cæteri auctores de calida nullam mentionẽ facientes. ſed tu collige ordinem, qui ponetur de cauſa frigida, quē ſi opus erit ſeruabis in cauſa calida. Seruandæ nanq; ſunt embrochationes, euaporationes, odorationes, attractiones per nares. Vnctiones ad extra. Gargariſmata deponentia materiā & alterantia. & ſi hoc in loco euacuatio ſcribi poſſet ac deberet. Iſta tamen omnia poſita ſunt de cura ſodæ ex materia frigida. Et licet ita ſit ad clariorẽ doctrinam exempla ponā. Embrocha. ℞. camomillā, maioranam, calamentum, ſpicā, ſticados, abrotanū. & alis vt placet calida appropriata, de quibus ſupra in principio. bulliant in aqua vſq; ad conſumptionẽ tertiæ partis, & fiat cum ſpōgia embrocha ſup caput. Et ſis memor ꝗ vniuerſalia præceſſerint ex parte euacuationū. Ex quibus & cōſimilibus fiant fomētationes & euaporationes. Odoratio aſſidua rutę, et ſimiliter fiat ex alijs. Attractio fiat ex nigella. caſtoreo, felle mixto. Itē ex nigella, ſerapino, caſtoreo, & muſco cum ſucco rutæ.

Item nigella, piper, caſtoreum, muſcus cum oleo nardino, & eſt proprium. Item ex caputpurgijs, & eſt mirabile, nigella trita, & iam infuſa in aceto, mixta cū oleo antiquo. Si caputpurgia generant ardorẽ iam dictū eſt quid agendum. Item ex dictis poſſunt fieri puluores eiuſdem virtutis, vt. ℞. condiſi. piperis baccarum lauri, muſci modicum fiat puluis. Ad idem artanitæ. condiſi, ſalis armoniaci ana, terātur ſicut alcohol. & ſuffletur ex eo per nares poſtquā euaporauerit ex aceto calido. Et plures ad fortiora tranſeunt, & exhibent elleborum, colloquintidā, piper, & maxime quādo eſt oppilatio in colatorio, id eſt in foramine &c. & eſt diſpoſitio quā cū homines habent dicūt ꝗ ſunt infrigidati & nō ſentiūt odorẽ niſi valde fortẽ.

Infrigidati (vt cum autore loquar,) ꝗ dicātur.

In vnctionibus ꝓcedat, ut cum calidis, ſubtiliatiuis, reſolutiuis. Et cōſimiliter cum gargariſmatibus. de quibus ad plenum de ſoda phlegmatica. & tu ibi. Laudaẽ tamen gargariſma ex ruta, hyſſopo cocto in aceto ſquillitico.

Item & maſticatio zedoariæ. Ille autẽ qui ſentit odorifera, & nō fœtida, non ceſſet facere caputpurgia cum caſtoreo multoties vſquequo rectificeẽ diſpoſitio eius. Itē odoret ſæpe ozimū garyophyllatum, rutam, mentam, garyophyllos, ſpicā, origanum & huiuſmodi. Nota ꝗ iſtę attractiones & cætera debēt fieri ter ad minus in die ſtomacho vacuo, ore repleto aqua. Item medicamen Raſis. nono Almanſoris. cuius initiū. ℞. nigellæ, fellis gruis. eſt optimum. & quia ponitur ibi vrina pueri.

C V R A, F A C T Æ à caſu, aut à percuſſione ꝓcedatur cum dictis. vt phyſicis pertinet ex cauſa comprælienſa. Poſtremo ſcito ꝗ medicinæ magis iuuatiuæ in hoc ſunt caputpurgia loquendo de particularibus. Et ideo in eis ſiſte.

### *De fluxu ſanguinis narium.* Rubrica. III,

FLuxus ſanguinis à naſo eſt eius continuus aut interpolatus exitus ab eo in tali quantitate factus à venis vt frequenter eueniens.

C A V S A cuius ſecundum plurimū eſt diſpoſitio humoris virtutis aut membri, & ſimilr̄ in notabili quātitate, quia exitu trium, aut quatuor guttarum ſanguinis, vel circa proprie fluxus appellari non debet, dicitur à venis, quia aliquādo etiā prouenit ab arterijs. ſed quia arteriæ habent duas tunicas & vena niſi vnam. ideo frequentius ex venis venit, & tamẽ inter ipſos eſt differētia, quoniam arterialis eſt calidior, rubicundior, cum ſaltu veniens & impetu. Dicitur cuius cauſa ſecundum plurimum, Nam licet à percuſſione, aut caſu, aut corroſione cum extrinſeca re facta, aut cū palea, ſeta porcinia, aut ſanguinaria contingere poſſit. tamen vt dictum eſt ab illis cauſis cōiter fit, humor nanque ſanguineus ſiue ſanguis ipſe, aliquando ob ſui ſubtilitatem & caliditatẽ ſuperiora petens

venam exit, & cum eſt cholericus aperit corrodendo orificia venarũ. Aliquãdo ex admixtione phlegmatis aquoſi etiã ſubtiliatur, & per porros venarum ægreditur nõ corrodens vt cholericus. Aliquãdo ſua quãtitate venas nimiũ replens & ſuperfluus parietes venatũ amplius extendens ipſas frangit, aut per poroſitates earum ex apertione conſequente ad talem extenſionẽ ægreditur. Vnde in tali caſu aliquãdo egreditur quantitatis maior lib. iiij. & non debilitatur æger. Propter quod ſcito ꝙ ab homine mediocris habitudinis, & gratis egredi poſſunt vſque ad lib. xxiiij. antequã moriaẽ. ſed deinde moritur vt Auic. quinta tertij. de cura leuis fluxus ſanguinis nariũ, & habet alia litera vſq; ad. xxv. Et in ſumma tres videntur cauſæ ex parte humoris ſumptæ. Prima eſt acuitas qua corrodit.

Sanguinis pondus I homine.

Secunda eſt ſubtilitas qua reſudat. Tertia eſt multitudo qua frangit, & rumpit. Ex diſpoſitione membri, vt qa membrum eſt rarum valde & laſſum, vt in cholericis in quibus facile fit fluxus ſanguinis, & ſi alię cauſæ aduenięt. vnde quidam ſe vidiſſe dicunt ſanguinem ex oculis fluere propter raritatẽ, & laſsitatẽ eorum vt ille de ſodo. Dicitẽ virtutis. quia aliquando ex debilitate cõtentiuę, & fortitudine expulſiuæ id poteſt accidere, vt patet. Et cauſæ lõginquæ poſſunt eſſe. Cerebrum, hepar, ſplen, matrix & huiuſmodi. hæmorrhoides. vt cum accidit retentio ſanguinis fluere conſueti vt menſtrui & huiuſmodi. Et vidi diebus meis mulierem pregnantem ex maſculo ex familia Zabarellorum de Padua. à qua exiuit quantitas ſanguinis per nares circiter lib. xxij. peperit, & ſuperuixit, & fœtus ipſe. Et eſt fluxus narium quidam criticus, & talis non eſt compeſcendus, niſi ſuperfluat. Quidam vero non criticus. Et critici quidam ſymptomaticus, quidam naturaliter factus. Et ſcito ꝙ vniuerſaliter alijs paribus plus læditur phlegmaticus & conſequenter plus melancholicus ex eius fluxu & minus cholericus. Et ea cauſis extrinſecis vltra prætactas ſunt intuere res rubeas & multa cogitatio de ipſis vt in primo canone, & ideo mulieres tenent pannos rubeos ſuper patientes variolas, & faciunt eos res rubeas intueri. Item aer calidus & humidus calefaciens, & maxime poſt repletionem. Item balneum calidum, ut quinta Aphoriſ. quare in fine capituli. Cibus calidus, & humidus, & fumoſus, vinum vinoſum. Item ægritudo calida, vt febris acuta calefaciens, & acuens ſanguinem.

SIGNA demonſtratiua cognoſce venalem ab arteriali. quoniam vt dictum eſt arterialis eſt calidior, ſubtilior, rubicundior, cum ſaltu, & impetu veniens, clarus, & cum periodo, & quãdoq; cadit ſubito, id eſt, patiens ex exitu arterialis cito vel quaſi ſubito cadit in ſyncopim: non ſic ex venali. Venalis autẽ groſsior, non veniens cum impetu, ſed cum pruritu magno ex facili medicamine retinetur, nõ ſic arterialis. Item medicamina quæ ponuntur ſuper hepar in venali multum conferunt, non ſic in arteriali, imo medicamina ſuper cor poſita in arteriali magis conferunt, & quæ ſuper thoracem.

Signa critici, quia poſt febrem, aut poſt apparitionem digeſtionis in ſuperfluitatibus, & in die aliqua critica. & quia dolor fortis anteceſsit, & habitudo corporis carnoſa, aut cholerica, aut vrina rubea viſa fuit, aut ſubrubea, aut citrina, intenſa, & ante oculos, & in imaginatione apparebant res rubeæ, & igneæ, & poſt iſtum fluxum ſenſit ſe manifeſte liberatum.

Signa acuitatis ſanguinis. eius caliditas. ſubtilitas, & egreſsio eius paulatina, & non ſubita vt in arteriali, & cũ tangitur ſentitur vehemens caliditas.

Signa ſi propter multitudinẽ ſanguinis, quia corpus videtur valde repletũ. rubedo faciei, & tomus, & ꝙ ſubito exit in quantitate magna, ad quam ſequitẽ ſyncopis, quandoq; maxime ſi ſit arterialis vt ſupra, & ꝙ ante patiens vſus eſt regimine multiplicatiuo ſanguinis, vt bono vino, optimis carnibus, & huiuſmodi: & quod abſtinuit à coitu, & longo tempore à phlebotomia. & ꝙ dolor capitis vehemens anteceſsit.

Signa ſubtilitatis eius ex admixtione aquoſitatis ſunt manifeſta ex inſpectione ſanguinis ipſius qui eſt ſubtilis diſcoloratus.

Signa ſi fuerit ex raritate membri id etiam ex eius compoſitione ſcitur, & quaſi facili cauſa incurrit fluxum.

Signa ſi ex debilitate cõtentiue ſcitur. quia preceſsit diſpoſitio aut eſt ipſum debilitans. Fortitudinẽ vero expulſiue declarat alleuiatio quæ ſequitur.

Signa cauſarum longinquarum ſunt, vt cum eſt à capite. quia adeſt capitis dolor cũ ſanitate aliorũ mẽbrorum.

Quòd ſi ab hepate ſentitur grauedo & nocumẽtum in hepate. & ꝙ exit à nare dextra. & vrina rubea. & hmõi.

Si à ſplene cõſimiliter nocumentũ, vt tumor, dolor, & hmõi. in hypochondrio ſiniſtro, & ꝙ exit à nare ſiniſtra.

Si à matrice. quia retẽta ſunt menſtrua cõſueta emitti, & nocumentum percipitur in matrice & huiuſmodi. Et conſimiliter ſi fuerit hęmorrhoidali retẽtione. facies enim ſatis oſtẽdit in principio ſanguinis qualitatẽ, ut ſi cholericus erit citrina, ſi phlegmaticus ad albedinẽ declinabit. ſi melancholicus ad nigredinem, ſiue ad fuſcedinem.

Signa eius qui eſt à cauſis primitiuis ſciũtur narratione infirmi, vel aſtantis.

PROGNOSTICA. Fluxus ſanguinis nariũ veniens in ſynocho, phreneſi, retentione menſtruorũ hæmorrhoidarum. In catarrho calido. In dolore capitis & maxime in ſanguineo eſt vtilis valde. In phlegmatico autem & debili corpore inutilis & malus. Fluxus qui eſt ex ruptura venæ, aut arteriæ quæ in rete cerebri, vix aut nunquam ſanatur. hic enim ſemper malus eſt, & eſt continuus & velox. cõtingit quandoq; in phreneſi, aut percuſſione, aut caſu & huiuſmodi. Fluxus criticus ſi naturam non debilitat bonus. quia ſcilicet ad eum ſequitur alleuiatio. ſymptomaticus vt quaſi ſemper malus. Fluxus qui ſe extendit vltra lib. quatuor malus, & ſi multum excedit peſsimus. Fluxus qui ducit corpus ad colorem pallidũ, liuidũ, aut viridem, ſiue fuſcum, licet retineaẽ peſsimus, & mortalis. Fluxus qui ducit corpus ad ſyncopim, & maxime propter ſanguinis exuberantiam mortalis. Fluxus cum frigiditate extremitatum mortalis. Omnis fluxus ſubito & cum impetu veniens malus, & mortalis.

Omnis fluxus cum alleuiatione infirmi bonus. Fluxus in apoſtematibus intrinſecis, & proprie in ſanguineis, & in cholericis, in cerebro, deinde in hepate, deinde in velamine, poſtea in pulmone eſt vtilis valde. ſed iuuamentum maius præſtat in pleuriſi q̃ in peripleumonia. Fluxus in acutis & maxime criticus: vt in variolis, & in morbillis bonus. Fluxus talis cum ſuperfluit, & pluries venit annuntiat hydropem.

CVRA. Canones ſeruãdi ſunt quatuor. Primus ordinatio dietæ. Secundus euacuatio, Tertius diuerſio. Quartus compeſcentium fluxum adminiſtratio.

Diętam ordinari oportet, vt cauſa exigit quemadmodum ſæpe ſupra dictum eſt. Nam in ſubtilitate. & acuitate ſanguinis cum his quæ ingroſſant. vt ſunt cibi generantes ſanguinem groſſum frigidi & ſicci, de quibus in tertio tractatur. Item & frigidi & humidi conglutinatiui, vt ibi. Similiter potus frigidus. Et non detur vinum niſi apud debilitatem virtutis, & da id mixtum. nam ſi confortat nocet inquantum excitat ſanguinem, Auic. vbi ſcilicet non fuerit commixtum, pro quibus recurre ibi.

Idem intellige ex parte aeris, & aliarum rerum non naturalium cum caliditas excedens ex parte aeris, ex parteq; exercitij, & animæ accidentiũ, vt ſunt ira, & huiuſmodi, non raro ad fluxum ſanguinis perducant. In multitudine uero fiat cibi minoratio, & potus, & cõſequenter abſtineaẽ à rebus multum nutrientibus. Et ſit diæta in cibis, &

potibus

potibus pauci nutrimẽti, vt ſunt olera, milium, panicum & huiuſmodi. aqua, de quibus ſumatur maior aut minor quãtitas ſecundũ virtutis tenorem. In caſu & percuſsione fiat vt humor principaliter peccans exigit.

Euacuatio autẽ fiat cũ medicina ſolutiua ſi humor petit, vt ſi fuerit ꝓpter admixtionẽ multæ choleræ cum ſanguine fac cũ Thamarindis. Diaprunis. Reubarbaro. acuẽdo cum pauco diagridij, aut electuario de ſucco roſarũ. Quòd ſi opus fuerit digeſtiuo fac illud cum proportionatis. vt quarto tractatu. Et ſi fuerit ex aquoſitate materiæ phlegmatis ſolue cum turbith, & huiuſmodi allegato tractatu. Et ſi fuerit multitudine ſanguinis & æger ad medicum venerit opportuno tẽpore fac phlebotomiã. Quòd ſi fuerit repletio magna fiat ex ſaphena eiuſdem lateris, deinde ex cephalica ex eadem parte & ſit leuior prima.

Et ſi dicatur Meſue dicit debere fieri phlebotomiam ex latere oppoſito dicetur in dubijs. Item ſi tolerat virtus fiat phlebotomia vſq; ad ſyncopim, nã phlebotomia eſt melior res qua retinetur fluxus ſanguinis nariũ. Auic. de curationibus eius. Vnde cum iudicabitur fluxũ fieri ex multitudine fiat ſubito eius euacuatio per phlebotomiam. Si vero erit propter ſubtilitatem vt choleræ. tunc euacua ipſum immediate cũ ſolutiua. & iſte eſt proceſſus ſecundum ſapientiã. Etiam conferunt maxime clyſteria lenitiua ex aqua decoctionis prunorum, thamariodorũ matrum violarum cum oleo viol. & huiuſmodi.

Diuerſiones vero fiant cum phlebotomia leui in latere oppoſito. deinde ex eodem. ſed de hoc in dubijs. Et ſi non poteſt fieri phlebotomia fiat illud cum vẽtoſia ſuper ſpatulas. ſuper natices cum ſcarificatione leui. Item appoſitio earum ſuper hepar ſine ſcarificatione, ſi fuerit ex nare dextro, & ſuper ſplen ſi fuerit ex ſiniſtro, & ſuper vtrũq; ſi ex vtroq; procedit, etiam ſuper ſumen, & eſt ex nobilioribus. Auic. Item conſtrictio ambarum aurium eſt vltima. Confert & appoſitio earum ſuper crura in parte domeſtica. Quòd ſi non conferunt ponentur ſuper ceruicem, & ſuper ſpatulas cum vt ſupra ſcarificatione leui. Quòd ſi fuerit fluxus arteriabilis ponãtur ventoſæ ſuper regionem cordis, & ſuper ceruicẽ. Ligationes fiant in extremitatibus in digitis, manus, pedis. Similiter compreſſiones doloroſæ in eiſdem. itẽ ligentur teſticuli, & in mulieribus mamillæ. item vt ſupra de ſoda ligentur ad interiora brachiorum prope aſcellas, & coxæ. prope inguina cum inſtita, ſiue aluta. vt Raſis. Et fiant aliæ diuerſiones, vt ibi. Item nota Auic. xvij. tertij. proprio capitulo ubi inquit. Et multoties accidit habentibus hæmorrhoides, fluxus ſanguinis narium, & remouentur hæmorrhoides, ergo per oppoſitum prouocatæ hæmorrhoides fluxũ ſanguinis narium remouebunt.

Ante complementum quarti ſciendum. Quòd medicinæ quæ adminiſtrantur in fluxu ſanguinis narium. Aliæ ſunt vehemẽtis ſtypticitatis. vt achacia, hypoquiſtidos, & cætera de quibus in quarto tractatu ad plenum. Aliæ vehementis infrigidationis, ingroſſationis, coagulationis &c. vt ſunt repercuſsiua opiata frigida & ſicca, frigida & humida. de quibus allegato tractatu. Aliæ ſunt vehementia conglutinationis, vt puluis molendini, pili leporis, albumina oui, tela aranea, & proprie quæ eſt in molẽdino, aut quæ eſt vicina furno & huiuſmodi allegato tractatu. Aliæ ſunt acutæ cauterizatiuæ ſicut calx. colchotar. calcãtum. æs vſtum. arſenicum. flos æris & ſimilia. Et hic nota dictum Aui. cap. de curationibus eius inquit. Et iſtæ cauterizatiuæ adminiſtrentur cum cautela, ipſæ namq; faciunt euenire cruſtam. quæ cum cadit retrahit deterius quàm prius. Et Meſue. Cauterizatiuæ ſuſpectæ ſunt, & pauloppoſt explet ſententiam Auicen. Et quidam in alijs locis in fluxu ſanguinis immoderato adminiſtrãt cauterium actuale, vt faciunt mangones in equis. Aliæ ſunt à proprietate hoc facientes, vt ſtercus aſini recens & ſiccum, ſed melius recens, aqua baſilicon uel ſuccus eius, aqua mentæ, ſtercus bouis combuſtum. Halyabas. ſtercus equi. Ante compoſitionẽ receptarum nota dictum Meſ. inquit. Verificatores vero qui operãtur ſed ſapientiã cõgregant ex diuerſis diuerſarum intentionum, & perficiunt ex eis vnum. habens virtutem ſigillatiuam carẽs ſuſpitione ex his quæ timentur, ſicut trademus poſt. In leui quidem ſufficit attractio aquæ frigidæ per nares cum aliquali & leui diuerſione, vt ligatura digitorum manus, & inuolutione gulæ cum pãno infuſo in aqua frigida, & infrigidatio ſpatularũ hepatis cũ aqua & rebus frigidis. de quibus ſtatim. In fortiori vero cũ fortioribus ſequẽdo diuerſionem medicinarum in hoc caſu valentium poſitam initium faciens ab infrigidatiuis. ℞. ſucci lactucæ, ſemperuiuæ, virgæ paſtoris, aquæ roſ. par. j. aceti par. ſ. quintã. infundatur pecia & ſic frigida ſuperponatur fronti & tẽporibus. Item infuſio aquæ frigidæ ſuper caput.

Item conſtrictio facta ex aqua frigida. aceto, & ſucco ſemperuiuæ cum inſtita circa tempora. & aliter poterit multipliciter operator operari cum frigidis poſitis ſupra quarto tractatu, faciendo embrocha, emplaſtra, vt ſupra de ſoda ca. Et ſi fortius volumus operari addatur iuſquiamus, opium, mãdrago. cum cautela ſemper vt ſupra ſæpe dictum eſt. Et ſcito quòd ſedere in aqua frigida. Epithemata ex aceto ſuper hepar. Et emplaſtra frigida ſuper ipſum, ſuper ſumen, & extrema ſuper teſticulos ex rebus infrigidantibus quàm maxime commendantur. Sed fiat permutatio poſt permutationem cautela ſuper hoc adhibita ne vltima ſequatur infrigidatio. Et acetum eſt in hac diſpoſitione præcipuum. Et conuenit vt teneat aquam frigidam in ore ſuo continue, & fiat permutatio in ea.

Et ſtypticis. ℞. boli armeni. gipſi, ſucci barbæ hircinæ ana par. æquales terantur contritione vltima, deinde addatur acetum, & miſceantur omnia, & ducantur in mortario lapideo donec veniãt ad mellis ſpiſsitudinem, ex iſto liniantur frons & tempora, & deſuper ponantur pila ſtupæ, & ligetur cum inſtita ligatione forti expertũ. & ſi oportet adde opium circa partem mediam vbi maximus eſſet fluxus.

Item. ℞. achaciæ, hypoquiſtidos. boli arm. coralli rub. lapidis ematitis, terræ ſigillatæ. ana. puluerizẽtur ſubtiliter & incorporentur cum albuminibus ouorũ, & modico aceti in mortario vſq; ad ſpiſsitudinem mellis, & fiat vt dictum eſt, reſtringit enim orificia uenarũ, maxime enim valent in hoc caſu ematites, & corallus. Ad idem. ℞. ſucci plantaginis, aquæ roſat. ana. ℥. ij. aceti. ℥. ſ. albumina ouorum numero. ij. terræ ſigillatæ quãtum ſufficit ad inſpiſſandum. Item. ℞. ſang. drag. gummi. ara. aſſati, ſeminis ro. achaciæ, hypoquiſtidos, ſpodij, balauſtiæ, boli ar. terræ ſigillatæ, æmatitis, coralli ru. ana. ʒ. j. ſ. cornu cerui uſti, gallarum, nucũ cupreſsi. ana. ʒ. j. puluerizentur ſubtiliter, & ex iſto puluere fac linimentum, aut emplaſtrum, aut fac lycinia cum albumine oui, & naſo impone. Sed nota quòd cum ex eo fiunt lycinia debet eſſe ſubtiliſsime tritus, & cribellatus. nã ſic debet eſſe puluis omnis naſum ingrediens. Ex conglutinatiuis. ℞. maſticem dragantũ, telam araneam, puluerem molendini, & ex iſtis conuerſis in puluerem cum pilis leporis minutis & albumine ouorum fiat vt linimentum. vt ſupra & liniantur collyria, & naſo imponãtur. Item raſura chartarum puluerizata cũ albumine oui. Itẽ tela aranea cum albumine oui, ſucco ſolatri, & modico camphoræ. Ex proprietate. ℞. ſtercus aſininum, & naſo impone, ſimiliter equinũ vt ſupra. hæc tamen potes cõmiſcere cum alijs & cõponere ex diuerſis vnũ ſecundum ſapientiã, vt ſupra cũ cauterizantibus. & inducẽtibus eſcarã ſiue cruſtã. Itẽ ſufflet atramẽtum, ſiue arſenicũ, calx uiua & huiuſmodi de quibus ſupra, & etiã tractatu quarto. in nares, aut inuoluatur bombix vt collyriũ, & imponatur. Et quidã vt dictũ eſt operãt cũ ferro.

Dixit Gerardus ſe vidiſſe hominẽ cui conſtringi nõ poterat, & ex alumine impoſito ſtatim cõſtringebaẽ. Vnde Aui. mirabiliter cõmendat balneum aluminoſum. vnde & Raſ. ix. Almanſ. ℞. aluminis iameni, amili partes æquales puluerizentur ſubtiliter & naribus inſufflentur, facta eſcara vtere hoc vnguẽto. ℞. medullæ vituli, dragacanti. gummi. ara. ana. ʒ. ij. olei ſiſamini. ℥. j. ceræ quantum ſufficit. Et ſcito ꝙ valentia in fluxu menſtruorum hic ſunt & conferentia. de quibus infra. Vnde & athanaſis Nico. cum ſucco plantaginis eſt in hoc caſu conuenientiſsima. Scito tamen ꝙ frigida poſita principaliter reſpiciũt ſubtilitatem ſanguinis cum caliditate, nam ſi foret ſubtilitas ex parte phlegmatis aquoſi oportet ſe moderari in ipſorũ adminiſtratione. & tu conſidera.

C V R A. In facto ex fractura arteriarũ. Omnia vt ſupra ſeruenẽ cum approximatione infrigidantium fortiũ. Et ad intra naſum ponantur lycinia linita ex his. ℞. olibani, aloes. ana. terãtur & cum albumine oui reducantur ad ſpiſsitudinem mellis, vt ſupra. Nam in tali caſu valet cõtinua infuſio aquæ frigidæ ſuper caput, & non oportet ut ſit ſuperfluitas in effundendo aquã vehementis infrigidationis fortaſſe, aut coagulabit ſanguinem, aut congelabit ipſum in pãniculis cerebri. Auic. Sedeant in aqua frigida, & eſt quid mirabile in fluxu menſtruorum conſentientibus ætate, virtute, & tempore. Item nota ꝙ ſicut fluxus eſt cõtinuus, ita inceſſanter fiat inſtillatio rerum in naſo. & hoc voluit Auic. dum dixit capitulo de cura eius. Be inceſſanter diſtilletur in naſum.

## *De prouocationibus fluxum ſanguinis narium.* Rubrica. IIII.

QVoniam rectum eſt vt quandoq; prouoceẽ propter ægritudines cerebri. hinc ponentur ea quæ mouent eum, & ipſum artificialiter ꝓuocant. Et ex mouentibus eſt ſanguinaria naribus impoſita, facta in eius aliquali cõmotione. Item gramen vt accipiantur rami eius cum ſemine & per nares inuoluanẽ. Itẽ multum odorare ieſemini & maxime in habentibus calidam complexionẽ. Iſaac. Serapio. Itẽ vrtica ſuccus vel folia naribus impoſita. Item fiat collyrium ex condiſi. ſtaſiſagria & euphorbio cum felle vaccino & naribus imponatur. Auic. Arte autẽ prouocant paleæ duræ per nares motæ & pungendo. Item accipiantur ſetæ porcinæ in notabili quãtitate, & violenter trahanẽ per foramen pẽnæ deinde prope foramen incidantur ſicut fit de pẽnicu lis pictorũ, & imponanẽ naribus circũcirca ducendo, pũgendo, & egredieẽ ſanguis. Et credo ꝙ applicatio ſanguiſugarum aliquando in hoc caſu maxime cõferat. Itẽ laudatur muſculus ſauinę, vel ſpergulæ ductus per naſum & impoſitio baſiliconis. & tu conſidera.

## *De catarrho & coryza.* Rubrica. V.

CAtarrhus cõmuniter ſumptus eſt fluxus ſiue deſcẽſus humoris à capite ad membra inferiora, & diciẽ à caterion Græce Latinẽ fluor. Meſ. à quibuſdã dicitur à candeo des. inde flos ris. & ros roris. Et plurimi reuma appellant dictum à ruo is. & ſic capiẽdo eſt genus ad catarrhũ proprie dictũ ad corizã & branchũ. Vnde cũ ad pectus fluit diciẽ catarrhus ꝓprie dictus. Cum ad naſum coriza. nã à cora oſſe naſi nomẽ accipit. Cum ad fauces dicitur brãchum & de hoc ſtant verſus magiſtrales.

Si fluit ad pectus dicatur reuma catarrhus,
Ad fauces branchus, ad nares dico coryzam.

Et eſt ſnia Galeni. ſecundo ꝓgnoſticorũ. cõmẽto. xxix. Eſt itaq; catarrhus proprie dictus fluxus humoris, vel humorũ à capite ad pectus deſcẽdentis vel deſcẽdentium, cuius cauſa eſt ipſe humor ſubtilis calidus aut frigidus.

C A V S A primitiua eſt quãdoq; frigiditas extrinſeca, vel caliditas ipſa. vna quidem diſſoluendo, vt ſolis balnei, altera vero cõprimendo, in ſe cõtracto cerebro. Item vapores calidi eleuati à rebus vaporoſis, vt ſunt cepæ, allium, vinum potens & huiuſmodi. Antecedens vero eſt mala cõplexio calida. qñq; ipſius cerebri trahentis ad ſe vapores plures à toto, quos reſoluere nõ poteſt, aut mala cõplexio frigida vapores eleuatos ingroſſans. & ingroſſati deſcendunt ſua grauitate, aut humor ipſe calidus, aut frigidus quietus, ſcilicet non exiſtens in fluxu, ſed ſua peccãs quãtitate. quia talis qui eſt in fluxu eſt coniuncta. Itẽ debilitas virtutis cõſequens ad phlebotomiam ſuperfluã, vel aliud ꝓpter quod debilitatur cõtentiua, aut digeſtiua cerebri. Dicitur humor ſubtilis. quia vt notat Gentilis nõ deſcenderet ſi eſſet groſſus propter viarum anguſtiã, vna tamen materia cum hoc altera eſt ſubtilior & viſcoſior.

Ex quo infertur ꝙ in principio curæ eius non cõpetunt diuretica, nec ſyrupi aperitiui. nã ſic augmẽtaretur. Inferẽ ſecundo ꝙ cõferunt inſpiſſatiua ſiue materia fuerit calida ſiue frigida. Dicitur calidus vel frigidus, quoniam omnis catarrhus quãdoq; eſt groſſus. quãdoq; ſubtilis aquoſus. quandoq; calidus acutus ſalſus. quãdoq; mali ſaporis. quandoq; calidus mordicatiuus. hæ ſunt ſpecies eius accidentales ab Aui. poſitæ cap. de eo. Et modus generationis eius eſt proportionalis generationi aquæ in alembico ex eleuatione vaporum, & guttarum interius. nam vapores calidi acuti ad cerebrum eleuati frigiditate eius cõdenſantur & in humiditatem aquoſam ſiue fluidam conuertuntur & ſicut indigeſtio ſtomachi eſt cauſa diarrhoeæ & fluxus, ita indigeſtio cerebri & maxime partis anterioris cerebri, catarrhi. De præparatis vero magis ad catarrhũ dicetur in dubijs. Et antequã procedatur ad curã primo aduertendũ ꝙ cura feſtina catarrhi pro paruo non eſt habẽda, quoniã vt inquit Auic. & Gordonius fere mater eſt omnium ægritudinũ. vt patebit infra de correctione accidẽtium. Et Gilbertus anglicus nec in principio contẽnenda, quoniam in poſterum dãna pariet grauiora. Secundo aduertendũ, ꝙ catarrhus quatuor habet tempora. [Catarrhi tempora.] Principium, & eſt cum ſtillat liquidum, aut acutum. Augmentũ uero cum ingroſſaẽ & acumen remittitur: omnis enim humor acutus cum ingroſſatur remittitur acumen eius ad bonum intellectum. Statũ cum ſtat poſt talem ingroſſationẽ aut remiſsionẽ. cum vero humiditas propter digeſtionem & ſpiſsitudinem currere deſierit declinatio eſt. Tertio ſi cum reumate fuerit dolor capitis recurre ad id quod dictum eſt ſupra de ſoda phlegmatica.

Et reſumendo dicatur ꝙ catarrhi cauſæ ſunt tres. primitiua, ſcilicet, antecedens, & cõiuncta. Et exemplificando largius exempla ponãtur, & primo primæ, aer calidus diſſoluẽs, vt ſol maxime ſtante capitis repletione, & ideo catarrhum incurrunt qui habent capita repleta in hyeme, & aduenıente vere ſe ſoli exponunt. Item balneũ calidum & vapores eius. Item ventus auſtralis calidus, de quo in Aphor. infra. Item ſubita mutatio de calido aere ad frigidum, & ideo qui caput ſuum multũ coopertum tenent, cũ eum diſcooperiũt ex aere ſic occurrente catarrhum incurrunt, & ideo iuuenes noſtri temporis portantes in capite [Iuuenes nrĩ tẽporis cur catarrhoſi.] eorum coopertura valde magnas ex parte biretorũ, capuciorum efficiuntur catarrhoſi, adeo etiam quia capita eorum tanta caliditate relaxant, vt virtutem etiam debilitent, Item & frigidus. aer cõprimens vt ſupra cõſimiliter & humidus. Item boreas, & venti frigidi, pluuia, & aqua frigida qñq; capiti quomodolibet occurrens. Item odoratio frequens rerum calidarũ diſſoluentiũ, vt muſci, croci. & huiuſmodi. aut frigidarum debilitantiũ, item & humidarũ reumatizantiũ, quare catarrhoſi à frequẽti odoratiõe ſe abſtinere debẽt vt infra. Itẽ cibi & potus calidi vaporoſi vt cepæ, alliũ, amygdalæ. vinũ potẽs. & hmõi. Itẽ [Venatores cur catarrhũ ſentiant, ac reũatizent.] exercitiũ forte calefaciens uociferatio fortis, & ex duabus reumatizant venatores. Itẽ quies nimia. Itẽ crapula, ebrietas, & huiuſmodi. Itẽ coitus ſuperfluus, propter quod ho-

mines

ſmines ex hac & aſsignata ſupra reumatizant. Somnus ſuperfluus meridionalis, præcipue dormire capite depreſſo. Retentio ſuperfluitatū. Phlebotomia plurima. nā corpus rarificat & præparat ad recipiendū calorē & frigus quare reumatizant. Item ira, furor, triſtitia: & huiuſmodi, & breuiter quæ diſſoluunt humores in capite & eos fluxibiles reddunt, aut non operant per modum cōpreſsionis ſunt cauſa antecedens. Exempla. Mala complexio cerebri calida attrahens vapores, aut diſſoluens humores, aut cal. aut hum. in ipſo vel in toto. Aut mala cōplexio frigida comprimens, aut digeſtiuā cerebri debilitans. Aut cōpoſitionalis, vt capitis rara compoſitio, quare cerebrum cito recipit, & cito relaxatur, vnde tales ita videntur lædi à frigido aere, ſicut à calido, & ecōtra, neq; cooperturæ ſui capitis metrum inuenire ſciunt. Itē capitis magnitudo. Item cutis, & cranei ſpiſsitudo. Item antecedens humoralis, vt humor calidus vel frigidus in cerebro abundans, vel vapores cal. aut frig. à ſtomacho: vel toto, vel aliunde ad cerebrū venientes. Coniuncta vero humor ipſe actu fluens. etiam catarrhus qñq; eſt cum feb. quandoq; abſq; feb.

S I G N A demonſtratiua. Catarrhi ex cauſa calida venientis ſigna, quia caput calidum ſentitur, facies rubea aut citrina. cōplexio cholerica, aut ſanguinea, punctura, mordicatio in oculis, & in naribus rubedo, & inflāmatio in gutture percepta cū aliquali excoriatione, perceptio amaritudinis, aut ſalſedinis ſitis, aut linguæ ſiue oris exiccatio, & cum raſcatur ſputum declinat ad citrinū, & ibi eſt parua oppilatio, & naſitas, & odoratio non multū minuitur reſpectu frigidi, & ita vox. etiam catarrho calido quãdoq; communicatur febris.

Signa frigidi quod ergo creditur per naſum frigidum ſentitur & ſine acuitate & cum priuatione ſignorum iam dictorum, & eſt tenſio frontis cum grauitate, & oppilatio, & naſitas magna reſpectu eius quæ eſt in calido, vnde tales difficulter trahunt aerem per nares, & malum, ſecundum plurimum groſsior, & quod per raſcationem trahit ad albedinem declinat, & ſunt oculi tumidi cum pallore faciei & frontis albedine, olfatus multum diminutus. ſunt abſq; ſiti & cum deſtructione appetitus. & quãdoq; cum appetitu canino, & eſt abſq; feb. q ſi accidat iuuatur ab ea. & in talibus minuitur vox.

Signa eius qui eſt à cauſis primitiuis habentur narratione infirmi, vel aſtantium.

P R O G N O S T I C A. Scito catarrhū vt Auic. aliquando ſpargi ad pulmonē & facere peripleumoniam, tuſsim, aut aſthma, aut vlcerationē eius & ptiſim maxime cum perdurat, & eſt acutus, aut ad panniculos pectoris, & facit pleuriſim, de qua infra. Aliquando ad meri. & facit excoriationem in eo, ſquinantiā, vocis raucedinē, & appetitus deſtructionem aut appetitum caninū. Aliquando ad ſtomachum & facit in eo nocumētum, aut indigeſtionē, aut aliter, aut nauſeam & huiuſmodi. Aliqñ ad inteſtina, & facit fluxum, dyſenteriam, aut diarrhęa ſecundum ipſius acuitatē. aliqñ cholicam muiſcatam, crudam. Aliquãdo deſcendit per ſpondiles, & facit nocumentū in renibus. Aliqñ ad tibias & facit in eis tumorem, ut in duce Ludouico de Bertania. Aliquãdo ad oculos, & facit ophtalmiā, & alias oculorū ægritudines. Et in ſumma vt ſupra fere mater eſt omnium ægritudinum. Vnde reumatizantes parati ſunt ad multas ægritudines. qui ſunt magis parati, vt ſupra dicetur in dubijs. Catarrhus multiplicatur in hyeme & proprie cum ſequit æſtas ſeptentrionalis paucæ pluuiæ. & autumnus auſtrinus pluuioſus, & multiplicatur in regione meridionali viaticus.

Et magis multiplicatur catarrhus in autumno propter aeris mutabilitatem. Hip. xl. Aph. ij. Sect. Raucedines, & grauedines in valde ſenibus coctionem non admittunt.

Catarrhus plus à frigido fit qȝ à calido. Qui habēt caput calidū & partes inferiores frigidas raro ſunt ſine catarrho propter attractionem vaporum. quibus cor calidum & caput frigidum multi vapores aſcendūt qui digeri nō poſſunt. Catarrhus cum dolore capitis de difficili curatur. Reumatici ſplenetici non ſiunt. Catarrhus ex debilitate ſubſtantiæ cerebri curationem non habet. x. tertij. de cura reliquarum ſpecierum anheliuus.

C V R A. Canones ſeruandi ſunt. x. Primus ordinatio dietæ. Secundus digeſtio materiæ. Tertius euacuatio. Quartus diuerſio. Quintus prohibitio fluxus materiæ. Sextus rectificatio membri mandantis ſi quod eſt tale. Septimus confortatio cerebri ne recipiat. Octauus recepti reſolutio. Nonus eſt prohibitio ne ſuo deſcenſu membra lædat inferiora & ſpecialiter pectus, & gutture quem Auicē. vocat anteceſsionem. Decimus eſt accidentium correctio.

P R I M V S completur vt ſæpe dictū eſt cum declinatione ſex rerum non naturaliū ad contrarium cauſæ euitando flatus auſtrinos, & cætera de aere. de quibus in fine in Apho. Et nota de aere q mutatio ad aliā regionē quandoq; multū confert in cura catarrhi. Vnde Aui. x. tertij. de cura ptiſis loquens de cura catarrhi inquit & ex his quæ iuuant ad hoc vt natura ſuſcipiat regimen eſt vt fiat pmutatio ad regiones, in quibus eſt aer deſiccatiuus.

Minuat cibum, & abſtineat à vaporoſis & alleuiat cænã, imo prohibeatur ſi poſsibile eſt potū vini omnino dimittat Meſ. Et vinū quidem non eſt cōueniens eis. Auic. de cura eius in fine, ſed de his in dubijs dicet. Et dixit Auicen. Et minoret potus aquę coagulatæ. quod maxime intelligo in caſu fri. & Meſ. Et dicitur q potus aquæ calidę maturat catarrhos. quod intelligo in cauſa ca. Et nocet ſomnus multus & ſuper repletionē factus nociuus valde & diurnus qualiſcūq; niſi cōtingeret debilitas virtutis in aſſueto ſene. quæ relinquo medici prudentiæ, ſit parcitas eius in nocte, & iaceat capite eleuato & nō ſupinus. & iuxta hęc ponitur verſus magiſtralis. Abſtineat, vigilet, ſitiat qui reumata purgat. Vnde Auic. de cura eius neque dormiat in die, & ſitiat, & famem patiatur etiam vigilet quãnoī poteſt. quoniā ſunt initium curæ. Iniungat quies quoniā eſt maturans ipſum. Et nō ſe repleat, imo inaniat. Vnde Aui. Et oportet quidem ne patiens catarrhū, & coryzam ſit repletus ventrem cibis quare replet caput eius. Item à coitu quia cerebrum debilitat, & facit materiā currere ad gulam. Sit non triſtis, non iroſus, ſed lætetur. Triſtitia enim & multa cogitatio debilitat uirtutem digeſtiuam membrorum, & cerebri præcipue. non multū cantet, nec vociferetur.

S E C V N D V S perficiatur cum digeſtiuis infrigidatiuis & inſpiſſatiuis. In calido vt cum ſyru. viol. roſ. de papauere, de nenuphar. & aquis proportionalibus, & huiuſmodi. de qbus de ſoda. ca. & quarto tractatu. & hoc cum his quæ ad intra per os aſſumuntur. nā ut ſupra dictū eſt de ſoda calida. in principio. etiā emplaſtra, embeochę, & cætera ſunt materiā adæquantia, vt Meſ. & Aui. hoc capitulo. ſed talia ſecurius approximant facta euacuatione. tamen aliqua poſſent ante euacuationem approximari, & debent ſm Placentinū, vt ſunt odorifera infrigidantia & inſpiſſantia. & odor viol. roſ. camphoræ: florū nenupharis euaporatio leuis aquę calidæ, aut decoctiōis vio. hordei & huiuſmodi. & ſi videtur addatur camomilla, & cortex papaueris, & ex his cum puluere ſandalorū poteſt fieri pomū frigidum, vel aliter, vt infra de peſtilentia, vel ſpongiā infuſam in aquis vio. roſ. modico aceti & huiuſmodi. Et pro canone odorabilium recurras ad ea quæ dicta ſunt de ſoda phlegmatica. Itē effuſio aquæ calidæ ſup teſticulos & extrema. Item attractio per nares facta, vt ex aqua decoctionis dictæ, aut ex oleo vio. roſ. addēdo camphorę aliquid aut oleū ipſum de papauere. aut aquam roſ.

Quòd ſi caliditas eſſet exceſsiua, & fluxus notabilis, & timeret læſio pulmonis notabilis credo non eſſe inconue-

niens non expectãta euacuatione approximare emplaſtra infrigidãtia, lotiones, & embrochas frigidas. quæ omnia debent eſſe actu frigida. Quòd ſi fluxus non eſſet multũ exceſſiuus, & iſta cõuenienter applicẽtur debent eſſe actu calida, licet remiſſe, & forte hæc fuit ſentẽtia Meſ. ſi bene conſideret, & pro iſtis embrochis recurre ſupra de ſoda cholerica. Syrupus digeſtiuus in cauſa ca. ℞. ſyru. de papauere. ℥. j. iulep. viol. ℥. ſ. aquæ hordei excorticati. ℥. iiij. miſce. Alius. ℞. ſyru. de papauere. ℥. j. ſyru. de liquiritia. iulep. roſ. ana. ℥. ſ. aquæ nenupharis. ℥. iij. Alius magiſtralis & eſt Gentilis. ℞. capillorũ ueneris recentiũ. M. j. hordei excorticati, liquiritiæ mũdæ. ana. ℥. ij. iuiubarum numero. xv. ſe. papaueris albi. ℥. ſ. penidiarum. ℥. ij. zucchari. ℥. iiij. fiat decoctio in aqua. lib. vj. Quidam alij ex ſummitate papaueris ro. lactuca. ana. ℥. ij. candi. penidiarũ. ana. ℥. j. omniũ ſandaliorũ. ℥. j. hordei excorticati uſque ad vltimum corticem. lib. ſ. viol. nenupharis. ana. ℥, j. & zucchari. lib. j. cum aqua ſufficientis quantitatis ſic condiunt. Potes itaq; ex datis diuerſos ad eandem tamen intentionem componere.

In cauſa vero frigida ſaltem in principio eius non cõpetunt aperitiua, ſiue diuretica. vt dictum eſt. nã tunc materia eſt ſubtilis & fluida, ſed cũ ingroſſatur, & inſpiſſatur, & in fine augmẽti & in ſtatu, & in declinatione. tunc cõpetunt ſubtiliatiua, & diuidentia, & hoc voluit Meſ. cum dixit. & ſubtiliantiũ, & diuidentium in groſſo. Competunt itaq; in principio calida ſtyptica. & exemplificatum eſt ſupra de ſoda phlegmatica. vbi etiã notatur hoc. Itẽ competit mel ro. colatum cum aqua decoctionis maſticis, olibani, nucis, cupreſſi. Item cõpetit ſyrupus de mẽtha cũ aqua ſaluiæ, menthæ. ſyru. de ſticados mixtus cum ſyru. de papauere. uerbi gratia ante cum aqua ſaluiæ. trãſacto autem principio & augmento. quia circa finem eligantur ſubtiliatiua, & diuiſiua, vt ſyrupus de ſticados ſolus, aut oxymel ſimplex. & compoſitum & eſt fortius. & ſic de alijs. vt ſupra de ſoda phlegmatica, & per te magiſtralem ex datis ibi potes componere.

TERTIVS vero cõpletur cum extractione ſanguinis. Et vẽtris ſolutione, cum extractione ſanguinis. vt cum phlebotomia. & hoc in tribus tantũ caſibus. ut Meſ.

Primus cũ fuerit catarrhus calidus declinans ad oculos aut ad pulmonẽ, aut ad fauces, & breuiter cum timetur ex tali defluxu colationẽ fieri, & grande inde ſecuturũ nocumentum. Secundus cum eſt in iuuene carnoſo catarrhus calidus in quo eſt oculorũ rubedo. venarum plenitudo.

Tertius cum catarrhus calidus eſt cũ feb. ſed de his omnibus in dubijs. Cum ſolutione ventris vero i vt cũ appropriatis materiæ. Vt in calida cum aqua fructuum thamarindis, manna, reubarbaro, & huiuſmodi leuibus. ſimiliter cum clyſteribus leuibus. Nam in calido nõ competunt fortia ne ſupercalefaciant amplius, & materiã ponãt in fluxu. nec in frigido ſaltem in principio propter eandẽ cauſam. In frigida vero laudant pilulæ cochiæ à Meſ. & ab Auic. Vnde inquit. Et illi in quo perſeuerant catarrhi æſtate, & hyeme pilulæ cochiæ ex curis magis iuuatiuis, valent, & pilulæ de hiera, & pro his omnibus recurre ad ea quæ de ſoda cholerica, & ſicca dicta ſunt. Sed hic notandum ꝙ ſi catarrhus eſt multus de cuius multitudine timemus futurũ grande nocumentũ vt ſuffocatio, aut ptiſ. aut pleuriſ. aut aliquod tale, tunc non expectata digeſtione debemus attendere euacuationi. ꝙ ſi nõ erit timor, fiat euacuatio præcedente digeſtione vt dictum eſt.

QVARTVS habet perfectionẽ ex dictis de ſoda ex parte gargariſmatũ. caputpurgiorum. fricationũ. ventoſarum. nam ſi materia fluit ad fauces diuertitur cũ ſternutatorijs, caputpurgijs, & eſt operatio digna. Tu tamẽ nota ꝙ hæc omnia in principio ſunt ſuſpecta, quia timetur agitatio, & diſruptio materiæ. & ideo conſidera. nam catarrhus in ſui maturatione quiete indiget vt ſupra. Item nota ꝙ poſt maturationẽ in ſternutatione eſt iuuamentũ ſublime mundificans radicẽ Meſue. Et iuuantior eſt poſt corporis mundificationẽ cõmunem & propriã. & ſic patet quid dicendum ad Gal. ij. pronoſticorũ ſ. illo. Sit mutatio cum reumate. & ad Auicẽ. quinta tertij. de catarrho & coryza, vbi dicit ꝙ ſternutatio eſt nociua intelligitur non præcedente digeſtione.

In gargariſmatibus vero reperitur quãdoq; nocumentum. vnde Meſue in tribus caſibus laudat gargariſma. & in quatuor habet ipſum ſuſpectum. Primo nanq; laudat cũ catarrhus eſt ſubtilis, acutus, & gargariſmate ingroſſatur, & prohibetur eius deſcenſus, fitq; per ipſum expulſio facilis. Secundo quãdo eſt groſſus, viſcoſus, & per gargariſma inciditur, & ſubtiliatur. Tertio quãdo per ipſum abſtergitur. & mundificatur materia catarrhalis ad fauces fluxa. Suſpitio vero eius eſt adminiſtratio eius in homine in quo cõſueuit catarrhus ad pectus fluere. Secũdo quãdo catarrhus eſt de genere acutorũ, & mordicantium, & cõſideratur. Tertio in præfocationibus quæ fiunt ſubito.

Quarto quando eſt vehemens multus, hæc Meſ. In his enim caſibus agitat materias, & cõuertit eas ad vias pectoris, & pulmonis, & faucium. Propter quod notandũ ꝙ omne gargariſma fit, aut vt materiã conuertat de parte nobili ad ignobilem, aut vt fluxum ſiſtat, aut abſtergat quod fluxit & fluit, aut vt alteret quod fluit, aut aggreget ex his plures intentiones. Item inter diuertentia catharrum numeratur fricatio facta in zuedeneghi cum cepe acuto, aut ſquilla prius tamen capite raſo. deinde ſuperponatur rubrificatorium vt ſtercus columbi, aut veſicatoriũ, vt cantarides, & aperiantur veſicæ. deinde retinetur donec appareat ſanies, & vltimo cum nõ conferunt cauterizetur ille locus, & eſt vbi peruenit digitus magnus poſita extremitate manus in extremitate naſi, & dimittatur apertum vulnus pluribus & pluribus diebus. & pro his omnibus recurre ad ea quæ de ſoda, vt dictum eſt, nam ibi habetur complete de lotionibus et alijs diuerſionibus neceſſarijs. Gargariſmata cur fiãt.

Multi tamen faciunt cauterium in parte poſteriori colli, vt nuchæ. & maxime quando fluit ad pectus. Quidam vt Gerardus de occipitio primo. deinde in cõmiſſura cauterium ponit. ſed hæc fienda ſunt materia exiſtente frigida, & de iſto dicetur infra in dubijs.

QVINTVM complent catarrhum ſiſtentia, vt ſunt aut gargariſmata, aut pilulæ, vel alia quæ tenentur in ore, aut ſuffumigatione, aut odorationes, aut quæ degluttiuntur, aut quæ lambuntur, aut ſacculi & huiuſmodi. Sed ante adminiſtrationem prædictorũ oportet aduertere ne incidamus in errorẽ ſtolidorum, qui ante mundificationem ipſa adminiſtrant, nã ſic in principio ſiſtendo ipſum fit eius magna acumulatio, & ex cõſequenti poſtea magis eius, & periculoſa diſruptio. fiant ergo hæc poſt corporis mundificationẽ, quod intelligitur regulariter. nã aliqñ facimus in principio cum timemus ne repat in profundũ, aut ad partes nobiles, & nobiliũ, & neceſſariarum operationũ fiat deſtructiuus ilico. ſicut eſt catarrhus præfocatiuus, vt Meſ. Abſolute autẽ tenendum ꝙ iſta ſic ſiſtentia ſunt aliqualiter ſuſpecta, quia timetur ſemper ex eis collectio, & ex conſequenti diſruptio maior. nam ſecurius eſt ad diuertentia ſe cõuertere. nã licet dilatẽt materiã & multiplicent, tamen ad partem cõem non timoroſam cõuertunt. Gargariſma in calido. ℞. diamoron, diapapauer cũ aqua roſ. aut cum aqua decoctionis corticum papaueris leuiter. balauſtiarum, aut cum aqua hordei, aut cum aqua decoctionis lentium ro. cum modico camphoræ, aut pro nobilibus magis ex diadraganto cũ aqua roſ. aut hordei.

Quidam pro ſecreto ponũt. ℞. ſyrupi de papauere, diamoron, ana. ℥. ij. aquæ roſ. quartã vnam, vini granatorũ. ℥. ſ. miſce. nam vinum granatorũ quia inſpiſſat, & acetũ ſubtiliat eſt aceto cõuenientius.. Pilulæ vero ſunt pilulæ bichichiæ. Item. ℞. ſeminis papaueris al. ℥. ij. ſeminis porculacæ,

tulacæ, lactucæ. ana. ʒ. j. dragacanti gummi ara. opij: crocꝫ. ana. ʒ. ſ. penidiarũ, amygdalarum. ana. ʒ. j. pulueriʒẽt ſubtiliter, aut cũ ſyrupo de papauere fiant pilulæ ad quãtitatẽ lupini in ore tenendo. Itẽ in ore teneatur inter dentes, & genã cõtinue die, ſcilicet ac nocte fruſtulum diadraganti frigidi. Suffumigia, & odorationes quærant de ſoda cholerica. Laudant tamẽ ſuffumigia facta ex ſulphure, & aceto, vt ſulphur in modica quantitate in aceto ponat, & calefiat acetũ, & recipiatur fumus. Quòd ſi dicatur ſulphur calidum eſt dicendum ꝙ ſua ſiccitate iuuat acetum ad oppilandũ viam, ne fluat humor & caliditatẽ amittit ex cõmixtione eius cum aceto. Idem operatur ſemen lini, in aceto infuſum, & hoc ſi prius torrefiat. Itẽ ſandaracha cum aceto eſt ſublimis. Itẽ vapor aceti ſuper lapidem molarem, vel tegulam ignitã. Item vapor ex camphora, hordeo, & aceto, & multa cõſimilia. require Auic. Meſ. &c.

Pomum laudatũ. ℞. ro. ru. ſandalorum ru. & al. ana. ʒ. ij. florum nenupharis, florum vio. ana. ʒ. j. ſ. ſpodij. ʒ. ſ. camphoræ grañ. gra. iiij. boli arm. nuciſmuſ. ana. ℈. iiij, & cũ aqua roſ. gummi ara. & cera alba fiat pomũ odoriferum ſupra de hia ad plenum magia de febre peſtilentiali. Ex his autem quæ lambuntur & deglutiuntur ſunt diapapauer, ſiue loch de papauere, diacodion deſcriptione Meſue & fortius eſt diacodion Nico. pro ſacculis vero & cerotarijs ſupra de ſoda calida.

In frigido vero cõſimiliter agẽdum. Gargariſma. ℞. myrrhæ, olibani. ana. ℥. j. nucum cupreſſi, nuciſmuſc. ana. ℥. ſ. fiat pul. bulliant in lib. vna vini ſtyptici vſq; ad medieratia conſumptionẽ, & coletur; fiatq; deinde gargariſma, & aliter ex cõſimilibus, vt placet. Pilulæ. ℞. ſtoracis, calamitæ, olibani. ana. ʒ. j. ſ. carniũ paſſularum bene pinguium, penidiarum. ana. ʒ. ij. opij. croci. ana. ℈. j. puluerizẽt miſceantur cum hydromelle. fiant pilulæ in ore tenendæ vt ſupra, & teneant ſub lingua die, ac nocte. Item ℞. myrrhæ, thuris maſculi. ana. ʒ. ij. ſ. opij. iuſquiami, maſticis. ana. ʒ. ij. conficiantur cum ſucco menthæ, & det ex eis à tribus vſq; ad quinq; cum itur dormitũ. Et ad idẽ valent, & ſunt mirabiles pilulæ de cinogloſſa deſcriptione Nic. quæ dentur vt dictũ eſt. & plures ex vſitarũ ſunt ſanari. & qui longis temporibus paſſi ſunt fluxum reuma eis attentis alijs canonibus generalibus. Itẽ retentio olibani, & myrrhæ in ore. Item ſpica inter dentes retenta eſt ſublimis iuuamẽti per diem & noctem & eſt expertum.

Etiam pro ſuffumigijs & odoramẽtis recurratur ad ea quæ de ſoda frigida phlegmatica. Laudatur tamẽ ſuffumigiũ nigellæ, & eſt mirabile, vt puluerizetur ſuper lapidem ignitum. Itẽ ex ea & coſto, & eſt expertum. Item ℞. olibani, ſtoracis liqdæ, coſti, ſandarachæ. ana. fiant formæ, & cum volueris vti ex eis puluerizatis fiat ſuffumigium, vt dictũ eſt. & ex alijs alia fabrica. Odoriferum in cauſa frigida. ℞. ſtoracis ſiccæ roſ. ana. ʒ. j. ligni aloes electi. ʒ. vj. ambræ. ʒ. ij. muſci. ʒ. ſ. fiant poma cum diadraganto. ſunt enim nobilia & pro nobilibus. Et pro pauperibus recurre ſupra de ſoda, & infra de ſoda peſtilentiali. Et pro pauperibus odoretur nigella torrefacta in pãno lineo. eſt enim ſingularis medicina. Similiter ipſa torrefacta; & cũ coſto in panno ligata in modum pomi odoreẽ, & eſt iuuatiua valde. In ore autem teneri, deglutiri, aut lambendo ſyru. de papauere cum aqua decoctionis olibani, maſticis, myrrhæ, aut ex his & ſimilibus cũ dicto ſyrũ. poteſt fieri loch cõfectio ſolida. & tu circa hæc conſidera. Itẽ teneat diadragantũ calidum nã frigido addas ex maſtice, olibano, myrrha, & huiuſmodi, vt calida excedant frigida. Itẽ ſacculos ordina vt ſupra de ſoda frigida, & cerotaria, & alia, & tu ibi, & capitulo de apoplexia.

PRO SEXTO ſciendum ꝙ ſtomachus eſt maxime ſuſpectus inter alia membra. ꝙ ſi contingat rectificet, vt infra de ſtomacho. & prohibeatur aſcenſus vaporum ad caput vt ſupra de ſodã per communitatem.

SEPTIMVS adimplet cum his quæ dicta ſunt de ſoda cal. & frig. radendo aut deponendo capillos, & applicando quæ ipſum cõfortant vt ibi. Nota tamẽ hic dictum Auic. hoc capitulo. Oleum vero inquantum poteſ fac ne caput tangat, niſi non inueneris ex ſenſione, ita vt indigeas infrigidatione aut calefactione. nam oppilat poros & prohibet tranſpirationem, & propter hoc vt ſupra de ſoda prohibeatur lac. Oleum haud caput tangat.

RECEPTI reſolutio vt dictum eſt de ſoda, et tu ibi, & maxime quando materia eſt in capite. Quòd ſi catarrhus ad pectus fluxerit, tunc adminiſtrent loochata, vt looch de pino & huiuſmodi ſecundum materiam de quibus infra de tuſſi. Placentinus laudat vehementer in frigido exhibitionem diazinziberis in ſero adminiſtratũ cum aqua frigida in æſtate, in hyeme vero cum vino lympha to. tollit enim aſperitatem, & prohibet fluxum catarrhi; & circa auroram expuitur ſuperfluitas.

NONVS vero cõpletur cum his quæ applicantur ad extra, & dantur ad intra, vt prohibeat ex eo nocumentum futurũ grãde. vt verbi gratia in calido ne deſtruatur pulmo, aut pectus, deinde ſequat ptiſ. pleuriſ. fractura venæ, inungatur pectus cũ oleo viol. & de papauere. camomillino additis pulueribus frigidis, vt infra de tuſſi & de diſpoſitionibus pectoris. Ad intra vero adminiſtrando ſorbitiões exerc. ex amilo, farina, hordei & huiuſmodi cũ zuccharo, aut cum diadraganto frigido, etiã cum lacte ſi non adeſt feb. nocet lac: vt Aui. hic. Item dando ſyru. de papauere cum aqua hordei, aut aquam ipſam cum diadraganto frigido. Item. ℞. diadraganti. ʒ. ſ. ſpecierũ looch de papauere. ʒ. ij. zucchari candi. ℥. j. penidiarum. quart. ſ. aquæ roſ. quart. j. zucchari albiſſimi quart. iij. fiat electuarium. Cõſimiliter in frigida vngat cũ oleo camomillino. de bet. & huiuſmodi calidis, ſtypticis, & maſticino.

Ad intra vero ſorbitione ex farina tritici cum modico mellis furfur tritici cũ oleo amygdalino, modico mellis vel zucchari rꝫ. Et ex looch. looch ſanum & expertum. Itẽ looch de pino. Itẽ. ℞. cinnamomi. ʒ. j. ſ. ſtoracis, calamitæ. ʒ. j. ligni aloes, maſticis: olibani. ana. ℈. j. liquiritiæ carnium vuarum paſſularũ bene pinguium. ana. ℥. j. candi. ℥. ſ. zucchari albiſſimi. lib. j. fiat electuariũ. Itẽ quolibet nocte degluttat grana tria olibani, & conſimiliter ſuo modo dicatur de alijs membris.

PRO VLTIMO vero ſciendum ꝙ vt dictum eſt. catarrhus eſt mater fere omniũ ægritudinum, quoniã aliquãdo fluit ad oculos, & facit oculorũ diuerſas paſſiones vt ſupra. Quãdoq; ad pectus, & pulmonem, & facit pleuriſim tuſſim, ptiſim. Quãdoq; ad fauces, & guttur; & facit ſquinantiã, & facit apoſtema amygdalarũ, & glãdium. Quãdoq; ad nares, & facit coryzã. Qñq; ad ſtomachũ & facit lienteriam. Quãdoq; ad inteſtina & facit diarrhoeam, & acutus dyſenteriam. Qñq; ad renes & facit dolorem, & qñq; eſt cauſa lapidis, & ſic de alijs. quare vt dictum eſt pro paruo non eſt habenda cura eius. & his omnibus ſuo dicetur loco. Studium itaq; ſit in euacuãdo, & diuertendo, & hæc duo ſæpe reiterentur.

## De fœtore narium. Rubrica. VI.

FOetor naſi eſt odor fœtidus ab eo egrediẽs. cauſa cuius ſecundũ plurimũ eſt mala complexio cum materia exiſtens circa colatoriũ & partes vicinas ei. Dicitur ſecundũ plurimum, quoniã aliqñ & non raro à partibus inferioribus cõtingit vt à ſtomacho, pulmone, ſiue pectore, vt in pleuriſi, peripleumonia, gingiuarũ putrefactione, vel dentium, & humoribus putrefactis in ventre anteriori cerebri, vel in toto cerebro. Et eſt dictum colatorium, quoniã aliquando in naſo ipſo naſcitur caro quæ dicit addita, aut hæmorrhoides, aut polypus, aut vlcus in ipſo, vel oſſibus eius, vel oppilatio colatorij, à quibus uel altero ipſorum putrefactorum eleuatur vapor putridus

qui eſt cauſa deferens odorem malum ſiue fœtorem.

C A V S Æ. Ex cauſis & habitibus quædam ſunt primitiuæ, quædā antecedentes, quædam cōiunctæ. Exemplū de primis vt cibi corrupti, aer corruptus, odores corrupti & huiuſmodi. Exemplum de ſecūdis, & primo de cōplexionalibus, mala cōplexio cal. & hum. Debilitas caloris naturalis in toto cerebro, vel in parte anteriori tantum. Et humoralis putridus humor, vel multus, quem calor naturalis digerere nō poteſt, & in purū trāſmutare, & impurū expellere, & eſt hæc una ex cauſis pręcipuis fœtoris. Cōpoſitionalis vt ſtrictura chieſim proræ cerebri, vel naſi, & eſt ſignum humidę complexionis & cauſa retentionis humorum, qui ob retentionem putrefiunt. Item apoſtema, aut putrefactio, & corruptio in oſsibus, quorū cura diff. cilis eſt. Item caro addita vt ſupra. Cauſa coniuncta eſt ipſe humor putridus vt ſupra.

S I G N A demonſtratiua ſi cauſa eſt in naſo illā clarificat uiſus, exempli gratia, ſi ſit in eo apoſtema, caro addita, putrefactio oſsium, & huiuſmodi.

Signa ſi fuerit ex alio membro vt ex capite. tunc naſus eſt mundus, & in capite ſentitur nocumentum, & maxime io prora capitis.

Signa eius qui eſt à ſtomacho, vel alijs membris inferioribus ſignū nocumentum aliquod in eis vt apoſtema, aut diminutio digeſtionis. & huiuſmodi. Item poſt cōmeſtionem non ſentitur ſic, neq; eſt fœtor ita horribilis: imo ſimul ſentitur fœtor cū odore rei comeſtæ. Itē quia cum nares ſtringuntur ſentitur fœtor ex ore, ſtringantur autem nares fortiter & hoc fiat ante comeſtionem.

Signa ſi fuerit fœtor ex materia in naſo, aut uijs eius contentis ita ſentitur fœtor ante ſicut poſt comeſtionē, & cū nares fortiter ſtringūtur nullus pro tunc fœtor ex ore exit. Item ſi teneatur res odorifera in ore, & fœtor ſit in naſo, vel vijs eius non tollitur fœtor, contrarium ſi ex ſtomacho, vel à partibus venerit inferioribus.

Signa multitudinis humorum, & qualium iam ex ſæpe habitib⁹ māifeſta ſunt, & ſi ſanguis, ſi cholera & hmōi. de quibus in principio operis. Itē naſitas eſt ſignum oppilationis & eſt contrariū eius, quod dicūt vulgares quia dicunt q; tales loquuntur in naſo, & non eſt verum.

Vulgarium error.

Signa cauſarum primitiuarum ſunt manifeſta ſatis, & ſimiliter ſigna cauſarum complexionalium.

P R O G N O S T I C A. fœtor qui eſt ex corruptione oſsis magis eſt incurabilis ſi parua, et maxime difficulter retenta debita forma naſi. de fœtore etiam habebis infra de fœtore oris, & vtilis. & tu ibi. Scito hic primo q; cura fœtoris eſt duplex. vera & paleatiua. & incipiamus à prima.

C V R A canones ſeruandi in facto ex putrefactione humorum circa colatorium. aut in caruncula, aut ventriculo ipſo, aut in cerebro, aut in naribus ſuſpenſorū ſunt quinq;. Ordinatio diætæ. Digeſtio humoris. Euacuatio. Diuerſio. Particularium applicatio.

Regimen itaq; ex parte ſex rerū non naturalium vertatur ad contrarium cauſæ vt ſæpe dictum eſt, vt abſtinere ab aere putreſcibili. à cibis putreſcibilibus, & breuiter ab omnibus quæ ſunt apta putrefactionem in humoribus inducere.

Digeraſ materia vt oportet ioxta q; dicta ſunt io quarto tract. & tu ibi. Nota tamen q; in digeſtiuis debēt poni odorifera capitalia malā complexionem extraneam corrigentia cal. aut fri. aut mixta ſecūdū materiæ exigentiam.

Euacuatio autē fit ſolutione ventris reiterata, aut phlebotomia, aut ex vtriſq; ſi oportet. cū phlebotomia vero ſi fuerit ſanguis peccās, aut in toto repletio fiat ex cephalica. deinde in vena quæ eſt in capite narium. Solutione vero cū his quæ ſunt appropriata. quorum memoriā habes io. iiij. tract. nam cum euacuantibus humorē peccantem adde quæ dirigunt ea ad naſum cū medicinis appropriatis, vt ſupra, & eſt canon ſæpe replicatus.

Diuerſio fiat vt ſupra de ſoda & laudaſ maxime cauterū factū io zuccheneghi, de quo ſæpe dictū eſt. Et quidam ponūt eū ſub mento. & Auic. dextra parte caluę. Et à ſiniſtra eius corā auribus quæ ſequuntur ad ambo tempora.

Quintus canon cōplementum habet ex obſeruatione trium particularium. Quorum primus eſt mundificatio. Secundus exiccatio & cōſumptio. Tertius eſt loci aromatizatio. Abſtergētia vero & mundificatiua in caſu hoc laudata ſunt, primo vinum bonū, odoriferum, album, vel malaticū, de quo fiat lotio poſt lotionē, & ſit tepidum. de quo dicit Placētinus q; ex ſola tractione vini talis per nares in ſ die pluries facta liberauit quēdā nobilē, ita tū q; cum ceſſauit per tempus notabile ab eius lotione redibat fœtor, ſed ipſe erat prius paſſus toto tempore vitæ ſuę hanc paſsionē. Item vinum tale cum quo decoquaſ calamus aromaticus, cyperus roſ. myrtus, aut huiuſmodi.

Itē cum melle roſ. & mel ipſum cum aliquo ex dictis in decoctione eius, vel eorū io vino, vel aqua. Itē lac, aut ſimplex, aut cū decoctione aliquorū iam dictorū. Item ſimiliter aqua hordei, vt in frigido cum calidis, & in calido cum frigidis. Et ex melioribus lauacris ad fœtorē narium vrina aſini. Meſ. Et meliora caputpurgia magis iuuatiua eis ſunt vrina aſinorum. ille nunquā fallunt. Auic. de cura eius. Laudaſ & ſuccus menthaſtri. Exiccātia vero calamus aromaticus. ſpica, cyperus, roſæ, myrtus, calamentum. et fortius ellehorus. item alumen zuccherinum, ſal gēma, iſta puluerizenſ, & naribus imponantur, aut attrahantur. Et ex optimis eſt hoc. ℞. calami aro. myrrhę. garyophyllorū. ana. ʒ. ij. fac tentas ex eis cum bono vino, & impone. Vel ſic. ℞. ſpicæ, galiæ, garyophyllorū. ana. partes æquales. decoquanſ in vino, & lauētur nares bene. deinde fac lycinium. & io eo pone, & naribus applica. Et quidā faciunt ſuffumigia ex decoctione herbarum valentium in caſu, vt ex viol. roſ. calamento. maiorana. deinde exponunt exiccantia in modum vnguenti, & in idē reuertitur. Aromatizatio vero fit cum his, vt ſunt muſcus, ambra, camphora, viola. roſ. calamus aro. garyophyllus, myrtus & huiuſmodi. ℞. xyloaloes crudi. garyophylorū ro. ana. ʒ. ij. ſpicę. galiæ muſcatæ. ana. ʒ. j. cōficiantur cum vino bono, vt ſupra & aromatiza cū muſci gra. viij. fac pilulas in modum ciceris, & diſſoluatur vna in oleo nardino, vel aqua roſ. attrahatur vel diſtilletur in nares poſtquā laueris eas cum vino decoctionis ſpicæ & ro. & hoc maxime in cauſa frigida. Quòd ſi fuerit ex cauſa calida vtere cāphora, & alijs frigidis cōponendo per te vt opus erit ex datis ſupra de ſoda ca. Vt uerbi gratia. ℞. gallarū, myrti, vio. ro. calami aro. puluerizentur & addatur camphora, tūc theriaca diſſoluaſ in vino vt ſupra. & illud vinum attrahatur omni die pluries, mirabiliter operatur.

C V R A ſi fœtor nullo modo remoueri poſsit cureſ cura paleatiua, vt ſic. ℞. feminū maioranæ, baſilicoon. garyophylorū, ocim. muſ. camomillæ, ligni aloes, ſtoracis, calamēti. ambrę. ana. ʒ. ij. muſci. ʒ. ß. fiāt pilulæ cum aqua ro. deglutianſ duæ ſingulo die & in ore quaſi cōtinue vna teneaſ & potiſsime quando cum alijs cōuerſari voluerit.

C V R A ſi fœtor à partibus inferioribus prouenerit. vt ſtomacho &c. rectificetur vt infra io capitulis proprijs euacuādo diætando. deinde vtere diuerſionibus & rebus odorē bonum facientibus de quibus facta fuit mentio, vt eis tenendo in ore etiā per nares trahendo. Et ſcito q; vomitus eſt iuuatiuus vehementer in hoc caſu. à quo abſtineat ſapiens ſi æger habuerit pectus ſtrictum, paſsionem oculorum, vt infra de vomitu.

C V R A ſi fuerit ex cerebro. Conſimiliter procedaſ. Euacuando. Digerendo. Et diuertendo. Et vltimo applicando ſuffumigia & alia vt ſupra de ſoda. Et vltimo aromatizantia per modum qui dictus eſt.

C V R A ſi fuerit ex polypo creſcentia carnis, aut vlceratione

cerratione curentur hæc prius, vt infra in proprijs capitulis. deinde procedatur cum canonibus tribus dictis in adminiſtratione particularium.

C V R A ſi fuerit ex oppilatione procedatur prius cũ de oppilantibus vt ſupra de odoratu. deinde cum tribus canonibus iam dictis.

### De ulceribus naſi. Rubrica. VII.

VLcus naſi eſt puſtula ſordida ad extra vel ad intra ipſum exiſtens.

C A V S A cuius eſt ſecundũ plurimum materia aduſta, aut materia ſubtilis cholerica cũ cruſta ſubtili, et ſicca ſatis acutus, aut phlegma ſalſum cũ cruſta groſſa & humida magis. quarũ cauſarũ cauſa eſt aut catarrhus acutus, aut vapor aliunde veniens. Et dicitur ſecundum plurimũ, quia aliquãdo ſiunt à caſu, & percuſſione. Et ex eis quædã dicunt dulcia quia minus fortia. Itẽ quędã recentia, quædam chronica. Itẽ quæ ſunt ad extra alijs partibus ſunt leuiora ad ſanandũ, quæ vero ad intra difficiliora, & praviora ſunt quæ ſunt in colatorio vel partibus eius.

C V R A habet. v. canones. Primus eſt ordinatio diætæ. nam vt dictum eſt oportet ad cõtrarium cauſæ declinare, eſt enim vapor acutos, aut humor cholericus deſluens. Et tu omnia hæc agita, vt de ſoda cholerica.

Secundus eſt digeſtio. Et quibus fiat habitum eſt eodem loco, & tractatu.

Tertius euacuatio cũ pharmacia, aut phlebotomia, cũ pharmacia iam dictũ eſt in tract. iiij. de euacuãtibus cholerã, aut phlegma ſalſum additur his quæ ipſa dirigant ad ſuperiora, & reiteretur ſæpe cũ phlebotomia ſi opportuna erit, vt quia in toto erit repletio, aut quia humor peccans eſt cholericus ſanguineus, aut quia eſt facta retentio ſanguinis quomodolibet in viro aut in muliere ex parte menſtruorum, aut hæmorrhoidarũ, & huiuſmodi. vnde vapores eleuati ſunt cauſa vlcerũ, quibus caſibus fiat phlebotomia, in mẽſtruis ex ſaphena in hæmorroidibus prouocentur vt infra de eis. in alijs fiat ex cephalica vſq; ad venam in extremitate naſi à ventoſatione in nucha facta & cum ſcarificatione.

Quartus eſt diuerſio. Quomodo completur iam ſæpe dictum eſt, & ad plenum de ſoda, & catarrho.

Quintus eſt adminiſtratio localiũ. Qui pluribus canonibus cõpletur. Primus q medicinæ quę adminiſtrantur in cura vlcerũ naſi, debent eſſe mediæ inter illas quæ adminiſtrant in cura oculorũ, & aurĩũ. nam naſus eſt humidior aure, & ſiccior oculo. Secundus. vlcera naſi in principio ſui indigent rebus exiccantibus. Quòd ſi dicat Auicen. docet adminiſtrare in principio mollificãtia, vt oleum viol. mucillaginẽ pſilij. Dicẽdum q illud facit ad remouendum primo cruſtã, quia de illis loquebatur, deinde bene docet vti exiccatiuis cõſidera. Debet itaq; in eius principio ſui poſt adminiſtrationẽ mollificatiuorũ, & abſtergentiũ, ſiue mundificatiuorum. Propter quod ponit tertius canon q in cura eorũ ante omnia vti debemus abſtergentibus, mollificantibus, vt ſtatim dicetur.

Quartus q vbi fuerit à capite debet caput cõfortari, vt ſupra de ſoda cholerica per eſſentiã. Quod ſi fuerit ex vaporibus eleuatis recurre ad ea quæ de ſoda per cõſtatem.

Quintus q omnes medicinæ quæ ponentur de cura hæmorrhoidarum ſunt iuuatiuæ & in cura vlcerum cum vlcera fuerint fortia & non dulcia. De quibus omnibus ſuo ordine, & primo de fortibus & maxime ad intra. Nã in principio debemus vti mundificatiuis, abſterſiuis, reprimentibus etiam malam cõplexionẽ. cuiuſmodi eſt aqua mellis ro. colati, aqua hordei, lac caprinum. Itẽ aqua ipſa calefacta. Secũdo applicemus mollificãtia, vt oleũ viol. ceram albã, pinguedinẽ gallinæ. medullam crurium vaccæ, mucillaginẽ pſilij, hyſſopum humidã in caliditate repreſſam, dragacantũ, maluam, oleum nenupharinũ, cerã citrinã. mucillaginem citoniorum. oleum amygdalarum dulcium. Tertio adducant exiccãtia mediocria, vt litargium. Ceruſſam. & vnguentum ex ea, olibanum, ſarcocolla, myrrha, aloes, & alia quæ dicta ſunt de vlceribus aurium, quæ ſunt ex eis debiliora. Quòd ſi fuerint chronica, & difficilia ad ſanandũ, tunc fiat primo mundificatio cum his quæ ſunt mediocris abſterſionis, vt vinum mel.

Hyſſop. humida

eſt ſordi tiei aggregata ſuper lanã ouiũ.

Quòd ſi fuerit vehemens putrefactio addatur cum eis parum colchotar, aut vnguenti ægyptiaci, & vrina infantium in hoc eſt laudata. Aliqñ fit & eſt fortius cum nitro & ſapone. Secũdo fiat incarnatio cum exiccatiuis incarnantibus, vt eſt vnguentũ de ceruſſa. ceruſſa ipſa litargirũ & apud vehementẽ putredinem cum ariſtologia roſ. colchotar & ſimilia. Itẽ vnguentum triapharmacum. Meſ. diſtinctione. xl. Tertio adminiſtrent exiccantia, conſolidantia, & ſigillantia vlcera ſicut eſt vnguentum ſiue puluis ex myrrha, olibão, ſarcocolla & ſimilibus. Sed nota q puluis radicis peucedani eſt maxime cõſolidatiua, quæ apud vehementẽ neceſſitatẽ poterit adminiſtrari, & tu cõſidera eius mordicationẽ. Et quod dictũ eſt de ipſis intrinſecis etiã intelligat iuuamentum in ipſis extrinſecis, & iuua eſt applicare, nã in ipſis ſiccis cũ rebus magis exiccatiuis, cũ minus vero ſiccis rebus minus exiccatiuis, vt cũ oleo roſ. adipe gallinæ, cera & ſimilibus: vnde Meſ. Cum vero vlcera fuerint humida curant cũ medicinis minoris exiccationis. & in fine ponã aliqua exempla & laudata.

In dulcibus vero in principio fiat lotio leuis vt materia petit. deinde inungant nares. cũ oleo roſ. oleo viol. & cera, aut cum adipe gallinæ, & fortius eſt vnguentum de ceruſſa. & triapharmacũ. Quòd ſi quæritur exiccatio fortior addat aliquid ſcoriæ ferri, aut argenti. Itẽ fortius. ℞. ceruſſæ. ℥. iiij. litargiri. ℥. j. plumbi vſti abluti cõtriti cum vino. ℥. iij. & cum oleo myrtino & modico aceti fiat vnguentũ & eſt optimum. Ad exẽpla promiſſa venio. Vnguentum expertũ in recẽtibus & antiquis. ℞. ceruſſæ, medullæ cruris vaccæ, olei amygdalarum dulcium, olei ſiſamini, gũmi albotim, ceræ albæ. ana. par. j. dragacanti, gũmi ara. ana. par. ſ. fiat vnguentũ addito modico aquę roſ. & vtere cum lycinio, aut aliter. Item. ℞. myrrhæ, ceruſſæ, litargiri, gallarũ modicũ combuſtarũ, aluminis, ana. ℥. j. puluerizent in pul. & cum quarta vna olei roſ. & modico ceræ fiat vnguentũ. Aliud & expertum. ℞. ceruſſæ, litargirij, plumbi vſti. ana. cõterant pluribus vicibus lauentur cum aqua roſ. deinde. ℞. olei myrtini, vini. ana. & agitent cum piſtello multum in mortario. deinde remoueant, & in mortario ponant pulueres bene cribellati, & fundat oleum, & vinũ paulatine, & cũ mortario miſceant donec totum ad ſpiſſitudinẽ veniat. Quidã ut Meſue, & præcipue in exterioribus, quæ ſunt cruſtæ, & bothor, & aſperitatis rubei coloris faciunt cum duobus cauterijs poſitis inter labia, & gingiuas iuxta dentes caninos, vt aſcendant hincinde ad colatoria naſi. Poſtremo ſcito q afferenda ſunt hic multa quę dicta ſunt ſupra de vlceribus aurium rubrica de calore earũ. Tu tamen nota q aures ſicciori & acutiori indigent medicamine vt dictum eſt. Itẽ ſi ex vlceribus ſequeretur dolor fortis non inconuenires applicare opium cum alijs. Item ſuccus ſiclæ ſolus aut cum alijs eſt ex medicinis iuuatiuis valde.

C V R A in factis à caſu, regatur vt in cæteris vulneribus faciendo in principio phlebotomiam, aut ventoſas in ſpatulis deſuper ponendo albumen oui cum camphora mixtum. deinde vnguento de ceruſſa, & ſimilibus conſolidetur. Et tu bene hæc conſidera.

### De apoſtematibus narium. Rubrica. VIII.

APoſtema narium præmiſſis vniuerſalibus tripliciter curat inuentione. Prima quidẽ repellente materiam, vt oleo roſ. myrtino. aqua roſ. & huiuſmodi. vt. ℞. farinæ hordei roſ. ana. par. j. cãphoræ. par. j. quar-

tam. tere & cōfice cum ſuc. granatorū, aut aqua roſ. unge intus & extra probatum, valet in ſanguineis & bothoralibus. Secunda vero cū mollificatiuis, vt cum oleo cōr conquaſſato cū aliqua ex inſtillationibus, aut cum lacte.

Tertia autem medicamine maturatiuo vt eſt diaquilon diſſolutū in oleo, aut mucillagines diſſolutæ in oleo, aut mucillago radicis lilij cocta & diſſoluta in lacte cū adipe gallinæ. Medicamen in cholerico expertū. ℞. mucillaginē pſilij, aut ſeminū citoniorū, aut albumē oui, & conquaſſa cum oleo roſato. aut viol. & infrigida ea, & vtere. De hoc capitulo non multum curaui. ſufficit hoc.

*De oppilatione in chaiaſim, vel chaiſim.* Rub. IX.

CHaiſim eſt pars ſuperior naſi, & dicta eſt cura eius ſupra de diminutione, corruptione, & ablatione olfatus. Et huius diſpoſitionis naſitas eſt accedens, quia propter oppilationem, qua prohibet̄ tranſitus aeris per naſum ad guttur, & ecōtra fit aeris reſiſtentia in eo qui fit attractus & impetuoſe non habēs exitus ad guttur occurrēs cartilaginibus naſi refrāgitur, & ſonū cauſat. Et in hac diſpoſitione dicunt̄ homines q̄ ſunt algorati, de qua etiā aliquid ſupra de ſignis fœtoris narium. Et tu ibi.

C A V S Æ. Et huius oppilationis cauſa eſt aliqñ humor viſcoſus & tenax, aut caro nata, aut cruſta, aut aliqd' tale. & naſitas eſt ſignū ipſius, & prohibet ſuperfluitatem exufflatione ad hoc vt bibatur in chaiſim.

C V R A. Et valet ad eius curam caputpurgium cum aqua maioranæ, & huiuſmodi: & reliqua diſſoluentia humorem oppilantem & tu recurre ad locum dictum. Et aliquando pro eius cura eſt neceſſaria manus chirurgici, vt ſtatim dicetur de hæmorrhoidibus naſi. Et tu ad hoc lege iam ſequentem Rubricam,

*De polypo, hæmor, & cancro.* Rubrica. X.

POlypus eſt quædam creſcentis carnis media inter duritiē & mollitiem ſub quātitate ciceris, vel lupini, in foraminibus naſi in parte ſuperiori ſecundum plurimū circa ſtricturam eius ſatis fixa. Cuius cauſa eſt humiditas à capite deſcendens ibidem collecta mixta ex phlegmate, & melancholia. quę à calore accidētali per putrefactionē aut corruptionē innato in formā illam, & carniem conuertit̄. Et dicitur polypus ad ſimilitudinē illius piſcis ſic nominati q̄a plures habet pedes, vnde ab Auenzo. dicit̄ multipes, ſuis enim multis pedibus firmiter adhæret loco in quo eſt quare fortaſsis etiam propter hanc cauſam Auic. eum cancrum dicit, nam ſolum de hæmorrhoidibus, & cancro mentionem facit ſub cancro polypum cōprehendens. Gal. tamen eum polypum nominat.

H Æ M O R R H O I S vero eſt quædam creſcētia carnis mollis alba. qñq; rubea. quandoq; fuſca ſub quantitate grani vuæ in foraminibus naſi pendens ac quaſi ſeparata in partibus inferioribus eius vt plurimū orta. Cuius cauſa eſt ſola materia phlegmatica, aut phlegma cui aliquid ſanguis, vel melancholiæ commiſcetur.

C A N C E R vero eſt creſcentia carnis duræ & fixę magis in quātitate grani tritici circa cartilagines naſi orta. Cuius cauſa eſt materia melancholica aduſta & indurata currēs per venas ea cerebro ad naſum. Ex quibus apparet q̄ polypus eſt quid mediū ea parte mollitiæ, fixionis, ſiue adherentiæ quantitatis inter cancrum, & hæmorrhoides. Quidam tamen inter carnē mollem abſolute & hæmorrhoides differentiā ponunt, ut cum per ſtricturam naſi à carne illa ſan. affluxerit, uel quomodolibet tēporaliter. tunc appellat̄ hæmorrhoides, cū uero non fluxerit ſan. dicunt carnem mollē. Et Auic. licet uoluerit polypū cancrū nominari, propter quod Guido condēnat diſtinctionem datam. tamen pace Aui. ad clariorē doctrinam eam vt poſui ſequar cum Gal. Meſ. & Sera. Halyabas & cęteri moderni omnes ſic ſenſerint, cum cura variari nō videat̄ niſi penes forte & debile. nā dicamus q̄ polypus eſt can-

Auicēna reijcit̄.

cer debilis, ſiue facilis, ſiue via ad cancrū quæ denominet̄ magis à termino ad quē q̄ à quo, & ſufficiet pro Auic. ne ab alijs deuiare videatur, & polypus aliquādo eſt paruus aliquando magnus, ita vt oppilet foramen vel foramina naſi. aliquando peruenit vſq; ad vuulam.

S I G N A demonſtratiua hæmorrhoidarū vel carnis mollis ſunt mollities & q̄ nulla ſoliditas ibi reperit̄. & q̄ humores ab eis emanant temporaliter, & tactus narium eſt mollis quando ſtringuntur, & ſunt abſq; dolore, q̄ ſi ſint albæ eſt facilis curę. q̄ ſi fuerint rubeæ aut fuſcæ ſunt vehementis doloris & difficilis curæ præcipue cum ex eis fluit ſanies fœtida.

S I G N A polypi quia eſt oppilatio naſi & groſsities quæ apparet in exteriori, & q̄ figura eius eſt ſicut figura fici, & eſt ibi durities aliqua, & fœtor.

S I G N A cancri quia in naſo ſunt venæ plenæ ſanguine melācholico & durities ibi reperitur quaſi vltima & fœtor eſt intolerabilis & emanat à loco virus fœtēs uiride, aut nigrum, liquidum currens, & ſentit̄ in loco calor cum pulſatione, & ſcintillationes frequenter ſentiūtur. & ſunt hęc cū dolore aliquo. Itē corrumpunt̄ foramina naſi.

Quando autē caro naſcitur in naſo poſt ægritudines capitis, & catarrhos, tunc ipſa eſt hæmorrhois. Si vero naſcitur poſt priuationem curſus humiditatum, & poſt ſincēritatem capitis. tunc eſt cancer. & proprie ſi in cerebro præceſſerunt ægritudines melancholicę. & fuerit principium eius ſicut cicer, aut auelana & incæperit augmentari, & acciderit durities in palato, hæmorrhoides autē aliquando ſunt pendentes extra naſum.

P R O G N O S T I C A. Polypus mollis pędens non putridus, nō fœtidus habens radicem tenuem, & non multum fixam curabilis eſt. Niger vero durus nō tractabilis aut mollis putridus ſiue fœtidus habens fixionē fortem via curabilis, & forte incurabilis.

C V R A. Ad curā accedens pręmitto. Primo q̄ cura horū magis ad chirurgicū q̄ ad phyſicum pertinet, propter quod eorū curam ſatis tamen exquiſitā breuioribus vt valuero declarabo. Secundo q̄ vbi aliquod iſtorū in carūculis fuerit non curat̄ quin fiat eorum recidiuatio, eo q̄ radices eorū nec manu nec aliter euelli poſſunt. Tertio q̄ cancer naſi vbicūq; fuerit non recipit curā per chirurgiā, & maxime vbi radicitus euelli nō poteſt propter ſitum, aut eius magnitudinem, ſed potius augmentum in quātitate. & qualitate ut alias declaraui in cancro domini abbatis de ſexto. Canones ſeruandi ſunt. Ordinatio digeſtæ. Digeſtio materiæ, euacuatio. Diuerſio. Et particularium applicatio. Accidentium correctio.

Pro ordinatio diætæ, & digeſtione, & euacuatione cū phlebotomia recurratur ad dicta de ſoda, & catarrho, & ad ea quæ de ophthalmia. & cū hoc apponant̄ quę naſum reſpiciunt, vt ſupra in alijs ſæpe rememoratum eſt. Vnde nota q̄ euacuatio debet ſæpe reiterari antequā perueniat̄ ad particularium adminiſtrationem. Vnde Meſ. & hæc quidē fiant poſt corporis mundificationē pluries iteratā. De phlebotomia vero dicendū q̄ fieri etiā debet ante particulariū applicationē maxime ubi fuerit repletio in toto, aut in parte, aut fuerit ſanguis per ſe aut per cōmixtionem peccans. Itē etiam cōpetit ratione diuerſionis. & hoc eſt quod voluit Raſis nono Almāſoris. capitulo proprio cū dixit. Cephalica erit minuenda. & Meſ. Poſt mundificationem pluries iteratam & poſt phlebotomiam.

Diuerſio vero fiat vt in de ophthalmiā, & dictum eſt in Rubrica de catarrho.

Cura vero cū particularibus duobus modis fit. Vno quidē modo cum medicaminibus exiccatiuis, acutis, corroſiuis, & medicaminibus cōſolidatiuis. Alio vero modo cum inciſione cauterijs, & cōſolidantibus. Exemplū primi cum exiccatiuis qñ ſcilicet polypus eſt ualde leuis, vt. ℞. terrā vnam & infunde eam cū aqua ozimi, deinde

pulueriza

pulueriza eam cū puluere corticū granatorū, & impone ſine ceſſatione.eſt enim iuuamenti experti, ſed tardi. Itē ad idem tenta linita cum ficu & puluerizata cum puluere nucum cupreſſi. Itē tenta in ſucco ozimi ſolum, aut cū puluere vſneæ. Aut fortius tenta in ſucco ozimi puluerizata cum colloquintida, aut ex his pulueribus. Quòd ſi noo videnť cōferre pertranſeundū eſt ad acuta corroſiua, vt eſt calx viua, colchotar, arſenicū, æs vſtū, cortex gris, calcantum, atramentū, nitrū, & huiuſmodi. vt verbi gratia componendo ex his & alijs ab auctoribus laudatis. vt ſcoriæ æris.ʒ.iiij.ellebori nigri.ʒ.j.arſenici ru.ʒ.j.℈.j.tere, & fac puluerem, & inſuffla. & cum lycinio impone. Ad idem.℞.ſemen ſerpētariæ, & tere cum cortice granatorū, cum ſucco eorum liniatur, & eſt ex leuibus.idem operať ſuccus radicis eius ſolus. Similiter eius ſemen. Et fortius eſt his medicamē alchadicon, conſumit enim polypū, & cancrum, etiā omnes additiones carnium in omnibus locis. Cuius confectio eſt.℞.calcis non extinctę, arſenici citrini.ana.par.ij.colchotar.floris æris, aluminis.ana.par.j. gallarum balauſtiarū ana.par.ſ. contere ea in mortario cum aceto forti cōtritione multa vſq; ad dies quinq;, deinde fiant ex eis trochiſci, & reſeruentur in vaſe vitreo, & loco frigido, & cum vti volueris diſtempera cum vino & applica cum lycinio.eſt enim expertum & forte. Cōſolidantia vero poſita ſunt de cura vlcerum, & eſt olibanum, ſarcocolla, myrrha, aloes, ſanguis draconis, maſtix, vnguentum de ceruſſa. vnguentū triſpharmacū Meſuæ.

Exemplum ſecundi capiat operator ſpeculum, & faciat ſedere patientē in loco oppoſito ſoli.deinde dilatet narem cum ſpeculo cōſequenter cum tenaculis apprehendat polypū, & ipſum vſq; ad radicē cum forpicibus, aut raſorio incidat, demū cum ferro ignito locū cauterizet, aut cum cauterio potētiali.quod addo.quoniā plures timent ignē. Item nec ſic cōmodari poteſt & ſine periculo partis ſanę, vt potentiale: de quo potentiali dicetur ſtatim. Item ſi polypus deſcenderit vſq; ad palatum & guttur:tunc fiat cum tenaculis inciſione &c. vt dictū eſt, & vltimo cum cauterio, aut fiat inciſio cū forpicibus ignitis, in his enim oportet medicum ſua peruenire prudentia. Quòd ſi nō poterit cōmode ſic incidi. tunc duo vel tres pili caudæ equi adinuicē torqueātur ex eis fiat chordula vna, deinde fiant in eo tres vel quatuor nodi circa mediū eius. deinde attrahatur caput chordulæ per nares à patiente vt eius caput veniat ad palatum, vt faciunt cum filo pueri in ſcholis, aut cum acu plumbea mittať per nares, vt ad palatum veniat, & per ipſum trahať.deinde capiendo vtrāq; extremitatem chordulæ ducať, & reducatur, & ad modū ſerræ vſquequo tota caro fuerit cōſumpta. deinde remota carne cureť cum vnguento viridi, & medicamine incarnatiuo.aqua cauterizatiua. qua caute tangi debet polypus ne lædať pars ſana. Aut.℞.calcis viuæ, arſenici citrini, floris æris.ana.ʒ.iij.argēti viui non extincti.ʒ.j.bulliāt in aqua vſq; ad cōſumptionē tertiæ partis, & vltimo ponatur argentum cum quo tangatur locus. Quòd ſi remanet dolor, tunc ℞.vitellum oui cū oleo roſa.& ſuperpone. Vnde nota poſt cauterizationē oportet extra & intra applicare repercuſſiua frigida, & anodyna, quæ cooperiāt totum naſum, & circūcirca. Aliud ruptorium.℞.aquæ capitelli.℥.j.ſaponis al.℥.ſ.calcis viuæ.℥.ſ.℈.j.ſaponis nigri.℥.j.auripigmenti.ʒ.ſ.confice & intromittatur. De conſolidatiuis dictum eſt.

Correctio accidentium, qm̄ cōſueuit fluere ſanguis, & dicta ſunt ſupra cum albumine oui, bolo, ſanguine dra.

CVRA hæmorrhoidarū. De hæmorrhoidibus dicendum q; in eis cura eſt eadē.& cum ſint leuiores ad curandum polypum q̄ alijs partibus, vt patet his medicinis datis & modis leuioribus dictis curentur.

CVRA cancri. De cancro autē dicendum puto, q; ſi cācer fuerit paruus & ita ſit natus vt radicitus euelli poſſit.tunc fiat cura eius cum inciſione, & cauterio, vt de polypo dictū eſt. Quod ſi fuerit magnus & deſcēderit infra cartilagines, tunc melius eſt adhærere ſententiæ Hippo. xxxviij.Aph.vj.Sectionis.Cancros occultos omnes melius eſt nō curare, curati, enim cito pereunt, nō curati vero longius tempus durant. Item Auic.Et vis illius qui eſt fuſci coloris, & male generationis in ꝓfunditate plurimæ blandimentum ſine inciſione & taſione.ſed in hoc aptior eſt ſententia Raſ.nono Almanſ.cum dixit.In hoc enim loco plerūq; cancer exoritur, qui neq; acutas patitur medicinas, neq; inciſionem quæ cum ferro fit, imo indiget vt ſuauiter tractetur & medicaminibus lenientibus, parum poſt. Summopere cauendum eſt ne hæc ægritudo vel ei ſimilis ferro, aut acuto medicamine tangatur. In hac materia me nō extendo quoniam multum chirurgicalis eſt, nam vide Auic.tertia quarti de cancro.

## De ſternutatione. Rubrica. XI.

STernutatio eſt motus proprius cerebri ad expellendum humorem aut materiā aliam cum auxilio aeris naribus attracti ſubito per viam naſi, & oris. hæc enim virtutē animalem expulſiuā incitant vt rem nociuā à ſe impetuoſe expellant. Propter quod aduertendum q; hæc cauſa quādoq; eſt violenta q̄nq; eſt naturalis. Violēta quidem, & extrinſeca vt ſol, puluis, intrinſeca vero vapor eleuatus, vt in pleureſi, peripleumonia, & huiuſmodi.aut materia aromatizans mordicatiua. Et hæc ſternutatio proprie dici debet motus cerebri. nā aliquando eſt motus naturæ, vt cū aliqua ſuperflua materia in cerebro eſt quæ ipſum aggrauat, aut ſua mordicatione ſtimulat, quare incitať expulſiua de quo.v.de accidenti & morbo dicitř q; eſt vi naturæ. De ſternutatione autē vidēda ſunt quinq;. Primū quæ ſunt iuuamenta eius. Secundū quæ ſunt nocumenta. Tertium quæ eſt laudabilis, & bona, & quæ non. Quartū quæ ſunt ſternutationē facientia, & prohibentia. Quintum quæ ſit eius cura.

Iuuamenta quidē ſunt.quoniā per ipſam exiccatur, aut mundificať caput à materia, quāuis nō ſit digeſta, & ſpecialiter ſi pauca fuerit.Secundo mundificatur ab ea vaporoſa, vel ventoſa quāuis ſit plurima. Vnde Auic.proprio capitulo.Sternutatio eſt ex rebus magis valētibus ad repletionē vaporoſam. Itē facit partum facilē. Iuuat ad expellendum ſecundinam, & ſuperfluitates retētas. Vnde ſolatioſe narro.Quædam puella in os vuluæ eius impoſuerat caſtaneam paruā, & cum manibus trahi extra nō poſſet, & vetula quædam cum pipere fecit eam ſternutare, & ſubito egreſſa fuit. Item conſimiliter contigit in puella, in cuius naſo erat os ceraſæ. Iuuat cōſimiliter in expellendo quæ aures ingrediuntur vt ſupra. Et breuiter capitis grauitatem ſedat.

Fabella admodū delitioſa

Nocumenta vero ſunt, quoniā nocet catarrho in principio eius q̄n quæritř maturatio ipſius maturatur etenim quiete.Itē quandoq; multiplicatur ita in febribus vt virtutem deijciat. Caput ſuperfluitatibus repleat, ſcotomiā inducat. & vt Auic.vt ſit in his feſtina retentio. Item nocet habenti materiam crudam, aut multam in pectore, & pulmone. Et breuiter in omni ægritudine, in cuius maturatione quæritur quies.

Bona & laudabilis eſt quę eſt poſt maturationē coryzæ.ſodæ, phreneſis, lethargiæ, ſubeth, apoplexiæ, epilepſiæ, ſcotomię, & poſt materiæ minutionē. Mala autē eſt illa quæ fit præter ordinē dictum. & illa quæ cū reumate exiſtit, & maxime in principio. Si vero in aliqua ægritudine applicanť ſternutatoria, & fortia, & patiēs nō poſſit ſternutare eſt de eo deſperandum. Meſue. Auicen.

Promouētia ſternutationē ſunt ab intra ſumpta & ſpecialiter ab ore.cepæ, acutum allium, ſinapis, vinum forte, & ſimilia. Ab extra vero. Radius ſolis, ventus, puluis, fumus, et ſimilia. Et plurima odorabilia frigida, et maxime

in calefactis, vt ſunt folia myrti cũ aceto. cãphora cũ oleo omphacino inſtillata in nares, nenuphar, ſolatrũ odoratũ & huiuſmodi. In infrigidatis & etiã in calefactis elleborus, & eſt vſualis, cõdiſi, piper, mezereoo, euphorbiũ, artaniſtã, caſtoreũ, fella, alliũ, cucumer aſininus, ireos, ſanſucus, nigella infuſa in aceto. Pulpa colloquintidę, aloe, ſinapis, oppoponacum, ſerapinũ, ruta ſylueſtris, & ex iſtis potes componere vt placet. Itẽ impoſitio pẽnæ, vel feſtucæ idẽ operaẽ. Itẽ ex accidentibus animæ, vt approximatio ad iuuenculam, hæſitatio, ad coitus deſiderium.

S I G N A demonſtratiua ex ſe manifeſta ſunt.

P R O G N O S T I C A. Sternutatio in fine morborũ bona valde ſm̃ Gal. quia ſignificat fortitudinẽ virtutis, & conualeſcentiã, & materiæ paucitatẽ. Sternutatio fine reumate mundificato corpore, ſiue à natura, ſiue ab arte bona. quia dolorẽ capitis remouet, & caput mundificat, & propter hoc valet in ægritudinibus pectoris, & in ægritudinibus cerebri & maxime in declinatione. Similiter valet in paſsionibus matricis quando virtus eſt fortis. excitat enim virtutem expulſiuam, vnde valet in fœtu mortuo, in retentione ſecundinæ, & ſimilibus. Sternutatio cum reumate mala. Et in corpore repleto mala, & maxime ratione ſigni. quia malã cauſam ſignificat in capite lædentẽ, & malam ratione cauſæ. quoniã ſternutatio mala replet caput, & inducit vertiginem, & ſcotomiam. Si in aliqua ęgritudine prouocetur ſternutatio, in qua debet ꝓuocari, & non ſternutas nunquã curabitur, ſi tamen erit prouocata cum rebus fortis virtutis, ſicut eſt elleborus albus, caſtoreum, ſinapis, & huiuſmodi. Item de prognoſticis habes in fine capituli. & tu ibi.

P R O H I B E N T I A vero ſunt paſsiones animales, vt gaudiũ proprie. ira, ſollicitudines, cogitationes, fricationes auriũ, cõtorſio naſi. Fricationes gingiuarum, & palati, linguæ, oculorum, & eſt problema Ariſtotelis. Quòd ſi fuerit ex calore aut vento calido ſedant oleũ roſ. de ſalice, & ſimilia odorata effuſa etiam in aures, & fugere àquam naribus, & faciem cum ea lauare. Quòd ſi fuerit ex vento frigido, vt borea attrahantur olea calida, & ponantur in aures. Odorentur res calidæ odoriferæ, vt eſt galia, ambra, muſcus, & poma odorifera cum eis confecta. herbæ calidæ.

C V R A iam pro cura eius videntur eſſe tacta neceſſaria in narrando ꝓhibentia, vt ſi fuerit ex cauſis extrinſecis vento, ſole, & ſimiliter ex cauſis intrinſecis. ꝙ ſi fuerit cum reumate fiant ſuffumigia, & odorationes. In calido frigida, & in frigido calida, vt in de catarrho. Valent ſecurius odoramẽta ſuffumigijs. Item ad facilem ſternutationem quando ꝓ ſufficit retentio anhelitus, item ligatio extremitatum, & hæc bene conſidera.

*De pruritu naſi.* *Rubrica.* XII.

QVoniam pruritus accidit ſecundũ plurimũ à materia acuta, catarrhoſa deſcẽdente. hinc ad ea quæ de ulceribus naſi, et ad illa q̃ de catarrho dicta ſunt recurraẽ. Diciẽ ſecundũ plurimum, qm̃ aliquando à vaporibus acutis, aut vehemẽter putridis eleuatis aliũde, vt in febribus, vermibus, & eſt quaſi ſemper cõcomitãs ſignũ eorũ. Et cura pendet ex cura ſuarũ cauſarũ, de quibus poſt. Fit etiã qñq; ꝓpter catarrhũ fortis curſus, quis ſit frigidus. Itẽ ꝓpter fluxũ ſanguinis nariũ, et eſt de ſignis criſis variolarũ, & morbillorum. Et cura eſt vt dictũ eſt.

D V B I A.

DVbitatur utrũ in omni fluxu ſanguinis nariũ competat phlebotomia. Arguiẽ ꝙ non. quoniã in fluxu ſanguinis peccãtis ſola qualitate, & non quãtitate ſufficit ſola alteratio, ergo patet conſequentia, quoniã phlebotomia principaliter reſpicit quantitatẽ, & nõ qualitatẽ, vt quarta primi de phlebotomia. Confirmatur qm̃ medicus debet ſemper & principaliter cuſtodire virtutẽ quãto plus poteſt. ſed ꝓcedendo cũ alterantibus ſolis cuſtoditur magis virtus, & accidens ſufficiẽter remouetur, vt patet. ergo. Itẽ cõtingenter poteſt accidere in corpore ſenili, aut debili, aut in ætate pueritiæ, quibus caſibus nõ videẽ poſſe fieri phlebotomia cõueniẽter. Item in fluxu critico, item in fluxu ſuccedente ſodæ ſedante ſodam: & proprie pulſatiuam, item in fluxu fracturæ arteriarum cerebri non competit, vt patet intelligenti.

In oppoſitũ eſt Auic. cap. de curationibus eius vbi inquit. Et phlebotomia quidẽ eſt res melior qua retinetur fluxus ſanguinis narium. & Meſue fiat diuerſio ſanguinis ad oppoſitum cum phlebotomia ſubtili ex latere.

Pro reſpõſione ad dubiũ p̃mittẽdũ ꝙ phlebotomia fit aut rõne diuerſionis, aut rõne euacuationis, aut rõne utriuſq; ſimul exempla patẽt intelligẽti. Sc̃d'o pręmittendũ. in q̃one eſt videndũ etiã an cõpetat ex eodẽ vel diuerſo latere facta. Iuxta quę ponunẽ concluſiones. Prima ꝙ in fluxu ſanguinis peccãtis quãtitate, cõſentiente virtute cõpetit phlebotomia. Sc̃d'a ꝙ in fluxu peccante quantitate & qualitate cõpetit phlebotomia. et has duas cõcluſiones voluit Aui. de curationibus eius cũ inquit. In eo q factus eſt ꝓpter pręparationẽ corporis, ideſt repletionẽ quantitatiuã, & caliditatẽ eius, oportet vt aſsiduẽ euacuatio choleræ ex eo ꝙ cõmenſuratio ſanguinis cum cibis, & potibus. Et phlebotomia quidẽ eſt melior res qua retinetur fluxus ſanguinis nariũ, quatũ duarũ ꝑſuaſio etiã apud intelligentẽ ſatis faciliter habeẽ. Tertia cõcluſio ꝙ in fluxu q reſtringi nõ poteſt cũ medicinis & ſanguis eſt multus calidus vehementer, aut ex eruptione arteriarũ vehementer eſt phlebotomia neceſſaria vſq; ad ſyncopim. patet cõcluſio. qm̃ tunc reſtringeẽ diminuta potente cauſa quæ erat cauſa fluxus vt patet ĩtelligẽti. Quarta cõcluſio ꝙ hm̃õi phlebotomia debet velociter fieri anteq̃ cadat virtus, patet ex ſequenti. Quinta cõcluſio ꝙ in fluxu ſanguinis guttatim eueniẽte & non furioſe cõpetit phlebotomia parua: ꝙ ſi fuerit paroxyſmaliter veniẽs & paulatine debet fieri phlebotomia. quæ tres cõcluſiones omnes debẽt intelligi nõ valẽtibus medicinis vt dictum eſt in tertia. & has voluit Auic. de cura eius illa parte. In eo autẽ qui prauior eſt illo, & factus ꝓpter feruorẽ, & tu recurre ibi. Sexta concluſio. ꝙ ſanguine peccante in quãto in fluxu eius ſi ætas patiẽ nõ debemus eſſe cõtenti ſola applicatione vẽtoſarũ, & rõ. qm̃ ut inquit Aui. Vẽtoſa uero ſanguini dominanti reſiſtere nõ valet, imo oportet in principio. vt phlebotomia extrahaẽ. deinde ponaẽ vẽtoſa. Septima cõcluſio. ꝙ in fluxu critico nõ fiat phlebotomia imo cadit Aui. nec retineaẽ niſi ſentiaẽ caſus uirtutis. hęc eſt cõcluſio Aui. de curationibus eius cum inqt. Critici quidẽ, & ſimul ei q accidit ex ſeipſo via eſt vt nõ cureẽ, aut reſtringaẽ donec ſentiaẽ caſus virtutis. Octaua ꝙ in fluxu qui ſequiẽ ſodam pulſatiuã nõ competit vt patet. Nona. ꝙ in fluxu qui eſt ex fractura arteriarũ cerebri melius eſt dimittere phlebotomiã, & vti rebus alijs vt diuerſione reſtrictiuis, vt ſupra, & cauſa quoniã raro vt Meſ. & cęteri recipit curam, & quia in fluxu ſanguinis phlebotomia eſt ignominioſa, tũ ꝓpter infamiã & periculũ imminẽs mortis melius eſt dimittere. nã cõiter infirmi nõ veniũt ad medicũ in fluxu niſi egreſſa prius notabili quãtitate. & ideo venientes ex fractura arteriarũ ſunt quaſi mortui antequã ad medicũ veniant. Decima cõcluſio. ꝙ in fluxu vbi fit ſang. peccans ſola qualitate aut quãtitate diminuta, aut virtus, vel ætas non cõſentiat non eſt fienda phlebotomia. hãc concluſionẽ cum ſuis particulis probant argumenta adducta ante oppoſitũ. Ex quibus apparet in quibus caſibus cõpetit phlebotomia rõne euacuationis, & in quibus nõ. Reſtat vt dicamus de ea vt eſt diuerſiua et ꝑ parte euacuatiua. & cõſequẽter ponaẽ. Vndecima cõcluſio. ꝙ in pricipio fluxus ſanguinis nariũ in quo expectaẽ phlebotomia cõpetit phlebotomia diuerſiua. hãc cõcluſionẽ voluerũt auctores

Phlebotomia ignominioſa quã

omnes:& patet rōne. quia per ipſam ꝓhibeť fluxus, cuius ꝓhibitio principaľr quæriť. vt patet. ergo. Duodecima cōcluſio. ꝙ ſtante peccato ſanguinis in quantitate cōpetit phlebotomia ſaphenæ eiuſdē partis. patet. qm̄ p ipſam ſufficiēter fit diuerſio, et euacuatio. & magis ſiue cōuenientius ꝗ̄ per aliquā aliā vt patet diſcurrēdo per phlebotomiam aliarū venarū. ergo. & hāc cōcluſionē poſui mere ꝓbabile. & p iſta eſt Aui. quarta primi. de phlebotomia cū inqt. Et ipſa qdē ſaphena phlebotomaí ꝓpterea vt ſanguis euacueť ex mēbris q̄ ſunt ſub hepate, & vt ſanguis à partibus ſupioribus ad inferiores declineť, & patiū iſta. Et ad ſummū venarū pedis phlebotomia cōfert ęgritudinibus quæ fiunt ex materijs ad caput declinātibus. Decimatertia cōcluſio. ꝓbabiliter ponitur cōtra duodecimā ꝙ in eo caſu cōuenientior eſt phlebotomia baſilicę. probatur qm̄ per ipſam ſufficiēter fit euacuatio, cū euacuet immediate à fonte, & per eandē fit cōuenientius diuerſio vt patet, qm̄ nō fit tranſitus p plures diametros, ſed per cōuenientē diſtantiā maxime ſi fit ſup manu, & non tm̄ debilitať æger ex ea cū ex ſaphena maior ſequať debilitatio. vt Aui. quarta primi de phlebotomia. ergo. & hāc cōcluſionem ſenſit Placētinus. Cōtra iſtas cōcluſiones videť ſentētia Meſ. qui vult ꝙ in principio fiat ex latere oppoſito. deinde ex eodē. Itē cōtra ipſas videť ſententia Raſ. nono Almanſ. vbi de hoc cū dixit. Si vero paſſio inualuerit minuať cephalica eius partis, de qua fluit ſanguis. Idem in libro diuiſionum. Et pro iſto etiā videtur Auicē. quinta tertij in hoc cap. cum inquit. Neceſſaria eſt phlebotomia ex cephalica quæ ſequitur illā narem. Et antequā reſpondeatur ad adducta ponať hæc concluſio decimaquarta, quā credo veram. ꝙ ſtante peccato ſanguinis in quanto ſuperfluo cæteris conſentientibus ex parte virtutis in principio fluxus eius ex naribus cōpetat phlebotomia primo ſaphenæ ſecūdo cephalicæ, & hæc ex eadē parte tantū. hanc concluſionē credo voluit Auicē. ex dictis ſuis. quarta primi allegato loco. & quinta tertij de cura eius, & poſiti ſunt textus. Et ꝓ iſta eſt textus eius quarta primi. de vbi, quando & quomodo fiat euacuatio ſakē pro prima parte eius inquit. Nā ſi materia fuerit in ſupremo dextræ partis nō erit trahēda ad infimum ſiniſtræ, imo ad infimū ipſius dextræ. & ibi vt patet loquitur de tractione fienda per phlebotomiam præterea ex canone, & non oportet quidē vt in duas diametros prolongationē factas. Et ad Auicē. dicendum ꝙ in qnta tertij, locutus eſt de particulari phlebotomia fienda in tali diuerſione. nā in quarta primi allegato cap. locutus erat de vniuerſali quā volebat te memorie habere. Et cōſimiliter dicendum ad Raſim. Ad Meſ. vero dicendū, ꝙ cum dixit ex latere oppoſito, deinde ex eodē ꝙ iſte dicūtur phlebotomiæ factæ ſecundū duas diametros incōpletas tenent locum vnius cōpletæ, & magnæ, & ex cōſequenti tantū valent quantū facta ex ſaphena. Decimaquinta cōcluſio, ꝙ cōiter & ſm plurimum infirmi ex tali accidenti ad medicos veniētes ſunt multum euacuati ſuo ſanguine, ſed in tali caſu ſola ſufficit ex cephalica. ergo, patet cōſequētia cum maiore. minor declarať, quoniā ex tali phlebotomia ſufficienter fit pauci ſanguinis diuerſio, vt patet. ergo. & fortaſsis auctores plures hanc intellexerunt concluſionē cū dixerunt à cephalica eſſe inchoandum, vnde multū nota verba Raſ. & Almanſoris cū inquiebat. Si vero paſsio nō valuerit, nā inualuiſſet cū multus ſanguis exiuerit. propter quod conſidera. Decimaſexta cōcluſio, ꝙ magis diuerſiua omnium eſt phlebotomia venæ ſpatulæ. Hanc cōcluſionē voluit Aui. proprio capitulo. quinta tertij cum inquit. Et ex vena ſpatulę, quę eſt poſterius, quoniā eſt magis vltima, quia prohibet ſanguinem eleuari ad caput. Ipſa nanq; cum ad ſyncopim ꝓducit ſedat ſtatim. Sed medicus nouus cum ſit inexpertus pe ignominiā uulgi incurrat non ex ea phlebotomiam faciat. Nam hoc dubiū ſic diffuſum ac quaſi confuſum poſui, quia nihil de eo memoratum inueni, aut legi. Poſtremo notandum ꝙ in fluxu nimio menſtruorum competit balneum, ſubtiliat ſang. menſtruum, & ipſe ſang. ſic ſubtiliatus facilius attrahiť ad membra. In fluxu vero narium nō ſic, quia amplius ſubtiliatus ſuperiora magis peteret, & ex conſequenti augmentaretur fluxus.

DE catarrho dubitať. Quæ corpora ſunt magis catarrho diſpoſita, an calida, an frig. Pro reſpōſione ad dubiū ponunť cōcluſiones quinq;. Prima ꝙ indicatione ſumpta à cauſis extrinſecis duabus ſpecialiter quę ſunt diſſolutio humidi à calido, & expreſſio humidi à frigido. calida alijs paribus ſunt catarrho magis diſpoſita. hæc cōcluſio eſt Auic. de coryza, & catarrho, & probať ratione. quoniā talia corpora ſunt magis rara. quare calidum extrinſecū diſſoluens & frigidū exprimēs facilius penetrāt, & effectū inducunt qui eſt diſſolutio aut expreſsio. ergo. Secūda cōcluſio. ꝙ indicatione ſumpta à cauſa quæ eſt repletio humiditatū corpora frigida alijs paribus ſunt calidioribus catarrho magis præparata. hāc etiā voluit Aui. loco allegato. & patet ex cauſa. nā plures aggregantur humiditates alijs paribus in frigido cerebro cum eas quæ ad ipſum perueniunt non poſſit digerere, & reſoluere vt in calida, quære. Tertia cōcluſio ꝙ licet ita ſit tamen catarrhus eſt citius curabilis in calidis ꝗ̄ in frigidis. patet concluſio. Quarta concluſio ꝙ licet in calidis ſit citius curabilis, tamen catarrhus calidus eſt periculoſior. patet cōcluſio. quoniam ad plures & periculoſiores ægritudines eſt aptus inducere, vt ſupra, de curatione accidentium in fine rubricæ de catarrho. alijs enim partibus ex materia calida ſemper acutiores perueniunt ægritudines. Vltima concluſio probabilis. corpora frigida alijs paribus ſunt calidioribus catarrho magis prona. probatur concluſio. quoniam catarrhus ex ſe videtur dicere repletionem materiæ à capite ad inferiora deſcendentis, ſed frigida ſunt repletionem magis apta incurrere, vt vult ſecunda cōcluſio. ergo. Pro iſta eſt Aui. ſecunda primi de cauſis debilitatis membrorum. inquit autem. Quę maiorem proprietatem habent ne in homine appareat nocumentum, neq; ægritudo, neq; dolor eſt raritas texturæ in ſuis poris. eo ꝙ ſuperflua generata liberius educuntur, ſed in frigidis eſt &c. ergo. Ex quibus infertur ꝙ frigida rarę texturæ propter debilitatē virtutis in digerendo ſunt cæteris paratiora.

DVBIVM an in catarrho cōpetat phlebotomia. arguitur ſpecialiter in frigido non cōpetere, quia p ipſam debilitaretur virtus, & incrudaretur materia, cuius digeſtio quæritur, vt patet. ergo. nā ſanguis iuuat ad digōnem phlegmatis. Quod nō calido probať. qm̄ ſanguis eſt frœnū cholerę. quarta primi. de phlebotomia. ergo per ipſius eūonē maior ſequetur fluxus. ergo. nā hic nō eſt mētio de calido ſanguineo, qm̄ iam concluſum eſt ꝙ oīs catarrhus calidus eſt cholericus, vel ex phlegmate ſalſo. Itē coniunctim per phlebotomiā euacuatur humor cuius eūo ꝗrēť & debilitaí virtus. & hoc tā in calido ꝗ̄ in frigido. ergo. (Sanguis frœnum cholerę.)

Ad oppoſitum eſt Auic. inquit de cura eius. Et incipiat à fluxu vētris & extractione ſanguinis. Et parū infra ſignificat ꝙ materia declinat ad latus. Fiat ergo inceptio cum phlebotomia. Et Raſ. nono Almanſ. Fiat minutio ex cephalica & ſoluatur natura. & Meſ. inquit. Tertiā rē complet phlebotomia. Reſpondeť ponēdo has cōcluſiones.

Prima ꝙ indicatione ſumpta à materia catarrhali, neq; in frigido, neq; in calido competit phlebotomia euacuatiua. patet cōcluſio per argumēta ante oppoſitum. Scd'a cōcluſio. ꝙ tam in calido ꝗ̄ in frigido poteſt competere phlebotomia vbi in toto fuerit ſanguinis repletio aut in corpore fuerit plethoria. patet concluſio ex deſcriptione phlebotomię. quarta primi. Tertia cōcluſio & in catarrho ſolū in tribus caſib⁹ cōpetit phlōmia, & magis diuerſiua. Hęc cōcluſio eſt Meſ. in ſuo de appropriatis. caplo



BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

de catarrho vbi inquit. Phlebotomia autem in hac ægri-
tudine ſolũ in tribus caſibus eſt neceſſaria. Primus ſi ca
tarrhus eſt calidus in corpore calido, & abundãte in quo
ſit oculorum rubedo, & venarũ plenitudo. Secundus ſi
ſit calidus declinans ad oculos, aut qualiſcunqȝ ſit, aut ti-
metur in faucibus, aut pulmone, aut coſtis, aut diaphrag-
mate, & figatur in eis ad collectionẽ. & ꝓpterea dixit Auic.
Si autẽ ruſus ſit paruꝰ ſputi, tunc neceſſaria eſt parua phle
botomia, & leuis numeri. Tertius ſi catarrhus accidat
cum feb. in his enim ſolum caſibus phlebotomiam catar
rho vtilem inuenimus. Ex quo infero ꝙ in catarrho frigi
do vbi materia fluxerit vt dictum eſt phlebotomia diuer
ſiua eſt vtilis. Et iſtud correlariũ voluit Meſ. cum dixit.
qualiſcunqȝ ſit. Quòd ſi adducãtur auctores ꝙ in frigido
non competit intelligendi ſunt de phlebotomia euacuati-
ua. Et quod dictum eſt. ſi accidat cum feb. credo exponẽ-
dum, id eſt ſi timeẽ ꝙ ex ea foueatur feb. aut ꝙ ex eius flu-
xu ad venas timeatur cõmotio humorum in venis, quare
fiat cõtinua. Vel aliter intelligendo per febrem continuã.
nam in omni continua videtur competere phlebotomia
iuxta illud Auic. prima quarti de cura quartanæ cõtinuæ
cum inquit. Et de illis eſt ꝙ phlebotomia in hac eſt ma-
gis neceſſaria, quoniam materia eſt apprehẽſa in venis. &
tu conſidera. Nam vult Placentinus in capitulo de hemi-
tritæo ꝙ in omni cõtinua cõpetit phlebotomia. Vel dic
ꝙ feb. continua ſua caliditate eſt diſſolutiua catarrhi, &
cauſæ fluxus. vnde per phlebotomiam feruor remittẽ. &
ſic prohibetur fluxus. Quartã concluſionẽ poſuit Gil-
bertus ꝙ in ſimplici coryza nõ eſt dãda phlebotomia. pa
tet qm̄ per ipſum fit attractio humoris currentis ad extra
ad intra venas, & ſic ſequiẽ feb. pleuriſis ut dicit ſe pluries
vidiſſe. Quintã voluit & eſt ꝙ poſt reuma antiquatũ, &
poſt digeſtionẽ poteſt phlebotomia competere. Tu conſi
dera qm̄ rationes ante oppoſitum vadunt vijs ſuis.

1 V T R V M in catarrho cõpetat vinũ vel aqua. ꝙ vi-
num arguiẽ. quia confortat virtutẽ digerit & maturat ca-
tarrhum ſcilicẽ frigidũ. ergo pro iſto videtur Auic. de cura
eius in fine dum dicit. Et vinũ quandoqȝ conuenit, vt cõ-
ferat eis hoc in principio. Ad oppoſitum eſt Aui. allega-
to loco inquit. Et vinum quidẽ non eſt conueniens eis. &
Meſ. Et prohibitio vini omnino. Reſpondetur. Prima
concluſio ꝙ cõmuniter vinum in principio ad digeſtio-
nẽ catarrhi non cõpetit. patet concluſio, quoniam pro tũc
caput fumis repletur & materiã indigeſtam cõmouet, &
propter eius multitudinem non educit. ergo. Et dicẽ cõ-
muniter. quia materia poſſet eſſe ita pauca, ꝙ bene cõpe-
teret in principio, vt patet ex ſequenti cõcluſione. & forte
Auicẽnę locus ex plicatꝰ. hoc voluit Auic. in adductis ante oppoſitum, & ita expo
nendus eſt. Secunda concluſio ꝙ in declinatione, facta
digeſtione iam materia exiſtẽte pauca cõpetit vinum. pa
tet. qm̄ tunc virtutem debilitatã confortat & iuuat ad ex-
pellendum, cum materia ſit pauca cum ſua caliditate ad
reſoluendum. nõ ſic in principio erat neceſſarium, & vti-
le, nam virtus in principio erat fortis. Tertia concluſio
ꝙ in aſſuetis, ſenibus, & debilibus licet dare vinũ in prin
cipio multum cõmixtum aqua. patet concluſio. qm̄ iuua
menta eo caſu ſunt plura nocumentis vt patet intelligẽti.
nam medicus ſua diſcretione debet cõmenſurare vini po
tum in his & in quantitate, & qualitate. Quarta conclu-
ſio. ꝙ vinum in catarrho cõueniens iuxta ſecundã conclu
ſionem debet eſſe ad dulcedinem declinans. probatur. nã
tale minus grauat caput & guttur amplificat tertio regi-
minis acutorum. Potus dulcis & virtuti eſt magis con-
forme. ergo &c. Quinta concluſio ꝙ in catarrho calido
competit aqua calida ordeata, & in frigido calida zuccha
rata, vel liquiritiata. hanc cõcluſionẽ voluerunt auctores
noſtri cum dixerunt aquã calidam maturare catarrhos.
Ad rationes patet quid dicendum.

Q V I A facta eſt mentio de cauterio in cura catarrhi
notandum ꝙ cauterium fit multis ex cauſis. Quandoque
enim vt remoueatur cõplexio frigida & humida cũ alia
non cõferunt & eſt vltima medicina, vt Albucaſis. nõ ta-
mẽ vltimitate terminans ſed vltimitate ordinis, quia ſem-
per poſt dietã & pharmaciã, & phlebotomiã debet fieri.
Et tu conſidera in hoc errorem eorũ. qui vniuerſalia præ-
termittunt, & quot periculis ægrotãtes exponunt. Aliqñ
fit ad ꝓhibẽdum euacuationẽ, vel fluxũ ſicut in fluxu ſan
guinis arteriarum, vel venarum cauterizamus arterias.
Aliqñ fit vt ſubtrahamus corruptionẽ membri ſicut in
cancro. & huiuſmodi. Aliqñ fit vt diuertamus materiã
ad aliũ locum ſicut in catarrho. vt faciendo cauteriũ vſqȝ
ad os vt ſupra, ita tamen ꝙ non cauterizetur ne cerebrũ
cũ tunicis interioribus feriatur, & alteretur. & debet ſtare
apertũ vulnus pluribus diebus, vt ſupra valet actuale, &
potẽtiale, & conuenit magis in frigido ꝙ̃ in calido. vnde
Albucaſ. Leproſi qñqȝ iuuanẽ cauterio iuuamento maxi-
mo, & præcipue ſpecies lepræ, quæ fit ex putrefactione
phlegmatis, & melãcholiæ, ita ꝙ ſpecialiter in cauſa frig.
conſidera. Et Meſ. ſumma quinta. de ægritudinibus ocu-
lorum. Et primum incipiamus experiri ſuper cauterio ca
pitis. quod fit ſuper cõmiſſura coronali in parte cõmuni
quæ dicitur zuendeneghi, id eſt continuatio capiſtri cu- Zuendeneghi gd arabibus.
ius iuuamenta ſunt multa, & ſublimia, & proprie ad ægri
tudines capitis frigidas & humidas. Et nota illud verbũ
proprie ponitur propter aliquos qui non verentur eum
in ægritudinibus capitis calidis vt in catarrho calido ad-
miniſtrare. vnde & Albucaſis. Cauteria cõpetunt in om-
nibus diſpoſitionibus, præcipue tamen in humoralibus. Cauteria qbus diſpoſitiõibus cõpetãt.
& maxime frigidis, & humidis, calidis autẽ humoribus,
licet non contrarientur, tamen accidentaliter per remo-
tionem cauſæ, calidis autem & ſiccis naturis & materia-
libus non ſunt vtilia, imò in eis faciunt multa mala, vt
tenet prædictus & alij doctores.

D E S O M N O diurno in catarrho dicẽdũ ꝙ neqȝ
in regimine ſanitatis competit ſomnus diurnus, nedum in
catarrho iuxta verſum.

Febris, ſegnicies, dolor capitis, atqȝ catarrhus.
Hæc tibi pro ſomno proueniunt meridiano.

Tamen in conſuetis conceditur. diſtante tamen à prãdio.
Item in declinatione eius poteſt competere.

D E C A T A R R H O aduertendũ ꝙ catarrhus
ob multitudinem materiæ cauſatus in vere magis multi-
plicatur. qui vero ex caliditate magis in æſtate. qui vero
ex frigiditate magis in hyeme. qui ex raritate pororũ ma-
gis in autumno.

P O S T R E M O aduertendũ ꝙ ſuſpecti ad reuma
preſeruari poſſunt à catarrho ſm Gordoniũ duplici via.
Prima vt mundificato corpore diu in ſtuffa ſudent. ca-
uendo ſe deinde à vento ſomno diurno, & à repletione, &
præcipue potu vini, & ꝙ caput exiccetur optime. Se-
cunda via eſt detentio pilularum in ore quæ etiam prohi
bent deſcenſum eius ad partes inferiores. vt exempli gra-
tia in calido. ℞. ſe. papaueris albi. ſe. portulacæ candi. pe-
nidiarum. draganti infuſi, ana. ℥. j. opij. croci. ana, ℈. j. con-
fice cum ſyrupo myrtino, aut cum ſyrupo de papaue-
re. fiant vt lupini. & in ore die ac nocte teneantur. In
frigida vero ℞. ſtoracis, calamitæ, nucis cupreſſi. ma-
ſticis. thuris, laudani. ambræ. ana. ʒ. j. liquiritiæ mun-
dæ, vuarum paſſularum mundatarum ab arillis. ana. ʒ. ß.
ſ. confice cum hydromelle, fiant pilulæ, & teneantur in
ore. vt dictum eſt. ſunt enim multum neceſſariæ ne mate-
ria vadat ad pectus.

D E F O E T O R E narium notandum ꝙ aliquã-
do materia fœtida in cerebro exiſtẽs põt inducere fœtorẽ
anhelitus alijs partibus exiſtentibus ſanis. & hoc eſt quia
vna materia à natura qñqȝ mittiẽ ad vnam partẽ aliqñ ad
aliã, aliqñ eſt vna pars apta recipere & nõ alia conſidera.
ſed infra de fœtore oris in ſequenti cap. dicetur amplius.

Aphoriſmi.

## APHORISMI.

### *De Narium paſſionibus.*

Ex.ij.Sectione.xl.Aphor.

Raucedines, & grauedines in valde ſenibus coctionem non amittunt.

Ex.iij.Sect.xij.Aph.

Si vero Hyems auſtralis, & pluuioſa, & ſerena fuerit ver autẽ ſiccum, & aquilonium, mulieres quibus ad ver partus ineſt ex quacunq; occaſione abortiunt, quæ vero parient imbecilles, & morbidos infantes pariũt, quare, vel ſtatim intereunt, vel tenues, & ualetudinarij, viuũt, Cæteris vero mortalibus difficultates inteſtinorum lippitudines ſiccæ fiunt. Senioribus autẽ deſtillationes, quæ cito interimunt.

xiij.Aphor.

Si vero æſtas ſicca fuerit, & aquilonia, autumnus vero pluuioſus, & auſtralis, dolores capitis ad hyemem fiunt, & tuſſes, raucedines, atque grauedines, quibuſdam autem, & tabes.

xiiij.Aphor.

Si vero aquilonius, & ſiccus, his qui naturam habent humidiorem, & mulieribus confert, reliquis autem erunt lippitudines ſiccæ. & febres acutæ, & grauedines. nonnullis vero & atræ biles.

xxxj.Aphor.

Senibus ſpirandi difficultates, diſtillationes cum tuſſe, vrinæ ſtillicidia, vrinæ difficultates, articulorum dolores, renum paſsiones, vertigines, apoplexiæ, mali habitus, pruritus totius corporis, vigiliæ, alui oculorum, & narium humiditates, viſus obtuſus, glaucedines, auditus graues.

Ex.v.Sect.xxiiij.Aph.

Frigida qualia nix, & glacies pectori inimica, tuſſes mouent, & ſanguinem. & deſtillationes.

Ex.vj.Sect.ij.Aph.

Quibus Nares natura humidiores, & genitura humidior, minus integra ſanitate fruuntur, quibus vero cõtraria, ſalubrius degunt.

Ex.vij.Sect.xxxviij.Aph.

Deſtillationes in ventrem ſuperiorem ſuppurantur intra viginti dies.

### *De fluxu ſanguinis narium.*

Ex.iij.Sect.xxvij.Aph.

Grandioribus autem, & iam accedentibus ad pubertatem plurima ex his, & febres diuturnæ magis, & naribus profluuia ſanguinis.

Ex.iiij.Sect.xxvij.Aph.

Quibus in febribus ſanguinis fluxerit multitudo, quacũq; ex parte, cum reficiuntur alui iis humectantur.

lx.Aphor.

Quibus in febribus aures obſurduerũt, ſanguis ex naribus fluens, aut aluus turbata, ſoluit morbum.

lxxiiij.Aphor.

Quibus ſperatur abſceſſum futurum ad articulos, liberat ab abſceſſu vrina multa, craſſa, & alba facta, qualis in laborioſis febribus quarto die quibuſdam incipit fieri, ſi vero etiam ex naribus fluxerit ſanguis, breui admodum ſolutio fit.

Ex.v.Sect.xxxiij.Aph.

Menſtruis deficiẽtibus, ſanguis ex naribus fluẽs, bonũ.

Ex.vj.Sect.x.Aphor.

Caput dolenti, & circum dolenti, pus, vel aqua, vel ſanguis effluens per nares, aut os, aut aures morbũ ſoluit.

### *De ſternutatione.*

Ex.v.Sect.xxxv.Aph.

Mulieri quæ * vterinis moleſtatum, aut difficulter pariti, ſuperueniens ſternutatio, bonum.

* ſtipi. nāv. i. vteri ſuffocationibus.

Ex.vj.Sect.xiij.Aph.

A ſingultu habitum, ſternutatio ſuperueniens liberat.

Ex.vij.Sect.lij.Aphor.

Sternutamentum fit ex capite, calefacto cerebro, aut humectato eo quod in capite inani. aer enim intus contentus extra erumpit. ſonat autem, quoniam per anguſtũ ipſi eſt exitus.

## De diſpoſitionibus oris, & linguæ continens Rubricas.xv. Capitulum. VI.

### *De ore, & lingua, & anatomia, & utilitatibus eorum.* *Rubrica.* I.

OS eſt membrum cõpoſitum ex labijs. dentibus. palato, vuula, gingiuis, & faucibus, de quibus omnibus particulariter dicetur in ſequẽtibus capitulis ſucceſsiue, de vnoquoq; eorum pertractando quantũ ad eorum anatomiam vt propoſito neceſſaria erunt. De complexione vero eius nihil ad præſens. nam non iudico neceſſariã cum nõ ſit membrum ſimplex ſiue homogeneum, imo eſt quid compoſitum ex multis membris, vt patet. quorum quæritur notitia particularis de complexione vniuſcuiuſq; eorũ. oportet enim vt ſi quis eius complexionem voluerit inueſtigare, debet complexionem reſultantem ex refractione complexionum membrorum componẽtium annotare. quod ſpeculanti magis q̃ practicanti ſaltem hoc in caſu relinquendum iudico.

Os eſt membrum ad accipiendum cibum principaliter creatũ. Et dicitur principaliter. quoniã ſecundario ꝑpter alias cauſas eſt etiã à Deo optime productum. Vnde factum eſt vt per ipſum expellantur ſuperfluitates ſtomachi, quæ per inferius ita bene expelli nõ poſſunt. Item & illas pulmonis. Itẽ vt per ipſum attrahat̃ aer ad cordis euentationẽ, licet nares ſiue naſus ad hoc principalius. Itẽ ad vocem & ſermonẽ faciendum, & ſpecialiter in hominibus. Scito tñ q̃ nõ ſemper ad vocem cauſandam requirit̃ os, q̃m aliqua animalia ſine ore vociferant, vt cicadę. Lingua eſt membrũ carnoſum, molle, ſpongioſum, panniculoſum, ex neruis. ligamentis, & arterijs contextũ ad guſtũ principaliter inuentũ ad loquendũ, & cibum in ore gubernandũ vtilitatẽ ꝓbens. Et quia valde mollis eſt vt habeat aliquid cui innitat̃ & appodiet̃ creauit natura os in modũ laude, quod eſt eius ſuſtentamentũ. Et in eius extremitate ſunt duo orificia ſatis magna, quę pueniunt ad carnẽ glãdoſam, q̃ eſt in radice eius, & iſta appellant̃ fontes ſeu hauritoria ſaliuę quę cõſeruãt rorẽ linguę vt Aui. Et panniculus quo inuoluit̃ eſt cõiunctus cũ panniculo oris meri, & ſtomachi. Et notãter Aui. ſic dicit q̃ habẽs linguam magnã latã valde, aut paruã ſicut ſpumatã non poteſt loqui. hoc notaui, quia iã mihi cõtradicebat medicus bene peritus. Qui vero ſunt nerui dantes ſeoſum, & motũ linguæ dictũ eſt in principio tractatus ſexti. Nota tñ q̃ Aui. dicit prima primi de anatomia neruorũ cerebri circa medium capituli. Guſtus autem in quarto fuit creatus neruo. Et infra de anatomia oris ſcata tertij: & ſupra dictum eſt. q̃ à ſeptimo pari neruorum venit guſtus, & ideo cõſidera. & ſub lingua ſunt duæ venæ magnæ virides ex quibus procedunt venæ plurimæ, & vocantur duæ ranulæ, vnde fortaſsis apoſtema quod ibi oritur nominatur ranula, de quo infra. De complexione cuius dictum eſt ſupra tractatu ſecundo. Ex quibus apparet anatomia, deſcriptio, & complexio. Et quemadmodum dictum eſt ſupra de operationibus aliorum membrorũ, ita de õperationibus linguæ contingit. nam lingua operationes principaliter habet, in quibus contingit. eam lædi diminutæ, ſcilicet ablatę, et corruptę, & ſunt guſtus, et motus, ideoq; prius læſione eius ex parte guſtus dicendum.

Os cur I homine.

Lingua.

*Mirũ quod hic dicitur, q̃m in 2° tractatu agit de ſeparatura partiũ ut referũt ad nutrimẽti. Hic aũt debet aſsigna[re] ſeparatura partiũ ut ſũt mẽbra hoĩs uiui*

### *De diminutione, ablatione, & corruptione guſtus.* Rubrica. II.

QVid autem ſit diminutio corruptio &c. guſtus patet ex dictis de viſu,& auditu. Nam diminutio eſt cum ſolum percipit excellentias ſaporia. Corruptio vero cum iudicat omnia eſſe amara, aut dulcia,aut alterius ſaporis. Ablatio autem cum de guſtabili nihil omnino iudicat.

CAVSÆ autē ſunt,aut mala cōplexio quę eſt talis per eſſentiam.aut per cōitatem à ſtomacho,uel capite,vel alio membro.aut apoſtema, vel oppilatio in via,aut ſolutio continuitatis. Mala autem complexio, quia calida, aut frigida materialis aut immaterialis. Similiter & humida. ſicca tamen magis deſtruit quàm humiditas.eſt enim humiditas qualitas guſtui proportionata. ſecundo de anima. Cæteræ qualitates dictæ cum excedunt, guſtum lædunt. Item oppilatio in neruis deſeruientibus guſtui contingens. de quibus in præcedenti rubrica. Et ex his apparet quare in alimentis diminuitur aut corrumpitur guſtus.

SIGNA demonſtratiua nota ſunt infirmi relatione. Et male cōplexionis ſigna ſunt nota ex frequenter habitis.Oppilatio autem cognoſcitur ex læſione cerebri, & ſimiliter ſi fuerit à cerebro,vel capite,vel aliunde.

PROGNOSTICA ſm̄ pro nūc dicatur ꝙ diminutio ſiue corruptio cū perſeuerat lędunt digeſtionē.

CVRA canones generales. Primus canon ꝙ in administrando ea quæ rectificant malam complexionē debemus abſtinere ab his quæ lædūt guttur, & pulmonē de quibus infra ſuis capitulis. Scd's ꝙ medicinæ euacuatiuæ ſunt per ſeceſſum & per vomitū eductiue, qm̄ tales vt patet ſunt magis iuuatiuæ alijs paribus. Tertius ꝙ tales adminiſtrenť poſt aſſumptum cibum. Quartus ꝙ ſi fuerit per cōitatem prius rectificetur membrū cōicans nocumentis, quod ſm plurimum eſt caput aut ſtomachus.

CVRA particularis canones particulares. Ordinatio diætæ. Digeſtio. Euacuatio. Particularū adminiſtratio.

Ordinatio diætę ad oppoſitum cauſę vt ſæpe dictū eſt, dirigať. nam ſupra tract. ij. ex parte ciborum & potuum poſitum eſt. Ex parte vero aeris tractatu ſecundo.

De digeſtiua vero & euacuatiua dictum eſt tract. iiij. vnde vt ſupra de ſoda oportet retinere has euacuationes.

Quartus vero cōpleať cum collutionibus. Maſticatorijs. Gargariſmatibus. Pilulis in ore retentis aut alijs loco eorum vt confectionibus & huiuſmodi. cōponendo autē calefacientia, aut infrigidantia, aut exiccantia, aut humectantia vt diſpoſitio exiget. de quibus ponentur exempla plurima à ſimplicitate,& compoſitione ſtatim cum pertractabo de cura diſpoſitionis linguæ ex parte motus. nā & illa ſunt huic negocio aptiſſima.

CVRA ſi fuerit per cōitatem. Primo rectificetur membrum mandans vt dictum eſt cum appropriatis, de quibus ſuo capitulo. Secundo fiat diuerſio. Tertio cōfortetur lingua cū ſtypticis ne recipiat. Ex quibus patet tres canones eſſe addēdos quatuor primis particularibus quādo talis per cōitatem fuerit, cum quibus etiā perficiātur hi tres ſatis patet. Quantū ad primū in capitulo ſuo proprio. Et quantum ad ſecundum cum his quæ poſita ſunt ſupra de ſoda canone de diuerſione. Et quantum ad tertium patebit eius complemētum in narratione ſtatim ſienda de cura mollificationis linguæ,& tu ibi.

### *De mollificatione linguæ, & grauitate, & deſtructione introitus in ſermonem.* Rubr. III.

MOllificatio licet proprie accepta dicat priuationem motus. vt ſupra cap. ij. tamen hic per mollificationē linguę intelligere debemus omne impedimentū in ea contingens ex parte diminutionis corruptionis ſiue ablationis ad ſermonē faciēs, ita ꝙ mollificatio ſit genus, diminutio uero corruptio, ac ablatio ſermonis ſint ſpecies,& iſtud videť velle Auic. cum inquit. Et qñq; peruenit mollificatio linguæ vt priuet loquelā, aut fiat diff cilis, aut alteretur. Et ex ea eſt alſeſe,& altetem.

CAVSA eius ſecundū plurimū, eſt humiditas ſanguinea vel aquoſa ſepulta ſeu imbibita in lacertis & muſculis linguæ vt Meſ. Et dicitur ſm plurimum, quoniā etiā contingit ipſam aliqñ à ſiccitate ſuperflua cauſari impediente debitū motum eius vt in febribus incenſiuis manifeſte apparet, de quo ſuo loco dicetur. Item à breuitate inſtrumēti ſiue ligamenti quod eſt ſub ea,& dicitur in noſtro vulgari de filello. Itē à breuitate aut magnitudine ſiue latitudine eius, vt ſupra in prin. capit. & diceť infra.

Itē accidit cōitate aliorum membrorum vt eſt ſtomachus, caput præcipue maxime qñ accidit defectio in virtute motiua vel in neruo. Aliqñ ab ægritudine in alio exiſtente membro vt eſt apoplexia, phreneſis, mania, pleuriſia, peripleumonia. Poſtremo & raro fit à materia calida acuta mordicatiua, contingit tamen ex hac quandoq; linguā ſcindi,& pati ſolutionē propter quod in ſermone impeditur vt aliquoties vidi, & de hoc infra de ſciſſura eius. idē operať mala cōplexio calida, frigida, humida, & ſicca. Apoſtema. Tumor vel ſimilia. Nimia ciborum repletio & potuū. Percuſsio & huiuſmodi. Impediť nanq; lingua in ſermone tripliciter vt dictum eſt. Nam primo auferť omnino ſermo in mutis. Scd'o diminuitur vt cum quia cōceptum cū difficultate exprimit. Tertio corrumpitur ſicut in traulis, bleſis,& ſcindentibus. Vbi notandum ꝙ iſti omnes nomine generali appellanť balbutiētes ſed non potētes exprimere, l, r, qui nō poſſunt dicere trau, ſed ponunt, l, loco eius dicunť trauli vt colligitur. xxxij. Aph. vj. Sectionis. Scindentes vero dicunť ꝙ primā ſyllabam duplicant dicentes dodominus debentes dicere dominus. vel proprie qui dimittunt ſyllabā,& cum debent dicere Ariſtoteles dicunt Ariſtoles. Sunt ſub peccato augmenti,& diminutionis. nam non proſequor quia materia non multum vtilis practicæ, vt patet. Vltimo notandum ꝙ termini in rubrica poſiti dicuntur ſinonymi licet diuerſas rationes habeant, vt patet conſideranti.

SIGNA demonſtratiua quādo eſt ex humiditate ſanguinea eſt linguæ rubedo cum caliditate eius. Quòd ſi fuerit ſubtilis aquoſa erit ſaliuæ multitudo ſubtilis, & ꝙ parum iuuatur ex reſolutiuis ſed ex ſtypticis magis.

Quòd ſi fuerit in cauſa ſiccitas erit lingua ſicca contracta. Si à breuitate inſtrumenti cognoſcitur quis patiens non poteſt linguam extendere ſed in eius extremitate retorquetur ad intra propter ligamēti breuitatem. Si propter latitudinem magnitudinem aut breuitatem linguæ cognoſcitur in ſpectione eius, vt quia propter eius magnitudinem non poteſt plicari,& ꝙ in omni dimenſionē magna eſt,& ſimiliter ſi parua,& de his infra. Quæ autem eſt à cōitate aliorum cognoſcit ex læſione exiſtēte in eis,& caput eſt maxime ſuſpectū. Si fuerit ex ranula aut alijs apoſtematibus ſigna manifeſta ſunt. Cōſimiliter ſi èx cauſis fuerit primitiuis dicunt quidam ꝙ quando cauſa eſt in lacertis dolor adeſt, & nihil extrinſecus apparet.

Et ſi nerui linguæ totaliter repleātur fit ſpaſmus. Quæ autem eſt vitio malę complexionis facile cognoſcitur & plurimi exiſtimant ſymias propter magnitudinem linguæ non poſſe loqui.

PROGNOSTICA natiua non recipit curam. Meſue. Et fortaſſe in pluribus rectificatur in proceſſu dierum & maxime in pueris & ſpecialiter quādo prouenit tale nocumentum à caliditate diſſoluente humiditatem quæ humiditas fluxa fuerit cauſa impedimēti. vnde tunc puer fit alcaga & cum fit adoleſcens temperatur humiditas & fit loquens expedite. Auic. Chronica non recipit curā. Vnde in diuiſionibus, & ſi ſit antiqua. Haly.

ex percuſsione

ex percuſsione & ruptura nerui non ſanatur omnino. In febribus acutis puſtula nigra apparens ſignum eſt mortale. Hippo. de experimentis. In febribus acutis nigredo linguæ & vlceratio malum.

C V R A. canones ſeruãdi ſunt ſex. Primus eſt ordinatio diætæ. Scd's digeſtio eius. Tertius euacuatio. Quartus diuerſio. Quintus reſolutio & exiccatio cauſæ antecedentis. Sextus reſolutio & exiccatio cauſæ coniunctæ.

Primi cõplementũ habeť ex dictis ſupra in. ij. cap. tractatus huius de paralyſi. debet enim regimen ad contrarium cauſæ vt dictum eſt à medico dirigi. quæ autẽ ſint perficientia hoc patet ex dictis in tertio tractatu.

Digeſtio fiat in cauſa humida phlegmatica cum oxymelle compoſita, vel oxymelle ſquillitico. Et conſimiliter ſuo modo reſpectu aliarum medicinarum, vt in quarto tractatu ponitur.

De euacuatione cõſimiliter fiat vt de paralyſi dictum eſt. nã euacueť euacuatione poſt euacuationẽ reiterãdo & à debilioribus incipiendo & gradatim procedatur ad fortiora vt Meſ. Et ideo dixit Aui. Mundiſiceť coepus cum hiera minori, deinde cum hieris maioribus. Quòd ſi materia fuerit ſanguinea fiat phlebotomia. nã ſi materia fuerit multa fiat ex cephalica. deinde ex venis quæ ſunt ſub lingua, & ſi vlterius neceſsitas cogit fiat ventoſatio ſub mento. q ſi pauca fuerit ſufficit phlebotomia venarum linguæ & ventoſatio menti vt Meſ.

Quartus perficiť cum fricationibus extremitatũ vt ſupra de ſoda. & vẽtoſationibus, adminiſtratiõe clyſteriorum primo lenium. ſecundo acutorũ adminiſtrando vnũ poſt aliud. de quibus de paralyſi, & de ſoda. & ibi.

Quintus cõpletur cũ adminiſtrationẽ medicaminum propriorũ pupi, & nuchę reſoluentium ab eis ſuperfluitates humiditatũ aggregatarum in ipſis, & neruis, & lacertis ſeruientibus linguæ ſicut ſunt euaporatoria, embrochationes, emplaſtra, vnctiones, linimenta. Vnde Auicẽ. Et oportet vt ponãtur iſtæ medicinæ, & earũ ſimiles ſup collum. Et vltimo cum alia non cõtulerint cauteria. Et hic nota q euaporatoria debent prius adminiſtrari. ſecũdo embrochationes. tertio linimenta, & vnguẽta, quarto emplaſtratio. Vltima cum alia non contulerint cauteria, & hic eſt ordo gradualis de debili & forti.

Sextus perficiť cum gargariſmis, collutionibus, fricationibus, pilulis, aut cõfectionibus alijs in ore retentis. Et hic ſimiliter à debilioribus incipiendo ad fortiora paulatim procedat faciendo interuallationẽ in quo tempore dari poterit theriaca metridatũ, & ſimilia vſq ad curæ cõplementum. Et pro clariori doctrina ad particularia venio ponendo primo ſimplicia. deinde compoſita quibus prædicti canones cũ ſint cõplentur intentionibus. Vnde ſimplicia conferentia ſunt acorus, aſſa, caulis. calamentũ, caſtoreum, cortex, capparum, euphorbiũ, prunula, piper, ſtaſiſagria, ſal armoniacum, ſinapis, ſtrucium, zinziber, nux muſcata, nitrum, naſturtium, mentha, mummia, origanũ, oleum chryſomillorum, piretrũ, ruta, ſal nitrum, ſal indũ ſal, thus. Cõpoſita reſoluẽtia ſunt hæc. Hieralogodion Nic. Cõfectio philoſophorũ Aui. primo tract. quinta, hiera pigra Auic. in hoc ſecundo tract. Halyabas ſeptimo antidotarij. Serapio tertio antidotarij. Et breuiter quę dicta ſunt de paralyſi ad hunc trahanť locum. nam licet poſita ſint ſimplicia cõpoſita tantum conferentia mollificationi ex cauſa frig. tu tamẽ intellige q iſta in cauſa calida non cõferunt vt patet, ſed pro cõferentibus ad eã recurre ſupra de ſoda ſcd'm q exigit materia vt ſi fuerit ſanguinea ad ſodã ſanguineã ſi cholerica ad cholericã. In cauſa itaq frigida fiat euaporatio ſiue embrochatio, ẽplaſtra, linimenta, & vnctiones ex datis calidis, & ex ſaluia, mentha, ſticados, calamento, camomilla. Quòd ſi videtur res nimium calida temperetur cum frigidis vt roſæ, viol. vt ſupra de ſoda cholerica. Et cõſimiliter ex oleis dictarum rerum fiant linimenta cũ pulueribus additis, cera, & aceto modico. Et vnguenta ſimiliter ſuo modo dicendũ vt videbitur expedire. Et nota q theriaca eſt valde conueniens, & confectio anacardina eſt medicina ſingularis & propria, & maxime quãdo illiniť lingua, aut quando parti poſteriori applicatur, ſed conſidera eius caliditatem & excellentior eſt quã ponit Meſ. de paſsionibus neruorum auctoritate filij zachariæ. Et caput purgia etiam trahendo ad diuerſum ſunt hoc caſu conuenientiſsima. pro quibus require ſupra de ſoda, & de paralyſi.

De cauterio vero dicendum q fieri debet in fontanellã pupis quæ diciť linealis, & duo alia fiant ex trãſuerſo cranei in radice eius diſtantia ad menſuram pollicis. deinde fiant tria alia linealiter diſtincta ſeparantia ſpondiles colli. Et diceret aliquis in principio tractatus ſexti dictum eſt q ſeptimum par neruorum veniens à primo ventriculo deſeruit motui linguæ. ergo videť q magis deberet fieri cauterium in parte anteriori. conſidera. habes autem ab Auicẽ. prima primi de anatomia neruorũ cerebri q à quarto pari vt ſupra in principio capituli allegabatur, in hoc itaq videtur contradicere Mundinus Auic.

Auicẽnę Mundinus opponitur.

In cauſa vero calida vt dictum eſt facis phlebotomiã, ventoſatione, euacuatione &c. embrochæ &c. fiant cum frigidis poſitis, ſupra de ſoda calida, & gargariſmata cum ſolatro, cucurbita, lactuca, portulaca, cucumere, & ſuccis eorum. Pro ſexto gargariſma & ſpecialiter in cauſa frigida. ℞. origani, piretri. zinzib. cinnamomi, hyſſopi, ſalis cõis, conficianť cum oxymelle ſquillitico, & cum rob, & cum eo gargarizeť diebus cõtinuis. itẽ oxymel ſquilliticũ eſt iuuamẽti ſublimis, & quãq cõfortatur cũ pdictis, quãq cũ ſinapi, condiſi, piretro, quãq cũ pipere longo nigro, ita q poſſunt fieri fortia & debilia gargariſmata. Poſſent fieri collutiones oris vt patet intuenti faciendo leuiores & fortiores vt placebit. Sed pro gargariſmis aduertatur ad canones poſitos in principio capituli. Fricationes fiant cum ſale panis, ſale armoniaco, pipere, ſtaſiſagaria, acoro, & huiuſmodi, & fiãt pluries in die. Nota q acorus ſecundum omnẽ modum adminiſtrationis eius in hoc caſu eſt medicina ſublimis, & ppria mollificationi linguæ & paralyſi. Et ſimiliter caſtoreum retentum in ore, & præcipue in cauſa frigida. Scito q fricationes ſunt maxime laudatæ & pprie cum theriaca. Pilulæ in ore retinẽdæ. ℞. caſtorei. aſſæ fœtidæ. ana. conficiantur in modum lupini cum gummi albotim & ex alijs poteris conficere alias. Electuarium ad idem. ℞. cimini, cinnamomi, ſalis indi. ana. ʒ. ſ. piperis longi grana centum, piperis nigri gra. quinque, zucchari ℥. iiij. ſumatur ex eo omni die & eſt Auicen. & cõmendatum. Vnde in ſumma nota q tales medicinæ dicuntur eſſe inciſiuæ, ſubtiliatiuæ, & reſolutiuæ q ſi humiditas fuerit ſubtilis currens tunc adhibe reſolutiua ſtyptica vt cinnamomum permixtum cum roz. aut roſ. quinanti cum ſpodio. Item fiat fricatio cum acetoſis ſtypticis, cõſtringunt enim cum reſolutione ſaliuæ. Auicen.

C V R A per cõitaiť. primo cureť diſpoſitio membri cõicantis vt ſæpe dictum eſt. deinde attendať ad curam cum particularibus poſitis. & ſimiliter dicendum ſi cõmunitate ægritudinis contigerit vt dictum eſt ſupra.

C V R A factæ in febribus acutis in quibus facta eſt exiccatio, tunc fundatur aqua calida ſuper ſpõdiles colli, & inungantur, & pars poſterior vt dictũ eſt cum humectantibus quæ non ſint nimiũ frigida vt in canonibus ſupra in principio tract. vj. In oreq ſimiliter teneãtur frigida hum. vt verbi gratia. ℞. ſucci pomorum acetoſorũ, ſucci acetoſæ, aceti, aquæ roſ. vini malorum granatorũ. ana. miſce. deinde. ℞. ſemen citoniorũ, pſilium, dragacantum ponantur in dicto liquore ſic mixto fiatq mucillago & exprimať & expreſſum cum zucchar o optimo miſceantur & fiant pilulæ quæ in ore teneantur.

C V R A euenientis ꝓpter breuitatẽ ligamenti. Proceditur cum inciſione eius, & ſignum eſt cum extrahit̃ lingua rotundat̃ & non venit cum acucie ſua, imo quaſi duplicat̃. facta aũt inciſione cum raſorio ferreo vel argẽteo tunc applicẽtur quę ꝓhibent eis conſolidationẽ vt eſt fricatio facta cum vitreolo, aut atramento, aut cum ſale, & ſaluia adinuicem cõmixtis & piſtatis & eſt magis domeſticum, & ſaltẽ in pueris. Quòd ſi timetur inciſio cũ raſorio ꝓpter uenas intromittat̃ filum ſericum duplicatum cum acu & liget̃ donec per ſe rũpatur. Aut ſecundũ conſilium Lãfranci cum raſorio argẽteo ignito incidendo cauterizent̃. Sed nota ꝙ facta inciſione cum raſorio nõ ignito, & poſt fricationem cõpetit ablutio aquæ calidæ cum melle roſ. Poſtremo ſcito. ꝙ ſi tale accidens contingeret ex apoſtemate linguæ ſub lingua vel circa linguam ex magnitudine vel paruitate eius cuius cura eius pẽdebit ex cura illorum, de quibus ſatis particulariter infra.

### *De ſpaſmo linguæ.* Rubrica. IIII.

De ſpaſmo linguæ dicendũ proportionaliter vt de ſpaſmo vniuerſali dictũ eſt ex parte diętæ, & euacuationis, & cæterorum, vide ergo ibi. Ex parte vero medicaminum particularũ fiant gargariſmata, collutiones. Pilulæ in ore retinẽdæ. Aut confectio alia ex his quæ ſpaſmo conferunt, de quibus ſupra, embrochationes ex meliloto, camomilla, anetho, trifolio. Similiter euaporationes, vnctiones, emplaſtra, & parti poſteriori applicentur vt dictũ eſt io precedenti rubrica. Quòd ſi cum eo fuerit humiditas viſcoſa tendens lacertos eius in latitudine, poterit ei cõferre cauterium vt in præcedenti rubrica.

Quòd ſi cauſa fuerit ſiccitas vehemens & ꝙ fuerit ex inanitione ſicut in febribus quandoꝗ contingit, tunc regimen declinet ad humidum ut dictum eſt ſupra de ſpaſmo vniuerſali, & collum inungatur cum oleo viol. nenupharino. de ſalice. & huiuſmodi. Et ſimiliter lingua humectetur cum collutionibus gargariſmatibus, pilulis, cõfectionibus. Et nota hic ꝙ oportet te ſeruare canones ex parte euacuationis poſitos de ſpaſmo vniuerſali reiterando.

Auicenna, & Meſues reijciũt. Secundo ꝙ multi auctores vt Auicen. Meſ. & alij laudant collutiones, & retentiones oleorum in ore quod eſt apud modernos abominabile. Et conſulo abſtinendum eſſe & ad domeſtica magis pertranſire. de quibus facta eſt mentio in tertio tractatu & in præcedenti rubrica, & in de ſoda ſanguinea & cholerica. nam loco olei violati vti poſſumus iulep longo vio. & ita conſimiliter de alijs vt ſucco portulacæ dulcorato, & huiuſmodi. Et tu bene ſtude ac valde conſidera.

### *De magnitudine, & breuitate linguæ.* Rubr. V.

Magnitudo linguæ eſt vltra debitã menſurã eius egreſſio. Cauſa cuius ſecundũ plurimum eſt materia phlegmatica in lacertis linguæ, & eius ſubſtantia multiplicata. Dicit̃ cauſa cuius ſecũdum plurimum quoniam etiã à materia ſanguinea conſueuit venire ꝗ per ſigna diſtingui habẽt. Vidi enĩ linguã tãtę magnitudinis vt in os claudi nõ poſſet & ipſa exterius ſecundum magnã partẽ eminebat, & deglutire niſi cũ magna difficultate poterat. Itẽ fit quandoꝗ à vẽtoſitate vaporoſa implẽte ipſam & inflante.

C V R A canones in ſanguinea obſeruato debito regimine ſex rerũ nõ naturalium vt ſupra de ſoda ſanguinea.

Primo fiat phlebotomia venarum linguæ. Et ſi nõ poteſt fieri propter ætatem fiat ventoſatio cum ſcarificatione ſuper ſpatulas in collo & quandoꝗ cum phlebotomia conueniunt ventoſæ etiam ſecundum multitudinem ſanguinis, quod relinquo diſcretioni medici.

Secundo fiat euacuatio ſi poſsibile eſt cum medicinis per ſuperius vt in de ſoda ſanguinea dictum eſt. ꝙ ſi non, fiat cum clyſteri vt ibi.

Tertio fiant diuerſiones fortes ſatis, non multũ tamen ne fiat inflãmatio, & agitatio vt de ſoda dictum eſt.

Quarto fiat linguæ fricatio cum inciſiuis ſtypticis vt cum cortice mali granati, acetoſitate citri, cũ ribes, cum ſyrupo acetoſo ſimplici addito modico vini granatorũ, aut cum oxyzachara & huiuſmodi.

C V R A in ea quæ eſt ex humiditate phlegmatica. Primo. ſi adſit plethoria fiat phlebotomia obſeruatis ex parte ſex rerum nõ naturaliũ neceſſarijs, ꝙ ſi nõ fuerit plethoria materia exiſtente fluxa & multa de eius multitudine timeamus & virtus, ætas, cæteraꝗ cõſentiant fiat phlebotomia diuerſiua. Item applicatio vẽtoſarum vt ſupra. Nam licet ratione euacuationis materię non cõpetat phlebotomia, tamen ratione diuerſionis bene poteſt cõpetere vt patet. Fiatꝗ deinde euacuatio. Et ſi poſsibile eſt ꝙ deglutiat fiat cũ pharmacia aut pilulis appropriatis, de quibus omnibus ad plenũ de ſoda phlegmatica, ꝙ ſi deglutire non poterit fiat cum clyſteribus in principio nõ multum acutis ſed procedatur gradatim ad acutiora.

Secundo principaliter fiat diuerſio & fortior ꝗ in ſanguinea vt de ſoda phlegmatica dictum eſt.

Tertio fiat fricatio linguæ cũ inciſiuis, reſolutiuis, exiccatiuis. vt verbi gratia cum zinzib. pipere, ſal gemmæ, cepis. Itẽ cum aceto & ſale, & cõſimiliter de alijs ex aliqbus aut ex omnibus ſimul mixtis, vt videbit̃ expedire. Itẽ in hoc caſu facta purgatione & nõ dubitando de fluxu materiæ fiant gargariſmata ex his inciſiuis. vt ex oxymelle, pyretro, ireos, & ex alijs, vt ſupra de mollificatione linguæ per eſſentiam circa finem dicebatur. & tu ibi.

C V R A in facta per ventoſitatẽ. Purgetur corpus cũ rebus dictis. Et fiat gargarizatio cum rebus appropriatis in calida cum decoctione prunorum, roſarũ, & huiuſmodi. In frigida cum carui, pipere. Item multi cõmendant aquã frigidam. ij. lib. diuiſionum. cap. de ægritudinibus linguæ, & cauſa eſt eadem cum cauſa Aphoriſmi. Eſt autem vbi in tetano, ſiue vulnere, iuuene carnoſo, ęſtate media infuſio aquæ frigide. 5. Aphor. & tu ibi.

D E B R E V I T A T E autem linguæ dicẽdum ꝙ breuitas linguæ eſt citra menſurã eius debitam ingreſſio. Cuius cauſa eſt ſpaſmus, aut impedimentum ligamenti, aut mala complexio ſicca, de quibus omnibus ad plenum dictum eſt vt patet conſideranti.

### *De multitudine ſputi, & curſu eius in ſomno.* Rubrica. VI.

Multitudo ſputi eſt eius ſuperfluus exitus ſiue emiſſio ab ore. Cauſa cuius ſecundum plurimũ eſt humiditas multa in ſtomacho per viã indigeſtionis aut per humidę rei vſum multiplicata. Et dicitur ſecundum plurimũ, quoniã quandoꝗ à caliditate diſſoluente, aut frigiditate cõprimẽte ſiue exprimẽte humiditatem à cerebro cõtingere poteſt. Nã cum ſtomachus ſe noceri ſentit ſuperflua humiditate inſurgit eius virtus expulſiua ad expellendum. Et aduerte ꝙ ſicut caliditas ſolis poteſt eſſe cauſa huius, ita exceſsiua caliditas à bireto magno eueniens poteſt eſſe cauſa eius, & hoc maxime in habẽtibus caput calidum.

C V R A canones quinꝗ. Ordinatio diætæ, digeſtio, euacuatio, diuerſio, membri confortatio.

Primus completur cum his quæ ſe opponunt cauſæ, vt in calida cum frigidis, vt ſæpe ſupra pro quibus ad tertium recurre tractatum.

Secundus conſimiliter pro quo ad quartum.

Tertius ſi caliditas exceſsiua fuerit in cauſa perficit̃ cũ phlebotomia primo ex baſilica. deinde ex cephalica. Sed tu pro hac ſiẽda vide ꝗ poſita ſunt ſupra de phlebotomia in ſoda ſanguinea. Si vero fuerit ꝓſentia choleræ euacua, & digeras in. iiij. tract. & de ſoda cholerica dictum eſt.

C V R A in facta ex humiditate phlegmatica. Euacua cũ appropriatis tract. iiij. Deinde ꝓueni ad diuerſionẽ cum quibus fiat vt dictũ eſt ad plenũ de ſoda & alibi ſæpe.

ſæpe. Confortatio autẽ membri fit dupliciter. Aut confortando os ipſum vt non recipiat. Aut membrum mandans vt non mandet. Exemplum primi vt ſi ex caliditate vtatur gargariſmate ex rebus frigidis ſtypticis, vt ſunt diamoron, granata acetoſa. & reliqui fructus acetoſi vt citonium non bene maturum vt decoquendo aut miſcẽdo cum vino antiquo ſtyptico cõmixto cũ aqua chalybeata plurima cõmixtione. Item colluat os ſæpe ex decoctione lentium ſumach & huiuſmodi. Exemplũ ſecundi. confortetur caput ne mandet vt dictum eſt de catarrho & de ſoda ex caliditate. Quòd ſi eſt ſtomachus confortetur, vt infra de eo. Exemplum ex humiditate cũ ſimilibus ſtypticis, vt in de mollificatione linguæ, vbi etiã nota quædam pro cauſa frigida. ℞. olibani, maſticis, nucũ cupreſſi, & huiuſmodi fiant decoctiones, collutiones, gargariſmata proportionaliter ut io facto ex cauſa calida dictum eſt. Et conſimiliter per omnia dicatur ex parte membri mandantis. Nota tamẽ q in cauſa frigida oportet omni hebdomada prouocare vomitum ſi id cõmode & leuiter fieri poteſt. Itẽ bis aut ter in hebdomada dentur pilulæ alephanginæ. Poſt quas adminiſtretur theriaca, & electuaria calida, vel confectiones, vt diagalanga, aromaticum ro. garyophyllatum & huiuſmodi. Item fiat fricatio linguæ, & oris cum exiccãtibus, de quibus de mollificatione linguæ. Et breuiter corpus vtatur diæta ſubtili, & exiccanti, vt aſſatis & huiuſmodi, & tu conſidera.

*De abſciſſione odorum horribilium.* Rubr. VII.

AD illud confert maſticatio rutæ, cyperi, & zedoariæ maxime. Et collutio oris poſt eas ex aceto ſquillitico cum modico aquæ.

*De ſputo ſanguinis ex ore.* Rubrica. VIII.

SI fuerit ex partibus oris aut eius cutis cura eſt cum conſtringentibus. Nam ſingularis rubrica fiet infra capitulo decimo, & tu ibi.

*De apoſtematibus linguæ.* Rubrica. IX.

APoſtemata linguæ in principio regiminis eorum curantur phlebotomia ſolutione ventris vt Meſ. in calido quidem cum phlebotomia euacuatiua. in frigido vero timendo magnitudinẽ apoſtematis cum phlebotomia diuerſiua ſupra in dubiis de ophthalmia.

Et particularius procedendo dicaẽ primo q apoſtematum linguæ. Quædam calida, quędam frigida phlegmatica, quędam melancholica dura, vt eſt cancer.

CAVSÆ ſiunt & quandoq; potu veneni fungorum, & opij.

SIGNA demonſtratiua calidi. rubedo, caliditas linguæ, rubedo faciei, palati, & labiorum, & ipſorum ardor, & oris. Et q color dato q ſit citrinus declinat ad rubedinem. Frigidi vero albedo linguæ & faciei, labiorum, palati, & oris, & multiplicatio ſaliuæ.

CVRA canones in calido. in prĩcipio ordinata diæta vt cõuenit. Primo fiat phlebotomia ex cephalica. deinde ſi opus erit ex venis quę ſunt ſub lingua. Tu m̃ habe mẽti q̃ poſita ſunt, ſupra de phlebotomia de ſoda ſanguinea. Item cõpetit ventoſatio ſub mento. Et ſcalpellatio facta io ſpatio qđ eſt inter fontes ſaluę, & dentes, eſt vehementis iuuamenti vt Rufus, & plures alij poſt eũ. & Meſ.

Sc͂do fiat euacuatio ſi expedit cũ euacuatiuis dictis ſupra de ſoda ſanguinea dirigendo ea ad caput vel ad aliud membrũ ut erit expediẽs. Tertius eſt adminiſtratio repercuſſiuorũ, & illud fit cum ſucco ſolatri, ſucco lactucę, aut endiuię & huiuſmodi retẽtis in ore, aut cum aqua roſ. aut decoctione ro. & virgę paſtoris & ſucco eius, ex quibus fiunt gargariſmata ſi non timetur fluxus à capite vt ſupra de catarrho. & tu ibi. Item fiat ex vino granatorum & aqua roſ. aut cum aceto & mucilagine dragacanti. Itẽ ſyrupus acetoſus ſimplex cũ aqua frigida. Quartus adminiſtratio repercuſſiuorum & reſolutiuorum ſimul vt cum pertranſeunt principiũ vtere diamoron cum decoctione ſaluiæ & ſimilibus. Quintus eſt adminiſtratio maturatiuorum cum reſolutiuis erit, aut eſt adminiſtrare lac cum melle aut decoctione ex ficubus, paſſulis, fœniculo, & huiuſmodi. Sextus eſt apertio apoſtematis cũ ad ſaniationem peruenerit, & tũc curetur cura apoſtematum, & chirurgico relinquuntur.

CVRA in phlegmatico principio fluente materia ex qua timeatur magnificari apoſtema fiat phlebotomia diuerſiua primo. Secundo euacuetur præcedente digeſtione ſi materia expetat cum appropriatis. pro quibus quęre tract. iiij. Tertio fiat repercuſſio vt dictũ eſt cum oxymelle multæ acetoſitatis. Deinde procedatur ad ſecũ in a bin mel roſ. cum aliquantulo ſinapi aut. zinzib. aut huiuſmodi. Vltimo ad maturãtia cum decoctione ficuum cum modico ſalis armoniaci. Non enim multiplicaui in exemplis, quoniã in particularibus rubricis habebuntur particularia, & multa exempla. Quòd ſi ad ſupurationem venerit aperiatur vt dictum eſt.

CVRA in duro & melancholico. Subtiliẽ diæta & vſus ſit leuiorum & laudabiliorũ ciborum. pro quibus iij. tract. Secundo euacueẽ humor præcedẽte digeſtione.

Tertio adminiſtrenẽ ſubtiliatiuã mollificatiua, quæ teneantur in ore. vt decoctio fœnugræci cum ficubus, infuſio ſola fœnugræci. Item decoctio paſſularũ cum granis lauri. Item lac muliebre, aſininum, caprinum. Item decoctio dactylorum cum ficubus, & vino dulci, & fiant pilulæ ad hanc intentionem ex his, & in iſto aſſiduetur leniſicatio naturæ cum hiera, & caſia. Poſtremo nota q recitat Auicẽ. auctoritate Gal. hic de ille qui ſe ſomniauit retinere ſuccum lactucæ in ore. nã ex illo ſanatus eſt, & tu ibi vide. Nam ad curã apoſtematis calidi magis videtur attinere. Et ſi poſt mundificationẽ calidi vel frigidi remaneret excoriatio quæ non ſanaretur. tunc ℞. maſticis, dragacanti. ana. miſce, & pulueriza & fac lauare linguã cum vino calido nigro & poſt lotionem ſuperpone puluerem. ſtam vinum de ſui proprietate facit adhærere carnẽ. vnde Serapio de vino inquit. Et vinũ nigrum groſſum eſt malum ſtomacho inflatiuum niſi q auget carnem. Et Gal. Vitet uinum agreſte, nigrum, ſtypticum. confert omnibus ægritudinibus quibus neceſſe eſt ſtypticare, & congregare, & tu bene conſidera.

*De ranula quæ βάτραχος Græcis nũcupaẽ.* Rub. X.

RAnula eſt quædã carnoſitas oblonga, vel rotunda ſub lingua ad formam paruæ linguæ, aut ranæ, ſiue glandulæ duræ generata, color ſimilis colori cõpoſito ex colore linguæ & venarum quæ ſunt ſub ea.

CAVSA eius eſt humiditas viſcoſa in ſubſtãtiam carneã conuerſa. Ex quibus patet ipſam recipere duplicẽ figuram. Vnam oblongã quæ eſt ad formã paruæ linguę. Alteram quæ eſt rotunda ad ſimilitudinem ranæ, & hæc proprie ranula dicitur. Vnde Auic. deſcribendo ranulam dixit. Eſt ſimilis glandulæ duræ. & eſt ſimilis ranæ. prima tamen etiã ranula vocatur licet non ita proprie.

CVRA vniuerſalis pro qua nota canones. Primus vniuerſalis q prius debemus tentare omnes alias medicinas pro eius cura, de quibus infra antequam ad operationem perueniamus manualem, & hunc canonẽ ſenſit Aui. dum inquit de cura eius. Si autem non valuerint non erit excuſatio ab operatione manua.

CVRA particularis pro qua canones. Primus canon particularis. Ordinatio diætę, debet enim ordinari in qualitate, & quantitate, vt videbitur expedire.

Secundus eſt euacuatio reiterata. nam cum materia ſit viſcoſa & remota à uijs ductuũ nõ poteſt niſi in pluribus vicibus cõuenienter euacuari, vt patet intelligẽti, & iã dicta eſt cã ſupra de ſoda phlegmatica. De digeſtiuis eſt

dicendum q̄ cōferunt,& dari poſſent ſed in die verbi gratia in meridie vel circa per ſex horas poſt cibū ad minus non impediendo ſubitam euacuationē. nam hic morbus quærit ſtatim applicationem particularium. Vnde Auic. & cæteri auctores ſtatim ſcribunt particularia. De phlebotomia vero dicendum, q̄ ubi eſſet plenitudo fiat peius de vena cephalica, quæ ſi non, fiat de venis linguæ. Vnde Auic. Et adminiſtratio phlebotomię ſub lingua.

Tertius licet non ſit multum neceſſarius. vtilis tamen eſt & eſt diuerſio, quibus fiat patet ex dictis de ſoda.

Quartus eſt adminiſtratio particulariū, in quibus ꝓcedendum à debili ad forte & fortius. nā in principio & maxime in ætate tenera uel ſatis tenera uidetꝰ ſufficere ſtyptica reſolutiua vehemētis exiccationis, ut verbi gratia cortices granatorum cum origano & ſale, & fiat cum eis fricatio, uel dragacantū aduſtum cum hermodactylis commixtis cum albumine oui & detenta ſub lingua. nā infantibus & ſimilibus cōferunt potenter. Deinde trāſeundo ad fortiora fiat fricatio cum ſale armoniaco & aceto, aut cum flore æris, aut dragacanto. Deinde tranſeundo ad fortiora. ℞. arſenici ru. citrini. ana. ℥ ſ. ſalis gallarum, piperis, aluminis. ana. ℥. j. conficiantur cum aceto forti, & mađe fiat coctum in eo & fricet. deinde ad mitigādum dolorem teneatꝰ in ore oleum roſ. Nota tamen q̄ diligēter eſt aduertendum q̄ de his & ſimilibus deglutiatꝰ propter periculum, & ideo ſtet patiēs dum eſt madefactus etiam in madefiendo capite inclinato ad terram, & ore ſemiaperto. poteſt tamen loco arſenici poni calx viua, & nō eſt ita periculoſa, & cōſulo magis fieri. Quòd ſi iſta nō conferunt tunc perueniatur ad operationē manualē quæ eſt magis via expedita, & ad hanc ego quācitius poſſum peruenio cum nō uideo periculum. Sed nota Raſim in diuiſionibus. Si grauitas linguæ eſt propter ranulam oportet vt ranula ſcindatꝰ & extrahatꝰ ſi fuerit magna, & ſi fuerit parua fricetur cum medicamine acuto quod eſt ad gingiuā ſanguinolentā in qua operatione oportet attendere prius colorē & ſenſum. q̄ ſi fuerit fuſca, nigra, dura, & ſine ſenſu nō tangatꝰ quia canceroſa eſt, & hac via incurabilis eſt. Quòd ſi fuerit alba & ad albedinē decliuis & bene tractabilis, quia non euacuatur ab humiditate tunc capiatꝰ cum vncino, & ſcindatur cum ſpatumine, vel inciſorio & ab vtraq; eius parte & extrahatur. deinde abluatur os cū aceto & ſale. Quòd ſi ſuperabundauerit ſanguis abſtergatur cum ſpongia. Quòd ſi autē emanauerit ſuperponatur vitriolum & dimittatur operatio quouſq; fuerit reſtrictus. Deinde redeat miniſter ad incidendum & ad extrahendū reſiduum quod remanſit ita q̄ pro eius cura cōpleta cum operatione manuali debet fieri eius eradicatio. Poſt autem eius extirpationē debet fieri collutio oris cum aceto & ſale aut cum aceto ſolo etiam aqua calida mixtim, & ſuperponatur atramentum, & alumen, & cum eis fricetur cōtinuando per vnā aut per duas dies, aut cū vino nigro in quo bullita fuerint thus, & balauſtiæ. Ego autē quandoq; curaui cum ſolis ſcarificationibus. deinde fricatione cum rebus dictis primo leuibus. deinde fortibus, & exiſtimo ab his primo inchoandum fore. Nam primus modus ab auctoribus ponitur & intelligitur vbi tale apoſtema fuerit magnum. q̄ ſi fuerit paruum vt ibi experientiā habui fiant ſcarificationes, & collutiones, & applicationes rerum, vt dictū eſt de magno. Poſtremo aduertendum q̄ cū lingua affinitatē habeat cum canna pulmonis. Aliquādo propter dolorē accidentē in tali apoſtemate accidit tumor in gula de quo dubitandū ne fiat ſuffocatio ab eo, & ex conſequenti mors contingat. quare eo caſu feſtinandum eſt ad phlebotomiam cephalicæ vt dictum eſt.

### De *aduſtione linguæ.* Rubrica. XI.

ADuſtio linguæ accidit propter cōitatem à vaporibus eleuatis aut à materia febrili acuta. Aut apoſtemate, aut cholera ex ore ſtomachi proueniente aut deſcendente à capite ad eam. Aut ex re extrinſeca nota vt eſt acuta, ſalſa, amara.

CVRA canones. ordinatio diætæ. digeſtio, euacuatio. confortatio linguæ ne recipiat, & mala qualitas iam impreſſa remoueatur. Primus ſecūdus & tertius cū quibus perficiantur recurre ad ea quæ de ſoda cholerica. de phreneſi, & de alijs ægritudinibus acutis dicta ſunt.

Quartus cōpletur cū rebus frigidis & hum. vt lacte & præcipue canis vt Plinius 30. cap. ſtatim enim ſanat, Valet & lac capræ vt idem. 28. Item tenere in ore pilulas factas ex ſemine lactucæ. candi. citrullorū. cucurbitæ, cucumeris, terentabin, & ſimilibus. Itē teneat os apertū & ad ſe aerem trahat maxime declinando os per ſitulam aquæ vſq; etiā ad poſitionē labiorum in aqua excluſiue. Et in ſumma teneat in ore ſuccos infrigidātes & humectantes. pruna, thamarindos, zuccharum viol. ſebeſten. iulep vio. Item ſemina citoniorū, & per os ducātur ipſis prius infuſis in aqua ſi nō ſunt recētia. ſunt enim de his quę maxime humectant linguam prima quarti de aſperitate linguæ.

Quod ſi illic fuerit viſcoſitas fiat abſterſio fricādo cū mentha, & os abluēdo cum ſuccis, & mucilaginibus. Itē cum aqua mellis roſ. cuius doſis ad mel ſit vigintupla. itē cum aqua hordei. item cum aqua hordei cum diadracanto vel zuccharo tabarzet. Itē fiat eius abraſio ſiue abſterſio cū petia, aut ſpongia aut plicando cannā ad formā hic in margine figuratam quę cōuenietius mūdificat vſq; ad radicē linguæ, q̄ coclear aut lignū alio modo diſpoſitum. Poſtremo nota Aui. prima quarti de aſperitate linguæ in fine. Et oportet vt nō ponantur puluinaria multa neq; reſupinet dormiens. nā hæc duo exiccant linguam. vnde in initio partis poſterioris capitis confert multum in humectando, & in fricando, & tu bene conſidera.

### De *ſciſſuris in lingua.* Rubrica. XII.

ACcidunt ſciſſuræ ex phlegmate ſalſo vel alia materia acuta vel melancholia aduſta de qua infra de ſciſſuris labiorum. nam non oportet vt eorum notificationem premittam ſicut neq; aduſtio cum talia ſint ſenſui maxime manifeſta.

CVRA canones. ordinatio diætæ. digeſtio. euacuatio. diuerſio. rectificatio membri mandantis. confortatio linguæ, & eius conſolidatio.

Quibus perficiantur primus, ſecundus, tertius, & quartus patet ex dictis de ſoda. nā à capite cōmuniter euenit.

Quod ſi à ſtomacho rectificetꝰ cum diæta. euacuationibus. diuerſionibus vt infra de eo. Et vtatꝰ patiens his quæ ꝓhibent eleuationē vaporum ab eo vt ſupra de ſoda per cōitatem. q̄ ſi à capite habitus eſt modus conſtringendi ipſum vt ſupra de ſoda, & ſic completur quintus.

Sextus cōpletur cum remouentibus malam qualitatē impreſſam & cōſolidantibus. Verbi gratia teneat in ore mucillaginē pſilij cum zuccharo tabarzet aut ex his fiant pilulæ in modum lupini in ore tenendæ. Item teneat in ore albuminis oui recentis conquaſſati cum modico olei roſ. facti ex oliuis immaturis. Item maſticet ſæpe portulacam. item maſticet pedes vitulorum coctos. item teneat in ore oua mollia in aqua decocta ita q̄ ſal teneat uitellum & albumen oui. itē teneat fruſtum cucumeris. itē ſebeſten recēs aut infuſum in aqua. item ex expertis teneat butyrum recens ablutum cum aqua plantaginis. Itē valet. ℞. mucillaginis pſilij, mucillaginis dragacanti, & gūmi ara. ana. partes æquales. ſyrupi viol. partes. ij. thamarindorū partes. iij. ſeminis portulacæ, aſsi ſpodij. ana. par. j. tertiam. camphoræ octauam partē vnius partis, terātur terenda cōtritione vltima, & fiat linimentum de quo liniatur lingua hora poſt horā præcedente prius oris collutione ex aqua roſ. par. v. aceti par. j. vel ex acetoſitate citri & aqua roſ. pro nobilibus, vel ex vino nigro ſtyptico cū

aqua

aqua plantaginis multa cõmixtione, & tu vide q̃ poſita ſunt ſupra de apoſtematibus linguæ. Aliud & eſt efficax in ętate tenera. ℞. ſemis portulacæ, ſemis ro. amili, zuccharı tabarzet. ſpodij. croci balauſtiarũ roſ. dragacãti. terant̃ cõficiantur vt ſupra cũ ſyrupo roſ. aut vino & liniat vt dictum eſt etiã non præcedente collutione ſed melius eſt vt præcedat. Item. ℞. puluerẽ lycij, & cum amilo, penidijs, & aqua roſ. cõfice & illiniatur lingua, & pręcipue in infantibus ꝓbatum eſt, & eſt medicamen mulierũ ſalernitarum. Ad hoc ꝓpoſitum ſatis cõferre uident̃ quę ſcripta ſunt ſupra de aduſtione linguę & ea quę infra de ſciſſuris labiorũ pro parte cõmoda non parum eſſe iudicatur.

*De bothor in ore, & lingua.* Rubrica. XIII.

BOthor linguę, aut oris ſunt apoſtemata parua in eis apparẽtia. Quarum cauſa eſt in ætate prouecta vapores aliunde eleuati mali corrupti. Et dicit̃ in ætate ꝓuecta quoniã talia in infantibus apparentia ſunt ex lactis corruptione ſecundum plurimũ aut à corruptis humoribus quos natura à ſe expellere quærit & ab eis mundificari. Dicitur aliunde, quia à ſtomacho propter pręſentiam calidorum & corruptorũ humorum in eo, aut à capite conſimiliter, aut à matrice. apparent itaq; & hæc in feb. acutis ex malitia fumorum in quibus cũ apparuerint bothor nigræ moritur febriens in ſecundo die.

C V R A canones. ordinatio diætæ. digeſtio. euacuatio. diuerſio. rectificatio membri mandantis. particularium adminiſtratio.

Diæta in lactente ordinetur nutrici, vt erit expediens.

Digeſtio euacuatio & diuerſio in ætate vltra infantiã fiant vt opus erit ſecundum materiã peccantem pro quibus recurre, ſupra de ſoda et quarto tractatu. Sed nota ꝙ quidam pro diuerſione fienda non uerent̃ ſcarificationẽ extremitatum auriũ in lactẽtibus. Similiter in modicum prouectioribus applicationes ventoſarum ſub mento, & collo, iſta tamen etſi fortaſsis ſint multum vtilia, ſunt tñ apud vulgus multum deteſtata. Laudo tamen ꝙ cõſentiente ætate & virtute & cõpræhendatur materiam peccantem eſſe ſanguineam ꝙ tunc fiat phlebotomia cephalicæ. deinde ſi expedit de venis labiorum. itẽ de venis quę ſunt ſub lingua. item & fiãt ſcarificationes cum poſitione ventoſarum in collo. Deinde fiant euacuationes vt dictum eſt cum caſsia, thamarindis, manna, & in cholerico cum diaprunis. electuario de ſucco roſ. reubarbaro. Et in phlegmatico cũ hierapigra, cochijs. turbith. & in melancholico cum diaſenæ. hiera Rufini.

Membrum autem mandans rectificetur aut cum dictis aut cum dicendis capitulo ſuo.

V L T I M V S perficitur in calida in principio cum repercuſsiuis ut gargarizando cũ diamoron & aqua hordei. item decoctio ſandalorũ roſ. lentium excorticatarũ. item decoctio extremitatum arborꝶ ſtypticarum in aceto, ut neſpillorum. citoniorum quercus & hmõi. Quod ſi fuerit ignis aut carbunculus fiat gargariſma cũ ſucco plãtaginis, coriandri, ſolatri, portulacę, vino granatorum, in phlegmatica vero cũ ſumach, gallia, balauſtia, maſticis, rhuris melle cũ modico aceti. Quòd ſi fuerit fiſtula fiat cum uino decoctionis agrimoniæ, & melle. deinde puluerizetur ex radice ariſtolochiæ. Et quoniam hoc capitulum multũ attinere uidetur chirurgicis hinc leuiter ſatis pertranſiui. nã de hac materia pro parte tactum eſt ſupra de apoſtematibus linguæ, & ſtatim infra multa huic negotio cõmoda ponemur, etiam tu ea quæ dicuntur in illa Rubrica cum his applica. Dixit tamen Aui. ꝙ plurimorꝶ infantiũ bothor ſanant̃ cum zucch. tabarzet, & cãphora.

ἄφθαι Græcis, barbaris, & recentioribus alcola nominãtur.

*De alcola & ulceribus malignis.* Rubr. XIIII.

ALcola eſt puſtulæ paruæ naſcẽtes in ſuperficie cutis oris, & linguæ cum expanſione eius.

C A V S A ſecundum plurimum eſt materia phlegmatica ſalſa, aut phlegma ipſum putrefactũ. Vnde Auic. Et generaliter ex phlegmate ſalſo in pluribus. Dicit̃ cum expanſione. nam aperto ore uident̃ puſtulæ in modũ lentis paruæ expanſæ ſuper linguã, & circa labia, & pelliculam oris cum multiplicatione & fluxu ſaliuæ ex ore, & ſpecialiter in pueris. Dicitur ſecundũ plurimum qm̃ aliquando fit à materia ſanguinea, vt qñ ſunt rubeæ, qñq; à cholera quãdo ſunt citrinæ, quãdoq; à melancholia vt qñ ſunt ad melancholiã declinantes, & ſic de alijs. Quãdoq; ex corruptione lactis aut ex indigeſtione ut in infantibus ſæpiſsime cõtingit. Harum autẽ quædam ſunt ſine vlceratione, & iſtæ à Gal. dicuntur aphthæ. & ab Auicẽ. nominãtur alcola, & quædam cum vlceratione. Quæ vero ſunt cum ulceratione notabili & præcipue appellãtur ulcera maligna ab Auic. & Gal. & multiplicantur in febribus peſtilentialibus, & temporibus pluuioſis.

S I G N A demonſtratiua quãdo ex materia calida cõtingũt rubedo in ore, caliditas ſiue feruor fortis et quãdoq; cum excoriatione palati, & linguæ, & ꝙ à caliditate nocetur, & rem duram, & calidam maſticare non poteſt.

Eorum autem quæ à phlegmate putrefacto ſunt albedo puſtularũ & latitudo, inflatio labiorꝶ, & gingiuarũ, multitudo ſaliuæ cum aliquali ſalſedine, & calore. Eorum vero q̃ ex putrefactione, & corroſiõe ſunt corroſio & putrefactio linguæ, gingiuarũ, & multiplicatio ſaliuæ cũ fluxu aquoſo, ſanguinea ad rubeũ, cholerica citrinũ, phlegmatica ad albedinẽ, & melãcholica ad nigredinẽ uergũt.

P R O G N O S T I C A. omne vlcus adueniens in ſuperficie oris eſt velox ad dilatandum propterea ꝙ non deficit ei caliditas inſeparabilis & cutis humida leuis. Alcola multiplicatur, ut ſupra in feb. peſtilentialibus, & in pluuijs.

C V R A canones quatuor in eo quod eſt ſine vlceratione. Primus adæquatio cauſæ faciẽtis alcola. Secundus eſt euacuatio materiæ. Tertius diuerſio. Quartus eſt particularium adminiſtratio.

Primus cõpletur & maxime in pueris cum his quæ rectificant, lac ſi non comedunt. Vnde Meſ. vt rectificetur lac lactantis eos. Et Aui. Si autẽ nõ ſunt comedentes oportet vt quę eos lactant cibent̃ eis. Quòd ſi comedunt cum his quæ digeſtionẽ bonã ꝓcurant vt infra cap. de diſpoſitionibus ſtomachi. vt verbi gratia. In cauſa cal. cũ frigidis & in frigida cũ calidis reddẽdo iſta cordialia ſi fuerit ex febre peſtilentiali, nã dicta de regimine in ſoda calida, & frigida de febre peſtilẽtiali ſufficiant tibi, & tu recurre.

Secundus perficit̃ phlebotomia & ſolutione uentris. in calida quidẽ competit phlebotomia ſi ætas, & cętera cõſentiunt. Vnde Aui. phlebotomia quidẽ confert omnibus ægritudinibus calidis oris. Et ſi nõ poteſt fieri phlebotomia apponant̃ ventoſæ cum ſcarificatione. ſunt enim vicariæ eius vt quarta primi. de ventoſis. Et tu pro hoc canone recurras ad dicta ſupra de apoſtematibus linguæ.

In frigido vero dicit̃ cõpetere phlebotomia. nam ſaltẽ vtilis eſt diuertẽdo. Vnde Meſ. Secundã uero rem cõplẽt, in calida quidẽ & frigida euacuationes per phlebotomiã. directius tamen videt̃ cõpetere pharmacia niſi eſſet in toto pletoria. fiant ergo & in calido & in frigido euacuationes cum pharmacia appropriata vt de apoſtematibus linguæ dictum eſt. & ſupra de ſoda. Quod ſi opus erit digeſtione habitum eſt quid agendum ex allegatis dictis.

Tertius perficitur cum ventoſis poſitis ſub mẽto cum ſcarificatione ſi ætas patiet̃, & in calido cum clyſteribus leuibus. Quod ſi fuerint maligna, corroſiua imponant̃ ea quæ educunt materiam acutam. ita tamen ꝙ clyſter non tranſcendat gradum leuiter. non enim fiat acutum. quod dico, qm̃ in frigido oportet clyſteria eſſe acuta, de quibus ſupra de paralyſi, & apoplexia, & tu ibi. Tu tamen nota ꝙ oportet procedere de debili, ad forte, & fortius.

Quartus cõpleatur obſeruatis his canonibus. Primus

ꝙ in forti fortibus, in debili debilibus vtatur medicinis. Secundus ꝙ in calido vti debemus in principio medicinis frigidis in quibus eſt ſtypticitas. deinde his quæ reſoluunt. Tertius ꝙ in calidiori frigidioribus. Quartus ꝙ in frigido in principio cum his quę abſtergunt, & exiccant qualitate ſua æquali, deinde his quæ exiccant, & reſoluunt, & ſic obſeruet vſq; in finem. Et iuxta primum canonē in pueris debent debilia, prouectis vero fortiora.

Et proſequēdo in calido quidem cum adminiſtratione rerum frigidarū acetoſarum habentiū ſtypticitatē. cuiuſmodi ſunt rob de ribes. rob de moris. rob agreſtæ præcipue de vua ſylueſtri, aut decoctionis myrti, aqua decoctionis lentium excorticatarū cum modico aceti. vinum granatorū acetoſorꝫ. aqua decoctionis roſ. achaciæ & huiuſmodi. Et ex cōpoſitis. ℞. ſeminum ro. portulacæ, ſumach, amili, balauſtiarum, ana. partes æquales. camphoræ. par. j. quartā fiant cū zucharo tabarzet pilulæ in ore tenendæ. Aut ſi adultus eſt æger puluerizentur, & puluis ſufflet in os, ſed prius fiat oris collutio cum aceto, & aqua roſ. aut cum alio vt ſtatim de malignis dicetur. Ad idē & lenitiua. ℞. ſeminum ro. ſeminum cucumeris, citrullorꝫ, cucurbitæ, balauſtiarum, lentium excorticatarū, ſpodij, ſandalorum al. alcane balauſtiarum ſandalorum al. ana. partes æquales. terant omnia ſatis ſubtiliter & bulliant in ſyrupo acetoſo ſimplici cum modico aquę roſ. deinde colentur, & ex hoc linimento liniat os & lingua puerorum. nō enim ſunt aliarū rerum cōmode capaces. Raſis tamē cōmendat de ægritudinibus puc. in calido parum amili diſtemperatum cum aqua roſ. & ponat in ore puerorum. Aut lenticula excorticata & maſticata & in ore puerorū poſita. Item ſuccus granatorū, & cotoneorum. Quòd ſi acuitas fuerit multa tunc adhibe ſuccum lactucæ, aut ſolatri. In frigido vero phlegmatico laudat mel cum alumine zuccharino, & fricet leuiter os, & lingua. item valet oxymel cōpoſitum cum aqua ro. mixtum. itē myrobalanos citrinos cum piretro & cum aqua roſ. & zucharo: itē valet mel roſ. colatum in principio & non colatum in fine. Itē ad idem. ℞. raſurę pergameni, gallarū. ana. par. j. chelidoniæ, corticū radicum capparorꝫ, colchotar. ana. par. ſ. aluminis, balauſtiarum. ana. par. unius tertias duas, alcanæ par. ſ. cōfice cum aceto & melle & vtere. Compoſitū in materia mixta ex cholera, & phlegmate. ℞. chelidonię, ſief memithæ, ſpodij, ſeminis plātaginis, capitum ro. & ſeminum earum. myrobalanorum citrinorum, balauſtiarum, aluminis zuccharini terant & adminiſtrētur vt dictum eſt. In melancholico vero laudat farina orobi cum galla & melle. laudat maxime raſura pergameni in hac ſi miſcetur cum aceto & maxime in pueris. in adultis vero dragacanthum cū aceto, & gallæ quādo coquuntur cum aceto & ſale conferunt omni alcolæ maligno.

CVRA in alcola cum quo eſt vlceratio & factū eſt iam malignum vlcus, & præcipue cum calidum eſt. Canones. Primus mundificatio, & abſterſio. Secundus mundificatio & incarnatio. Tertius eſt conſolidatio tantum. Quartus preuiſiuus, & maxime in calido vt ſit oleorum omnium alienatio. Vnde Auic. Et oportet vt alienet omnia olea vſq; ad oleum de oliuis.

Primus itaq; cōpletur cum mundificatione virulenti, & corroſiuis, & repreſſione malę qualitatis vt in rubrica de polypo, de vlceribus narium dicebat. Et ſimiliter ſuo modo requiratur ibi pro complemento ſcd'i, & tertij. Tu tamen nota ꝙ quæ dicent infra de vlceribus gingiuarum ſunt hoc in loco cōferentia, & tu illa cōſidera. Quid enim de cauterio credit ibi dicet. Quòd ſi fuerit ex phlegmate, & malignum, tunc primo fiat mundificatio cum medicinis abſterſiuis, & exiccatiuis, vt cū ſecaniabin, cum modico aluminis, & colchotar. Aut accipiatur chelidonia cū ſale, & aceto ſquillitico, aut fiat cum vino & melle mundificato. Scd'o fiat conſolidatio vt dictum eſt ex compoſitis ſupra. & de polypo, & ulceribus naſi & infra de vlceribus gingiuarum. Si vero fuerit melācholicum, quod omnibus eſt deteriua, & vix curabile in pueris ſaltē quibus medicamina per ſe cōuenienter applicari nō poſſunt. tunc primo fiat mundificatio ſiue abſterſio cum medicinis multę abſterſionis cōtinuando & frequētando eas, & abſterſiua iam dicta ſunt hic & ſupra allegatis rubricis.

Secundo fiat materiæ corruptę omnimoda remotio vt verbi gratia & eſt Raſis in libro diuiſionū. ℞. arſenici rubri, calcis, aluminis, galliarū, floris æris ſubtiliter puluerizatorū. ana. ℥. j. infundant in modico aceti & per hebdomadam exiccentur. & de iſto medicamine ponatur ſuper locum per ſpatiū vnius horæ. Deinde dicit ad remouendū dolorē inungatur cum oleo roſ. aut cum oleo roſ. cōquaſſato cū albumine oui vt ponit Meſ. aut albumē cum aceto cōquaſſatum, & ſic habentur tres intentiones vt patet cōſideranti. Quod ſi iſta non cōferunt, & fortiora cupis recurre ad dicta, ſupra de polypo. vſq; ad cauteriū ſi grad tolerat, virtus &c. & procede vt dictum eſt. Sed cauteriū male dari poterit ſaltē actuale, ſed cum incumbit neceſſitas fiat. Vnde exiſtimo ꝙ talia apoſtemata in pueris ſecūdum plurimū ſunt eoa perimentia propter incōmoditatē applicationis remediorꝫ & malignitatē morbi, qm̄ cancro multum appropinquat. Poſtremo addo ex cōſolidatiuis laudatis hic. ℞. ceruſſæ, lotæ, cathachimiæ, lotæ. litargirij. ana. ℥. j. puluerizent ſubtiliter & incorporent cū mucillagine dragacāti, & gumi ara. maxime autē laudat pulueris ligni putrefacti. Et pro cōplemento rei ipſius aggregā hanc rubricxm cum rubrica de vlceribus gingiuarum.

## *De fœtore oris.* Rubrica. XV.

FOetor oris eſt dolor horribilis & fœtidus ex reſolutione humorum ob dominiū caloris extranei in eis à partibus oris vel aliunde egrediens. nā cum calor naturalis dominat in humoribus res fit aromatica & boni odoris, digeritur nanq; eorum ſuperfluum & reſoluit. cum autē accidentalis dominatur calor nō fit digeſtio & depuratio & ſuperflua res fit fœtida & non inſenſibiliter reſoluit, non enim tunc poſſunt ſuperfluitates regulari ob debilitatē caloris naturalis, ſed pro tunc non debite regulati corrumpunt & putreſcūt. Et dicitur à partibus oris, qm̄ ex putrefactione gingiuarum aut earū mollificatione, dentium corruptione aut mala cōplexione cutis oris, & præcipue calida cōtingere conſueuit. Et dicit aliunde qm̄ quandoq; contingit ab humore in ſtomacho putrefacto qui fœtor tunc magis ante cibi aſſumptionem ſentitur ꝗ; ſaltim immediate poſt. Quandoq; à ſpiritualibus qui clauſo ore per nares ipſas cōpræhenditur vt in ptiſicis, empimaticis, pleureticis, nam tu recurre ad ea quæ dicta ſunt ſupra de fœtore narium, quoniā & in hoc caſu ꝗ maxime auxiliabunt. Prouenit & non raro fœtor talis vitio cerebri, vt ibi. Et ad fœtorē oris cauſandum facit aer putridus humidus, paucitas exercitij, quare ſuperflua non cōſumunt. Cibi humidi & corruptibiles vt lac, fructus, piſces, herbe phlegmaticæ. Somnus ſuperfluus. Nimia ciborum repletio, & potuū, inanitio ſuperflua, & maxime coitus. Et licet ex putrefactione choleræ, uel phlegmatis in ſtomacho exiſtentis perſæpe cōtingat, tamen frequētius ex phlegmatis putredine contingere conſueuit ꝑpter quinq; cauſas. Prima quoniā phlegma eſt humor frigidus. Secunda qm̄ eſt humidus, humiditas nanq; mater eſt putrefactionis quarto metheororū. Tertia quia de facili reumaticat non regulatus. Quarta quia plus per viā mali regiminis & indigeſtionis multiplicatur. Quinta propter eius quātitatem. nā poſt ſanguinem eſt reſpectu aliorum pluris quātitatis. ideoq; à natura non ita faciliter gubernat. Sed quęret aliquis quare ergo in febribus cōtinuis ex phlegmate putrefacto nō eſt cōtinuus oris fœtor cum ibi ſit cōtinua phlegmatis putrefactio. De hoc in dubijs.

Humiditas mater putrefactionis.

Et

bꝰ. Et ſi in cura diſpoſitionis huius me fortaſſe ꝓlixum reddā nemo me mordeat cum hæc paſſio ſit nimium tædioſa, nimiumq; horrenda. cuius curā ægrotantes diligē‑tia atq; accurata nimium ſollicitudine perquirant.

S I G N A demonſtratiua eius qui eſt à materia calida in ſtomacho quia alleuiatur poſt comeſtionem & fœtor eſt cum acuitate & fumoſa eructuatione & in ieiuno fit fortior & acutior. Eius vero qui eſt ex phlegmate corrupto, quia non alleuiatur poſt comeſtionē niſi parum & eſt cōtinua cū fœtore eructuatio acetoſa marcida. Eius vero quæ fit à dentibus, gingiuis & huiuſmodi ſunt nota viſui, & ex infirmi relatione. Conſimiliter qui ex apoſtemate pectoris, aut pulmonis indiſpoſitiōe & hmōi ex notitia malarū diſpoſitionū ipſorum membrorum habita.

C V R A eius qui ex gingiuarū putredine accidit canones. Primus ordinatio diætæ. digeſtio. euacuatio. rectificatio membri ſi quid eſt in cauſa vt conſueuit eſſe cerebrum vt infra de diſpoſitionibus gingiuarum. Quintus mundificatio & abſterſio rei putridæ. Sextus conſolidatio. Septimus remotio malæ qualitatis impreſſæ in partibus oris cum his quæ odorem bonum efficiunt.

Et antequā deſcendā ad complendum canones ponam ſimplicia, & aliqua cōpoſita magiſtralia fœtorem oris, & anhelitus remouentia ſubiungens quæ odorē bonum efficiunt, quibus ſeptimus canon cōplebitur & ſunt. abſinthiū, acetum ſquilliticū, aniſum, apiū, aurum in ore retentum, cyperi, caſia lignea maſticata, cinnamomū cum maſtice. Mentha, decoctio eius in aceto & colluatur os eius. puluis eius cum quo fricentur dentes & gingiuæ, muſcus maſticatus, electuarium de perſicis Meſ. diſtinctione prima antidotarij. Sigia græca. Cōfectio Nicolai. Melliſſa. Myrtus. vinū decoctionis eius. Oxymel ſquilliticū Nic. Aromaticū garyophyllatū Meſ. prima diſtinctione antidotarij. Itē & aromaticum nardinū eiuſdem. Item anuſdarij Auic. j. tract. quinti. Cubebe. Citrum, collutio ex decoctione eius in vino. Item cortex eius in ore retēta, vel decoctio eius. itē pulpa eius. Citrum conditum. Syrupus de corticibus eius, electuarium de citro Auic. iij. tract. quinti. cyperus, confectio de xyloaloes Meſue diſtinctione prima. Confectio alchab Meſ. Diacitonitem Nico. Electuariū letificās Meſ. galanga. garyophyllus maſticatus. gallia muſcata, Myrtus, nux muſcata. Ozimum garyophyllatū. pilulæ diarodon Meſ. thus, xyloaloes, zedoaria, & generaliter oīa electuaria valent in fœtore oris. Ex eis q̄bus medicinæ cōficiunt̄ ſunt Myrrha, & ſerū, & ſuccus citri. Aui. rob. acetoſa. Mel emblicorū. Mel chebulorū. Cheſmis. Paſſæ dulces. Vinū. Perſica condita Meſ. diſtinctione. iiij. Pilulæ inde Aui. ix. tract. quinti. & Serapio eis addit muſcū. xvj. cap. antidotarij ſui. Pilulæ garyophyllorū ſexta tertij de cura fœtoris oris Suſuf. Ariſt. Aui. iiij. tract. quinti. & Meſ. idem de cura fœtoris oris. Trochiſci de cyperis. trochiſci ligni aloes ambo. in Meſ. viij. diſtinctione antidotarij. Aromaticum. Aniſum &c.

Et ad canonum executionem rediens dico ad primum ꝙ in ſumma debet patiēs abſtinere ſe ab omni re faciliter putreſcibili vt eſt lac, piſces ſalſi, fungi, piſces recentes. Vnde notandū ꝙ dicit Halya. libro regum ꝙ cauſa quare piſces recentes inducunt maiorem ſitim q̄ ſalſi eſt q̄m facilius corrumpunt̄, & præcipue in ſtomacho frigido. Similiter fructus, & pręcipue cucurbita, ceraſa. Itē carnes duræ, carnes viſcerū, item oua tremula, & maxime in ſtomacho calido. Similiter vinū groſſum indigeſtibile. Et breuiter omnia quę præparant, & quę pręparata poſſunt faciliter corrūpi aut non bene digeri vt pinguia, groſſa, viſcoſa pulmēta, & nauſeatiua ſatietas de quibus ſupra in fine tract. iij. Sed vtat̄ frixis cū ſemine fœniculi, aut aniſi. Et in ſecunda menſa citonijs, piris, & eorū cōditis aut zinzi. cōdito aut diacimino, aut diatrion. Et vinū ſic cōditū cum ſpeciebus aromaticis vt infra. Ponitur à quibuſdam inter inducentia fœtorem oris garyophyllus. qui tñ ſupra & ab Aui. & ab alijs numerat̄ inter odorē bonum facientia quibus non multū adhæreo. Verūtamen poteſt ex eis cōtingere fœtor oris vbi continuant̄ à ſtomacho calido. itē vbi recipiant̄ à ſtomacho in quo ſit pręſentia humorū putridorum. nā de facili corrumpuntur ꝓpter quandā humiditatē accidentalem quam habēt, & in his terminetur canon primus. De allio, & cepis dicetur in fine in dubijs.

Auicēna notatur.

Secundus vero & tertius cōpleantur cū reſpicientibus materias de quibus ſupra quarto tractatu.

Pro tertio & quarto tamen notandum ꝙ vomitus etiā videt̄ cōpetere maxime ſi cauſa fouens fuerit in ſtomacho & hoc vbi faciliter & ſine nocumēto magno fieri poſsit. Vnde ſi fuerit ex cerebro rectificetur cerebrū. & iam dictus eſt modus ſupra de fœtore nariū. & tu ibi. Si vero fuerit ex ſtomacho, reiterata euacuatione cum his quę cōueniunt vt ſunt pilulæ alephanginę non bis tantū, ſed ter, quater, & multoties. Tunc videt̄ cōpetere uomitus ſcd'm ſententiam filij Zachariæ, quā & Meſ. collaudauit qualiſcūq; fuerit materia poſt eſum acuminum & acetoſorum vt poſt lymones cum ſucceſsione ſyrupi acetoſi aut ſecaniabin aut hydromelle. Poſt hæc vero pro rectificatione eius cōpleta adminiſtrētur quæ acquirunt temperiem ſtomacho. Vt verbi gratia in calida cauſa adminiſtrētur chryſomila humida & perſica humida. Sed tu dices ſupra tract. iij. perſica ſunt poſita inter ea quę faciliter putreſcunt. ergo. Dicendum ꝙ hoc quod dictū eſt hic de eis eſt verum. nā illud allegatum non obſtat, q̄m hoc agunt per proprietatē. & ideo dixit Meſ. de fœtore oris. Et in re cholerica eſt adminiſtratio rerū quæ ſunt ꝓprie chryſomila humida, aut perſica cum ꝓprietate. nā multum exaltantur ab Auic. inquit. Si autem eſt humor cholericus putrefactus in ſtomacho aut in toto ore non eſt aliquid magis cōferens ei q̄ chryſomila humida in ieiunio aut perſica, quod ſi nō fuerit præſentia eorum humorum adminiſtrent̄ infuſio eorum quæ ex ipſis inciſa ſunt & exercitata in ieiunio & proprie ſiccata chryſomila citonia, rob acetoſarū citri. minera acetoſa, ſyrupus de pomis Meſue diacitonitē. In frigida vero & proprie phlegmatica vt zinzi. conditum triphera minor. acetum ſquilliticum. trochiſci. diarodon zuccharum roſ. cum maſtice, trochiſci garyophylati. letificans & ſimilia vt ſupra.

Quintus qui præcipue reſpicit ſubſtantiā gingiuarum putridā cōpletur primo cum abſtergentibus, vel mundificantibus. vt verbi gratia cum leuibus cū aceto & aqua roſ. addito modico mellis. Credo tamen in hoc caſu uinū præualere aceto, q̄m acetum ſua mordicatione prohibet conſolidationē. Accipiatur itaq; vinum decoctionis origani, & mēthæ, & colluatur os. Aut ſi cauſa calida fuerit aut mollificatio gingiuę de qua infra in propria Rubrica. ℞. roſarum, myrti, balauſtiarum, menthæ. ana. bulliat in aqua hordei, & fiat inde oris lotio. Aut in cauſa frigida. ℞. nucis muſcatæ, maſticis, cinnamomi, garyophyllorū. ana. bulliāt in vino aromatico & aqua roſ. & inde os colluatur. Laudatur maxime in hoc caſu vinum decoctionis cinnamomi, hyſſopi, cubebarū, & ſero quolibet ante cibi aſſumptionē ſumptum, & cōſimilibus ſpeciebus poteſt aromatizari vinū quo debet patiens vti. Abſterſiua multa dicta ſunt ſupra de fœtore nariū de vlceribus naſi. iuxta quæ habes formare tuo propoſito ex datis vtilia. & tu confice. Itē fiat mūdificatio & abſterſio earum cum mandili aſpero vſq; ad ſanguinis euacuationem & confert. deinde cum vino lauentur aut aqua roſ. & aceto. ſed melius vinum. Quòd ſi non ſufficit mandile, remoueatur putridum cum ſtylo aut medicamine corrodente vt ſupra de polypo. & ſtatim infra.

Deinde perueniās ad ea quæ cōplent ſextum canonem ſunt conſolidantia & remouentia putridam carnē vt ſunt puluis aloes. myrrhæ, ſarcocollæ. thuris, attribuendo eis

viciſsitudinē. Et ex compoſitis. ℞. dragacanti vſti. ʒ. j. radicis lilij, croci. ana. ʒ. ſ. cōficiantur cum melle trochiſci & vtere & alcali ſolum quando ponitur ſuper putrefactionem gingiuæ eradicat eam & facit naſci carnem bonam.

Et ex expertis. ℞. achaciæ, arſenici citrini, reubarbari, calcis, aluminis. ana. fiant ex eis trochiſci cū aceto & exiccati terantur & miſceantur cum aqua mellis aut decoctionis ſeminum iuniperi, & fiat ex hoc linimentū, & liniantur, & caue ne patiens deglutiat. Aliud conſolidans & incarnans gingiuas & odorem oris bonum faciens. ℞. ſpodij ro. cheyſim. ana. ʒ. j. ſ. margaritarum non perforatarum. ſanguinis dra. boli arm. ana. ʒ. j. cornu cerui vſti. ſandali. ru. granorū iuniperi. chelidoniæ. ana. ʒ. ſ. camphoræ tertiam. ʒ. vnius. fac puluerem & applica ſuper gingiuas & applicatus denti commoto confirmat eum.

CVRA ſi fuerit vitio dentis & putrefactio fuerit in ſuperficie tunc fiat eius fricatio & remotio putridi cū lima aut partem dentis putridam ſeparando à non putrida cum celte. aut alio inſtrumēto. Quòd ſi putrefactio fuerit ſequens radicē dentis eius vera cura eſt eradicatio eius. dicitur vera, quia palliatiua poſſet fieri cum occultantibus malum odorem vt ſunt aromatica ſimplicia aut cōpoſita quæ ſubtilitate & fortitudine ſui odoris vincunt omnē odorem vt ſunt ex ſimplicibus muſcus, garyophyllo. cinnamomum, vt ſupra. Et ex cōpoſitis gallia muſcata, diamargariton, & cætera electuaria, aut cōfectiones. de quibus ſupra palliet ue itaq; cum mundificatione dentis aſsidua, mane, & ſero. & vſu rerum bonū facientium odorem eas tenēdo ſupra dentem aut quomodolibet aliter in ore.

Si vero à mala cōplexione calida contigerit fiat alteratio cum frigidis aromaticis admiſcendo camphoram faciendo collutiones frequentes. Item aquam decoctionis earū longo tēpore in ore, aut pilulas, aut confectiones frigidas vt triaſandali cū cāphora. diarodon Abbatis camphorizatū & hmōi. Nota tñ ꝙ iſta ita cōuenienter applicentur ꝙ non ſequatur dentiū læſio, aut aliarum partium oris.

CVRA in facto vitio ſpiritualium oportet principaliter attēdere ad curam membri ipſius quæ infra ponetur Ieſu concedente. Quòd ſi curari non poterit vt eſt ptiſis incurabilis, tunc oportet procedere cura palliatiua tenendo in ore aut vtendo rebus bonum odorem facientibus. de quibus ſupra & infra ſtatim etiā dicetur. ita ꝙ in hoc caſu teneatur os mundum & ſæpe lotum cum decoc. rerum aromaticatū in vino vt poſitum eſt. Et ſit vſus rerū odorem bonum facientium, quas aut in ore teneat aut deglutiat vt in fœtore vitio ſtomachi prouenienre dicetur.

CVRA vitio ſtomachi. iam dictum eſt. ſed pro cōplemento ponentur quædā ex compoſitis ab auctoribus multū laudata. Pilulæ Ioānis damaſceni. ℞. garyophyllorum. nucis muſcatæ, cinnamomi. ana. ʒ. j. macis, ſandali. ru. ana. ʒ. ſ. gra. v. ligni aloes. gra. vij. galliæ muſcatæ. ʒ. ſ. gra. ij. ſ. confice cum ſucco granatorum, & fiant pilulæ ad modum lupini in ore tenendæ. Laudatur etiā vſus pinearum. vſus paſſularum cum granis iuniperi. Vnde ex paſſulis enucleatis. granis iuniperi, & pineis cōfice in modum nucis, & comedat mane, & ſero. Item comedantur pilulæ de garyophyllis, quarum deſcriptio. ℞. galange garyophyllorum. ana. ʒ. ſ. muſci. campho. ana. gra. iiij. pyrethri. ʒ. j. aloes. ʒ. iij. ſinapis. ʒ. j. fiant pilulæ, cum vino odorifero quibus vtendum ad libitum ante cibi aſſumptionē à tribus vſq; ad ſeptem. Item multum confert ſemel in hebdomada in aurora aſſumere therṫace. ʒ. ſ. vel vnā cū vino odorifero. Item mirabiliter cōmendatur in hoc caſu, & eſt expertum, & in viris, & in mulieribus maſticatio nucis muſcatæ mane ieiuno ſtomacho. Item ſi maſticatur ſemen leuiſtici mane & ſero cum itur dormitū mirabilis effectus cōſequitur, & maxime ſi deglutietur. Itē vitio ſtomachi ex caliditate poſt maſticatam nucē ſi ſumatur vinum granatorū confert. Item in cauſa frigida maſticet calamū aromaticū in ieiunio. deinde bibito aliquid vini odoriferi, & breuiter ex datis ſimplicibus aromaticis cōfice electuarium, cōfectiones pilulas & huiuſmodi ad libitum. Vt verbi gratia electuarium de cuius proprietate eſt remouere fœtorē oris vitio ſtomachi. ℞. nucis muſc. ℥. j. macis croci. ana. ℈. j. cardamomi. ana. ʒ. ij. muſci. gran. iij. zucchari lib. ij. fiat electuariū in modum diarodon Abbatis. & poſt eius aſſumptionē bibatur modicum vini odoriferi. Ad te autē pertinet examinare cōpoſita an in calida an in frigida cauſa cōueniunt. & addere & minuere ſecundū ꝙ expediēs videbitur. Poſtremo nolo præterire illud memoratum ſupra Ariſto. ſuffuf, ſcilicet ob viri grauitatem & excellentiā. quod & Meſ. ipſe maxime cōmendat, cuius literæ ſeries hæc eſt. Ariſto. ſuffuf. quod exquiſita inueſtigatione compoſuit Alexandro imperatori. cōfortat ſtomachum & hepar, & viſcera debilia, & rectificat digeſtionem, & facit oris odorem bonum & generat gaudium. ℞. ligni aloes. cyperi, extremitatum myrti humidi. cinnamomi folij heil. mirabol. chebul. embli. belliricorū præparatorū ſecundum ſuperiorem doctrinam. macis. ſelengemiſch darſeni, vſneæ, piperis. macropiperis. zinzi. nucis muſ. cardamo. granorū lauri. ana. ʒ. ij. ambræ, muſci. cāpho. ana. ʒ. j. zucch. tabarzet ſextuplū ponderis omniū. doſis eſt à. ʒ. j. vſq; ad aur. ij. cū aqua ante cibū & poſt cibū. expertū uerax ſi Deus uoluerit.

Suffuf ſtabib⁹ idē qđ Græcis ſupia qũ pulueriza dicam⁹, vel cum Latinis pulueres ſeu trituræ.

PRænotanda circa capitulum. Primo ꝙ licet multi nerui veniāt ad linguam & vnus pati poſſit altero non læſo, non tamen erit quin lingua patiatur vno patiente. ita ſunt omnes ei neceſſarij. Et hinc cōtingit ꝙ ipſa læditur intenſius & remiſsius ſecundum ꝙ in neruis ei ſeruientibus eſt nocumentum cōmunicatum pluribus vel paucioribus & ſecundum hoc diminuitur & corrumpitur magis minus linguæ operatio,

DVBIA.

DIcet aliquis, nō videtur in apoſtematibus calidis linguæ cōpetere repercuſsiua cum fiat repercuſsio ad principalia vt ad cerebrū & ad cor. cuius oppoſitum dictum eſt, ſupra eo. Et eadem dubitatio fieri contingit in apoſtematibus vuæ, in ſquinātia. Pro iſto dicendum ꝙ inter linguā & membra principalia eſt magna diſtātia. & multa alia ſunt membra intermedia. vnde ſic per repercuſsionē ſpargitur materia per illa, quæ tota fuiſſet in lingua collecta, modo facilius corrūpitur materia diſperſa ꝙ̄ collecta vnita. lingua etenim eſt membrū nobile ſatis deſeruiens nobilibus operationibus. vt patet.

DVbitatur de traulitate quare cum ſenes multam multiplicent humiditatem vt pueri non inde vt pueri redduntur trauli. Dicendum ꝙ humiditas in ſenibus multiplicata eſt groſſa viſcoſa inepta penetrationi, & nerui eorum ſunt duri, ſicci, ſolidi, inepti recipere materiam, in pueris vero contrariū eſt. ideoq; pueri trauli, & non ſenes efficiuntur, & eſt Gordonij.

DVbitatum fuit vnde in feb. continua non ſit cōtinuus fœtor. Dicēdum ꝙ duplex eſt putrefactio. Quædam quæ eſt per viam ebullitionis, & talis non inducit fœtorem. Et quædam eſt per viā corruptionis ſubſtantiæ & illa inducit fœtorem, & ideo in febribus continuis putridis cum apparet fœtor ſignum eſt mortis; quia non ſolum ſignificat ebullitionem ſed ſubſtantiæ humidæ corruptionem, & ideo mortale. & ergo eſt illa quæ eſt ſubſtantiæ corruptio, & talis inducit fœtorem ſicut in feb. putridis cōtinuis apparet vt dictum eſt &c. Sed cōtra primum apparet inſtantia de vino putrefacto per viā ebullitionis in quo eſt odor malus. Itē in omni feb. peſtilentiali deberet eſſe maximus fœtor, quoniā putredo eſt circa cor. prima quarti de feb. peſtilentiali. cōſidera. Itē de cepis & allijs dubitatur quare ſunt mali odoris & fœtidi & piper. ſinapis & huiuſmodi quæ ſunt in eodē gradu caliditatis nō fœtent. Dicendum breuiter ꝙ in cepæ eſt humiditas

Problema,

humiditas multa quę de facili reſoluitur & corrumpitur. adeo &c. io pipere &c. non ſic.

Vltimo pro nunc ſciendum ꝙ quædam puſtulæ generanť in lingua de melancholia pura & tales non ſunt multum periculoſæ. quædam generantur de melancholia aduſta aut de alijs humoribus aduſtis. & tales ſunt peiores & diſcernunť qm̄ nigredo in his tendit ad liuiditatē & cum hoc ſunt doloroſæ, ſed quæ ſunt de melācholia pura non.

APHORISMI.

Ex. iij. Sectione. xxiiij, Aphor.

In ætatibus autem talia cōtingunt paruis, & nuper natis puerulis, oris vlcera, quæ aphthæ vocantur, vomitus, tuſſes, vigilię, pauores, umbilici inflammationes, aurium humiditates.

Ex. vj. Sectione. xxxij. aphor.

Balbi ab alui profluuio maxime capiuntur.

## De diſpoſitionibus dentium. continens Rubricas octo. Capitulum. VII.

### *De anatomia, deſcriptione, et complexione dentium, & de cōſeruatione, ac præſeruatione, & cura uniuerſali eorum.* Rubrica. I.

MAxime animo agitabar cum rem iſtā barbitonſoriam factam intelligerem atque à vulgaribus tractatoribus in plateарū angulis quàmplurimum pertractari, an ſatis ocij in ea ipſa re effundere deberem, aut facili atq; ieiuno ſtudio pertranſire. verum cum nimiū auidas hominum mentes perſcrutatus in his antidotis ad dolorē ipſorum dentium quaſi intolerabilē nō mediocriter dociles atq; apertiſſimas cupere ſirti animo ſtatui, cum & ab ipſis quādoq; moleſtatus fuerim ea remediorū genera aggregare. quibus à præſeruando, aut conſeruando, aut ægritudinē eorum remouendo tueatur, non deuians ab ordine principio tract. pollicito. Vnde anatomia dentiū. Dentes cōiter in hominibus reperiūtur numero. 32. qui vario nuncupātur nomine. vnde in parte inferiori ad anterius duo primi appellantur duales ſiue ſimiſſes, qui ex ſuperfluitate oſſiū capitis & mādibulę generanť, & ideo cæteris prius naſcunť, duo alij eis aſſiſtētes à lateribus vocantur inciſiui. his autē adhęrent in lateribus duo dicti canini, qui omnes ex mediocri ſuperfluitate capitis generanť & mandibulæ. Cæteri vero qui ſunt. 8. numero propter eorum officiō dicuntur molares, qui ex ſuperfluitate groſſa oſſium capitis generantur, & ideo tardius producunť, & medij medio modo, ſed de hoc in dubijs. Quidam tamen vt Mundinus diſtinguunt inter molares, & maxillares, ſed hæc non eſt differētia niſi ex parte nominis, ideo de hoc nihil. Et totidem ſunt in parte ſuperiori, & ſic ſunt. 28. numero. vt patet. Et dictū eſt cōiter, quia plures reperiuntur habentes. 32. illiq; quatuor his ſuperadditi ab Auic. vocantur neguedij. qui ſecundum pluримū naſcuntur in medio temporis augmēti, & hoc quidem eſt poſt ſpermatis emiſſionem & ante conſiſtentiā, quoniā conſiſtentia eſt circa. 32. annos. ideoq; dentes iſti dentes ſenſus vocanť. hęc Aui. & capit hic ſenſum pro intellectu. nam loquiť maxime vulgaribus. Nonnulli reperiun tur habētes. 20. Item notandū ꝙ fortaſſis antiquitus erat oppoſitum, quia ſm̄ plurimum dentes habebātur in numero. 32. ſed nūc defecta natura ab eo ꝙ cōſueuerat eo numero qui dictus eſt vt plurimū reperiūtur. Vnde dicit Gentilis ꝙ poſt mortalitatē magnā quę fuit in. 1348. orti habent. 22. vel. 24. Et habent dentes radices in mādibula infixas. unde quilibet pręter molares habet radicē vnā, ex molaribus vero inferioribus quidam duas, quidā tres, & ex molaribus ſuperioribus qlibet habet ad minus tres, & quidā quatuor, nam ſuperiores ſunt ſuſpenſi & habent grauitatem in ſe, ideo ratione harum duarum cauſarū debent habere plures radices, & oppoſitæ cauſæ reperiūtur in inferioribus, ideoq; pauciores. Neguedij vero habent tres. aliqñ quatuor. aliqñ vnam. nam ego duos habui neguedij quos extrahi feci habentes vnicam radicem. Ex quibus infertur ꝙ periculoſior atq; intenſior dolor eſt in extractione ſuperioris dentis q̄ inferioris. ad quod concurrit maior vicinitas ad cerebrum.

Dentes ſunt membra ſolida, dura cōplexione & oſſea, in diuiſionē, maſticationemq; cibi, in vocis diſtinctionē, ſiue ſonoritatē. in oriſq; decorē finaliter inuēta. Ex qbus patent iuuamenta ac dentiū proprietates. faciunt & nō parum ad prohibendum ſubitō ingreſſum aeris ad cor. Et dictō eſt cōplexione &c. oſſea, qm̄ dentes ſunt oſſa. vt ſecundo de generatione animalium. vj. cap. Inquit Ariſto. Nam ipſi ſunt naturā habentes eādem oſſibus, & fiunt ex ipſis. & prima primi de anatomia dentiū. & ſeptima tertij. j. cap. Ab alijs quibuſdam videnť differre proprietatibus quāuis in quodam cōi cōueniant. Cætera quidē oſſa in prima corporis cōſtitutione generanť omnia. Dentes vero poſterius quare deperditi reſtaurari poſſunt. Amplius ſentiunt cæteris oſſibus non ſentientibus, de quo tñ videbitur in dubijs. Itē medulla carēt qua cætera oſſa nutriunť. Item poſſunt apoſtemari gratia neruoſę partis quę patitur extenſionē, quod de alijs non cōtingit oſſibus, & de hoc in dubijs. Addo ꝙ diſlocati relocari non poſſunt neq; fracti reſtaurari vt oſſa cætera. Ex quibus omnibus habetur anatomia, deſcriptio, & ipſorum dentium complexio. Nam cum oſſa terrea ſint, complexione frigida & ſicca. vt prima primi de complexionibus membrorum. non immerito pronuntiabitur dentes ſicc. vel frig. complexionis exiſtere. Tu tamen nota ꝙ dentes non videntur eandem omnino habere materiam cum oſſibus vt in dubijs declarabitur ex ſentētiis Ariſto. primo de generatione animalium. penultimo cap. & tu ibi.

ET PROSEQVENS vt pmiſſum eſt aperiam quæ pro præſeruatione dentium ſunt obſeruāda, & maxime auctoris mei ſeriem, & aliorū in quibus perſcrutatus ſum inuenio ante oculos ſemper habenda. Quorū primū eſt aeris immoderata frigiditas, & caliditatis excellentia. nam & calidum diſſoluēdo materias capitis poteſt eſſe cauſa læſionis dentium. vt patet. Secundō ꝙ vitet cibos facile digeſtibiles, de quibus in rubrica de fœtore oris, & cibos duræ digeſtiōis, & uniuerſaliter quæcūq; quæ habent digeſtionē corrumpere vt inordinatus modus accipiendi cibos reſpectu horæ ꝑpoſitionis aut poſtpoſitionis motus, ſomni, & vigiliæ & huiuſmodi. Tertiū vt euitetur vomitus vt eſt poſſibile, & præcipue cum eſt acetoſus. Quartum vt euitetur maſticatio rei viſcoſę adhærētis. nā ex ſui materia putreſit & ſpecialiter ſi fuerit dulcis & cōfectio de melle ficus viſcoſę. Quintū vt dentibus dura habētia dentes cōmouere non franganť. Sextum vt res vehementis frigoris & congelatæ non approximentur niſi in vehemēti neceſſitate, vt infra de cura doloris dentiū. Septimum ꝙ poſt aſſumptū bolum calidū aut aliā rem nō accipiatur vinum frigidum aut aqua nec aliud frigidum. nā apertis poris vt ita dicam frigidū penetrat in ſubſtantiā neruorum dentium in ipſos dentes. & econuerſo poſt frigidi aſſumptionem non recipiatur immediate calidum. Octauum ꝙ dentes mundificentur ab his quæ ingreſſa ſunt eos cum penna, aut palea, aut ligno, & leuiter ita vt nō lædatur gingiua ne ſequatur ſanguinis emanatio, & fiat ex hoc cōmotio facilis dentis, & euiteť mundificatio eorū cum ferro, aut cultello & huiuſmodi.

Nonum ꝙ poſt mundificationem cū pēna fiat mundificatio cum vino alicuius ſtypticitatis cum digito eos fricando leuiter ne quid adhæreat eis. ne remanēs limoſitas putreſiat, & deinde dentes lædat. ꝙ ſi cupis vinū ad hoc ſpecialiter fac in eo decoqui ſaluiam, aut corticē citri, vel

biliuæ. Decimo ꝙ non aſſueſcat comedere ex vna parte tm̃ ne & in parte in qua non ſit maſticatio plures aggregent ſuperfluitates dentes lædentes, ſed modo cũ vna mõ cum alia maſticet. Vndecimũ ꝙ deuitet cibos & cõfectiones de quorũ proprietate eſt lædere dentes vt ſunt porri, granata. dactyli, raphanus, radix, acetũ & acetoſa, & cibi facile putreſcibiles, vt ſupra. Et de aceto nota Auic. ſeptima tertij de ſermone vniuerſali de cura dentiũ vbi inquit. Et acetum quidẽ quãuis ſua eſſentia noceat dentibus, tñ qñqꝫ ponit in medicinis dentiũ infrigidantibus, & calefacientibus. Infrigidãtibus quidẽ qm̃ infrigidat ſua eſſentia & nõ penetrat. In calefacientibus vero qm̃ penetrat, & quia adiuuat cũ inciſione ad reſolutionẽ. eius vero nocumentũ eſt tũc fractũ cum medicinis dentiũ q̃ ei adminiſtrent. Item nota de aceto. Auic. prima tertij de curationibus capitis.

Acetum omnib⁹ mẽbris cõe.

Acetũ eſt cõe omnibus membris. Eius enim infrigidatio poſſibile eſt vt leuiter eã frangat & remaneat eius ꝑſundatio & inciſio, & hoc quidẽ eſt in cã frigida. in calida vero non colligas ſup eũ ut primo de ſimplici medicina ꝓbat Gal. Duodecimũ ꝙ ſi lęduntur dentes à cerebro, vel à gingiuis ꝙ cura ſit et ſollicitudo in rectificãdo illa. Vnde aduertendũ ꝙ vt exiſtimo dolor dentiũ & ipſorum ægritudines ſm plurimũ à ſtomacho ꝑueniunt. tanta eſt hoium hodierni tpis ingluuies atqꝫ inordinatũ regimen, & ideo rectificationi ſtomachi eſt inſiſtendũ. vt infra dicet. Dentes itaqꝫ etiã ab incurſu dolorum præſeruat vt inquit Mat. fricatio eorũ mane facta cũ ſucco cepæ. & Plinius. 32. Cerebrũ caniculæ in oleo decocto & ſeruato ex eo ſemel in anno colluant dentes. Idẽ allegato. Sanguis teſtudinis marinę ex quo fiat lotio eorũ per annũ. Et proſequẽs ad. 13. dico ꝙ dentes debent fricari ſingulo die cum ligno aut alia re vt docebitur. nam fricatio talis quãdo adminiſtratur cum æqualitate mundificat dentes, & confortat eos, & confortat carnem rubeã, & odorem oris facit bonum. Quòd ſi non fit cum æqualitate pręparat eos ad recipiendum fluxus, & vaporea à ſtomacho, & lædit.

Et ex lignis cõuenientibus ad hoc eſt lignũ aloes, & eſt præcipuũ lignũ myrti, granati, & mori. Quòd ſi cum ligno fieri non placet fiat fricatio ſero cum itur dormitum cum oleo roſ. & ſi cõplexio ſiue calida fuerit, ſiue frigida fiat illud cũ oleo de been, aut ſpica. Itẽ ſi non placet oleũ in cauſa calida fiat fricatio cũ zuccharo tabarzet, aut collutio cum aqua eius in qua plurimũ zucchari ponat. Et in cauſa frigida cum melle, aut collutio cũ aqua eius. Et ſcito ꝙ melius eſt mel zuccharo cæteris cõſentientibus. Poteſt & medicus curioſus vti zuccharo & melle roſ. colato in hoc caſu vt videt expedire. Quandoqꝫ enim componitur mel & zuccharum tabarzet & ponẽdo plus de vno q̃ de alio. & eſt continua medicina vt erit expediẽs diſpoſitioni ipſorũ. hæc etenim medicina abſtergit mũdificat, & ſtringit gingiuã, & pręcipue ſi poſtea inungant dentes oleo ro. in frigida, et cõi in calida. Decimũ quartũ ꝙ ſunt collutiones ſingulares factæ io temporibus, & horis conuenientibus. vt verbi gratia bis in mẽſe fiat collutio oris cum vino decoctionis radicis thitimali. Vnde Auicẽ. Et nõ accidit facienti illud dentium dolor, & dictum eſt ſingulares, quia pręter has fient cões quotidianæ. vt ſupra in nono. & hæc quantum ad præſeruationem ſufficiant.

IN CONSERVATIONE vero ſanitatis dentium oportet attendere dictũ Gal. tẽ. techni ꝙ cõſeruatio fit per ſimilia, & ideo cũ dentes ſunt cõplexione ſicci medicinæ eorum ſanitatẽ cõſeruãtes debent eſſe exiccatiuæ, vt Auic. ſeptima tertij de ſermone vniuerſali curę ipſorũ inquit. Et medicinę quę cõſeruant dentium ſanitatem, & reducunt eos ad illud quod oportet ſm plurimũ ſunt medicinæ exiccatiuæ. Sed notandũ ꝙ vltra earũ ſiccitatẽ oportet ipſas in qualitatibus actiuis eſſe cõmenſuratas. nec declinare niſi inquantũ accidit dentem receſſiſſe à ſua naturali cõplexione verſus extrema. Vt verbi gratia ſicut ſunt gallæ vſtæ extinctæ cum aceto. Capillus veneris. Cornu cerui vſtum & lotũ. Cortex arboris pini, cortex citri, melilotum, camomilla. Vitelli oui aſſati, mixti forti cõmixtione cũ eius albumine. hæc enim experimentauit decẽtius q̃ fieri poteſt, vt tibi expedire videbitur.

Quòd ſi deſunt ſimplicia recurre ad compoſita quæ in virtute ſunt exiccatiua, reſolutiua, et abſterſiua, & in actiuis cõmenſurata, & hæc erunt omnibus alijs nobiliora, cõſeruabunt enim dentium cõplexionem, & ſuperfluitates ad eos expulſas reſoluet, & prohibent materiã ad ipſos fluere, hoc autẽ fieri contingit ex cõpoſitione frigidorum appropriatorũ cum calidis appropriatis quorum narrationem iam faciã & primo initium faciẽs à frigidis. Frigida confortantia dentes ſunt. camphora, ſandali roſa. ſemen roſ. balauſtia, ſanguis draconis, fructus gallæ, charabe, margaritæ, ſauſel, farina hordei, cortex arboris mori. Folia tamariſci, radix acetoſæ, muſcus, folia cupreſſi, iuniperi, folium menthaſtrũ, maſtix, ariſtolochia ro. Exemplum ſecundorum vt cinis gallarum, cinis ramorum vitis, cinis cannæ. Ex calidis vero quædã dicta ſunt talia ſecundum eorum materiam, quædam vero ſecundum artẽ. Exemplum primorũ vt ſunt ſal. ſal vſtus, cinnamomum, hyſſopus, flos ſquinanti, fructus capparis, cortex radicis eius, & eſt fortior. Xyloaloeã, capil. veneris adustus. Cornu cerui vſtum, dragacantum aduſtum, & quæ ſunt eis ſimilia. Et nota ꝙ ſicut iſta acquirunt per artem caliditatem, ita poſſunt acquirere frigiditatem dum ſunt frigefacta vt infundendo ea in rebus frigidis vt cinis gallarum in aceto vt dicebatur. Ex quo infertur ꝙ poſſunt ad temperamentum in actiuis reduci vt dictum eſt de gallis vſtis, & patet correlarium conſideranti. Et poſt ſimplicia narrata ponuntur quædam compoſita cõmendata ab auctoribus & experta. iuxta quorum ſeriem poteris ex datis ſimplicibus faciliter componere. ℞. cornu cerui vſti, foliorum cupreſſi, ana. ℥. j. nucis adiub. ℥. ij. radicis pentafilon. ℥. ij. capillorum veneris aduſtorum. ℥. j. roſarũ mundatarum à capitibus ſuis. ℥. j. ℈. j. ſ. conterantur optime & fiat ex eis dentifricium. Aliud ad idem. ℞. cornu cerui vſti, fructus tamariſci, cyperi ro. ſpicæ. ana. ℥. j. ſalis gẽmæ quartam. ℥. vnius. fiat ex eis dentifricium. Ad idem valet farina hordei, cũ permiſcetur cum ſale. & ſero. deinde aduritur, & ex eis & ſimilibus poſſunt fieri oris collutiones cũ vino &c. vt ſupra & particularius infra in ſpecialibus rubricis docebitur, & hæc de conſeruatione.

ACCEDENS ad tertium, ſcilicet ad curam. Premitto primo ꝙ cura dentium fit cum calidis, & frigidis remiſſioribus & intenſioribus in gradibus ſuis ſecundum receſſum dentis à diſpoſitione ſua naturali maiorem aut minorem vt dictum eſt. quod dictum indiget pro ſui euidentia duplici canone. Primus ꝙ medicinæ vehementis caliditatis actu & potentia non debent abſqꝫ magna neceſſitate approximari. nam ſua caliditate diſſoluunt ligamenta dentium & faciunt ſpiritum vitalem exhalare vt ſunt pulpa, colloquintida, elleborus al. cucumer aſininus, & reliqua. Vnde Auicẽ. Et ſimiliter medicinæ vehementis reſolutionis, & calefactionis oportet vt non adminiſtrentur niſi cum eſt neceſſarium. & infra poſt exempla. Et oportet vt caueatur euentus alicuius earum. Secundus ꝙ medicinæ vehementis infrigidationis, & ſpecialiter narcoticæ non niſi ex magna neceſſitate ſunt approximandę. nam earũ approximatio multa quãdoqꝫ corrumpit ſubſtantiam dentium extinguendo ſpiritum & calorem naturalem. Cõpingere autem & ſtupefacere eſt vltimum ad quod inniti debes. Meſ. diſtinct. iij. tertio cap. Secundo præmittendũ vt videatur ſiue comprehendatur modus applicationis harum medicinarum, quarum medicinarũ dentalium quædã ſunt dentifricia, quædã maſticationes, aliæ linimẽta, aliæ emplaſtra & huiuſmodi. Aliæ poſtilla ſiue pilulæ, ſuper dentes aut ſuper mandibulam.

manchibulã. Aliæ ſucci, aliæ fricationes, aliæ collutiões, aliæ euaporationes, aliæ implentes, aliæ ſuffumigationes, aliæ caputpurgia, aliæ diſtillationes in aure, ſed ſunt inſuetę, aliæ cauterizationes, poſtremo eradicatiuæ. Et nota q̃ quæ dicta ſunt intelligi habent de medicinis particularibus. nam quandoque & vtplurimum vt dicetur oportet præmittere vniuerſales euacuationes cum pharmacijs, phlebotomia, ventoſis in partibus proximis vel locis & huiuſmodi vt erit expediens. Et ne prolixus ſiam ſuperſedeo à narratione talium medicinarum de quibus vt puto ſatis ad plenum dicetur in Rubricis proprijs. Et proſequens in materia cum in emiſſione dentium quandoq; contingat exitus eorum difficilis fieri primo ponam Rubricam de difficili dentium emiſſione ſiue ortu.

## De difficili dentiũ emiſſione, ſiue ortu. Rubr. II.

ACcidit quandoq; vt tardetur ortus eorũ & ex hoc languent pueri intenſè.

CAVSA cuius ſecũdum plurimũ eſt groſſities carnis, ſiue pellis gingiuarũ & in hoc fuerunt auctores ſtudioſi. nam quãdoq; à debilitate virtutis, aut à magnitudine dentis poteſt cõtingere difficilis exitus eorum.

CVRA canones. Primus. regantur tunc pueri regimine debito confortando eorũ virtutem & opponendo cauſæ &c. cum calidis & frigidis vt erit opportunum. Quòd ſi puer non comedit aut aſſumere non poterit, tunc regatur nutrix regimine ad hoc conuenienti.

Secundus. fiat euacuatio ſi erit neceſſaria cum euacuantibus ſuppoſitorijs, aut adminiſtrãdo ſtercus muris in potu. Dico ſi erit neceſſaria, qm̃ qñq; conſueuit eo tempore ſuperuenire fluxus iuxta illud Hip. In progreſſu vero cũ iam dentire incipiũt, gingiuarũ prurigines, febres, cõuulſiones, alui pfluuia, & maxime cũ caninos edũt dentes, & his pſertim pueris, qui craſſiſsimi ſunt, & aluos duras hñt. qui fluxus ſi erit paruus nõ erit cohibendus, vt Aui. tertia primi de medicãdis infantibus. Si vero ſuperfluerit & de eo timeaẽ tunc attendaẽ confortationi ſtomachi cũ rebus cõfortantibus ſtomachũ & ſtipticãtibus ventrẽ, nã quicquid dicaẽ ab alijs duæ videntur eſſe cauſæ fluxus hmõi. Prima dolor debilitans virtutẽ digeſtiuã. Secunda occupatio virtutis in creãdo membrũ. vnde ſic nõ bene regulat vt prius: ita q̃ has duas cõiungendo exit vna cauſa potens: & iſta eſt mihi viſa ſententia Auic. allegato loco. vnde in dolore habito ex punctura impreſſa in gingiua à dẽte fit cõmotio in humoribus qui etiã ob dolorẽ exacuunẽ. qui acuti facti & nõ regulati inducunt fluxum vt dictum eſt. Et laudaẽ embrochatio vẽtris ex anthera, aut cimino, & maxime torrefacto. Item emplaſtrũ ex cimino & ro. in aceto infuſ. & plura alia huic pposito ponam infra. xvj. capit. vbi ſpecialis fiet mentio de hoc.

Tertius eſt remediorũ particularium applicatio. Et ex cõmendatis eſt fricatio gingiuarum cum cerebro leporis prius decollato cocto, & nõ cocto. Itẽ fricatio earũ cum lacte canis. vnde Aui. Et iam dictũ eſt q̃ lac caninũ confert in hoc uehementer cum proprietate ſua. Et ſi dolor fuerit vehemens fiat fricatio facta à nutrice donec à gingiuis ipſis fluit humiditas, & fiat fricatio cum digitis inunctis adipe gallinæ, vel anatis, & frequenter ſtringendo gingiuam cum digitis ipſis. Item idem fiat cum melle. Item & eſt mirabile, vt Meſ. cum cerebro leporis, vt dictum eſt, ſed debet continuari. Cunque dentes apparere cœperint fiant embrochationes ſupra collum mandibulas, & caput ex aqua decoctionis maluæ, camomillæ, & meliloti, anheti, deinde liniantur ex butyro, medulla cruris vaccæ. Ad idem valet cerotum hyſſopi. Gale. cuius deſcriptionem quære à Meſue, in antidotario. Ad idem & eſt optimum. ℞. ceræ citrinæ. ℥. j. olei camomil. ℥. iiij. hyſſopi hu. ℥. iij. adipis gallinæ, & anatis, medullæ cruris vaccæ. ana. aur. iiij, vtere. Item valet lana in oleo ſubmerſa collo aut capiti applicata. Itẽ eius oleum in aure diſtillatum. De ortu autem ipſorum tempore impregnationis in mulieribus aut in prouectis patebit quid dicẽdum ex his quæ dicentur in dubijs.

## De dolore dentium. Rubrica. III.

AGgredior rem grandẽ & vt proprius loquar inter homines chaos magnũ cum aggregare ſtudeã antidota in hac paſsione conferentia. cum quiſq; aut eſt homo aut mulier multis ac pene infinitis & vt aſſit efficaciſsimis remedijs ſe munitum & magiſtrum publice enuntiet. Satisfaciens tamen vt ſupra ea & laudata magis colligam remediorum genera. quibus auidas hominum mentes de hac ipſa re iuxta ingenioli mei facultatem quietare ſperabo.

PROSEQVENS igitur ad deſcriptionem & cauſas dico q̃ dolor dentis eſt triſtis eorum ſenſatio facta à re contraria ſubito materialiter atq; vehementer imprimente, quę res contraria qñq; eſt mala cõplexio aut mala cõpoſitio aut ſolutio cõtinuitatis, aut utrunq; ſimul. ſicut in apoſtemate mala cõplexio calida vel frig. ſimplex vel cõpoſita. humida autẽ & ſic. ſimplex non videtur dolorẽ dentium in cauſare. nã ſunt qualitates paſsiuæ, & modicę imo nullius actiuitatis, & ſpãliter humida. de quo ſupra de ſoda. &. ij. techni. Quandoq; tñ à ſiccitate poteſt puenire, & tunc apparet diminutio dentis & eius cõmotio, vt Aui. prouenit & aliqñ à vẽtoſitate. cuius ſignum doloris permutatio. Mala vero cõplexio frigida à calida diſcernitẽ & ecõtra ex intẽſione & remiſsione ſiue acuitate doloris ex ſubita aut tarda inuaſiõe. Et ut clarius in re iſta pcedaẽ ſic diſtinguendũ eſt. qm̃ dolor dentium aut eſt talis per eſſentiã aut per cõitatẽ. Si per eſſentiã, tunc eſt mala cõplexio ſimplex vel compoſita ſibi coniuncta per neruos dantes eis ſenſum ex tertio pari, ut infra in dubijs. Aut eſt ſolutio continuitatis vt quãdo dens eſt fractus à cauſa extrinſeca, aut quando eſt corroſus aut perforatus, aut qñ in eis ex humorũ aggregatione accidit apoſtema cum humores in eis corrumpũtur & putreſiunt. Si per cõitatem hoc eſt aut à ſtomacho à quo fit ſecũdũ plurimũ: vt ſupra cuius ſignũ q̃ dentes dolent inferiores & labia inferiora.

Aut à capite à quo fit frequenter. cuius ſignum q̃ dentes ſuperiores dolent & facies inflaẽ, aut ab his duobus ſimul.

Aut à gingiuis ipſis quia à mala cõplexione earum cõicata eis per neruos & chordas ſiue ligamenta quibus alligaẽ eis. Aut ab apoſtemate earum, aut ab apoſtemate aurium, vel maxillarum, ſiue genarũ. Item qñq; dolent ex re putrefacta retenta inter dentes ex parte cibi. Aut qñq; dolent ex nimia ſiccitate & defectu nutrimenti vt in ſenibus. Quandoq; ex nimio eſu, ſiue vſu rerum acetoſarũ, & acruminum, & rerũ frigidarũ. Quandoq; ex rebus calidis aſſumptis immediate poſt aſſumptionẽ frigidorum aut econtra, vt ſupra. Quandoq; fit à vermibus in eis ortis ex putrefactione humorum in eis. Et eſt notãdum vt dicit Auic. & quandoq; fit difficile pluribus hominibus cõſiderantibus in dentibus ſuis doloroſis diſcernere inter eos. nam confundiẽ iudicium de dente dolente malo à bono, quoniam dolor ita bono cõicatur ut videatur, etiã bonus dolere & eſſe malus. Vnde meo tẽpore vidi etiã contigit q̃ euulſus eſt bonus & non malus, & hoc quia patiẽs dixit dentẽ bonum plus dolere. Nam in hoc caſu oportet cõſiderare quis eorum prius doluit & pluri tempore. Secundo quis eorum plus dolet tangendo cum ferro & percutiendo ipſum aut etiã digitis cõmouendo. nã qui prius plurimoq; tpe aut etiã tãgendo ac cõmouendo magis dolet ille læſus eſt alijs paribus. Item etiã viſu comprehendatur vt infra. De dolore autem dentium tempore impregnationis exiſtimandum fumos à matrice ſtomacho cõmunicatos, deinde ori eũ cõmouere, & hoc clarius in dubijs apparebit. Cauſæ ſunt in ſumma doloris dentiũ.

Cauſa aut eſt primitiua vel antecedens vel coniuncta.

Exemplum primi vt aer inæqualis reumaticus. cibi vaporoſi & huiuſmodi. de quibus actum eſt. Exemplum ſecundi vt humor vel ventoſitas à ſtomacho vel cerebro vel à toto uel aliũ de veniẽs. Exemplũ tertij ut mala cõplexio vel cõpoſitio mala vel apã in neruo & gingiuis &c.

SIGNA demõſtratiua. ſi fuerit ex apoſtemate gingiuarum, vel ex alia cauſa primitiua quia fricatione eius aut huiuſmodi, & talia ſatis aperta ſunt.

Signa ſi fuerit ex deſcenſu humiditatis à cerebro ſignificabit illud indiſpoſitio ipſius ex parte grauitatis capitis. inflationis gingiuæ deſcenſum humoris phlegmatici, vel cholerici ſalſi aut hmõi. Itẽ alteratio faciei ex parte rubedinis ſi fuerit ex parte ſanguinis, aut citrinitatis ſi fuerit vitio choleræ, & ita dicatur de alijs humoribus ſuo modo. Vnde in ſumma bene notetur capitis & faciei diſpoſitio.

Signa. Cõſimiliter ſi ex ſtomacho, quoniã percipietur nocumentum in eo & ſentiet patiens aſcenſum vaporum fumiq;, & eructationẽ acetoſam uel alterius ſaporis amaritudinem, aut ſalſedinem aſcendere & maxime cum ſputo, ſicq; de alio dicatur membro.

Signa cõplexionis calidæ materialis ſunt rubedo loci, & maxillæ, acuitas doloris. Et q; à re frigida vt ex aqua iuuaẽ. Quòd ſi eſt cũ apoſtemate eſt eminentia gingiuæ.

Signa complexionis frigidæ materialis, remiſſio doloris cum grauitate abſq; rubedine intenſa, & ſic de alijs ſignis harum complexionum, de quibus ſæpe actum eſt, & infra dicetur.

Signa ſiccitatis eſt diminutio dentis, & cõmotio eius.

Signa quando eſt in dente ipſo, quoniam in eo percipitur corroſio aut apoſtema & dolor extenditur ſecundum longitudinẽ dentis. ſi autem dolor non ſentitur niſi in ꝓfundo tunc cauſa eſt in neruo qui eſt in dente eius, & proprie cum inuenitur dolor expãſus in carnibus rubeis, aut in mandibula, & ſentitur ſicut obſtupefactio.

Signa ventoſitatis. permutatio doloris extenſi malleatio, & pulſatio.

Signa hũoris groſſi. ſubmerſio, & mora doloris abſq; caliditate, & frigiditate apparentibus valde.

Signa ſanguinei, aut cholerici. velocitas nocumenti cum intenſione acuitas caliditatis rubedo, aut citrinitas & huiuſmodi.

Signa quãdo dolor eſt in gingiua, quia per eradicationem non tollitur dolor, quia ſi fuerit in dente remouetur. dolor autem remouetur eradicatione dentis, quoniã materia inuenit locum amplum ad quem expellit, deinde ad extra quæ prius erat in loco præfocata.

Signa vermiũ, quia ſentitur ſicut perforatio pruritus, titillatio, vt infra in rubrica de vermibus dentium.

CVRA cañ. I dolore ex mala cõplexiõe ſine materia. Primus ordinatio diætæ, quę ordinari debet, vt ſit cõtraria cauſæ, vt ſæpe ſupra apertum eſt.

Secundus eſt ſimplicium vel compoſitorum cauſæ ſe opponentium adminiſtratio ualentium in dolore dentiũ. de quibus ad plenum infra.

Nam quę ponenẽ in mala cõplexione cum materia etiã cõferrent, & poterit diligẽs adminiſtrator operari in mala abſq; materia. Laudaẽ tamen in frigida vitellus oui aſſatus calidus maſticatus. itẽ panis calidus maſticatus. itẽ hæc duo ſimul. Item vinum decoctionis cubebarum, & breuiter omnia olera calida, & cætera quæ narrabuntur.

CVRA. Infecto à mala cõplexione cũ materia & ꝓ eſſentiã. canones. Primus ordinatio diætę. Secundus euacuatio. Tertius eſt diuerſio. Quartus eſt mitigatio doloris ſiue confortatio dentis, & repulſio materiæ facientis dolorem fluentem. Quintus eſt reſolutio. Sextus eſt ſtupefactio. Septimus eſt eradicatio. Quòd ſi fuerit per cõitatẽ oportet vt addatur prohibitio fluxus materiæ, qui erit octauus in numero, ſed quartus in ordine, ita q; facta diuerſione procedatur ad prohibitionem fluxus materiæ.

Et antequã procedam ad cõplendum intẽtiones dictas numerabo ſimplicia & compoſita in re iſta ab auctoribus expertis plurimũ laudata. Acetum collutio ex eo calido, acorus, alliũ. decoctio eius cum olibano in ore detenta. Althea. decoctio eius cum aceto. Amoniacũ & maxime acetoſum. apium, radix etiã collo ſuſpenſa. Aui. auellana inda. athanaſia Aui. in hoc. ſ. tract. Balſamus inuncta parte dolenti vel in aure iniectus. Been decoctio. Bethonica. Bletæ ſuccus. Cappares decoctio in vino aceto & maſticatio. Capra collutio ex eius lacte nouiter mulſo. Caſtoreum, & oleum in aure partis dolentis. Chelidonia. radix ſuper dentem teneatur caute, quia frangit dentem in proceſſu. Cicer. eorum infuſio ad dolorẽ molarium. Copreſſus. vinum decoctionis nucis eius. Colloquintida, collutio cum decoctione in aceto. Cornu cerui uſtũ quomodolibet, cucurbita, collutio ex ſucco raſuræ eius. Dentifricium Democriti in quinto ſumma ſecunda tract. iiij. Diapraſsium Nicol. Dentifriciũ Gal. in therapione. xxxij. cap. antidotarij. Ebulus collutio ex ſucco eius. Elleborus niger. collutio cũ aceto vel decoctio eius cum aceto. Galla etiam nucleus eius maſticatus. Galbanũ denti appoſitũ. Gramen, decoctio in vino cũ pipere olibano & myrrha. Iuſquiamus & radix maſticata. Acetum decoctionis radicis eius. Itẽ ſemen in capſula cerea appoſitum denti. Lilium decoctio radicis vel radix ipſa maſticata. Lumbrici terreni, oleum decoctionis eorum diſtilletur in oppoſitam aurem denti. Malua. radix eius. Medicamen Andromaci in quinto ſumma ſcdã tract. iiij. Meliſſa collutio oris. Melilotum & eſt efficaciſsimum, metridatũ Nic. ſuperpoſitũ. Morus cortex & collutio cum aceto. Nigellę acetum decoctio eius. Niuia aqua in calida. Oleum myrtinum, oleum roſ. oleum de caro, oleum ouorum, & benedictum Nic. Origanum maſticatum. Oſſa vngularum porci aduſta. Paſtinaca radix. Peucedanum in corroſione poſitum ſtatim ſanat. Piretrum decoctio. gargariſma. collutio. maſticatio. portulaca. Plantago radix eius maſticata. collutio. praſsium. Ranæ decoctio in aceto vel uino. Reſina. roſa ſemen oleum eius. Roſmarinus decoctio radix maſticata uel ſuccus in ore tentus. Ruta cocta in uino, item cataplaſma ex ea. Saturegia. Sal ſacerdotale Nicol. Sandaracha & valet plus omni alia re. Auic. Sinapis cum ficu maſticatus. Solatrum cum maſtice maſticatum. Sotiria Nico. mirifice valet. Sparagus. collutio decoctionis radicis eius. Spolium ſerpentis collutio decoctionis eius. Staſiſagria decoctio cũ aceto. Tamariſcus decoctio. Vulpis pinguedo. ireos decoctio gargariſma & præcipue radicis. Hyſſopus collutio ex decoctione eius in aceto. Plurima alia colligere potuiſſem, ſed hæc & domeſtica magis pro nunc ſufficiant.

Primus itaq; canon completur cum his quæ ſuę cauſæ opponuntur vtendo in frigido calidis & in calido frigidis abſtinendo ab his quæ lædunt dentes. de quibus in principio capituli.

Secundus perficitur phlebotomia & ſolutione vẽtris, phlebotomia vero in ſanguinea materia aut ſanguini admixta & ꝑſertim in cholerica vſq; ad phlebotomiã uenarũ linguę. Quòd ſi fuerit ex materia frigida ſanguini nõ admixta fiat eũatio cũ pilulis cochijs & hmõi. & enematibus, collyrijs, &c. habẽtibus eũare à partibus ſuperioribus de quibus de ſoda phlegmatica. & ſimilr ſi fuerit cholerica nõ admixta &c. cum eũantibus cholerã vt de ſoda cholerica. Nota tñ dictũ eſt de dolore oculorũ q; à quacũq; materia ꝓuenerit dolor dentiũ in principio cõpetit phlebotomia ſaltẽ diuerſiua ad ꝓhibendũ futurum apoſtema, & ad remiſsionẽ doloris, cuius intẽtio plus debilitat virtutẽ cum ſit dolor de maxime ꝓſternẽtibus virtutẽ q̃ ſit eũatio ſanguinis illa, & ꝓpter hoc fortaſſe laudauerunt auctores phlebotomiã, & uẽtoſationẽ ſpecialiter. Meſ. & Auic.

in canone

in cañone de diuerſione in omni dolore dentium. vnde Meſ. Secundam rem complent phlebotomiæ, & ventoſationes quas diximus. tu tamen pro his euacuationibus fiendis relege canones de ſoda. nam hic maxime ſunt neceſſarij, & ne obliuiſcaris quoniã oportet eas reiterare, vt ibi, & hic non expectatur digeſtio.

Tertius, id eſt diuerſio fiat phlebotomia ex parte contraria, vt dictum eſt. nam in forti dolore nulla eſt melior medicina hac defectione primo Aphor. cõmento. xxxij. fiuntq; ventoſationes, ligaturę, cõpreſsiones digitorũ &c. vt ſupra de ſoda.

Quartus cõpræhendit tres intentiones repulſionem, ſcilicet materiæ, confortationẽ dentis, & doloris remiſsionẽ, quæ tres vna ſola ſimplici medicina cõplentur. hæ autem & pluribus expertis cõpoſitis perficiuntur. Exemplum in cauſa calida applicantur frigida ſtyptica quæ ſua frigiditate repellunt, & ſua ſtypticitate prohibent materiã deſcendere. ſuaq; frigiditate caliditatem nocentem remouẽt, & ſic remouendo confortant. & remouendo vel remittendo malã complexionẽ calidam quæ eſt cauſa doloris. remittitũ autem & quandoq; remouẽt dolor qui eſt eius effectus. vt uerbi gratia adminiſtratẽ oleũ roſ. in principio, uel oleũ de ſalice, vel oleũ omphaciuũ, aut oleum myrtinum, & aliqñ cum his aut aliquo ipſorũ cũ miſcetur acetũ, & parum camphoræ, & in ore retinetur. Itẽ magis domeſticũ recipiatur aqua frigida cum aceto vel vino granatorũ uel cũ diamoron, aut aqua roſ. aut fiat in eis viciſsitudo. Itẽ ex ſuccis rerum infrigidantiũ vt eſt ſuccus myrti roſ. plantaginis & huiuſmodi cũ modico camphoræ. Et ex expertis à me eſt frequẽtatio adminiſtrationis petiarum infuſarum in aqua veri frigoris & ſint quadruplicatę, & parum expreſſæ, ita vt non fluat aqua & contineantẽ per ſpatium vnius horæ, vel duarum, vſq; ad tres horas, tollunt enim omnem dolorem ex quacunq; cauſa. eſt enim ex ſtupefactiuis domeſticis ſtupefaciens abſq; nocumento vt ſeptima tertij de medicina ſtupefactiua. Itẽ ſi infundatur in aqua chimolea & appoſita chimolea & de ſuccis frigidis idem iuuant. Et nota hic propter illud quod dicit Auic. allegato loco in fine capituli inquit. quãuis qñq; ſit addẽda in principio q illud dictũ eſt intelligendũ de aqua frigida retenta in ore vt ipſe ponit, & hoc etiã vidi in experientia. De ea quæ extra applicaẽ ſecus eſt vt patet cõſideranti. Itẽ & alij q illud dictũ habet veritatẽ maxime qñ teneẽ paruo tẽpore quia in principio, & hoc voluit Auicẽ. cũ dixit in principio. Sed ſi retineẽ diu prodeſt vt extra. Itẽ valet lana ſuccida inuncta cum oleo roſ. & ad extra applicata.

Item valet in hoc principio collutio oris ex aqua roſ. & modico camphoræ. Item decoctio gallarũ cum aceto.

Itẽ ſolatrum cũ aceto, & eſt expertũ, & maxime ſuccus eius. Ad idem. ℞. coriandri, ſe. portul. ſumach, lentium excorticatarum, ſandalorum, citri roſ. piretri, camphoræ, ana. partes æquales. ſucci ſolatri quãtum ſufficit & cũ modico aquæ roſ. fiat linimentum quo liniatur ſæpe dens dolens. Cumq; dolor fuerit ex his mitigatus procedendum eſt cum reſolutiuis & repercuſsiuis ſimul. vincentibus repercuſsiuis, & vltimo procedatur vincẽtibus reſolutiuis, de quibus ſupra & infra dicetur in quinto canone, vt verbi gratia miſcendo oleũ ro. cum vino decoctionis maſticis aut ſuccum myrti vel roſ. cum vino decoctionis acori & ſimiliũ. Quòd ſi dolor autẽ perſeuerabit oportet tunc tranſire ad ſtupefacientia, de quibus in. vj. canone. Exemplũ in cauſa frigida in principio adminiſtrenẽ calida ſtyptica cũ qbus etiã ponũtur frigida repercuſsiua q pari forma vt ſupra dictũ eſt de calida tres compleant intẽtiones dictas. verbi gratia. vinum decoctionis roſ. balauſtiarũ, & maſticis. Itẽ vinũ decoctionis nucis cupreſsi cum diamoron aut cũ ro. aut cõſimiliter ex alijs poſitis & ponendis, & tu fabrica tandẽ q repcuſsiua vincant. miſceanẽ reſolutiua cũ ſtypticis, & repercuſsiuis vincentibus adhuc ſtypticis. Vltimo pueniaẽ ad reſolutiua & in. v. canoñ verbi grã. valet in pceſſu hoc medicamẽ, ol. bam, maſticis. ana. ℥. ſ. myrti. ℥. ij. bulliãt in aceto aut fiat collutio in ore teneaẽ. Multa in fine capituli ponenẽ valentia ex quacunq; cauſa. ideo in multiplicatione exemplorũ nunc ſupſedeo. His electiue peractis peruenitur ad reſoluẽtia quibus cõpletur quintus canon, vbi rememorandũ quod dictum eſt in fine Rubricæ de cõſeruatione eorũ q. xiij. modis & pluribus poſſunt hmõi medicamina dentibus applicari. Et vt clarior doctrina deẽ, aperiã modos proſequendo de vno in alium vſq; in finẽ. Primus itaq; eſt collutio oris ex eis, & oportet vt teneatur longo ſpatio in ore; qñ aliter nõ proſunt aut modicum. Et nota pro ſequentibus & pro his quę dicta ſunt q fortiora reſolutiua applicari debent in cã frigida vt patet. Ex quo apparet primo error dantiũ ſimilia reſolutiua, ſiue æqualia vel eadem in omni dolore dentium. Infertur ſecũdo q nõ poteſt eſſe vna medicina ſaltẽ operans à qualitate manifeſta valens in oĩ dolore. patet correlariũ. Et diciẽ à qualitate manifeſta, qa fortaſsis à qualitate occulta poſſet iſtud bene contingere: ſed non eſt confidendũ multũ. Et vt ſatisfaciã pro poſſe promiſſo ponã hic quæ à ꝓprietate valent & indifferenter in omni dolore ſiue corpus fuerit mundũ, ſiue non, ſed certius & ſecurius operanẽ corpore mundificato, vt ſunt cornu cerui, radix herbæ tunici, radix cucumeris aſinini, radix thitimali, radix ariſtologiæ, radix chelidoniæ, ſpoliũ ſerpentis de quo in dubijs. Hepar ſtellionis, fructus tamariſci, radix colloquintidæ. Illud quod adhæret aluearija apum. Portulaca quæ ſua proprietate remouet ſtuporem eius. Et ex collutionibus in cauſa frigida eſt collutio facta cum decoctione ſpolij ſerpentis in aceto aut colloquintidæ, & eſt magni iuuamenti, ſed eſt horribile, & faſtidioſum medicament, & vlcera, quare & ſi laudatur ab auctoribus conſulo vt noſtro tempore dimittatur propter delitias hominum hodierni tẽporis. Et ſic ſuo modo dicatur de radice cucumeris aſinini & ſimilium. Iſta enim fortia ſunt vitanda iuxta canonem in principio capituli poſitũ. Item vinũ decoctionis ſaluiæ, aut piretri, aut ariſtologiæ, vel roſmarini, condiſi, fructus tamariſci, & ſimilium de quibus dictum eſt ante complementum canonum. In calida vero decoctio gallarũ & præcipue crudarum in aceto vel vino granatorum, vel vino berberis, aut a-reſte, vel cornu cerui vſtum, vel ſolatrum, aut roſ. aut iuſquiamos & ſimilia frigida.

Gargariſmata fiant ex iſtis eiſdem. Item decoquantur alliu, & paſſulæ in aqua & fiat gargariſmus, & poſt gargariſmata ſemper teneatur os apertum vt inde fluãt humiditates, ſiue ſaliua. Maſticantur radices dictæ, vt piretri & maſticando exit humiditas. Item maſticantur & herbæ, & maxime laudatur maſticatio menthaſtri in frigida cauſa. item maſticatio piperis, & conſimiliter de alijs. Et ex compoſitis. ℞. menthaſtrum montanum, piretrum, piper album, myrrham, conficiantur cum carne paſſularum, & fiant ex eis auellanæ & maſticetur omni die vna auellana.

Alia ſunt linimenta, & de his exemplificatio eſt vt componantur quæ dicta ſunt cum melle, vel ſucco aliquo ex dictis & liniãtur dentes. Ex expertis. ℞. medullæ nucleorum perſici par. j. piperis. par. ſ. confice cum gũmi cedri, aut melle. Item. ℞. piperis, piretri, ſtafiſagriæ. zinzib. ana. par. j. baurach. par. ſ. terantur bene & incorporentur cum melle. Ex dentifricijs laudatur quod immediate poſitum eſt a biecto melle. nam ex puluere fricentur dentes, item commendatur fricatio cum ligno aloes, item & maxime à Galeñ. fricatio cum hepate ſtellionis. Fiuntq; euaporationes ex decoctione rerũ dictarum. Sed hic nota canonem q tales debent fieri ante cibum per duas horas aut poſt ſaltem per quatuor. Auic. Itẽ fit euaporatio cũ milio, camomilla, aut oleo & ſiſibus, & qñq; barbę. talis euaporatoria applicanẽ, qñ appoſita barbę ceſſat dolor. item ex

eis rebus fiũt ſacelli qui ad extra & qñq; ad itra applicã-tur. bulliant enim in vino vel aceto. Emplaſtra vero ra ro barbæ applicanť ſicut emplaſtrũ ex maluis, camomilla, anetho, ſemine lini, oleo, & huiuſmodi. Qñq; fiunt cum his, & adduntť althea, melilotum, ſemen caulis, folia eius, ſemen porri, ireos, radix lilij, hyſſopus, & ſimilia. Ex qbus oĩbus aut pluribus fit emplaſtrũ. Suffumigationes fiunt cum rebus p̃dictis, & valet ſuffumigatio cũ vngula aſini decocta in rebus ipſis. Et nota ꝙ ſuffumigatio facta p tra iectorium eſt melior. Caputpurgia fiant ex ſucco blitis, aut aqua maioranæ. Aut fortius ex aqua cucumeris aſinini aut ex ſucco artanite, ſed pro his recurre, ſupra de ſoda.

Inſtillantur in aurẽ quandoq; medicamina quę ſequitur dolorem vt oleum caſtorei vt ſupra vel roſatum. Item. ℞. opij. caſtorei. ana. diſtilletur granum vnum cum oleo roſ. in aure ſequente dolorem. Item oleum de amygdalis dulcibus & amaris decoctum in cœpis, & inſtillatum. Item oleum de perſicis & maxime cum cõmiſcetur cum caſtoreo, & quãdoq; apud neceſsitatem addendo aliquid opij.

Implentur & dentes perforati, & corroſi cum gallia, maſtice, euphorbio, & piretro, & quãdoq; cum auro ſaltem ad confortandum dentem, etiã quia prohibent corruptionem. item prohibetur ingreſſus aeris, aut alterius rei lædẽtis. Itẽ impleatur in cauſa frigida cum calidis & in calida cum frigidis. Laudatur impletio ex medulla perſicorum prædicta. Ex cauterizantibus vt. ℞. oleũ in quo decocta ſint aliqua ex dictis, & ſit feruẽs, & ſumatur acus ignita & imponať in dicto oleo, deinde cum pennula ingenioſe intromittatur vſquequo attingat dentem. Aliter. ℞. acum vel ſtylum & in extremo pone bombicẽ inuoluendo ſubtiliter. deinde intingatur in oleo cõi feruenti & frequenter imponatur, ſcito ꝙ hoc modo ſentitur magnus dolor. Albucaſis hoc idem facit cum butyro feruenti. & quandoq; non ꝓſunt iſtæ cauterizationes, & tunc cauterizetur dens cum acu ignita toties donec perueniat ad vltimum in cauterizatione, & tunc fortaſſe ſedabitur dolor & frangetur dens. Quidam imponunt aquã intus ſiue ardentem, dente prius mundificato. Quidam aquam fortem, qua vtuntur aurifices in ſeparando aurum ab argento, & quidam faciunt ex eiſdem rebus aquam minus fortem.

Cum vero omnia iſta non contulerint tunc deueniendum eſt ad complendum ſextum canonem qui eſt ſtupefactio. Sed hic nota dictum Auic. ſeptima tertij de cura dolorum dentium inquit. Neceſſarium eſt multotiens adminiſtrare opiũ cum oleo roſ. ſed quotieſcunq; inuenitur excuſatio ab illo dimittere ipſum eſt melius. & ideo vt ſupra pluries eſt allegatum. & Meſ. diſtinctione tertia. tij. cap. canone. vj. Compingere autem & ſtupefacere eſt vltimum ad quod niti debes & præcipue quando omnia nõ contulerint & res eſt poſita in deſperatione, tunc quoq; ſuper narcoticum eſt præſumendum, & parum infra, cum eis cura eſt mendoſa, & hanc curam rememorauit ipſe Meſ. capitulo proprio. Completur cum ſuffumigatione iuſquiami. & expertũ eſt linire dentem cum opio & oleo roſ. item piretrum, & camphora. Item. ℞. iuſquiami albi, opij, ſtoracis, galbani. ana. ʒ. j. piperis, aſſæ fœtidæ. ana. ʒ. ſ. & miſce cũ rob vuæ & liniatur dens. eſt enim expertum. Item ponatur granum opij mixtum cum gra. j. gariofili, maſticis ſuper dentem doloroſum & liquefiat cum ferro ignito. eſt enim expertum. Item. ℞. opij, iuſquiami, ſeminis apij. ana. ℈. j. fiant pilulæ cum aceto & ponať vna ſuper dentem doloroſum & teneatur per horam in loco, ſedat enim dolorem mirabiliter, & ex quacunque cauſa.

Ego autẽ expertus ſum & vſq; modo non inueni ꝙ non ſuccederat applicare ad extra petiam magnam lineã quadruplicatam & quãdoq; octuplicatam vt potentius agat infuſam in aquã veri frigoris, & leuiter expreſſam ſup genam dolentis dentis, & ipſum reappoſui frequẽter nõ permittens eam caleſieri, & continuaui per horã vt ſupra & per horas ſecundũ doloris intenſionẽ & remiſsionẽ, & in hoc tẽpore feci tenere patientẽ ſuper dentem vnã ex pilulis iam dictis. Cumq; ceſſauerit dolor ſollicitus etiam fui diuerſiones & euacuationes & reſolutiones faciles agere dubitãs ne ex earum caliditate fieret tractio materiæ ad locũ & reſolutio nimia partis ſubtilis & vere optime ſucceſsit.

Sed quia vidi patientes dolorẽ talem ad medicos cõmuniter non niſi magna neceſsitate, id eſt ꝓpter intenſiſsimũ dolorẽ accedere. nam prius multa experiuntur. ideo vt plurimũ ego ꝓceſsi cum talibus ſtupefactiuis nõ oblitus verbi Meſ. allegato loco inquit. Cõponunt autẽ rem magni erroris à principio hmõi curantes cũ narcoticis. eſt enim cura mẽdoſa. nã illud intelligitur vt ſeipſum declarat ante illud vt dictũ eſt qñ cum alijs curare poſſumus. quod & ego facio. expertus fui aquam frigidam tenere in ore non contulit, imo viſa eſt lædere vt ſupra. Poſtremo nota ꝙ linimenta ex rebus opiatis ſecurius cæteris applicantur. Quidam tamẽ dant in potu narcotica vt philonium, imo & denti applicant. nam inducunt ſomnum & maturatur ægritudo & quieſcit dolor. ſic enim in omni forti dolore conferunt indifferenter. Poteſt itaque diligẽs operator aliter & aliter operari cum eis vt videbitur.

Et antequã compleã ſeptimum canonẽ volo expedire modũ curæ, quãdo. ſ. dolor dentis ex alia cauſa eſt q̃ à mala cõplexione de qua ꝓceſſum eſt. Nec de cura doloris ex ſiccitate prouenientis aliquid dictum eſt, quoniã eius cura pẽdet ex modo ꝓceſſus in calida & frigida. Laudat tñ hoc in caſu Auic. butyrum & adipẽ anatis. valet & pinguedo gallinæ. Si vero fuerit ex eorũ apoſtemate cura eſt ſimilis curæ quæ eſt de apoſtemate gingiuarũ. Ideoq; ſequens dico ꝙ ſi dolor fuerit per cõitatem ſtomachi, aut capitis tunc procedatur cum ordinatione diætæ euacuatione reiterata, & maxime ſi fuerit ex capite, & tunc phlebotomeť aut phramaco euacuetur vt uidebitur expedire. Itẽ fiat tertio loco diuerſio, & de his oĩbus ſupra. Quarto vero intẽdatur ꝓhibitioni fluxus materiæ à capite ad dentes cũ applicatis ad extra & ad intra aut eleuationis eiuſdẽ ad eos, quoniam hoc eſt initium curæ. Et pro primo quęre ſupra rubrica de catarrho. & hic habe ſuſpectũ acetum qm̃ aperit & ſubtiliat præcipue cũ locus ſit paſsibilis. breuiter in omni fluxu reumatico ſuſpectũ eſt. Pro ſcd'o vide de ſoda per cõitatem & ibi canones & antidota inuenies huic negocio neceſſaria. Laudantur maxime pilulæ Alexandri in primo caſu quas ſcripſit Meſ. de catarrho, quarũ deſcriptio eſt. ℞. myrrhæ. ʒ. iij. thuris maſculi. ʒ. ij. ſ. opij, inſquiami, &c. & plura inuenies eo loco congruentia & ſupra de catarrho. vbi ponitur deſcriptio earum. in ſecundo vero caſu laudatur à Raſi nono Almanſ. vt poſt mundificationes fiat fricatio dentium ex hoc medicamine. ℞. piretri, ſinapis, baurach, piperis. zinzib. ana. fiat puluis de quo &c. Sed nota ꝙ iuxta cauſam oportet medicum adminiſtrare remedia, & exempla in omni cauſa poſita ſunt & ponenť. Si vero fuerit ex apoſtemate gingiuarum tũc ꝓcedať in principio cũ phlebotomia, & ſcarificatione, & ſi opus videbiť applicentur ſanguiſugæ, aut fiat phlebotomia venarũ quę ſunt ſub lingua aut vẽtoſæ ſub mento cũ ſcarificatione. deinde procedatur cum repercuſsiuis dictis vnde facta ſcarificatione abluať os cum aceto & vino decoctionis aluminis zuccharini omni die ter. Ad extra autem ſuperponatur in principio emplaſtrum repercuſsiuũ ex maluis, ſolatro. roſ. camomilla, & hmõi. deinde ponať emplaſtrũ reſolutiuũ & mitigatiuũ ex camomilla, farina ſeminis lini, farina fœnugræci, radice maluauiſci, & butyro addendo oleum roſ. aut uiol. ſi materia fuerit calida ſed ſm plurimũ eſt frigida. Quòd ſi materia tenderet ad maturationem iuuetur cum maturatiuis vt ſunt ficus, paſſulæ, ſemen lini, fœnugręci et huiuſmodi. de qbus. iiij. tract. facta decoctiõe ex eis. deinde aperiať apoſtema & mũdificetur cũ melle roſ. vt de vlceribus oris dictũ eſt. Quòd

Acetum in os fluxu reumatico ſuſpectũ.

ſi fuerit

ſi fuerit ex mala cõplexione earum habet modus curæ ex
dictis de cura malæ cõplexionis. Quòd ſi fuerit ex apo-
ſtemate auriũ curent prius apoſtemata attendendo mitiga
tioni doloris ipſorum, & hæc ſupra poſita ſunt. Si vero ex
apoſtemate genarũ ꝓcedat cum phlebotomia, eũone, di-
uerſione, repercuſſione ſm exigentiã materiæ cũ calidis aut
frigidis vt dictũ eſt, maturatione, & reſolutione cũ empla
ſtris vt paulo ante exẽplificatum eſt. Quòd ſi fuerit ex re
putrefacta retẽta ex cibo inter dentes remoueat, & fiat col
lutio oris cũ abſtergẽtibus, mũdificãtibus, & dentes con-
fortãtibus. vt uerbi gratia cũ vino & melle & modico mẽ
thaſtri aut alicuius talis, & ſit tepidũ aut frigidũ ſm tem-
poris ꝑtatẽ. Quòd ſi fuerit ex nimio vſu rerũ acetoſarum
tunc dimittant & fiant collutiones aut aliter retẽtiones ex
rebus calidis appropriatis iam dictis valentibus in cã fri-
gida, ſed de hoc infra in ſpãli rubrica. Quòd ſi fuerit ex
corroſione dicet infra ſpecialiter, & ſimiliter à vermibus.
Quòd ſi fuerit ex aliqua alia cã patet leuiter qd agẽdum.

Modo his peractis proſequor ad aggregationẽ recepta
rum multũ in dolore dentium vt promiſi valentiũ. Et pri
mo ponã quæ in dolore ex cauſa calida valẽt. ſecundo quę
in frigida. In cauſa calida. ℞. ſandaracæ. ʒ. ij. camphoræ.
ʒ. ſ. bulliant in aceto & fiat collutio, ſedat enim dolorem
vehementer, cõſtringit gingiuas, & prohibet reumatiza-
tionem. Item. ℞. lactucam, portulacam, ſolatrum, cucur
bitam, & fac iſta in vino ſtyptico bullire, & facta earum
expreſſione fiat ex vino collutio. Quòd ſi dolor fuerit ve-
hemẽs valde fiat decoctio in aceto, & ſi opus videtur ad-
de aliquid papaueris albi. Et ſi adhuc fortius cupia adde
mandragoram, vel iuſquiamum vſque opium. Item ad
idem linitio ex philonio facta. Non procedo multũ in his,
qa rarius venit dolor ex cauſa calida q̃ ex frigida, & ideo
quaſi omnes receptæ de dolore dentiũ ab auctoribus po-
ſitæ ſunt calidæ, quia quando venit ex cauſa calida, vt plu
rimum oportet tranſire ad vehementer infrigidantia vſq;
ad ſtupefactiua, ideoq; ſufficiant dicta ſupra de cauſa ca.
cum his. In cauſa vero frigida laudatur decoctio calamẽ-
ti cum vino. Item radix raphani, piretrũ. zinzib. in vi-
no decoquantur & fiat collutio. Item piretrum cum ace
to eſt expertum. Item ſtipites allij cum piretro, & ace-
to. Item apud vehementiam doloris in mitigando va-
let oleum calefactum in quo decocta ſit radix althææ, ca-
momilla, & melilotum, eſt enim ſedatiuũ bonum. Item
ſerpentis ſpolium vſtum, & mixtum cum oleo ad ſpiſſi-
tudinem mellis linitio mirabiliter ſedat dolorem. Item
ſi ſit cum oleo roſ. valet in calida, quoniam ſpolium à ꝓ-
prietate, & puluis factus ex origano, & nitro ſparſus ſuper
dentes & gingiuas mox dolorem tollit. Et ex expertis.
℞. caſto. aſſæ foetidæ, ſtoracis, myrrhæ, ariſtologiæ, opij.
piperis, zinzib. iuſquiami. ana. partes æquales, cõfice cum
melle, & lini. Aliud. ℞. opij. zinzib. piretri, maſticis, ſe-
minis apij ana. partes æquales, bulliant in fortiſſimo ace-
to, & fiat collutio vel melius teneat patiens calidũ in ore.

Aliud. ℞. piperis, caſtorei, myrrhæ, aſſæ foetidæ, opij.
ana. confice cum melle, & linias. Gilbertus dicit ſe pro-
baſſe theriacam in omni dolore ex cauſa frigida, præci-
pue cum eſt ex reumate capitis. Aliud pro ruſticis. ℞. ca-
put vnũ allij abiecto cortice & perfora & imponatur pul
uis piperis & inuoluatur ſtupa & decoquatur in cineri-
bus. deinde contundatur & loco dolenti apponatur. Itẽ
os dactyli accẽſum & inter dentes tentũ mirabiliter ſub-
uenit fortaſſe vt non raro accidit hæc oẽ conferunt reme-
dia præcipue cum dens eſt marcidus, corroſus, aut putri-
dus, quo caſu ut teſtantur auctores oportet tranſire ad vl-
timum canonẽ qui eſt eradicatio, per quã curam ſiue era-
dicationem vt plurimũ recipit. Et dicitur vt plurimũ pri-
mo, quia cum cauſa eſt in gingiua eius eradicatio quę pro
tunc non eſt neceſſaria non tollit dolorem. Secundo qm̃
quandoq; eſt in neruo eius, & tunc facta eradicatione ma-
teria quæ lędebat remanet cũ neruo inueniens ex eradica-
tione locũ apertum & amplum ad quẽ priua non poterat
ire ꝓpter cõpreſſionem quæ à dente fiebat. ſed cum dolor
eſt in ſubſtantia dentis ſine dubio eo eradicato remouetur
dolor. Dicit Gilbertus ꝙ ſi dolor eſt inueteratus, tunc
extractio dentis eſt periculoſa, & magis timenda q̃ quã-
do eſt nouus. & tu conſidera. Tu ergo non feſtines ad era-
dicationem niſi ſeruatis his quinq; quę dicentur, qm̃ nihil
eſt quod ſuppleat loco eius cum eſt eradicatus. Primum
ꝙ cõpręhendas quæ ſit cauſa in ipſo. quod cognoſces ex
corroſione, uel putrefactione eius, & extẽſione doloris ſm
longitudinẽ dentis non apparente apoſtemate in gingiuis.
nã ſi apparet apoſtema in eis & dens non ſit alteratus exti-
mandum cãm in gingiuis eſſe. item ſi dolor non fuerit ſm
longitudinẽ ſed in profundo eius tunc cauſa erit in neruo,
& ꝓprie cũ inueniẽt dolor expanſos in carnibus rubeis aut
in mandibula & ſentit ſicut obſtupefactio. Secũdum ne
ſis deluſus & bonum extrahas relicto malo. ꝙ bene prius
cõprehendas dentem extrahendum, qm̃ hoc quandoq; eſt
difficile cognoſcere, et ſigna declarata ſunt in principio ru
bricæ. Vnde ponat patiens in loco clariſſimo vbi ſol pe-
netrat & ſubtiliter inſpiciatur, ſi videtur lęſio in dente ſm
habita, ſupra. Tertiũ ꝙ omni ingenio operator ſtudeat
extrahere cum dolore minori vt poſſibile eſt. quapropter
prius circũcirca leuiter ac profunde ipſum diſcalciet, ſeu
excarnet vſq; ad radicem intercipiendo tẽpus propter do
lorẽ. Nec attẽdas operatori ſemper, quoniã ex eis reperiunt
præſumptuoſi & audaces nimiũ, qui ſtatim eum extrahũt
volentes ex hoc laudari ꝙ arte ſunt expediti. nam ſic ali-
quando ſunt cauſa maioris doloris, febris & multarũ pra-
uarum ęgritudinum. item & quandoq; ſic feſtinando fran
gunt dentem dimittitur radix & ſic ſit error peior priori.
Cumq; diſcalciatus fuerit tunc ipſum digitis prius aliqua-
liter moueas aut cum tenaculis ſubtilibus concutiendo in
diuerſas differentias vt facilior fiat eius exitus. Nam in era
dicatione illorum dentium qui non cõmouent eſt timor
ex quibuſdam nocumentorum plurimorum, quandoque
enim cum ipſis extrahitur pars mãdibulæ. vt ego vidi, &
tunc excitatur dolor maior, & feb. Quartum ſi dens fue-
rit corroſus, & perforatus, tunc oportet vt impleat fora-
men pãno, & ſtringas ipſum cum extremitate radij vt nõ
frangatur hora conſtrictionis tuæ ſuper ipſum cum for-
picibus. Albucaſ. Et oportet vt exquiſite agas cum ſca-
rificatione ſiue diſcalciatione in circuitu gingiuæ vt pa-
tet ne frangatur. Quintum vt nõ fiat extractio eius apud
vehementiam doloris ne ſit cauſa ſyncopis, aut mortis,
aut deſcenſus reumatis amplioris, ſed expectetur vſque-
quo ſedetur dolor. Meſue. Quibus peractis cum tenacu-
lis, aut caniculo, aut ſubleuatorio vel alio inſtrumento le
uiter & non cum vehementia extrahatur. nam extractio
cum vehementia eſt ex eis quæ in dolore augmentum fa-
ciunt. Auicen. Poſt vero extractionem digitis gingiua
relaxata comprimatur. deinde fiat collutio cum vino aut
aceto & ſale aut cum vino, & myrrha, & melius. Quòd
ſi acciderit fluxus ſanguinis, tunc imple locum cum vi-
triolo aduſto, quod ſi non ſufficit. cauteriza. De inſtru-
mentis vero dicendum ꝙ artifex prudens ſubtilis in arte
ſua inuenit per ſeipſum inſtrumẽtum ſecundũ illud quod
ſignificãt ei operationes, & ægritudines ipſę. Albucaſ. Et
ſi contingit in eius extractione frangi, & remanere radicẽ,
tunc pone cotum cum butyro ſuper locum vno vel duo-
bus diebus donec mollificetur locus. deinde ſi potes plus
excarna circa radicem & impone inſtrumentũ vnum vel
plura vt videbitur expedire, & conſulo accelerare ad era-
dicationem dentis corrupti ne alios inficiat, & ne ita pu-
tridus fiat & marcidus vt nullo modo extrahi poſſit eius
radix. nam periculum eſt in his in eorum extractione ne
frangantur, & comminuantur vſque ad radicem excluſi-
ue. Tu tamen memor ſis facere euacuationes præcedere

& ipſas reiterate ad prohibendum etiam futurum apoſtema iuxta canoñ. dictos.

Et qm̄ multi cõfidunt in eorũ extractione abſq; inſtrumẽtis ſolis medicaminibus cõfici, de quibus meo tp̄e nullam vidi experientiã, hinc pro cõplemento rubricæ ponã modũ & medicamina quibus ſaltẽ iuuamentũ fiet in eorũ eradicatione facili. Nã prius eo tentare debemus, ꝙ ſi non profuerint ad arma vltimo deueniamus. Illa nãq; ſic præcedentia tantã circa dentẽ eradicationẽ facient ꝙ cum inſtrumento adhibito eorum facilior fiet completa eradicatio. Modus hic ſeruetur, nam ne lædãtur dentes propinqui muniantur cera, deinde fiat excarnatio profunda circa radicem dentis dolẽtis, quo facto linias ter in die vel quater radicẽ eius ex medicamine iſto. ℞. corticẽ radicis mori, piretrum, terantur, & miſceãtur cum aceto forti, ponantur ad ſolẽ donec totum fiat vt mel. Item lac thitimali cũ piretro, & radice mori, & fiat vt dictum eſt. Item idẽ operatur cum aqua forti de qua ſupra. & eſt melius. item idem cum radice cucumeris aſinini, & arſenico nutrito cum aceto. Sed nota ꝙ aqua fortis mirabiliter diſcalciat, & rodit carnem, quare conſulo ante eradicationem cum ferro fiat tactus cum cautela ne pars ſana lædatur. Et ex compoſitis & laudatis. ℞. piretri, radicis colloquintidæ, corticum eius, corticum radicis mori, ſeminis almezereon & foliorum eius, arſenici citrini, lactis thitimali, terantur tereoda & cum fæce aceti mortario bene ducantur. deinde ſuper ea proijciãtur bdellij, & aſſæ ana. par. j. & fiant trochiſci de quibus liniantur radices dentium hora poſt horam per aliquos dies. facit enim facilem eradicationẽ. Aliud coquantur ranæ fluuiales aut arboreę cum oleo donec diſſoluantur, & ex iſto oleo liniatur radix dentis. Idem operantur & efficacius ſi decoquentur in fece aceti. Placentinus vero dicit ſe non fuiſſe deceptum ex vſu euphorbij in hoc caſu hoc modo. Prius enim diſcalciato dente vt ſupra ſuperpoſuit puluerem euphorbij de cuius proprietate eſt eradicare oſſa. deinde cum ferro leuiſſime extraxit. Poſtremo pono emplaſtrum ad omnẽ dolorem dentium ex quacunq; cauſa ab eo laudatum. ℞. xij. radices maluauiſci, & perfecte decoquantur & extrahatur lignum medium, deinde piſtentur optime. deinde. ℞. farinæ fœnugræci, ſeminis lini, floris camomillæ, anheti ana. ʒ. j. farinæ hordei. ℥. iij. incorporentur & in fine addantur. ℥. iij. olei camomillini, & actu calidum ponatur ſuper mandibulam dolentẽ, ſedat dolorem, maturat materiam & ipſam finaliter reſoluit. Et hæc de dolore dentium, & cura ſufficiant.

Euphorbij mira proprietas.

*De corroſione dentiũ, & perforatione.* Rubr. IIII.

QVid autem ſit corroſio aut dentiũ perforatio ſenſus ipſe oſtendit.

CAVSA cuius vt Auicẽ. eſt ex humiditate in eis putrefacta. Putrefactio itaq; contingit quandoq; ex debilitate virtutis ipſorum aut ligamentorum eorũ cum non poſsint nutrimentũ debite digerere ad ipſos venient. vnde in malos & putridos conuertitur humores. qui ſi ſunt aliqualiter acuti corrodunt & perforant. Et idem cõtingit ex malis & corruptis humoribus eleuatis à ſtomacho aut ab humoribus malis à capite deſcendentibus, aut ab vſu rerum dentibus nocentium. Non raro accidit ex limoſitatibus dentibus lõgo tempore applicatis, aut rebus inter dentes detentis & corruptis. hæc enim corrupta, & putrefacta putrefaciunt. propter quod lotio dentium eſt commendanda.

CVRA Canones. Primus ordinatio diętæ, quæ cõſiſtit vt ſupra euitando cibaria dentibus nocentia & viendo rebus contrarijs cauſæ facienti corroſionem. vt exempli gratia ſi fuerit materia cholerica aut phlegmatica ſalſa & huiuſmodi: & de his ſupra de ſoda.

Secundus eſt digeſtio materiæ, quę digeratur ſecundum ipſius materiæ opportunitatẽ. pro quo recurre ad ea quæ de ſoda ſcripta ſunt.

Tertius euacuatio, euacuetur autem cum reſpicientibus materiam ipſam pro quibus ſupra de ſoda.

Quartus diuerſio materiæ ſi fuerit per cõmunitatem à cerebro vel ab alio, qualiter fiat dictum eſt.

Quintus eſt prohibitio aſcẽſus malorum vaporum ad ipſos ſi fuerit ex membris inferioribus, & iam dictus eſt modus de ſoda per communitatem.

Sextus eſt confortatio dentium cum his quæ cõfortant ipſos quando cauſa ex debilitate virtutis eorum ꝓcedit. vt ſunt puluis cinnamomi, maſticis, origani, mẽthæ. item idem operatur radix berbenæ. agrimoniæ. quæ ſua proprietate cõuerſiuam dentium confortant. item olibanum, galla, myrrha.

Septimus eſt prohibitio additionis in corroſionem. Et hic canon pro ſui expeditione tribus alijs indiget. Quorum primus eſt & eſt octauus in ordine mũdificatio ſubſtantiæ corruptæ, Secundus & eſt nonus in ordine reſolutio materiæ lædentis. Tertius & eſt decimus in ordine defenſio dentis non recipiat materiam illam. Primus completur cum lotionibus factis ex vino, melle, hyſſopo, ſaluia adinuicẽ decoctis, & ſi opus eſt cum roſ. cũ ireos, & ſimilibus de quibus in præcedenti Rubrica ubi tractatẽ de collutionibus & ſupra de paſsionibus linguæ, & oris, & modera cũ frigidis ſi materia fuerit cholerica cum aceto, & aceto ſquillitico vt videbitur expedire. Secundus completur cum medicinis exiccatiuis & calidis reſolutiuis, pro quo canone nota alium ꝙ in forti putrefactione fortibus indiges medicaminibus, in debili vero debilibus. Exemplum primi incipiendo à debilioribus fiat collutio aut retentio in ore ex decoctione vini zinzib. corticum capparorum aut vtriuſq;, ſaluiæ, calamenti, piperis, & piretri, item etiã impletio foraminis ex pulueribus horum. Quod ſi non ſufficit trãſeas ad quam ardentem, item ad fortius ad aquam fortem, de qua in præcedenti rubrica. Et vltimo ſi non ſufficiunt ad cauteriũ de quo in præcedenti rubrica. Quod ſi locus carnoſus circunſtans fuerit putridus cura vt infra capitulo de diſpoſitionibus gingiuarum. Exemplum ſecũdi vt ſunt myrtus, licium, ſpica, & huiuſmodi in quibus eſt exiccatio cum ſtypticitate, & tu plura collige ex habitis in præcedenti rubrica. Tertius perficitur cum galla, & cypero quãdo ex eis impletur dens aut linitur, & galla ſola prohibet putrefactionẽ dentium. Item ſpecialiter in cauſa calida collutio oris ex aceto & eſt ſublimis, & tu nota quę de eo ſcripta ſunt in principio capituli. Item camphora eſt medicamen vltimum.

Et iuſquiamo cum ſtorace ſimul mixtis ineſt ꝓprietas mirabilis quando ſit ſuffumigatio per traiectorium dentis ſuper dentem corroſum Meſ. Et in hoc cõmendatur medicamen Alexandri medici cui fides in opere medicinali multum tribuenda eſt. ℞. opij. myrrhæ, ſtoracis ana. ʒ. ij. piperis alb. croci, galbani, ana. ʒ. j. confice conterendo cum roſ. & mitte in locum corroſionis. Quidam implent cum maſtice, quidam auro & quodlibet eſt bonum. & in ſumma adiuua te cum his quæ dicta ſunt in præcedenti rubrica. Cunq; iſta non contulerint, tunc cum ſcarpello ſiue celte dentem leuiter frangas & cum lima applanes cũ ſic quòd cibi non poſsint in eo retineri. Quòd ſi adhuc non ſufficient omnia quæ dicta ſunt tunc melius eſt vt eradicetur leuiter ſeruatis canonibus ſupra poſitis.

CVRA ſi ex limoſitate contigerit curetur cum mundificantibus & abſtergentibus dentes, ipſoſq; dealbantibus. de quibus in ſpeciali rubrica & tu ibi recurre &c.

*De vermibus dentium.* Rubrica. V.

VErmes in dentibus generantur ex putrefactione in eis inuenta à caliditate viuificatiua quemadmodũ in inteſtinis & alijs generantur locis. Quorum ſignũ eſt acuitas doloris cum motu eius, nã in ipſis ſentitur

continuus

continuus & in diuerſis locis motus.

CVRA ſine canonum multiplicatione fiat ſuffumigatio per traiectorium ex ſemine iuſquiami, ſemine porri, ſemine cepæ vel ex aliquo iſtorum cooperto capite. Itē ex his cum adipe caprino fiant pilulæ, & vna earum ponatur ſuper dentem. Item ex eiſdem collutio. Itē ex ſtorace, aloe, myrrha intromittatur, vel ex his ſimul fiat capſula denti. Item ad idem ſuffumigatio abſinthij.

*De dentibus commotis.* Rubrica. VI.

Dens cōmouetur poſtpoſita cauſa primitiua quę eſt à caſu vel percuſſione aut ex diſpoſitione quæ eſt in ipſo dēte, aut ex diſpoſitione gingiuarum in quibus figitur dens. aut ex debilitate virtutis, aut ex mala cōplexione calida hum. vel ſic. Cōtingit enim dentē in ſua ſubſtātia vbi prius erat pinguis poſtmodum extenuari ex defectu nutrimēti vt accidit ſenibus cōualeſcentibus & ſa melicis, quo caſu propter latitudinē orei dens cōmouetur.

Item qñq; hoc idē eis contingit propter corroſionem factam in radicibus ipſorū ex parte gingiuarum quia earum caro & pellicula eſt abbreuiata quibus ſuſtētabatur dens, & hoc voluit Auic. cum dixit. Propter abbreuiationē carnis ad hamur. Item propter earum corroſionē. Propter etiam largitatē orei in eis quæ poſſet ex ſuperflua ſiccitate cōtingere, quādoq; tamen natura hæc orea in pueris dilatat. nam primo excutit primos dentes inutiles maſticationi & debiles. deinde elargatis oreis ꝑducit maiores & fortiores cum debeant cibaria dura maſticare frāgere &c.

Ex debilitate virtutis ſicut accidit ſenibus & cōualeſcentibus ex mala cōplexione calida corrodente origines neruorū & gingiuas. Ex mala cōplexione humida, quia relaxante neruos & ligamēta quibus alligātur & cōſtringunt, quod etiā contingit ex mala humiditate gingiuarum, tunc enim non fortiter conſtringuntur vt patet.

CVRA Canones præſupponunt generales ex parte diætæ, euacuationum &c.

CVRA particularis canones. Primus & principalis qui eſt maxime attendendus. ꝙ cum dente moto euitet maſticatio omnino. ſit enim intentus ſorbitionibus ſi aliter fieri nō poteſt. Et breuiter oīa quæ poſſunt eſſe cā commotionis eius vt ſunt loquela. tactus eius cum digitis, uel ligno, frāgere res duras. Secundus ꝙ ſi fuerit ex eius extenuatione ſuccurratur cum cibarijs reficientibus. Sed hic nota ꝙ hic modus curæ eſt difficilis. non fit enim reſtauratio niſi in tempore longo, propter quod oportet tranſire ad ea quæ dentem firmant, & cōſtringunt vt ſunt frigida ſtyptica & hum. vt videtur. Aliquādo approximare poſſumus frigida ſtyptica & hum. vt eſſet oleum roſ. tamen ſecurius videtur approximare ſicut eſt balauſtia, myrtus, pſidia, achacia, ſandali, roſæ, hypoquiſtidos, terra ſigillata & huiuſmodi, de quibus ſupra quarto tractatu. Quòd ſi fuerit illic mala cōplexio frigida, tunc vtamur calidis ſtypticis vt eſt nux cupreſſi, charabe, alumen vſtum, cornu cerui vſtum, maſtix, laudanum, myrrha, thus, ſtorax. calamita, & hmōi allegato tractatu. Ex quibus fiant gargariſmata, collutiones, capſulę, linitiones applicationes pulue rum vt operationi congruentius videbitur.

CVRA eius quę eſt à caſu vel percuſſione eſt eodem modo. Sed ꝓpter dubium futuri apoſtematis ex caſu competit phlebotomia vel uentoſæ cum ſcarificatione, & hoc in principio ſicut in cęteris cōcuſſionibus vt quarta quarti. tract. ij. primo capitulo.

CVRA. ſi fuerit ex humiditate mollificante quæ fit ſecundum plurimum rememorata euacuatione & iterata ſeruentur duo canones. Primus eſt exiccatio humiditatis cum rebus ſtypticis calefacientibus & oppilātibus ex mediciois dentium. Secundus eſt adminiſtratio medicaminum ſtringentium & colligantium ligamēta dentium, & gingiuas, & abſtergentium humiditates.

Primus perficitur cum decoctione piretri, aut myrrhę. vel maſticis in aceto ſimplici vel ſquilliτico faciendo collutionem. Item decoctio nucum cupreſſi vel folliorum in aqua. Item aqua in qua decoctum eſt ſerapinum, aut alumen cum medietate ſui de ſale.

Secundus completur cum maſticatione maſticis & ex collutione eius cum balauſtijs, & roſis facta decoctione in vino ſtyptico. Et ex compoſitis magiſtralibus laudatis. ℞. ſtypitum vitis combuſtorum. ʒ. j. aluminis, iameni, piretri, ſpicæ. ana. ʒ. ſ. nucum cupreſſi combuſtarum. ʒ. ſ. ℈. j. cornu cerui vſti, centaureæ. ana. ʒ. ij. fructus thamariſci. ana. cyperi. ʒ. ſ. ſal gemmæ aſsi. ʒ. ſ. ℈. ſ. fiat ex eis puluis & annectatur dentibus. eſt confirmans & confortans dentes & ſtringit gingiuam lapſam & eſt expertum.

Aliud. ℞. cyperi ro. ſpicę aro. ſalis gemmæ, cornu cerui vſti. ana. fiat dentifricium uel aliter vt placebit. Aliud ℞. gallarum par. ij. myrrhæ par. j. corticis granatorum. ana. tere & applica ex eo in radice dentium & in gingiuis intus & extra mane & ſero, expertum bonum etiam ſi fuerit ex corroſione gingiuarum.

CVRA ſi fuerit ex corroſione gingiuarum dicet cura in ſequēti cap. Similiter ſi fuerit ex earum abbreuiatione, tñ dicit Auic. in hoc caſu cōferre alumen iameni mixtū cum xyloaloes aduſto, cyperi, balauſtija, & ſumach.

CVRA ſi fuerit propter vehementem ſiccitatem cura fiat cum humidis notis.

CVRA ſi fuerit ex debilitate, fortifica uirtutē, deinde procede cum ſtypticis dictis. Quòd ſi fuerit ex debilitate virtutis ætatiua. cura eſt difficilis forſaſſe & impoſſibilis.

CVNQVE hęc omnia nō cōtulerint oportet trāſire ad ligationē eorū cum dentibus qui non mouētur vt ingenietur operator cum filo ſerico ligare, aut filo lineo, vel aureo, & texere in modum ſepis. nam ſic retinetur tēpore longo, deinde adminiſtrare ſtyptica, & ſi ibi eſt mala humiditas abſtergenda, vt ſupra & infra de alteratione coloris dentium. Alij vero ligant cum filo aureo poſtponentes filum argenteum, quia fit viride. Albuc. Sed credo ꝙ fortius ligantur cum lineo vel ſerico licet non tantum duret, & confiſus eſt Albuc. reapponere hoc modo dentes ex toto euulſos & fractos caſu aut percuſſione. vnde formar ex oſsibus vaccinis dentes ſecundum quantitatē neceſſariam & reapponit loco deperditorū. Illud eſſet vtile his quibus deficiunt dentes in parte anteriori ꝓpter quod non ornate & debite enunciāt ſermonē. hæc faciliua dicuntur ꝙ fiant.

*De congelatione dentium. quæ Græcis αἱμωδία, noſtris autem ſtupor appellatur.* Rubr. VII.

Congelatio dentium in vulgari noſtro dicta ſpauento eſt ſtupor accidens dentibus.

CAVSA cuius eſt frigiditas cum ſtypticitate in eis retenta & impreſſa à rebus frigidis & ſtypticis; propter quod acetoſa, acria, & pontifica ſunt talia congelationis ſiue ſtuporis cauſatiua. Ex quibus apparet ꝙ etiā vapores à ſtomacho eleuati ab humore acetoſo ſunt talia accidentis productiui. Quandoq; hoc idem contingit ex imaginatione extimatiua cum præſens eſt ille qui maſticat acetoſum maſticando cum tranſmiſsione, vt Auicē. & cauſa cuius eſt philoſophica. & tu conſidera.

CVRA Canoñ. calefactio dentium. nam per calefactionem remouetur frigiditas quæ in cōgelatione ipſa eſt cauſa principalis, ſicut verbi gratia cū vino calido retento in ore, aut fricatio dentium cum ſale. & ſpecialiter aſsi, aut cum baccis lauri, aut maſticatio vitelli oui calidi, aut nucum, aut auellanarum. & ſpecialiter aſſatarum, aut fricatio cum eis. Item ad idem panis calidus, aut caſeus aſſatus, aut cepæ. Item maxime cōmendatur portulaca, & ſemen eius. & eſt ex maxime expertis ſiue fiat ex eis fricatio vel maſticatio. Sed tu dices, quomodo confert cum ſit frigida. Dicetur in dubijs.

### De alteratione coloris dentium. Rubr. VIII.

ALteranť dentes in colore ſuo aut à cauſa primitiua ꝓpter negligentiā mūdificationis oris,& corporis totius, aut membri particularis, aut ꝓpter nimiū vſum rerū dentes corrumpentiū.de quibus in princ.capl'i & ſpecialiter mellis. vſus enim eius maxime fœdat dentes, & dulcia pinguia vt ibi. Vnde notandum ꝙ ex negligentia remanet limoſitas circa dentes inficiens eos. Item ob negligentiā corporis eleuātur vapores à ſtomacho à toto vel ab alio particulari membro inficiētes. Item fit aliqñ aggregatio per has vias materierum in dentibus quæ tantam in eis morā contrahunt vt inde putrificenť. vnde eorꝫ remotio eſt difficilis. Qñq; uero & per ſubſtantiā eorum penetrāt materiæ malæ quæ ibi retētæ inficiunt colorem dentium ſcd'm ꝙ accidit cuti ex præſenti malorum humorū ad intra corpus, vt primo Aphor. cōmento.ij. Quòd ſi fuerint cholericæ color dentis eſt citrinus. ſi melancholicæ niger. ſi ſanguineæ rubeus. ſi phlegmaticæ albus.

CVRA Canõ.ſeruādi ſunt qnq;. Primus eſt regimen. Secundus alteratio. Tertius euacuatio. Quartus abſterſio & mūdificatio. Quintus reſolutio extractio & exiccatio.

Primus completur cauendo à rebus dentes corrupentibus. de quibus in princ.cap. Item ſpecialiter à vomitu ꝙ tandem ſi contingat fieri, poſt ipſum immediate fiat dentium collutio cum aqua roſ.& aceto.

Scd'a ꝑficiť cū cōtrarijs rectificātibus malā cōplexionē vbicunq; fuerit ſiue in ſtomacho vel capite vel alibi.

Tertius cōpleť cū euacuatiuis appropriatis materię peccātis, de qbus l.iiij.trac.uel phlebotomia ſi erit neceſſaria.

Quartus cū abſtergētibus,& abſterſiuū bonum eſt tartarū vini optimi pulueriꝫatū, cum quo fricenť dentes, deinde abluanť in hyeme cum vino calido,& in æſtate cum frigido. ad idē ſpuma maris, aut pumex cū quibus fricenť, vt dictum eſt. Item hordeum aduſtum, item ſal gemma.

Quintus cōpleť cum reſolutiuis extrahentibus,& exiccātibus vt ſunt piper, menthaſtrū, cū abſterſiuis dictis & fient inde dentifricia optima.& tu cōpone. Et ex laudatis. ℞. radicis ariſtologiæ.par.j.cornu cerui aduſti.par.ij.maſticis.par.iij.olei ro.par.v.teranť & adminiſtrenť. Aliud ℞. piperis albi ad libitum, & ex eo cum vino antiquo& melle fiant trochiſci,& exiccentur in furno temperatę caliditatis. Deinde ℞. ex eis.ʒ.ij.ſ.ſalis gemmæ.ʒ.ſ.℈.j. ſpumæ mar.ʒ.ſ.℈.ſ.ligni aloes.ʒ.ſ.fiat ex eis dentifriciū. eſt enim bonū abſterſiuum, & mundificatiuum. Aliud ℞. trituræ vaſorꝫ terreorum, ſalis gemmæ aduſti, cyperi albi aſsi.ana.ʒ.ij.ſpumæ maris, carbonum radicis cannæ. ana. ʒ.j.fiat dentifricium cum eis. Multa ac plurima exempla ponere poſſem, ſed hæc ſufficiāt. nam volenti componere ex datis plurima faciet. Quòd ſi copioſior fieri volueris quęre Meſue de hoc & in tract. de decoratione.

### DVBIA.

DVbitať an dentes ſentiāt. Quòd non arguitur, qm̄ nulla oſſa ſentiunt. dentes ſunt oſſa. ergo. maior eſt oīum philoſophorꝫ Ariſt.j.& iij. de anima. Pilis, oſsibus,& vnguibus nullus eſt ſenſus. minor eſt Auic. prima primi de anatomia oſsium.& ſcd'o de generatione animaliū. vj. cap.& v. de generatione. vlt.cap. Ad oppoſitū videť eſſe experiētia. nā plurimū dolēt & pro iſto eſt Auic. alle. loco inqt. Nullum ꝑterea oſſiū ſentit ꝑter dentes vllo modo. In hoc dubio diſcordati ſunt antiq. poſuerunt.n. quidā eos nō ſentire,& pro ſe adduxerunt has rōnes. Prima ꝙ ſemper in frāgendo & maſticando res duras ſequereť dolor quod eſt cōtra experientiā. Itē cū ſolutio cōtinuitatis ſit principalis & maxima cā factiua dolorū, tunc in eorꝫ fractione aut limatione ſentireť dolor, cuius oppoſitū oſtēdit experiētia. Dicūtq; ꝙ dolor, qui dente percipiť eſt in neruis gingiuarū qbus dentes eis alliganť. nā frequenter extracto dente remanet dolor. Itē ſi remoueť hoc eſt, quia materia hebet locū amplum & vacuū ex eradicatione dentis per cuius ꝑſentiā cōprimebatur, & dolorē cauſabat. Alij vt Auic. prima primi de anatomī. dentiū. vt ſupra.& ſeptima tertij. vt ſupra.& Ariſto.xxij. problem̄.& xxxiiij.& Gal. iij. de accidēti.& vt recitat Auic. prima primi. alleg. cap. expſſe ponūt dentes ſentire. inqt Aui. Gal. quidem dixit ꝙ experimētū nobis demōſtrat eos habere ſenſum de quo natura ſollicita fuit, eos cum virtute quę de cerebro prouenit, vt inter calidum & frigidum diſcernunt.

Pilis, oſſibus,& vnguibus nullus eſt ſenſus.

PRO DECLARATIONE dubij hmōi in quo practicabiliter,& poſitiue ſatis procedā. premittendum primo, ꝙ vt dictum eſt in prin.capl'i dentes oriūtur ex ſuperfluitate nutrimēti oſsium capitis & mandibularū, vt ſcd'o de generatione. alle. cap. Ex quo primo apparet eorum generationē aliorꝫ oſsium generationi poſteriorē eſſe, quod et in finē deduci debet cum aīa nō ſint neceſſaria ut aliqua oſſa qnto de generatione aīaliū. vlt.cap. Et poſſet inferri ſecunda. quare nō oēs ſimul generanť vt reliqua oſſa. nā illa oīa ſimul ſunt neceſſaria ad eſſe & cōplementū fœtus. dentes autē nō, et ideo natura quę nō deficit in neceſſarijs, neq; abundat in ſupfluis, vt qnto de generatione aīaliū. alle. ca. prius primos aptos ſcidere ꝑduxit. deinde alios maſticationi neceſſarios. nā prius tpe debet eſſe ibi ſciſſio. deinde maſticatio. Et poſſet īferri tertio cā quare pñt regenerari. nō ſic de alijs oſsibus. nā cum ex ſuperfluitate nutrimenti oſsium generenť remanēte nutrimēto diſtributo per oſſa poſt dentiū generationē ipſis dep̄ditis pñt regenerari. nā ibi eſt ꝑſentia virtutis & materię. quare. Et ꝓ intellectu correlarij & eorꝫ quæ pro parte dicta ſunt notandum ꝙ ex ſanguine mēſtruo. fiunt partes quatuor tpe impregnationis. ex vna quidē vna cum ſpermate viri qd' eſt cauſa efficiēs & ſicut forma generanť membra ſpermatica vt oſſa nerui & hmōi: vt Gal. ij. de ſpermate.& j. de generatione aīalium. vlt.cap.& Aui. Ex ſecūda nutriunť hmōi membra ſpermatica in quo remanſit virtus ſeminis & ex iſto nutrimēto ſupfluente generanť dentes,& ex iſto ſanguine nutriť fœtus. Ex tertia generať lac ſanguine trāſmiſſo ad mamillas tanquā vtilis tpe partus ejciť. hoc autē ſuperfluū nutrimētum per oſſa cranei,& mādibulæ diſſeminatū natura ſagax cōſeruat uſq; ad tēpus neceſsitatis,& tūc in principio cū dentes ſunt neceſſarij mittit pro dentiū generatione partē nutrimēti magis ſubtilē ex qua dētes generanť parui & acuti nō multū fortes. parui quidē quia modicā materiā mittit, acuti vt facilius penetrēt per gingiuas & abſq; minori dolore ſolutionē cōtinui faciant. Item vt orea ſeu foramina apertiora futuris dentibus magis & fortibus præparet. Nā facit ſicut bonus carpētarius qui cum vult foramen magnum facere prius perforat cū parua tribella, deinde magna ne aſſerem vel lignum perforandum frangat. Item hoc cum minori labore facit.

Natura neq; ī neceſſarijs deficit, neq; ī ſuperfluis abūdat.

Sed diceret aliqs, quare ergo in omni ætate nō generāť. Dicendū ꝙ ꝓcedētibus ętatibus deficit nutrimentū tale. vnde qñq; reſeruanť vſq; ad ætatē mediā inter ſpermatis emiſsionē & cōſiſtentiā quo tpe generanť neguedij. vt in princ. capl'i dicebať. Quòd ſi cōtingit in alijs ætatibus naſci hoc eſt ſatis rarū & mōſtruoſum quaſi, nō enim incōuenit nutrimentū illud ſupfluū à natura fuiſſe reſeruatū tanto tempore. Vnde audiui ſenē amiſiſſe dentes, deinde fuiſſe in eo reſtauratos. In multis tñ reperitur ꝙ in tēpore ſui ſenij eis oriť dens vnus vel duo. Tu tñ nota Aui. prima primi. de membris vbi inquit. Et illud quod eſt generatū ex ſanguine in quo adhuc virtus exiſtit ſpermatis dum nondum inter ipſum & ſpermatēpus interceſſerit niſi paruū, illud membrū qñ tolliť iterum naſci poteſt ſicut dentes in ætate pueritiæ, cum vero ſanguis ad aliā cōuerſus fuerit complexionē non iterum renaſceť. cōſidera. Et ex iſtis apparet etiā cauſa quare aliqñ in quibuſdā prægnātibus generanť dentes. in eis.n. reperiť materia, vt patet. & virtus & via ampliſsima de matrice ad mādibulas, vt ſupra.& j.ca.

Orea q́cunq; in parte ad inuenerīs foramia ſcd ligito.

Sed reddere cām quare in quibuſdā mulieribus accidit vt pro vnoquoq; filio cōcepto dentē vnum amittant difficile eſt. & tu cōſidera. & difficilius videt̃ quare viris accidat. q cum mulieres eorū impregnantur eis cadit dens vnus, ſpeculare. Ex qbus etiā trahi poteſt cā quare dētes anteriores ſunt ſubtiliores, poſteriores vero econtra. nam cum mādibula groſsior & amplior ſit, in parte poſteriori rationabile eſt vt ab ea parte plus multo de materia dentis emittat̃, & quāto amplior erit materia & maior, maior dēs debet generari alijs paribus. hoc etiā in fine poteſt deduci. nā cum res ori appreſentet̃ prius requirit eius diuiſionē & ſectionē q̄ triturationem vel maſticationē. quare anteriores debēt eſſe acuti. Et ex dictis apparet qūo dētes habēt vel nō habēt eandem materiam cum alijs oſsibus.

Scd'o dubitaret aliquis cū regenerari poſsint deperditi quare non reſtaurari cum ſunt fracti. nā difficilius videtur virtuti integrū dentē generare q̄ partē: ſed poteſt primū. ergo & ſecundū. Confirmat̃, qm̄ dentes continue creſcūt vt notat experiētia in equis, hominibus &c. & ſcd'o de generatione aīalium. vj. cap. ergo cum pars eius erit deperdita poſt. q̄ eſt parua materia apta cōuerti in dentē non uidet̃ quicquā obſtare quin reſtauret̃. cōſequēs tn̄ cōtra experiētiā, qm̄ videmus dentē fractū continue ſic fractū creſcere. Itē. iij. techni. Oſſa deperdita in infantibus regenerātur per viā primæ intētionis. ergo & dentes. tenet cōſequētia. per illud generale. Si de quo minus videt̃ ineſſe & ineſt. ergo de quo magis, ſed minus videt̃ q oſſa reſtaurent̃ cum careāt materia ꝓpria qua abundat natura pro reſtauratione dentiū, vt patet. ergo. & pro argumēto capias infantem. Axioma,

Itē dubitat̃ quare dens fractus ſm̄ ſuperficiē eius totā ut ſic dimidiatus, in reliquis partibus ſuis ſanus nō creſcit cū creſcere deberet ſicut non fracti, imo & magis qm̄ natura cum non deficiat in neceſſarijs deberet eſſe magis ſollicita circa eius augmentum vel ſaltem æque bene ſicut de alijs.

Item dens fractus ſecundum vnā partem tātum creſcit, ergo per idē & fractus ſecundū totam etiā ſuperficiē. Itē vngues fracti creſcūt, ergo & dentes fracti debēt creſcere. conſequentia videtur tenere, qm̄ ita reperitur materia pro augmēto dentis ſicut pro augmēto vnguis, & natura plus ſollicita eſſe debet de dente q̄ de vngue. Item videmus q vbicunq; ſit in corpore deperditio alicuius partis natura ſtatim ſollicita reſtaurat ſi poteſt per viā primæ intentiōis vt in membris carniformibus eſt videre, aut per viā ſecundæ aliquid loco illius producit vt oſsibus roſbot. quare ergo cū habeat materiā pro generatione partis dentis ipſam nō reſtaurat, aut loco eius aliquid nō reponit, vt capias puerū ſex annorum & argumentum forma. Et cōfirmatur, quoniā vt dictum eſt in princ. cap. dentes etiam in loco vtilitatē præbent vt prohibeant ſubitum ingreſſum aeris ad cor. ſi ergo produceretur roſbot vel aliquod tale videtur ex hoc finem ſuum natura adimplere, quod ſi nō faciet videtur deficere. De his omnibus expectetur reſponſio in fine determinationis dubij vbi ponetur tertiū præmittendū. Si quis tamen vellet formare quæſtionem theoricā & magiſtralem primo præmittat ꝑmittenda. ſecundo concluſiones. tertio reſponſiones ad obiecta. Ego autē hic poſitiue et practicabiliter locutus ſum. quare &c.

SECVNDO præmittendū, q dētes ſentire poteſt intelligi dupliciter. Vnomodo per ſe, ita q dentes ſint immediatū organū tactus. Aliomodo per accidēs, quia dens ſentit mediāte alio ſibi cōiuncto vt neruo. Et ꝓcedendo ſecundū hanc diuiſionē reſpōdet̃ ad dubium per has duas cōcluſiones. Prima q dentes per ſe nō ſentiūt. Scd'a q per accidēs ſentiunt. Prima cōcluſio declarat̃. quia ad hoc q aliquid per ſe ſentiat requirit̃ vt ipſum ſit neruus vel res neruoſa ſiue habens neruū. hoc enim volunt Philoſophi oēs. Ariſt. ij. de anima. ſed dens nō eſt hmōi. ergo. Itē organū tactus debet declinare ad humidū cū tactus cōſiſtat in pati. ergo. Itē à poſteriori ſi ꝑ ſe ſentiret maxime ſentiret dolorem ex ſolutione cōtinuitatis in eo, cū ipſa ſit potiſsima cā doloris, cuius oppoſitū notat experiētia. Scd'a concluſio declarat̃, qm̄ dens ſentit per neruos gingiuarum venientes à tertio pari qui alligant̃ radici eius. vnde iuxta radicē ſentit vſq; ad locum cui cōmunicat̃ ſenſus per neruū, & quia neruus non venit ad ſuperiorē partē dentis. hinc in eius ſuperiori parte non ſentit. & ideo limando & frangēdo eum non cauſatur dolor, ſed cum approximātur res calidæ, vel frig. quia tales procedunt de parte ad partē vſq; ad radicem. ideo ſentiūt. & quia cæteris oſsibus non cōmunicantur iſti nerui. hinc nō ſentiunt, & natura hoc fecit in finem bonum vt dentes percipiāt iuuamenta à nocituis. cum recipi habēt ab animalibus. vt etiā allegatū eſt ſupra ex auctoritate Gal. Et licet iſtę concluſiones videant̃ ſuperficietenus ſatisfacere, tamen contra ipſas eſt expreſſe auctoritas Aui. ſeptima tertij. de dolore dentiū inqt. Scias q dentes qñq; dolent propter cauſam doloroſam exiſtentem in ſubſtantia ipſorū ſcd'm q ꝓpoſuimus in eis quæ præterierunt, quia ſeptima tertij. in. j. cap. Et quandoq; eſt propter cauſam doloroſam exiſtentē in neruo qui eſt in radice eorum. nā opinio illa conatur ſoluere omnia inducta de dolore per ſenſum cōmunicatum eis per neruos gingiuarū. Ecce quomodo expreſſe dicit q p̄ter illum modum adhuc ſentiunt ſenſitiua virtute exiſtente in ſubſtantia eorū. vnde vt Auicē. allegato loco. Et quandoq; ſentiunt fricationem ſuam. Pro iſto videtur Gal. tertio de accidenti inquit. In dolore dentium tactus pati videtur. Et propter iſtas auctoritates & alias multas, vt. xxij. & . xxxiiij. problem. videt̃. Conciliator in annexo differētiæ. xliij. ponere alias cōcluſiones. Prima q dentes per ſe ſentiunt. quia ſubſtantiā habentē in ſe neruum. per ſubſtantiā, enim eorum, quia per radices diſſeminantur nerui ſenſitiui ad eos venientes ex tertio pari, vt ſupra. Scd'a q licet ita ſit eorū tamen ſenſus eſt obtuſus valde ſiue hebes, patet tertio: qm̄ eorū ſubſtantia eſt frigida dura & ſicca ſenſationi ſubiectū ſatis ineptū, ut ſupra hanc quoq; ſubſtantiā in finē dedit eis natura cū debebāt frangere & diuidere res duras, & hoc apparet quare in ſuperficie eorū ſunt quaſi ſine ſenſu modica vel quaſi ſine vlla virtute ſenſitiua cōicat̃, quod natura etiā in finē opata eſt vt ex eorū fricatione & contactu nō doleant. unde & terreſtria corpora eis occurrētia q̄ maxime parū ſentiunt reſpectu qualitatū actiuarum, quæ cum ſint ſpirituales magis penetrant. Et ſi dicatur q ſint acuti ſenſus & nō torpoſi ex uehementia doloris percepti.

Dicitur q illud accidit magis quādo dolor cōmunicatur neruis, aut pāniculis gingiuarū quibus ipſi eiſdem alligantur. Vnde ſi in ſumma dentes dicūtur ſentire, eo modo quo & caro ipſa ſentit. quod ſentire poteſt dici ſatis ꝑ ſe, quia per ſubſtantiam habentem in ſe neruos. Secunde dicūtur ſentire eo modo quo caro deperdita per abſciſionem, deinde regeneratur. Sentit quandoq; quia, ſcilicet ſenſum diminutū & torpoſum habet. Iſte tamen modus poteſt in primum reduci. & tu conſidera.

TERTIO præmittēdum propter quædā mota & dubitata particulariter ſupra q ad reſtaurationem fiendā partis deperditæ requirunt̃ duo principaliter. Primū eſt ꝓductio partis deperditę. Scd'm eſt inuiſcatio eius cū alijs partibus. Ad ꝑfectionē vero primi reqrit̃ fortitudo virtutis aſsimilatiuæ, cōuenientis inſtrumēti caliditatis. ſ. debitę, ſiue cōplexionis. cōmoditas viæ per quā debet nutrimentū trāſire ad locū. Vltimo debita quantitas materiæ.

Ad ſcd'i vero cōplementū requirit̃ humiditas uiſcoſa, & pororum apertio ſiue latitudo per quā humiditas illa mitti poſsit. Ex qbus apparet rñſio ad dubitata ſupra. quare fractus dens nō pōt reſtaurari, quia & licet materia repiat̃ deficit ex pte virtutis aſsimilatiuę. nā dens ipſe fractus eſt æger. ideoq; virtus aſsimilatiua eius debilitate non poteſt inuiſcare partē cū parte vt tpe ſanitatis. ad qđ cōcurrit q eius inſtrumentū vt caliditas ſiue cōplexio eius eſt multū

debilitata. nam vt dictum eſt dens eſt valde obtuſi ſenſus præcipue ſm partẽ ſuperiorem. ideo ex modica cauſa ita debilitaẽ vt quaſi reddatur vt res mortua. nã continue ab extrinſecis alterãtibus lædiẽ & caliditas eius diminuitur, ex parte frigiditatis extrinſecæ fit ſuorũ pororum clauſio. quæ ita modica fieri nõ poteſt ꝙ ſm ſe totos ſaltem parte nõ fracta ſit cõpleta. quare nutrimentũ per ipſos penetrare nõ poteſt, & ex cõſequenti non poteſt fieri reſtauratio.

Roſbot arabib[9] oſſiũ cõ ſolidatio nũcupatur.

Et ex iſto apparet quare non ſit in eis roſbot. nã ad roſbot generationẽ requiritur apertio poroſitatum per quas poſſit penetrare materia humida viſcoſa. Cum autẽ eo tẽpore illud in dente nõ reperiaẽ, nec etiã materia viſcoſa humida ꝓpter vehementiorẽ ſiccitatẽ dentis hinc non generaẽ. ad quod concurrit debilitas caloris innati, vt dictum eſt. Itẽ etiã dens non recipit iuuamentũ accidentale à partibus vicinis quẽadmodum recipiunt oſſa in ſuis partibus. Vnde credo ꝙ ſi aliquod os in ætate adhuc infantię in extremitate ſua frangeretur & dimitteretẽ diſcoopertum, ita ꝙ aer cõtinue eum penetraret ꝙ nedum reſtauraretur, ſed corrumperetẽ. Non enim ſic corrũpitur dens propter eius ſiccitatẽ. Ex his etiã apparet propter quid nõ creſcunt radices dentiũ ægrotum dimiſiſſe poſt dentium illorũ extractionem. Et ex his etiã infertur ꝙ virtuti regitiuæ totius ſtante præſentia materiæ dentis facilius eſt totum vnum dentẽ producere de nouo q̃ partẽ vnius deperditã reſtaurare. patet correlariũ, cũ natura faciat ſecundũ & nõ faciat primũ. nã ſemper agit quod facilius agere poteſt. Et ex his patet cauſa quare ꝓducũ dentes dictos baſtardi ſic dicti, quia oriunẽ extra rectã lineã, quemadmodũ filij qui ex recto non naſcunẽ matrimonio dicunẽ baſtardi. nã cum cranium & mãdibulæ ſunt multũ humida, tunc ſuperfluit eis nutrimentũ quod eſt materia dẽtis. Natura itaꝗ de poſſibilibus facit quod melius eſt. vnde ex illo generat dentẽ, & quia inuenit locũ rectum occupatũ producit illum per locũ mãdibulæ ſibi uicinum extra lineã rectam. Et ex iſto apparet ꝙ facilius eſt ei de nouo producere dentem q̃ fractũ reſtaurare. Vnde pro complemento dubij dicitur ꝙ oſſa infantium habẽt de materia multa & ſunt humida & virtus eſt fortis, ut tertio techni. ideoꝗ reſtaurari poſſunt; Quod de dentibus non cõtingit ꝓpter debilitatẽ virtutis: ad quod cõcurrit eorũ dentium ſiccitas multa quæ impedit conſolidationem. De vnguibus vero ſecus eſt. nã vngues non vere creſcũt & nutriuntur, ſed per iuxta poſitionem & impoſitionẽ partis poſt partẽ vltimo natura nõ facit roſbot, neꝗ aliquid aliud, quia non poteſt ex debilitate, & impedimento aliorũ quæ dicta ſunt. Et cum dicitur natura poteſt producere facilius partem. Dicitur ꝙ natura alijs paribus bene debet poſſe ꝓducere partem dentis melius q̃ totum dentem, ſed cætera non ſunt paria, vt patet.

Dentes (quod aiũt,) baſtardi cur ꝓducantur.

Vtrum dens ſit alijs oſſibus durior relinquo diſputantibus. Et hæc de dentibus.

NOTANDVM ꝙ vt dictum eſt dentes ab alijs oſſibus differunt, quia creſcunt alijs oſſibus nõ creſcentibus. nã ſi alia oſſa continue creſcerent neceſſe foret & animalia cõtinue creſcere. cõſequens eſt falſum contra ſententiã Ariſt. ij. de generatione animalium. vj. cap. inquit. Eſt enim aliquid omnibus animalibus terminus magnitudinis ꝓpter quod, & oſſiũ incremẽti. & ſcd'o de anima. Omniũ natura cõſtantiũ ꝑpoſitus eſt finis magnitudinis & augmẽti. Et cã fuit q̃m in cõtritione & ex eorũ cõtactu minuuntur. vnde ſic cõtriti deficerent niſi cõtinue creſcerẽt.

DVBITATVR à quibus lædunẽ dẽtes, an à frigidis, an à calidis. Quod à calidis, q̃m caliditas eſt qualitas magis actiua. Quod à frigidis probatur, q̃m ab eis citius congelationem recipiunt quæ eſt paſsio ipſorum magis. Dicendum ꝙ naturaliter magis à frigidis nocentur vniuerſaliter. frigiditas, enim oſſibus vniuerſaliter eſt inimica, & caliditas amica quinto Aphor. Aph. ij. Nã caliditas eorũ pauca à frigiditate extinguiẽ, quæ à caliditate ſuaẽ & intelligiẽ hic de calidis & frigidis actu. & pro iſto eſt ſnĩa Ari. 34. proble. ꝓblemate. ij. Propter ꝙ dentes frigus magis ſentiunt q̃ calidum. caro autem econuerſo.

DVBITATVM fuit an dentes poſſint apoſtemari cum ſint oſſa. non enim videntur in ſeipſis tumorem poſſe recipere quod requiriẽ ad apoſtematis generationẽ, vt differentia. xcv. Præmittendũ primo ꝙ apoſtema cõtingit dupliciter generari. Vno quidẽ modo per viã reumatiſmi ex venis arterijs in ſpongioſitates membrorum. Alio modo per viã paulatinæ cõgeſtionis, hoc eſt ex ſuperfluo nutrimẽti. Secundo præmittendũ ꝙ duplex eſt apoſtema, ſcilicet verũ & non verũ. Verũ quod habet tumorem manifeſtũ cum mala cõplexione, cõpoſitione, & ſolutione cõtinuitatis. Non verum quidẽ quia quandam ſimilitudinem cum vero dictum. Vnde Serap. lib. ij. de dentibus. Si dentes viriditatẽ in ſuo toto recipiunt corpore, tũc non mirandũ ſi conſequaẽ eas, quod ſimile apoſtemati exiſtit. Et iuxta hoc ponuntur cõcluſiones. Prima ꝙ dentes & uniuerſaliter oſſa nõ poſſunt apoſtemari primo modo. patet, quia talia membra carẽt illis ductibus per quos debent fluere humores in eorũ poroſitatibus. Scd'a concluſio dentes poſſunt apoſtemari ſcd'o modo. patet cõcluſio. nã ex ſuperfluitatẽ nutrimenti recepti poſſunt intumeſcere, quia retenta prima ſuperfluitate & quodã modo indorata ſuperueniente alia, & iterum alia ex his aggregatis & retentis fit tumor & putrefactio. Tertia cõcluſio, ꝙ licet ita ſit tamen dentes non apoſtemantur vere. non enim habent tumorẽ manifeſtũ cuiuſmodi habent minora media inter minora quæ ſunt in vltimo durit iei & mollitiei vt muſculi, & his ſimilia. Quarta concluſio dentes poſſunt apoſtemari apoſtemate nõ vero. patet cõcluſio ex dictis. Vnde in ſumma dentes quandoꝗ extenſionem & tumorẽ patiuntur gratia neruoſæ partis eis coniunctæ.

DVBITATVR quomodo confert in paſsionibus dentiũ ſpolium ſerpentis cum videaẽ eſſe quid venenoſum. Dicendum ꝙ ſpoliũ nõ eſt venenoſum, neꝗ alia ſuperfluitas animalis venenoſi. & ideo ſtercus lacertæ viridis quod multũ ualet in ſuo caſu ſecuriter adminiſtraẽ. venenum quoꝗ reſeruatur in capite cauda, & viſceribus aĩalium uenenoſorum tm̃. ideoꝗ cum ſpoliũ ſit ſicut ſuperfluitas ſecuriter adminiſtraẽ. vnde bullitũ in oleo & denti applicatũ mirabiliter confert, vt ſupra. Sed tu dices hepar lacertæ viridis eſt ex viſceribus, & tamen laudatur. credo per viſcera intelligenda inteſtina. Sicut enim in homine cholera quæ eſt humor acutus valde ad inteſtina mittitur vt extra cum ſtercoribus expellatur, quãuis etiam gratia officij ad ea mittatur ſicut venenum in animalibus vt ad caudam, ſunt enim fortaſſe inteſtina via tranſitus veneni ad caudam. & tu conſidera.

DVBITATVR cum calida cõferant in ſtupore vel cõgelatione dentium quomodo portulaca quæ eſt frigida iuuat, quæ ita in caſu iſto cõmendatur. Dicendum primo cum Aui. ſcd'o can. ꝙ delet ſtuporẽ dentium propterea ꝙ lenit aſperitatẽ. Scd'o dicitur ꝙ hoc agit, quia minuit ſtuporẽ ꝓpter minorẽ frigiditatẽ eius q̃ ſit frigiditas inducta à rebus acetoſis. Vnde Aui. tertia primi. de cõſeruandis extremis à frigore inquit: Quidam ponunt ea in frigida aqua & ſentiunt vtilitatem ac ſi ab eis nocumentum remoueretur ſicut in fructibus accidit congelatis cum in aquã proijciunẽ frigidã, quia confert & hæc indigẽt bene vtiliori & philoſophica ꝑſcrutatiõe, qđ theoricis relinquo.

NOTANDVM ꝙ materia exiſtente calida & in fluxu cõpetit phlebotomia vt dictum eſt. ſed ante phlebotomiam deberent præcedere frigida ſtyptica ſiſtentia catarrhũ, vt ſandali, roſæ, camphora, nenuphar & hmõi. de quibus de catarrho, & ſic ingroſſato catarrho & obtuſo fiat phlebotomia. nam ſi prius fieret intenderetur fluxus.

NOTANDVM vlterius, ꝙ quia facta eſt mentio de gallis ꝙ q̃ volumus conſtringere eligaẽ galla viridis

non perforata

non perforata, quã vero magis exiccationi ſumus intẽti eligatur perforata ſicca, & quã in paſsionibus dentiũ magis attẽdimus conſtrictioni. hinc ipſis debemus vti viridibus.

NOTANDVM q dentes quantũ ad ſubſtantiã, colorẽ &c. dicunt membra ſpermatica, ſed nõ vere. Quãtum vero ad officium, vt patet ex eorum deſcriptione dicuntur membra officialia, membra vero ſpermatica generãtur ex ſpermate & ſanguine, vt ſupra dentes vero ex ſanguine menſtruo habent vim ſpermatis, & ideo non ſunt vere membra ſpermatica.

DVBITABIT etiam quis rationabiliter quomodo habent apri dentes ita magnos, acutos, & duros cũ ſint animalia multum humida. Dicẽdum q hoc factum eſt ex fine à natura ipſa, cuius ſagacitati non eſt finis. dedit enim animalibus multa loco armorũ præter cõplexionem natura, vt apro dentes acutos, & bobus cornua, & equo ſoleas, & lepori leuitatem pedum, & ita cõſimilr de alijs.

APHORISMI.

Ex. iij. Sectione. xxv. Aphor.

In progreſſu vero cum iam dentium incipiũt, gingiuarum, prurigines, febres, cõuulſiones, alui profluuia, & maxime cum caninos edunt dentes, & ijs præſertim pueris, qui craſsiſsimi ſunt, & aluos duras habent.

Ex. iiij. Sectione. liij. Aphor.

Quibus circa dentes in febribus, quidam lentores naſcuntur, his fortes fiunt febres.

## De diſpoſitionibus gingiuarũ, & labiorũ. cõtinens Rubricas. xi. Capitulũ. VIII.

### De anatomia, deſcriptione, ac complexione labiorum, & gingiuarum. Rubrica. I.

LAbia ſunt membra cõpoſita ex neruis, carne, pãniculo, & cute mira mixtione, ita q cutis à carne, & caro à neruis ſeparari non poteſt, neq; pãniculus ab eiſdẽ. Et dicitur mira, quã nerui ſunt ita mirabiliter carne cõmixti q labia cum eis mouent ad omnẽ differentiã poſitionis, ita vt muſculi nõ ſint eis neceſſarij. nã ex grauedine muſculorũ videretur ſequi impedimentũ potius in motibus eorum, ita Mundino placuit. Sed Aui. videt ponere muſculos ꝓprios deſeruientes eis in ſuis motibus vltra illos q ſunt in labijs & iuxta alios cões, & ſunt hi numero. 4. Duo enim veniunt à ſuperiori parte in rectitudine duarum maxillarũ genarum & cõtinuantur prope eius extremitates, & duo ſimiliter ab inferiori, & hi quidẽ vt labiũ moueatur ſufficiunt. & Gal. ix. de iuuamẽ. inquit. Et muſculi qui mouẽt duo extrema narũ & labiorum & maxillã. Ex quibus verbis manifeſte comprehendit q labia muſculos habẽt. Poſſet tñ hic reſponderi q muſculos cões habent & nõ proprios, ſed poſtea auctoritas Aui. eſt expreſſe in oppoſitũ cõſidera. De gingiuis vero dicendũ q ſunt membra cõpoſita ex carne, neruis, & pãniculo. nã adhærent radicibus dentiũ qui dentes in eis profundant & per earũ neruos alligãtur atq; ſenſum recipiunt, vt in præceden. cap. Et dicit pãniculo, quã pãniculus cooperiens labia, & hingiuas, palatum, & vniuerſaliter membra intrinſeca oris eſt pãniculus ortus ab intrinſeca tunica meri cõtinua cum intrinſeca tunica ſtomachi. nã mediante ipſo ſentiunt illa membra. propter quod in futuro vomitu tremit labiũ inferius. Ex his patet tex. Auic. prima primi. de generatione humorũ. cum inquit. Nutriẽs maſticatione aliquã habet indigeſtionem. conſidera. Ex quibus inferri poteſt cõplexio horum membrorũ compoſitorum. nã cum pars carnea ſuper alias multũ obtinet non irrationabiliter ponent calidæ cõplexionis. vnde & Ariſt. ij. de partibus animaliũ. iij. cap. ea carnea eſſe dixit. Et iuxta hæc ponit eorum deſcriptio. Labia ſunt membra compoſita ex neruis, carne, cute, & pãniculo ad cooperiendũ os, & dẽtes ad decorẽ, ad retinendã ſaliuam, & ad debitam vocẽ formandã finaliter creata. vnde ſi dentes non ſtarent labijs cooperti multũ inde læderentur. Nec plurimũ literarum cõdecens expreſsio fieri poſſet. vt. ij. de partibus aĩalium. xiij. ca. circa finẽ. Et cõſimiliter dicat de gingiuis. Nam gingiuæ ſunt membra carnea ex neruis, & pãniculo cõpoſita in vtilitatem dentiũ, oris q; decorẽ finaliter inuẽta. & hæc omnia ex dictis ſunt manifeſta. Et ſi gingiuæ, & labia multas poſſint pati ægritudines. tñ de his principalibus dicet ex quarũ cura patebit facile quid in cæteris agere oportebit. Et vt ducem meum ſequar initium faciam de gingiuis.

### De apoſtematibus gingiuarum. Rubr. II.

APoſtema gingiuæ eſt tumor eius præternaturalis. CAVSA cuius ſecundum plurimũ eſt materia phlegmatica à capite nõ raro deſcendens. Et dicitur ſecundum plurimum, quia aliquã à materia cholerica contingere poſſet, & tactus dolor & color in hoc diſcernunt. Et dicitur à capite non raro, quia à ſtomacho & ab alijs membris vt fumis ab eis eleuatis poteſt contingere, vt puſtulæ oris in hydrope. Et ex eis quædam ſunt recentia, quædam antiqua, recentia facilius, inueterata vero difficilius curam recipiunt.

SIGNA apoſtematum gingiuarum ſunt ſicut reliqua ſigna aliorum ex parte acuitatis & remiſsionis doloris, rubedinis citrinitatis, albedinis, tumoris, caliditatis & huiuſmodi ex iuuantibus & nocentibus, de quibus ſæpe, vel de alijs apoſtematibus. & tu ibi.

CVRA. Canones in calido ſanguineo aut cholerico ſanguini admixto.

Ordinatio diætæ, & ſcit ex dictis de dẽtibus, & de ſoda.

Secundus euacuatio cum phlebotomia ex cephalica, & appoſitio ventoſarum. & ſi opus eſt vſq; ad ſcarificationem earum. Item phlebotomia pertinet circunſtantiũ, vt ale echerich modo Auic. i. in circuitu loci vbi oritur barba. Item euacuatio cum thamarindis viol. prunis, caſia & huiuſmodi habentibus cum ſua euacuatione remittere feruorem ſanguinis, & choleræ.

Tertius ſi opus eſt adminiſtratio æquãtium materiam vt eſt ſyrupus viol. acetoſus, nenupharinus, et huiuſmodi. de quibus. iiij. cap.

Quartus eſt adminiſtratio repercuſsiuorũ in principio, cum qbus eſt ſtypticitas, ut ſunt ro. ſandali, plantago, acetum, corallus, agreſta, galla, lutũ ſigillatum, diamoron, ex quibus cõpone, vt in de dentibus dictũ eſt faciendo collutiones, & huiuſmodi, & ad extra, & ad intra, vt magis placebit. Item valet collutio ex oleo roſ. Deinde in augmẽto procedat cum repercuſsiuis & reſolutiuis vincentibus repercuſsiuis vt in cura aliorũ apoſtematũ dictum eſt. Vt verbi gratia. ℞. myrti, balauſtiarũ, portulacæ, ſpicæ. maſticis. ana. bulliãt in aqua & fiat collutio oris. Item collutio facta ex oleo roſ. in quo aliquid ſpicæ bullierit. Item oleum maſticis in quo roſæ bullierint, aut aliquod tale infrigidatiuũ. & habet hoc oleum proprietatem in ſedando dolorem gingiuarum. Procedaturq; deinde in ſtatu cum reſolutiuis ſolis, de quibus reſolutiuis te copioſum faciam ſtatim cum de frigido curam potuam.

CVRA in frigido apoſtemate ſeruato cañ. ex parte diętæ. Fiat euacuatio materiæ cum reſpicientibus eam. de quibus ſupra de ſoda frigida. & ſi opus eſt tranſeat ad digeſtiua. pro quibus recurre vbi dictũ eſt. Tertio adminiſtrent repercuſsiua quibus ſint calida ſtiptica, non tñ multæ caliditatis admixta. vt uerbi gratia. oleum roſ. vt dictũ eſt de calido cõmiſcẽdo reſolutiua cum repercuſsiuis. Vltimo vtendo reſolutiuis fortioribus q̃ in calido. Calida reſolutiua in paſsionibus gingiuarũ conferentia ſunt mel, alumen, aqua ſalſa in qua condiuntur oliuæ. ariſtol. calamentum, cupreſſus, maſtix. origanum, ruta, ſquinantum,

thamariſcus,

thamariſcus, berbeita, aloe, butyrum, caſſia, fiſtula, cicer, abſinthium, apium, cubebe.

POSTREMO ſcito q in calido & frigido apoſtemate gingiuarũ non parũ conferunt diuerſionẽs. Vnde cum dubitaẽ de magnitudine eius fient & ſtatim à principio poſt euacuationẽ ita q diuerſio ſit cañ. tertius in ordine. Quòd ſi apoſtema deueniet ad ſaniationẽ, & aperturam ponentur cañ. in Rubrica ſequenti de vlceribus earum.

## De ulceribus gingiuarum. Rubrica. III.

VLcera gingiuarum ſunt vulnera putrida earum.

CAVSA quorũ eſt materia naturaliter acuta, aut per putrefactionem ſiue aduſtionem genita. Phlegma vero quãdoq; putreſit, & putrefactum apoſtemata vlceroſa generat, & conſimiliter melancolia in eius aduſtione. Vnde notandum q vlcerum gingiuarũ quędam recentia. quędã inueterata. Et ex recẽtibus quędam ſuperficialia, & hæc dicunẽ pura ab Auic. & ipſa curantur cora alcõle. de qua. vj. cap. quędam pfunda non multum, & hæc dicunẽ ab eo incipientia. Et ex antiquis quædam corroſiua mala & non multum. & hęc dicuntur ab Auic. corroſiua incipientia. quędam corroſiua mala & multum & talia ſunt cancrenoſa.

CVRA cañ. in recenti pfunda & non multũ. Præmiſſis canonibus neceſſarijs pro cura eorũ poſitis in præcedenti Rubrica ex parte diætæ. euacuationis duo tantum adduntur cañ. particulares. Primus mundificatio, & abſterſio. Secundus eſt conſolidatio cum confortantibus, & conſtringentibus gingiuas.

Completur primus cum decoctione roſarum, fóliorũ ſalicis, ſumach corticum granatorũ in aceto, aut uino et ſimilium. Item diamoron cum aqua hordei, & eſt ſublíme. Itẽ cum ariſtologia, origano & huiuſmodi. Tu enim intereſt cõponere calida cum frigidis ſecundum imminentem materiam. Item valet collutio facta cum lacte aſinæ.

Perficitur ſecũdus cum alumine cõfricato ſuper ea, aut collutio facta cum aceto decoctionis, & eſt pprium. Item decoquanẽ alumen balauſtiæ ro. cortex granatorũ in aceto & fiat collutio. Item fiat puluis. ℞. cupularum glandium roſ. corticum, thuris ſanguinis drac. farinæ orobi, cyperi, & vtere. & cætera dicta de cõmotione dentiũ in hoc caſu valent. & tu illa conſidera. Paucis claudo hic, quia in fine plura ex laudatis ponam compoſita.

CVRA in corroſiua mala quę diſtincta ſunt in multum & nõ moltum mala. nã fiſtoloſa ſunt mala & multũ, ſed tñ pro nunc dicunẽ non multum mala per cõparationem ad cancrenoſa quæ dicunẽ multum mala. quia ſunt in vltimo malitiei, & tibi ſi placet terminis vtere ad libitum. Et non ſis immemor canonum poſitorum in præcedẽti. Rubrica ex parte diętę, phlebotomiæ, ac alterius euacuationis vt materia expetit. Quibus peractis deſcende ad hos particulares. Primus mundificatio virus, & putredinis, & partium putrefactarum ſi quę ſunt. Secundus eſt incarnatio. Tertius eſt conſolidatio.

In cõplendo primum fiat primo mundificatio cum leui mundificatiuo ſolum ad mundandum materias q ſunt in ſuperficie quæ impedirent operationem medicaminis fortis debentis conſumere partes putridas, & filtroſas. vt verbi gratia cum melle roſ. & aqua hordei. Deinde ponaẽ medicamen forte cõſumens &c. vt tẽta linita ex calcadicõ. cuius deſcriptionẽ quære in Meſ. de cura polypi. & poſita eſt, ſupra de polypo. v. cap. uel imponaẽ aqua fortis aut arſenicum ſublimatũ, & modicum repreſſum & adde tale. pro quibus recurras ad ea q ſunt poſita, ſupra. v. cap. de polypo. vbi poſiti ſunt cañ. aut qui in caſu iſto ſunt vtiles. & tu relege eos. Tertio loco mundifica cũ forti mundificatiuo vt eſt acetum ſquilliticum & eſt pprium, & ſic pcẽdas donec caro pura ſeu bona videbiẽ. Quòd ſi autem adhuc indiges medicamine acuto, diſtempera trochiſcos calcadicon cum modico oleo ouorũ & iniice fiſtulẽ pōce, & inde procedas ſic vſquequo caro pura apparuerit. Quòd ſi dolor fortis ex eorũ applicatione ſuperuenerit, qui multum impedit virtutẽ eam debilitando, tunc teneat patiens in ore oleum roſ. cõquaſſatum cũ albumine oui, aut lacte donec remiſſio doloris fiat, aut ponaẽ in loco corroſo philoniũ, vt Aui. nã tũc ſedatur dolor, & natura fit fortior & bonæ digeſtioni intenta, ſed non eſt eo multum utendum, quia natura amplius debilitaẽ. Quòd ſi omnia non contulerit vltimo deueniaẽ ad cauterium, & cauterizeẽ quouſq; remotæ fuerint partes putridæ carnis, & oſsis, & fiat oſsis abraſio ſi fuerit neceſſaria. Item ſi neceſſarium videbitur, quia concauitas bene diſcerni non poſſet extrahatur dens, laudatur hic cauterium de cupro de quo in dubijs.

Sc'dũ cañ. completur cum medicamine incarnatiuo vt ſunt cortex thuris. ſang. dra. aloe, myrrha, ſarcocolla, & ſimilia. de quibus ſupra. iiij. trac. & de polypo. quibus attribuas viciſsitudinem, ita q facta mortificatione fiſtulæ, & ſedato dolore abluatur os cum vino decoctionis mellis, & thuris, poſt quod linias cum linimento facto ex dictis aut ex puluere eorum. vt verbi gratia. ℞. thuris, myrrhæ, ſang. drac. ſarcocollæ, maſticis. ana. fac puluerem aut cum melle linias.

Tertius adimpleatur cum medicinis coadunãtibus carnem gingiuarum de quibus in de cõmotione dentium.

CVRA ſi cancrenoſa fuerit. Tunc procedatur primo cum leuibus. ſc'do ad fortiora deueniamus & tertio palleamus. Exemplum primi, fricetur prius gingiuæ, & exprimatur ſanguis malus, deinde lauenẽ ſæpe cum aceto ſquillitico, cum decoctione foliorũ oliuæ, deinde liniantẽ cum tali medicamine. ℞. vtriuſq; aluminis, ſalis aduſti, gallarũ, pſidię, cupularum glãdium, cinnamomi, garyophyl. myrti, ariſtol. ſaluiæ roſ. oſsium dactylorũ, tibiarum cancrorũ aduſtarum. ana. par. j. pulverizentur & cum aceto ſquillitico, & melle miſceãtur, & liniantur. Quòd ſi iſta nõ contulerint tunc pcedatur ad fortiora vt ſunt trochiſci aſfodillorũ, calcadicõ. de quibus Auic. in. v. cañ. aut ponaẽ aqua fortis. Alter & vltimo ad cauteriũ actuale aureum, vt Meſ. vſquequo remouebiẽ faciẽdo lotionẽ, vt ſupra & mitigando dolorẽ, vt ſupra. Et nota q vbi ſperatur remotio integralis cancri q tunc conſulo pcedi cum cauterio. vbi vero nõ, procedaẽ oppoſito modo, ſcilicet palliando cum rebus frigidis, ſiccis, non acutis, non mordicatiuis. & hæc eſt ſententia auctorũ medicinæ, ſed bene inſpiciantur eorũ dicta de cancro. Et pro cõplemento capli addo ex cõpoſitis quędã laudata in caſibus poſitis. Medicamẽ ad corroſiones, & putrefactiones gingiuarũ abſtergit, & cõſolidat. ℞. aluminis iameni aſsi, & extincti in aceto, & carthami, & auripigmenti ligatorũ in panno lineo, & infuſorũ in aceto die, ac nocte. deinde vſtorũ vt fiant ſicut carbo, & extinctorum in aceto. ana. par. ij. ʒ. oſsium cancrorũ uſtorum, roſ. ſiccarũ cum pedibus ſuis, piperis nigri aſsi. ana. par. ij. fiat puluis ſubtilis, & vtere poſt ablutionẽ cum aliquo ex liquoribus dictis. eſt enim efficax. Aliud & eſt Meſ. cõferens corroſioni, putrefactioni, alcolæ, mollificationi gingiuarũ, cõmotioni dentium calefactorum, & eſt medicina propria ſi Deus voluerit. ℞. origani. fructus iuniperi, balauſtiarum, ſumach, aluminis utriuſq; gallarum, corticum granatorum, ſerpentariæ, mirabol. citrinorum, cineris vitis, ſpumæ maris, ſalis indi, piperis longi, baurach, coſti, chelidoniæ, liquiritię, gummi arab. dragaganti, ſpodij. ana. aur. j. tere & confice, & vnge gingiuas, & dentes, & fiat gargariſmus cum eo cum ſyrupo aceto ſo.

Expertum aliud ſanans putredinem atque cancrum earum. & eſt Alexan. ℞. colcotar aduſti, aceti ſquillitici partes cõuenientes, tere ea fortiter & linias gingiuas. Idẽ operatur vnguentum ægyptiacum factum cum aceto ſquillitico. & ex his pluribus poſitis poteſt curioſus ponere plura cum paucioribus ſimplicibus. & tu bene conſidera.

*De mollificatione gingiuæ.* Rubrica. IIII.

MOllificatio gingiuæ eſt quædam relaxatio facta in ea ab humiditate calida vel frigida, cuius cōplexionem ſenſus tactus ac viſus manifeſte declarat hoc modo diſtinguatur. Nam ex ea quædam parua. quædam magna.

C V R A. Canoñ. in parua ex materia calida. Tu enim poſitis canonibus ex parte diætę phlebotomię, ac aliarum euacuationum vtere vt opus erit. Deinde tranſeas ad cañ. particularem qui eſt infrigidatio hoc eſt ꝓcede cum frigidis ſtypticis vt eſt balauſtia, glādes ſiccæ, vel hum. & ſic de alijs. de quibus ſæpe, ſupra. iiij. trac. Laudatur tñ hoc caſu maxime decoctio aluminis in aceto, & diamoron, & decoctio gallarū viridium & ſiccarū in aceto. In frigida vero cum calidis ſtypticis reſolutiuis vt ſunt maſtix, nux cupreſſi, mentha, origanum, alumen, amurca oliuarū, aqua ſalſa in qua cōdiunť oliuæ, ariſtolochia, cornu cerui vſtū, thamariſcus, & hmōi. ex his cōponendo, faciendo, ſcilicet collutiones aut fricationes ex eorū puluerībus, vel linitiones cum melle, vel aliter vt placebit. In magna vero ſic ꝓcedatur, ſcarificetur gingiua, & fiat expreſſio leuis, & dimittatur fluere humiditas ex ore, deinde fiat collutio ex dictis ſtypticis ſm ꝙ materia exigit, & ſint collutiones tepidæ in hyeme. Cōfectio linimenti adminiſtrandi poſt collutionē. ℞. ro. cum capitibus ſuis piperis. ana. par. vij. corticū glādium, balauſtiarū, myrti viridis. ana. par. iiij. ſiliquarū, ſumach mundati. ana. par. viij. fiat cū melle linimentū valet in cā ca. maxime. Et tu quoq; in frigida cōpone cū calidis hoc mō. Et ſis attētus ſemp & principalr circa canones vniuerſales antequā ad particulares deſcēdas.

*De diminutione, & augmento gingiuarū.* Rubr. V.

IN diminutione gingiuarum oportet prius conſiderare cām & ipſam remouere. Applicādo ꝓpoſito iſto cañ. dictos, ſupra de corroſione ſiue de vlceribus gingiuarum. Deinde eſt inſiſtendū cum his q̄ faciunt augmentum in eis generando carnē. & huius intentionis ſunt. ℞. thuris maſculi. ariſtol. rotun. ſang. drac. farinæ orobi, radicis lilij. ana. poſt cōtritionē cum melle & aceto ſquillitico adminiſtrentur fricando. vel adde farinę orobi. ʒ. x. cum ſufficiēti quātitate mellis fiant trochiſci & ponātur in furno poſt extractionē panis, & dimittantur donec perueniāt vt cōterantur & forſitā adurantur. deinde. ℞. thuris maſculi. ſang. drac. ana. ʒ. iiij. ariſtol. ro. ireos. ana. ʒ. ij. & fiat omnium adinuicem cōmixtio cōterendo ſubtiliter. & fiat vt prædictum eſt. Item pro illo vide quæ dicta ſunt in fine de dente cōmoto. Conſimiliter de augmento dicendum inſpectis canonibus vniuerſalibus procedendum eſt cum diminuentibus carnē, de quibus in præcedentibus rubricis ad plenum ſupra de fœtore oris. & tu ibi conſidera.

*De gingiua ſanguinea.* Rubrica. VI.

AGingiuis egreditur ſanguis qnq; caſu vel percuſſione, & de hoc fluxu nihil ad pręſens. Quādoq; ex multitudine vel acuitate eius qui in venis & arterijs gingiuarum exiſtit. Cuius cura eſt proportionabilis ſatis curæ de fluxu ſanguinis narium. & tu ibi. Quandoq; eſt à materia acuta, mordicatiua, ſiue corroſiua vt plurimum à cerebro per viam reumatiſmi deſcēdente. Et dicitur vt plurimum, quia etiā ab inferioribus eleuari poteſt, vt ſupra de apoſtematibus gingiuarum. nam ſic gingiuæ corroduntur, & ſanguis egreditur. & de hoc proprie locutus eſt Raſ. nono Almanſ. & ſimiliter Aui. octaua tertij.

C V R A Cañ. noli obliuiſci vniuerſalium canonum. Et de particularibus primus eſt remotio corrupti. Secundus mundificatio loci. Tertius conſolidatio ſiue carnis gingiuarum regeneratio. Quartus eſt confortatio gingiuarum vt nullo modo recipiant amplius materiam ad eas à quocunq; loco ſic tranſmiſſam.

Primus perficitur cum remouētibus corruptum dictis in præcedentibus Rubricis. & ſupra amplius de polypo. de quorum ſumma eſt medicamē Raſ. nono Almanſ. alle. loco. ℞. vtriuſq; arſenici, calcis, gallarum, aluminis, ana. & cum aceto fiant trochiſci. & cum neceſſe fuerit fricenť gingiuę ipſis puluerizatis, & remaneat puluis per certū ſpatiū diſcretione medici. Quòd ſi dolor moleſtauerit teneatur in ore oleum roſ. aut lac aſininū, vt ſupra, ita ꝙ in ſumma tua intereſt remouere carnē putridā. Mitius remedium eſt. ℞. foliorū oliuæ. M. j. s. piretri, radicis ireos. ana. quartam vnius. zucchari, maſticis. ana. ℥. ſ. mellis electi. ℥. ij. fiat decoctio clarificata vſq; ad quartas. iij. cum aqua. & fiat ablutio gingiuarum vel gargarizetur.

Mundificatio fiat cū his. ℞. aq̄ calidæ. ℥. ij. mellis colati ro. ℥. iij. miſceanť cū pane infuſo in p̄dictis, abluātur gingiuę vel cum vino decoctionis roſ. mūdificato loco ꝑfecte.

Regeneratio carnis fiat cum hoc medicamine. ℞. olibani, ligni aloes, ſarcocollæ, ſang. dra. ana. fiat puluis ſubtiliſſimus & ponatur ſuper gingiuas. Valet in hoc caſu illud quod confirmat dentes & replet eos carne. de quo in p̄cedentibus Rubricis. Ad idem & eſt cōfirmans dentes. ℞. laudani, maſticis. ana. ʒ. j. camphoræ ſubtiliter puluerizatæ. gra. vj. miſceantur malaſſando cum aqua roſ. & extendatur ſuper panno & ponatur ſuper gingiuas.

Quartus cōpletur cum his. ℞. aquam ſublimationis, foliorū cupreſſi. & in ea ponanť petiæ lineę & ipſe ſuper gingiuas extendanť & reiterētur. cōfortant &c. Vnde relege q̄ dicta ſunt de vlceribus gingiuarum, & in alijs Rubricis, qm̄ multa atq; plurima huic operi vtiliſſima inuenies.

*De fiſſura gingiuarum.* Rubrica. VII.

PAtebit quid agendum ex cura fiſſurarum labiorum de quibus ſtatim plurima accidunt gingiuis vltra ea q̄ dicta ſunt. puſtulæ, percuſſio, malus odor &c. Et omnium iſtorum cura eſt manifeſta ex poſitis. & ideo conſidera & ſtude. nimis, enim longum foret ſemper replicare atq; faſtidioſum omnia per ſe aperire, quare ergo &c. Et proſequor de fiſſuris labiorum & dimitto ex dictis curam de fiſſuris gingiuarum.

*De fiſſuris labiorum.* Rubrica. VIII.

IAm dictū eſt in principio capituli huius de labijs quo ad anatomiam eorū deſcriptionem & complexionem. cōſequens vt de eorū paſſionibus quicquā dicať. Vnde fiſſura labij eſt ſolutio cōtinuitatis in carne eorū tenera ſcā.

C A V S A cuius ſm plurimum eſt materia ſalſa acuta. Et dicitur ſm plurimum, q2 aliqñ à percuſſione, caſu, à frigore, vento, & ſpecialiter borea cōtingere poteſt. nā boreos ſua ſiccitate exiccat humidū ſubtile eorū per quod fit conglutinatio, & ſic fit faciliter eorum ſeparatio. Conſimiliter cōtingit ex rebus alijs exiccātibus, vt ſunt puluis, fumus. vapores acuti ſicci eleuati ab inferioribus, ut in tertiana feb. eſt videre, de quo in dubijs & per hunc modum ſcinduntur inferiora. Et maxime hoc accidit qñ fit fiſſura per cōtatem. nam aliqñ accidit cōtractio in muſculo trāſuerſali labij inferioris, quare accidit ei vt ſcindat labium ſciſſione profundante, & multiplicatur apud multiplicationem boreæ. Meſue. Et ex fiſſuris quædā natiua, q̄dam accidentalis. Et ex accidentali, quædam parua in modum rimulæ facta, & dicitur in vulgari noſtro ſetola, quędam maxima, vt cum ex toto facta eſt ſeparatio partis à parte, quædam magna, & inter has media in qua, ſcilicet non ex toto eſt ſeparatio facta. De natiua dico primo quòd vidi multos habētes labium ex toto diſcōtinuatum. Et Paduæ meo tēpore fuit quidam Gaſpar de Vrſinis, cuius omnes filij maſculi naſcebanť cum labio ſuperiori in totum ſciſſo, & femellæ non, quod reputatū eſt & non immerito ſtupendum ſatis cum ipſe & vxor eius ex toto integri forent. ſicq; eorum progenitores. Poſſet reddi tamen cauſa licet eſſet multū remota. ſed tu cōſidera. Dico ſecundo ꝙ etiam

eius cura

eius cura ponetur in fine rubricæ.

SIGNA demonſtratiua earum quæ fiunt à materia ſalſa, aduſta, ardor pruritus vehemens, & quod cruſtæ in locis generantur, & exitus humiditatis acutę ab illis locis tumor loci cum manifeſta duritia, complexio patientis.

Signa earum quæ fiunt à materia melancholica aduſta, labiorum ſiccitas, & quod ab eis non emanat humiditas, & quod aliquis ardor, & pruritus eſt in loco abſque tumore magno, neque eſt inflatio.

CVRA vniuerſalis ad accidentalem venio. Canones in parua & magna. nam in magna cōuenīunt in parua fortiora. Ordinatio diætæ. Digeſtio, euacuatio materiæ, vel phlebotomia, vel cum ventoſis in occipitio. Diuerſio ſi fuerit à capite, uel naribus, phlebotomia uel alter prohibitio ſi fuerit ea aſcenſu. pro quibus recurre ad ea quæ ſupra de ſoda melancholica, vel de melācholia & alijs pluribus de phlegmate ſalſo, vt in quarto tract.

CVRA particularis ad particulares deſcendo. Debēt medicinæ. valētes in hoc participare ſiccitate, ſiue ſtypticitate, & lenificatione vt ſuperfluam cōſumant humiditatem, aut ſiccitatem non debitā lenificando remoueant. Et vbi materia fuerit ſalſa acuta debent tendere ad frigiditatem. nam in frigiditate ſua coofortant virtutē membri remouendo malā caliditatē impreſſam. & ſiccitate exiccant ſuperfluā humiditatē fluxā, ſtypticitate cōfortant, & partes vniunt, & phibent aduentum materię ad locum, vndè in fiſſura parua & magna à phlegmate ſalſo cōpetunt frigida ſicca ſtyptica. Et exemplificando incipiā à leuioribus, & illa erunt pro parua ſufficientia. ſcd'o ponā fortiora & illa erunt in magna adminiſtrāda. Vltimo tractabo de maxima cum de natiua erit ſermo. Exemplum primi. ℞. oleum roſ. & cum pauco cerę fac unguentū. Itē ℞. oleum roſ. & cū maſtice in eo bullito & pauco ſeminis iuſquiami fac vnguentum de cera. Itē puluis licij cum amilo pe hidrijs & aqua roſ. cōmiatus. Itē maſticetur dragacantū & cum lingua tangat ſciſſura. Aliud ℞. roſ. ſiccarum. ſandal. rub. gūmi arab. ceruſſæ. ana. cōfice cum aqua roſ. Itē oleum roſ. cū camphora, & litargiro. Ad idem citius cortitum ouorū cum vino. Itē gallæ puluerizatę cum melle mixtæ. Serāp. Exemplū ſcd'i. ℞. ceruſſę lotæ, amili, cathe cumiæ lotę, litargiri, conficiant cum mucillagine dragacanti. Itē comburant nuces, & exprimat ab eis oleum de quo ſæpe inungas. mirifice ſanat. Itē ad idem vnguentū de ceruſſa cum oleo roſ. Itē ℞. gallarū, ceruſſæ. ana. par. j. amili. dragacanti. ana. par. ſ. confice cum adipe gallinæ quātum ſufficit. Et fortius operando ſic agat, excorietur locus cum alumine ſecū, vel vnguento uiridi, aut vitriolo de quo fit encauſtrū donec ſanguinet, & poſt excoriationē mundificetur, & conſolidet locus cum hoc vnguento. ℞. mucillaginis ſeminis citoniorū, amili, dragacanti. ana. ℥. ſ. olei roſ. ℥. iiij. ceræ. ʒ. ij. adipis anatis, vel anſeris. ℥. ij. pulueris hyſſopi cribrati. ʒ. iij. litargiri. ʒ. ij. diſſoluantur prius cera, & adeps, & in mortario ponātur. deinde cætera ſuperinfundantur, & adinuicem agitando incorporent & inūgatur locus. Ablutio fiat ſæpe cum aqua decoctionis fumiterræ, uel camomillæ. Vbi vero materia fuerit aduſta requiruntur lenificātia remouentia ſiccitatē indebitā. vt verbi gratia. ℞. olei vio. mucillaginis citoniorum, pinguedinis gallinæ, ana. ℥. j. litargiri, dragacanti. ana. ʒ. j. cerę modicum fiat vnguentū. Ad idem medulla cerui. Item eſdra Nic. Itē in hoc caſu valent pinguedines gallinæ, anatis, anſeris, adeps vitulorū, butyrū, medulla, & ſpecialiter cerui, vt dictum eſt. Itē ℞. terbentinæ, mellis, maſticis, hyſſopi humidæ. ana. Itē a pertum. ℞. gallas cōtritas cū ceruſſa, amili, dragacantō, & cōmiſce cum adipe gallinæ. Et ſi dicatur adipes ſunt ex putrefactiuis. ergo non videntē cōpetere. Dicetur in dubijs. Potius autem operando dicatur fiat excoriatio, vt ſupra uſque ad ſanguinis euacuationem & fiat mundificatio, vt ſupra deinde pcedat ad conſolidationem cum hoc vnguento. ℞. terbentinæ, cerę. ana. ℥. j. olei viol. ℥. ij. vel roſ. gallarū, maſticis. ana. ʒ. j. fiat vnguentum, vt ſupra in mortario, & cum veniunt ad inunctionē proijciat ſuper aquę roſ. ℥. j. ſ. & totum miſceatur. fiat ablutio, vt ſupra. Et hic attende quod ſciſſuræ nō ſic curant ea vna applicatione, ſed oportet reiterare ſæpe ac plures. & tenere labia ligata, nō multū loqui, & breuiter abſtinere ea à motu qm̄ impedit cōſolidationē. Si vero ſciſſura fuerit ea vento aut puluere, aul alia re habes parata remedia, qm̄ in frigida cauſa utere calidis ſtypticis, & in calida frigidis. Sed ſi omnia iam dicta non contulerint maxime qm̄ ſciſſura eſt antiquata vt ego vidi ſimilia, & plura non cōferre, oportet vt perueniamus ad cauteriū, quod ſit de auro, vel de argēto, vel auricalco, & poſt cauterizationē fiat conſolidatio cum unguentis dictis. Modus autē cauterizandi ponit ab Albuc. in. j. lib. cap. xviij. & tu ibi. Quādo uero ſolutio eſt maxima & recēs, ita quod adhuc fluit ſanguis ſuatur cum filo ſerico, & deſuper ponat ſang. dra. aut olibanum cum albumine ouorū & conſolidet. Quod ſi fuerit antiqua & vnaqueque pars ſolutionis facta ſit ſana, tunc oportet vt excories oēm partem à cuti ſua apparente donec ſanguinet, deinde aggregētur partes cum ſutura, & ſtringe eas deſuperque pulueriza ſang. drac. & liga ipſum. & ſic ligatū permittas duobus aut tribus diebus ſm̄ temporis cōſiſtentiā, deinde permuta medicamē, & permitte ipſum donec abſcindant fila per ſe, & tua inūctio ſit ad cōſolidandum. hanc autē excoriationē quidam faciunt vt dictum eſt, alij vero & magis expedite cum cauterio potentiali leniendo, & hic modus ſeruādus eſt pręciſe in narium.

Vnde meo tēpore duos de familia dicta curauit recolendæ memorię magiſter Ioan. de Iañ. ſicque eius frater Antō. in arte chirurgiæ expertiſſimus & fecit eiuſcemodi doctus factus quidā imperitus in ſciſſuris eorū hoc vnguēto vtebat & multos curauit. ℞. terbentinæ. ℥. ij. lardorum ſiue floris eius. ℥. j. ʒ. ij. thuris albi puluerizati. ʒ. v. & cum cera citrina faciebat vnguentū, & vtebatur eo hoc modo, accipiebat virgulam & intingebat in vnguento. dein de accendebat vnguētum in capite virgulæ poſitum, & ſic accenſum permittebat guttas accenſas deſcendere tres, vel quatuor. eſt enim ſicut cauterium.

## *De tumoribus labiorum, & apoſtematibus eorum.* Rubrica. IX.

VNde tam in tumore quam in apoſtemate ordināda eſt diæta, euacuationes neceſſariæ præmittantur cum digeſtiuis ſi ſint neceſſaria. Diuerſiones prohibitiones fiant, vt ſupra de ſoda, & maxime quādo talia accidunt. per cōitatem à cerebro uel ſtomacho & huiuſmodi.

Quibus prius cōpletis deſcende ad canonē particulares. In facto ea cauſa ca. vtere frigidis, de quibus in præcedentibus Rubricis, & laudatur ſuccus vermicularū, ſpargulæ. vnguētum de ceruſſa. In eo vero quod eſt ex cauſa frigida vtere calidis exiccatiuis. Et laudatur mel album, licium diſſolutum in vino, inunctio theriacæ, ſuccus menthæ. & huiuſmodi de quibus ſupra. Et pro cura apoſtematum eorum ſcito hunc canē. quod eadem cōferunt, & valēt in cura eorū apoſtematum quæ ſcripta ſunt de cura apoſtematum gingiuarum, ſic tamen quod ex illis fortiora eligātur pro iſtorum cura. vnde Auic. de apoſtematibus labiorū. Apoſtemata vero ſunt ꝓxime poſitionis ex iudicio apoſtematum gingiuæ. & cura fortior parūper eſt eis magis neceſſaria. Tu itaque ex datis compone, quoniam facile eſt.

## *De ulceribus labiorum.* Rubrica. X.

CVrantur vlcera labiorū ex cā ca. cum frigidis ſtypticis, & ex cā frigida cum calidis ſtypticis. Et tu pro his recurre, ſupra de vlceribus narium oris, & gingiuarū, vbi plura ſcripta ſunt. & cōſidera complexionem membri: vt in de vlceribus aurium dictum eſt.

De tremore

De tremore labiorum. Rubrica. XI.

SCito q quãdoq; eſt ex cõitate cum ſtomacho, & ſignificat vomitum futurum vel nauſeam, quandoq; eſt ex cõitate cum cerebro aut nucha propter neruos veniẽtes ab his membris ad labia. Et tunc tua intereſt diſcernere & illa mẽbra rectificare. & tu circa hoc labora.

DVBIA.

DVbitatur quoniam cum humida putrefactiua nõ cõpetãt in vlceribus quomodo adeps gallinę anatis vel anſeria laudatur ab auctoribus vt Auic. de ſciſſuris labiorũ. Dicendum primo q cõpetunt, maxime qñ tales ſciſſuræ, aut vlcera ſunt ex vehemẽti ſiccitate, nec ſolæ debent applicari, ſed cũ alijs exiccatiuis cõmiſceri, vt cum lytargiro & huiuſmodi. Dico ſecũdo q ſpecialiter adeps gallinæ laudatur, quoniam eſt anodina, & ſic patet q mitigando dolorem & remouẽdo ſiccitatem ſuperfluã cõpetit q̃ maxime. Et quod dictum eſt ex vaporibus acutis eleuatis in tertiana vel alia feb. acuta labia ſcindi, quæ ſciſſuræ fiunt per modum bonę criſis. vnde ſperatur ſubita ſalus, vt etiam vulgus teſtatur.

DVBITATVR quare in feb. ſciſſuræ tales apparentes in labijs, ſiue vlcera vel puſtulæ ſunt ſigna bonę criſis. & ſperatur ſalus, & apparẽtes in lingua ſunt malum ſignũ. Dicẽdum q labia ſunt membra vilia exterius poſita, quorũ caro eſt tenera. & ideo natura fortificata ſuas ſuperfluitates mittit ad illa. Lingua autẽ eſt membrũ nobile, multum ſenſibile. & ideo ſi talia apparent in lingua magis veniunt gratia ſymptomatis. & ideo ſemper mala.

DVBITATVR quoniã generatiua carnis ſunt calida & ſicca, vt ſecundo cañ. iiij. cap. quomodo ſanguis drac. eſt carnis generatiuus, cum ſit frigidæ, & ſiccę complexionis. nã ſæpe ſupra ponit̃ in receptis carnia generatiuis. Dicendũ q quãuis ſit frigidæ & ſiccæ cõplexionis, tamen habet virtutẽ cõglutinandi, cõſtringendi, & impediendi aduentum humorũ ad locum. & temperat alia medicamina calida, & ſic non ex prima: ſed ex ſecũda intentione. Dicitur carnis generatiuus, quia deſiccando conglutinando humores aduentum impediendo & caliditatem aliorum exceſsiuam remittendo. quare &c.

Cauteria quæ præſtantiſſima.

DVBITATVR de cauterio quod eſt præſtantius an de cupro, vt Meſ. aut de argento, auro, vel de ferro, aut auricalco. Et pro ſolutione dubij primo videndũ eſt quæ ſit cauſa finalis qua pręcipit̃ cauteriũ apponi. Deinde ponendę ſunt cõcluſiones de quęſito rñſiuæ. Pro primo dicendũ q finalis intẽtio cauterij eſt aduſtio, & exiccatio.

Pro ſec'o ponuntur cõcluſiones. Prima & eſt Albuc. Cauteriũ de ferro eſt p̃ſtantius cauterio auri. probat̃, Illud eſt p̃ſtantius in quo reperit̃ magis intentio cauterij, ſed in eo quod eſt de ferro reperit̃ &c. ergo. cõſequentia nota cũ maiore. minor probatur, qm̃ magis aduſtiuum & exiccatiuũ eſt quod eſt ex ferro, cum ferrũ ſit in ſe ſiccius & ſubſtantiæ magis cõpactæ, quare caliditas in eo impreſſa magis operabitur q̃ ea quæ eſt in auro alijs paribus, cum potentia rei attẽdi habeat penes multitudinẽ formæ. Sec'a cõcluſio. cui adhæreo eſt cõtraria p̃cedenti, cauterium de auro p̃ſtantius eſt q̃ de ferro. probat̃ concluſio. qm̃ illud eſt elegãtius quod eſt magis propinquum cõplexioni, & quod minus inducit nocumentũ citiuſq; curatur. per qđ etiã implentur intentiones dictæ, ſed tale eſt de auro. ergo. cõſequentia videt̃ nota cum maiore. minor declarat̃, qm̃ aurum eſt temperatũ & cõplexioni humanæ ꝓportionatum, ferrũ vero frigidum & ſiccũ. Itẽ poſt cauterizationẽ factã cum auro, non ſequit̃ eleuatio puſtularum, & veſicarum, neq; ſanies, vt cum eo quod eſt de ferro. Item citius cõſolidat̃, & pulchrioris cauterizationis exiſtit locus. Ex qua concluſione infert̃ q maxime ac præcipue debet eſſe cauterium de auro in locis faciei. patet correlarium intelligenti. Ex iſto infert̃ q labia debent cauterizari cum auro.

Tertia cõcluſio. q potentius, & fortius eſt cauterium de ferro, & cõſequẽter adhuc fortius quod de calibe eſt, & de cupro medio modo. concluſio patet intelligenti ex dictis. vnde vbi quærit̃ fortis impreſſio in membro duro ac ſolido magis videret̃ competere de ferro q̃ de auro. Quarta cõcluſio. q licet de ferro ſit fortius &c. non tamen pręſtãtius. patet cõcluſio. qm̃ plures intẽtiones perficiuntur per illud quod eſt de auro. Quinta cõcluſio. Cõiter operantes ſecurius operantur cum eo qđ eſt de ferro. hanc concluſionẽ poſitiue ſatis declarabo. nã Raſ. Almãſ. vij. ca. inqt. Plurimiq; eorũ qui hanc exercent artem ſunt idiotę, ruſtici, ac ſtolidi, ac reſtauratores p̃cipue. & ideo cum ad menſurandum ipſum aurũ eſſe ſufficienter ignitũ pro tali operatione ꝓducenda aurũ colore citrinum igni aſsimiletur. vnde propter hoc non cõpræhenditur eius caliditas ſufficiens. Item ſi nimis & ſuperflue caleſit diſſoluetur. ſi vero modicum inducit dolorẽ & eſcaras facit & opus ſuũ non perficit, qm̃ ante tẽpus refrigidatur. In ferro vero facilius hæc omnia cõprę̃henduntur, & ſic non cõtingit operatores cum cauterio ferri errare vt cum eo quod eſt de auro. Ex iſta cõcluſione infertur correlarie q vbi operator fuerit expertus & doctus q melius eſt vt operetur cum cauterio de auro. patet correlariũ. Sexta cõcluſio. q propter paupertatẽ & auaritiã operatores vtuntur cauterio de ferro. concluſionẽ relinquo ex ſe manifeſtã. De cauterio autem de argẽto & auricalco dicendum q ꝓpter eorum teneritatẽ operatores non vtuntur, licet quidam nouorũ tetigerint illud. Ad rationẽ vero Albucaſis. cum in cõtrariam partem ſentiam dicendum q in cauterio non requiritur omnimoda exiccatio & aduſtio, ſed ſufficiens & cõtemperata. hoc autem vt dictum eſt melius perficitur auro q̃ ferro. ergo. Et ſi materiã cupis latius videre. requirẽ conciliatorem in annexo differentiæ. ccviij.

DE ÆGRITVDINE labiorum aut gingiuarum in Aphoriſmis nil reperio vltra ea quæ dicta ſunt de ægritudine oris &c.

## De diſpoſitionibus gutturis. continens Rubricas. vi. Capitulum. IX.

### *De anatomia, deſcriptione, & complexione amygdalarum, & vuea.* Rubrica. I.

ET licet guttur capiat̃ quandoq; pro eo qđ eſt medium inter meri, ſiue iſophagum, & tracheam arteriam. Et dicitur iſthmon, vt Gordonius & cæteri plures, q̃nq; pro via tranſitus ad pulmonem & cor. vt tertio de partibus aialium. iij. cap. Guttur quidẽ gratia ſpiritus datũ eſt. per hoc enim inducunt ſpiritũ animalia & emittunt reſpirãtia & expirãtia. Tamen hic capitur vt Auic. nona tertij. j. cap. pro ſpatio continente in ſe meri ipſam tracheã amygdalas, & vueã ſiue vuulã. Itẽ & carnem pãniculoſam annexã palato ſub vuula quæ eſt pẽdẽs & cooperiens caput cannæ, quæ ab Auic. allegato loco dicit̃ algaſmata. Et cõiter dicitur coopertoriũ, vt primo Almanſ. xiiij. cap. Et quia de anatomia cannæ dicetur in ſequenti cap. & de meri in. xiij. hinc ſolũ agã in præſenti loco de anatomia amygdalarũ, & vuæ. Amygdalæ nãq; vt Auicẽ. allegato cap. ſunt duę carnes natæ in radice linguæ tendentes ad ſuperiora ac ſi ſint due auiculæ paruæ, vel ſic magiſtraliter. Amygdalæ ſunt carnes molles, ex aliqua tamen parte nerueæ, licet ab auctoribus medicinæ dictæ ſint ſimplices ſpongioſæ in modum ſiue formam amygdalarũ formatæ in parte ſuperiori gulæ. infra tamẽ epiglottum ſituatę ad replẽdum locũ vacuum eius ꝓpter cannæ anguſtiã ordinatę. vtq; ſua humiditate qua replent̃ tracheã humectent ne ſuo motu exiccetur motu atq; retinendum aerẽ apud cannæ ne penitus expellatur finaliter conſtrictæ.

παρίσθμια, & ἀντιάδας græci id nominãt q Latini tõſillas, barbari aũt amygdalas.

γαργαρεῶνα veteres græci i. gurgulionē, poſteriores vero κίονα .i. columellā, id dicunt q̄d nr̄i vuā & vuulam.

cōſtrictę caput. Ex quo patet earū calida, & humida complexio. Vuula ſiue vua eſt mēbrū carnoſum ſpōgioſum in fine palati ſuper ſupremā partem epigloti vel velamen pendens ad prohibendum ſubitū ingreſſum aeris frigidi pulueris fumi & huiuſmodi ad pulmonē & deſcēſum reumatis ad membra inferiora à natura inuentū, vt vocē modulet aerem infringendo cōſtitutum. Ex quibus apparet primo quare carentes vua efficiuntur phthiſici. Secundo quare ſine voce. ſtat enim ſuper foramē anhelitus ſicut digitus fiſtulatoris ſuper foramen fiſtulæ. vnde etiam aliq̄ſi cooperit meri prohibere ingreſſum aeris ad ſtomachum q̄ū homo loquitur. & cōſimiliter quando homo comedit ſtat ſuper viā anhelitus prohibens ne cibus aut potus per eam ingrediat̄. Ex q̄bus apparet quare ingreditur cibus dum homo comedit & ſimul ridet per viam anhelitus. nā in riſu vuula nō claudit viā ſed eleuat̄, & plures quaſi ſic ſuffocati fuerūt. & ideo abſtinēdum eſt à riſu & à locutione cum comeditur, & dicta eſt vua ad ſimilitudinē grani vuæ. Vel dicitur Græce κίονα Latine columella. Et ex his apparēt anatomia, deſcriptiones, & cōplexiones amygdalarum, & vuæ. Proſequēs igitur de paſſionibus gutturis expediam primo quædam nocumēta gutturi ab extrinſeca re prouenientia. deinde ſermonem faciam de his quæ coniuncta erunt vt ſunt male complexiones apoſtemata & huiuſmodi.

*De ſtrangulatione contingente ex cibo, vel alia re ſimili.* Rubrica. II.

QVandoq; accidit ex magnitudine rei aſſumptę vt cibi duri & huiuſmodi. ſicut ſtrangulatio, quo caſu oportet cōſiderare primo. Si res illa eſt dura ſolida, non habens diuiſionem in ſuis partibus, aut non ſit apta faciliter habere. nam ſi ſit integra ſolida, tunc premat̄ collum, & quod eſt intus ſpatulas multiplicando percuſſionē poſt collum cum pugillo. Quòd ſi nō ſufficit & faciliter aut cōmode capi poſsit cum tenaculis, aut inſtrumēto alio aut vncino &c. fac illud. q̄ ſi adhuc non ſufficit cū candela groſſa cerea, aut alia præmatur ad inferiora. Et ſi faciliter diuiſionem in ſuis partibus recipiat, tunc ſtatim curabitur. Vnde ex hoc cōpræhenditur difficultas aut facilitas curæ. Quidam operant̄ cum porro mundato, aut cum ſtilo plumbeo modicū incuruato. & in idem venit.

Et hic aduerte q̄ Meſ. in principio ſuadet vomitum. & Auic. inquit. q̄ debet fieri in fine poſt percuſsiones & cōpreſsiones dictas quando ſcilicet non ſufficiunt, ait enim in fine capituli. Si autem non ſufficit adiuuet̄ vomitu. Et q̄n q̄ eſt in hoc timor, quia dubitari debet ne quod vomitu ſuperius ducetur infiltretur aut cōgregetur cum re illa, & ſuffocationem faciat. Vomitus autē ꝓuocetur cum impoſitione digitorū aut cum penna linita oleo & in guttur immiſſa. Ad hoc videtur præcipuū ſi id fieri poſſet deglutitio brodiorum pinguiū vt ſua pinguedine vomitum inducāt & iſophagum relaxent, & mollificent. Et cōſimiliter dicatur de oleo. Item ad minus retineatur oleum in ore. Item fiant a dextra emplaſtra mollificātia. Item fiant gargariſmata ex eiſdem pinguibus. Item ex oleo & ſyrupo acetoſo vel ex melle ſquillitico & huiuſmodi, vt ſtatim in ſequenti rubrica.

*De retentione ſpinæ, aut huiuſmodi in gutture.* Rubrica. III.

SI autem ſpina fruſtum oſsis, vel ligni videri poterit ingenietur operator ad extractionē eius cum inſtrumento. q̄ ſi videri non poterit adminiſtrent̄ primo ſorbitiones viſcoſæ, aut iuſcula ex farina frumenti. Itē deglutitio albuminum ouorū non coctorum frequentata. & exiſtimo præcipuum & ſingulare. Secūdo adminiſtrent̄ cibaria groſſa. vz. q̄ deglutiantur fruſta panis integra, aut ficus ſiccę integrę & huiuſmodi. Tertio poſt aſſumptionem cibor̄ viſcoſorūm aut aliorum immediate adminiſtretur gargariſmata ex mucillaginibus. Itē ex oleo amygdalino & oxymelle cōpoſito ſiue ſquillitico calefactis.

Quarto ꝓuocetur vomitus cum digitis intromiſsis aut penna, vt ſupra vel cum oleo vomitiuo. & laudat̄ hic maxime vomitus factus cum naſturcij. ℥. j. cōtritis cum aquę tepida ita ut omni die fiat ſemel. Quinto liget̄ ficus ſicca cum filo duplicato & degluttiatur. deinde extrahatur. Similiter fiat ligando in capite fili partem ſpongiæ, aut bolum carnis nō bene coctæ quæ deglutiat̄, & eſt ſecurius. Sexto a dextra applicetur gutturi emplaſtrū ex mucillagine ſeminis lini, butyro, medulla caſiæ fiſtulæ, oleo amydal. dulcium, & huiuſmodi. vt de ſquinantia dicetur. Poſtremo ſcito q̄ intrare balneū eſt valde vtile, & cauſa eſt intelligenti ſatis manifeſta.

*De ſanguiſugis ingreſſis in os.* Rubr. IIII.

QVandoq; ingreditur ſanguiſuga os bibentis aquā in qua exiſtit. Et ſi eſt parua valde, licet adhęreat gutturi primo non cōpræhenditur viſu ſed in proceſſu ipſa bene videtur quia magnificatur ex ſanguinis repletione.

SIGNA demonſtratiua, triſtitia, anguſtia, ſputum ſanguinis maxime corpore exiſtente ſano. nam ſi ſanguis ſubtilis ſpuetur, & non erit ab aliquo membro alio ſuſpicta de ipſa ſanguiſuga.

CVRA canones primo cum videt̄ & gutturi eſt affixa ſi id fieri poteſt cum inſtrumento extrahatur. q̄ ſi non, cura cum ingeniatione remediorū localium, & aliorum vt dicet̄. Cum inſtrumento quidē vt ducatur patiens in locū luminoſum & ſi eſt poſsibile vbi ſol ꝑcutit, & ante ipſum aperiatur os eius & præmatur lingua, & cum tenaculis, ſiue moletis ſiue pizagarolis, aut forficibus quibus extrahunt̄ ſagittæ capiatur. deinde ponatur ſal circa caput eius ſi fieri poteſt, q̄m ex ſe ſeparabitur. q̄ ſi non violenter extrahatur. & ſi poſt extractionē eius fluxerit ſanguis &c. fiat gargariſma cū aqua roſ. decoctionis balauſtiarū, corticū granator̄, & ſumach cū modico aceti aut cum aqua decoctionis balauſtiarū, thuris, & hmōi. Si vero nō fiat gargariſma cū ſinapi, & aceto, aut cū ſale, & aceto, aut cū cepis, ruta, & aceto, aut aceto & aſſa, & ſtatim remouebit̄ de loco. vnde patiēs debet ſtare decliuis ore apto vt extra veniat & non cadat in profundum. Itē laudatur abinuicē gargariſma ex ſucco folior̄ ſalicis cui ineſt proprietas in extrahendo ipſam. Et ſi declinare videt̄ ad nares fiant caputpurgia ex aceto, nigella, ſucco cucumeris aſinini, & elleboro. Quòd ſi cadet in ſtomachū dentur medicinę vermium vt abſinthium, abrotanū, lupini, menthaſtrū, & huiuſmodi. de quibus. vj. cap. non ſolū interficientes, ſed interficientes & educētes vt aloe, ſemen ſanctum, agaricus, reubarbarū. Quòd ſi vomitus ſit eis facilis fiat hoc mō. primo comedat allia, cepas, porros, ſinapim, calamentum fluuiale & huiuſmodi: deinde euomat. Meo tempore cōtigit vt quidā ruſticus bibēdo aquā foueę imbiberet vnū cucubuth ſiue caprā aquæ, vel araneā aquę & ſtatim cōſulit medicū & medicus potauit cum lacte valde copioſe & ſtatim poſt uomitū fecit et in vomitu egrediebat̄ animal. Cucurbuth q̄d

Ex rebus vero faciētibus egredi ſanguiſugā eſt vt patiēs ingrediat̄ balneū & in eo moret̄ donec ſitim magnā patiatur, deinde teneat aquā frigidā in ore, & cū calere cepit eijciat eā & de nouo aliā capiat & ſic cōtinuet. nā ſanguiſuga fugiens calorē & quærens frigus veniet ad os & ſic egredietur, vnde cōſulunt auctores q̄ talem calorem ſuſtineat vſq; ad syncopim excluſiue, q̄m eſt regimen bonū in extrahendo ipſam. Singulare remedium. ℞. farinæ lupinorum, turbith. ſticados, polij, ſeminis nigellæ. ana. ℥. ij. incorporētur cum ſucco abſinthij & fiant trochiſci. ℥. j. pro vnoquoq;, & detur vnus ſtomacho ieiuno cum aqua decoctionis nigellæ, & videbis mirabile.

## De ſuffocatione, ſeu ſquinantia. Rubrica. V.

ἄγχω atque συνάγχω Græcis, Latinis angina, recētioribus autē cōtinu- pte ad- modum ſquinantia vocitatur.

APud noſtros medicinæ auctores reperiunť hi termini ſtrangulatio, præfocatio, ſuffocatio, ſquinantia, ſynanchia, quinantia, chynanchia. Et cum de nominibus diſputare medico non attineat. vt prima primi doct. vj. v. cap. hinc de eis ſuccincte ſatis pertranſibo. habeo etenim hæc tria ſynonima ſuffocatio, præfocatio, ſtrangulatio. Suffocatio quidē eſt ꝓhibitio anhelitus aut ex debilitate virtutis, aut propter impedimētum in inſtrumentis eius cōtingens, & eſt operationis læſio, vt patet q̃ tripliciter lædi contingit vt cæteræ, ablate. ſ. diminute & corrupte. Quidā vero nomē ſtrāgulationis trahūt ad talem ꝓhibitionē vt ſit à cauſa extrinſeca circa gulam, vt la queo & hmōi. Suffocationē vero vt fit à cauſa extrinſeca circa os & nares, & adhærent modo loquendi vulgariū.

CAVSÆ. Et q̃a ſatis eſt manifeſtū q̃uo à cauſa intrinſeca, vt nimia caliditate diſſoluēte, aut frigiditatē comprimēte inſufflatione ventorū, aſſumptione ciborū, vt infra, aut debilitate uirtutis nō potētis mouere inſtrumentū. quia lacertū epiglottum cōtingat pfocatio. hinc de cauſis intrinſecis eam facientibus ſolum mētionē faciā. Fit itaq; q̃nq; ex materia exiſtente in mediaſtino. Q̃nq; à materia exiſtente in pulmone aut cannulis eius vt eſt videre in peripneumonicis, vel empiycia, phthiſicis & hmōi. Q̃nq; ex ipſa exiſtente in capite cannularū, quod caput à pluribus vocať guttur, & ſit hoc ſubito, & colliguntť hæc. iiij. aphor. cōmento. xxxiij. Q̃nq; uero ſit ꝓpter ineptitudinē lacerti epiglotti, quod eſt inſtrumentum quo ſit motus ut membra aerē trahant, vt in ſequēti docebitur capl'o. quæ ineptitudo à ſuperflua ſiccitate q̃nq; humiditate cōtingit. nam relaxať quandoq; & ſpaſmať vt in pueris frequētius. Itē à remotione ſpondilium vel ligamentorū eorū quibus colligantiā habet canna, vt in ſequenti capitulo, & eſt magni timoris quæ eſt ex remotione ſecundę. vel quæ eſt ſupra ipſam, & eſt deterior. quæ vero eſt ex ea quæ ſub ipſa eſt magis ſalua, vt infra. Quādoq; vero ſit ex comeſtione vel potu rerum venenoſarū, vt ſunt iuſquiamus, fungi, andachocha, eius theriaca eſt lactuca aut endiuia. Quandoq; vero à vermibus vt frequenter vidi in pueris. Et quia de difficultate anhelitus, & cauſis eius tractabitur in ſequenti capitulo. hinc ſuperſedeo & in prolongando ſermonem de ſuffocatione. Secutus tamen ſecundum partem

Auicenna dux auctoris

ducem meum Auic. Ad ſquinantiam me conuerto.

SQVINANTIA eſt præfocatio circa guttur ex apoſtemate cōtingens. cauſa cuius ſecundum plurimū eſt materia phlegmatica à capite deſcendens circa guttur.

Vbi notandum q̃ licet ex cōmuni modo loquendi pręfocatio videatur ſupponere magis pro tali apoſtemate vt impedit viam anhelitus, & ſquinantia pro ipſo vt impedit viam cibi, tamen hic auditur ſquinantia indifferenter quocūq; modo viam anhelitus aut cibi impediat. Recipit quoq; apoſtema hoc diuiſionē ex parte loci quadripartitā. Nam aliquando accidit in muſculis ſiue lacertis extrinſecis ab epiglotti declinantibus ad interiora & inferiora, ita vt appareat tumor in gula, aut parte pectoris, vel thoracis. & iſtud eſt cæteris leuius quoniam declinat ad exteriora. Aut in lacertis erit ad poſteriora colli cū communitate quinq; ſpondilium, & nuchæ. & tunc non apparet tumor à dextrā. ſed rubor, & tumor, & calor apto ore, & eſt difficilius primo. Aut fiet in lacertis intrinſecis meri, & quæ ſequuntur ipſum conſtringens anhelitum uicinitate & tale ſenſui non eſt manifeſtum, & eſt deterius duobus dictis, ſed non eſt ſimpliciter mortale. Aut contingit in lacertis intrinſecis epiglotti qui aerem frangunt vt in panniculo veſtiente, & ſenſui non apparet. q̃ ſi appa ret illud eſt modicum facta forti compreſſione linguæ, & eſt cæteris deterius, & ſimpliciter mortale. Et in his duobus vltimis nō apparet tumor exterius neq; interius. nam materia eſt occulta in vijs extrinſecis anhelitus. Et ſecūdum hanc diuiſionem quidam quatuor ſpecies pronuntiāt ſcribētes primam ſpeciē per ſquinantiam. Sec̃dam per ſynanchiā. Tertiā per quinantiā. Quartā per chynanchiam. ſed de talibus nō eſt curandū eo q̃ nouū ſtudium eſt rerū negligentia. iiij. Aphor. cōment. xxxiij. Gal. vero cōſimiľr eodē cōmento quatuor ꝓnūtiauit ſpecies. & tu ibi. Aduertetū q̃ Mundinus apoſtema cōtingens in faucibus & locis glandulosis dixit eſſe de ſec̃a ſpecie ſquinantiæ, & videť ſequi ex dictis. Poteſt & tale apoſtema q̃nq; occupare plura loca, & ꝓpter hoc nō debet in ſpeciebus multiplicari. Diciť cuius cā. nā à materia ſanguinea poſſunt frequētius cōtingere de quo videbiť in dubijs. Similľr à cholerica. Itē à melācholica fieri poteſt, licet aliqui enuntiauerūt ipſam à materia melācholica fieri nō poſſe. de quo in dubijs & cū ipſo ſigna annotabis humorū. de q̃bus in principio tractatus primi. Diciť materia phlegmatica, q̄m iudiť ferentes à phlegmate viſcoſo & ſubtili acuto generari pōt tale apoſtema. Diciť à capite. vnde Aui. Et cū hmōi phlegma deſcēdit à capite. & ipſa q̄dē nō deſcēdit à capite niſi ſm plurimum rei. Et ex quināntijs reperiť vna quā Auic. vocat caninā, & eſt illa in qua neceſſario os aſſidue cū ꝓiectione linguæ teneť apertum. & eſt præfocatiua mala, & quandoq; interficit inter primam diem, & quartam.

Nouum ſtudium rerū negligētia.

Permutatur autē q̃nq; ad pulmonē & cauſat peripneumomiā & huiuſmodi. quandoq; ad partē cordis, & interficit. Quādoq; ad ſtomachum & cauſat vomitū & hmōi. Q̃nq; vero inſenſibiliter reſolviť, quia materia eſt pauca, ſubtilis, aut fcā phlebotomia cū aliquo gargariſmate particulari curať patiēs, aut aliq̄n aliter euacuata materia virtus reſoluit id quod remāſit. Q̃nq; vero ad ſanē venit. & hoc q̄n materia eſt groſſa, et multa, & nō poteſt curari infra quatuor dies, imo q̄nq; prolongať eius cura. xl. diebus: ex quibus patet q̃ ſquinantia tripliciter poteſt terminari.

Et diciť ſynāchia à ſynāchia quod eſt ſuffocatio, vt garipontus. habet in vulgari noſtro multa nomina. nā aliq̄n dicitur galedelli. aliquando gloſon. aliq̄n dragonzelli. aliquando oxezelli. & cætera quæ vltramontanis non ſunt vtilia. Et multiplicatur in vere hyemali & in autumno, vt in Aphor. in fine capituli. Differt tamen vna ab alia, q̃a vernalis eſt phlegmatica. autumnalis cholerica, & omnis ſquinanticus qui moritur ſpaſmatur in primis.

Anginę populares appellationes.

CAVSÆ. Et in ſumma ſquināntię cauſa eſt triplex. primitiua antecedēs & cōiuncta. Exemplum primi vt aer exceſſiue calidus, et exceſſiue frigidus, humidus. quies multa, vociferatio, cantus, cibus, ac potus vaporoſus, repletio, retentio ſuperfluitatū, ira, furor, & hmōi. Exemplum ſecundi vt mala cōplexio humida totius, vel particularium partium etiā materialium, & materiales humores à capite deſcēdentes ſanguinei, cholerici &c. Compoſitionalis magnitudo capitis multos recipiens humores ac vapores anguſtia colli ac viarum eius. vnde cum difficultate tranſeuntes moram contrahunt & ibi remanēt & collectionem faciunt. Coniuncta eſt humor infuſus in ipſis muſculis intrinſecus aut extrinſecus. de quibus actum eſt. Itē & mala complexio ſicca, aut humida paralyticans.

SIGNA demōſtratiua & maxime cōia ſunt cōſtrictio anhelitus quæ maior eſt ualde q̄n eſt in muſculis epiglotti & maxime intrinſecis. nam q̄n eſt in muſculis meri, tunc fit difficilis trāſglutitio cibi & potus & non eſt tanta anhelitus cōſtrictio. econtra q̄n in muſculis epiglotti, & aliq̄n apoſtema eſt tantum q̃ facit vtrunq;, quia difficultať anhelitus, & eſt in tranſgluttiendo dolor in gula perceptus maior aut minor ſecundū humoris malitiā. amplificatio linguę & color eius declinans aut ad rubeum uel ad citrinū vel ad album uel ex his mixtum. tumor perceptus ex inſpectione in gutture depreſſa lingua maxime quando eſt in muſculis extrinſecis epiglotti. nam quando eſt in intrinſecis non uidetur tumor aut ſi videtur paruus eſt.

Signa autem qñ apoſtema eſt intus latens fortis, anhelitus conſtrictio. & qñ bibit potus regurgitat ad nares, & oculi ſunt rubei, lingua rigida, collum rigidũ, vox eſt catulina. qñ vero eſt extra apparet tumor aperto ore in gutture, & aliquando ad extra circa collum vel gulam.

Signa ſi fuerit ex ſanguine, & tunc adeſt rubedo linguę, faciei, venarum, oculorum, ſapor dulcis, dolor ſatis intenſus & intẽſius & cõſtrictio notabilis. & quando tale apoſtema facit difficultatem deglutiendi magis q̃ anhelandi, tunc declinat ad viam cibi. Quando vero magis difficultat anhelitum q̃ deglutionem, tũc magis declinat ad cannam pulmonis, & tunc his ſignis adde reliqua ſanguinis ſigna vt regimen, complexionem, habitudinem, & vt plurimum cum tali apoſtemate venit febris.

Cholerici ſigna ſunt punctura, mordicatio, ſitis, dolor acutus, inflãmatio febris, color loci, & faciei declinans ad rubeum cum citrinitate, ſaliua amara, habitudo corporis, cõplexio, regimẽ, & hmõi vigiliæ, & cõſtrictio minor q̃ in ſanguineo, & dolor eſt minor extẽſiue q̃ in ſanguineo.

Phlegmatici autem ſigna. albedo loci, & linguæ, ſapor bautrachinus cum aliquali caliditate, & viſcoſitate, paucitas ſitis, remiſſio doloris ſiue dolor paruus, & nõ eſt cum eo feb. ſecundum plurimum, & prolongatio eius tunc certificat, & quandoq; durat vſq; ad. al. dies complexio, habitudo, regimen, multitudo ſaliuæ, raucedo vocis, & eſt tranſglutitio difficilis, aut anhelatio.

Melancholici autẽ ſigna ſunt durities, ſapor acetoſus, aut ponticus, & accidit paulatim liuiditas loci, paruitas afflictionis, complexio, habitudo, regimen, & quod præceſſit ægritudo melancholica.

Signa autem cauſarum extrinſecarum nota ſunt iudicio infirmi, vel aſtantium.

PROGNOSTICA. Magis ſalua eſt illa in qua anhelitus non multum ſtringiť ſiue non eſt multum difficilis. Quæ autẽ eſt ex remotione ſpõdilium vel ligamẽtorum eorũ quibus colligantiã habet canna eſt magni timoris. Quæ eſt ex remotione ſecundæ ſpondilis, aut q̃ eſt ſupra ipſam, & eſt deterior. quæ vero eſt ea ea quæ eſt ſub ipſa eſt magis ſalua. Iſta ſunt ſigna mala & pernecabilia. Squinantia veniens in feb. continua in die critica. Itẽ cum accidit ſyncopis in ea oregmon, difficultas tranſgluciendi, ita ꝙ potus relinquatur, & per nares emittitur vox catulina, ita ꝙ videatur loqui cum naribus, ſpuma in ore hæc cum apparent non eſt ſpes. Auic. emiſſio linguæ, frequens motus. color niger, & liuidus in lingua apparens, in oculis & labijs, Frigiditas extremitatum, contractio colli, & ꝙ non poſſit iacere ſuper dorſum, & præcipue quando eſt in vijs anhelitus. Et ad cognoſcendum mala iſta ſunt ſigna. Primum ꝙ de hora in horam patiens ſentit in anhelitu ſe difficultari. Secundum ꝙ quando reſupinatur prohibet anhelitũ omnino. Tertium quod quaſi continue ingeniatur ad extendendum collum vt habeat anhelitum liberum. Squinantia canina non curatur, & raro peruenit ad quartum. In ſignis mortis feſtinæ Hippo. ſi quis præfocationem patitur, & alteratur color poſtremi colli eius rubedine conſueta ad albedinem, vel ad viriditatem, & ſudant aſcellæ, & inguina ſudore fœtido, tunc moritur in vno duorum dierum. Iſta ſunt ſigna ſalutis & ſpei. quies, ſomnus, alleuiatio doloris, bonitas anhelitus, facilitas tranſglutiendi, remiſſio feb. ſi qua erat, & ꝙ tranſacta quarta die ſentit leuitatem gutturis, & eſt caſus Gale. iiij. de interioribus in fine. & Ariſt. x. proble. ix. Viſus eſt itaq; lapis ſub lingua in tanto ſpatio ad quantitatem fabæ genitus. & Gentilis recitat ſe vidiſſe mulierem præfocatam, ita vt omnes æſtimarent eam mortuam, tandem expuit fruſtum ſolidum globoſum fere vt lapis ad quantitatem dactyli, & ſanata eſt,

CVRA. Canones. Ordinatio diætæ. Euacuatio. Diuerſio. Prohibitio fluxus materiæ. Adminiſtratio particulariũ in diuerſis temporibus morbi, correctio accidentiũ.

Primus quidẽ compleť cum ſubtiliatione cibi ꝓcedendo gradatim ad groſſitiẽ. eſt enim frequenter morbus acutus & ſunt adminiſtrata contraria cauſæ. ſicq; potus aqua zucchatata vel idiomel vel oxyzacchara cum aqua ſecũdum cauſam. Somnus vero ex eis moleſtus & maxime nocturnus & factus immediate poſt cibum. & cum dormiunt excitentur ſæpe. In aere teneantur temperato, ſicq; ſuo modo commenſurentur cæterę res non naturales.

Sec'ũs vero perficitur in calida ſanguinea cũ extractione ſanguinis per phlebotomiã vel per ventoſas vt virtus & cætera conſentiunt. Nam ubi eſt ſolum peccatũ ſanguinis fiat extractio ſanguinis copioſa vel pauca ſecundũ ꝙ adeſt ſanguinis multitudo vel paucitas, fortitudo uel debilitas &c. & ita intereſt hęc mẽſurare, & ex qua parte an ex oppoſita dolori vel ex eadem diceť in dubijs. Scito tamẽ ꝙ debet fieri ea cephalica nec eſt tradendum in ea fienda. Itẽ feſtina vt eodem die fiat phlebotomia venarũ ſub lingua & præcipue qñ apparet in eis plenitudo vt per octo horas vel circa. patet. Vnde Alexander. & poſt incide venas ſub lingua neq; in craſtinum ſed ipſa die fac & hoc experientia oſtẽdit. Et ſi videť multiplicetur phlebotomia, qm̃ in caſu non eſt medicina ei par. vnde in forti fiat vſq; ad ſyncopim. Sed nota ꝙ ſyncopis eſt hoc loco multum cõſideranda, qm̃ videť addere in difficultatẽ anhelitus ꝓpter debilitatẽ virtutis. & ideo conſiderandũ eſt multũ in faciẽdo phlebotomiã in his q ex ipſa phlebotomia cadũt in ſyncopim. cõſidera. Et cõſimilr feſtineť vbi phlebotomia fieri nõ poſſet ad ponẽdũ ventoſas in ſpatulis cũ reiteratione & ſcarificatione, & vẽtoſatione crurũ ſunt iuuantes valde Aui. Quòd ſi cũ ſanguine fuerit admixtio choleræ, vel phlegmatis ſubito deneť etiam ita cholerã, vel phlegma, & mũdificãtia ſanguinẽ ab eis vt de ſoda ſanguinea, ita tñ ꝙ etiã alterãtia vt in cholerico cum aqua fructuũ in phlegmatico cũ hiera & ſimilibus. Poſtea vero in die ſequẽti fiat phlebotomia vt videbiť expedire, modo, vt ſupra & poſt deneť euacuatiua vt in cholerico cum ſucco ſolatri & hmõi. In phlegmatico pilulas cochias & hmõi. & hoc intellige vbi ægritudo tolerat. ꝙ ſi viderimus furioſitatẽ prius incipe cum phlebotomia, & ꝓcede cum diuerſiuis, & ſequere cum ſolutiuis. Itẽ procedať ad enemata, & collyria leuia ſi feb. adeſt. & ſi nõ adminiſtrenť fortia, ſunt enim iuuamenti ſublimis, fortiora tñ ſcito in phlegmatico. Auic. vero laudat ea in principio fieri inquit. Ex eis quidẽ quę ſunt vehemẽtis iuuaminis, eſt inceptio adminiſtrationis clyſteriorũ fortium valde niſi feb. prohibeat. tunc enim oportet vt ſit contentus clyſteribus leuibus, & pro his recurre ad ea q̃ dicta ſunt in dubijs de apoplexia. Verum autẽ materia exiſtente phlegmatica, vel cholerica nõ admixta ſanguini cõpetat phlebotomia dicetur in dubijs. Sed hic aduertẽdum ꝙ qñ eſt in toto ſemper debet fieri phlebotomia ſi cætera conſentiant, & quod dictũ eſt de phlebotomia maxime eſt intelligẽdũ in principio eius. nã in alijs tpibus eius ſpãliter in augmẽto, & ſtatu põt fieri, dũmodo uideať neceſſitas magna, & virtus apta ſit ſuſtinere. Cognoſcunť tẽpora ſquinãtiæ qſicq; ex modo deglutionis ea parte, ſcilicet facilitatis, & difficultatis eius. nã in principio difficultať. in augmento creſcit difficultas. in ſtatu vero vltimať. in declinatione minuitur. Et iuxta hęc ſcito ꝙ quãdo difficultas eſt maior proportionabiliter in deglutiendo q̃ in anhelando, tunc ſquinantia magis eſt in via cibi, quãdo vero econtra maior eſt in via anhelitus. quãdo vero æquať æqualiter. Si vero materia fuerit cholerica, vel phlegmatica, vel melancholica feſtina ad euacuandũ cum euacuatiuis appropriatis vt ſupra. iiij. trac. & cum clyſteribus fortibus vt in apoplexia, uel leuibus vt videbitur expedire iuxta poſita. frequẽter enim ægritudo iſta eſt acuta ratione quantitatis materiæ & accidentium, quare oportet accelerare modicũ in euacuãdo iuxta illud

Senia.

Senis. Concocta medicari, atque mouere non cruda,&c. Vnde pro his omnibus recurre ad ea quæ dicta ſunt de ſoda.ibi enim poſita ſunt clyſteria, & alia euacuatiua propoſito iſto vtiliſſima.

Tertius impleatur cum diuerſiuis cum fricatione facta cum digitis,aut ligno rotundo ſuper focilia bracchiorum vt cõiter fit,vel cum alijs de quibus in de ſoda phlegmatica,cholerica &c.& etiã dictũ eſt de apople. vt īfra de apoſtematibus amygdalis.gutturis.ꝓ qbus recurre ibi. Sed hic nota ꝙ ꝓcipuum remedium in diuertẽdo eſt appoſitio ventoſæ vt primo ponaĩ ſuper zuedenegi. & eſt locus capitis ad quẽ peruenit digitus medius cum ponitur extremitas manus ſuper ſummitatem naſi. & eſt iuuamenti magni. Item ſecundo poſitio ventoſæ ſuper locum apud ſecundam ſpondilem & eſt ſublimis.elargat enim viã anhelitus & cibi,quapropter oportet vt ſæpe ac ſæpe itereĩ & ꝓcipue tẽpore exhibitionis cibi. de qua experientiam habui in quadam vetula. & ſit ventoſa magna capiens magnum ſpatium, vnde & ponitur ſuper nucham & multũ confert.confert etiã eius poſitio ſub mento, ſub maxillis, ſub mamillis cum inciſione. faciunt etenim diuerſionem facilem.Sed vtrum iſtud debeat fieri in principio dicetur in dubijs. Item in hoc caſu confert impoſitio, ſeu diſtillatio oleorum in aurem quæ ſequitur dolorem & oleum roſ. amygdalarum dulcium, vt ſupra dictum eſt de dolore capi.& tu ibi.

Zuedenegi gd.

Prohibentia autẽ fluxum materiæ require ſupra de catarrho vbi habentur indifferenter reſpectu cuiuſcunq; materiæ, quæ ſunt ſiſtentia ingroſſantia &c.ſed tamen dicentur aliqua in particulari ſtatim.

VENIENS ad particularium adminiſtrationẽ cum hæc ægritudo ſit periculoſa,& vt frequenter eueniẽs multum ſtudebo in eis copioſa,& particulari declaratione. Vnde inchoans de ſanguinea procedam particulariter ſm tempora eius vniuerſalia.quodq; de alijs agetur.

In principio itaq; ſanguineę facta euacuatione per phlebotomiã prius & pharmaciã leuem.Sec'o ut ſupra adminiſtrentur repercuſsiua de quo in dubijs ex aqua, & aceto, vel ex ſucco, vel vino granatoꝝ acetoſorum vel dulciũ, aut ſucco ſolatri cum ſemine ro.& eſt mirabile, aut ſucco citonioꝝ,ſorbarum, neſpillorum contritoꝝ cum oſsibus ſuis,aut decoctio in agreſto facta ex balauſtijs,gallis,ſemine ro. vel agreſte ipſum cum ſuccis pdictorum.Itẽ diamoron,oxyzacchara cum aqua ciſterne, vel calibeata, & iſta ſi tepefiant cõuenientius operantur. Et dictum eſt facta euacuatione,quoniam ante eam adminiſtratio ſtypticantium eſt ſuſpecta,quia poſſet eſſe cauſa collectionis multę materiæ,quæ ſi poſtea cum tanta quantitate ſubito interficeret ſtatim,& pro iſto vide quæ ſcripta ſunt ſupra rubrica de catarrho. In augmẽto vero fiat mixtio reſolutiuoꝝ cum repercuſsiuis vincentibus repercuſsiuis,& ſtypticis, vt uerbi gratia.℞.mellis roſ.℥.j.ſucci ſolatri.℥.j.ſ.aquæ roſ,℥.j.miſce & fiat gargariſma.Item ſi vis minus ſtypticum pone mel ſimplex.Item valet in hoc caſu lac caprinũ gargarizatum,& eſt vſuale.nam vltra has intentiones eſt doloris mitigatiuum. Item ex pulpa caſiæ cum lacte fiat gargariſma.Item pulpa caſiæ cum ſucco ſolatri & eſt cõueniens,& fac ſemper vt ſtyptica vincant. vnde quidam maxime cõmendat ſuccum ſolatri cum aqua fœniculi, & pauco zucchato. Item valet diamoron cum decoctione ficuum,& dactylorum.Item decoctio ex paſſulis.liquiritia cum vino granatorũ & ſemine roſ.& cõſimiliter cum diuerſis diuerſimode cõpone,dummodo ꝙ ſtyptica vincãt. In ſtatu vero hęc adinuicẽ cõponanĩ,ita vt ad æqualitatẽ eueniãt.Et licet ſciã te faciliter ex datis ſcire operari, tamen vt ſis copioſior ponã exempla.Verbi gratia.℞.mellis roſ.colati.℥.j.ſynapis vel piretri vel cinnamomi.℈.j. aquæ ſolatri.℥.iij.miſce. Vel.℞.decoctionis ficuum dactylorum.℥.iij.vini granatorum acetoſorum.℥.iij.miſce.Item oxymel ſimplex faciẽdo gargariſma ex his.Laudatur maxime lac caninũ cum ſtercore canis albo & melle.Item vſus ſtercoris huius à multis permaxime ad intra cõmendatur,quod ego nõ multum laudo propter eius abominationem, res tamen in ſe eſt multi iuuamenti,quę ſecretum etiam neſcientibus amicis cum datur dari deber.Item aqua mellis roſ.cum pauco piretri & cinnamomi. In fine autem ſtatus medicamina vtatur aggregante in ſe maturationem lenificationem & reſolutionẽ, ſicut verbi gratia.decoctio ficuum cum modico ſalis, vel decoctio paſſularum,liquiritię,& modico aluminis zucchcini. Item decoctio ficuum,dactylorum cum modico piretri.Itẽ decoctio ſeminum citoniorum altheæ. Item valet maxime lac caprinum cum mulgetur,aut tepefactum.

Si vero apoſtema fuerit reſolutũ aut permutatum bene eſt. Si vero ad ſanitatẽ aduentum ſit, tunc ſtudendum eſt ad eius apertionem aut cum medicinis vel cum apertione manuali. Cum medicinis vt cum his quæ aggregant has duas intentiones quæ ſunt apertio, & lenificatio. vnde aperientia commendata ſunt hæc. Sal armoniacum, haemel,aſſa fœtida, & radix lilij, baurach, ſtercus hyrundinum, ſtercus canis rodentis oſſa, ſtercus infantis paſti ex lupinis,cinis pullorum hyrundinum vſtorum,& qualiter vrãtur vide Meſ.proprio cap. Stercus lupi, cinnamomũ, menthaſtrum,ſanſucus,mentha,alumen, ſiſymbrium,coſtus,& proprie marinus cui hoc in loco ineſt proprietas.

Lenitiua vero quæ miſceri habent cum his cõmendata vt ambæ perficiantur intentiones ſunt lac caprinum, ſuccus caulium, decoctio ficuum, decoctio frumenti. Ex his itaque vel ſimilibus fiat compoſitio vt miſceatur ſtercus hyrundinum cum lacte uel decoctio ficuum cum aſſa fœtida, vel baurach,&c.fiat gargariſma, & frequenter inde gargarizetur. Quòd ſi non aperiaĩ recurratue ad operationem manualem,& ſunt ex hominibus qui imponunt digitum in guttur.& deinde cum vngue ſcindũt, & aperiunt. Mulieres autẽ maxime in Italia hanc operationem faciũt & ſpecialiter in Ferraria. Cumq; fuerit apertum fiat mundificatio & abſterſio. deinde conſolidatio vt de vlceribus gingiuarum dictũ eſt. & tu ibi. Et hic nota etiã pro dicendis ꝙ te oportet cõponere medicamina ſecundũ poſſe uirtutis complexionis ætatis &c. nam fortioribus fortiora.debilibus vero debiliora competunt medicamina,vt Alexander. Quòd etiam expreſsit Auic.nona tertij. cap.de ſermone vniuerſali curatum apoſtematũ in parte gutturis accidentium dum inquit. Et ſimiliter obſeruetur ætas,complexio,tempus,& conſuetudo.

In cholerica vero fiat euacuatio cũ pharmacia aut clyſteri.deinde fiat phlebotomia diuerſiua cũ non peccet ſanguis de cephalica ſuper manũ. Tu tamen nota vt ſupra de ſanguinea ꝙ ſi ægritudo videbitur moleſtans multum in principio incipere debes à phlebotomia ſequendo cum diuerſiuis.deinde ſequẽti die da pharmacum aut vtere clyſteri. fiantq; diuerſiones,vt ſupra de ſoda cholerica vbi ꝓ euacuatione fienda et pro diuerſione recurras.Itẽ fiat prohibitio fluxus materiæ,vt ſupra de catarrho acuto. Particulariter vero ꝓcedẽs in principio adminiſtreneĩ repercuſsiua,vt ſupra de ſanguinea. Sed nota ꝙ talia debẽt eſſe infrigidantia. vnde conferunt in principio ſuccus ſolatri, ſuccus roſ.ſandali,camphora,mucilago,pſilij, balauſtię, & hmõi,q̃ ſunt frigida in ſecundo uerſus tertiũ cũ ſtypticitate q̃ requires.iiij.tract. Ex qbus cõpone gargariſmata, inſufflationes puluerũ,pilulæ, vel loch,& hmõi:quæ retẽta in ore ꝓhibent materiã fluere.vnde retentio diadraganti cõtinue in ore & ſimiliũ eſt in hac,& in ſanguinea, & in ea quæ ex phlegmate eſt ſalſo multum conueniens. Laudatur autem vehementer rob, vel ſyrupus de papauere bibitum,aut diacodion.Item lac papaueris cum aqua ro Itẽ ſuccus ſolatri depuratus bibitus mane & ſero ſm menſuram duarum teſtarum oui,aut trium, vel mucilago pſilij

cum grano vno camphoræ. In augmēto vero ꝓcedaſ cum permixtione repercuſsiuorū, cum reſolutiuis, & ſint repercuſsiua magis vincentia ꝙ in ea quæ de ſanguinea, & illis eiſdem reſolutiuis vtere. de quibus etiam aliquid in ea quæ de phlegmatica. In ſtatu autē in principio aliqualiter vincant reſolutiua. in fine vero vincant reſolutiua & multum, & tu ex datis compone exempla.

In phlegmatica vero in principio fiat conſiſt eūo cum pharmacis aut clyſteri vt doceſ de ſoda phlegmatica, deinde fiat phlōmia diuerſiua vt altera die aut applicatio vētoſarū, vt ſupra & extractio ſanguinis maior ꝙ in cholerica alijs paribus, qa in caſibus talibus minus vereſ humorꝫ incrudatio ꝙ eorū ebullitio, & aduerte quod dcm̄ eſt de phlebotomia in de ſanguinea, & cholerica. qn̄. ſ. debet ꝓcedere pharmaciā aut ecōtra. de quo in dubijs. Frātqꝫ diuerſiones, vt ſupra de ſoda phlegmatica, ꝓhibitioneſqꝫ de fluxu materiæ, vt de catarrho nō acuto. Et particulariter vt ſupra ꝓcedes in principio utēdo repcuſsiuis, & laudaſ acetū cū aqua ro. ſyrupus acetoſus ſimplex & ꝑcipue qn̄ materia eſt groſſa viſcoſa. qn̄ vero non eſt talis diamoron & hmōi q̄ ſunt ſtyptica, et nō inciſiua ſunt cōueniētiora. cōſidera, oxymel ſimplex cū aqua, & aceto. vnde Auic. Et ex eis eſt gargariſmus factus ex oxymelle, & aqua, & aceto. ipſe enim eſt maximi iuuamēti, in initio calidæ & fri. Itē maxime cōmendaſ lac, & omni tēpore, & in oī cā. Itē rob mororꝫ. Itē diamoron cū aqua & aceto. Laudaſ maxime ſuccus nucū recentiū in principio ab auctoribus quo non vtor ꝓpter ipſum eſſe guſtui abominabile. vide ipſum in Meſ. xj. diſt. antidotarij. Valet & ſuccus ro. Itē alumen iameni, & habet ꝓprietatē in hoc. In augmēto vero fiat vt ſupra mixtio ſtypticorū cū reſolutiuis vincētibus ſtypticis. In ſtatu vero ſint æque potētia. In declinatione vero vincant reſolutiua quæ ſunt hæc, mel, crocus, myrrha, piper, cinnamomum, piretrum, caſia fiſtula, ficus, fœniculus, ſinapis, raphanus, baurach, ſal armoniacum, calamentum, ſtercus hyrundinis & terra ex qua faciunt nidum, ireos, ſtercus canis, ſtercus infantis, cubebæ, ameos, ſquinantum, alumen iameni, ariſtologia, coſtus, ſpica, folium, vinum, abſinthium, aſſa, confectio de muſco Auic. primo tractatu. quinti. hyſſopus ſicca.

In melācholica vero ꝓcedaſ vt dictū eſt de plegmatica, ita tn̄ ꝙ minus ſicca ſint ea q̄ in melācholica, & hoc ad generalis & particularia, & ꝑcipue reſpectu eorū quæ ad intra ſumunſ ex medicinis. Ad extra vero applicenſ emplaſtra, vnctiones & hmōi habentes virtutē attrahendi & reſoluendi q̄ in ſua opatione tēperenſ ſm diuerſitatē tēporis, qm̄ in principio uerēda ſunt, ſed in ſtatu & declinatione ſecurius adminiſtrenſ. In ſtatu quidē nō multū reſoluētia, ſed modicū à tēperamēto, diſtātia tamē verſus caliditatem in declinatione vere ſint reſoluētia multo plus. vnde potes ex his cōponere. Vnde in ſtatu competit lana infuſa in oleo camomillino & collo applicata. Item ſtupa infuſa in vrina pueri, & ſub cinere calido calefacta, & panno inuoluta collo appoſita. Itē cōmendatur emplaſtrum factū ex melle, ſtercore infantis, vel canis vel hyrundinis & hmōi. Et iſta fœtida abijcio, & humanū ſtercus ſpecialiter. Itē laudatur & pręcipue in declinatione lana cū hyſſopo humida inunctio ex oleis calidis reſolutiuis, vt oleum liliorū, anethinum cum pinguedinibus, & emplaſtra reſolutiua. Et nota ꝙ nunquā ad extra debent repercuſsiua collo applicari. Item valet emplaſtrum ex dialthea quarta. j. & mucillagine ſeminis lini, fœnugræci. ana. ʒ. j. medullæ, caſsiæ fiſtulæ, butyri recētis ſine ſale. ana. ℥. ſ. oleū amygdalarū dulcium. ℥. ij. eſt maturatiuū. Cum autem non ſuccedit cura cum his medicaminibus & res eſt poſita quaſi in deſperatione ꝓcedunt artifices manuales duobus varijs modis. Primus quē tangit Auic. nona tertij. de cura eius inquit. Et quandoqꝫ intromittitur in guttur eius cannula facta de auro vel de argento, vel ſimilibus, quibus adiuuantur ad inſpirandum. Secundus modus eſt, quoniam fit ſubſcanatio ad extra, & modus tangetur in dubijs. recurre ibi. & eſt etiam modus tactus ab Auic. loco allegato. Plurima medicamenta ponunſ ab Auicē. ſed domeſticiora narraui, & in eis non multiplicaui, quoniā multa dicentur de apoſtematibus amygdalarum gutturis quę etiā huic loco ſunt afferenda, vt ſunt puluerū inſufflationes & hmōi. & ideo ſtudio aggrega has rubricas duas. Nolo tamen præterire tertium modum, & eſt vt ligeſ modicū ſpongiæ cum filo forti, & liniaſ melle, & tranſglutiatur ſi poſsibile eſt vel quodāmodo ꝑ vim impellaſ. deinde extrahaſ rūpit apoſtema, vt patet. Itē poſtremo laudaſ mirabiliter filum intinctum cum ſanguine miræ, aut miricę marino cum quo ſtranguletur ſerpens, & deinde circumdetur collū ſquinantici. vnde Auic. illud enim confert iuuamentum mirabile bonū pertranſiens quantitatem eius quod timetur. Itē maxime laudatur emplaſtrum de lumbricis terreſtribus contuſis. Item de ſcabioſa.

VLTIMVS cōpleſ cū ſedātibus dolorē, vt eſt ſyrupus de papauere, ſyru. viol. & ea clauſurā gutturis elargant, de qbus dictū eſt in. iij. cañ. & tu ibi planum habes.

### *De ægritudinibus uueæ, & apoſtematibus amygdalarum gutturis.* Rubrica. VI.

QVid nam ſit vua quid amygdalæ dictum eſt in principio capituli. Vuula quidem patitur caſum, apoſtema, & vulnus. in cura quidē caſus apetieſ cura omnis male cōplexionis, & cum materia, & ſine.

Caſus itaqꝫ vuæ nō eſt niſi quędā eius elōgatio & in extremitate eius ingroſſatio qua impediſ actus deglutionis & trāſpirationis. Ex materia à capite ad ipſam profluęnte cōtingens, quæ ſm plurimum eſt materia phlegmatica ut dicebaſ de ſquināntia, quod diſputabitur in dubijs, ſed color manifeſtat cum caliditate ac dolore perceptus cum in ſanguinea rubedo, caliditas. maior dolor &c. vt ſæpe dictum eſt in comparatione ad hęc vel ſimilia in phlegmate, quod ſuo mō de melācholica, & cholerica dicendū eſt.

SIGNA demonſtratiua ex parte malę complexionis materialis & immaterialis ſumantur ex habitis in pręcedenti rubrica. quodqꝫ de cauſis intellige, quoniā cauſæ vtrobiqꝫ ſunt eædem vel ſimiles.

PROGNOSTICA. timendum eſt vuulā incidere. nam ad eius inciſione ſequentur nocumenta plura: de quibus in de cura caſus eius ſtatim. Eſt nanqꝫ eius caſus quandoqꝫ cum feb. quandoqꝫ ſine feb. Et ſm plurimū caſus ex cauſa ca. eſt cum feb.

CVRA in caſu ex materia calida ſeruentur canones. Primus ordinatio dietę ex parte ſex rerū nō naturaliū vt declinēt ad oppoſitū cauſæ & ꝓ his recurre ad tractatum quartū. Scd's eſt euacuatio. Tertius diuerſio. Quartus eſt adminiſtratio particularium in diuerſis partibus.

Scd's perficiſ phlebotomia maxime qn̄ ſentitur caliditas vehemēs, & videſ rubedo, fiatqꝫ ex cephalica dextra ſi aliud non obſtetetit, vel ex baſilica ſi repletio fuerit te ad hoc inuitans iuxta canones, ſupra de ſoda ſanguinea. & tu ibi. Quòd ſi ætās nō patitur recurre ad vētoſas, vt ſæpe dictū eſt. Quòd ſi fuerit ex humore alio à ſanguine cōmixto tamen ſanguini phlebotoma vt dictum eſt, deinde euacua cum ſolutiuis & alterantibus vt dicebaſ de ſquināntia. pro quibus ſolutiuis recurre ad ea quæ de ſoda iuxta opportunitatem. Si vero fuerit non admixta ſanguini, & ægritudo nō multum fuerit acuta, ſed dans inducias euacua in cholerica cum aqua fructuum & hmōi vt ſupra de ſoda cholerica quæ ſunt alteratiua, & euacuātia, & cū clyſteribus, & ſimili modo fiat de phlegmatica, & melancholica ſi contigerit, & tu ibi. Quòd ſi ægritudo fuerit infeſta & timuerimus de eius multitudine &c. credo vtiliſsimā fore phlebotomiā diuerſiuam ex cephalica dextra ſuper manum, vel applicatio ventoſarum in ſpatulis, vel naticis.

Tertius cõpletur diuerſionibus ad plenũ de ſoda phlegmatica, cholerica &c. qbus tñ addo quaſdã ſpeciales, laudaẽ tractio capillorũ verticis capitis, vſq; ad ſeparationẽ cutis ab oſſe. & dicit Meſ. q̃ eſt ex expertis & ilico vuulã eleuat. Credo verũ ſed nondũ auſus fui experiri, qm̃ ſi non ſuccederet ignominioſum foret. Valet in hoc caſu extractio aurium & eleuatio earum fortis ad ſuperiora cum forti dolore. Item fiat abraſio zudenegi, & ſuperponaẽ ventoſa. facit enim ad ſubitam eleuationem. Item indifferẽter ſuper locum illum ſiſtentia catarrhũ poſita valde cõferunt. Vnde in principio caſus eius valet ſi liniatur locus ex ſucco achaciæ, vel ex gallis aduſtis cum aceto, vel ex his fiat ſacculus. Item fiant caputpurgia diuertentia materiam & ex quibus ſupra de ſoda vbi fortia & debilia ponuntur. & tu quidẽ cum debilibus in principio ne ſequatur ex fortibus materiæ diſruptio maior. & ſi fuerit purgatio cõueniens & diuerſio cõpetunt ſternutationes, & hoc voluit Meſ, cũ inquit. Et ſternutamenta etiã cõferunt eis.

Quartus cõpletur adminiſtrando in principio ſtyptica ꝓhibẽtia fluxum, & malã qualitatẽ inductam alterãtia. Vt in calida cũ frigidis, & ſtypticis gargarizando ex aceto & aqua ro. vel cum aqua vel cum ſucco granatorũ & ex alijs vt de ſquinantia dictũ eſt in eius principio, & tu ibi. Item inſuffletur cum pẽna vel cũ canna puluis ſubtiliſſimus factus ex ſandalis, balauſtijs, roſ. aut ſeminæ carũ cum modico camphoræ. & conſimiliter de alijs ſimilibus ad plenũ. de quibus de ſquinantia. Et menti habe q̃ omnes iſtæ quatuor intẽtiones debent in eadẽ die cõpleri ſi poſſibile eſt ſalẽ euacuatio diuerſio & prohibitio fluxus materiæ.

Trãſacto vero principio addanẽ quę aliquã habẽt virtutẽ abſtergẽdi ſicut eſt mel roſ. cũ aceto, diamoron cum aqua ſaluiæ. Itẽ ſyrupus myrtinus cũ modico ſalis armo.

Item fiat puluis ex balauſtijs, gallis, & alumine zuccharino. ana. & ponaẽ in capite inſtrumenti, & applicẽ vuæ ipſam cõprimendo, & eleuãdo ad ſuperiora & exteriora.

Item. ℞. piretri. ʒ. j. myrti. ʒ. ij. fac puluerẽ & vtere cum inſtrumento. Et cõſimiliter compone ex calidis & frigidis. & hãc leuationẽ fac leuiter. Quòd ſi eſt neceſſaria maior reſolutio fac vt calida vincãt ſecundũ q̃ videbitur. nã in calida ſquinantia afferas ad tuum propoſitum hic.

In phlegmatica vero in principio vtere ſtypticis quæ in caliditate nõ ſunt eleuata. unde ualet diamoron cũ aqua hordei. ſyrupus acetoſus cũ aqua eadẽ uel cũ aqua calibeata &c. poſita ſupra de ſquinãtia ex phlegmate. Et nota hic & pro dictis etiã dictũ Aui. de cura eius inqt. Quòd ſi ſtyptica eã acquirere faciunt duritiẽ & coarctationẽ doloroſam adminiſtra in ea mucillagines, & gũmi arabicum, & dragacãtũ, & amilũ, & ſarcocollã, & ſemẽ malug. Trãſacto vero principio gradatim ꝓcede cũ reſolutiuis mixtim cũ ſtypticis vt ſupra de ſquinãtia. & hmõi ſunt ſal armoniacus, pirettũ, almuri, &c. poſita in de ſquinãtia. cum quibus poteſt cõponi puluis cũ quo inſtrumẽto eleuetur.

Medicamen ad hoc. ℞. balauſtiarũ. ʒ. ij. aluminis iameni. ʒ. j. croci camphorę, ana. quartã. ʒ vnius. fiat puluis ſubtiliſſimus cum quo & paruo cocleari eleueẽ. Aliud optimum. ℞. gallarũ, ſalis armoniaci. ana. ʒ. j. aluminis, myrrhę. ana. ʒ. ſ. vtere poſt gargariſma ea diamoron & aceto.

Aliud magis vſuale. ℞. cinnamomi, zinzib. piperis, balauſtiarũ, corticum granatorum, foliorum roſ. & ſeminũ earum. ana. vtere vt dictũ eſt. eſt enim expertum. Quòd ſi cupis exiccare materiã cum compoſitis magiſtralibus quęre in Nic. Diamoron, Diapraſsium, Diahyſſopum. Et quidam ponunt cauterium in zudenegi ſicut dictũ eſt de catarrho. Quidam raſo capite in loco, vt ſupra ſaltem in pueris applicant petiam de ſcarlato in quo eſt modicum thuris, picis, & maſticis in modum ceroti.

Si vero per hęc medicamina cura non perficiẽ, ſed vua magis intumeſcit, & dolor augeẽ, tũc vtendũ eſt maturatiuis ſicut decoctione ficuũ, dactylorũ, paſſularũ ro. radicis lilij & hmõi. de quibus in de ſquinantia, & ea eiſdẽ rebus, vel fece carũ remanente fiat emplaſtrum ad extra. Et cum ad maturationẽ peruenerit aperiaẽ cũ inſtrumẽto. vt ſupra de ſquinãtia. deinde expreſſa ſanie mundificeẽ locus cum fieẽ, vt in de mundificatione apoſtematis gutturis. Sed ſi poſſibile eſt omnis cura adhibeaẽ ne ad ſaniationẽ perueniat cũ rebus ſtypticis, vt ſunt myrtus, balauſtiæ, roſæ, cyperus, myrrha & huiuſmodi. de quibus in de ſquinantia.

Accidit autẽ q̃nq; vt vua à natura nõ regaẽ debite. imo pendet gracilis lata multũ verſus radicẽ eius, & eſt in extremitate inferiori ingroſſata, quo caſu oportet ad inciſionẽ peruenire. Tu tamen nota antequã incidas dictũ Hipp. vnde Meſ. de cura eius. Si autẽ vua tumida, & rubea fuerit ſm̃ Hippo. mandatum timendũ eſt eam incidere, quare ſatagendum ſi rectificari poteſt. Si vero ad gracilationẽ & nigredinem tendit expectetur ſuper eam vſq; dum relicta ſit à natura, & tunc incide. Vnde Aui. Cum autẽ eſt rubea appenſa, tunc eius inciſio eſt timoroſa: & q̃nq; manat ſanguis & nõ abſcinditur per aliquã medicinã. Et antequã ponatur modus & documentũ incidendi eam ſcribam nocumenta quæ ex eius inciſione ſequuntur, & vt inciſor nõ præcipitet inaduertẽter in eius inciſione. Et ex nocumentis eſt nocumentum magnũ in voce vt à modica diſtãtia imo valde parua vox carente ea audiatur. & ego vidi talem. Secundum eſt detectio pulmonis frigori & calori; ita vt tuſsim faciliter ex omni incurrat frigore & calore.

Tertium eſt ſitis à qua continue moleſtatur. Quartum eſt detectio ſtomachi, ita vt ex caliditate, frigiditate, & pluribus huiuſmodi faciliter patiatur. vnde & ſtomachus vehementer læditur. lęditur enim ex eius carentia pectus, pulmo, ita vt frigus in eis figatur donec moriatur patiẽs.

Quintum q̃ ex vehementi dolore dubium eſt ne augmentetur apoſtema, & maxime ſi fuerit crudum. Item, quod eſt magis timoroſum q̃ ſæpe ex eius inciſione manat ſanguis, ita q̃ nullo modo retineri poſſit, & ſcito q̃ tales vt plurimum pariſici moriuntur.

Debet ergo operator prius eam cõſiderare, q̃ ſi uiderit eam eſſe tumefactam in parte ſuperiori & non inferiori, tunc nullo modo incidat. Si vero in parte ſuperiori fuerit multum gracilis, & in inferiori groſſa fuerit. quia albi coloris, nigri, aut fuſci, vel liuidi, tunc procedatur ad inciſionem modis quibus ſtatim. Vnde Meſue. Si autem vua corrumpitur & mortificatur & pendet gracilata à radice eius, tũc oportet vt incidatur. Si vero rubei coloris dimittatur iuxta mandatum Senis, qm̃ ſignum digeſtionis non portendit, ſed fluxũ & acutam materiã, & q̃ à natura nondum eſt derelicta. Si vero fuerit ſubtilis & longa ſicut cauda muris egtans linguã abſq; repletione aut rubedine aut nigredine eſt parui timoris pręcedente euacuatione vt ſupra in ſecſo canone ꝓcedaẽ ad eius inciſionẽ, & aliter non. nã vt Aui. Inciſio nanq; cũ repletione vel rubedine eſt timoroſa. Modus enim incidendi ponitur multiplex. Primus eſt & eſt Albucaſis, vt q̃ ſedeat patiens corã medico in ſole & aperto ore cõprimatur lingua cum paleta ad hoc apta, deinde apprehendaẽ cũ vncino & cũ forpicibus obtuſis incidaẽ. Poſt autẽ eius inciſionẽ imediate fiat gargariſmus ex aqua & aceto cũ modico aluminis. Quòd ſi autem ſanguis emanauerit ponanẽ ventoſæ retro collum & adminiſtrentur trochiſci de chacabe cum aqua plantaginis. ſtetq; patiens decliuis ad anteriora & iaceat ſupra faciem ſuã vt ſanguis poſſit ad extra fluere & non vadat ad intra & tuſsiat, imo euomat vt mundificetur quod intra eſt. Secundus modus qui magis laudatur à Meſ. intromittatur cannula ferrea in cuius extremitate ſit feneſtra in qua includatur vuula & poſt per cannulam intromittatur ferrum ignitum ſcindens, & ſic cauterizando incidatur.

Et quoniam omnia ſunt prius tentanda q̃ ferrum. hinc conſulo vt à leuioribus inchoemus. Et hic ponitur duplex modus. Primus & eſt Auicen. vt ſine intromiſſione

ſuper radicē eius ponatur aſſa fœtida, vel alumen iameni, qm̄ faciunt ipſam cadere. Item. ℞. aſſæ fœtidæ, aluminis iameni, ſalis armoniaci, aut vitrioli, miſce & cum inſtrumento ſuperpone radici, ita vt ſibi retineaꝶ per horam deinde reitereꝶ donec nigreſcat. & cū facta erit magna cadet poſt tres dies ſm plurimū. Itē & eſt Albocaſis decoquanꝶ calamentū, hyſſopus, ruta, abrotanum, camomilla in aceto olla cooperta buco habente tn̄ cannulā in parte ſuperiori, & extremū cannulæ ei applicetur ut eſt poſsibile, cadet. hic modus viſus ita facilis opationis ꝙ eo non ſum vſus.

Secundus modus eſt cum cauterio potentiali vt primo accipiatur ſtylus in cuius extremo eſt bombix vel petia ipſum inuoluens, & tunc capta vua cum cānula feneſtrata vt ſupra intingaꝶ extremitas ſtyli petia inuoluta in aqua forti & tangaꝶ vua pluries vt videbitur expedire: aut ſic. applicetur medicamen acutum factum cū oleo aut ſapone vel cum arſenico diſſoluto cum aliquo liquore. & teneaꝶ medicamen vſque ad medietatē horæ quouſq; ſit alterata. nā ex hoc ad nigredinem tende, deinde gargarizet cū oleo roſ. vel aqua roſ. quia infra tres dies cadet. Albucaſ. Poſt autē eius caſum fiat gargarizatio cū vino, thure, & hmōi.

Poſtremo nota aliquos canones. Primus ꝙ in eius inciſione non radicitus incidatur quin aliquid extremitatis eius remaneat. fortaſſe enim ſumet officium aliud ex eo natura. Meſ. Secundus ꝙ in adminiſtratione medicaminum cauterizantiū ſiue acutorum ita operetur ne partes circunſtantes tangantur, quoniam ex eorum tactu læduntur vehementer. Tertius ꝙ arſenicum & huiuſmodi magna cum ſapientia adminiſtrentur, quoniā venenoſa ſunt ne in deſcenſu ad pulmonem lædant. Alij & plures cum alijs operantur cauterijs potentialibus in quibus non eſt hic timor, Nolo enim prolongare ſermonem in his ne ponam manum in alienā meſſem. Si vero fuerit in ea vulnus regatur vt cætera vulnera prohibendo primo apoſtemationē eius cum canonibus dictis. Et ſeruatur ex parte diætæ, euacuationis, & cæterorum, deinde procede cum mundificatiuis & cum conſolidatiuis. Vidi hominem habentem vuam naturaliter ſciſſam ſiue biſurcatam habentem vocem valde ſonoroſam, & amenam.

DE AMYGDALIS vero dicendum & earū paſsionibus ꝙ cura ſimilis eſt curæ vuulę. & ideo Aui. earum curā cum ea quæ de vuula cōmiſcet. Vnde in eis ſeruandi ſunt canones ex parte diætæ euacuationis, & diuerſionis, vt etiā ſupra de ſquinantia. Vnde in diuerſione hic laudaꝶ fricatio facta ſup focilia brachiorū cum digitis vt cōiter fit vel cum ligno rotundo ad hoc præparato. Item ligatio allij triti ſuper partem ſylueſtrem manus. Itē ventoſæ ſuper bracchia, & ſuper crura. Itē inſtillatio olei amygdalarum dulciū in aure quę patitur dolorem calidi hora poſt horā, qm̄ eſt efficax, & ſimiliter de camomillino, & anethino. In particulariō adminiſtratiōe ꝑcedatur præciſe vt de vuula dictō eſt. Et eſt hic ſciendō ꝙ apoſtemata amygdalarum aut reſoluuntur aut veniunt ad ſaniationē vel indurantur & hoc eſt valde raro. nam ſecundū plurimum reſoluuntur vel veniunt ad ſaniationē. debes enim ſtudere ad eorū reſolutionē vt poſsibile eſt inchoando à facilioribus ad intra. vt verbi gratia. in principio cū diamoron cōfortato cum croco, myrrha, vel cum oxymelle ſimplici & alijs ſimilibus ſm exigentiā materiæ vt ſupra de ſquinantia, deinde ꝑcede cū almuri, piretro, ſale armo. & huiuſmodi. Itē ad extra fiant emplaſtra circa guttur, & maxime cōmendatū eſt emplaſtrū factum ex radice multum trita & cocta in rob vini cū adipe porci antiqua, & lota vehemēter & colata ad pondus radicis cum modico ſalis. Itē ad idem radix ireos præparata vt præcedens. Itē radix porrorum nō tranſplantatorum præparata ſm eandem doctrinam, ꝙ ſi addiꝶ ſuccus ſcabioſæ eſt emplaſtrū mirabile in ſquinantia vbi quæriꝶ reſolutio. Emplaſtrū expertum. ℞. farinæ hordei, ſeminis lini cum. ℥. j. carnium dactylorum, caricarū nigrarum pinguium. ana. ʒ. x. micæ panis. ℥. vj. coquanꝶ in rob vini. poſtq̄ trita fuerint, & applica. ſi vero reſoluunꝶ bene eſt. ſi non, ſed ad ſaniationem veniunt aperianꝶ, & fiat vt de ſquinātia dictū eſt. Quòd ſi his remedijs nō curanꝶ, ſed tandem ad magnitudinē veniunt aut perſiſtunt in eſſe primo, tunc ꝑcedaꝶ ad inciſionē, vt de vua dicebaꝶ. Vbi nota ꝙ Albucaſis vult ꝙ ſi fuerint fuſci aut nigri coloris duræ vel ſine ſenſu ferro tangi non debent. Dicit tamen Meſ. ꝙ ſi cancerantur, tunc melior cura eſt cum cauterio aureo, & eſt timoroſum. Et videntur hi viri aduerſari. conſidera. Cūq; fuerint albę, molles, & bene tractabiles procedatur ad inciſionem ducendo ægrum ad locum luminoſum comprimendo linguam cum ſpatula, & capiēdo vuam ex eis cum vncino bicipiti, & cū forficibus obtuſis, vel ſimili inſtrumento incidātur, ita ꝙ cuſtodiantur panniculi, & particulæ adiacentes, quoniā ex eorum inciſione emittetur humiditas ſaliualis. Et fiat gargariſma primo cum aqua roſ. & aceto, vt in de vuula, & expedito vno ꝑcedatur ad ſecundō, & non incidantur duo ſimul, ſtetq; patiens decliuis ad anteriora, ruſſiat & euomat vt de vua dicebatur. Quòd ſi ſanguis putemanabit conſtringatur, vt de vuula dictum eſt. Quidam reſoluūt apoſtemata talia cum inſufflatione aſſæ fœtidæ, vel applicatione quocunq; modo facta ſuper vuam ex ea cum melle. Ego autem multa expertus ſui. finaliter curaui cū inciſione gratia Dei perfeci. Laudat tamē Auic. mirabiliter aſſam inquit. Et non eſt ita conueniens vt aſſa fœtida. & tu conſidera.

## DVBIA.

Dubitaꝶ vtrum in principio ſquinantiæ cōperint repercuſsiua. Quòd non, quia ſic repercutiēdo repelliꝶ materia ad principalia. Dicendū ꝙ in tali repcuſsiōe materia nō ꝑuenit ad principalia, neq; ad cor, neq; ad cerebrū, ſed per membra vilia & intermedia ſpargiꝶ & retineꝶ. Itē non ſunt talia mēbra vt via ad membra principalia quēadmodum emūctoria. Itē ſi ad principalia adhuc deberet fieri propter timorē ſuffocationis, quoniā ex tali repulſione. vt patet minus nocumentum ſequitur.

Aliter alij ꝙ in principio, ubi materia fuerit groſſa multum viſcoſa ſiue melancholica remouibilis non competunt, quia ibi per ea inculcaretur, & dubium eſſet de ſuffocatione. Vbi vero eſſet materia calida mobilis non foret illud dubium. tu conſidera.

DVBITATVR ſecundo utrum ſquinantia ſm plurimum fiat à phlegmate. Et arguiꝶ ꝙ ſic, qm̄ ſecundū plurimū ſquinantia cauſatur ex humoribus à cerebro deſcendentibus ad guttur & partes eius, ſed talia ſecundū plurimum abundans in cerebro eſt phlegmaticus. ergo. Et pro iſto eſt Marſilius patauus, iiij. Aphor. Apho. xxiiij. & dubio ſecundo. In oppoſitum videtur Auic. propter hoc, quoniā veniens ad curam ſquinantiæ de ipſa facta ex phlegmate paruam & quaſi nullam facit mentionē reſpectu eius quod ſcribit de facta ex ſanguine longum ſermonem faciens de ſanguinea tanquam de ea quæ frequenter accidit. Et pro iſto videtur expreſſe Gilbertus anglicus in ſua practica inquit. Fit enim ex humoribus acutis à capite deſcendentibus. Itē Gerardus de ſolo ſuper nono Almanſ. cap. de ſquinantia inquit. Et hoc apoſtema fit ſecundum plurimum à ſanguine, cuius ſignum eſt plenitudo venarum. rubor faciei, & pulſus magnitudo, & Gordonius. Squinantia fit utplurimum de ſanguine. Pro dubio teneatur cōcluſio. ꝙ ſm plurimum fit à phlegmate, ut notat experientia, qm̄ quotidie videmus conquerentes de ſquinantia ſaltē parua in quā homines frequenter & cōiter incurrunt non pati calorem, ruborē, pulſus magnitudinē; pro illoq; eſt ratio adducta ante oppoſitum. Ad Auicē dicēdum ꝙ de illa maxime tractauit tanquā de periculoſiori & rōne quātitatis & qualitatis materiæ. Ad Gilbertū dicendū ꝙ ēt humor frigidus ſua quātitate etiā pōt dici acutus.

acutus. Ad Gerardum qui expreſsius locutus fuit dicendum ꝙ locutus eſt de periculoſiori. quoniã periculoſior ſecũdum plurimum eſt ex ſanguine, vel aliter ꝙ fuit illius opinionis. Et ſimiliter ad lilium.

DVBITATVR etiam vtrum ſquinantia poſſit à materia melancholica cauſari. Arguitur ꝙ non, qm̃ eſt morbus acutus & cito terminatur. ſed ex humore melancholico non fit morbus acutus & cito terminabilis. ergo &c. Confirmat̃, quia fit ex humore fluente ad partes gutturis. ſed melãcholia eſt humor grauis quaſi immobilis. ergo &c. & pro iſto eſt expſſe ſententia Viatici cap. ꝓprio. In oppoſitũ eſt Auic. nona tertij. de ſquinãtia inqt, Verũ non elongat̃ cum raritate ipſius quin accidat ſubito vel paulatim, deinde ſuffocet. Pro dubio tenẽdæ ſunt hę concluſiones. Prima ꝙ ſquinantia à melãcholia raro poterit contingere. patet cõcluſio; qm̃ ſua quãtitate & groſſitie & cũ grauitate cito poteſt meatũ obſtruere quęcũq; nã nõ videt̃ quid obſtet, nec obſtat dictum Viatici ꝙ talis morbus cito terminet̃ cum præfocatio quãq; quadraginta prolonget̃ diebus. Aui. Allegato cap. & hanc cõcluſionẽ voluerunt Auic. & moderni. Secunda cõcluſio ꝙ difficile eſt ꝙ præfocatio à materia accidat melancholica. hanc concluſionem voluit Viaticus ita ꝙ ibi Viaticus impoſsibile pro difficulter et rariſsime cõtingenti expreſsit. Ad rationes patet quid dicendum.

DVBITATVR vtrum in ſquinantia competat ſubſcanatio. Quòd non arguit̃, qm̃ cõmuniter operantes non faciũt, quos non eſt ponere inſufficientes. Item ex ſectione ſequuntur magna pericula. Primum, qm̃ ſanguis fluet ad pulmonẽ aptus facere ſuffocationem. Secundũ, quoniam aer libere nõ modificatus ingredietur pulmonẽ, vnde grande ſequet̃ nocumentum vt de inciſione vuę dicebatur & tertio prognoſticorum. Itẽ hoc nõ debet fieri niſi qñ res poſita eſt in deſperatione, ſed morituri ſolis ꝓgnoſticis ſunt relinquendi primo aphor. cõment. 8. Gal. Ad oppoſitũ Auic. uel vt ſupra Albuca. ij. iiij. cap. & Halyab. nono practicæ. Prima cõcluſio. ꝙ ſtante uirtute & nullo alio annexo auxilio valente debet fieri ſubſcanatio, hanc concluſionẽ volunt illuſtres medici nominati. Secunda cõcluſio. ꝙ ante ſubſcanationẽ debet medicus proteſtari. Modus autẽ quomodo fieri debet eſt talis. Sedeat patiens ſuper ſedem poſterius eleuatã, vt eius dorſum cõſeruetur, eiuſq; caput ſubleuetur, excorieturq; cutis & panniculus qui ſub ea eſt, & cum tenaculis protrahatur ad diuerſa. deinde ſub tribus vel quatuor ſemicirculis epiglottis inter vnam cartilaginem & aliam in panniculis fiant tres aut quatuor fixuræ rotundæ, vt duæ ſint verſus dextrum, & duæ verſus ſiniſtrum, vel fortaſſe duæ ſufficient laterales dimittanturq; apertę donec periculum receſſerit. Et expeditis neceſſarijs tua ſit intentio tota in ſubito conſolidando & incarnando. vnde Albucaſis primo. ſuit eas & poſtea cum incarnatiuis procedit. & tu eo caſu conſule chirurgicos. Ad rationes ante oppoſitum dicitur ꝙ cõmuniter operãtes ex hoc accuſantur, quoniam ſunt inexperti & formidantes. Ad ſecundum ꝙ inciſione ſic facta fluet ſanguis ad extra. Et quod dicitur de aere verum eſt ꝙ cedet, ſed modica tempore vbi ex inciſione vuę erit læſio magna tempore. Item minus malum ſemper eligendum: nam hic coacte fiet. Itẽ ponetur patiens & poni debet in aere rectificato calido, vt in æſtuarijs vbi comburentur cortices citri, & alia cordialia. Ad vltimum dicẽdum ꝙ dictum Gal. intelligitur virtute exiſtente debili, quod non eſt in caſu noſtro.

DVBITATVM etiam erat vtrũ in omni ſquinantia competat phlebotomia, quoniã neq; in cholerica neq; in phlegmatica & minime in melancholica cõpetere videbat̃ ex canone generali. Caue ne ægrũ &c. Oppoſitũ poſitũ eſt ſupra. Prima cõcluſio ꝙ in principio ſquinantiæ ſanguineę cõpetit phlebotomia euacuatiua & diuerſiua. concluſio eſt ex ſe nota intelligenti. Scd'a ꝙ in oĩ tali ex alio humore ſanguini cõmixto competit phlebotomia vt patet in ꝓcedenti. Tertia cõcluſio. ꝙ in phlegmatica & cholerica cõpetit phlebotomia diuerſiua. patet cõcluſio, qm̃ per ipſam ꝓhibet̃ aduentus apatis ita ꝑiculoſi &c. & pro iſta concluſione vide q̃ poſita ſunt de apoſtematibus oculorũ in dubijs. Quarta cõcluſio. ꝙ minor debet eſſe ea quę fit in cholerica q̃ in phlegmatica alijs paribus, quia magis timetur fluxus in cholerica q̃ in phlegmatica.

DVBITATVR iuxta hæc an phlebotomia debeat fieri ex eadem vel de parte contraria dolori. Prima cõcluſio ꝙ in principio materia exiſtẽte in fluxu & multa debet fieri ex parte cõtraria. & eã patet intelligẽti. Scd'a ꝙ materia iam exiſtẽte fluxa ſi cõpetit fiet ex eadẽ. Tertia cõcluſio, ꝙ materia exiſtente pauca cõpetit phlebotomia in principio ex eadẽ parte, & tu ꝓ his concluſionibus recurre ſupra ad dubia de oculis. Quarta concluſio aliqualiter modetãs primã ꝙ ſquinãtia cõtingente ex retentione ſanguinis fluere conſueti fiat phlebotomia in principio ex eodẽ latere. Verbi gratia. ſi ex retẽtione hæmorrhoidarũm, aut mẽſtruorum cõtigerit. hãc cõcluſionem voluit Meſ. expreſſe ꝓprio cap. & Auic. ix. tertij. de cura decolationis & præfocationum, & patet ex cauſa, qm̃ habilius & cõgruẽtius fiet diuerſio & euacuatio, vt patet intelligenti.

DVBITATVR etiam vtrum pharmacia debet præcedere phlebotomiã in ſquinantia. Reſpõdendũ. Prima cõcluſio. ꝙ in ſanguinea debet ꝓcedere phlebotomia ꝓcedente aliquali lenitione vẽtris facta per clyſter. nã hæc duo in eodẽ nõ dico die, ſed mane perfici poſſunt. Scd'a cõcluſio, ꝙ in ſquinãtia ex alijs humoribus non cõmixtis ſanguini ſi nõ erit magna furia debet pharmacia præcedere phlebotomiã, qm̃ per ipſam cõuenientior fiet cum diuerſione euacuatio. Tertia concluſio, ꝙ ſi materia erit multa de cuius multitudine & nimio fluxu dubitabit̃ debet phlebotomia ꝓcedere pharmaciã. patet cõcluſio, qm̃ ſic melius obuiabit̃ futuro apoſtemati. iſtę tñ cõcluſiones ſunt naturales, cõſidera. Quarta ꝙ vbi fuerit mixtio humoris cum ſanguine fiet vt dictum eſt de ſanguinea.

DVBITATVR vtrũ ventoſa debeat ſubito ſuper collum vel nucham poni, ꝙ non videt̃ textus Aui. de ſermone vniuerſali curę apoſtematum gutturis inquit. Et oportet vt trahat̃ materia ad partẽ diuerſam ſtatim cum vẽtoſis poſitis ſuper loca longinqua oppoſita ei. Oppoſitum Meſ. cap. ꝓprio inquit. Et poſitio ventoſarum ſuper zudenegi eſt iuuamẽti magni, & ſuper nucham. & hoc eſt in complendo diuerſionem ab eo ſcriptam, ita ꝙ in diuertendo laudat Auic. ſuper loca longinqua. & Meſ. ſuper ꝓpinqua. Credo dicendum ꝙ primo debet poni in partibus longinquis, deinde ponendę ſunt in partibus propinquis. Meſ. præſupponit ipſas poſitas prius lõginquis &c. Vnde Aui. locutus eſt & de diuerſionibus vniuerſalibus. Meſue vero de particularibus, & tu conſidera.

POSTREMO nota in hac materia ꝙ dato ꝙ guttur non ſit membrũ principale, tamen quia deſeruit multũ, ac cõtinue, & neceſſario principaliori, quia cordi. hinc eſt ꝙ ex eius læſione nocetur cor. Quòd ſi contingat apoſtema gutturis eſſe notabile vel modicum notabile ſtatim ſuperueniet feb. Item notandũ ꝙ dato ꝙ hac ſit quid ſingulare, in caſu tamen quando eſt feb. eſt cõſiderandum, ne putreſiat, & putrefactum lædat. Item nota ꝙ trachea habet colligantiam magnam cum lacertis oculorum, & lingua, & in omni apoſtemate magno gutturis læduntur hæc membra. Item notandum ꝙ dato ꝙ mucillago pſilij, & citoniorum ſit frigida & humida, & poſita ſit cum maturatiuis, & rumpentibus ipſa poſita ſunt, vt caricæ, fermentum, & cætera maturatiua & ruptiua adhæreant. ruptorium hoc in loco memoratum à Gordo. cum apoſtema tale eſt aptum rumpi per exterius factum ex ſapone albo, & calce viua, & oleo laurino.

APHORISMI.

Ex.iij.Sectione.xxij.Aphor.

Autũno uero,& plurimi æſtiui morbi fiunt, & febres quartanę,& erraticę,& lienes, aq̃intercutẽ,& tabes,& ſtillicidiũ vrinę,& difficultates inteſtinorũ,& leuitates inteſtinorũ,& coxẽdicũ dolores,et anginę,& anhelatiões,(q̃s grę ci aſthmata vocãt)ilei,morbi comitiales,furores,atq; biles.

Ex.uij.Sect.xxxiiij.Aph.

Si à febre habito,tumore non exiſtente in faucibus.ſtrãgulatio repente ſuperuenerit,letale.

xxxv.Aphor.

Si à febre habito collum peruertitur,& vix poteſt deuorare,ſine vllo tumore,letale eſt.

Ex.v.Sect.x.Aphor.

Quicũq; ab Angina liberanẽ,ij ad pulmonẽ vertiẽ,& in ſeptẽ diebus peunt, ſi vero has effugerint, ſuppurantur.

Ex.vj.Sect.xxxvij.Aphor.

Ab Angina habito,ſi tumor fiat in collo,bonum.

Ex.vij.Sectione.l.Aphor.

Ab Angina habito,tumor,& rubor in pectore ſuperueniens,bonum,extra enim vertitur morbus.

## De diſpoſitionibus pectoris & pulmonis: cuius Rub.ſunt.xvi. Capitulum. X.

### *De anatomia,& complexione pectoris,& pulmonis.* Rubrica. I.

PRo habenda notitia anatomiæ horũ membrorum primo ponam deſcriptiones eorum cum ſuis declarationibus. ex quibus ſatis ſufficienter eorũ aperitur anotomia.

PECTVS vt differentia. clxxxia, eſt cordis, & aliorum membrorum vitæ tutamen ad euentationem ipſius ordinatum & .xij. ſpondilibus &.xxiiij.coſtis de oſſe thoracali cõſtructum. Pectus nãq; eſt vẽter medius in ſe principaliter cõtinens cor quod eſt virtutis vitalis ſedes,cuius anotomia in ſequenti ponẽ cap.Cõtinet alia plura vt panniculos & pulmonẽ. Pãniculi enim ſunt tres.Mediaſtinus qui diuidit concauitatẽ pectoris per mediũ ab anteriori ad poſterius. vnde & diuidit pulmonem etiã per medium,nec eſt panniculus vnus & cõtinuus nec neruoſus vt cæteri, & fecit hoc natura ne nocita dextra pulmonis noceatur ſiniſtra & econtra. & hic pãniculus ſuſpendit pulmonem ad pectus & ſuper ipſum colligitur ſanies in empicis. Poſt ipſum eſt pleura qui eſt pãniculus ſubſtãtialiter durus & neruoſus in quãtitate magnus cooperiẽs omnes coſtas interius. & hic colligantiã habet cum omnibus membris cõtentis in pectore & ab ipſo cæteri oriunẽ pãniculi. Tertius panniculus eſt diaphragma,'qui eſt pãniculus carnoſus qui eſt in fine pectoris & coſtarum altior in parte anteriori q̃ poſteriori. Et cauſa fuit quia myrach comprimitur in hora expulſionis fecum, & ſi nõ eſſet eleuatus læderetur tunc vt patet.& per partẽ eius carnoſam continuatur cartilaginibus coſtarum mẽdoſarum in parte poſteriori cũ ſpondili.xij. ex ſpõdilibus renũ ita q̃ ſeparat ſpiritualia à naturalibus, & ꝓhibet eleuari vapores malos fecũ & aliarum quę ſunt in ventre inferiori & ad cor & ad ea quæ in pectore cõtinenẽ,& vocatur phrenũ mentia vel meta phrenũ, quia eo nocito lædiẽ mens, vel quia prohibet eleuationẽ vaporũ ex quorũ eleuatione & peruẽtione ad ſuperiora læderetur mẽs.Quantũ vero ad partẽ eius neruoſam & pãniculoſam colligatus eſt cum pulmone vt ipm moueat motu anhelitus mediãtibus neruis qui ad ipſum ueniunt ex cerebro & nucha. vnde poteſt hic pãniculus dici muſculus,differt tamen ab alijs muſculis,quoniã alij in locis quibus oſsibus applicantur ſunt chordoſi. in alijs carnoſi. Diaphragma vero eſt ecõtra.& cauſa eſt,quia diaphragma habet principaliter mouere pulmonem & non coſtas. nunc autem omnis muſculus ad chordam eius debet eſſe continuatus cum membro quod habet mouere habet etiã iuuare myrach & inteſtina in expulſione fecum.Præter autem pãniculos & pulmonẽ vt in deſcriptione dicebaẽ cõtinet oſſa de quibus aliquid agam ante ipſius pulmonis anatomiã. Oſſa enim pectoris ſunt coſtæ,& oſſa thoracis coſtæ ſunt viginti quatuor.xiiij. veræ.x.mendoſæ.Veræ dicũtur quę ſunt oſsibus thoracis continuata ad cooperiendũ & complendum pectus. Mendoſæ vero quæ ſunt breues & non continuæ ſed inter ipſas eſt diſtantia notabilis vt conuenientior poſsit fieri pectoris dilatatio.Oſſa vero thoracis ſunt.vij.cõtinuata cum.xiiij.coſtis veris,& inter iſtas coſtas & oſſa ſunt cartilagines cõtinuantes vnum cum alio: ex quibus oſsibus cum cartilaginibus ſuis cõponitur furcula pectoris & quædam ſcutalis cartilago * vocata pomum granatum factum ad cuſtodiendum os ſtomachi.

De eius autem complexione quid dicendum patet. non eſt enim membrum ſed quid ex membris compoſitum, cuius complexionem ſi ſcire volueris fac eam ex componentibus reſultare.& tu conſidera.

ANATOMIA pulmonis. Vnde pulmo eſt terminus caliditatis naturalis ad euentationem cordis ordinatus ex pãniculis, carne ſimplici,ramis tracheæ arteriæ, & vena arteriali, & arteria venali cõſtitutus,vt.xcix.colligitur differẽtia. Dicitur terminus naturalis,quia ſeparat, & diſtinguit inter animalia.nã calidiora eguerunt in euentatione caloris pulmone,ut ſunt ſanguinem habentia.reliquis vero ſufficit euẽtatio,vel cum branchijs vt piſcibus, vel cum ſuccẽtorio,vt in citonijs,vt in de inſpiratione & reſpiratione Ariſt.habet enim pulmo pãniculum eum inuoluentem dantẽ ei ſenſum aliqualem ad quem terminantur orificia vaſorum triũ iam dictorum. Caro autẽ eius quæ ſimplex eſt ad intellectũ medicorũ vacuitates replet medias inter ramos vaſorum iam nominatorũ, vt eos ſuſtentet, & aer in eo receptus antequã ad cor perueniat refrangaẽ & prępparetur.& hæc quidem caro in reſpirãtibus eſt alba quam albificat mixtio aeritatis,'propter quod in embrionibus eſt rubea cum pulmo ſanguine nutriaẽ ſubtilis, & nõ reſpirent ipſi.x.tertij.ij.ca. Oritur autem vena arterialis à dextro cordis ventriculo portans ſanguinem nutriturum pulmonem. Arteria vero venalis à ſiniſtrõ oritur ventriculo , & defert aerem frigidum à pulmone in cor,& aerem calefactũ in fumos capinoſos ad pulmonem. Trachea vero arteria quæ dicta eſt canna pulmonis in medio dictorum vaſorum exiſtens portat ad extra aerem calefactum,& ab extra defert ad intra aerẽ frigidũ.

Pro cuius notitia ſciendum q̃ iſta vaſa cum veniunt ad pulmonẽ in duos diuiduntur ramos, quorum vnus vadit ad dextrum,alius uero ad ſiniſtrum,& iterum hi diuiduntẽ in alios duos,quorum vnus ad ſuperius, alius ad inferius. & iterũ in eis procedit diuiſio donec veniant vt ſint rami parui dicti capillares,& iſti adinuicem contexuntur,ſicut rete, & ſic componunt ſubſtantiam pulmonis. Fit ergo iuxta poſitio eorum ramorum,nam rami tracheæ arteriæ iuxta poſiti ramis venæ arterialis recipiunt ſanguinem quo nutriuntur,'& à ramis arteriæ venalis aerem calefactum quem ad extra portant,& rami arteriæ venalis recipiunt à ramis tracheæ iuxta poſitis aerẽ frigidum ab extra attractũ. Et iuxta hoc nota in practica quomodo ſanies pectoris, aut ſanguis ad extra ducitur. nã materia aggregata in pectore quæcunq; ſit illa fortitudine virtutis expulſiuæ pectoris impellit ad pulmonem. deinde cum pulmo dilatatur aperiuntur rami tracheæ,qui alijs multo latiores ſunt , & per illos fit attractio materiæ. nam alij rami hora anhelitus non aperiuntur, & ſic de paruis ad maiores expellitur materia donec ad truncum magnũ veniat,quæ cum tuſsi ad extra expellitur. Vnde in ſumma creatus eſt pulmo in cordis refrigeriũ ſiue euentationem

* ſipondis.Græcis.Latine, enſiformis, mucrõata, barbaris ſcutalis, pomũ granatũ, & ſcutum oris ſtomachi nolatur.

ſionem. vt ſupra. nã dilatato pulmone aer exterior ſubingredit̃ tracheã arteriam ne det̃ vacuum, & hoc defert̃ per ramos eius vſq; ad capillares quos tandem ægredit̃ & intrat poroſitates eius carnis. quibus quadam præparatione præparatur ne ſic frigidus cordi occurrat. deinde dum dilatat̃ aer ille egreditur per poroſitates ramorũ arteriæ venalis cõcauitatem eius, & poſt conſtrictionẽ eius impellit̃ in cor. & per eandẽ viam aer calefactus, & fumi capinoſi ad extra pellunt̃. De trachea autẽ ſpecialius tractabo in rubrica de voce. De cõplexione vero dicendum q̃ quantũ ad complexionẽ eius naturalem eſt calidæ & ſiccæ cõplexionis, licet aliqui teneant probabiliter ipſum fore humidæ complexionis quod in præſenti diſcutere nõ intendo. Quãtum vero ad accidentalem ponitur frigidæ, & hum. complexionis. Quid autẽ de eo dicendum in via cibi patuit ſupra tract. ij. Ex quibus omnibus habetur anatomia, complexio & deſcriptio. & hæc pro nunc ſufficiant.

*De anhelitu, & conſtrictione eius, & difficultate.* Rubrica. II.

Anhelitus iſtrumenta.

ANhelitus eſt motus diaphragmatis, pectoris, & pulmonis dilatatiuus & conſtrictiuus quiete vel quietibus interceptus ad aerem frigidum attrahẽdum & calidũ, & fumos expellendum. cuius inſtrumenta ſunt diaphragma vt ſupra & eius lacerti, & pulmo. nunquid autem talis motus ſit voluntarius aut naturalis, voluntarius de intentione ſecunda vel prima non eſt præſentis indagationis. Et licet anhelitus diuerſitat̃ recipiat plurimam ex parte magnitudinis, paruitatis, lõgitudinis, breuitatis, velocitatis, & tarditatis, & frequentiæ. tamen hic tantum erit ſermo de eo vt in ſe maliciam comprӕhendit ob quã infirmi à medicis cõmuniter auxilium expectant. & eſt eius conſtrictio & difficultas. ideoq; de his duobus tantum noſter ſermo erit. Conſtrictio vero anhelitus vt Auic. decima tertij eſt. vt non inueniat in quo exercitatio cum anhelitu meatum in parte ſui motus niſi ſtrictum in quo non penetrat niſi paulatim.

CAVSA cuius eſt aut apoſtema contingens in epiglotti, aut in ſquinãtia, aut ramis eius, vel canna quodcũq; fuerit molle vel durum, aut humores viſcoſi aquoſi & huiuſmodi, effuſi ad pulmonẽ, & viã eius à capite vel aliũde, aut humores effuſi in ſpatio ventris in hydropiſi comprimentes diaphragma. Vel apoſtema hepatis vel ſtomachi cõſtringens viam ſiue coartãs, aut apoſtema aliud in alio viſcerum exiſtens, aut mala complexio frigida adueniens pulmoni vel velamini eius, aut mala cõplexio ſicca accidens neruis & velamini aut vapores eleuati expanſi per ipſum pulmonẽ & ſpãliter per velamen dans motũ. vnde prohibet̃ motus, aut ſit hoc quandoq; cauſa criſis vt cum permutant̃ materiæ à loco alio ad pulmonẽ. Ex quibus patet q̃ nouẽ ſunt cauſæ difficultatis anhelitus. vt ſit cum eo exercitatio in aere, labor ſiue ſit ſtrictura ſiue non ſit ſtrictura. Cuius cauſa eſt nocumentũ cõtingens in membris anhelitus, vt dictum eſt de cõſtrictione. Aut inflammatio ignea cordi dominans, vel frigus mordicãs impediẽs velamen ab aere contingens, aut ab emplaſtro ſuper pectus poſito vel ſuper hepar vel ſuper ſtomachũ, ita vt eius frigiditas velamini cõmunicetur, aut propter medicinã ſolutiuã mouentem & non ſoluentẽ, qm̃ eleuantur mali vapores exagitatione facta lædentes velamen, aut propter clyſter acutum nõ ſoluens, vel propter phlebotomiam factã in pleuriſi quando non eſt neceſſaria, quia ex ea multiplicantur mali humores apoſtema augmẽtantes. Et quoniam cura vtriuſq; pẽdet ex cura aſthmatis hinc venio ad determinationem aſthmatis & curæ eius. nam aſthma eſt difficultas anhelitus ſpecies & iam patebit.

*De aſthmate.* Rubrica. III.

ASthma vt Auic. decima tertij eſt ægritudo pulmonaris cum qua patiẽs nõ inuenit excuſationem ab anhelitu frequenti ſicut eſt anhelitus quo laborat præfocatus, & feſtinatus.

CAVSA cuius eſt ſm plurimũ multitudo humiditatum viſcoſarum in cannalibus pulmonis vel in raritate eius ſiue in locis vacuis eius, quia in ſpatioſitate pectoris exiſtentiũ, ꝓhibentiũ ſua viſcoſitate ne aer trahat̃ quãtitate opportuna. & tale aſthma appellat̃ quarto cõtinentis. j. ca. verum aſthma. Vtrum tñ omne aſthma ſit ægritudo pulmonaris videbit̃ in dubijs. Et dictũ eſt ſm plurimũ, qm̃ ex alijs poteſt cauſa cõtingere. Nã cauſæ facientes aſthma ſunt illæ eædem quæ cauſant conſtrictionẽ ſiue difficultatem anhelitus, de quibus dictũ eſt. vnde frigiditas lædẽs, vt ſupra. Siccitas corrugans ſiue conſtringens pulmonem quod raro accidit. Vapores eleuati vt in præfocatione matricis. Apoſtema membrorũ vicinorũ vt ſtomachi hepatis ſplenis, matricis vel eorum repletio qualiſcũq; ex cibo ſiue ex humore ꝓpter quod cõprimatur diaphragma. Et qñq; accidit ex ventoſitate, aut eorum mala qualitas vt frigiditas vel caliditas cõcata pulmoni vel diaphragmati, vt & de emplaſtris dicebatur poſſunt eſſe aſthmatis cauſa factiua. Similr̃ nocumentũ contingens neruis ex nucha, & cerebro ortis uenientibus ad dandum motũ pectori, vt ſupra in principio ſexti tract. & neruis ipſis ex quarto pari neruorum nuchæ. ipſa enim eſt ex dictis origo velaminis ſm magnã partem. Auic. Fit & quãdoq; propter paruitatem pectoris naturalem. Et propter gibboſitatem naturalem vel accidentalem. Aut propter deſtructionem viarũ cannæ, vt in leproſis. & tale beneficio medici nõ curatur. Aliquando fit à materia calida, & humida currẽte per venas ad pulmonem & vias ſpiritualium.

Et poſſunt ad triplex genus reduci vt Viaticum, q̃a vel cõtingit ex debilitate virtutis mouentis lacertos, vel ſtypticatione inſtrumentorum ſpiritus, vel nimio calore, vel frigore cordis, vel pulmonis. Debilitas quidẽ virtutis accidit à mala cõplexione cũ materia ſm plurimũ, & abſq;. Cõſtipatio vero ex apoſtemate, ventoſitate, fumis venenoſis, repletione humiditatum viſcoſarũ &c. vt dictum eſt. Aggrega autẽ quæ dicta ſunt de cauſis conſtrictionis & difficultatis cum his & habebis complete cauſas eius. Vnde ſcito q̃ iſtæ etiam cauſæ ſunt eædẽ cum cauſis tuſſis. Iſtæ autem humiditates dictæ, & licet ſecundum plurimum à capite ad pectus deſcendunt, tamen poteſt pulmo repleri eis aliunde ſibi miſſis vt à toto vel à membris vicinis, & à membris inferioribus. & nocent ſua quantitate, quandoq; ſua qualitate, quandoq; vtroq; modo.

Tres etenim ab Auic. ponunt̃ ſpecies eius quæ his clauduntur verſibus.

Diſpnia ſe celat, canit aſthma malumq; reuelat.
Orthopnia quoq; malo vexatur vtroq;.

Nam cum aer difficulter attrahit̃ ex impotentia villorũ longitudinaliũ tunc dicitur δύσπνοια. qñ vero difficulter expellit̃ ex impotẽtia latitudinalium cum ſonitu vocatur aſthma. Qñ vero vtroq; mõ accidit nominat̃ ὀρθόπνοια. Sed ut apparet ſpẽs nominat̃ nomine generis ſic diuidẽdo. ideo credo dicendũ has eſſe ſpẽs difficultatis anhelitus & veriua, & dicit̃ ὀρθόπνοια. id eſt ſpũs rectitudinis. coacti enim ſunt ex paſſione ſtare recti, qm̃ augmentat̃ apud reſpirationẽ. Auic. Et quidã addunt quartam ſpẽm quã appellãt ſanſugium, & eſt cum pectus & canna cõſtringi nõ poſſunt ex retentione ſuperfluitatum fumoſarum in ſuperficie pulmonis exiſtentiũ & cannæ. vnde patiens laborat in attractione aeris quẽadmodũ ſanguiſuga in attractione ſanguinis. Habet etiã hæc ægritudo paroxyſmos acutos vt notat experientia. & propter hoc non debet dici acuta ſicut de epilepſia imo nominatur ægritudo lõga. eſt enim longa ſm conſiſtentiã, & acuta ſecundum paroxyſmos. & hoc intellexit Auic. dum dixit. Et hæc quidẽ ægritudo eſt ex ægritudinibus lõgis habẽs cum hoc paroxyſmos acutos ſm ſimilitudines paroxyſmorũ epilepſiæ, & ſpaſmi.

Et in ſumma tres ſunt eius cauſæ factiuę. primitiua, antecedens, & cõiuncta. Exemplũ primi, ut aer diſtemperatus qualitercũq; in ſuis qualitatibus, ventus meridionalis, fumus malus & uenenoſus. Itẽ & venenum ipſum, aer peſtiferus, exercitiũ magnum poſt cibum maxime corpore exiſtẽte plethorico, ociũ multum, cibus & potus fumoſus vētoſus. Somnus poſt cibũ & præcipue meridionalis, retentio ſuperfluitatũ, dislocatio ſpondilium, & alia cõſimilia ut dictum eſt de ſquinantia. Exemplũ ſecundi, ut virtutis debilitas, catarrhus à capite ueniens, apoſtema hepatis, & ſimilium cõprimens, vapores aliunde eleuati, mala cõpoſitio, & gibboſitas, mala pectoris paruitas. Exemplum tertij, vt mala cõplexio calida inducẽs neceſſitatem anhelandi uel humor ipſe, uel debilitas uirtutis motiuæ pectoris, aut inobedientia inſtrumenti. & breuiter illa q̃ poſſent grauare diaphragma pulmonẽ epiglottum, aut lacertos mouentes clibanum pectoris ſunt aſthmatis factiua.

S I G N A demonſtratiua. difficultates anhelitus cũ grauedine thoracis, & laterum cõſtrictione ad ſuperiora. Cum uocis debilitate. Colore rubeo in vultu. Cum tuſsicula. Cum ſputis humoroſis & tenuibus. Cum difficultate iacendi ſupine. Sudore frequenti in fronte. Pulſu quandoq; magno, & cum acceſsione feb. in nocte. & hæc communiter apparere conſueuerunt.

Signa ſi ex cãis primitiuis fuerit ſciẽ ſirmi narratiõe.

Signa ſi ex cauſis fuerit intrinſecis, & fuerit ex catarrho deſcendente cognoſcitur per dolorem capitis, per reuma ipſum deſcendens, & quia aſthma venit ſubito, & eſt cum tuſsicula aliqua.

Signa ſi fuerit extra ſpatium quomodocũq; ſit non erit tuſsis. Auicen.

Signa ſi humores fuerint in canna tunc eſt illic conſtrictio in principio anhelitus cum excreatione, & credit totum expuere patiens. & tamen poſt excreationem adhuc percipit nocumẽtum, à quo credidit per talem excreationem euadere, & ſentit nocumentum in loco propinquo.

Signa ſi fuerit in arterijs pulmonis accidit diuerſitas, & tremulentia in pulſu, & quãdoq; adducit talis repletio ad tremorem cordis, & interficit. Pulſus tamen aſthmaticorum ſecundum plurimum eſt tremuloſus. Auic.

Signa ſi accidit propter paſsiones oris, aut nutritiuorũ vel ꝓpter apoſtema pectoris, vel eruptione ſaniei venientis ad locum pulmonis aliunde, vel propter aliquod tale ſcitur ex diſpoſitione membrorum vicinorum.

Signa ſi fuerit ꝓpter caliditatẽ ſpiritualiũ, ſciẽ quia anhelitus eſt magnus, & frequẽs, ſitis, inflãmatio. & quia calidis lędit, & libentius patiens aerem attrahit q̃ emittit.

Si ex frigiditate anhelitus tardus, paruus, frigidus, priuatio ſitis, & iuuatur à calidis, & lęditur in aeris attractione, & incepit paulatim maxime quando fuit complexione frigida pulmonis, vt in decrepitis, & confirmatur.

Si ex humiditate cum multo ſcreatu.

Si ex ſiccitate non eſt ſcreatus.

Signa ſi fuerit propter debilitatem virtutis non potentis mouere, tunc nares ſunt graciles, & contractæ ad interiora, & anhelitus eſt debilis.

Signa ſi fuerit ex repletione, & oppilatione tũc trahitur anhelitus cum magno deſiderio, & inflatur pectus, & deſiderat magis expellere q̃ attrahere.

Signa ſi fuerit ex corde, erit cum tremore.

Signa ſi ex ſanie. Erit ſputum ſanioſum.

Signa ſi ex ventoſitate. Erit conſtrictio cum leuitate pectoris qui diuerſificabitur ex aſſumptione inflatiui, & non inflatiui.

S I G N A prognoſtica Aſthma in ſenibus, quia in decrepitis nunquã vel magna difficultate curatur, & pręcipue cum eſt à materia deſcẽdente à capite, q̃m brãchi & coryzæ in eis non maturantur. Hip. ij. Aphor. Meſ. tamen expreſſe dixit. Eſt autem ægritu. ſenibus familiaris, & nõ ſinaẽ in eis. Aſthma cum antiquatur curam non recipit.

Quando in aſthmate accidit anhelitus paruus, tardus, & frigidus, ſignũ mortale. In aſthmate anhelitus tremulus & pulſus tremulus malum ſignũ eſt. venas ſiue arterias pulmonis valde repletas eſſe. Syncopis in aſthmate peſsima. Quando in aſthmate patiens cogitur ad ſe eleuandũ, & ad anhelitum ſuſcipiendũ mortale, q̃a anhelitus eſt pręfocatiuus. Aſthma ſi propter dislocationem ſpondilium venerit vix vel nunquã curatur. Quando aſthma venit à catarrho, & caput eſt debile naturaliter nunquã curatur.

Hæc ægritudo apud reſupinationẽ augetur. & cum homo ſedet in lecto vel ſtat erectus alleuiatur. & ideo præcipiunt medici q̃ patiens dormiat ſic ſedens.

Poſtremo ſcito q̃ difficultas anhelitus & aſthma ſunt paſsiones chronicæ, & habẽt paroxyſmos vt dicẽ. & eſt aliquãdo paroxyſmus aſthmatici ita fortis vt videatur in eo tp̄e mori. de quo infra. Ex his itaq; patet q̃uo aſthma eſt ægritudo ad ſanandum difficilis. & cum accidit pueris aliq̃n ab eo nõ curãtur niſi in ætatis ſuæ mutatione. In iuuenibus vero raro tollitur ut Meſ. & q̃nq; cum eo ſeneſcunt. Vnde Auicẽ. & in iuuenibus eſt difficilis ſm plurimũ Meſ. in mulieribus vero nõ ſæpe accidit, & citius ſanaẽ in eis. de quo in dubijs. Aſthma contingens in æſtate eſt prauum. nam ſm plurimum cõtingit in hyeme in fine eius, & his accidit vbi loca habitãt frigida & hum. & qui vtuntur arte metallica, vt qui circa ſulphur, plumbum, argentũ viuũ, gipſum, picem, colophoniã & hmõi. Hi tamẽ qui ex his aſthma incurrunt quãdoq; ſanantur ex elongatione eorum ab eis. Itaq; tu operator caue à promiſsione huius paſsionis ne in fine te deluſum inuenias. quodq; de alijs difficilibus paſsionibus ad curandum intellige.

C V R A eius quod eſt ſecũdum plurimũ quod compræhenditur, quoniã illic eſt conſtrictio anhelitus in principio eius cum tuſsi & excreatione ſputi viſcoſi, & cum iacet ſupinus percipit ſonum ad intra pectus. Canones. Ordinatio diętæ. Digeſtio materiæ peccãtis. Euacuatio eiuſdem. Diuerſio. Correctio accidentium.

Primus cõpletur faciendo declinare res cõnaturales ad contrariũ cauſæ. vnde aer declinet ad ſiccum, in caliditate ſit temperatus vel ad calidum declinãs. Diæta ex parte cibi ſit calefactiua, non multũ ſubtiliatiua, exiccatiua non multũ, & q̃nq; humectatiua ne ex exiccatione nimium ingroſſetur. Vnde panis eorum ſit coctus cum aniſo, fœniculo, carthamo, cimino & hmõi. Conueniunt iuſcula ex ordeo. Item ſorbitiones ex maluis, amygdalis, blitis. Vitella ouorũ. Carnes tẽperatæ, vt ſupra. iiij. tract. Et ex laudatis caro leporis, ericij, vulpis, caprioli, cerui, & pulmones animalium ſunt mirabiles, & ꝓprie vulpis. Ex piſcibus petroſi, marini, ſquãmoſi, & agiles. Et ſint abſtinẽtes & parci in cibo, & potu vt eis poſsibile eſt. Saturitas in eis mala eſt, & fiat in eis gradatio de vno ad alium magni nutrimenti. vnde iuxta virtutis exigentiã, & morbi tolerantiã.

Potus ſit vinũ ſubtile, antiquũ, paucæ quãtitatis, de quo in dubijs, & vinum dulce eſt amicũ eis confortatum cum aliqua ex ſubtilitatiuis, vt eſt aniſum & hmõi. q̃m abſtergit, lenificat, & calefacit caliditate ęquali. & hydromel eſt eis bonus. Vnde Auic. de materijs ſituatis in pulmone. Et adminiſtra in omnibus medicinis aquã mellis. eſt enim faciens penetrare, lenificat, & abſtergit. Et potus ſuper cibũ eſt malus eis. Vnde Auic. Vitent potare poſt cibum, ſcilicet ante cõpletam digeſtionem ſiue ſit aqua ſiue ſit vinũ.

Exercitium conuenit eis in ieiuno ita vt non multũ debilitentur, & fiat in eo gradatio ex paruo ad magnum, & de tardo ad velocem per loca decliuia, per arenoſa duci, per mare quandoq;. Item vehi in cunabulo.

Sit ſomnus minor vigilia. Et euitent ſomnum diurnũ. nã in ſanis facit aſthma ſcd'o cõtinẽ. Sed hic nota conſuetudinẽ, q̃m quidã ſunt conſueti dormire in meridie, & ſi nõ dormiunt inflãmanẽ & debilitanẽ, ideo eã conſidera cum Conſuetudo ſõmo hęc attẽdẽda.

ſit altera

ſit altera natura. & de annexis ſeptem rebus nõnaturalibus. vnde glomerãdo oĩa adinuicẽ fortaſsis minus ſequiẽ nocumentorum.contra. Itẽ euitetur ſactus immediate poſt cibũ. Item fiat decubitus ſuper uentrem, aut ſuper latus. nã cum iacet ſupine aſthmaticus accidit ei difficultas maior, quoniã paries pectoris concidunt ſuper alias.iij.de interioribus.vij.cap. quando vero iacet ſuper ventrem facit dilatare, & minus oppreſſe, ſuper latus vero medio modo.

Vitent repletionẽ, & nauſeam, q ſi accidat vomitu expellatur ſi id facile fieri poterit, inanitionẽ ventris ſtudeat habere cõtinue. vnde Auic. de membris ſituatis in pectore, imo ſis occupatus cũ lenificatione. Et de cura eius inquit. Ex regimine bono in hoc eſt aſsiduatio lenificationis naturæ. Et ex laudatis eſt ius galli decrepiti in quo decoquantẽ medulla, carthami, ſicla, volubilis & hmõi. Item ad idẽ cappares ſaliti, ante cibum bis in die. Itẽ decoctio ficuũ hordei cũ modico euphorbij parum poſt parum & eſt iuuamẽti ſublimis. Itẽ decoctio ſebeſten, liquiritiæ, origani cũ hordeo, & modico mellis, & caſiæ, & eſt optima & mihi cõſueta. Itẽ enemata lenitiua, etiam abſterſiua, vt ex blitis, uiolis, furfurib⁹, & carthamo. Abſtineat à coitu.

Et in accidentibus animę leteẽ, & triſtitiã, rixã & hmõi deuitet. Et aduerte q ex cõplemẽto ſequẽtis canonis perficientur amplius quæ dicta ſunt ex parte cibi & potus.

Et ante cõplementũ ſcd'i nota ſex pręcepta circa ipm.

Primum q in materia groſſa fiat ꝓceſſus paulatinus, & nõ ſubitus in eius maturatione. vnde paulatine incidatur, & humectetur ꝓcedendo de debili ad forte. Vt ex decoctione camomillæ. paſſularum, & ficuũ, &c. ad decoctionẽ calamenti, rutæ & hmõi. Vnde hoc nota q aliqua medicina dicit mollificatiua, reſpectu materiei valde groſſæ quæ reſpectu minus groſſæ diceret valde reſolutiua, vt ruta & huiuſmodi. & ideo cõſidera diuerſitatem auctorum noſtrorum in proceſſu de cura aſthmatis.

Scd'm pręceptũ q non vtaris in principio puro inciſiuo vel ſubtiliatiuo vt eſt ſuccus ſquillæ, ſinapi, ſemen vrticæ & hmõi. qm̃ materia ꝓpter eius groſsitiẽ nõ eſt apta vniformiter reſolui & ſubtiliari. Item quoniã ex harũ applicatione inflãmabitur materia quæ inflammata exiccabit pulmonem, & fortaſsis vlcerationem inducet.

Tertium præceptum q non vtaris prouocatiuis. de quo in dubijs.

Quartum q ſi fuerit puer attende ad lactis pręparationem exhibendo matri. & circa pectus pueri inſiſtas cum maturatiuis. de quibus infra.

Quintum q cum ęgritudo ſit longa ex ſe nobi cõtinuare vnum remedium ne fiat familiare, & natura non patiatur. ſed te ad aliud transferas eiuſdem virtutis, vt quarta primi.j.cap. & de cura eius.

Sextum q nõ vtaris narcotico aliquo niſi aderit fluxus catarrhi, cuius ſiſtio per ipſum quęretur. Debet itaq; digeſtiuum aggregare in caſu noſtro intentiones has q̃ ſunt calefactio cum æqualitate, humectatio, ſubtiliatio, & inciſio. Ex quo inferri poteſt ſecundum pręceptum dictum.

Et ex medicinis ſimplicibus ad hoc laudatis ſunt hyſſopus in omnẽ modum ſuæ adminiſtrationis, ſticados, origanum, paſſulæ enucleatæ, ſquilla, vrtica, & ſemen eius. & habet in hoc manifeſtum iuuamentum. ſepultos, enim in pectore humores educit. Aqua mellis, hordei, ficus ſiccæ, dactylus, naſturcium, capparus ſalitus, liquiritia, ſebeſten, porrum ſemen eius cum aqua hordei, & melle. Decoctio volubilis cum oxymelle eſt mundificatiuum bonũ. Mundificant enim grana pini ſm omnem modum adminiſtrationis eorum, iuiubę, penidiæ. Coctio calamenti cũ ficubus.

Ex cõpoſitis laudaẽ cum ſequentibus. Vt coctio calamenti cum ficubus, et paſſulis enucleatis, & eſt ſublime ac facile dilatans anhelitũ. Et ſimiliẽ comeſtio eius cum zuccharo vel cum melle & poteſt fieri ex his electuarium & maxime cõmendaẽ. Et ex ſyrupis vſualibus digeſtiuis eſt ſyrupus. De liquiritia. De calamẽto. De hyſſopo. Oxymel ſimplex cõpoſitum. Syrupus viol. qui cum his ponitur ut cum cęteris miſceatur vt videbiẽ expedire. Oxymel ſquilliticum. De praſsio. Syrupus acetoſus ſimplex. Tua enim intereſt cõmiſcere hæc iuxta intẽtiones dictas. Aquæ autem cõmiſcendæ ſunt ſimplices iuxta narrationẽ ſy. vt de hyſſopo. Itẽ aqua capillorũ ven̄. & eſt pręcipua. Itẽ aqua diſtillationis enulæ campanæ & eſt ſingularis, aut decoctiones. Ex ſimplicibus dictis his & ſupra.iiij.tract. & tu ibi. Et in caſu noſtro maxime cõferunt ſyrupi de praſsio & de iuiubis poſiti à Meſ. in de cura aſthmatis. Quidam maxime cõmendant decoctionẽ galli decrepiti factã cum hyſſopo, paſſulis enucleatis, liquiritia, ſemine vrticæ cum modico mellis, & eſt familiare remediũ. Decoctio cõis eſt. ℞. liquiritię raſæ. ℥. ſ. hordei. M. ſ. iuiubarum paſſularum abſq; arillis, ſebeſtẽ. ℥. ſ. capil. ve. hyſſopi, calamenti. ana. M. ſ. ficuũ ſicc. numero. iij. bulliant in aqua ſufficientis quãtitatis vſq; ad cõſumptionem tertię partis. additur quandoq; dactylus pinguis, vel iuiubæ, hordeum & huiuſmodi ſecundũ varias intentiones. & tu in cõpoſitione conſidera. Et licet emplaſtra, & vnguenta faciant ad digeſtionẽ materiæ, tamen eorum locus reſeruatur vſq; ad quintum canonẽ. pro quibus ibi & infra rubrica de tuſsi.

TERTIVS canon̄. perficitur phlebotomia, pharmacia, vomitu, locatiõe & huiuſmodi. Emplaſtris, & unguentis, cerotis & huiuſmodi.

In caſu autẽ noſtro directe non competit phlebotomia niſi fuerit in toto plethoria, vel retentio ſanguinis hæmorrhoidalis vel menſtrualis ꝓpter quod fiet augmentum in aſthmate, quibus caſibus fiat phlebotomia condecens. Itẽ cõpetit diuerſiua vbi ſit dubium de futuro apoſtemate.

Quòd ſi non fiat poſt digeſtionẽ euacuatio cũ pharmacia. Sed tu hic nota ante eius exhibitionẽ quinq;. Primum q materia ſit bene digeſta, qm̃ cum habeat duci per loca anguſta, & vias longas non ſufficienter educereẽ niſi eſſet bene digeſta cum ſit groſſa & uiſcoſa. Scd'm q tu debes bene cõſiderare ſi materia eſt multa aut pauca, quoniã ſi fuerit pauca debes per ſuperiora, quia per ſputũ euacuatur & dimittere pharmaciã. Quòd ſi fuerit multa, tunc vtere pharmacia quã habes vitare inquantum potes, qm̃ materiæ quæ ſunt in pectore difficulter per pharmaciam euacuanẽ. Tertiũ q in tẽpore paroxyſmi non detur medicina ſolutiua, qm̃ timor eſt de uirtute infirmi. Quartum q medicinæ ſolutiuæ ſunt faciles & æquales. de quo in dubijs. Quintũ q nõ ſit frequẽtia in adminiſtratione medicaminũ & pręcipue ſolutiuorum, ſed fiat cõpetens interpolatio. & ideo dicebat Auic. de cura eius. Et cõueniunt pilulæ de agarico. & neceſſarium eſt vti in menſe bis cũ cauſa ſit fortis. Et medicinæ cõuenientes ſunt caſſia, mãna, agaricus. & eſt medicina ꝓpria. Collognitida, oppopanacũ, elleborus albus. & eſt iuuatiuus valde. Et in ęgritudinib⁹ pectoris ſecutus Aui. confert turbith, & alia hmõi. Solutiua autẽ ſint mixta cum medicis pectoralibus ſiue confortata. de quibus. iiij. tract. & tu ibi. Et ex laudatis cõpoſitis ſunt pilulæ de agar. deſcriptione Auic. de cura aſthmatis. & deſcriptione Meſ. & pilulæ de colloquintida. Item pilulæ cochiæ & præcipue cum eſt ex fluxu catarrhi. Itẽ de ſarcocolla mixtæ cum agarico. Competunt clyſteria leuia quibus quaſi aſsidue vti debes competunt & fortia interpolando, vt ſupra ante purgationem: ut Meſue.

Vomitus autẽ fiat iam minorata materia, qm̃ quando eſt multa dubitaẽ de eius multitudine q ex eius agitatione facta per vomitum nõ ſuffocet. & laudatur inter vnam purgationem & aliã. & oportet vt fiat poſt cibum ex raphano, porro, & huiuſmodi. vnde Meſ. Et cadat inter purgationem & purgationẽ adminiſtratio vomitus poſt raphanum, piſces ſaltos, & almuri. Et aduerte quoniã vomitus plurimus eſt difficilis, in quibus non puto competere, quoniam in eis fiet agitatio & non euacuatio. Intelli-

guntur

gunuır itaq; auctorum dicti maxime in duobus caſibus.
Vomitũ elicientia. Primus in his qui conſueti ſunt,& ipſum faciliter faciũt. Scd's quãdo materia ſpecialiter eſt in ſtomacho vel vijs propinquis eductioni. Fit itaq; hic vomitus debilis cũ ſyrupo acetoſo & aqua tepida. Itẽ fortior cum raphano, & ſemine eius. Itẽ adhuc fortior cum raphano in quo īnſerta ſunt fruſta ellebori, vt. ℞. fruſta ellebori, et radatur raphanus & dimittatur ſic per duos dies, deinde bulliant in aqua abiectis fruſtis,& de illa aqua tepefacta dentur ab. ℥. iiij. vſque ad. viij. & hoc poſt cibum, vt ſupra. Multum vitatur vomitus his diebus ꝓpter delitiam ſtomachorũ modernorum:& quia eſt valde horribilis & abominabilis:ita ꝙ ſi ſine eo fieri poteſt conſulo fac. Nã etiã aſthmatici qui ſunt anguſti pectoris debent abſtinere cum etiam dubitetur de fractura venæ, & accidat peior error priori.

De lochatis & cæteris dicetur in quinto canon̄.

Q V A R T V S complet cũ diuerſionibus. de quibus in de ſoda de apoplexia, cõferunt rubificantia, & cauteria in zuendege maxime ſi fuerit fluxus catarrhi propter quod audi Alexãdrum medicũ inſignem. Canonẽ do quẽ non præterire iubeo, etenim ante curabis catarrhũ q̃ ægritudines catarrhales niſi in duobus caſibus. Primus cũ timueris ne ꝓfocet. Scd's cum timueris aduentũ apoſtematis in parte notabili,& preuenies cum phlebotomia, ita ꝙ ad eius curã,& ſiſtionẽ principaliter intẽde cum ſit radix aſthmatis. vnde Auic, de cura eius. Et oportet vt ſeruetur pars effuſionis materię. nã ſi fuerit ex capite rege ipſum curatione catarrhi cum regimine mundificationis humoris. Et q̃nq; ponuntur in eo narcotica, & lutum armenum eſt mirabile in ꝓhibendo catarrhũ. hæc Auic. Sed de narcoticis inquit hoc loco Alex. Et dico ꝙ narcotica poſtq̃ ex catarrho in pectore,& pulmone plenitudo accidit dare ſuſpectum eſt. Dabis ergo ante plenitudinẽ. poſt plenitudinẽ vero euacua. deinde ſecurius dabis ſi illa dare oportet.

Ex quibus habetur modus prohibitionis fluxus eius. & pro antidotis cõpletibus hoc require. v. cap. de catarrho. Et nota ꝙ dictũ eſt de narcoticis habet intelligi. vbi narcotica illa miſceantur cum calidis ſtypticis, vt eſt olibanum, ſpica & huiuſmodi. & præſertim in caſu noſtro. nã vbi materia eſſet calida vel frigida ſubtilis ſaltem in principio competunt illa. & tu conſidera.

In hoc can̄. multæ cõprehenduntur intentiones. quarũ Prima eſt anhelitus facilitatio. Secunda eſt humiditatum quæ ſunt in pectore facilis per ſputum eductio. Tertia eſt earum exiccatio ſiue conſumptio. alias ſinitio. Et ſis memor ſecundi notati ex quinq; in complemento tertij canon̄. ꝙ ante harum adminiſtrationẽ debet præcedere euacuatio per pharmaciam. & tu vide.

Medicinæ vero facilitantes anhelitum difficilem ex repletione materierum viſcoſarum in caſu noſtro ſunt medicinæ calefactiuę ſubtiliatiuę, inciſiuę, ſiue diuiſiuę. Et ex eis quędã faciles, quędã fortes, quædã fortiores. Exemplũ primi,& de inciſiuis oxymel ſimplex. Exemplũ ſcd'i, oxymel de duabus radicibus. Exemplũ tertij, vt oxymel ſquilliticum. De calefactiuis, & ſubtiliatiuis, & exiccatiuis. Exemplum de debili. vt hyſſopus. Exemplum ſecundi, vt ſemen vrticæ. Exemplum tertij, vt ſynapis, ſulphur, arſenicum, de quo arſenico in dubijs. Et tu ex dicẽdis faciliter eligere poteris plura tuo ſeruientia cõmodo. nam ponantur ſimplicia,& compoſita ad hoc vſualia.

Simplicia vſualia ſunt hęc ſquillæ, acetum. Acetũ ſquilliticum, butyrum, capillus ve. porrũ, cepæ, allium cociũ, laurus,& grana eius,& eſt expertum. Enula, origanum, calamentum, hyſſopus, praſſiũ, pulegium, rob vini, vrtica, & ſemen eius, ireos, aniſum, piper, amoniacũ, caſtoreum, ficus ſiccæ, mel, crocus, ciminum. Liquiritia vero eſt pulmonis confortatiua, & lenitiua canæ. & ideo mixta cum alijs iuuat in exitu materiæ, etiã dulcorando maxime operatur. vt patet quod de paſſulis abſq; arillis dicendum, ficus vero ſiccæ, etſi leniunt cum hoc ſubtiliant, & exiccãt ad dulcorandum etiam faciunt.

Ex compoſitis laudatur ſquilla aſſata cum melle. Item & loch de ſquilla Meſ. & eſt iuuamẽti magni. Itẽ granum amoniaci cum oxymelle. Item loch de pino Meſ. loch ſanum & expertum. Diapenidon & huiuſmodi. Et ex mirabilibus eſt pulmo uulpis cum eo quod cõuenit ut cũ hyſſopo, calamento, aſſa, pipere, & aniſo reductis cum melle ad loch. Itẽ confert theriaca, metridatum, diatriompipereon. Confectio de muſco, diaſulphur, philonium proprie deſcriptione Meſ. diſtin. j. parte. ij. Iſta enim in ore retenta permittanť lambendo deſcendere. Et cõſimiliter poſſunt fieri ex eiſdem pilulæ. Vnde loochata fiũt q̃nq; in ſubſtantia liquida q̃nq; ſolida, vt plus gratiora reddantur. Pilulæ. ℞. piperis: ſucci liquiritiæ. ana. conficiantur pilulæ in modum lupinorum quæ in ore teneanť, earum plures deſcriptiones inuenies Rubrica de tuſſi. nã pro pleniori doctrina recurre ibi. Reſeruo enim multas deſcriptiones valentes in aſthmate ne contingat idẽ bis ſcribi ad curã tuſſis. eſt enim ex cõſimilibus cauſis vt dictum fuit. Collige igiť quę in ea ponenť. & ideo poſt hãc Rubricã ſequiť illa de tuſſi. Laudanť multũ pilulę ex myrrha, coſto, ariſtol. caſia lignea, croco,& arſenico. Ego quidẽ vereor arſenicũ & ſi in parua ponať quãtitate ipm̃ tamen maxime cõmendatur. ſed exiſtimo fugiendum ꝓpter vulgus. nã ſi cũ alia re, & nõ ita periculoſa, & infamata cõplere poſſumus intentionẽ noſtrã. quare. Item ſi cum dulcibus,& delectabilibus quare cum amaris. Pilulæ nanq; hæ ſunt nõ delectabiles guſtui. ideoq; ex alijs cõpone. Quidã in exiccando hac materias dant ſulphur cum ouis & eſt laudatũ. Conſidera ex doctrina Auic. quarta primi. j. cap. ꝙ oportet ſulphur dari in caſu in notabili quantitate. Et ſi inſtabitur de ſtomacho qm̃ læder ipſum, quia patiens erit calidi ſtomachi aut ſicci. Pro iſto dicendũ ꝙ bene cõſideranda eſt ſtomachi diſpoſitio principaliter, qm̃ eius diſpoſitio eſt cauſa factiua horum humorũ groſſorum,& viſcoſorũ,& principaliter. nã cum cibus non bene digeritur currit indigeſtus per meſeraicas ad hepar. & ibi ex eo indigeſtus humor generať, cũ eius malitiã hepar corrigere nõ potuerit, deinde ꝑ venas & cerebrũ,& ibi à cerebro rectificari nõ potuit. à fortiori. ſi non potuit in hepate quare in cerebro ad pectus deſcẽdit, ibiq; aſthma, tuſſim &c. generat.

Ad extra vero applicanť vnguenta, emplaſtra exiccantia,& ſinientia materiã. Et ex oleis ſunt oleũ de ſpica, camomillinũ, liliorũ alborum, irinũ, rutaceum, amygdalarũ dulcium. Laurinũ & eſt ſingulare, anethinum, de keiri. Et ex his cum pulueribus rerum dictarum, aut cum ſubſtãtia aliquarũ, vt ſunt ficus, dactyli, paſſulę,& huiuſmodi cum butyro pinguedine gallinę aut alia, vt infra de tuſſi. farina hordei, aut frumenti, vt videbitur expedire addito croco poſſunt emplaſtra,& cerotaria cõponi. Vnguentũ optimum quod lenit & maturat materias pectoris. ℞. ceræ citrinæ. ℥. j. olei de keiri. ℥. iiij. adipis anatis, & gallinæ, mucillaginis fœnugræci. ſeminis lini. ana. ʒ. v. ſtoracis. ʒ. vj. miſce. expertũ. Cerotum Meſ. eiuſdem intentionis. ℞. hyſſopi humidæ. ʒ. xij. ceræ citrinæ. ʒ. x. olei de keiri. ʒ. xl. medullæ cruris vituli, adipis anatis, & gallinæ. ana. ʒ. viij. myrrhæ, bdellij, mucillaginis fœnugræci,& ſeminis lini. ana. ʒ. vij. ſigiæ, terbẽtinæ. ana. ʒ. vj. mucillaginis altheæ. ʒ. viij. myrrha,& bdellium puluerizentur, & miſceantur cum mucillaginibus donec diſſoluãtur in eis. deinde omnis miſce. Emplaſtrũ aliud. ℞. dactylorũ pinguium, caricarum pinguium. ana. ℥. ij. radicum maluæ, radicũ biſmaluę. ana. quartã. ſ. cõquaſſenť fortiter,& bulliãt. deinde ℞. ſtercoris columbini, reſinæ, terbentinę. ana. ℥. j. miſceãtur omnia cũ mucillagine ſeminis lini & fiat emplaſtrũ.

C V R A in facto ex fluxu catarrhi prohibe ipſum, vt in. iiij. canone. Secundo attende maturationi & expulſioni eius, vt dictum eſt in ſecundo & quinto.

Cura

CVRA in facto ex cauſa calida. Si materia fuerit ex ſanguine fiat phlebotomia de uena nigra laterts dextri.qđ addiiur,quoniam ſi fuerit ꝓpter vapores fumoſos domi- namea in corde magis conferens eſt ei phlebotomia in ſiniſtro latere. Auic.de cura eius. conferunt & ventoſæ naticum cum ſcarificatione, & melior eſt multiplicatio numeri,quoniam ſemper dubitandum eſt de virtute.

Quòd ſi fuerit ex cholera feruent̃ cañ.proportionabil iter vt dictum eſt de cauſa frigida enuntiando quæ ſuot in ea maturatiua.nã maturatiuũ indiget frigiditate & humiditate ingroſſantibus materiam,& iuuãtibus ad expulſionem. Ex ſimplicibus ſunt viola,papauer, dragacantum, faba,ſpinachia,iuiubę,liqritia. & ſi ad latus caliditatis declinaret à quibuſdã ponatur zuccharum triũ coctionũ dictum tabarzet, & ſi declinaret ad calidũ ponat̃. ſed tu cõtempera hordeum aqua eius,capillus veñ.lac aſinæ, malua,corallus,mucilago,ſeminum citoniorum, mucilago pſilij,portulaca,blitis,ſemina frigida maiora, & minora.

Zuccharũ tabarzet.

Ex compoſitia ſyrupus viol.iulep violatum, zuccharũ viol. Syrupus iuiubinus deſcriptione Amech in Meſ.de cura eius. Syrupus de papauere, loch Meſ.cuius initium loch ad caliditatem.& aſperitatem pectoris. Dragracantũ frigidum Nic.Iulep iuiubinũ Meſ. Et ex ſimplicibus poſitis compone decoctiones tuo propoſito cõmodas plus & minus infrigidando vt expedit. Verbi gratia.℞.ſeminũ frigidorum maiorum.ʒ.ſ.hordei excorticati.M.ſ.uiolarum humidarũ,& ſi non ſunt humidæ humectentur cum aqua eorũ,maluæ.ana.M.ſ.liquiritiæ raſæ,& mũdę.ʒ.ſ. ſebeſteo numero.vj.iuiubarum numero.xx. & cum aqua ſufficiẽtis quãtitatis bulliant ad conſumptionẽ tertiæ partis.de qua colatura.℞.lib.ij.zucchari.ʒ.iiij.bulliãt.deinde lento igne ad conſumption̄ quintæ partis.poteſt vt apparet minus infrigidari. Cõſimiliter de pilulis dicendũ de qbus in ſeq.Rubr. Olea frigida cũ quibus cupis emplaſtra componere,quære ſupra in fine quinti tractatus.

Et in ſoluẽdo ſis memor ꝙ aqua fructuũ eſt cõueniẽtiſſima habeſq; ex dictis modũ.iõ relege à capite Rubricã.

CVRA in facto ab alijs membris vt vitio hepatis, tunc attende ad hepar,miſceq; medicinas pectorales cum medicinis hepatis.ꝙ ſi inuenies cõpræhendens ambas intentiones ea potius vtere. & hoc voluit Auic.de cura eius cũ inquit.Cum ſentis in aſthmate groſſitiẽ hepatis, oportet vt permiſceas cũ medicinis pectoris medicinas ex genere eupatorij,& abſinthij.& illud quod coniungit inter duas res ſimul vehementis eſt iuuamenti ſicut rubea tinctorum,& ariſtol.Qualiter autem curetur illa hepatis diſpoſitio vel vitium dicetur in.xiiij.cap.

Et cõſimiliter dic de vitio ſtomachi, cordis, matricis, ſplenis recurre ad capitula propria cum canone dicto.

CVRA ſi fuerit à mala cõplexione ſingulari ꝓcede vt dictum eſt,& iam poſita ſunt calida,& frigida ſimplicia,& compoſita quibus expelli habet.

Quòd ſi fuerit à ſiccitate vtere humectatiuis dictis vt lacte aſinino,caprino,ſuccis humidis,ſorbitionibus,uino albo lymphato multũ,vnguentis humectantibus, aut epithematibus,& huiuſmodi.ad quorum omnium compoſitionem facile deſcendes ex datis.

CVRA ſi fuerit ex vẽtoſitate vtere reſolutiuis,& carminatiuis facilibus intus & extra.pro quibus.iiij.tract.

CVRA in eo quod eſt propter nocumentum neruorum conforta eos,vt dicebatur ſupra tractatu.vj.ij.cap.

Et nota hic canonem pro dictis & dicendis ꝙ ea q̃ dictæ ſunt habẽt itelligi nõ exiſtẽte feb.ꝙ ſi fuerit cũ feb.oportet moderari medicamina, ne ſint ita calida indicatiõe ſumpta ab ea vt loco mellis pone zuccharum.& tu conſidera.

CVRA in paroxyſmo aſthmatis ſex ſunt canones obſeruandi. Primus. ꝙ non procedatur in principio ad euacuationes adminiſtrationes medicaminũ fortium ne exagitatione materierũ ſupueniat ſuffocatio.quare ab enematibus vomitu ſolutiuis & hmõi omnino abſtinẽdum.

Nota ꝙ ſi ſigna ſanguinis apparebunt ꝙ phlebotomia debet fieri alijs non cõtradicentibus.nam ex ipſa fiet alleuiatio & non agitatio de qua ſit timendum, ceſſante vero vehemẽtia paroxyſmi,tunc ſuper clyſteria eſt audendum & cum cautela procedendo de debili ad forte.Quod cum ceſſauerit potes ad ſolutiua te extendere apparente digeſtione ex maturatiuis datis.

Secũdus canoñ.eſt diuerſio.nam ſtatim debes facere diuerſiones cum ligaturis extremitatum, fricationes,applicationes ventoſarum inter ſpatulas & ſub hypochondrijs ſunt vehementis iuuamenti & cum ſcarificatione ſi videbitur ſanguinem aliqualiter peccare.

Tertius applicent̃ pectori calefactoria incipiẽdo à debilioribus vt prius cum pãnis calidis. deinde ſi ægritudo durauerit ſiue pur perſeuerauerit paroxyſmus applica rubificãtia vt ſinapiſmũ & hmõi. quia iſta oportet medicũ immediate facere cum occurrit ægro huic ea antepoſui.

Quartus canon ſit ordinatio diætæ vt ꝙ participet cibo & potui faciẽdo gradationẽ in eis vt virtus & res ipſa expoſtulat.ſicq; in alijs quinq; non naturalibus rebus.

Quintus canon ꝙ exhibeãtur maturatiua & abſterſiua de quibus plenam habuiſti notitiam.

Sextus ꝙ ſi paroxyſmus durauerit vltra.xl.dies, tunc vẽtoſet̃ inter ſpatulas vſq; dum cõueniens ſanguinis quantitas egrediet̃. deinde adminiſtrent̃ hieræ & ſolutiua nota clyſteria acuta. Quãdo vero omnia non cõtulerint præſumunt quidã in adminiſtrando cauteriũ in medio pectoris.& hoc qñ res eſt in deſperatione curæ. Vnde Gilb.anglicus.Et in his eſt vltimũ remedium cauterium in furcula pectoris ad nodum vel ſuperioris ad ſectionem.

POSTREMO conſidera magnã varietatem auctorum in modo proceſſus curæ aſthmatis. quã ſi videre cupis lege Meſ.de cura eius.Itẽ memorare ꝙ oportet medicamina reiterare & ſæpe, qm̃ per vnam applicationem aut per duas nõ recedit hic morbus, neq; aliquis alius qui ſit curę difficilis.Et non poſtergas canonem qui allegatus eſt de mutatione ipſorum medicaminum,ſiue variatione non variando,intentionem.nam Aui.de cura eius inquit. Et non continuetur vna medicina ex eis aſsidue, & amplectatur eam natura. Item inter medicinas, & corpora ſunt proportiones quæ non compræhenduntur niſi experimẽto.& ſic hæc ſufficiant pro nunc.

## De tuſſi. Rubrica. IIII.

TVſsis eſt motus pulmonis, & pectoris cum dilatatione,& conſtrictione factus. quo natura eorũ aut membrorũ cõicantium eis nocumentum conatur expellere.Nã cum accidit aliquod nocumentum cannę,& cannalibus pulmonis & partibus ſibi continuatis,tũc virtus animata ſenſibilis ſentiens illud excitat expulſiuã naturalem. & hæc ſuſcitata, & adiuta per motiuam animalem velaminis,& totius clibani forti impetu mouetur contra cauſam vt à ſe nocumentum expellat.& talis conatus motus tuſsis dicitur. vnde tuſsis eſt pectori ſicut ſternutatio capiti.Ex quibus apparet quomodo tuſsis eſt motus compoſitus ex natura & animali.

CAVSÆ vero eius ſunt vt ſupra, quia cõicat cum cauſis aſthmatis & ſunt eędem. Vnde mala cõplexio ſimplex calid.vel frig.vel ſicc.ab extra cõtingens poteſt eſſe tuſsis factiua.Similiter ad intra. & omne mordicãs ſtimulans virtutẽ vt eſt puluis, fumus,ſalſus humor,acutus,aceroſus.Et omnis humor à ſuperioribus ad pectus deſcẽdẽs malus ſiue ſit ſanguis,ſiue ſit phlegma ſalſum,aut non ſalſum.quod eſt ſm plurimum,licet Gerardus & alij dicant ipſam eſſe ſm plurimũ à cauſa calida & ſicca. & tu vide in dubijs de ſquinantia,ſiue cholera, ſiue melancholia qđ eſt valde raro Auic.Siue malus vapor aſcenſus,ſiue venenoſus,aut nocumentũ fuerit ex apoſtemate vt in pleuriſi

peripneumonia

peripneumonia, aut ex apoſtemate hepatis, aut ſplenis, aut ſtomachi, aut compreſsio ex aquoſitate facta vt in hydrope. Aut vapor malus à corde in febre trãſmiſſus ſicut accidit in feb. aduſtiua, & in feb. peſtilentiali. Et ex ea q̃dam antiqua, quędã recẽs, quædã in pueris, q̃dam in adultis. & ipſa q̃nq; eſt in diuitibus, q̃nq; in pauperibus. Iſtæ tñ diuiſiones factæ ſunt ad declarationẽ maiorẽ. nam cum hæc paſsio ſit frequẽter, & frequẽter eueniens non dubitaui in eius curæ manifeſtationẽ prolixare. Et nota q̃ duo ſunt aduertenda. Primũ q̃ frequentatio tuſsis q̃nq; perducit ad ſputũ ſanguinis ſpãliter in his quibus eſt pectus anguſtũ. Scd'm q̃ tuſsis catarrhalis eſt exquiſite curanda, q̃m aliter perducit ad phthiſim, & ſpãliter calida & ſicc.

Et hic nota pręter ea q̃ recitat Alexãder & Paulus. Dixit Alexã. ſe vidiſſe hominẽ toſsiculoſum emittere lapillum, & pro tunc à tuſsi eſſe liberatũ. Paulus idẽ de humore indurato vt videretur granũ grandinis. hæc autẽ ꝓceſſerunt ab humore viſcoſo per aſſationem à caliditate indurante.

Et nota q̃ aliq̃n humor groſſus, & viſcoſus ita adhęrens q̃ ad extra emitti nõ poteſt facit tuſsim ſiccã, & ſimiliter q̃n humor eſt multũ ſubtilis, ita vt non ſit cõueniens obiectum virtutis expulſiuæ, ſed aeri cedit & vadit per latera tracheæ ad pulmonẽ, vt ſecũdo prognoſticorũ ẜ illo. Sputũ in omni ægritudine. Et in ſumma tres ſunt cauſæ eius factiuæ, primitiua, ſcilicet antecedẽs, & cõiuncta. Exemplum primi, vt omnis cauſa immutans membra pectoris in complexione, vel in forma, vt aer calidus exceſsiue, aut exceſsiue frigidus, omne exaſperans, fumus, puluis, cibus aceroſus, ſalſus, ponticus, acutus & hmõi. vt ſupra. Exemplũ ſcd'i, mala complexio totius, aut particularis membri expellentis materiã ad pulmonem vt eſt caput ẜm plurimum. Exemplũ tertij, mala cõplexio ipſa immaterialis, vel materialis, ſanguinea, vel cholerica, & hmõi ſubtilis vel groſſa in canna, vel in ſpatio cãnæ exiſtens mordicãs, & virtutẽ incitans, aut ſolutio continuitatis vel oppilatio ipſa, aut apoſtema ipſum in velamine vel pulmone.

S I G N A demonſtratiua eius quæ eſt à cauſis primitiuis, ſigna habentur narratione infirmi ex parte regiminis eius, & ſimilium.

Signa ſi fuerit à capite tunc ſignabit illud aut grauedo capitis vel reuma, quod manifeſte ſentiť, deſcẽdere per nares in guttur & hmõi, & quod ad naſum deſcendit cum raſcatione emittiť. Item & magis moleſta eſt, quoniam cõtinuus deſcenſus quaſi cõtinuam tuſsim, & tuſsiculam inducit cum aliquali ſcreatu. Quòd ſi fuerit ex materia ſubtili acuta deſcẽdente, tunc ſit tuſsis abſq; ſputo, & ſit fortis poſt ſomnum, & proprie in nocte, & q̃ hora tuſsis infirmus ſentit deſcenſum illius humiditatis.

Signa eius quę eſt propter malam complexionem calidam ſunt calor, punctura, ſitis, inflãmatio, magnitudo pulſus, & anhelitus, rubedo faciei quæ etiam apparet in mala cõplexione calida pulmonis, item tales iuuanť exhalatione aeris frigidi, & nocẽtur calidis. & adiuuat ad hoc regiminis cognitio complexionis habitudinis & huiuſmodi.

Signa frigiditatis, q̃a augmentať ex attractione aeris & vſu rerũ frigidarũ. & minuitur ex calidis, paruitas ſitis, facies plũbea, perceptio rei frigidæ & hmõi. cõtraria dictis.

Signa humiditatis, quia eſt cum leuitate & ſputo multo maxime poſt ſomnum, et adeſt pulmonis humiditas & ſentitur humor viſcoſus in gutture, & q̃ aliquando ob ipſum accidit vomitus. & q̃ talis eſt decrepitus, aut natura humidus & huiuſmodi.

Signa ſiccitatis priuatio ſputi, & quia tempore famis, ſitis, vel motus augmentatur, & per balneum, & potum humidũ diminuitur vt ſorbitione amili, & alleuiať apud ſomnum, comeſtionem, & potum vini plurimi aquoſi, & eſt cum macie corporis ſecundum plurimum. & cum frequentia in pulſu, & velocitate.

Signa ſi fuerit ex ſanguine ſputũ erit rubeum cũ dulcedine oris, & alijs ſignis ſanguinis ſupra in principio operis.

Si ex cholera quod expueť erit citrinũ cum ſiti amaritudine oris, & alijs de cholera ſupra allegato loco.

Si de phlegmate ſentitur acetoſitas humida, aut acredo, vel ſalſedo ſi fuerit ex phlegmate ſalſo. & ita de aliqua ſignis phlegmatis.

Si ex melancholia acetoſitas cum ſtypticitate ſputum vergit ad liuorem & groſsitiem quando expuitur humor groſſus & viſcoſus, tunc ſignificať q̃ tuſsis illa conſequitur coryzam, aut catarrhum.

Signa q̃n tuſsis eſt ſicca & ſine ſcreatu, tunc uel eſt propter malã cõplexionẽ ſiccam tm̃, aut propter cõpreſsionem diaphragmatis & ſpiritualiũ ſiue facta fuerit ab apoſtemate hepatis, ſplenis, ſtomachi, aut aquoſitate vt in hydropicis, aut qualitercunq; à magnitudine horũ, aut à cauſa extrinſeca, vt caſus, ꝑcuſsio, frigiditas aeris, aut vnguentorum frigidorum conſtringentium.

Signa quando eſt à ſtomacho, ab hepate, vel ſplene habentur ex diſpoſitione illorũ membrorum ex parte complexionis, compoſitionis, aut ſolutionis cõtinuitatis, quæ ſuis habent quæri rubricis.

Signa tuſsis propter vlcus pulmonis feb. anhelitus, & pulſus magnus, & frequẽs, rubedo maxillarum. Et ſi propter apoſtema phlegmaticum aut durum erunt hæc ſigna contraria dictis in ea habitudine qua ſe habet phlegma ad ſanguinem & choleram.

P R O G N O S T I C A tuſsis abſq; ſcreatu mala. Tuſsis in hydropico ſuperueniens moleſta aut ſuſpecta eſt. de qua ſuo loco. Tuſsis in ſenibus & decrepitis ſi diu durauerit moleſta. Tuſsis nimia & perſeuerãs ſuſpecta, ne aut ad rupturã venæ, aut ad phthiſim, aut ad hecticam corpus perducat. Omnis tuſsis cũ reumate mala, potiſsime ſi diu durauerit. Omnis tuſsis quę ſomnum auferet mala. Omnis tuſsis cũ aggrauatione, & moleſtatione, & cũ multis conatibus antequã aliquid educať & rubedine oculorum, & cum modica expulſione malum. & maxime in adultis & frequenter perducit ad rupturam. & hæc apparens in feb. acuta mortale. dixi q̃ in adultis, q̃m in pueris non eſt tantũ periculoſa ꝓpter lenitatem, & humiditatem membroꝝ ipſorum. nã in præſentiarum eſt in pueris tuſsis ita aggrauans & moleſtans & cũ multis conaminibus vt videanť quaſi mori. nã ſtant per ſpatium octauæ horæ antequã expuant aliquid, & aliqui tuſsiunt indeſinẽter. & ſæpe in diu vſq; ad ſpatiũ mediæ horæ, & tñ in eis nõ frangiť vena. Omnis tuſsis cũ modico conatu, & alleuiatione, & multa, & veloci expulſione & ſine labore, & multa fatigatione optima eſt & ſalubria ſignat fortitudinẽ virtutis, & mondificationem pectoris, & obedientiã materiæ.

Si quis patitur feb. & tuſsim & feb. ceſſat, & tuſsis remanet ſignum eſt recidiuæ. Si quis patitur tuſsim humidã & ceſſat ſubito cum grauitate pectoris remanente ſignificat futuram feb. putridã, aut pulmonis ulcerationem. omnis enim materia cõmota per tuſsim non habens exitum virtute debili exiſtente mortale, q̃a ſuffocat & ad orēgmõ perducit. & ideo pleuriſis in decrepitis mortalis.

C V R A in facta propter malam complexionem, ordinatio diætæ, adminiſtratio rerum particularium ad intus vel extra ipſam remouentium.

Primus perficitur faciẽdo regimen ipſum declinare ad contrariam qualitatem quo ad ſex res non naturales.

Secundus cõpletur ſimplicibus & cõpoſitis ad hoc valentibus. & vt te plenum faciã ponam ſimplicia, & cõpoſita ipſa quibus &c. Simplicia calida in tuſsi ex cauſa frigida cõferentia ſunt hæc. Abrotanũ, althea, amygdala dulcis & amara. ſed dulcis ad intus, amara ad extra, aniſum, bethonica, butyrum, caricæ, calamus aromaticus, cinnamomum, crocus, ciminum, dactylus, daucus, enula, foeniculus, phiſtici, granata dulcia, grana lauri, laudanum, mel, origanũ, calamẽtum, oua, paſſulæ enucleatæ, peoidiæ, pix,

porrum,

porrum, pulegium, pulmo, & à ꝓprietate magis. Praſsiũ,
raphanus, roſmarinus, ruta, ſemen lini, terbentina, vinũ,
vua ſicca dulcis, ireos, hyſſopus, zinzib. zuccharum, ze-
doaria. Et ex cõpoſitis vt confectio loch albant Meſ. in
cura tuſsis catarrhalis, dia ſulphur, diapenidion, diacala-
mentũ, diatrion pipereon, diazinzib. hęc omnia Nic. loch
de pino, loch ſanum & expertum Meſ. Decoctio cõis ad
tuſsim frigidam. ℞. liquiritię raſæ. ℥. j. iuiubarum numero
xx. caricarũ numero. vj. paſſularũ abſq; arillis. ℥. ſ. hyſſo-
pi, calamenti. ana. M. ſ. aquæ pluuialis quantũ ſufficit bul
liant ad cõſumptionẽ tertię partis. Et nota q; pluuialis ma
gis laudať, quia magis penetrat. Gent. decima tertij. de cu-
ra eius. Laudantur ſyrupi de hyſſopo, de praſsio, ſotyra
Nic. in antiqua & noua, item theriaca. Quòd ſi ſyrupos fa
cere non poteris ꝓpter paupertatẽ, collige eorũ decoctio-
nes, & operare. Ex frigidis ſimplicibus ſunt amilũ, bli-
tis, citoniũ, cucurbita, cucumer, faba, ſemina frigida ma
iora. granatum muzum & acetoſum dulcoratũ cum zuc-
charo iuiubæ, liquiritia quæ duo cõferunt multum mixta
cum alijs & ſi non ſint frigida ſed temperata vt lac, lactu
ca, malua, myrtus, nenuphar, papauer, rana excoriata, &
cocta, ſebeſten. & ſi temperatus ſit viol. ordeũ excortica-
tum. Ex cõpoſitis roſata nouella Nicol. diacodion, dia-
dragacantum, loch de papauere. Meſ. Loch de pino Auic.
in. v. Iulep viol. Syrupus viol. De papauere. De myrto.

Aq̃ pluuialis in medicamentis magis ꝓbatur.

Decoctio cõis. ℞. liquiritiæ. ℥. j. hordei excorticati. ℥. ſ.
capillorũ veneris. Maluę viol. ana. M. ſ. ſebeſten numero
iiij. zucchari albiſsimi. ℥. j. ſ. aquę quod ſufficit bulliãt vt
ſupra. De humidis autem & ſiccis ne in longum protrahã
nihil hic, quoniã de ipſis ad plenũ dum tractabitur cura
eius de mala cõplexione cum materia & multa humida in
de frigidis & ſicca in de calidis. poſita ſunt vt patet. & ſi-
militer ibi habebunť cõferentia ad extra. & tu ibi recurre.

CVRA in mala cõplexione cum materia initium fa
ciens à calida & ſic. & ſpecialiter quando eſt catarrhalis
quæ eſt ſm plurimum talis Canones. ix. Ordinatio diæ-
tæ. Digeſtio. Euacuatio materierum cõium. Euacuatio
particularis per ſputum. Diuerſio. Siſtio materiæ fluen
tis. Confortatio cerebri. Adminiſtratio medicaminum
ad extra. Correctio accidentium.

Primus cõpletur cum tẽdentia rerum ſex ad contrariũ
cauſæ vt aer declinet ad frigiditatẽ & humiditatem tem-
peratam. & hoc oportet aduertere ne cerebrum lædať, cui
vehemẽter frigida aut calida nõ ſunt applicanda, vt ſupra
de ſoda. Ex cibis conueniunt iuſcula hordei, ſorbitiones
ex faba uel farina eius cum zuccharo, far, blites, ſpinachia,
& huiuſmodi frigida & hom. cum quibus commiſcemus
q̃nq; mulſionẽ papaueris albi propter vigilias eorum. Itẽ
damus q̃nq; iri. ſed de his & ſimilibus cibis habes ſupra
tract. iij. de fructibus. & alijs ibi tractatu. ij. Potus aquæ
ſimplicis coctæ cum zuccharo aut abſq;. aqua hordei ex-
corticati. aqua hordei cum diadraganto frigido, aut cum
zuccharo. aqua ſimplex cum iulep. viol. & tu pro his rele
ge quæ ſcripta ſunt de catarrho.

Digeſtio fit cũ his quę infrigidãt & ingroſſant materiã
vt eſt iulep viol. aut ſyrup. viol. & cætera quę poſita ſunt
de ſoda cholerica, & de catharro calido, acuto. Et cõpręhẽ
dẽs has intẽtiones & cũ hoc ſextã eſt ſyrupus de papauere
& fortius illa eſt diacodion, & diceť de his in. vj. canone.

Tertius cõpletur primo phlebotomia cum eadem ſan-
guinis plenitudo vel eius ſigna, aut vẽtoſa. Et tu nota quæ
dicta ſunt de phlebotomia in cura catarrhi. Compleť etiã
cũ ſolutiuis habẽtibus reſpectũ ad caput et pectus. & ideo
illa aggrega. vt uerbi gratia in caſu pilulas aureas addẽ-
do agaricum cum ſyrupo viol. habes enim capitalia in de
ſoda & de catarrho, pectoralia in de aſthmate.

Euacuatio particularis fit humidis & ſiccis aliquibus
iuuantibus virtutẽ ad expellendum vt loch de papauere:
loch Meſ. cuius initium: loch ad caliditatem & aſperitatẽ
pectoris, loch ex inuẽtione eius & ſequens. Itẽ cõferunt ad
hoc quæ in ore tenentur vt diadragantum frigidum. pilu-
læ bichichie recẽtes: id eſt tuſsitiuæ deſcriptiõe Nico. Itẽ
pilulæ deſcriptione Meſ. ℞. dragacanti, gũmi arabi, ſemi-
num maluæ, ſeminum citrullorum, ſeminum cucurbitæ,
amygdalarũ dulciũ, farinæ fabarũ. ana. ʒ. iij. ſeminum por
tulacę, amili. ana. ʒ. ij. fac pilulas in modum lupini cũ mu-
cillagine pſilij, & ſi vigilias patitur adde ſeminum lactu-
cę papaueris. ana. ʒ. iij. Aliud. ℞. iuiubarũ numero. xx. ſe-
beſtẽ, numero. xl. ficus. vj. liquiritiæ mundæ paſſularum
enucleatarũ. ana. ʒ. x. capil. ve. ʒ. v. aquę lib. v. deinde ℞. pe
nidiarum rob. ana. ʒ. v. coquanť cum facilitate donec fiant
ſicut mel currens. deinde ℞. ſeminũ lactucarũ, cucurbitæ,
citrullorũ, portulacæ, fabarum excorticatarum, ana. ʒ. iij.
dragacanti, gũmi arab. amili, papaueris albi, amygdalarũ
dulcium. ana. ʒ. j. ſ. confice cum prędictis. potes enim mo
dicũ loch in modũ ſyrupi. cõfectionis in modũ decoctio-
nis ordinare, vt magis placebit. eſt enim maturans tuſsim
calidam & facilitãs ſputum in ea. & ex habitis compone
ex diuerſis diuerſa, vt propoſito erunt conuenientiora.

Diuerſiones fiant vltra, vt ſupra de ſoda, aſthmate, &
pluribus locis dictum eſt ex eis eligendo neceſſarias quæ
facile compræhenduntur.

Siſtitur catarrhus cum diapapauere, cum loch eius, dia
draganto frigido, diacodion & eſt medicamẽ de iacur ſic
dictum ab inuentore & eſt cæteris fortius & multum lau
datũ à Gal. Auic. Meſ. Nicol. cuius deſcriptio eſt copioſa
præ cęteris. & tu vide eam. Similiter pilulæ de arnogloſ-
ſa, & de cinogloſſa Nicol. & eſt ſecretum. Multa in de ca-
tarrho ponũtur, & tu ibi. nam in tuſsi catarrhali multum
laudatur cauterium in zuedenegi propter quod relege quę
ibi huic propoſito ſcripta ſunt.

Pro confortatione recurre ad ea quæ de ſoda.

Applicanť ad extra emplaſtra, vnctiones, cerotaria. ſed
cõſulo ne nimiũ vtaris frigidis. Vnctio. ℞. olei vio. ℥. iij.
ceræ albæ. ℥. ſ. miſce. Itẽ cum diadraganto, mucillagine
pſilij, oleo viol. farina fabarum, vel hordei, fac emplaſtrũ
addito modico croci. item compone frigida cum calidis
vincentibus frigidis. vt ℞. olei viol. roſ. amygd. dulcium,
camomillini, cucurbitini, butyri loti, ſeminum frigido-
rum minorum, nenupharis, myrti, hyſſopi, calamenti &
huiuſmodi. ita q; compone vt videtur expedire.

Accidẽtia corriguntť, vt ſi fuerit difficultas anhelitus cũ
his quæ dicta ſunt de aſthmate. ſi fuerint vigiliæ cum di-
ctis, ſupra de vigilijs ſuperflua addendo in cibis ea quæ te-
nenť in ore ſemina papaueris & hmõi. & de hoc ẽt in tuſsi
ex frigidis. itẽ medicinæ ſedantes tuſsim, & cõfortantes pe
ctus, & pulmonẽ in caſu ſunt ſicut ſuccus granorum myr
ti cõpletorum, & eſt ad illud mirabile. item pulmo uulpis
cum ſyrupo myrtino & eſt magni iuuamenti.

CVRA in calida & hum. Canones. Ordinatio diæ-
tæ. & hic eſt ſimilis illi quæ dicta eſt de cal. & ſicc. & tu
vtere cibis frigidis & ſicc. vt eſt hordeum & huiuſmodi,
pro quibus. iij. tract. Euacuatio materiæ per phlebotomiã
ex vena capitis, ſi fuerit deſcẽdens aut à nigra fiat phlebo-
tomia, ſi fuerit materia in his locis. Aut ex baſilica ſi he-
par cum ſua caliditate fuerit in cauſa. Aut ex ſaphena ſi fue
rit ex retentione menſtruorũ. Et conſimiliter ſuo modo di
tatur ſi fiat ex retentione hæmorrhoidarum vel ſanguinis
vndecunq; fluere cõſueti. Hic tamẽ nota q; aliq̃ tuſsis eſt
humida cũ caliditate & non eſt ibi ſanguis peccans. quare
oportet te cõmiſcere frigida cum ſiccis inciſiuis, aut non
ſm q; materia eſt viſcoſa vel non viſcoſa. Et ſic ordinare
dietã. digeſtionẽ, euacuationes cões, & particulares, vt ſu-
pra, & infra diceť de frigida et hum. & tu collige. Laudať
in hoc caſu. ℞. capilli ve. hyſſopi, fabæ excorticatæ, ſemi-
nis aniſi, fœniculi, lactucæ, portulacæ, papaueris al. ana. ʒ.
v. amygd. ama. dulcium, hordei excorticati. ana. ʒ. v. ſemi
nis melonis, cucumeris, granorũ myrti. ana. ʒ. iij. gummi
ara. ʒ. ij.

ara.ʒ.ß.paſſularũ enucleatarum.ʒ.xv. dactylorum, ficuũ. ana.numero.c.iuiubarũ numero.xxx.in lib.iiij.aquæ decoque vſq; ad lib.j.ſ.dent mane.℥.iij.cum zuccharo roſ. vel viol. Potes & ſi vis cum zuccharo reducere ad formam ſyrupi. item facere electuarium & gratius erit. item ex paucioribus vt tibi cõmode erit confice vt libet.

C V R A in ea quæ eſt ex cauſa frigida & hum. Canones. Ordinatio diætæ. Digeſtio materiæ. Euacuatio cõis. Euacuatio propria cum medicinis educentibus à pectore. Diuerſio & maxime ſi à capite fluxerit vel aliunde ad pectus venerit. Siſtio materiæ ſi à capite deſcendit. Confortatio capitis ſi ab eo erit. Exiccatio reſiduï vel ſuperflui cum his quæ ad intra vel ad extra adminiſtrantur. Correctio accidentium.

Primus perficitur cum regimine tendente ad calidum & ſiccum vt de aſthmate dictum eſt.

Materia ſimiliter digerat ex his quæ calefaciunt, ſubtiliant, incidunt, vt eſt ſyrupus de hyſſopo, & decoctiones factæ ex rebus ipſis pectoralibus vt in de aſthmate. pro quibus ibi.

Euacuationes fiant cum pilulis cochijs, & de agarico cum caſia, & manna, addo agaricum, vt de aſthmate dicebatur cũ decoctionibus pectoralibus. & tu recurre ibi. Et ſuper hic nota duo. Primũ q canones poſiti in complẽdo tertiũ cañ. de aſthmate prius legant. ſcd'm q iſtæ euacuationes reiterẽtur cũ interpolatione. Cõpletur etiã hæc intẽtio cũ enemate, ſuppoſitorijs, & hmõi, vt in de aſthmate.

Euacuatio propria fiat cum his quæ materiã à pectore educunt de quibus in de aſthmate, & infra.

Diuerſio. Siſtio materiæ. Confortatio capitis hæ tres intentiones cõpleant, vt de catarrho frigido, & de aſthmate dictum eſt. & tu ibi.

Cõſumptio ſuperflui erit cum medicinis reſoluentibus & cõſumẽtibus quas medici exiccatiuas vocãt. Et hic nota q talia debẽt applicari poſt euacuationes cões, & proprias reiteratas etiã. nam adminiſtrare ea in principio eſt præfocare, & ponere ægrum ad mortẽ. Meſ. Vnde ad intra quãq; adminiſtrant, quãq; ad extra. Ad intra autẽ. ℞. myrrham, & eam cum melle incorpora, & lambendo deglutiat, aut gũmi albotin cum melle, aut alkitran cum melle. hæc enim anhelitũ facilitant, & humiditatem conſumunt. Itẽ & in hoc caſu laudatur ſulphur cum ouis ſorbilibus & arſenicũ. de quo in dubijs & ſupra dictũ eſt de aſthmate.

Fiunt & ſuffumigationes ex gũmis, & per embotum per os recipiunt vt ex ſtorace, oppoponaco, ſandaraca, thure, galbano, & hmõi. & fiunt bis, vel ter in die. Ad extra autem poſſunt fieri cerotaria ex his gũmis & ſimilibus cum pice cum pulueribus rerum calidarum pectoralium, ut ſupra cũ butyro. & ſimiliter cũ oleis & cera, & modico aceti vnguentum, Item ex eiſdem emplaſtra. & tu compone calidiora, & minus calida vt erit opportunum.

Vltimũ expediunt elargãtia pectus de quibus. ſupra de aſthmate, remouẽtia vigilias de quibus ſupra & in de ſuperflua vigilia. Scito tñ q ſumma medicinarũ cõfortantium pectus, & pulmonẽ, & tuſsim ſedãtium in cã frigida ſunt. Rob myrti cũ myrrha, & modico croci. Pulmo vulpis cũ melle & aqua calida. itẽ crocus cum ſyrupo de hyſſopo. Itẽ ſandaraca cum melle, nux cupreſsi cum vino, & melle. Et grana pini ſunt vehemẽtis iuuamenti. Et ex medicinis magnis ad hanc intentionẽ ſunt theriaca, metridaõi, diamuſcus dulcis. Pilulæ in cõplementũ quarti cañ. ℞. caſtorei, myrrhæ, maſticis, opij, liquiritiæ, galbani, hyſſopi, aniſi, fœnic. enulæ, gentianæ, liquiritię, ireos, dragaganti, gũmi ara. ana. cõfice cum rob. da poſt ſex mẽſes. Item ex his quę ingrediunt loochata confice pilulas quæ immediate dari poſſunt. Looch Gal. ex lib. x. tract. & expertũ ad eradicãdũ tuſsim ex materia groſſa. ℞. liquiritiæ, ireos, ſtoracis liquidæ, phiſticoꝝ mundatorum, amygd. dulcũ & ama. granorũ pini. ana. aur. iij. olibani, glutinis albotin, gũmi ara. dragacanti, agarici, cinnamomi, ſeminis fœnic. ana.ʒ.ij.ſ. aloes, myrrhæ. ana.ʒ.ij. keſmes.℥.j. tere ſicca & pulueriza. medullas vero contere cõtritione vltima. aloẽ vero & myrrham infunde in rob circiter.℥.ij. aut.iij. mellis cocti & colati quantũ ſufficit. deinde diſſolue in eo ſtoracem & confice in mortario. doſis eſt à.ʒ.j. vſq; ad vnã.ſ. Et quia homines ſunt nimiũ ingluuioſi & delicati abhorrentes res amaras poſſumus reijcere aloem, & myrrhã dimittere, aut quia amara etiã non ponere. Loch de ſquilla & loch ſanũ & expertum & hmõi. Vtrum de aſthmate ſit hmõi intentio & conſimilia plura habes à Meſ. & tu ibi.

Hic tñ non prætereo medicamen, ſcilicet ad ſedandam tuſsim Tabit Regis quod memorauit Gal. ipſe. de quo dicit q nullum ei aliud æquiperat. ℞. oppopana. aur. v. caſtorei, ſeminis lini aſsi. ana. aur. iiij. ſemioum lactucæ. aur. quinq;. foliorum rutæ ſiccorum, myrrhæ. ana. aur. iij. ſ. opij, croci. ana. aur. iij. ſ. cõfice cum melle colato. da in ſero febricitantibus cum aqua calida, non febricitantibus cum vino ad quantitatem fabæ. eſt enim expertum.

C V R A in cauſa ex melancholia quæ rariſsime contingit ſerua cañ. iuxta ordinẽ poſitum de alijs, & compone complẽdo quartum & octauum calida cum humidis. hoc faciliter ex datis facere poteris.

Et quoniã hæc eſt ægritudo moleſta frequenter cõtingens, quæ & aliqñ inueteratur hinc ſubſcribã prolongãdo plurima remedia in calida & frig. hu. & ſicc. In calida laudatur diapapauer Meſ. cap. de tuſsi. cuius initium. Diapapauer ex inuẽtione noſtra, & eſt mirabilis, & cõfert in antiqua, & noua, etiã in catarrhali. Ad idem diapapauer ab eo deſcriptũ eodẽ loco. deſcriptione amech cuius initiũ. Idem diapapauer cuius iuuamẽtum eſt ſublime ad tuſsim catarrhalem cum caliditate & aſperitate & ſiti. Ad idem. pilulæ alkaber de quibus. ſupra de catarrho. & ſunt rememoratæ ab Alexã. medico, qm̃ vt dicit ſunt ex medicinis benedictis, & ſunt ex ſecretis artis. dant. enim in ſero cum itur dormitũ à tribus uſq; ad quinq;. ſunt enim mirabiles. tu' require Meſ. de catarrho. De ſuffumigijs pone remedia. deinde de alijs cauſis ex apoſtemate &c. in fine de feb. Vnde Auic. Suffumigium. ℞. ro. rubearum ſicc. M. ij. camomillę, meliloti. ana. M. j. ſandalorũ omnium.ʒ.j. liquiritiæ mundæ.℥.ſ. capilli ve. M.ſ. camphoræ.ʒ.ſ. bulliãt in aqua, & vltimo addatur camphora. deinde recipiat fumus per embotũ aperto ore. & cooperto capite donec ſudet fortiter. & hoc fiat multis vicibus iuxta cõuenientiam particularũ. deinde teneat pilulas bichichias in ore. de quibus ſupra. vel ſimiles vt in de catarrho calido dictum eſt.

In frigida uero laudat diazinzi. loch filij Hamarã Meſ. cap. de tuſsi humida. cuius initiũ. idem loch cõferens tuſsi, & ægritudinibus pectoris & pulmonis, & eſt expertũ. Itẽ loch. ſiue pilulæ deſcriptione Amech eodẽ. c. cuius initium. Item loch cõferens vt ipſum. ℞. liquiritiæ, amygd. dul. &c. Itẽ pro pauperibus & cõfert tuſsi phlegmaticæ, & maturat eã. ℞. alliorum mundato. lib.ſ. & elixa in aqua decoctionis cicerum, & hyſſopi donec ſint bene diſcocta. deinde colentur & fortiter terant & projce ſuper ea butyri, & mellis. ana.℥.vj. & decoquant lento igne vſq; ad terminũ loch, & vtere. bonũ eſt & eſt ex deſcriptione Sabor regis. Aliud ad idẽ. ℞. ſucci caulium lib. v. coque lento igne auferẽdo ſpumã eius uſq; dum redeat ad lib. ij. deinde coquatur cum rob & melle. ana. lib. j. vſq; dum ingroſſet bonum ab eodẽ. Item & pro pauperibus amplius. retineat pauper fortiter anhelitũ & frequenter: & eſt Auic. curabitur. & maxime ſi à mala complexione ſimplici fuerit.

Ad idem. ℞. puluerẽ calamenti, & ponat in carice quę aliquantulum igni appræſentet, & ponat in vino, & eo vtatur ſero, mane, & meridie. Idẽ facit piper cũ ficubus ſumptum. Ad idem. ℞. butyri, mellis, vitellorum ouorũ. ana. ℥.iij. piperis.℥.ſ. miſce ſine igne, & vtere. & ex ſimilibus tua intereſt cõponere in cauſa ca. accipiẽdo frigida domeſtica

ſtica

ſtica multū, & nō ſumptuoſa. Suffumigiū. ℞. thuris: laudani: maſticis. ana ʒ. iij. foliorum camomillæ: mellilotiſca pil. ve. ana. M. ſ. ſ. hyſſopi. M. ſ. liquiritie raſe. ℥. j. caricaꝝ nūero. xij. paſſularū. ℥. j. ſ. decoquanť in aqua & recipiať fumus per os ut ſupra. & maxime qñ eſt catarralis ut eſt ſm plurimū. Quòd ſi non fuerit catarralis dimittes gummas & loco earum pone calida pectoralia. de quibus ſupra.

In humida laudatur ſyr. de hyſſo. deſcrip. filij Hamarā cuius initium filius Hamaram. ſyr. de hyſſo. Meſ. cap. de tuſsi humida. Ad idem confectio Democritii eodem cap. Et ex datis humidæ compone. Et pro pauperibus. ℞. ſulphur. ʒ. ſ. & ſorbeatur cum ouo ſorbili.

In ſicca laudantur trochiſci filij Zachariæ cap. de tuſsi ſicca Meſ. quorū initium. Idem confectio alia trochiſcorum ad tuſsim ſiccam cum caliditate vehementi.

Et q̄a raro eſt peccās qualitas paſsiua abſq; actiua. hinc cum de cura harū cōpoſitarum ſatis dcm̄ ſit ſuperſedeo. Tm̄ tñ intereſt cōponere addendo in ſiccis aut hum. magis vel minus vt expediens erit. Quòd ſi fuerit ſicca ꝓpter viſcoſitatē ſubtilia incidas &c. Si vero ꝓpter ſubtilitatē humoris ingroſſa. et tu de his omnibus habuiſti ſimplicia & cōpoſita, in antiqua laudať ſotira Nico. Itē pilulæ Iſaac hebē hamarā in Meſ. in fi. capituli de tuſsi, quarū initium. ℞. ſtoracis caſtorei &c. itē medicameo Sabor regis cap. de tuſsi ſicca Meſ. cuius initiū. Sabor rex medorum medicamē mirabile & valet in calida. & in eadem valet diapapauer Meſ. memoratum ſupra. In frigida vero confectio humain in Meſ. cap. de tuſsi humida cuius initium. Humain. Confectio loch albani. item confectio Archigenis eodem in loco cuius initium. Archigenis confectio quæ nominatur mirabilis.

CVRA ſi tuſsis fuerit in ætate infantili. Rectificetur lac & fiat inunctio cum butyro dragacanto oleo viol. camomillino, anethino, pinguedine gallinę, mucillaginibus pſilij, & hmōi cum cera alba aut citrina, modico aceti cōponendo frigida cum calidis faciendo declinare vnguentum ad latus frigidum vel cal. vt opus erit. Sed nota ꝙ in pueris tuſsis vt plurimum eſt frigida. Quòd ſi fuerit ex capite defluxus ponantur cerotaria aut ſacculi ſuper caput vt dictum eſt de catarrho cal. vel frigido vt opus erit. Si autem cum tuſsi erit feb. tunc calida dicta oportet moderari habēdo reſpectum ad ipſam feb. & hoc remanet in diſcretione tui medici. & tu bene conſidera. & recurre ad ea quæ dicenť infra de feb. Rubrica de accidentibus feb.

CVRA ſi aderit tuſsis ex vlcere aut vulnere pulmonis vel apoſtematis eius vel partiū vicināțiū ei. ſicut. verbi gratia quādo cōtingit tuſsis ſicca ex apoſtemate epatis vel ex aliqua re comprimente diaphragma vt ventoſitas aut aquoſitas in hydrope, aut ex apoſtemate ſtomachi, ſplenis, & hmōi. tunc ſit recurſus ad Rubricas proprias vt de cura phthiſis, peripneumōię, apoſtematis, hepatis, ſplenis, ſtomachi, &c. qm̄ ex cura eoꝝ pēdet cura hmōi tuſsis.

## De voce. Rubrica. V.

VOx eſt ſonus cantus ab aīa ex percuſsione aeris ad vocalē arteriā cum imaginatione ac voluntate ſeu appetitu ſignificandi. Et hic deſcriptio colligiť ab Ariſt. ij. de aīa. & ab eius Cōmē. cōmen. 89. Ex qua patēt tres eius cāę philoſophicales. Materialis. ſ. cū dicit aer. Efficiens ſalť vniuerſalis cū dicit aīa. Finalis vero cū dicit cū imaginatione. Nā vox dicit à voco vocas, vel q̄a aīl volūtatē enūtiat. Vnde ſcd'o perihermenias. Voces ſunt earū q̄ ſunt in aīa paſsionū notę. Formalis uero eſt uocis talis dearticulatio, ſiue modulatio. Et vt dicta magis poſitiue intelligant, & ſpāliter quo ad cām efficientē cuius oīmoda notitia eſt medico in curatione neceſſaria ſubiungā exēpla rē ſimilitudinē qua facilius expectata aperianť. Imaginari itaq; velimus vocē in aīalibus formari quēadmodū ſonus in fiſtula folliculū habente. Pulmo enim & cōcauitas pectoris eſt ſicut folliculus fiſtulę. lōgitudo vero fiſtulæ cū foraminibus eſt ſicut trachea. Diaphragma uero & lacerti pectus mouētes ſunt ſicut bracchiū prēmens folliculū. epiglottis vero vt extremitas fiſtulę. Muſculi autē epiglottis aerē pcutiētes, & epiglottim cōſtringētes & dilatātes volūtatie ſunt ſicut digiti foramina fiſtulæ, nunc claudentes, nūc aperiētes ſm exigentiā modulationis. Palatū vero eſt ſicut cōcauitas fiſtulæ lata vbi vox in epiglotti formata reſonat. Et eſt notādum ꝙ virtus animalis q̄ eſt principiū motus mouet epiglottim, ſiue muſculos eius i fractione vocis mediātibus neruis reuerſiuis. Vnde Gal. viij. de iuuamen. Cerebrū vtit his neruis ad mouendum epiglottim ſicut miles vtiť freno & habenis ad mouendum equū. & ideo ex nocumēto in eis accidente contingit vocē lædi. Vnde Aui. decima tertij. de voce. Et fuit alius qui cum curaret à ſcrofulis inciſus eſt vnus duorū neruoꝝ reuerſiuorum quare abſcōſa eſt medietas vocis. Breuiter autē inſtrumenta dicta cōcurrunt ad uocē dearticulandā, dentes, lingua, labia, & vuula, quę nō ſolum cōfert in dearticulatione. verūetiā ad formationē, vt Gordo. qui aſſerit ipſam ſtare ſuper foramen anhelitus ſicut digitus fiſtulatoꝝ ſup foramen fiſtulæ. Et ſubdit cap. de voce. In formatione vocis vuula eſt per ſe & alia ſunt ꝓpter iuuamēta vt lingua, palatum, labia, & dentes. Præter hæc autem nota ꝙ epiglottis eſt membrum cartilaginoſum creatū vt vocis ſit inſtrumentū. quod ex tribus eſt cōpoſitū cartilaginibus. vt prima primi. de anatomia muſculoꝝ epiglottis. Prima quidem quæ eſt anterior, & maior, & vocata clypealis, quæ poſita eſt exterius ad deferēdum vt clypeus. Secunda eſt dicta nomen nō habēs poſt illam poſita ad partem colli & cum caligata ad complendum quod deficit ex prima. Tertia eſt dicta cymbalaris quę exiſtit in medio ſicut eſt lingua in fiſtula artificiali. & hæc eſt illa cartilago ad quā hora vocis fit aeris fractio. de qua Auicen. decima tertij de voce. & eius inſtrumentū eſt epiglottis, & corpus ſimile linguæ fiſtulæ. & eſt inſtrumētum in veritate & reliqua ſunt miniſtēria & adiuuātia. Et Raſis primo Almanſ. de forma oris, & linguæ. Aliud vero eſt corpus quoddā quod linguæ aſsimilatur fiſtulæ. quod oībus alijs vocis inſtrumētis nobilior. Vnde tria ſunt vocē facientia. Quoddam eſt recipiens. Quoddā eſt rectificans & modulans. Quoddam mādans. Recipiens eſt canna quæ recipit aerem ſibi tranſmiſſum à pectore quæ eſt plana ſolida quale debet eſſe corpus ſonoꝝ. Rectificans & modulās ſunt lacerti epiglottis, & fiſtula cymbalaris. Mādans eſt diaphragma, pulmo, & pectus. Ex quibus omnibus patet modus generationis vocis in animali. Nā aer miſſus à diaphragmate, pulmōe &c. vſq; ad epiglottim per cannam pulmonis refrangiť à muſculis, & fiſtula cimbalari mediāte dilatatione & cōſtrictione eoꝝ ex qua rectificatione & moderatione facta cauſať vox in palato reſonans, vt dictū eſt, ad cuius cauſationē etiā cōcurrūt lingua, dentes, & hmōi. cōſidera. hęc enim ſunt cōſiderāda à medico operāte vt aperiať modus ponēdi caſum in terminis in diſpoſitione nō naturali ipſius uocis. nā & vox frequēter indiſponiť cuius indiſpoſitio ad ſe curā vocat. Læditur etenim vox tripliciter quēadmodum, & ſingulę aliæ operatiōes ablatę. ſ. diminutę & corruptę, & de vnoquoq; membro fiet ꝓceſſus curatiuus. Ablatio vocis eſt ꝓpter augmentū nocumentoꝝ accidentiū membris facientibus aut cōcurrentibus ad faciēdam vocē. Vnde Auic. Et qñ fortia fiunt nocumenta in membris mittētibus deſtruitur vox, ſed vt plurimum accidit deſtructio, diminutio, vel corruptio ꝓpter nocumenta in fiſtula, & muſculis contingētis. Vnde Auic. Cum nocumentum eſt in lacerto dilatante fit vox pręfocatiua, & qñ eſt in lacerto cōſtringente eſt vox ſufflatiua, quia quodā impetu ſufflatur aer, et qñ deſtruitur eius operatio deſtruitur vox. Diminutio itaq; nocumentorum in eiſdem eſt cauſa diminutionis in ea.

**E T C A V S Æ** facičtes corruptionē ſunt & eſſe pñt eædem cauſis facientibus ablationem, & diminutionem. Vnde Aui. Raucedo accedit ab humiditate pauca, & cum multiplicatur parum pertremit, & ſi plurimum multiplicatur, deſtruitur itaq; ſm earum intenſionē & remiſſionē, & ideo Auic. permixtim poſuit cauſas harū læſionū in voce cōtingentiū. Et ſi quærit quæ cauſæ ſunt intenſiores ex parte nocumēti, an facičtes corruptionē an diminutionem. Dicendum q ſic prima facie videt ex auctoritate nunc allegata q faciliores ſunt cauſę corruptionis, ſed hic eſt locus ſpeculationis quē relinquo ſubtilibus. Nam qñq; corruptionē uocis antecedit diminutio eius: qñq; magnificatio, ut patet de canna dilatata ob vehementem caliditatem. Et in ſumma cauſæ facičtes ablationem, aut ſunt in membris mittentibus vt diaphragmate, pectore, pulmone, & huiuſmodi, & earum remotio, quærenda eſt rubrica de aſthmate, & infra rubrica de pleuriſi, peripneumonia, phthiſi, empyemate &c. Aut io membris facientibus vt epiglotis & muſculis &c. vt ſupra. Et iſtæ ſunt aut mala complexio cum materia, aut ſine, aut mala cōpoſitio, aut apoſtema vt in ſquinantia, aut ſolutio cōtinui facta in neruis reuerſiuis &c. ut ſupra.

**C V R A** canones ſeruētur ꝓportionabiliter iuxta cauſam. Vt verbi gratia. Si fuerit uitio pectoris aut pulmonis reductæ ad canones cauſę proportionatos Rubrica de aſthmate, & pleuriſi. Quòd ſi fuerit ex apoſtemate gutturis reductę ad Rubricam de ſquinantia. Quòd ſi fuerit vitio ſolutionis cōtinui ſerua quæ ſunt neceſſaria in tali ſolutione. Vnde Aui. de cura eius. Curetur cū eo quod oportet capitulo ſuo. Quòd ſi fuerit ex inciſione nerui non expectes curam. Quòd ſi fuerit ex mala cōplexione & ſpecialiter humida à qua contingit ſecundum plurimū, tunc ſit canon memoroſus q ſtatim adhibeatur cura & nō tardetur, quia ex tali humiditate, ita aliquando mollificātur lacerti vt beneficio medici non reſtituātur ſanitati, & hoc forte intellexit Auic. cum dixit. Et ille qui dē qui ſentit initium abſciſſionis vocis oportet vt incipiat ad curandum antequā fortis fiat. Et ſcito q abſciſio vocis quæ prouenit ex nocumento nuchæ colli, & ſpondilium, & neruorum dilatantium à caſu, & percuſſione dislocatione & huiuſmodi. vix aut nunquam curatur.

Scd'a canon, confortet guttur cum his de quibus. ca. de ſquināntia, & valet in hoc mixtio facta ex ouo elixato & ſiſamo excorticato cū modico lactis, & ſumat ter in die, & tribus diebus cōtinuis & ſit quātitas trium coclearium.

Tertium adminiſtratio medicaminum exiccantium & cōfortantium guttur, vt. ℞. ficuum ſiccarum numero. iiij. calamenti. ʒ. ß. gummi ara. ℈. j. abijciantur cortices ficuū, vt poſſibile eſt, deinde omnia ſimul in mortario conteras & cōiungas. & fac pilulas de qbus teneat in ore patičs unā cōtinue in nocte, & die expertum. Aliud. ℞. ſucci liqui. ʒ. j. thuris. ʒ. ij croci. ʒ. j. &. ß. & cū rob uuę, ſiue vini aggrega. Item fiat ſorbitio aquę decoctionis caulium paulatina, & paulatina, & cōtinuetur ſæpe in die, & ſit tepida. Item. ℞. phiſticorum mundatorū. ʒ. j. zinzib. cōtrit. ʒ. j. ß. amidi. ʒ. ij. zucchari. ʒ. j. omnia cum lacte miſceātur & reducant ad formā mellis, deinde aromatizetur totū cum modico pipis & adminiſtret in forma loch, aut pilularū placebit.

Quòd ſi fuerit ex ſiccitate quod cōprehendit, q eſt cum pauca raucedine, acuitate, cum caliditate quadā, & aſperitate, & quodā dolore, tunc ℞. oleū vio. & cū eo miſce mulcum zucchari donec totum ſit quaſi vt mel & deglutiatur paulatine, & ſumatur hora qua itur dormitum quantitas vnius coclearis. Item ad idem mucillago pſilij cum zucharo vt dictum eſt. Item ius gallinæ. Itē ius ſpinachiarū cū zucchàro & hmōi. Et breuiter humectātia ex parte etiā ciborū ſunt hoc caſu maxime cōferētia. Itē ficus ſiccę cum cortice quę habēt plurimū humiditatis etiā in vocis abſciſione cōferunt, & hoc voluit Aui. cum dixit. Et ficus ſunt iuuatiuæ ad abſciſionē vocis, ſiue ſit ab humiditate, ſiue ex ſiccitate. Sed hic nota q nō ꝑtereundi ſunt, nec poſtergandi canones vniuerſales attendendi in euacuādo materiā peccantē, ita q ordinet diæta. Digerat, euacuet. Diuertat vt eſt neceſſe iuxta ea q̄ poſita ſunt in capitulis ꝓprijs vt de aſthmate, pleuriſi & hmōi: vt opus erit. Itē notandum q in mala cōplexione abſq; materia, vt ſupra ſufficiunt ſola alterātia. Itē q ea q̄ dicta ſunt de cura abſciſionis valent etiā in de cura diminutionis: na ſicut differunt abſciſio diminutio ex parte cauſarum ſm intenſum & remiſſum: ita & medicamina adinuicē differre debēt. Vnde & valētia in raucedine valent, & in diminutione: & tu per te hæc facilia aggrega & cōpone. De corruptione autem vocis dicendum q & licet plures eius ſpecies ponantur tamen principaliter & latius mentionē de raucedine faciamus de alijs ſuccincte expediens. nam ſatis conferre videntur quæ dicentur in de raucedine, & alijs ſpeciebus eius.

### *De raucedine uocis, & aſperitate.* Rubr. VI.

RAucedo vocis ſiue vox rauca eſt vox aſpera ab humiditate, aut ſuperficiei cānæ inæqualitate cauſata. Et dicit ab humiditate, qm̄ vox quæ cauſat à ſiccitate, inæqualitate ſuperficiei cannæ, ꝓprie dicit aſpera, & hoc uoluit Gal. ij. techni cum dixit. aſperitas eſt inæqualitas ſuperficiei ſm corpus durū, hæc humiditas eſt media inter illā quæ facit tremulā & abſciſſam: vt infra de tremula. Aui. vero Meſ. & cęteri plures intellexerunt hūc terminum raucedo valde large volētes q oīs vox cōfuſa diceretur rauca. Ego vero credo q in omni voce, rauca ſit vocis cōfuſio: & indiſtinctio. nam organa quorū voces ſunt confuſæ & indiſtinctæ rauca appellamus. Ex quibus habet q cauſa raucedinis eſt humiditas quod inferi vt cōſequēter exprimant aliæ cauſę q̄ ſunt cauſę raucedinis largo modo ſumptę. Omnia enim quæcunq; poſſunt eſſe cā inæqualitatis cannę pñt, & ſunt cā raucedinis. Et in ſumma numerant, humiditas undecunq; fluens, vt ſupra ſiccitas cōſimiliter exiccādo difformiter partes cannę: & eſt inter has ſignū diſtinctiuū: qm̄ qñ eſt à ſiccitate eſt vox cum claritate, & ſonoritate, oppoſitū accidit ex ea q̄ eſt ex humiditate. Itē accidit ex dilatatione ſupflua inſtrumenti vt in forti clamore, forti ſufflatione, & ſpāliter his factis poſt cibum, vt. ij. &. iij. proble. & hoc maxime reperit in uenatoribus clamantibus poſt canes & ſylueſtria aīalia. Itē idem cōtingit ex maximo frigore ſupfluo calore: ſuperflua vigilia: nā hæc omnia aut trahunt humiditatē inæqualitatē vt fortis clamor, aut difformiter conſumunt inæqualitando. Idē operantur cibi aſperi acetoſi, & vltimo poteſt ab apoſtemate gutturis vel partium vicinantium cauſari.

**C A V S Æ**. Et in ſumma tres ſunt cauſę factiuæ raucedinis primitiua antecedens & cōiuncta. Exemplū primi. aer humidus poſt ſiccū humectās corpus. nā Hip. cum fuerit æſtas ſicca & borealis & autūnus auſtrinus infra in aphoriſmis. Itē aer frigidus poſt humidū & frigidus poſt calidum exercitiū poſt cibum & ꝓprie particulare vt cantus. Itē fumus, puluis, ventus borealis & maxime cū ſubito venit poſt auſtrū, & ecōuerſo. Percuſſio, caſus, & læſio colli, nuchæ, & ſpondilium. Nimia vociferatio, vigilia ſuperflua, ſomnus ſuperfluus, cibi humidi, vaporoſi, comeſtio multa rerum ſalſarum, acutarum, acetoſarū, & hmōi.

Exemplū ſcd'i vt mala cōplexio humida in cāna, uel mala cōplexio in inſtrumētis vocis ut in pulmone, & lacertis factiuis uocis, vel in cerebro, uel in pectore, vel in ſtomacho, lingua, palato & hmōi. Aut ſolutio cōtinuitatis fcā in nucha uel amygdalis. Vel catarrhus deſcēdens, ingt Gal. in libello de voce q raucedo ſpāliter venit propter nocumentum lacertorū dilatātium epiglottim, verum deſcenſus catarrhi eſt ſæpe in cā. Exemplū tertij, vt humiditas phlegmatica, vel ſanguinea in canna pulmonis exiſtēs, uel lacertis, vel epiglotto. nā vt patet timpanū humefcū non

bene ſonat

bene ſonat, quoniã nõ ſit in eo reuerberatio ſicut in ſicco.

SIGNA demonſtratiua. Eius q̃ eſt à cã primitiua ſigna nota ſunt. Quòd ſi fuerit à capite ſcit̃ per grauitatẽ eius & alia capitis accidẽtia, de q̃bus in de ſquinãtia, & de tuſſi. Quòd ſi à collo, ſtomacho, pectore, vel alio membro diſcernit̃ à membrorum illorũ nocumentis. Et hic nota vt de eo infra q̃ humiditas magna uocẽ cauſat raucã, maior tremulam, maxima autem uocem aufert ſicut in paralyſi linguæ & membrorum vocalium.

PROGNOSTICA. Cum æſtas fuerit ſeptentrionalis ſicca & eius autũnus meridionalis, & pluuialis, tũc raucedo multiplicat̃ in ipſo. uide infra io aphoriſmis.

Corruptio vocis ꝓpter nocumenta nuchę colli, & ſpondilium, & neruorũ dilatancium, & ita alijs nocumentis quę veniunt à parte poſteriori ſicut dislocatio, caſus, percuſſio, vix vel nunquã curatur niſi eſſet recens valde. Raucedo poſt vnum annum non recipit curam. Raucedo ex reumate nunquã curatur niſi prius reuma curetur. Cum aliquis eſt reumaticus, & raucus, & proprie ex cauſa frigida, & phlebotomatur vix, vel nunquam curatur.

CVRA. Et antequã ad curã ꝓcedas tu operator ſcito q̃ raucedo quæ accidit decrepitis nõ ſanat̃. Auic. quod intellige niſi ſit valde noua. Item q̃ raucedo poſt vnum annum non recipit curationem. Item raucedo ex reumate non curatur niſi prius curetur reuma, & tu pro eius cura recurre, ſupra de catarrho. Primus canon ordinatio diætæ, digeſtio materiæ ſi neceſſaria videtur. Euacuatio particularium applicatio.

Diæta ordinet̃ iuxta cauſam, vt uerbi gratia ſi fuerit ex ſiccitate ſit aer declinãs ad humiditatẽ cibi humidi lenitiui, vt ius ſpinachiatũ, maluæ, tri, ficus ſiccæ pingues ſubtilium corticũ, grana pini, amygdalæ mundæ, paſſulæ ſine oſſibus, dactyli pingues. Item ſorbitiones ex iuſculis frumenti ex fabis, ex farina aniſi, vitella ouorũ, lac cum melle, vinũ dulce, ſyrupus mellinus, ſuccus liquiritiæ, & ex ſuccare, quaſi eã cõtinue. eſt enim clarificans vocẽ cum accidit exaſperatio, ꝓpter quãcunq; cãm Meſ. Cõſimilr̃ ſi fuerit ab humiditate vt aer declinet ad ſiccum cibi vt ius caulium, cicerũ cum pipere, raphanus, & breuiter q̃ ſunt exiccantia, & cõſumẽtia humiditatẽ, de quibus, ſupra tract. iij.

Digerat̃ materia ſi opus erit pro quo ſupra ca. de catarrho. qm̃ ex fluxu à capite contingit ſic vocem raucã fieri.

Euacuetur autẽ materia cum reſpicientibus eam & laudo magis in hoc exhibitionem pilularum quãdo itur dormitum, ut ſupra de catarrho, & clyſteria ſunt maxime hoc caſu cõmendanda. Quod ſi uidet̃ eam eſſe à ſanguine, uel ab humore ſanguini cõmixto fiat phlebotomia ex cephalica iuxta canones de ſoda ſanguinea, ſupra & tu ibi ſemp inſpecta virtute, deinde fiat alteratio, & euacuatio cũ caſſia, thamarindis vt ibi.

Applicatio particulariũ perficit̃ cum his quæ applanãt cannã & aſperitatẽ remouẽt. Et iſtã diſtinctionẽ ſumũt ex parte modorum applicationis eorum. Vt quedam per interius, q̃dã per exterius. Et per interius quædã adminiſtrant̃ in forma pilularũ, q̃dam in modũ loch, quædam in cõfectiõe ſolida, q̃dã gargarizãdo, q̃dã ſorbẽdo & hmõi.

Per exterius vero in forma emplaſtri vel vnguenti, ſuffumigij, & hmõi. de q̃bus exẽplificabit̃ ſuis locis iuxta cauſas poſitas, ſupra de ea initiũ faciẽs ab ea quę eſt ab humiditate, & eſt ſm̃ plurimũ. Pilulæ bichichię, quarũ deſcriptio. ℞. carniũ dactylorum. ℥. ſ. piperis. ʒ. vj. cubebarum. ʒ. j. ſem. fœniculi. ʒ. ſ. amygdalarũ dul. mundatarũ & zucchari. ana. ʒ. viij. cõfice. Itẽ. ℞. dragacan. gummi ara. ana. ʒ. ij. myrrhę, olibani. ana. ʒ. j. ſucci liquiritiæ. ʒ. j. ſ. carniũ dactylorũ, & vini dulcis quãtum ſufficit ad icorporationem teneanturq; in ore. Itẽ & pilulas memoratas, ſupra de abſciſione vocis in. iij. canone, & plura ibi ſcripta huic propoſito ſunt conuenientia. Loch ſanum, & expertum Meſ. Item. ℞. cinnamomi, croci, ſucci liquiritiæ, iuiubatum, myrrhę. ana. ℥. ſ. pinearum mundatarũ. ʒ. ij. penidiatum. ℥. ij. miſce cum optima ſapa, & fiat loch, & lambẽdo deglutiat̃. Confectiones ſolidę fiant cum his quæ poſita ſunt de loch cum zucchato vnius decoctionis. Ad idẽ valent penidia. Gargariſma fiat ex ſandaraca cum aceto ſquillitico cum pauco mellis vel cũ oxymelle ſquillitico: eſt enim ſandaraca ex maxime vocem corroborantibus. Meſ. Sorbitiones vero fiant cum ſucco caulium cũ zuccharo. Per exterius vero fac emplaſtra quæ ſint exiccantia, & non multum in caliditate eleuata, vt. ℞. foliorũ camomillæ loti. ana. M. j. florum anethi. ro. ana. M. ſ. olei liliorum albo ro. camomillini. ana. ℥. j. pinguedinis gallinę. ℥. ſ. farinæ frumenti hordei. ana. ℥. j. cum vino cocto fiat emplaſtrum cum modico croci. Vnguentũ vero fiat ex hyſſopo humida cum oleo camomillino ro. ana. Factis vero purgationibus, & vbi nõ eſt ſuſpectũ de multitudine materiæ fiãt audacter ſuffumigia, vt. ℞. thuris, ſandaracæ, ſtoracis, calamitę. ana. incorporentur, & ex eis fiat ſuffumigiũ, & recipiat aperto ore. Et in caſu noſtro ex laudatis quando res videtur quaſi in deſperatione eſt. ℞. piperis cubebarum, myrrhæ, coſti, ariſtologiæ, caſiæ ligneæ, ſiſeleos, matri. ana. ℥. j. ſulphuris citrini. ℥. j. ſ. cum ſeuo hircino & vitello ouorũ, fiant trochiſci, deſiccẽtur in vmbra, & cum vel volueris pone vnum ſuper carbones & aperto ore recipiat fumum poſt gargarizet hydromel, deinde comedat vnum cocleare paſſularum. Et ſcito q̃ ex maxime cõmendatis eſt ficus ſicca aſſata vſquequo ſudare incipiat, & comeſta. Item caulis, ſiue brodium, ſiue ſuccus conditus ex eo.

CVRA. In facta ex ſiccitate. Vt quæ ex puluere, vento, fumo, aut cibo vel potu, in lacerto vociferatio ſiccitatem imprimente. Adminiſtrent̃ humectatiua, & lenitiua, vt ſupra in primo canone, ita q̃ declinet diæta ad humidũ ex parte rerum non naturalium. Et iuxta ordinẽ poſitũ de ea q̃ eſt ex humiditate poſſunt cõfici pilulæ loch & hmõi, vt ſupra & recurre ad ea quæ dicta ſunt de abſciſione vocis ex ſiccitate. Valet ſyrupus iuiubinus, & eſt ſpeciale in hoc ſyrupus viol. qui etiã in forma loch vel confectionis reduci poſſunt, & cõſimiliter ex eiſdem pilulæ cõficiunt̃.

Et valet electuarium Ioãnis damaſceni. ℞. dragacanti. ʒ. v. gummi ara. amygdalarum dulciũ, amili, ſeminum cucumeris. ana. ʒ. iiij. ſeminum citoniorũ, liquiritiæ, ſeminũ citrulli. ana. ʒ. ij. penidiarum. ʒ. xxx. mellis quod ſufficit.

Item loch ex inuentione Meſ. de raucedine vocis cuius initium. Loch ex noſtra inuentione. & eſt ſimile illi Ioan. damaſceni. Ad extra vero applicẽtur humectantia. nam ex datis facile compones iuxta ea quæ de ea quæ ex humiditate dicta ſunt.

CVRA. In cauſata ex forti clamore adminiſtrentur quæ dicta ſunt de abſciſione vocis in tertio canone & laudant̃ pilulæ ex ficubus, puluere menthæ, modico hyſſopi cum vino dulci confectæ, vel cũ ſyrupo de hyſſopo. Itẽ laudant̃ ſorbitiones ex farina tritici, chiſt hordei cũ melle.

Laudatur ſpecialiter medicamen de aſſa cũ croco. Meſ. diſtinctione. j. vbi non fuerit præſentia multæ caliditatis.

Kiſk hordei eſt hordeũ fractũ, vel ptiſana.

Quod ſi fuerit illic caliditas tunc adminiſtrentur ius de atriplicibus maluis, aqua hordei, grana cucumeris, amilis, amygdalis: & huiuſmodi cõtemperando. Confert in hoc caſu lac, vitella ouorum ſorbilium, ſine ſale.

CVRA. In cauſata ex frigore, nota quæ ſunt calida conferentia. Et tu pone allium coctum cũ lacte, aſſa, caulis, cartamum, cubebę, & eſt propria præcipue maſticatę. Meſ. mentha, myrrha, porrum cum melle, raphanus, hyſſopus cum melle, ficubus, piper, olibanum, calamẽtum. In cauſata vero à caliditate, nota conſimilr̃ quæ ſunt frigida cõferentia, & tu cõpone. Faba, portulaca, mucillago pſilij, citoniorũ, aqua melonis indi, & unũquodq; iſtorũ adminiſtret̃ cũ zucchato, aqua citrullorũ, melonũ, & medulla ſeminum eorum, grana papaueris, atriplex, malua, aqua

hordei, ſpinachia, blitis, aqua granarum, amilum, tri. cucurbita, cucumer, iuiubæ, & ſimilia. Et ſcito ꝙ ſuccus liqritiæ, & uitelli ouoꝝ ſunt ex cõuenientioribus materijs, ad hoc ut cum eis cõponant̃ reliqua, & ſimilr̃ lac mulũ. Aui. Et ex cõpoſitis calidis valẽtibus in frigida loch ſaoũ, & expertum Meſ. loch album eiuſdẽ de cura tuſsis humidæ, diairis & eſt ꝓpriũ diapenidiũ eius, diazz. eiuſdẽ, theriaca magna. Et vt ex cõpoſitis gaudeas. ℞. croci. ʒ. iij. cubebę. ʒ. j. ſ. ſucci liqui. olibani. ana. ʒ. j. confice cum rob pilulas quas teneat patiẽs ſub lingua deglutiendo paulatine ſaliuã. Et ex cõpoſitis in calida diadragantũ frigidũ, diapapauer, ſyrupus viol. ſyr. iuiubinus. Et ex cõpoſitis alijs, ℞. gũmi ara. dragacãti, ſeminum cucumeris. ana. ʒ. j. ſucci liquiritiæ, amili. ana. ʒ. ij. tere & confice cum mucillagine ſe. citoniorum, & pſilij, & fac pilulas magnas vt ſunt auellanæ, & accipiat mane, & ſero lambendo.

Aliud ad idem, & eſt Democriti. ℞. ſem. cucumerum mundatorum. ʒ. vj. ſucci liquiritiæ. ʒ. vij. ſeminis portulacæ. ʒ. j. confice cum albumine oui, & fac trochiſcos, & teneat ſub lingua vnum. Et per ſimilia compone loochata, emplaſtra, vnctiones & huiuſmodi. Sed notãdum ꝙ frigida nõ debent ſic ad extra applicari, propter quod recurre ad rubricam de ſquinantia, & ſuffocatione.

CVRA. Si raucedo fuerit ex apoſtemate circa guttur cura prius cum his quæ de ſquinantia.

CVRA. Conſimiliter ſi ex catarrho vt dictũ opare.

CVRA. Si à vigilia &c. induc ſomnũ & cõſidera ſi ſibi in cã eſt humiditas vel ſiccitas & operare cũ iã dictis.

CVRA. Si ex cibis aſperis iam habes lenientia. Quæ vero eſt à ſola qualitate ſola ſufficiunt alterantia.

CVRA. Succincte aliarum ſpecierum, ſiue differentiarũ uocis ut promiſſum eſt iuxta ordinẽ ducis mei initiũ faciã à cura uocis aſperæ quæ eſt ſpecialis raucedo, & cauſatur à ſiccitate lacertorũ, epiglottis, & pectoris, ex coitu, ex vigilijs & indifferenter ab omni cauſa difformiter exiccante cannam pulmonis, & ab inciſione vuæ. Quod ſi fuerit humiditas inæqualitans eam erit ꝓprius loquẽdo vox rauca. Et de cura eius breuiter me expediens, quoniã vt patet pendet cura eius ex dictis ſolum colligam quæ à duce meo ſcripta ſunt. Abſtineat ab his quæ dixi in de raucedine, dimittat vociferationem, & vtatur lenificatiuis, ut ſunt ficus pingues, humidæ & ſiccæ paſſulæ & huiuſmodi. Quod ſi fuerit ex inciſione vuæ ſingulare remedium. ℞. rob vini, & ſi fieri poteſt ſit antiquum mell. ana. coquantur adinuicẽ, & remoueat̃ ſpiritus, & ex hoc compoſito cum aqua calida fiet gargariſma, & patiens etiam in potu ex eo ſumat.

De uoce breui. Rubrica. VII.

CVm eius cauſa ſit breuitas anhelitus oportet in ea remouẽda inſiſtere cũ his ꝙ anhelitũ prolongãt vt ſunt cõtinere anhelitũ aſcẽdere & deſcẽdere ꝑ mõtuoſa, ꝓlongatio moræ in balneo, & poſt ipſius exitum bibat vinum. Itẽ dormiat qñ ſomnus inducit longitudinem in anhelitu eo ꝙ anhelitus ſit in ſomno difficilis.

De uoce groſſa. Rubrica. VIII.

VOx groſſa non hic audiẽda niſi primo quanto per ipſam importet̃ vox magna & grauis. Cuius cauſa eſt dilatatio meatus quæ quidẽ qñq; cõtingit ex nimia repletione ſtomachi faciẽte faſtidium mollificante & dilatante. Quãdoq; ex multitudine uociferationis, qñq; ex vehementi attractione, & conſtrictione aeris ut accidit fiſtulatoribus, tubicinatorib9, & huiuſmodi. Et cura eius eſt euacuare materiam ad locum tractam, & vti conſtrictiuis. De quibus omnibus ad plenum dictum eſt ſupra.

De uoce ſubtili. Rubrica. IX.

HAec autem fit ex cauſis contrarijs, quia ex cõſtringentibus, & exiccãtibus vt ſunt vigilia, laſsitudo, ſomnus de quo in dubijs, & ꝓprie poſt cibum exercitium laborioſum, euacuationes. Et cura eius eſt ut dimittat uocem, & adhæreat exercitio æquali, cibis temperatis, & introitu balnei omni mane & fugiat ſtyptica exiccatiua, & coitum de quo etiã in dubijs vt iam poſterius patebit.

De uoce tenebroſa. Rubrica, X.

VOx tenebroſa & turbida eſt ſimilis voci ſiue ſono cantu ex fricatione vnius plũbi cum alio. Cauſa eſt humiditas groſſa valde. Et in eius cura conferunt calefacientia ſubtiliantia, & incidẽtia, vt uinum antiquum, piſces ſaliti & huiuſmodi. de quibus de aſthmate, & de abſciſione uocis dictum eſt.

De uoce trepida. Rubrica. XI.

VOx trepida ſiue tremula cauſatur ab humiditate mollificãte minori ꝙ ſit humiditas mollificans in abſciſione. Vnde ſicut Auic. decima tertij. cap. de voce. Raucedo igitur accidit ab humiditate pauca, & cũ multiplicat̃ parum tremit, & ſi multiplicatur deſtruitur, ex quibus apparet ꝙ eſt media inter raucam & abſciſam. Præter autẽ hanc cãm credo Aui. intellexiſſe alias cauſas poſſe eſſe factiuas uocis tremulæ. Vt ſunt debilitas virtutis & indifferẽter omnis cã qua lacerti, epiglottis in motu poſſunt tremere, pro quo recurre ad cauſas tremoris, de quibus rubrica de tremore, ſiue capitulo de paſsionibus neruorũ. In cura vero ꝓcedit Aui. cõtra motũ tremulũ muſculoꝝ cum his quæ cõfortant eos debilitatos faciẽdo eos quieſcere ab oĩ labore tã eis ꝓprio ꝙ alijs membris. vnde vult ꝙ nõ ſaltet, neq; altos laborioſos motus faciat, & ꝙ non clamet, cantet, neq; multũ loquat̃, neq; rideat, extẽdat manus, & breuiter quieſcat, et reſupinetur. Et ſuper pectus ſuum ponat fruſtum plumbi, ſm quãtitatẽ quã tolerat, & de iſto in dubijs. Et ex cibis melioribus ſunt qui cõfortant ſenſum eius, & ſunt pedes, & extremitates lacerti, & ea in quibus ſunt cõglutinatio, & ſtypticitas. Et licet plurimæ reperiantur vocis differentiæ ſicut acuta, grauis, longa, & huiuſmodi; quia tamen ex notitia curæ dictarum habetur notitia curæ illarum, hinc de eis breuitati obtemperans ſuperſedeo de determinatione harum.

*De ſputo ſanguinis, ſiue emotoyca paſſione.* Rubrica. XII.

VNde ſputũ ſanguinis eſt ab ore eius eiecto à capite vel partibus deſcẽtibus ſm plurimũ euenitẽs. Dicit̃ ſm plurimũ, quia aliqñ à membris ſupfluit naturalibus, vt hepate, ſplene, matrice. Propter quod notandum ꝙ ſputum ſanguinis qñq; eſt à membris ꝓpinquis, qñq; à medijs, qñq; ab extremis. Exemplũ primi, ut qñ eſt à gingiuis, labijs, lingua, & hmõi, & tunc eſt ſubtilis, paucus, cũ ſaliua ꝑmixtus, cũ quadã eductus collectione. Exẽplum ſcd̃i, vt qñ eſt à myringia, cerebri colatorio, palato, vuula, naribus, & per colatoriũ os, & pulmonẽ ingrediẽs, & talis cum quadã educit̃ attractione excreatiua. Exemplũ tertij, vt qñ eſt à gutture, vel cãna. nã à gutture cũ maiori euenit raſcatione, & ſine tuſsi, & in maiori quãtitate. nã canna minus eſt gutture ſanguinea. Similr̃, & interdũ ſine tuſsi vt à ſtomacho cũ vomitu, hepate, ſplene, matrice, partis mutilatiõe, vẽtre, vena, chili, hæmorrhoydibus & hmõi. Qui colore diſcernitur, dolore & hmõi. Et aliqñ cũ tuſsi magis, & tunc aut eſt ex pectore, & eſt groſſus globoſus tẽdens ad nigrũ cũ dolore, & tremore minori, & ſanitate velociori ꝙ qui eſt ex pulmone uel ſubſtãtia eius, q eſt citrinus, ſubtilis, ſpumoſus, ualde doloroſus, & cũ minori tuſsi, de quibus in dubijs. Vel ab arteria venali, & talis eſt multus calidus medius cõſiſtentia inter illũ qui eſt à pectore, & q eſt à pulmõis ſubſtãtia. A vena autẽ arteriali nõ uidet̃ ſanguis egredi. ut Cõcili. differẽtia. cxc. nã cum duas habeat tunicas, & uelut in motu cũ pulmone diſſeminet̃ retro ad dorſum vbi ſere ꝑmanet quietus, & nõ videtur ꝙ rumpi

αἱμοπτυϊκὴ, ſeu rectius [illegible] Græcis, ſanguinis ſputũ, [illegible] ſputum Latinis [illegible] actionibus autẽ corrupte admodũ emotoyca paſsio nuncupat.

rumpi poſſit. Arteria venalis ſic cum vnicã habeat tunicam,& ſit diſſeminata per partem anteriorem. vbi uehemens motus extiterit,hic autem ſanguinis exitus non poteſt eſſe niſi quadam interueniente operatione.

Venæ cur diſrũpant.

Propter quod ſciendũ q vena aperiẽ tripliciter. Aut qa ſanguis peccat in quãto,quare vena ſua plenitudine crepat & fluit multus ſubito,& eſt cum plenitudine corporis,rubore venarũ,groſsitie &c.& vocaẽ rixis. Aut quia peccat qualitate,quia ſcilicet ſanguis eſt acutus corroſiuus ſoluẽs cõtinuitatẽ,vt qui eſt choleræ,aut phlegmati ſalſo admixtus,& hic paulatim fluit,& color oñdit an humori eſt adiunctus & vocaẽ diabroſis. Aut peccat in ſubſtãtia, qa ſui ſubtilitate per poros venarũ reſudat ad extra in modũ roris,& paulatimus eſt valde eius exitus,& eius color eſt rubens clarus valde, & uocaẽ anaſtamoſis. Ad hãc pterea apertionẽ cõcurrunt fortitudo virtutis expulſiuæ victa, & ſtimulata ab humoribus acutis pungẽtibus & defectio cõtentiuæ in ore venarũ quæ eſt,aut ea earũ ratificatione aut mollificatione in ore earũ, ꝑpter quod relaxata aperiunẽ.

Facit & ad idẽ particularius loquens redundatio ſanguinis ad fontẽ retenti cõſueti fluere per alia loca vt ſanguinis menſtrui,hæmorrhoydarũ,membri mutilati. Amplius cõſueuit ſanguis iſte nõ à uenis,ſed ab apoſtemate ipſo ſanguineo in membro aliquo perſiſtente ꝓfluere, ꝑpter quod non ſemper eſt timendus exitus ſanguinis, qm apoſtematis,hepatis,aut ſplenis aliqñ ſanitatem pronuntiat,& aliqñ criſim. Vnde Auic.de ſputo ſanguinis in fine. Et nõ omne ſputum ſanguinis timoroſum. Et multoties quidẽ eſt cauſa ſanitatis apoſtematis in hepate, vel ſplene. Et Raſ.iij. cõmento.ca.de ſputo ſanguinis recitat ſe vidiſſe hunc caſum. Et ſi arguitur. Hyp.xxv.Aph.iiij.Sect.Sanguis quidem ſupra,qualiſcũq; fuerit,malum,&c.Dicendum q intelligendum eſt illud dictum verum vt in pluribus.

C A V S Æ. Et licet de cauſis eius aliqd tactum ſit,tñ cum ſit accidens ſeuũ,& periculoſum vulgariterq; oĩm ũ perterrẽs,hinc ad ampliorẽ doctrinã de cauſis eius ſubiungam quædam ſm ordinem in alijs ſæpe deſcriptum.

Habet itaq; aut habere põt accidens hoc tres in genere cãs primitiuã.ſ.antecedẽtẽ, & cõiunctã. Exemplũ primi caſus,percuſsio,vulneratio ſuper pectus à uelamine facta. Tuſsis uehemẽs. Vociferatio fortis. Sanguiſuga quæ os intrauit. Vomitus laborioſus, & ꝓprie in habẽtibus pectus ſtrictũ. Frigus cõſtringẽs. Calor diſſoluens. Siccitas quæ inſpiſſat,& tẽperat ad ſciſsionẽ,vel humiditas mollificãs, humor corroſiuus, vt ſalſus à capite ad pectus deſcẽdens. Fortis motus ſiue exercitiũ, ꝑpter quod oportet phlebotomare athletas etiã,& ideo multiplicaẽ dæmoniacis. Dimiſsio phlebotomiæ cõſuetæ. Balneum capitulũ aperiens & diſſoluens. Itẽ cibi ſanguinẽ multiplicantes vt cibi boni,vinum bonũ dulce,cibi acuentes ſanguinẽ, vt acrumina,& acutæ medicinæ uſus earũ. Dormire vero ſuper ſtratum durũ. Itẽ ſuperfluus ſomnus. Superfluæ vigiliæ ſanguinẽ acuentes,vt ira & hmõi. Exemplũ ſcdi vt multitudo materiæ ex multitudine cibi & potus. Aut ex dimiſsione exercitij. Aut euacuationis cõſuetæ,vt retẽtione mẽſtruorum hæmorrhoydarũ cauſata, aut mutilatione membri. Itẽ ventoſitas in uenis faciens eas laborioſas,& proprie in præparatis,unde ponit ſanguinẽ in motum,& ipſum extẽdit, ꝑpter accidentẽ ea motu ebullitionẽ. Exemplũ tertij vt vulnus exiſtens in vena aut in membro,aut in vtroque incisſio,perforatio, corroſio,apertio, rarefactio, nimia teneritas,nimis uenarum ſtrictura & huiuſmodi.

S I G N A demonſtratiua. Si ex cauſis uenit primitiuis ſcieẽ,ſi tu medicus eris diligens de eis inquiſitor,vt qa interrogetur infirmus de regimine eius,& de alijs aſpiciendo in os eius,& ita de alijs.

Signa q materia eſt in propinquo eſt paruitas tuſsis. Quòd ſi fuerit in remoto ualde erit tuſsis uehemẽs ualde, & ſi in medio media inter has. Idẽ dicaẽ de facultate, cætera tamen paribus vti quanto facilius,& citius exit alijs paribus tanto in loco magis ꝓpinquo, & quãto difficilius tanto magis in remotiori,& quando infirmus dormit aut iacet ſuper latus infirmum multiplicatur ſputum.

Signa q à capite,quia conſueuit habere fluxũ ſanguinis narium, aut q ante eius euentũ habebat capitis grauitatẽ, & poſt fluxũ.aut ſanguinis euentũ alleuiatus eſt. Et ſigna ſanguinis narium habuiſti ſuo loco. vt rubedo faciei, & oculorum. ſplendor ante oculos,fitq; ſubito, & abſq; ſpuma.

Signa q à ſtomacho,grauitas in ſtomacho percepta,& partibus eius. Et q euenit cum vomitu, & abſque tuſsi, aut valde parua.

Signa ſi ex gingiuis ſunt gingiuæ ſanguinolẽtæ,& vlceratæ,& cum fricanẽ egrediẽ ſanguis imo cum labia ſtringuntur,deinde expuitur apparet in ſputo ſanguis. Item fit abſq; raſcatione vel valde modica abſq; vomitu.

Signa ſi à gutture eſt cum notabili raſcatione, & ſentiẽ nocumentum in eo,& etiam quia cum tuſsi dimittitur.

Signa ſi ex meri ſentitur dolor inter duas ſpatulas.

Signa ſi ab hepate vel ſplene cognoſcitur per nocumenta & dolore in locis.

Signa ſi à pulmone, vel pectore ſemper eſt cum tuſsi, & maiori & minori ſecundum loci propinquitatem, aut diſtantiam, vt dictum eſt.

Signa eius qui eſt ex carne pulmonis uulnere eius,aut ulcere ſunt,quia ſpumoſus paulatim veniẽs,& abſq; dolore emiſſus & nõ in multa quãtitate. Eius vero qui eſt ex venis,quia non eſt ſpumoſus,& eſt rarior, quia magis fluuidus. nam qui eſt ex ſubſtantia pulmonis non eſt ſic currẽs. nam ſpumoſitas eſt in rebus cauſa alicuius cõſtãtiæ vt in ſputo vr̃. Itẽ eſt magis ſpiſſus,& magis ſanguini ſimilis.

Signa ſi à pectore eſt magis groſſus, coagulatus cũ ſpumoſitate quadã,& eſt cum dolore ſignificante locũ ægritudinis propter neruoſitatem pectoris cum tuſsi forti, & paucus in quantitate & paulatim veniens,& certius ſignũ eius eſt additio eius poſt ſomnum.

Signa ſi ex inciſione venarum eſt multitudo ſanguinis.

Si ex corroſione,ſignum antecesſio corroſionis ex acceptione acutorũ catarrhi acuti,febris ſanioſitas vel virulentia ſputi corticis, aut partis pulmonis, & eſt ſimilis aquæ carnis & incipit paulatim, deinde fluit multus,& color eſt malus. Si ex apertione venarum eſt repletio priuatio doloris & venit requies & egreditur in primis minus quàm egreditur qui factus eſt ex inciſione, & plus eo qui egreditur ex corroſione.

Signa ſi ex apãte ſciẽ ex prauitate & ſignis apoſtematis.

Signa ꝓgnoſtica. In pleuriſi & peripneumonia ſi ſputũ apparuerit ſubrubeũ bonũ. Sputum ex corroſione raro vix aut nunquã ſanaẽ. Omne ſputum ſanguinis cũ tuſsi ſi durauerit ducet ad phthiſim. Sputũ ex partibus fiſtulatis frequẽter reuertiẽ. Sputum ſanguinis quod ſubito repente venit ſi vadit ad cor cito interficit,& ſi reſtringatur ſubito ſuffocat, & ſi non reſtringaẽ interficit ꝑpter nimiã ſui euacuationẽ. Sanguis qui venit cũ vomitu ſi cum febre fuerit mortale, & maxime ſi notabilis fuerit quantitatis. Sanguis qualiſcunq; ſurſum eueniens malum,ut infra io Aphor. qui autẽ eſt ab inferioribus vt hæmorrhoydalis non ſuperfluens bonus,& cauſa eſt ſanitatis,vt infra de eis. Item nota q quãdo exit ſanguis ex pulmone de duobus principaliter debes timere,aut q ſuperfluat, vel q ad vlcus perducat. Et non eſt omne ſputum ſanguinis timoroſum, ſed illud quod non retinetur,vel eſt cum feb. Et qui eſt ex ſubſtantia pulmonis, & arterijs difficilius conſolidatur, quoniam in ſubſtantia pulmonis retinentur materiæ ſuperfluæ putridæ quæ prohibentur &c. & non ſic in venis,& arterijs,conſidera.

C V R A. In curatione eius oportet attendere, q ut inquit Haly. Sputũ ſanguinis eſt vnũ de malis accidentibus iuxta illud Senis allegatũ. Sanguis quidẽ ſupra, qualiſcũq;

fuerit, malum. & ideo ſtudeant ſuſpecti. oẽs tales ſunt qbus ad pectus deſcẽdunt catarrhi & habẽt pectus debile anguſtum, & hmõi. cõſueuit nãq; accidere à. xviij. anno uſq; ad xxxv. in quo tẽpore corpora ſunt phthiſi ſuſpecta, & manifeſtaẽ magis in vere ex ſanguinis abundãtia. Et ideo canones diligẽter cõſiderentur & feſtina cura ei adhibeatur ne corpus tale in phthiſim cadat, ꝓpter quod iuxta ducẽ primo numero canones præuiſiuos, deinde eius curatiuos.

PRÆVISIVI canões ſunt qnq; ordinatio digeſ. Adæquatio ſanguinis. Euacuatio. Diuerſio. Quintus eſt ſtypticatio & cõſolidatio partis vnde põt ſanguis fluere.

Ordinetur diæta iuxta cauſam ſuſpectã. Quòd ſi fuerit ſubtilitas ſanguinis, aut eius acuitas vel rarefactio mala pororum, declinet aer ad frigidum & nõ multũ ne ſui multa frigiditate premat materias ad pulmonem. Cibi ſint frigidi, ſtyptici, oppilatiui, cõglutinatiui, cõſolidatiui, vt lac decoctum, caſeus recens, ſine ſale, portulaca, dragacãtum, fructus ſtyptici, & hmõi de quibus infra ad plenum, & ſupra. iiij. trac. Et abſtineat ab aere vehementer calido, frigido, cibis uehementer calidis, acutis, mordicatiuis, forti exercitio balneo coitu. Medicinis vel alijs apritiuis, vt aloe, apium, ſiſamum, potus vini plurimi, intueri res rubeas, & huiuſmodi: de quibus dictum eſt.

Scd's complẽ cum his q̃ acuitatẽ, vel ſubtilitatẽ ipſius remittunt, pro quibus. iiij. tract. de ſyru. & aquis & hmõi.

Tertius perficiẽ cũ phlebotomia ita ꝙ cũ medicus occurrerit ægro tali & in principio ſtatim faciat phlebotomiã diuerſiuã declinando ad inferiora vt in ſaphena, deinde ſi opus eſt ex baſilica eiuſdẽ lateris & maxime ſi materia fuerit fluxa. Quòd ſi fuerit in fluxu ex latere oppoſito, & ſi nõ timeẽ fluxus fiat & tertia vice de eodem latere. Nec eſt timenda, ita pro uoc phlebotomia, ſed magis feſtinanda: & debet hæc phlebotomia reiterari, & adhuc in eadẽ die bis vel ter, & in vices partiri ſm ætatem, tenorem virtutis, & ipſius ſanguinis quãtitatẽ. Vnde Serapio in cura ſputi ſanguinis in inſtrumẽtis anhelitus phlebotomamus baſilicã in primo die bis, in ſecundo bis ſi virtus cõſentiat. Quòd ſi pectus fuerit in creatione anguſtum nõ eſt tardandũ nec timendum reiterare phlebotomiã, quia aliter in phthiſim cadet. Itẽ in hoc ſis maxime ſollicitus. Similiter ſtudeas ad prouocationẽ hæmorrhoidarum vel in muliere menſtruorum, & conferunt uentoſæ in hypochondrijs poſitæ ſine ſcarificatione. Quòd ſi cũ ſanguine fuerit alius humor coniunctus, tunc ſollicita ad euacuãdum illum cum pharmacia appropriata. de qua. iiij. tract.

Diuerſiones fiãt cũ ligaturis, de qbus infra &c. de ſoda.

Quintus completur cum aqua aluminoſa, & cæteris habentibus hanc intentionẽ, de quibus ad plenum in ſequentibus canonibus.

CVRATIVI canones. Cum hic exitus ſanguinis ſit de his quæ cõmuniter occurrunt, & eſt maxime de ſuſpectis. nam ducit hominem ad phthiſim, & tandem ad mortem ſi diligens cura in principio nõ adhibeatur, hinc non me calũniet quiſquã ſi in cura eius aliquantulũ prolixus ero. Sequar itaq; curam ſm ordinem cauſarum eius.

CVRA eius qui eſt à ſubſtãtia pulmonis qui eſt minus ſuſpectus eo qui eſt à pectore per cauſas quæ tangẽtur in dubijs. vbi ſeptẽ ſunt attendendi canones. Primus ordinatio diætæ. Secundus incarnatio ne fiat vlcus, & ad hoc maxime debet medicus conari, cum ſolutio cõtinuitatis in eo ſit maxime difficilis, vt infra in dubiis, propter quod eſt praua, & difficilis curæ, & raro ex eo curantur ægri, & ꝓpter hoc inquiebat Auic. de cura eius. quod ſtatim in facto ab ipſo corpore pulmonis oportet vt patiẽti in potu dentur medicinæ incarnatiuæ. Tertius eſt diuerſio. Quartus eſt ſedatio agitationis, & mobilitatis in ſanguine. Quintus eſt ſanguinis eductio vbi comprehenditur ꝙ ſit facta ſanguinis retentio propter eius congelationem. Sextus ꝙ ſi incarnatio non ſit poſsibilis ſaltem fiat eius aliqualis clauſio, aut oppilatio. Septimus ipſius fluxus prohibitio. Et hic ante omnia nota ꝙ aliquando multæ ex his intentionibus vna clauduntur medicina vt apparebit.

In ordinando diætã fac aerẽ declinare ad latus frigiditatis, vt ſupra nec fiat nimis frigidus, nec nimis calidus. Ex parte ciborũ inſpecta quantitate ſanguinis fiat diminutio in potu & cibo, & dimittatur uinum ſi eſt poſsibile, ꝓpter conſuetudinẽ bibendi vinum in materiã cõuerſam. vnde ex dimiſsione eius multũ debilitanẽ ægri, ꝙ ſi dimitti non poteſt ſit multę permixtionis, & ſit vinum ſtypticũ, & ſit potus aqua calibeata, aut cum ſyrupo myrtino vel aqua pluuiali quę hoc caſu eſt maxime cõueniens. Et ex cibis conueniens ſorbitiones factæ ex milio, rizo, hordeo, portulaca, lactuca, endiuia, atriplices, lentes excorticatæ, robiliæ, faba, & hmõi frigida & frigida ſicca. de quibus in iij. tract. Itẽ ex fructibus cucumeres, citrulli, pruna, citonia, & hmõi. Ex carnibus perdicũ, minutarum auium: lepores, & hmõi decoctarum cum frigidis ſtypticis. Itẽ roſtra porcellorum, pedes uitulorum & hmõi. Itẽ piſces ex aquis mundis, cancri in lacte decocti à quo extractum eſt butyrum, aut in aqua hordei. Inſpecta autẽ qualitate ſanguinis vt acuitate denẽ cõſimiliter frigida humida & ſtyptica, ut citruli, cucumeres & hmõi, granata muza, ribes berberis dictum uinum criſpinum. Itẽ ex carnibus dictis, & dicẽdis, geladorcia cum his acetoſis ſtypticis. Itẽ cum aceto ſi non timetur tuſsis, & in modica quantitate. Et ſcito quòd portulaca eſt mirabilis in hoc caſu. Et ſimiliter ſemen plantaginis puluerizatũ in ferculis, & eſt ex ſecretis. Dimittat pulmenta ex frumento & trt. de quo in dubijs, & generaliter omnia quæ multiplicant, & dilatant ſanguinem ex his quæ comeduntur, & bibuntur. Et ſcito ꝙ lac acetoſum in quo extinctum eſt calibs, vel ferrum, eſt magnæ efficaciæ in hoc caſu in matutinis ſumptum, & dormiat ſicut erecti, aut ſupine, & non ſuper latus vt comprimatur. Vinum criſpinũ

Secundus cõpletur cum cõſolidatiuis, & incarnatiuis, & de ipſis primo ponã ſimplicia. ſecundo cõpoſita experta. Simplicia ſunt lutum armenum, lapis ematites, arnogloſſ, ſemen eius, ſanguis dra. & eſt medicina propria, charabe, bolus, balauſtia, roſæ & virgula eius, cornu cerui vſtum, corallus aduſtus, vide infra de fluxu menſtruorum, cortices granatorum, gummi aſſum. Mumia, reubarbarum aſſum, cortices thuris, cortices maſticis, coagulum leporis, coriandrum, fructus folia myrti, ſpodiũ, achacia, hypoquiſtidos, camphora, opium, papauer, ſemen eius, centaurea maior de qua in dubijs. Ea vero quæ ab hominibus propinantur ſunt ſuccus plantaginis, portulacem, aqua pluuialis, infuſio gummi aſsi, aqua roſ. plantaginis mumia, ſuccus granorum myrti, ſyrup. eius & huiuſmodi. Item cõmiſcendæ ſunt medicinæ portantes conſolidantia ad locum vulneris, vt ſi fuerit in pectore pectoralia vt ſunt liquiritia, & ſuccus eius, paſſulæ cũ granis iuiubæ, hydromel roſa. Si in naturalibus ſiue nutritiuis addantur quæ faciunt penetrare virtutem ad locum vt ſpica, ſemina quatuor minora, & quatuor maiora. Ex compoſitis vero primo loco laudatur zuccharũ roſ. vnius anni, de quo in rubrica de phthiſi, & eſt medicamen proprium & benedictum, ſyrupus roſ. ſyrupus iuiubinus, ſyrup. myrtinus, ſyrup. de pomis acetoſis Meſue trochiſci de charabæ, & eſt medicamen commune cum aqua plantaginis, trochiſci de terra ſigillata. Vnde Meſue. Ex rebus mirabilibus iuuamenti ſunt trochiſci de terra ſigillata, trochiſci de charabe dicti in antidotario. Item reubarbarum cum ſucco plantaginis, vel portulacæ. Et lapis ematitis cum ſucco plantaginis. Et in hoc audi Conciliatorem differentia. cxc. Medicamina in hoc compoſita expertiora duo reppeti, quorũ vnum ſunt huiuſmodi trochiſci conſtrictiui, ſigillatiui, & vniuerſaliter

fluxui

fluxui omni cõferentes ſomnum etiã procurãtes, quos cõſtruxi. ℞. achaciæ, balauſtiæ, nucis cupreſſi, gallarum, hypoquiſtidos, nucleorũ, vuæ ſylueſtris, caudæ equinæ, corrigiolæ, myrti, ſumach. ana. ʒ. ij thuris minuti, myrrhæ, maſticis, lapidis ematitis, charabe, ſandalorum, corallorum rube. ſanguinis dra. terræ ſigillatæ, boli arm. luti ſtallæ, aluminis ſciſſi. ana. ʒ. v. ſtercoris aſini, capræ, leporis, ſpongiæ combuſtæ, encauſtrum ſcriptorum, centaureæ minoris, cornu cerui aduſti, ſpodij, capillorum, ro. rub. ſylueſtrium, bedeguar, reubarbari, coſti. ana. ℈. iiij. ſeminis papaueris albi, ſeminis iuſquiami albi. ana. ʒ. j. corticum mandragoræ, opij, caſtorei, caſiæ ligneæ. ana. ℈. ij. croci, camphoræ. ana, ℈. j. cõſtruatur trochiſcorum maſſa cum ſucco plantaginis, & portulacæ, & informentur trochiſci quod melius poſt duos aut tres menſes, quorum cum ſucco portulacæ ſumatur vnus. ʒ. j. aut cum aqua frigida, & ſequitur. Eſt & aliud electuarium narcoticum mirabile, quod etiam tuſsim, & ventrem ſiſtit, & ſomnũ inducit, & dolorem placat. Cuius permixtio. ℞. ſpicę nardi, ſtoracis, calamitæ, croci, thuris alb. cinnamomi omnium. ana. ʒ. x. xylobalſami, ſucci liquiritię. ana. ʒ. xj. amoniaci, caſię ligneæ, dauci, ozimi. ana. ʒ. vij. ſ. galbani, myrrhæ, coſti, piperis albi. ana. ʒ. v. fecis balſami. ʒ. iiij. loco cuius poteſt poni fex terbentinæ diſtillatæ. ʒ. ix. ſucci foliorum mãdragoræ. ʒ. ix. ſ. opij tebayci. ʒ. v. mellis. quod ſufficit. Cuius doſis ſit à. ʒ. ſ. vſque ad. ij. iuxta virtutem & ægritudinẽ patientis cum vino calido, aut aqua ſecundum naturam ægritudinis artificiata quod vt alia philoniorum dandum eſt poſt tempus cõſtrictionis ipſius longius, vt ſex menſium, vt differentia. cxl. & vltima, ita ꝙ alia ſunt artificioſe compoſita. & maxime capiunt partem eorum quæ in hac valent paſsione inſpecta intentione dicta. Ad idem athanaſia magna. Auic. j. tract. quinti. Serap. viij. cap. antidotarij. Halia b. vj. cap. antido. Item athanaſia Nico. cũ ſucco plantaginis, triphera ſaracenica Nic. Item athanaſia magna Meſ. diſtinct. j. Et ad hanc intentionem eſt ſyr. viol. Nico. de ſancta Sophia domeſticus ſatis. ℞. ſucci virgæ paſtoris. ſucci plantag. ana. decoquantur & diſpumentur, & poſt decoctionem addatur lib. j. zucchari & fiat ſyrup. Cum vero remotus fuerit ab igne imponatur hic puluis. ℞. boli arm. gummi ara. ſang. dra. lapidis ematitis. ana. ʒ. j. ſ. & bene agitentur cum ſpatola & vſui reſeruetur. Alius ad idem & exiſtimatur Gentilis quem nota, quia in eo ſeruatur canon, quia cõmiſcẽtur pectoralia. ℞. endiuiæ hepaticæ, lupuli, capillorum ve. arnogloſſæ. ana. M. j. liquiritiæ. ʒ. ij. paſſularum hordei excorticati, vio. ana. ʒ. j. ſeminis papa. albi, ſandalorum rub. berberis. ana. ℥. ſ. dragacan. ſucci liquiritiæ. ana. ʒ. iij. zucchari. ℥. vj. penidia. ℥. iiij. fiat ſyrupus. Alius & eſt Nicol. de ſancta Sophia quiſplus placet. ℞. roſ. balauſtiarũ, virgæ paſtoris. caudæ equinæ, endiuię, plantaginis. ana. M. j. liquiritiæ. ℥. ſ. ſeminum cõmunium, ſeminis portu. ſeminis papau. al. ana. ℥. j. ſandalorũ, berberis, ſpodij. ana. ʒ. ij. paſſularum. ℥. j. hepatis adip. ℥. ſ. ex omnibus his fiat decoctio, deinde acc. dictæ decoctionis lib. iij. ſucci plantaginis. ℥. iiij. vel aqua eius. ℥. vj. & fiat ſyru. cum zucchato albo, & in fine addatur puluis. ℞. boli arm. ſangu. dra. gummi ara. ana. ʒ. ij. Quòd ſi inſtabitur per corticem quod dubiũ eſt quod nimiũ ſtypticum, & per cõſequẽs inueniet materiã.

Reſpondendũ ꝙ ex phlebotomia diuerſiua, & euacuatiua ablata eſt ſuſpitio talis quare ad eam ſtudeas cũ canonibus, & reiterationibus, vt ſupra. Ex his p̃terea poſſunt cõfici electuaria, loochata, cõfectiones ſolidæ in ore tenẽdę, quare ordina ut ibi gratius eſſe uideſ infirmis. Itẽ maxime cõmendaſ philoniũ perſicũ deſcriptione Meſ. de ſputo ſanguinis in fine. Ab extra autẽ valent aut in modũ emplaſtri, unguẽti, aut linimẽti, oleũ roſ. myrtinũ cum maſtice, oleũ de citonijs, oleũ nardinũ cum ſandalis. ſpodio roſis, modico camphoræ, farina hordei, & hmõi: vt ℞. oleorum myrti, ro. amygdalarũ dulc. ana. ℥. j. ſucci citoniorũ. ℥. ſ. ceræ quod ſuff. Vel. ℞. ex pulueribus iam dictorũ ſimplicium & cum farina fabarũ, aut hordei, vel orobi fac emplaſtrũ vel cum cera vnguentũ, vel cum albumine ouorum linimentum. Et hic nota ꝙ talia debẽt ſuperponi loco doloris diligenter inueſtigato & vtilia inuenies. Poſſunt conſimiliter fieri embrochationes, & huiuſmodi. Et nota ꝙ in his omnibus ponendum eſt acetum ad penetrandũ, & cum hoc habet intentionem, & ad extra non lædit.

Tertius cõpletur cũ phlebotomia iterata bis vel ter in eadẽ die, ut ſupra in canonibus p̃miſsis, & pro cõplemẽto canonis lege canones, ſupra de ſoda ſanguinea. Fiant fricatiões hypochondriorũ, & brachiorũ ligaturę in partibus inferioribus, teneãturq; pedes in aqua uers frigoris, & in ea ſedere, & plura q̃ dicta ſunt de fluxu ſanguinis narium, & tu ibi.

Quartus cõpletur cum rebus conglutinatiuis, vt dragacantum, gummi ara. farina amidi, farina molendinorum cum albumine ouorũ, mucillago pſilij, & huiuſmodi: de quibus. iiij. tract. nunc cum frigidis, vt ſunt plantago, charabę, trochiſci eius, portulaca ei eſt propria, & ſic de alijs, vt ſupra. Nunc cum narcoticis vt diapapauere, opio, theriaca noua, athanaſia, ſemine iuſquiami, & huiuſmodi: de quibus etiam, ſupra. iiij. tract. Tua enim eſt hæc facile cõponere iuxta imminentem neceſsitatem.

Quintus cõpletur cũ educentibus ſanguinẽ cõgelatũ à pectore, & laudaſ maxime electuariũ hoc. ℞. amidi. ʒ. v. farinæ fabarũ, ſeminum melonũ, maluæ. ana. ʒ. vij. hordei excorticati. ʒ. x. gũmi ara. dragacanti. ana. ʒ. iij. boli, ſeminum citoniorũ, boraginis. ana. ʒ. v. pulueriza, & cum melle ſufficientis quantitatis fiat electuarium & eſt Gilberti. Ego autẽ non uereor ponere acetum modicum, uel & melius cõficere cum oxymelle ſimplici. nam & acetũ in hoc caſu cum aqua maxime laudatur ab Auic. inquit de cura eius. Ipſum enim ꝓhibet ſanguinis criſim, & mundificat partes pectoris, quare non cõgelaſ. Vnde nota pro intentione canonis ꝙ intentio debet eſſe cum mũdificatiuis & conglutinatiuis, vnde pſilium ꝓpter hoc eſt maxime iuuatiuũ. Sed nota hic de aceto ꝙ maxime eſt verum qñ. non non adeſt tuſsis, quo tempore puta acetum eſſet ſuſpectũ. glo. Gentilis. Item ad idem valet coagulũ omne & maxime leporis cum vino ſumptum. Item quoddam medicamen Auic. octaua. ij. tractatu quinto quinti.

Sextus canon perficiatur vt cum perfecta fieri non poſſit conſolidatio ſaltem procedendo cum viſcoſis oppilatiuis cõglutinatiuis. de quibus ſupra &. ij. tract. fiat aliqua clauſio, & tu cooſice ad intus, & ad extra.

Septimus canon euacuatur cum diuerſionibus medicaminibus dictis frigidis & ſtypticis, de quorũ ſumma eſt portulaca, & mirabilis, & proprie frequenter maſticata, ſemen eius aſſum. Item ſemen plantaginis, & eſt ſecretum, & multa conſimilia tacita ſunt. Sed hic nota ꝙ aliquãdo cum his cõmiſcemus narcotica, ſed illud fiat cum cautela vt ſæpe replicatum eſt.

CVRA. In eo qui eſt ex catarrho. Cánones. Ordinatio diætæ. Adæquatio materiæ. Euacuatio. Diuerſio. Siſtio materiæ. Confortatio capitis, prohibitio corroſionis pulmonis, & partium eius.

Diæta ordineſ vt competit cum frigidis intenſioribus & remiſsioribus ſm ꝙ catarrhus eſt magis uel minus acutus, vt ſupra de catarrho. Et hic nota ꝙ licet fructus ſtyptici ſint hoc in caſu conuenientes, tamen vbi fuerit tuſsis magna & moleſta ab eis eſt abſtinendum, & eſt Haly. potuerunt tamen comedi cum multo zuccharo. conſidera.

Adæquatio fiat cum digeſtiuis appropriatis, ſupra de catarrho, & quarto tractatu. to ibi.

Euacuatio uero fiat cum pharmacia appropriata, ſupra de catarrho.

Diuerſio vero fiat cũ phlõmia. Et hic nota ꝙ vbi catarrhus fuerit valde acutus nõ cõuenit i pricipio phlõmia

diuerſiua, quia dubium eſt ne ea accidat furor in materia ipſa, & ex conſequenti maior fluxus, & hoc ſenſit Auic. de cura eius cum inquirebat. Et cum nõ eſt catarrhus acutus, pungitiuus valde, cholericus phlebotomeť homo ſtatim. Et dicit in principio, quia facta remiſſione acuitatis & ingroſſatione aliquali ex vſu regiminis & cæterorum poteſt tunc cõpetere phlebotomia ſaltẽ diuerſiua, vt. v. de inge. ſa. xij. cap. & eo caſu ipſam fieri pcipiunt doctores, ſimiliter ligationes deſcendendo ad inferiora. Fricationes conſimiliter. Item impoſitio clyſteriorum acutorũ & ſpecialiter vbi fieri non poſsit phlebotomia, appoſitiones ventoſarũ in cruribus, apertio hæmorrhoidarum, prouocatio menſtruorum, applicatio ſanguiſugarum circa anum.

Siſtitur materia cum theriaca noua athanaſia &c. vt ſupra de catharro.

Confortatur caput cum infrigidantibus nõ humectantibus vt ſunt aqua roſ. cum puluere ro. papauere in huiuſmodi faciendo ſacculos, vt de catarrho.

Prohibeť vero corroſio. vt ſupra cum infrigidantium & ſtypticorũ vſu de quibus ſupra. Cũque non valẽt ea quæ diximus non eſt excuſatio curæ catarrhi & retẽtionis eius cum eis q̃ ſunt ſicut abraſio capitis, & adminiſtratio emplaſtri facti ex ſtercore columbino quod more emplaſtri ſuperponať maxime in zuendenegi, & remoueať ſm neceſſitatẽ ne nimia ſequereť ſupercalefactio Auic. de cura eius vbi recitat caſum cuiuſdã mulieris curatę per Gal. de qua Gal. v. de inge. ſani. allegato capitulo. & tu ibi.

C V R A in ſcẽ ex uenę fractura ſiue inciſione ſi pectoris uena fuerit minus timendũ eſt q̃ ſi fuerit ob nocumẽtũ venę pulmõis, qm̃ cõſolidatio eiꝰ q̃ à pectore faciliꝰ fit.

Tu itaque primo inueſtiga ſi fuerit fractura ex ſanguinis multitudine, tunc inſta cũ phlebotomia facta cum canonibus, ut ſupra de canonibus præuiſiuis & ipſam reintegra, & euacua plus, & minus ſecundum tenorẽ virtutis ſanguinis multitudinẽ, aut paucitatem, & ſecundũ q̧ cæteræ particulares conſentiunt diſpoſitiones.

Ex parte autẽ cibi. & potus fiat diminutio. Et tu quoque nota uirtutis tenorem, qm̃ ex euacuatione ſanguinis multi multũ debilitantur, ideoque oportet aliquã etiam in cibo & potu addere, & rebus vtilibus quibus ipſe ſanguis faciliter & faciliter reſtauretur, & ex quibus expertis in abſcidendo reiterationem ſputi ſanguinis eſt maſticatio portulacæ, & deglutitio aquæ eius. quoque enim ſtatim retinetur. Auic. Vnde Meſ. Succus eius deglutitus potenter ſtringit ſanguinem, fructus ſtyptici &c. maxime in hoc caſu conferunt, vt ſupra ubi facta eſt remiſsio. Et cõſequenter obſeruentur canones ibi deſcripti.

Vnde in ſumma tres ſunt principaliť habẽdę intẽtiones.

Prima eſt ſanguinis paucificatio, quæ cõpleť cum euacuatiõe phlebotomię, & diminutione cibi. Sec'a eſt ſanguinis quietatio cum frigidis, & uiſcoſis. Tertia eſt uenę fractæ cõſolidatio, ſiue cõglutinatio cum rebus ſtypticis.

Et nota q̧ hic Auic. dicit carnes perdicum eſſe pauci ſanguinis, cum tamen ponãtur impinguatiuæ, & multi nutrimenti, ſeptima quarti. tract. j. primo cap. de cubugi. Dicendũ dupliciter. Primo qm̃ coeunt. Sec'o q̧ earũ ſanguis eſt ſiccus & nõ humectans, vt hædi, vel agni. conſidera.

C V R A. In ſcõ ea ſanguinis ſubtilitate quatuor principaliter intẽtiones ſunt habendæ. Prima ordinatio dięta cum frigidis, vt ſupra. Sec'a eſt æquatio ſanguinis infrigidando cũ ſyrupis potionibus euacuando materiã cholericã vt dictum eſt. Tertia eſt diuerſio cum phlebotomia, ligationibus. Quarta eſt venæ cõſolidatio, & de his ad plenum dictũ eſt, ſupra in de cura eius quod eſt à ſubſtantia pulmonis. Replico tamen portulacam ſuccũ eius. Memoro ematitę, pſilium. Vnde Meſ. in mucillagine autẽ pſilij cum lapide ematitis diligenter loto ac trito conſitione vltima ineſt virtus mirabilis. Multa ſunt ibi memorata huic propoſito, & tu ibi.

C V R A in facto ex apertura orificiorum venæ pcedať cum rebus ſedãtibus curſum ſanguinis. Item cum ſtypticãtibus cũ diuerſionibus regimine: vt ſupra. Et hic nota q̧ Auic. laudat ameos, ſpicã, aniſum cum ſint apertiua ſcientia ſanguinem magis fluere, de quo in dubiis.

C V R A facti à corroſiõe eſt praua & difficilis, & eſt ſicut id de quo deſperatur. Vnde Meſ. hoc enim eſt illud quod eſt ſuſpectũ & timoroſum maxime, nec cureť niſi in ſpatio longo pmutando, ſcilicet cõplexionẽ vel prohibendo corroſionẽ confirmari, ſed hoc etiã videtur pertinere ad rubricã de phthiſi. In eo itaque ſeruenť præcipue quinque intẽtiones. Prima eſt ordinatio diætæ. Secunda eſt euacuatio materiæ corroſiuæ euacuando ſubtile & groſſum eius corrodens. nam materiæ corroſiuæ habent de groſſitie & aſſociatur ei ſubtile reſudando. Laudantur maxime pilulæ de agarico. Auicen. ſupra de aſthmate. Tertia eſt ſedatio agitationis ſanguinis ne pars corroſa dilatetur.

Quarta eſt remotio corroſionis cum conſolidantibus, mundificantibus, & inuiſcantibus. Diuerſio etiam fiat vt in præmiſsis, horum omnium complementum ex iam poſitis faciliter habetur.

C V R A. Si fuerit ex venæ apertura quæ eſt ex mollificatione quod cõpræhendiť ex tuſsi humida multa, pcedatur cum exiccantibus conſtipantibus. Et ſi ex ſiccitate cum conglutinantibus humidis de quibus eſt dictum.

C V R A. Si fuerit ex partibus medijs propinquis. Nõ eſt enim multum timendum, quoniam frequenter abſque medici beneficio à natura ipſa curatur.

C V R A. Si à partibus medijs remotis fiat phlebotomia ex cephalica, & maxime ſi cõtinuauerit. Et fiant gargariſmata ex rebus ſtypticis, & reiterentur, vt oportet. Itẽ vtatur vino ſtyptico, & diæta proportionata vt ſupra.

C V R A. Si fuerit ex pectore, tunc medicinæ oẽs dictæ cũ canonibus ſuis cõferunt adminiſtratæ, ut ſupra ita tñ q̧ ad extra applicenť emplaſtra habentia virtutẽ ſubtiliandi reſoluendi, & conſtipãdi. Vnde baſilicon habet in his intẽtionibus ſpãle priuilegiũ. Tu itaque compone & in fine rubricæ ponentur laudata huic propoſito.

C V R A. In facto ex frigoris intẽſione, propter quod frangiť uena pectoris nõ ſic pulmonis niſi raro habendæ ſunt quinque intẽtiones, vt. v. de inge. ſani. xij. cap. & Auic. in litera narrat caſum. Ordinatio diætæ. Diuerſio. Remotio frigiditatis impreſſæ. Mũdificatio pulmonis à ſanguine cõgelato ſi ibi eſt. Reſtauratio cõualeſcentis. Et hic inſcribam uerba Auic. & Gal. ſumpta, in quibus compræhendentur omnes iam dictæ intentiones.

Et cum æſtimatur q̧ cã ſit frigus faciẽs euenire ſputum ſanguinis ſm modum prędictũ cura eius eſt ſm quod dixit Gal. Illud enim accidit cuidã adoleſcẽti & curauit eũ, phlebotomauit nanque eum die primo & ſecũdauit. Et fricuit extremitates eius, & ligauit eas ſtringẽdo ſm q̧ oportet in omni retentione ſputi ſanguinis. Et cibauit ſorbitionibus. Et poſuit ſuper pectus cerotarium de gumma rutę, & remouit eum ab eo hora noctis vt non adderet calefactionem eius ſecundũ quãtitatem quæſitã, & cibauit eum ſorbitionibus. Et dedit in potu medicamen in ſeminibus quod ſuppleas calidis ſi intentio eſt reſoluere, vt ſunt aniſum, fœniculus, ameos, & huiuſmodi. Vnde à Dyno talis ponitur deſcriptio. ℞. ſeminum aniſi, fœniculi, ameos, papaueris albi. ana. ℥. j. iuſquiami. ʒ. iij. opij priua in aqua infuſi. ʒ. j. informentur trochiſci. Et ad hanc intentionem eſt vtilis theriaca antiqua, poſtquam vero dies tertia affuit vſus eſt ſuper pectus eius illo cerolario tribus horis, deinde remouit ipſum & cibauit ipſum aqua hordei & taſtrata, & carne anatis, poſtquàm vero curata eſt complexio pulmonis eius & ſublatus eſt timor & aduentus apoſtematis mundificauit pulmonem eius cum theriaca antiqua, & gradauit eũ adhibendo lac aſininum in quo conſiſtebat reſtauratio.

Euacuatio ſanguinis cōgelati fiat, vt ſupra & laudatur oxymel ſimplex maxime ſi non aderit tuſsis. Itē ex cōpoſitis. ℞. fœnugræci decocti. ʒ. ij. ariſtologiæ. ʒ. j. myrrhæ. ʒ. iij. olei de lilio. ʒ. j. piperis. ʒ. j. iuſquiami. ʒ. j. ro. ʒ. ij. fiant trochiſci, deſiccent in vmbra & dentur cum aqua fœniculi apij. Itē coagulum leporis. Item origanum cum melle.

C V R A. In facto ex caliditate habentur infrigidatiua interius applicanda cū ordinatione diætæ, de quibus omnibus ſupra ad plenum.

C V R A. In facto ex ſtomacho cū vomitu cōprehendať diſpoſitio ſanguinis ipſius ſi fuerit clarus an niger hoc eſt à ſplene aut hepate ꝓuenerit, ꝙ ſi ab hepate fiat phlebotomia ex ſaluatella manus dextræ, vel ex ſiniſtra, ſi fuerit ex ſplene aut ex ſaphena, vt ſupra & ponatur vētoſa ſuper hepar vel ſuper ſplenem. Si à matrice in fine caudæ, & eſt iuuatiua valde. Et vtatur cibis & ſorbitionibus frigidis ſtypticis, ſorbę, pira, neſpilla coctana & huiuſmodi. Itē vtatur trochiſcis, & charabæ, de terra ſigil. vt ſupra. Vel ſic. ℞. mūmiæ, maſticis, boli arm. ſang. dra. ana. ℥. ſ. terantur, & cū ſucco plātaginis cōficianť, & ſit vnuſquiſqꝫ trochiſcus. ʒ. j. ſ. ad minus: & cum vino rub. pontico aſſumať omni die vnus. Itē ſuper ſtomachū ponať emplaſtrū cōſtrictiuum. vt. ℞. mūmiæ, maſticis, thuris, nucum cupſsi, boli arm. ſang. dra. ana. ʒ. j. picis naualis. ℥. iiij. ceræ. ℥. iij. diſſoluanť in cazola, & fiat cerotū ſiue emplaſtrū. Et cōſimiliter ponendū eſt ſupra hepar, ſplenē, & locū matricis quæ ſtypticent. Sed hic aduerte, ꝙ ſi hic fluxus fuerit tēporalis, & infirmus ex hoc alleuiatū ſe ſentiet, & hoc contingeret ex retētione ſanguinis hæmorrhoidalis, vel menſtrualis nō fiat aliquid, quia natura facit illud, ita ꝙ vbi à matrice cōtingeret, aut ex hæmorrhoydibus fiat phlebotomia ex ſaphenis vtendo canonibus, vt ſupra. Scito tū ꝙ ſputum ſanguinis longi temporis cum febre ſignificat ſuper vlcerationē pulmonis, & eſt ægritudo incurabilis, & tunc recurrendum eſt ad rubricam de phthiſi.

C V R A. In facto ex vena chili, quia ex quātitate ſanguinis in ea cōtenti ſeruentur canones dicti, ſupra quando eſt ſputum ex quātitate. Et nota diuerſionem fieri debere cum phlebotomia ex ſaphena interiori, & ponantur ventoſæ ſuper natices, & circa renes & dorſum embrochetur ex ſandalis, cāphora, aqua roſ. cum aceto, & hmōi. vel fiāt emplaſtra infrigidātia, vt ſupra ex datis frigidis, & ꝙ aliquando valet cōmiſcere opiata, & ſtupefactiua cum medicinis ad extra & ad intra adhibitis, ſed illud fiat ſecundum ſapientiam, & incipe à facilioribus, à ſimplicibus vſqꝫ ad compoſita, vt eſt philonium perſicum, cuius deſcriptionem ponam hic infra.

C V R A. In facto à caſu vel percuſsione, fiat phlebotomia trahendo ad contrarium, & tamen vtere ſtypticis. Si vero ex alia fuerit cauſia. patet quid agendum ex his quæ dicta ſunt. Laudatur ad extra ſupra pectus emplaſtrū de puluere carthæ combuſtæ, filtri combuſti, pilorum leporis combuſtorum, mūmiæ, boli armeni, ſanguinis dra. hæc omnia cum albumine oui & aceto. Laudatur ꝗma xime ſuccus virgæ paſtoris. Item ad idem trochiſci Zachariæ vndecunque emanauerit, & ſunt experti. ℞. thuris, ſanguinis dra, balauſtiarum, ana. ʒ. iij. & tertiam alterius, karabe. ʒ. v. ſedenegi, terræ ſigil. ana. ʒ. x. aluminis. ʒ. ij. ſ. opij, cinnamomi. ana. ʒ. ij. iuſqami, vel portulacæ, vel abbedoragi, & cum reliqua earum ſumatur eorum. ʒ. j. Ad idem ad extra confectio ematitis, & ſedat dolorē, & ſtringit ſanguinem, & conſolidat & huiuſmodi, ſuper ſtomachum apud vomitū ſanguinis, & ſuper veſicā, & ſuper renes apud mictum ſanguinis, & peſſarizať in matrice apud ſuperfluitatē menſtruorū, & ſtringit fluxū hæmorrhoidarum. ℞. hypoquiſtidos, achaciæ, ſanguinis dra. gallarū, balauſtiarū, croci, gūmi ara. myrrhæ, boli arm. opij. ana. fiāt ex eis trochiſci, & linias vbi oportet. Aliud Sabor regis medorū, & maxime ꝓpter acuitatē, & in pleuriſi. ℞. gūmi ara. ro. ana. ʒ. iij. amili, dragacanti, papaueris. ana. ʒ. ij. ſpodij, croci. ana. ʒ. ſ. ſucci liquiritiæ. ʒ. ij. cōfice cū ſyrupo de papa. da cum aqua pluuiali, & ſyr. myrtino, aut rob eius, vel ſyru. de papauere. Aliud Iſaac hieroſolymitæ ad ſputum ſanguinis ſine vomitu, ſiue aliter quomodolibet exierit, & eſt medicamen præuiſiuum non permittēs cadere in phthiſim. ℞. pſilij aſſi. ʒ. xv. granorū portulacæ aſſorū, gūmi ara. aſſi, boli ar. ana. ʒ. v. papaueris al. ſeminū lactucarum. ana. ʒ. x. charabi aſſi, ro. cum pedibus ſuis. ana. ʒ. iij. corallorū aſſatorum. ʒ. iij. omnia tere ſicut alcohol, ſit doſis eius. ʒ. j. mane & ſero cū aqua frigida. Deſcriptio philonij perſici, & eſt vehementis iuuamenti vel virtutis ad manationes ſanguinis vndecunque, & ſcreatum eius cum tuſsi, & ſine tuſsi, & ſuperfluitatem menſtruorum doloroſam, & hæmorroidarum, & egeſtionem ſanguinolentam, & ad mulieres prægnantes quibus menſtrua erumpuntur, & conſeruat fœtum in matricibus earum. ℞. piperis albi iuſquiami. ana. ʒ. xx. opij, terræ ſigillatæ. ana. ʒ. x. ſedenegi, croci. ana. ʒ. v. caſtorei, ſpicæ, euphorb. pireтri, margaritarum non perforatarum, charabæ, zedoariæ, doronigi, ramich. ana. ʒ. j. camphoræ. ʒ. j. tertiam confice cum melle roſ. collato quantum ſufficit. doſis eſt à. ʒ. ſ. vſque ad. ʒ. j. cum ſucco arnogloſſæ, aut aquæ roſ. & modico vini puri.

De ſputo vero ſanguinis ex apoſtemate prouéniente patet quid agendū. nam aliqñ eſt cura eius, & tu conſidera.

## De pleuriſi. Rubrica. XIII.

πλευρῖτις Græcis, Latinis morbus lateralis appellať.

PLeuriſis eſt apoſtema ſatis pungitiuū in lacertis pectoris, aut velamine cooperiente coſtas, aut diſtinguente cōtingens, cauſa cuius ſm plurimū eſt cholera, aut ſanguis cholericus. Et eſt hæc deſcriptio ſic poſita vt utranqꝫ compræhendat pleuriſim, quę diſtingui cōſueuit in veram & non veram. de quibus ſtatim. Et dicitur pleuriſis à pleura quod eſt panniculus tegens coſtas vt in principio capituli ſm Mundinum. Serapio vero, dicitur à pleura quod eſt coſta. Simon ianuenſis, pleura Grę ce, Latine latus. Vnde conciliator differētia. xcix. Dicitur pleuriſis à pleura, ſeu pleuron quod eſt latus. Idem catholicon de iſta litera. p. Vera eſt apoſtema humoroſum calidum in lacertis intrinſecis pectoris. aut pāniculo ipſum cooperiente, aut in mediaſtino, aut in diaphragmate factum, cuius cauſa eſt ſanguis aut cholera, aut ſanguis cholericus & hoc ſm plurimum, & ideo paroxiſmi eius, ſm plurimū ſunt tertiani. nā aliqñ cōtingit ipſum à phlegmate cauſari, & hoc raro, & rarius à melancholia à quibus humoribus ſi cauſať erit chronica. Quòd ſi dicať phlegma, & melancholia ſunt humores frigidi, quomodo igiť apoſtema cauſabunt calidū. Dicendum ꝙ illud eſt verum de per ſe, ſed per accidens efficiuntur humores hi calidi à caliditate putredinali in eis acquiſita. Non vera uero eſt apoſtema ventoſum ad intra vel ab extra quomodolibet factum, vel apoſtema humoroſum in lacertis extrinſecis, aut velamine cooperiente pectus productum, cuius cauſa eſt vel eſſe poteſt materia, vt ſupra. Quidam vero gaudentes in multiplicatione nominum quod debet eſſe medico ignominioſum, vt ſupra diſtinguunt in veram veriſsimā quæ fit in lacertis, diaphragmatis, aut in eo, eo ꝙ periculoſior cæteris. Vnde Auicē. Aut in velamine diſtinguente, & eſt illud quod eſt purum. Et parum infra. Et terribilius eſt illud quod eſt in uelamine diſtinguēte et eſt peius, & forte hanc tetigit Meſue dum inquit. Et quādoqꝫ accidit ex proprietate cuiuſdam ſpeciei pleuriſia ſicut ꝓprie quando fit in velamine diſtinguente magna & non vera, quos hac in parte non ſequor plus intendens ſermoni Auic. Et quidam vt Gordonius dixerunt ꝙ illa quę eſt ex vento non eſt pleuriſis. Et hæc non vera. Quandoqꝫ eſt cū cōitate cutis, qñqꝫ vero nō peruenit ad cutim, & eſt ſm plurimū à materia frigida, & tactus diſtinguit ſimilr,

Catholico dictionarii ſic ſcriptū.

& viſus inter eam & verã. Nam in vera tangendo locum patiens non dolet, & licet per hoc ſignum abinuicẽ diſtinguanẽ, tñ vera habet ꝓpria ſigna vltra hoc. Vt ſunt febris inſeparabilis. Cõſtrictio anhelitus ꝓpter apoſtema coartans ad intra. Tuſsis. Pulſus ſerrinus qui eſt pulſus durus cum diuerſitate. Vtrum tñ in omni vera pleuriſi ſit ſe. dicetur in dubijs ꝓpter illud qđ de anxio pleuritico ponẽ.

Habet autẽ pleuriſis gradus, qm̃ quæ non eſt vera cum quãtitate cutis eſt remiſſę maliti ę. hoc eſt minus ſuſpecta. Quæ autẽ eſt vera, quis in velamine tegente coſtas eſt intenſæ malitiæ. Quæ autẽ eſt veriſsima, vt ſupra eſt cęteris prauior. nã eſt cum permixtione intellectus circa augmẽtum, & ſtatũ, & illud ideo, quia cõmunicat cum cerebro mediante magno neruo quodã, qui dilatatur, & cõtexitur in ſubſtantiã pãnicularem. Et hanc ut dictum eſt quidam veriſsimam dixerunt. Et quia prauitas eius ſumitur etiam ex loco diſputabitur infra quæ eſt deterior, an quę eſt dextri, an quæ eſt ſiniſtri lateris. Et dictum eſt ſm plurimũ, quia raro à phlegmate, & a melancholia rarius contingit, qm̃ hi humores raro poſſunt penetrare in ſubſtantiã denſam pãniculorꝫ propter ipſorum humorum groſsitiẽ, aut viſcoſitatẽ, & de hoc in dubijs. Fit tamen qñq; à ſanguine aduſto vel ſanguine phlegmatico putrido, vt Alexander. Auic. Cauſæ tñ extrinſecæ aſsignantur, nimius calor diſſoluens, aut frigus cõprimens ſiue exprimẽs. Potus nimius aquæ, aut uini, aut flatus boreæ, propter quod fortaſſis in ciuitate Vtinę multiplicatur pleuriſis. Et hoc maxime accidit cum flat boreas poſt auſtrum, quod in eadem

Vtina cur pleuriſi ſubiecta.

ciuitate cõſueuit accidere. Et pleuriſis in veris tempore plus ꝙ alijs temporibus multiplicatur. nã & qñq; in autũno, qñq; in æſtate & raro, qñq; in hyeme accidit pleuriſis ut uidebiẽ infra in Aphor. ponendis de hoc. Et hic cõſidera verbũ Auic. dum inquit decima tertij. j. cap. Et pleuriſis quidem plurimũ accidit in autumno & hyeme, ſtude in dubijs Aphor. Pleuriſi aſsignantur quatuor tempora quemadmodum alijs apoſtematibus. Principium, ſcilicet Augmentum. Status. Et declinatio. Quæ diuerſimode ſumuntur. Nam qñq; adinuicem diſtinguuntur hæc tempora ratione accidentium, vt, ſcilicet principium eſt quãdo accidentia ſunt remiſſa, augmentum quãdo intenſa, ſtatus quando vltimata, declinatio vero cum declinant.

Quandoq; uero ex parte materiæ, vt principium eſt qñ ſputum eſt paucũ, aut ſubtile fluidum vt ſaliua, & tunc eſt ſtatus, aut augmentum accidentiũ, & cum incipit ingroſſari & faciliter expui, & ab eo remouetẽ rubedo. aut citrinitas, & incipit albedo in ſputo apparere, tunc eſt augmentum, & tunc eſt declinatio accidentium uel incipit. Cum vero æger expuit faciliter & ſputum groſſum maturũ & multũ cum albedine cum leuitate doloris, tunc eſt ſtatus, & in pleuriſi ſtatus quo ad digeſtionẽ non eſt nequior horarũ. Ea quo apparet ꝙ iſta tẽpora nõ coincidunt ſumpta, ſcilicet ex parte diuerſitatis accidentium, & ex parte digeſtionis materiæ. Cum vero materia incipit diminui cum ſubſtantia illa priuatione doloris, & aliorũ accidentium, tunc res eſt in declinatione. Quòd ſi ſputum aliquod apparuerit, & erit illic priuatio doloris & aliorum accidentium, vt ſupra tunc eſt finis declinationis, & habet hoc dictum verũ maxime de pleuriſi ſalubri. nam in mortali nõ apparent hæc imo æger moritur quandoq; in principio qñq; in augmento vt apparẽte ſputo nigro. Et ſcito ꝙ ſi principiũ eſt longum alia tẽpora ſunt' longa. ſi breue breuia. Et ſi cupis ampliores diſputationes de his tẽporibus vide quæ ſcripta ſunt à doctoribus ſuper illo Aphor. primæ particulę. Acceſsiones, & conſtitutiones. Et ſcito ꝙ hæc tẽpora adinuicẽ habent ꝓportionalitatẽ ex parte longitudinis, & breuitatis. Nã cum in principio ſtatim apparet ſputũ aliquale cum veſtigio aliquo digeſtionis expectandus eſt ſtatus in. iiij. declinatio in. vij. Quòd ſi tardauerit apparitio digeſtionis in eo opoetet expectare ſtatum longinquũ, & plus, & minus ſm receſſum apparitionis digeſtionis à principio. vbi oportet etiã virtutẽ cõſiderare. propter quod lege infra de criſibus pleuriſis. Debet itaq; medicus de tẽporibus eſſe ſollicitus vt ſciat qualiter diætare debet infirmũ. cõiter tamen terminatur in. xiiij. extenditur tñ quandoq; vſq; ad. xx. qñq; vſq; ad. xxiij. vt in anxio. j. Apho. cõmento. xij. Pleuriſis quoq; terminatẽ altero quatuor modorum, qm̃ aut reſoluitur, aut ſupuratur qa ad ſaniem venit aut induratur, aut permutatur. Reſoluitẽ quidem primo inſenſibiliter cũ euaporatiuis, vt infra, qñ ſcilicet materia eſt ſubtilis pauca, & in hoc oportet medicum eſſe prudentẽ. conſiderare regimen. habitudinẽ infirmi. ſecũdo ſenſibilitatẽ vt per ſputum & hoc cõiter. Supuratur autẽ vt cũ ad ſaniẽ venit quia materia eſt groſſa, & talis terminatio eſt periculoſa, quia vtplurimum tales phthiſici fiunt in. v. Apho. Quicũq; ex pleureticis empici fiunt. Et dicitẽ vtplurimum, qm̃ reſoluitur vt de anxio, & ad euitandũ hoc ꝓhibent auctores applicare ad extra vel ad intra maturatiua '& ſpecialiter ante decimũ diẽ vt infra. Induratur autẽ cum per applicationem calidorum reſoluentium reſoluitur ſubtile & remanet groſſum. Permutatur vero qñq; per venam concauam ad vias vrinæ, quandoq; ad inteſtina, qñq; ad pulmonẽ & facit peripneumoniam, aliqñ ad cerebrum, & tunc facit phreneſim, aliquando ad neruos, & tunc cauſat ſpaſmum, & ſic de alijs. Vnde aliqñ terminatur ad alia loca in quibus facit apoſtema, & quandoq; ad cor, & facit ſyncopim.

Antequã ponantur canones curatiui oportet hic attendere ne decipiatẽ medicus in operãdo ꝙ pleuriſis habet ſimilitudinẽ cum apoſtemate hepatis, & ideo hic notantur ſigna aliqua de quibus latius infra, ne credens auxiliari pectori vbi non eſt nocumentum negligens ſtat circa hepar vbi eſt nocumentum. In apoſtemate hepatis pulſus eſt vndoſus, dolor ſub diaphragmate in dextra parte, tuſsis ſicca, & dolor non eſt acutus. Quòd ſi eſt in ſymmo egeſtio eſt ſicut lotura carnis, & ſi in gibbo urina eſt ſpiſſa & cõfuſa: & tumor eſt ad modum nouaculæ, & ſigna diſtinctiua ampliora habebis infra de apoſtemate hepatis.

C A V S Æ & in ſumma vt ſupra cauſæ pleuriſis ſunt tres. primitiua antecedens & cõiuncta. Exemplum primi. vt aer calidus diſſoluens, frigidus cõprimens, ventus borealis. cibi calidi & hum. exercitiũ diſſoluens & ſanguinem cõmouens, balneum calidum, repletio nimia, vigilia ſuperflua, ſuperfluitatũ retẽtio, ira, furor, & gaudiũ. Exemplum ſecundi, vt mala cõplexio cal. & hum. vel ſicca humoralis, aut ſtrictura venarũ non potens ſanguinem cõtinere, aut raritas faciens materiam recipere, vel magnitudo hepatis multos humores cõtinentis vel amplitudo pectoris bene recipientis. item & largitas viarum inter hepar, & pectus. Exemplum tertij. vt ſanguis cholericus vel phlegma putrefactum vel alius humor qui in iam dictis locis contentus eſt.

S I G N A demonſtratiua & maxime verę. Sunt quinque. Primum. febris inſeparabilis propter vicinitatem cordis. Secundum dolor pungitiuus ſub coſtis, quia in membro eſt pãniculoſo, & ſi tenſio eſt cum punctura ſignat materiæ multitudinẽ, & ſi in pãniculo tegente dolor venit ad furculã. Tertium anhelitus conſtrictio propter apoſtema cõſtringens. Quartum eſt pulſus ſerrinus quia durus, & diuerſus. Quintũ eſt tuſsis quia pulmo ex vicinitate læditur ꝙ ſi hæc in ægro inuenies ipſum pleuriticũ ꝓnuntiabis. Quòd ſi humor peccans fuerit cholera tunc erit urina tenuis citrina intẽſa. pulſus durus, et uelox ualde, dolor acutus multũ, inflãmatio magna: ſitis intẽſa, ſputum citrinum, & ita videbis ſigna choleræ diſcurrendo per res naturales & non naturales ex parte, ſcilicet ætatis, regiminis, & hmõi. Quòd ſi ſanguis vrina erit rubea ſpiſſa, pulſus plenus, '& ſputum rubeum, & dolor fortis ſed non ita acutus vt in cholerico, neq; ſit tanta ſitis, neque lingua ita ſicca.

ſicca. Quòd ſi à ſanguine aduſto lingua erit nigra cũ ſiccitate,& aſperitate, & vehementia ſitis, & vrina clara ad fuſcum tendens, eritq́ ventris ſtypticitas cum feb. inteſa. & non expuet, ſed quodãmodo retinebitur ſputũ. Quòd ſi fuerit ex mixtione ſanguinis, & choleræ tunc ſputũ erit flauũ,& ſigna dicta mixta. Fac itaq́ patientẽ expuere in pelvis mũdis. Quòd ſi ex phlegmate,uel ex ſanguine in quo dominaſ phlegma erit febris remiſſa, & vrina erit ad palliditatem vel remiſſam citrinitatem tendens, & pulſus leuis reſpectiue. & dolor remiſſus, & ſputum multum ante eius maturationem ad albedinẽ declinans,& eſt cum grauitate ſomni & dolore grauatiuo magis quàm pungitiuo.

Quod ſi ex melancholia quod raro eſt. dolor remiſſus ſputum liuidum paucũ,urina remiſſa.ſimiliter feb. & alia huiuſmodi quæ melancholiæ atteſtantur.

S I G N A non veræ. Lateris dolor ac grauitas ſine tuſsi ac ſcreatu,& maxime qñ eſt in inſtrumentis extra,qa tunc non grauatur pulmo. Et tactus eam cõpræhendit & quãdoq́ uiſus apparẽte tumore aliquo. Quod ſi in attractione aeris ſentitur dolor tunc eſt in lacerto dilatãte.ſi in ſyſtolando eſt in cõſtringente,& dolor nõ eſt pungitiuus, ſed magis aggregatiuus,& abſq́ febre, & inflãmatione,& reliquis ſignis uentoſitatis,& certificaberis magis ex modo qui infra dicetur in canonibus. Ioãnitius vero vt inqt Gal. j. aphor. cõmento. xij. dixit. Si leuius infirmus portat infirmo latere q̃ in ſano. & ſupra in eodẽ cõmento ſigna. dolores deſcendentes in diaphragmate, vel aſcendentes ad furculas. Ioãnitius horum duorum locoꝝ dolores pleuriſim factam ſunt confirmatores,& ſic habentur ſigna tria,à Ioãnitio poſita pleuriſis vere demonſtratiua, quibus mendoſa à vera differt. Poſtremo ſcito ꝙ in. 1452. apparuerunt pleureſes, in quibus in earũ principio ſuperueniebat ſubetia perſeuerans quandoq́, quandoq́ non, ſed rediens, & vt plurimum ad bonum terminabantur.

P R O G N O S T I C A. Primo ponẽtur ſigna bona ſalutẽ portendentia. ſcd'o mala malitiã ægritudinis vel mortẽ nunciantia. Et ex primis ſunt facilitas ſputi cũ velocitate,albedine eius & æqualitate ſui, remiſsio doloris, & febris,incolumitas anhelitus,& ſomni,remiſsio ſitis,& aliorum accidentiũ in principio euenientiũ. Et apparitio fluxus ſanguinis narium eſt ex ſignis bonis vltimis in pleuriſi. Auic. Et diuerſitas,id eſt fluxus ventris apparẽs in principio eſt ſignum bonũ,imo res iuuans. Aui. Quod intellige,quãdo ſcilicet eſt à multitudine materiæ regulatæ tñ à virtute, quod cõpræhendiſ ex alleuiatione infirmi conſecuta, quia facilis factus ſit anhelitus, remiſſa ſit feb. ægro ſunt bona &c. Quod ſi fuerit ex exuberantia materię præter quã reguleſ à natura,imo eſt ſicut egurgitãs, & eſt ægro mala, & proprie cum non ſiſtitur difficultas anhelitus triſtitia & feb. inflãmãs fortaſsis euenit mors in quarto vel ante. Sputum ſubrubeum in principio bonum. & eſt ſignum citæ terminationis. Similiter declinãs ad citrinitatem bonũ. Si ſputum in prima die eijcietur, & ſubtile nõ maturatur ſperaſ eius maturatio in quarto, & euacuatio in ſeptimo. ꝙ ſi non maturabitur in quarto: aut in prima nõ apparuerit die, tunc criſis erit in. xj. vel. xiiij. qđ ſane intelligas, ꝙ ſi in tempore medio. mediũ expecta tempus. Sed ſcito ꝙ dato ꝙ non ſic appareat ſputum, neq́ maturitas eius, ſed ſit uirtutis fortitudo. bonitas appetitus, iuuẽtus & huiuſmodi ex ſignis bonis non dubitabis quin ægritudo bene terminetur.

Signa mala. malitia egeſtionis cum fœtore,& vehemẽtia citrinitatis,intenſio accidentium,retentio ſputi,& tarditas eius maxime virtute exiſtente debili. Quòd ſi tardaſ ſpuere poſt ſeptimum, & virtus ſit multũ debilis expecta mortẽ ante decimũquartum. vel in decimoquarto. Sputum rubeũ purum, vel plumbeũ, vel citrinum, igneũ vel nigrũ malum,& maxime qñ cum eis cõiungitur viſcoſitas & anhelitus cõſtrictio. Et ex malis valde eſt album viſcoſum rotundũ. Et deterius albus nigrum,& proprie quod eſt fœtidum. Auic. Et viride malũ, ſignificat enim congelationẽ & aduſtionem vehementẽ. Et rotundum eſt melius non rotundo. Auic. Et in ſumma iudicium ſputi ſumiſ ex ſubſtantia,colore,quantitate, & figura. Et omne ſputũ cum quo non quieſcit nocumentum nõ eſt bonum. Auic. Vrina fœculẽta,inæqualis mala. Inflãmatio cum frigiditate extremorũ mala. Dolor tendens ad poſteriora malum. Additio doloris qñ æger dormit ſuper latus infirmũ malum. Pleuriſis ſiniſtri lateris deterior & magis ſuſpecta,& nono Cõtinentis. cap. j. rarius fit in dextro.

Fluxus ventris in fine qñ poſt ipſum non ſequitur incolumitas malus valde, ex debilitate enim hepatis venit. ꝙ ſi accidat cum difficultate anhelitus, & nõ remouetur difficultas per eũ fortaſſe interficieſ in quarto vel ante quartũ. Meſ. Si accidat fluxus ventris in fine morbi eſt ſimiliter ſm alium duorum modorũ. Aut enim expellitur materia ad hepar & viſcera & ſequitur incolumitas. Vel accidit cum debilitate hepatis & ꝓſtratione digeſtiuæ,& cõtentiuæ in ipſo,& ſequitur poſt ipſum pernicioſitas. Dixit Hippo. Multoties eſt ſputum bonũ facile & ſimiliter anhelitus & ſunt illic ſigna alia mortalia,ſicut dolor in poſterioribus,& eius dorſum eſt ſicut verberati,& urina eſt ſanguinea ſanioſa,et raro ſit beatus,imo moriſ inter quartum & ſeptimũ: & raro ꝓcedit vſq́ ad decimũquartũ & in pluribus cum ꝑtranſiuit ſeptimũ ſanaſ. Et multoties apparet in ſpatula pleuritici rubedo & caleſit ſpatula eius, ita vt non poſsit quieſcere. Quòd ſi caleſiat venter eius & egrediatur ex eo egeſtio citrina moritur niſi pertrãſeat ſeptimum qñ ad ipſum feſtinaſ ſputum diuerſarum ſpecierum & dolor. deinde augmẽtetur moriſ in tertio. Et eſt alia cum qua ſentiſ pulſatio extenſa à furculis vſq́ ad crura,& eſt in ipſa vrina aquoſa cum qua non eſt ſedimen & ſputum eſt mortale ꝓpter declinationẽ materiæ ad caput. Si autẽ pertranſit ſeptimum ſanatur. Si omnia ſigna quæ iam dicta fuerũt, fuerint in principio intenſa valde & mala inducta ſymptomata, vt ſunt vigiliæ ſuperfluæ, inquietudo, tarditas linguæ, & hmõi ſunt ſignum mortale. Si quod eſt in pectore expuatur, & poſt eius expulſionẽ adhuc remanet grauitas in pectore neq́ alleuiari ſe ſentiat patiẽs ex hoc mortale etiã ſi materia digeſta fuerit. Egeſtio frequens,& liquida mala. Vrina nimis tenuis, vel ſpiſſa liuẽs. vel viridis, vel nigra ſunt ſigna mortalia, de qua vrina audi verbum Iſaac. Vrina in ægritudinibus hepatis,& venarũ certã habet ſignificationẽ ſiue ſit bona ſiue mala. In ægritudinibus vero q̃ ſunt extra venas vt in pleuriſi, & ſimilibus ſi urina fuerit laudabilis bonũ, ſed nõ certum ſalutis ſignũ. Quòd ſi fuerit mala indigeſta, & ita de alijs malis cõditionibus eius certum eſt ſignũ ad mortẽ, quia poſtquã digeſtio deficit in radice bene deficiet in ramis.

Debilitas in pulſu ſm plurimũ eſt malum ſignum. Poſtremo ſcito ꝙ qñ pleuriticus in. xiiij. diebus non mundificatur tunc materia ſaniaſ. Cuius ſaniationis ſignum eſt vehemẽtia doloris, augmẽtũ difficultatis anhelitus & eius conſtrictio, maior augetur feb. aſperitas linguæ & hmõi ſigna talia dicta. Nam in generatione ſaniei feb. & dolores magis q̃ facta ſanie. Itaq́ facta ſanie remittuntur accidentia. Et cum incipit apparere ſanies,& ab ea die vſque ad xl. non curaſ tranſit in phthiſim vt infra in aphor. Et raro accidit ſanioſitas ante. xiiij. & quanto accidentia collectionis erunt intenſiora tanto eruptio erit velocior. quãto leuiora tardior. Et hic ſcito ꝙ qñ apparebũt ſigna timoroſa propter collectionẽ & ante fuerit & apparuerit ſputũ bonum,& alia ſigna bona, tunc nõ debes timere, cũ videbis nõ remitti pleuriſim,& ſigna cum hoc mala apparuerint expecta mortẽ. ꝙ ſi fuerint bona expecta ſaniationẽ.

Additio in frequentia pulſus cum virtute debili mortale. De ſignis prognoſticis in pleuriſi habes in Aphor. in fine cap. & tu ibi. Poſtremo ſcito ꝙ in ciuitate noſtra

Paduæ,

Pleuriſis cõtagioſa.

Paduæ, & Treuiſij, & Venetiæ de, 144 . de menſe Martij & ante & poſt apparuit pleuriſis mala quę erat cõtagioſa, ex qua multi ac plurimi moriebanť. nullibi tñ repperi ab auctoribus noſtris ſcriptũ ipſam eſſe contagioſam, & exiſtimauerunt plures talẽ fuiſſe venenoſam. Sed attende verba Auic. ſecunda primi. de completo ſermone in ęgritudinibus. Et pręterea ex ęgritudinibus quædã quæ de vno ad aliũ trãſit ſicut lepra, ſcabies, & variola, & febres peſtilentiales, & apoſtemata putrida, ſub qbus apoſtematibus putrida forte pleuriſim Auic. collocauit. etiã tu conſidera.

CVRA. Canones ex canonibus ponitur primus & ſpecialiter à Meſ. applicatio repercuſsiuorum. inquit. Primam quidẽ rem cõplet adminiſtrationes medicaminum mẽbrum confortantium ipſiuſq; virtutẽ coadunãtium ve non recipiat. Et ex hoc facientibus eſt emplaſtrum factũ ex lentibus excorticatis coctis cum aceto vel ſpongia infuſa in aceto decoctionis roſarũ, balauſtiarũ, vel ſimiliũ, & de iſto canone ſpecialis fiet diſputatio in dubijs infra. quare ſupſedeo omittẽs eum, & ad alios accedo. Ex qbus primus eſt ordinatio diętę. Secũdus eſt reſolutio. Tertius diuerſio. Quartus eſt digeſtio materię. Quintus eſt ſubtractio materiæ ſubtractione communi poſt digeſtionem. Sextus euacuatio materię propria euacuatione digeſtione etiam præcedente. Septimus eſt correctio accidentium.

ORDINARI. Nanq; debet diæta vario modo ſm varietatẽ temporum, quia aliter in principio, aliter in augmento. Item ſm varietatẽ ægritudinis ex parte acuitatis, quia vna pleuriſis altera eſt acutior, vt patet. Item ſm tenorẽ virtutis quia aliter ęger aliter debilis aliter fortis alijs paribus dietãdus eſt. Ex parte qdem virtutis quia nutrimentum debet eſſe magis nutriens in debili. Ex parte acuitatis nota. nã quãto erit acutior tanto debet diæta eſſe ſubtilior. Vnde Hipp. de regimine acutorum. ſi cibus deť ſpecialiter apud vehementiã doloris eſt ponere ægrum ad deſperationẽ, & mortem, qm̃ natura debilis ad alterã duarum occupationũ deficit aut ad vtrãq;. Ex parte vero tẽporis, qm̃ in principio diæta debet eſſe ſubtilis plus, & minus ſm longinquitatẽ, & propinquitatẽ ſtatus. In augmẽto vero diæta parũper ingroſſeť. In ſtatu vero ſubtilietur circa finẽ eius, & principiũ declinationis. ingroſſeť etiam vſq; in finẽ ingroſſando procedať. Sed hic aduerte q nõ poſſumus hodierna die cum ita facilibus cibis procedere vt antiqui propter ingluuiem holum, & debilitatẽ naturæ ab eo quod prius fuit. Vnde antiqui. Meſ. etiam laudauit in principio aquã hordei, decoctũ in aqua pluuiali & plurima decoctione. Item aqua çuccharata. Item ad hoc ſimiliter valet aqua decocta cum iulep vio. mixta, maxime in cholerica. hæc etenim vltra hoc q nutriãt facilitãt ſputũ.

Moderni vero in principio dant iuſcula hordei, & ſi eſt aliqualis debilitas dant ei decocta in brodio pulli, ſi non, in aqua ſimplici, cõſequenter deſcendũt ad panatã cum lacte amygdalis. & hoc ingroſſando cum his ſemper cõmiſcendo çuccharũ aut mel. Item procedũt ad iuſcula ſiue ad panatã ex decoctione blitis, atriplicis, maluæ, cucurbitæ factam. Item vlterius ad ſorbitionem fabarũ farinæ cum çuccharo ex brodio pulli, aut aqua ſimplici ſm tenorẽ virtutis, & tẽpus morbi. Item ingroſſando plus ad cõtuſum alteratũ cũ his, & in fine feb. iuſcula cũ butyro ſpecialiter in conſuetis, vt in foro iulij in Alemania, & oua ſorbilia etiam cõueniunt preſertim ſi feb. non adſit. q ſi ſic alterata etiam concedi debẽt ſtante debilitate virtutis, & ſic procedatur ab intelligenti vſq; ad finem ſm canones datos. Et nota q panis açimus non cõuenit, quia materiam inuiſcat, fermentatus vero etiam, qm̃ aperit apoſtema ante digeſtionem. Ex carnibus vero dentur tẽperatæ, & alterate vt oportet. de quibus ſupra tertio trac. Item etiã cõueniunt piſces petroſi ſquamoſi, ſuper quos poſſunt fieri ſapores iuxta doctrinam poſitam in. iij. trac. Ex potibus aqua ſimplex çuccharata, aqua decocta cum vino granatorum dulcium. Item aqua hordei. Itẽm aqua cum iulep vio. Item aqua mellis paucæ cõmixtionis, & ſpecialiter in phlegmatica. Vnde nota q aqua in hyeme bibať calida, in æſtate vero quaſi tepida. Aqua vero veri frigoris non bibatur, vnde decima tertij. trac. iiij. j. cap. Et interdicatur eis aqua frigida, quam tñ concedit Meſ. in duobus caſibus. Primus qñ tuſsis eſt ſicca, & aſpera. Secundus quãdo tuſsis facta à caliditate ſiue caumate vehementi, tunc ſubdit. Concedimus ipſam frangentes frigiditatem eius cum ſecaniabin, & iulep acquirentes ei ex virtute incisionis ſecaniabin, & penetratiõis vt penetret, & diſcurrat in venas & ſigilletur deinde ex humiditate, & frigiditate aquę virtus extinguens inflãmationẽ, & ſedans aſperitatẽ & ſitim. hoc enim eſt illud quod non oẽs cõpræhenderũt. Et hic aduerte q oxymel paucæ acetoſitatis cum aqua decoctis datum eſt delectabilis, & conueniẽs potus. In declinatiõe vero detur vinum albũ dulce ſubtile. item rob vini cum aqua multa pp caliditatẽ rob & eſt forte in mundificãdo.

Ex fructibus cõueniunt paſſulæ abſq; arill. amygdalæ, iuiubę, granata dulcia. vnde decima tertij. trac. iiij. ij. cap. Quidã autem phibuerunt granata pter infrigidationem eorũ, ſed apud me in eis quæ dulcia ſunt non eſt malum.

Q. ſi pleuriſis fuerit phlegmatica ſecurius adminiſtrãtur cõdita & præparata cum melle, & debent omnia eſſe magis remiſſa in frigiditate vtq; rebus calidis pectoralibus. de quibus ſupra in de tuſsi. & laudatur aqua cicerum. item aqua cicerum & hordei cum melle. item aqua caulium cum oleo amygdalino. item ſtila cum lacte amygdalarũ. item ſecaniabin cum hyſſopo, vel pulegio.

In melancholica vero proportionaliter vnde laudatur ſauic tritici cum melle, ſorbitiones ex farina fabarum cum melle & huiuſmodi. Potus aquæ mellis in qua decoctus ſit lupulus, vel lingua bouis & huiuſmodi. De eo quod attinet aeri dicendũ q temperetur iuxta cõſtitutionẽ anni. debet tamen potius ad caliditatem declinare. item caueatur borea, & auſter, vt poſsibile eſt & indifferenter flatus ventorum. item fumus, item aer agitationis aquarum. itẽ aer æſtuoſus. De eo vero quod attinet ſomno & exercitio audi Auicen. de cura eius. Et ex eis quidem quæ multiplicant ſputum eſt dormire ſuper latus infirmum, & quãdoq; eſt neceſſaria commotio partus.

SECVNDVS. Completur attentis aliquibus canonibus. Primus eſt q medicus debet pcedere cura tentatiua applicando ſcilicet in principio euaporatoria, vt per hæc cõpræhendatur ſi materia eſt ventoſa, & pauca vel multa, qm̃ ſi fuerit ventoſa per ipſorum applicationem reſoluetur, & ceſſabit, & diminuetur dolor. Similiter ſi pauca & ſubtilis. Q. ſi materia fuerit multa vel groſſa tũc dolor augebitur. Vnde Meſ. Cum autẽ ex ſerie operationis huiuſmodi puenitur ad hoc vt dolor vel punctura & qualiſcunq; fuerit reſoluatur aut ſm aliquid aut integre ſubeſt excuſatio tranſeundi ad aliud. Si vero multiplicatur vſq; adeo vt vel dilatetur & aſcendat vſq; ad furculã vel vſq; ad hypochondria extendatur, tunc certum eſt reſolutionẽ repletio agitatiua prohibet, & hoc maxime cum repletio fuerit in toto tunc ad aliud genus curæ pcedendũ eſt quẽadmodum dicemus, & Auic. decima tertij. de cura dolorum. Et euaporatio quidẽ reſoluit omnem dolorem altũ, vel infimum cum non eſt prohibitio ex repletione quam attrahit euaporatio. Hic tñ nota vt dictum ſit q medici diſcretio in hoc debet multum operari. Nam conſiderare debet habitudinem, cõſuetudinẽ, regimen præteritum, diſpoſitionem epatis, pectoris, conſuetudinem cadendi in hanc vel ſimilẽ ægritudinẽ, & ſic de alijs, de quibus cõpræhendet quaſi vero iudicio abſq; tentatiõe aliqua ſi materia fuerit multa pauca ſubtilis ventoſa. Et anteq̃ ad applicationem particularũ veniat ſcito ſecundo q à facilioribus eſt inchoandũ, & qm̃ humida alijs paribus ſunt faciliora ſiccis hinc ab eis prius inchoandum. Vnde Meſ.

Et adhuc

Et adhuc quidẽ canon eſt ab humidis, & debilibus debere incipere & quãto materia ſiccior & cõpactior fuerit tãto tardius ad fortiora rũpere ne reſoluaẽ de materia quod eſt ſubtile, & cadat deinde durities in reſiduo. Hoc nanq; cauendũ eſt. Et Aui. allegato cap̃. Et humida quidem ſunt cõuenientiora ei qui trahit ad rubedinẽ. alia litera ad choleram, & ſicca ei qui trahit ad phlegmaticam ꝓprietatem. Verum humida cũ non iuuant, nõ nocent, & ſicca ſi nocent, nocent magnifice qm̃ indurant, quod cauendum eſt.

Tertius canon, ꝙ iſta euaporatoria menſurari debẽt ſm̃ profunditatẽ materiæ vel eius permanentiæ in ſuperficie. Item ſm̃ ꝙ exigit diſpoſitio in cito, & tarde reſoluẽdo ita ꝙ oportet aliqñ eſſe intenſa, aliqñ remiſſa, aliquando medio modo, & eſt canon ſm̃ ſapientiam, ita ꝙ tua eſt menſurare eorũ caliditatẽ. Quartus ꝙ talia ſic adminiſtrenẽ ne ex eorũ vaporibus cerebrum lædaẽ. conſueuerũt enim inducere triſtitiã, & anhelitus cõſtrictionem & eſt canon multũ neglectus & male, eſt tñ Auic. Meſ. & aliorum auctorũ vbi de hoc. Et deſcendens ad particularia dico primo loco laudaẽ magna ſpongia infuſa in aqua calida, & expreſſa inuoluta pãno lineo vt eius calor diutius conſeruetẽ poſita ſup loco. q̃ non pmittatur infrigidari, ſed ſtatim cũ calor remittiẽ notabiliter remoueaẽ & alia applicẽ diſpoſita vt prius. & ſic reitereẽ multoties vſq; ad. viij. vices, ſed ante eius applicationẽ locus cum planta manus leuiter fricẽ, & ſit ſpongia ita magna vt cõprachendat locũ doloris ex oĩ parte. & eſt canon Meſ. quẽ cõfirmat litera Auic. allegato cap̃. inquit. Et melius eſt vt antecedat ſpongia infuſa aqua calida. Sed hic nota de pãno lineo ꝙ ſemp debet renouari in oĩ applicatione ſpongiæ, & humectatus abijci. Secundo loco eſt ſpongia in aqua maris, aut ſalſa infuſa. Item veſica aqua ſemiplena q̃cũq; aqua ſit de dictis. Item ſpongia infuſa in aqua decoctionis maluæ, violarũ, camomillæ, & huiuſmodi. Q. ſi fuerit ex phegmate addãtur anethum, camomilla, ſemen lini. & hmõi vt videtur ꝙ materia exigit. Et ex vaporationibus bonis eſt euaporatio facta cũ furfure frumenti ligato in petia cũ modico camomillæ in aqua bullitæ expreſſo vt de ſpongia dictũ eſt. muteẽ autẽ pãnus, ꝙ ſi fuerit aliquid phegmatis pone anethum vſq; ad herbã vitri. Item ſacculus ex furfuribus frumenti calefactus ſuper laterẽ calidũ prius aſperſum cũ aceto mixto cum aqua aut cum aqua ſola vt exigit diſpoſitio. Ex ſiccis autẽ ſunt ſacellatio facta ex furfure, & ſale, vel ex furfure, milio, ſale, & orobo. Q. ſi fuerit ibi præſentia phlegmatis, tunc eſt maxime cõueniens. ſi vero choleræ modera. Vnde hic ſacculus poteſt bullire in aceto & aqua, & tunc cõuenientius applicabiẽ, ſed erit de numero humidorum. In cholera autẽ ſolum ex milio, & ſale torrefactis. ſaccus factus videẽ cõuenientior. Poſſunt fieri emplaſtra reſoluentia, & qdam faciunt etiã cum hoc maturatiua ponẽdo maluauiſcum, & pinguedinẽ porci, & huiuſmodi. & inueniunt conferre, ſed talia non debent cõtinuari nec multo tẽpore dimitti. ſunt enim maxime ſuſpecta. debet enim euitari ſaniatio vt poſſibile eſt. vnde Auic. de cura pleuriſis. Cũ ergo maturaẽ oportet vt ꝓhibeas eã fieri ſaniẽ. Et ſtudeas tu vt mundifices illud cum ſputo ante illud. Et de cura dolorum. Et ex eis quæ ſunt ſollicite attẽdenda eſt vt ſuccurras cum maturatione ægritudinis, aut & abſq; neceſſitate ægritudinis ſaniei. Q. ſi per iſta non remouebitur dolor aut non mitigabitur, ſed potius augebitur tunc vt dictum eſt ex Meſ. ad aliud genus curæ procedendum & auxiliandus eſt.

TERTIVS. Canon principalis qui eſt diuerſio, q̃ cõuenientius fit phlebotomia materia exiſtẽte ſanguinea, vel ſanguini cõmixta, qm̃ in phlegmatica phlegmate nõ exiſtente admixto ſanguini nõ videẽ apud aliquos cõpetere, de quo infra. Et pro ipſa facienda ponunẽ duæ cõcluſiones. Prima ꝙ in principio materia exiſtente in fluxu, & habẽte raptum ad furculam ad partes ſuperiores debet fieri phlebotomia ex baſilica lateris oppoſiti, & idẽ in dubijs. Secunda ꝙ in principio materia exiſtẽte in fluxu, & habẽte inclinationẽ ad hypochondria ad partes inferiores preponẽda eſt clyſterizatio lenitiua phlebotomiæ, & deinde fiat phlebotomia vſq; ad permutationẽ ſanguinis ſi virtus, ætas &c. cõſentiunt. Nam nigredo apparens in ſanguine, aut mutatio coloris in eo ſignificat ꝙ iam de materia apoſtematis euacuaẽ. Q. ſi dicaẽ. Raſ. in Almanſore inquit. Fiat minutio ex baſilica eius partis in qua ẽ dolor.

Dicendum ꝙ dictũ eius intelligiẽ materia non exiſtente in fluxu, aut ipſa exiſtẽte pauca, ſed ſi de eius multitudine timeamus fiat ex parte cõtraria, & hic ſenſus videẽ ſatis expreſſe elici ex dictis eius ex textu imediate ſequẽti ſubdit, niſi totũ corpus multo ſanguine repletũ fuerit, tunc enim ex latere cõtrario ſanguinis detractio faciẽda eſt. Nam cũ ꝓpter ingluuiẽ horum & inordinatũ regimen dubitandũ ſit de plenitudine alijs partibus de cõtraria parte totius & cõmuniter fit, ſed de hoc in dubijs magis, & tu ibi pro cõplemẽto canonis. Sed bene aduerte ſi materia eſt furioſa vt accidit meo tẽpore. 1440. in principio veris, & ipſo vere quod precesſit hyems frigida valde, & ſic per totum ex qua pleuriſi in. iij. iiij. & vij. & de decẽ moriebanẽ octo, & in principio ſemper apparebat vrina liuida groſſa nimia & ſubiugalis. nam vbi ſit talis phlebotomia eſt timẽda ne per ipſam materia q̃ ex tali ſigno cõprehendiẽ furioſa. amplius in motu per te ad locũ moueaẽ doloris & augmẽtet apoſtema. item qñ materia cholerica eſt multũ diſtans à natura ſanguinis nõ eſt faciẽda phlebotomia ꝓpter canonẽ. quarta primi. de phlebotomia. & ſummopere tibi cauendũ eſt &c. Et ex his potes cõprehẽdere cum alijs q̃ poſita ſunt infra in dubijs vtrũ ſemper cõpetat phlebotomia. Et in iſto caſu Cermiſonus noſter eam ꝓhibebat & prius pharmacabat, deinde phlebotomiã faciebat ſi opportuna erat, cõſidera. Sed hic nota, & ſi phlebotomas, & euacuas & nõ ſedanẽ accidẽtis, tunc ſcias ꝙ ꝓhibatio collectionis quã q̃ris eſt difficilis. nõ ergo iteres phlebotomiã ne cõgeleẽ materia, q̃ habitura eſt collectionẽ. Auic. de cura eius. cuius cõtrariũ multi operanẽ. cõſidera. His autẽ cõcluſionibus aſſentit Aui. decima tertij. trac. iiij. cap̃. in principio. inquit. Ex rebus cõmunibus eſt phlebotomia, ſed in principio ex latere diuerſo, & magis feſtina ad ſuccurrendum de ſaphena in longitudine, & poſt ipſam de baſilica oppoſita in latitudine. Ex quo apparet ꝙ ſi pleuriſis ſit in latere dextro phlebotomia fieri debet ex ſaphena dextri lateris. Meſ. vero inquit. ex ſaphena oppoſiti lateris, & de hoc in dubijs. Item ſi fieri nõ poteſt phlebotomia applicentur ventoſę in naticis cruribus, fiãt fricationes leues, & ponanẽ clyſteria leuia ex bliti, malua, viol. hordeo cum radice maluarum & hmõi. Vnde ſtudendum eſt in mundificatione fecum, qm̃ lædiẽ nõ parum patiens ex fumis carum. ſed caue ne excedas in vſu eorum niſi vſq; ad illud quod videbitur neceſſarium, qm̃ conſueuit ægritudinem hanc fluxus ſequi immoderatus Meſ. Ex quo infertur ꝙ medicinæ ſolutiuæ ſunt timẽdæ de quo ſtatim in ſequenti canone, & in dubijs. Ventoſas ſuper loco doloris poſitas in diuerſione nunc cum inciſione nunc abſq; multum cõmendat Meſ. ſed illas oportet fieri poſt corporis mundificationem, & phlebotomiã, & circa. 14. vbi. ſ. ſecurus ſit factus medicus de paucitate materiæ. Vnde Auic. Et qñq; ponuntur ventoſæ ſuper pectus cum ſcarificatione etiam vt trahatur materia ad exteriora & minoretur & proprie cum præmiſſa fuerit phlebotomia. Sed vt exiſtimo hæc operatio non eſt facienda niſi à medico bene experto. Et fortaſſis ſecurius eſt ponere ipſas ventoſas parum ſub loco doloris, & ego iam illud feci & contulit.

IN COMPLENDO. Quartum eſt primo cõſiderandum ſi materia eſt ſanguis qui cum digeſtione non expectet procedatur imediate ad euacuationem per phlebotomiam in principio materia exiſtẽte in fluxu & multa

ea latere cõtrario. poſt quam per dies tres de latere eodẽ,
& maxime qñ extimatur materiã iam fluxam eſſe, & fiat
vt ſupra vſq; ad ſanguinis mutationẽ. Quòd ſi fuerit pau-
ca fiat in principio ex eodem latere ex baſilica, vt ſupra. &
hoc conſentientibus virtute ætate & ventris lubricitate.
Quòd ſi fuerit ſtypticitas vẽtris fiat clyſter lenitiuũ prius
aut ſumat aquã fructuum, aut mãna, aut muraba de violis
& huiuſmodi. Quòd ſi fuerit ex cholera, vel ex ſanguine
cholerico, tunc denť digeſtiua, infrigidatiua, & humecta-
tiua. non tñ expolienť ab abſterſione. imo ſcias q; lenientia
remouẽtia aſperitatem debẽt præcedere abſterſiua, & qñ
ſic cõmiſcenť cum abſterſiuis felicitať operatio eorũ, vt
iulep. vio. cũ aqua hordei excorticati. Item oxymel ſim-
plex cum pauco melle & pauco aceti factũ. vt. ℞. mell. p. i.
çucchari albiſſimi. par. ij, aceti & aquę dulcis. ana. par. i. iu
tñ modera vt neceſſitas petit. nã deſcriptio illa Gal. vnde
additio in melle facit ad abſterſionẽ. additio in aceto aut
aqua ad extinctionẽ & ſitis ſedationẽ. denť ex eo. ℥. ij. vſq;
ad. iij. cum aqua ſimplici cocta tẽperiem habente inter ca
lidum & fri. in æſtate. in hyeme vero ſit calida. Item va-
let aqua dulcis cũ vino granatorum dulciũ cum çuccha-
ro. Item iulep ſimplex. Item aqua hordei cum çuccharo.
& ſic de alijs vt ſupra. iiij. trac. de digeſtiuis choleræ. & ſu
pra de ſoda cholerica. Sed nota q; iſta infrigidantia dige
ſtiua debẽt habere duas cõditiones. Prima q; cum eis po
nantur reſpicientia pectus vt aqua hordei cũ decoctione
iuiubarum, capillorũ vene. & huiuſmodi. Secunda q; ta-
lis nõ ſint ſtyptica. vt eſt papaue. portulaca, endiuia & hu
iuſmodi niſi apud neceſſitatẽ vt diceť de reſpicientibus pe
ctus, dictũ eſt in principio capituli. Syrupus vſual. ℞. ſy-
ru. vio. ℥. i. de liquir. ℥. ſ. aquę decoctionis hordei, & iuiu
barum. ℥. iij. Item ſi aderunt vigilię dari poteſt modicum
ſyrupi de papauere. Item valet ſyru. iuiubinus Meſ. Itẽ
ex ſcariola. lactuca. ſeminibus quatuor frigidis. capillis
vene. hordeo liquiritia. paſſulis. iuiubis. ſebeſten. viol. flo-
ribus nenupharis. & hmõi fieri poteſt ſyrupus cũ çuccha-
ro aut modico mellis vt videbiť expedire, & licet hęc oĩa
cõferant materia etiã exiſtente ſanguinea tñ in ſanguinea
infrigidatio debet eſſe maior & abſterſio minor q̃ in cho
lerica. Et nota vt Aui. ij. cañ. cap̃. de viol. Et melior eſt ſy-
rupus vio. q̃ iulep vio. in hoc cap̃. Si vero materia fue-
rit phlegmatica oxymel illud dictũ eſt maxime cõueniẽs
& in eo debet mel multiplicari. Vnde audi Auic. decima
tertij. de materijs ſituatis in pulmone. Cum ſunt humores
pectoris groſsi nõ peruenias ad vltimũ in exiccando, imo
ſis occupatus cũ lenificatiõe, & inciſione, & ſit maior dua
rum rerum inciſio, aut ſit ſtudium cũ inciſione plus q̃ cũ
reſolutiõe, & adminiſtra in oĩbus medicinis aquã mellis,
eſt enim faciẽs penetrare, & lenificat, & in ſumma vbi ma
teria eſt phlegmatica debet infrigidatio eſſe minor, & ab-
ſterſio maior q̃ in ſanguinea & cholerica, et cũ hoc debet
addi inciſio in ea q̃ in alijs non ſic cõpetit. Item valet hy-
dromel longum cũ hyſſopo cum radice liliorum aut alte-
rius rei pectoralis calidę vt eſt praſsium & hmõi. Syru-
pus. ℞. hyſſopi, liquiritiæ, meliloti, iuiubarum. ana. ℥. i. ſe-
minum lactucarum. ℥. i. piſtenť & bulliant in lib. ij, aquæ
vſq; ad cõſumptionẽ medietatis & cũ çucc. lib. ſ. & mell.
℥. ij. aceti. ℥. i. ſ. fiat ſyrupus. Quòd ſi fuerit ex ſanguine
melancholico qđ rariſsimũ eſt deť ſyrupus mellinus. hy-
dromel cũ decoc. anethi, lupuli, bugloſſę, ireos, & ſimiliũ.

IN COMPLENDO. Quintum oportet prius
attendere q; ad hanc ægritudinẽ cõſueuit ſequi fluxus ven-
tris. vt ſupra. ex Meſ. ideoq; multũ timenda ſunt ſolutiua
ventris, & maxime qñ adeſt vehementia feb. nam etiam
qñq; ab exhibitione ipſorum excuſat phlebotomia ipſa in
qua eſt minor timor. Vnde Auic. decima tertij. trac. iiij. j.
cap̃. Inquit Gal. exponẽs ſecũdo regiminis acutorũ. textũ
cõmẽti. ſi feb. fuerit vehemẽs valde, tunc time ſolutiuum
& ſit cõſenſus phlebotomia. in ipſa nãq; nõ eſt timor aut
timor eius eſt minor. In ſolutiuo enim eſt timor magnus,
ipſum nãq; mouet, & qñq; non ſoluit, & qñq; ſuperfluit,
quia neſcimus regulariter naturas particulares hominum.

Secundus canon aduertẽdus eſt Aui. decima tertij. de cu-
ra pleuriſis. inquit. Et ſi eſt humor alius ſupple à ſanguine
euacua, non cũ eis q̃ ſunt ſicut myrobalani, neq; in quo eſt
ſtypticitas, imo cum eis in quibus eſt cũ ſolutione lenifi-
catio ſicut res factæ cũ violis terentabio, çuccharo. & hu-
iuſmodi. Sed hũc canonẽ ĩtellige regulariter, & nõ coacte.
coacte enim ꝓpter furioſitatem materię, aut eius multitu-
dinem cõtingit bene aliquãdo poſſe cõuenienter dari ſolu
tiuum forte, ita tñ q; à lenitiuis nõ expedieť, vt verbi gra-
tia dari poterit agaricus, aut reubarbatũ cũ mãna, aut ca-
ſia, viol. aqua fructuũ & hmõi. à ſcamonea præcipit Gal.
ipſos cuſtodiri. Aui. allegato nũc capitulo. tñ loquit. Meſ.
de cura eius in quarta intentione. Materia vero qualiſcũq;
fuerit oportet vt euacueť cũ eis, cũ quibus cũ euacuatione
eſt lenificatio, de quarũ ſumma ſunt violę ꝓprie humidæ,
& ſiccæ, & cõditum & ſyru. ex eis, & ſiracoſt, & terenia-
bin, & çuccharum albor ſor. i. rubeum, caſia, & ſimilia, &
ꝓprie ſi materia fuerit cholerica: & qñq; miſceť cum eis,
quod eſt ſicut trochiſci de violis habentes aliquid ſcamo
neæ, & nos ſcripſimus permixtionem ipſorum in cap̃. de
aſthmate. conſidera. Et ſubdit. Si materia fuerit phlegma-
tica euacuãda eſt cũ eo, quod eſt ſicut puluis ireos, aut aga
rici, aut alaſce cum muraba de violis mellino, terenıabin,
& aqua hordei. Et iam qdem Gal. præcepit aquã hordei
poſt ſolutiuum ꝓpinari debere, aut aquam mellis vt leni-
ficet, & abſtergat virtutem ſolutiui, & ſi diſpoſitio aliqua
eſt q̃ exigat eſſe neceſſariũ vti clyſteribus lenibus medijs
& acutis, fiat ſm exigẽtiam & declinationẽ materiæ ad in-
feriora, & ſuperiora, pro quibus recurre ad ea q̃ dicta ſunt
de cura ſodæ, & de apoplexia. Solutiuum in ſanguinea fa
cta phlebotomia ſi expedit. ℞. mãnæ electæ. ℥. ij. diſſoluã-
tur cum. ℥. iiij. aquæ decoctionis iuiubarũ, vel violarum:
vel. ℥. ij. caſiæ cum aqua dictarum. Item in cholerica de-
tur. ℥. i. ſ. caſię. cum. ℥. i. thamarindorum cum aqua dicta-
rum rerũ vel decoctionis prunorũ & hmõi. In phlegma
tica vero cõſimiliter poni poteſt agaricus. itẽ quidã etiam
præſumunt ſuper turbith cum decoctione dicta vt Placẽ
tinus, dari poteſt aloe, & hiera. In melancholica vero cõ
ſimiliter cum decoctione bugloſſę, boraginis, violarum,
poterit dari aliqd ſenæ cum brodio gallinæ pinguis. Sed
hic nota q; vt dictum eſt ſemper ſi virtus, & cætera con-
ſentiunt debet ĩmediate fieri phlebotomia in cholerica ve
rum, & in phlegmatica. Vnde ſi dicať. inquit Aui, decima
tertij. de cura cõmuni dolorum pectoris, Et in cura quidẽ
phlegmatici incipiatur à clyſteribus acutis, & ſolutione
ventris, & nõ fiat phlebotomia. Dicẽdum q; intelligi ha-
bet vbi materia non fuerit mixta ſanguini nõ cõpetit phle
botomia euacuatiua, ſi cum hoc ſtat q; cõpetit diuerſiua
vt in diſpoſitiõibus capitis ſupra. Poſtremo nota q; ma-
teria exiſtente in fluxu, & timor ſit de eius multitudine de-
bet nõ præcedente digeſtione dari pharmacia, ſed iam ma
teria exiſtẽte fluxa debemus expectare digeſtionem.

SEXTVS Vero cõpleať cum rebus educentibus
ſputum vt ſunt facilitantia, & velocitãtia ipſum, cuiuſmo
di ſunt lenitiua, mundificatiua, abſterſiua, tẽperate, & bre-
uiter ipſum digerẽtia, quia aut ĩgroſſantia vt in calida aut
in phlegmatica ſubtiliãtia, aut incidẽtia, abſtergẽtia plus.
de quibus aliquid dictum eſt in quarto cañ. Vnde oportet
incipere à magis, & minus infrigidãtibus ſm q; exigit ma
teria, & talia poſſunt eſſe applicata ad intra vt ſupra. & ab
extra vt diceť. Procedam exẽplariter vbi materia fuerit
multum calida & vehemẽs fuerit inflãmatio. Primo ergo
exhibe vt eſt aqua melonis indi. aqua citrullorum vel cu-
curbitę, aut aqua çucchari vel aqua hordei excorticati cũ
iulep. Quòd ſi nõ fuerit ita vehemẽs incẽdium ſit aqua iu-
iubarum ſebeſten cum viol. & ſemine citoniorum cum
çuccharo.

çucchαro. Item ſi fuerit adhuc minor inflãmatio cũ aqua mellis muliꝫ permixtionis aut aqua çucchari rubei, & laudatur vt ſemper aliqd ponatur hordei, & in fine ꝓcedatur ad aquã decoctionis capilli ve. radicis liliorũ cum modico mellis & hordei. Et ſcito ꝙ aqua mellis eſt vtilior ad humectãdum ꝗ̃ aqua hordei, & aqua fructuũ & paſſularum eſt huius generis poſt iſta. Et nota hic de ficubus, quia vt exiſtimo non cõpetunt in principio, qa ſunt nimis aperitiuæ, & maturatiuæ. Item aqua liquiritię cũ hordeo, aqua enim hordei cũ çucchαro, & ſine ſemper eſt cõuenies & in fine magis cũ facimus ipſam abſterſiuã. Et nota ꝙ ex domeſticis maxime facilitantibus ſputũ, eſt ſorbitio facta ex aqua calida çuccharata hora poſt horã. Confectio trochiſcorum feſtinãtium maturationẽ in pleuriſi, & facilitantium ſputũ. ℞. vio. ſucci liquiritię. ana. ʒ. x. dragacanti, amili, ſeminis althee. ſeminis fœniculi. ana. ʒ. iij. confice cũ mucillagine. ſeminum citoniorũ: & ſeminis lini: & ſit doſis. ʒ. i. cum ſyrupo viol. In ore autẽ ordinentur pilulę bichichiæ, aut diadragantũ frigidũ & ſimilia, vt ſupra. de tuſsi calida, Vbi nota ꝙ ea ꝗ ponunt̃ de tuſsi calida valẽt, & in pleuriſi. ꝓpter quod recurre ibi. Ad extra autẽ applicant̃ cerotarium, vnctiones emplaſtra & hmõi ꝗ iuuãt ad exitum ſputi ipſum facilitãdo, et talia debẽt eſſe lenificãtia cũ reſolutione nõ multum eleuata, & ſaltem in principio. vnde debẽt eſſe talia in primo, deinde aliqualiter plus eleuentur. Verbi gratia. ℞. olei vio. ℥. i. cerę citrinæ. ʒ. ij. Item ℞. olei amygdalini. ℥. i. ceræ citrinæ. ʒ. ij. Et ſi magis eleuare volueris. ℞. aliquid prædictorũ & addat̃ modicũ hyſſopi humidæ, aut aliquid pulueris radicis liliorum. Item admiſce aliquam ex pinguedinibus. Item ſi cupis fortius. ℞. olei camomillini, viol. ana. ℥. i. pinguedinis gallinæ. ℥. ſ. fœnugręci. ſeminis lini. ana. ʒ. i. liliorum. ʒ. ſ. cerę albę. ℥. ſ.

Emplaſtrum cõmune. ℞. radicis altheæ. M. i. florũ camomillæ, meliloti, violarũ ſiccarũ. ana. M. ſ. farinæ ſeminis lini, farinę fœnugręci. ana. ℥. ſ. farinę hordei. ℥. ij. olei amygdalarum dulciũ anethini violarũ. ana. ℥. i. fiat emplaſtrũ.

Aliud ad idẽ Sabor regis medorũ, & cum hoc quidẽ ꝙ facilitat ſputum, ſedat dolorẽ. ℞. olei violati. ℥. ij. ceræ. ℥. ſ. adipis gallinæ, anatis. ana. ʒ. v. hyſſopi humidæ. ʒ. viij. butyri ſæpe loti in aqua hordei. ʒ. iiij. mucillaginis ſeminum lini & altheæ. ana. ʒ. ix. fiat vnguentum & eſt expertũ. Quod ſi natura fuerit cõpactior pone loco olei viol. oleũ de lilio. Vidi plures errare in ordinando cõſimilia aut nimis calida, aut nimis frigida, aut nimis maturatiua ordinauerunt, propter quod canonem poſitum menti habe.

SEPTIMVS Vero qui corrigit accidentia diuidi habet in tot partes quot accidẽtia cõſueuerunt ſuperuenire. nam ſi vltimant̃ in eis eſt timor, & ſunt alienatio ſiue ꝑmixto intellectus, vigiliæ, fluxus ventris, fluxus ſanguinis narium, ſitis vehemens. Permixtio autem intellectus cõſueuit accidere qñ materia eſt in diaphragmate, ideoq; oportet hic ſimul attendere ad curã pleuriſis, & phrenesis. de quibus iam dictũ eſt. Si autẽ ſuperfluunt vigiliæ pñt adminiſtrari eo caſu narcotica, vt ſpecies de iacur. ſyru. de papauere & hmõi. Sed attendendũ eſt ꝙ hoc fiat cum cautela ne materia ad intra cõpingat̃. ꝙ ſi tñ neceſſaria videt̃ adminiſtratio papaueris minus mala ẽ ex cortice cũ quo cõmiſceat̃ paſſula aut aqua mellis aut rob aut aliquod tale vt cõtra operet̃ nocumẽto eius. Siti autem dent̃ extinguentia ipſam ꝗ ſunt in aqua citrulli, melonia indi &c. vt ſupra. de potu, & ſint actu calida. Et nota ꝙ ſi poſsibile eſt ſemper adminiſtrentur cũcis abſterſiua vt dictum eſt, & ab extra ſi fuerit merito caumatis ſpiritualium inungatur pectus cum oleo viol. & cera & ſimilibus, vt ſupra. De fluxu ſanguinis aduertendũ ꝙ ſi fuerit per viã criſis ſiſtere nõ debemus niſi ſuperfluat. Quòd ſi fuerit ex abũdãtia ſanguinis fiat phlebotomia, & cętera ꝗ poſita ſunt ſupra. cap. quinto de fluxu ſanguinis narium. De fluxu ventris nota ꝙ fluxus ſuperueniens pleuritico, aut peripneumonico eſt malus, & verendus, vt Hipp. ſexto apho. ꝓpterea nota ꝙ fluxus accidẽs eis & ſaltem in principio. aut eſt ꝓpter multitudinẽ materiei cum præexiſtẽtia regulationis naturę, & ſequitur ex hoc anhelitus facilitatio, & lentescẽtia feb. et eſt ſignificatio bona, aut eſt propter exuberationem materiei prætérq̃ reguletur à natura, Imo eſt ſicut egurgitãs, & eſt ſignificatio mala, & proprie cum non ſiſtitur per ipſum difficultas anhelitus, triſtitia, feb. inflãmatio, tunc fortaſſe ſuperueniet mors in quarto vel ante. Quòd ſi accidit in fine morbi eſt ſimiliter ſm aliquẽ duorum modorum. Aut enim materia expellitur ad epar, et viſcera, et ſequit̃ ipſum incolumitas, aut accidit à debilitate epatis, & proſtratiõe digeſtiuę, & cõtentiuę in ipſo, & ſequitur poſt ipſum pnicioſitas, & de pleuriſi de fluxu ventris dicetur in dubijs.

QVOD SI RESOLVTIO Quæ ita, & quæ ſm omne poſſe medici in principio quærenda eſt, vt ſuperius allegabatur fieri nõ poteſt, quod cõprænhenditur, qa iam tranſactis. 12. vel. 14. diebus nõ eſt mundificatus, ſed dolor feb. cõſtrictio anhelitus, tuſsis & hmõi ſunt augmentata, ſignum eſt ꝙ materia ad ſupurationẽ tendit: vt ſupra de ſignis. Et tunc aduerte ꝙ ſi virtus fuerit fortis & talia accidentia per phlebotomiã, & alia remedia nõ fuerint multum diminuta, tunc debes expectare ſupurationẽ ſiue ſaniationẽ. Si vero virtus fuerit debilis, tunc his ſtantibus non ſupurationẽ, ſed mortem expecta. Vnde hic nota Hipp. xv. aph. v. ſectionis, quicunq; ex morbo laterali ſuppurant̃, ſi in quadraginta diebus purgantur, à die à qua fit ruptio, liberantur, ſi vero non ad tabem tranſeunt. aut ſupple ſunt apti parum poſt tranſire.

CVRA. Expedito hoc termino vbi de collectione materię apte ſanari ſuſpicatur ſex intentionibus eſt ꝓcedẽdum. Prima ordinatio diætæ. Secunda eſt maturatio apoſtematis. Tertia eſt ingeniatio ad rupturã. Quarta eſt abſterſio, & mundificatio à vitu. Quinta eſt incarnatio, & ſigillatio vulneris. Sexta eſt correctio accidentium.

IN ORDINANDO Diætam ſit primo aer tẽperatus declinans ad calidum & hu. Itẽ ſtet quietus, dormiat ſuper latus infirmum, hęc faciunt ad maturationem. Ex cibis dẽtur malua, blitus, atriplex cum oleo amygdalino recenti. Item ius cicerum rubeorum cum çucch. Item idem ius cum meliloto. Item ius caulium. Item ſorbitiões ex frumento, & cõcedunt in ſecunda menſa ficus, dactyli, poma dulcia cocta cum çuc. Potus vero ſit vinum albũ dulce vel aqua ficuũ. vnde oportet hic mẽſurare calorẽ ꝑter naturalẽ ſi qs ẽ. & ex dictis patet cõplemẽtum canonis.

SECVNDVS Completur cum rebus aggregãtibus in ſe ſimul virtutẽ lenificationis, & reſolutionis, vt cadat maturatio æqualiter in materiã collectã. vnde oportet primo cum lenibus. ſecundo cum fortibus. tertio cum fortioribus ꝓcedere, nam fortia in principio indebitã faciunt maturationẽ, & ex his ꝗdam exterius, quędã interius corpori applicantur, De his ꝗ ad intra exemplum primi, vt decoctio ficuum, aut dactylorum. Exemplum ſecundi, vt decoctio horum ſimul. Exẽplum tertij. vt decoctio ficuum, dactylorum, paſſularũ, hordei cum rob, & radice liliorum. Sed hic conſidera caliditatis vehementiã aut remiſsionem, qñ in his oportet ꝓcedere cum frigidioribus, & minus frigidis. Vt verbi gratia. ſi fuerit vehemens caliditas tunc detur aqua hordei cum decoctione maluarum vel iulep ipſum cum aqua hordei, vel aqua hordei cum ſeminibus altheæ, maluæ & hmõi. Confectio trochiſcorũ faciẽtium ad maturationem & maxime qñ nõ eſt caliditas vehemens. ℞. ſeminum malug, altheæ, ſeminis lini a ſei, farinæ fœnugręci, farinæ cicerum, ſucci liquiritiæ, terenia bin. ana. fiant trochiſci cum mucillagine, ſeminis lini, da cum aliquo ex potibus dictis tuo iudicio magis conuenientibus. Et ex his rebus etiam fieri poteſt potus. Item reduci ad cõfectionem vt patet ſpeculanti. Quòd ſi caliditas & feb. fuerit vehemens. ℞. violarum ſiccarum. dragacanti,

amili,

amili,ſucci liquiritiæ , ſeminis,citoniorum,ſe.citrullorũ, melonis,cucurbitæ,ſe.maluæ,althex,meliloti.ana.fac tro chiſcos cum mucillagine,ſe.citoniorũ,& da vt ſupra cum aqua hordei vel aliquo ex potibus alijs. Et ex his duobus exẽplis cũ his quæ dicta ſunt patẽt multa ſimplicia valen tia in maturatione. Vnde & plurima cõfici pñr, vt verbi gratia.℞.ficuum,dactylorũ.ana.℥.ij.paſſularũ abſq; arilłis,iiutubarum,liquiritiæ mundatæ,dragacanti,gũmi ara. quatuor ſeminum frigidorũ.ana.℥.iij.capilli vene.recentis.℥.i.mellis & ςucch.ana.lib.ſ. fiat decoctio aut ſyrup.

Ad extra autẽ quẽdam ſunt embrochationes, vt.℞.maluã, altheam,fænugræ.ſemen lini.ſemen citoniorũ,decoquantur in aqua & adminiſtrenẽ cũ ſpongijs, vt ſupra in canone de reſolutione,qñq; addiẽ anethũ,melilotũ,& hmõi: vt materia perit,& dolor. Quædã ſunt linitiones,vt linitio facta ex oleo & cera. aliqñ cum adipe gallinæ. Item cum mucillagine fænugræci.ſemine lini.Item addẽdo ex ſeminibus dictis vt ſunt ſemina maluæ,althex.Item & fortius pinguedo anatis.Item draquilon abſq; gũmis diſſolutum in oleo liliorum alborũ. Item.℞.ex mucillaginibus radicis maluæ,althex , ſauich hordei,fænugræci,ſeminis lini, ſeminis citoniorum,aggrega cũ butyro , & modico mellis,& cum cera,oleo & modico picis,fac cerotũ & eſt for tius dictis. Ex emplaſtris fac ex althæa , mucillaginibus dictis cum farina hordei vel frumenti,adipe gallinæ , vel anatis,butyro dactylis,ficubus,melle & hmõi. Itẽ adeps porci antiqua valet,et fortius erit ſi cum his admiſcebitur galbanum,& tu deſcribe vt opus erit.

Dubellati, vel aldubellati arabibus,eſt extũ ſcilicet apoſtema quod colligit, & facit ſaniem vnde & aliquã quaſi modũ in ſe ſentit loco, pro ſuppuratione ac ſignatur.

IN COMPLENDO Tertium oportet prius cõſiderare ſi iam materia puenit ad dubellati quod cõprehendiẽ ex febris & doloris remiſsione & multiplicatione grauedinis in loco,deinde ſi ſic eſt & nõ aliter aſſumenda ſunt medicamina lenitiua ſimul & operatiua cũ imaginatione & modo operatiõis. verbi gratia. vt eſt ſyru.de hyſſopo,de praſsio,loch Meſ.cuius initiũ,Loch bonũ conferẽs hecticis,& cõſumptis diſtinctiõe. v.antidotarij. vnde require ſupradictorũ deſcriptiones,in quibus ſimplicia tã poſita inuenies,ex quibus varias cõficies deſcriptiones,vt tuæ conuenit operationi. Ingeniatio vero ad apertionẽ apoſtematis ab auctoribus poſitis eſt primo tuſsicula par ua hora,poſt horã. Quidã inducũt vomitũ , ſed eſt fortius & nõ ita placet. dormire ſuper latus ſſirmũ, deinde ſubito, & impetuoſe mouere ſe ſuper ſanũ,& tunc denẽ ſorbitiões ex farina hordei,frumenti,cicerũ rubeorum. Item panis bene fermẽtatus. Item infuſus in aqua mellis aut rob. Itẽ oua ſorbilia. Item lac ſicut mulgeẽ cum pane. caue tñ febrẽ,& indigeſtionẽ vt dictũ eſt. Item paſſulæ & ficus ſiccę cum pane. Item in ſecũda menſa grana pini cũ ficubus ſiccis,& amygdalæ dulces à cortice mũdatæ. Quòd ſi his modis nõ rũpitur apoſtema eſt tunc timẽdum de vita ægrotãtis, quare ꝓcedẽdum eſt cum operatiõe manuali aperiẽdo locum collectionis cum phlebotomo,aut cauterio,& ſanies paulatim euacueẽ ne ex eius ſubita euacuatione , & multa ſequaẽ ſyncopis,aut mors. Tu etiam poſt hæc nota ſi ſanies eſt alba iuncta æqualis,priuata malo odore,ſi feb. diminuiẽ,ſi leuitas,iocunditas,appetitus ad cibum & aliarũ operationum naturalũ & ſpiritualium bonitas ad hãc ſequiẽ operationẽ. Quòd ſi ſic,ſpes habẽda eſt & ſiducia ſup ſanitatẽ,nec timeas febriculã , qm̃ ita paulatim eradicabiẽ vt ſanies euacuabitur. Si vero cõtraria apparuerint ſigna tunc non erit ſpes. Hipp. vero rupturæ huius apoſtematis terminum aſsignauit vt infra in apho. in quibus de hoc aliqñ.20.dierum aliqñ.40.qñq; vero.60. nam ſicut acciden tia ſunt vehementiora aut remiſsiora ita ſtatus eſt ꝓpinquior aut remotior & ita eruptio tardior aut velocior. Vnde ſcito q; remiſsio fe.& ſimiliter doloris alijs partibus tardatis & eorũ accidẽtium tẽſiõe ctiã ſignificat eruptionẽ.

PRO QVARTO Explendo aduertendum primo q; maxime ſollicitus debet eſſe medicus in mundificãdo & abſtergẽdo ſaniem,qm̃ vt Hip. dicit ſi in.40.diebus nõ fuerit mundificatum in phthiſim tranſit. Secundo q; cum frequẽter materia pleuriſis per multas aut varias expellatur vias debet medicus ſtudere in mundificãdo eam ſm declinationem ipſius. iuxta illud. enim xxi. aph. li. ſectionis. Quæ ducere oportet, quo maxime natura vergit per loca conferẽtia eo ducere. Nam aliqñ hæc materia purgatur cum tuſsi per vias pulmonis & hoc cõmuniter. In quibuſdã vero repit in vacuum corporis & ſub intrãs cõcauã venam trãſferẽ ad epar,& ſiquidẽ aut ad partem gibboſam & declinabit ad vias vrinæ aut cõcauam & declinabit ad inteſtina,tanq; ad locum ꝓximiorẽ,qñ q; vero remanẽs etiã in primo loco ſuo facit phthiſim & alios morbos difficiles , qñq; præfocat multitudine ſua. Tertio q; ipſe canon imediate perficiẽ cum ipſis abſtergẽtibus,mundificantibus & lauãtibus,& in genere hoc aqua mellis eſt laudabilior quæ debet fieri cum maiori vel minori commixtione ſm q; maior aut minor requiriẽ abſterſio, mundificatio, &c. habito reſpectu ad ſe. Itẽ ad hoc aq̃ ςucch. iulep,cũ aqua hordei,cum ςucch. aqua cicerum et oxymel cum pauco aceto. Itẽ ex fortibus decoc. hyſſopi cum ςucc. aut ſyrup. eius. Item loch de ſquilla moderatum, vt patet. Plurima huic ꝓpoſito ſcripta ſunt ſupra rubrica de aſthmate, tuſsi &c. & tu ibi. Item ad extra cõſimiliter valent embrochæ,linimenta,cerotaria , emplaſtra & hmõi. Ex embrochis vt aqua decoc. calamẽti,hyſſopi cum ſpõgia.

Ex linimẽtis vt oleum de ſpica,de lilio,camomillinum, anethum,& fortius illud de ireos. Ex emplaſtris vt fcm̃ ex camomilla,meliloto,ſpica,farina , fænugræ. hordei,ſe. lini,maluæ cõgregatæ cum hyſſopo humida, vel aliter vt placebit. Et in ſumma nota tres cõditiones, quas debent habere hmõi medicamina. Prima vt ſint abſterſiua,& mundificatiua. Secunda vt ſint membri per qđ eſt ſaniei trãſitus cõfortatiua. Tertia vt ſint facilitãtia expulſionẽ factam per illud mẽbrum. Exẽplum primi, vt aqua mellis ςucc. Exẽplum ſecundi: vt hyſſopus, calamẽtum in expulſione facta per epar ad vias vrinæ, & trochiſci diaradon, aut maſtix in ea q̃ per epar ad inteſtina. qñ vero fit per pulmonem multa habita ſunt. Exẽplum tertij cum ireos, cartamo qñ ſputo purgaẽ, decoctio fæniculi, apij, cicerum, & ſimilium qñ per vias vrinæ, ſal, baurach, cartamus qñ per inteſtina. Et nota hic q; reperiẽ medicina aggregans in ſe oẽs has tres intẽtiones, vt ius galli antiqui, mel, capilli vene. hyſſopus, caſia, mãna Et in hoc tẽpore cibenẽ cum cibis dictis in canone ꝑcedenti. vltra quos rememoro alios cõueniẽtes, vt ius galli pulli, gallinæ antiquæ , ſorbitiones ex farina fabarum, ius caulium. Itẽ aliqñ ſi res expetit cum iuribus ponaẽ aliquid piperis. adiuuat enim ad mundificãdum, & exiccãdum. Item carnes pullinæ, hædi, & cæteræ temperatæ, de quibus. iij. trac. Ex acruminibus allium, cephe. In ſecunda mẽſa pineæ, amygda. dactyli recentes, poma dulcia: vt ſupra. Sed nota declinationẽ materiæ, quia cum ad inteſtina tendit denẽ cibaria, aut cum eis adminiſtrenẽ quæ ventrem moueãt , & malua, atriplex, blitis. Et cum per vias vrinæ ſicut ſparagi, baucia & ſimilia. Potus ſit vinum album dulce , & vinum paſſularum, aqua ςucchari. Et pro his, & dictis nota q; ſi ſanies non poſſet his modis mundificari, quia nec egredi, oportet trãſire ad operationem manualem aperiendo locum cum cauterio aut lanceta. conſidera.

IN COMPLENDO Quintum ſcito q; prius debemus adminiſtrare mundificãtia & abſtergẽtia. deinde poſt incarnationẽ, & conſolidãtia. q̃ autem ſint iſta apparet ex dictis hic & ſupra de ſputo ſanguinis, & infra apparebit de phthiſi. Reperiunẽ tñ aliqñ in vno eodem ſimplici virtutes oẽs ſimul vt in lacte : vt abſterſio ex parte aqueitatis cõſolidatio ex parte caſeitatis, ſed debet lac eſſe recenter mulſum ex aĩali paſto ex nutrimento exiccatiuo, vt eſt furfure, melica faba ſpẽliter, & lac aſininum eſt ſub-

tilius

tilius caprino, et caprinum ſępeᷓtius. de his autem magis in rubrica de phthiſi. Similiter aqua hordei decoctionis cancrorũ fluuialiũ eſt cõprehendẽs has intentiones. Cibi vero cõſimiliter debẽt eſſe incarnatiui cõſolidatiui. Vnde laudanť carnes paruarũ auium, extremitates porcorum,& arietũ, caſtratorum, riçum cum gallinis tri. ſorbitiones ex frumẽto, ſorbitio ex farina riçi cum lacte,& ſit lac coctũ cũ lapidibus, vt ſupra. & eſt cibus delicatus. Item ſorbitiones ex farina fabarum cum lacte vel farina cicerum vel cũ amilo. Item caſeus recens. Potus ſit vinum albũ antiquum vel mediocriter ſtypticum, et dulce eſt bonum eis. Item aqua extinctionis ferri, & aqua mineralis ferri. Item aqua pluuialis. Item laudanť rob myrti, aut ſyrupus eius, & miua citoniorum cũ aqua maſticis, & hic non negligãtur excellẽtiæ çucchari ro. & adminiſtrationes eius omni hora, fortaſſe enim eſt ipſum ſolũ medicina curans eos, & de hoc infra de phthiſi. De medicinis cõſolidantibus ab extra applicãdis dictum eſt ſufficiẽter de ſputo ſanguinis.

ACCIDENTIA Vero corriganť iuxta ea quę dicta ſunt. Quòd ſi nõ remittunť ſed augmẽtanť & videať virus egredi tunc peſsimũ eſt, & mortale. Trochiſci conſolidãtes, & mũdificãtes vlcus. ℞. ſeminum papa. albi, ſeminis cucurbitæ, et citrullorum excorticatorum. ana. ʒ. x. amili, dragacanti, gũmi ara. ſucci liquiritię. ana. ʒ. v. thuris maſculi, ſeminis canabis loti, boli ar. ſan. dra. carabę. ana. ʒ. ij. myrrhæ, cinnamomi opt. ana. ʒ. i. fiant trochiſci, denť cum aqua hordei decoctionis cancrorũ: vt ſupra. Loch abſtergẽs & mundificans ſaniem à pectore et pulmone. ℞. amygdalarum dul. & amararum, granorum pini, ſeminũ vrticæ, farinæ lupinorũ. ana. par. æquales, cõfice cũ melle. Plures tales medicinæ mũdificantes ſaniem à pectore, & pulmone dictæ ſunt in rubricis de aſthmate, & tuſsi. quæ requirantur ibi: & de eis infra de phthiſi.

RESTAT Dicere de permutatione pleuriſis. q̃ in multas ægritudines alias cõſueuit permutari vt qñq; permutať in peripneumoniã. qñq; in phthiſim & ſic in malũ. Et permutatio in peripneumoniã eſt ſm alterũ duorum modorũ, qm̃ aut materia conuertiť ad pulmonẽ, aut virus eius ad ipſum cũ non mundificať vſq; ad. 40. dies. Similiter permutatio eius ad phthiſim eſt ſm duos modos, aut mediante peripneumonia aut ſine eius mediatione & proprie cũ ſanies acuta aut mordicatiua reſoluta ab eruptione apoſtematis eſt tranſiens per pulmonem vlcerãs ſubſtantiam eius. Vnde qñ pleuriſis nõ reſoluiť aut mundificatur in. 14. diebus trãſit in empyema. Qñ vero nõ mũdificatur in. 40. diebus à die rupturę tranſit in phthiſim: & de his apho. poſt. Poſtremo ſciẽdum q̃ materia pleuriſis qñq; capitur ſiue rapiť ſurſum, & qñ natura vincit facit criſim collectionẽ. ſ. poſt aures & eſt ſignum incolumitatis. q̃ ſi natura non vincit ſed morbus, tunc ſequitur alienatio vigiliæ, phreneſis, & ſunt ſigna mala & quandoq; mortalia. Conſimiliter aliquãdo ad inferiora natura ipſa materiam ꝓpellit & facit apoſtema in inguine vel ſub aſcellis ad crura pedes & huiuſmodi & ſunt ſigna incolumitatis.

De peripneumonia. Rubrica. XIIII.

QVoniam pleuriſis vt dictum eſt qñq; terminatur in peripneumoniam, qñq; empyema, quãdoq; in phthiſim, hic cõſequenter agẽdum eſt de cura harum diſpoſitionũ & initium faciã à peripneumonia. Peripneumonia itaq; eſt apoſtema calidum in pulmonem in principio, nõ ſanioſum. Cuius cauſa ſm plurimũ eſt materia phlegmatica. Et diciť nõ ſanioſum ad differẽtiã empyematis quod eſt apoſtema in principio ſanioſum. Et diciť ſm plurimũ, qm̃ à ſanguine & cholera cauſari poteſt vt infra in dubijs. Rariſsime autẽ fit à melancholia. nam pulmo eſt mẽbrum rarũ, & ideo cholera nõ poteſt durare ibi, qa eſt humor calidus acutus ſubtil᷑. ideoq; nõ poſſunt diu ibi teneri, ſed humor aquoſus, phlegmaticus, viſcoſus, & huiuſmodi bene. melancholia nãq; ꝓpter ſui groſsitiem non penetrat. Et Gordonius. Sicut pleuriſis frequentius ex cholera cauſať ita, & peripneumonia ex phlegmate. Vñ Auic. decima tertij. de peripneumonia. Et peripneumonia quidẽ fit ab oĩ humore verũ plurimũ eius fit à phlegmate, & cauſari poteſt ex oĩ re ex qua cauſať pleuriſis phlegmatica, de quibus cauſis in præcedẽti rubrica. Quòd ſi dicatur materia phlegmatica eſt frigida quõ morbũ aut apoſtema cauſabit calidum. Patet ſolutio per ea q̃ dicta ſunt in rubrica ꝑcedenti in principio de pleuriſi vera. Diciturq; peripneumonia à pneumone qđ eſt pulmo, eo q̃ pulmonis ſit paſſio. Vnde q̃dam, vt Cõciliator differẽtia. 1 . . . eã pulmonariam vocat, & nõnulli phlegmon pulmonis ipſam appellarunt. Et ex ea q̃dam fit per viã cõgeſtionis, qa paulatine aggregationis materię nutrimẽtalis in pulmone, queadmodũ & alia apoſtemata. Qñq; per viã reumatis materia ſcilicet à capite deſcẽdẽte ad pulmonẽ. Fit etiã ſucceſsione ſquinãtię, vel ſynãtiæ. v. apho. vt infra ſucceſsione pleuriſis vt dictũ eſt in ꝑcedenti rubrica in fine et vt plurimum et hæc interficit in. 12. die. nã ſuccedẽs alijs ægritudinibus inuenit virtutẽ debilẽ, & ideo interimit. q̃ ſi autem natura cõfortatur facit cadere in phthiſim. Et hoc voluit Hip. x. aph. v. ſectionis quicũq; ab angina liberanť. de quo infra.

Item peripneumonia diuidiť in verã & nõ veram. Vera vt inquit Gal. eſt q̃ eſt ex phlegmate. Non vera eſt q̃ eſt ex cholera, ſed hęc in dubijs. Itẽ q̃ ex eis deterior eſt in dubijs diceť, & q̃ deterior eſt ſeuiora facit accidẽtia. Vnde quę ex phlegmate exiſtit facit pulſum ſatis fortẽ ꝓpter ꝓpinquitatem materię ad difficultatẽ anhelitus, ſuffocationẽ, rubedinem maxillarum, inflationẽ oculorum, dolorẽ inter ſpatulas, & dolorẽ aggregatiuũ, & nõ acutum in parte anteriori pectoris, cum tuſsi, & excreatione ſputi ſpumoſi. Quę vero ex cholera facit fe. fortiorẽ, & grauitas minor ſentiť, & ſimiliter cõſtrictio anhelitus minor, rubedo maxillarum eſt intẽſior, & ſimiliter oculorum inflatio &c. quæ ex cholera, & vrina tincta, egeſtione, & pulſus durus &c. & cum mundificať in. xl. diebus eſt bonum, & qñ prolongať tempus facit incurrere ægrum inflationẽ pedũ ꝓpter debilitatem nutritiuę, & ꝓprie in extremitatibus. & cum declinat materia ad veſicam facit ſanitatem neceſſario.

SIGNA Demonſtratiua ſm ordinem. dolor in pectore grauatiuus & nõ acutus, vt in pleuriſi. Pulſus vndoſus, velox, cum mollitie, et nõ ſerrinus. Strictura anhelitus maior q̃ in pleuriſi. Febris acuta ſatis ꝓpter ꝓpinquitatẽ materiæ ad cor. Pulſatio & dolor ſub ſpatula, et furcula ꝓpter cõmunitatem, & ſic etiã ſentitur grauedo in extremitate cãnæ, & nocumentũ in meri. Et dolor continuus aut ſaltem apud tuſsim. Non poſſe dormire niſi reſupine. & ſi dormit ſuper latus videtur q̃ ſuffocetur. Rubedo magis in maxillis ex vaporibus eleuatis. Inflatio oculorũ, & grauitas eorum, & palpebrarum. Et qñq; cadunt in ſubeth. Sputum ſpumoſum. Vrina ſpiſſa, aliqñ rubea, aliqñ clara.

Quòd ſi fuerit ex ſanguine erit illic fe. fortis, & rubedo maxillarum notabilis, vrina rubea, & reliqua apparebunt ſigna ſanguinis, de quibus ſæpe. Q. ſi ex materia frigida à qua eſt ſm plurimũ erit cũ oregmone, & ſonitu in pectore. Et viſcoſitas ſputi. Febris lenta. Et vrina citrina ſpiſſa. Pulſus ſm plurimum magnus ſi eſt cum fortitudine virtutis, & eſt aliquãdo cadens in medio grauitas in pectore abſq; aliquo ſenſibili dolore. Et linguę erit mollis aſperitate carens & magnitudine ſaltem in principio.

PROGNOSTICA Quando peripneumonia fit ex pleuriſi, aut interficit in. 7. aut tranſit in phthiſim. ſi materia eius ad vias terminatur vrinæ ſanitatem portendit. Fluxus ſanguinis narium non confert in peripneumonia ſicut in pleuriſi propter diuerſitatem materierũ, & qm̃ attractio longinquior eſt peripneumonia, vt dictũ eſt cũ perſeuerat inflationem pedum inducit. Et qñ accidunt exituræ apud mamillas, vel circa illa loca, & aperiuntur,

euadunt.

euadunt. De prognoſticis lege apho. in fine.

CVRA. Et anteq̃ procedaſ ad curam eius ſcito primo q̃ peripneumonia terminaſ vt pleuriſis, q̃a aut reſoluitur, aut ſupputatur, aut induraſ, vt ſupra de pleuriſi p̃ applicationẽ medicaminũ nimium calidiorũ, aut permutaſ. Secũdo q̃ cura eius eſt ſimilis curę pleuriſis. Vnde Aui. decima tertij. de cura eius. In cura peripneumoniæ curriſ curſu pleuriſis. Tertio q̃ ea quæ adminiſtrantur in cura eius debent eſſe fortiora, & magis profundantia hiſ q̃ adminiſtranſ in cura eius pleuriſis, ꝓpter quod acetoſa in ea ſunt minus ſuſpecta & magis neceſſaria. Quarto q̃ in ſtudio, vt ſupra de pleuriti debemus ſtudere quãtũ poſſumus vt materia reſoluatur, & tuſsi educatur, & q̃ ad ſaniem nõ deueniat, q̃a ſanies vt ſupra de pleuriſi eſt nimiũ ſuſpecta, immo rupto tali apoſtemate iam ſaniato efficiuntur phthiſici neceſſario. canones ita ſeruentur.

Ordinatio diætæ vt materia expetit cholerica ſcilicet, aut phlegmatica vt in de pleuriſi. Diuerſio cũ phlebotomia ſaltem in principio materia exiſtente in fluxu, & baſilica partis contrariæ quæcũq; materia fuerit vel ventoſis naticis, & alibi vt videbitur cũ ſcarificatione, & hæc oĩa iuxta virtutis tenorem vt ſupra.

Digeſtio fiat cũ æquantibus materiã iuuãtibus ad eductionẽ eius per ſputum. de q̃bus ad plenum in de pleuriſi, & tu ibi elige vt materia expetit. nam ſummo ſtudio ſtude ad eius eductionem ſubitam & reſolutionem.

Euacuatio ſi fuerit ſanguinea in principio à parte cõtraria, deinde ſi virtus tolerat vſq; ad quatuor dies vel circa ex eodẽ. Q. ſi videris nõ poſſe facere ſecundationẽ propter debilitatẽ ægri, & cõpræhẽderis cũ ad ęgrũ vocatus eris ſi potes fac in principio cum diuerſione maiorem euacuationẽ q̃ feciſſes ſi potuiſſes ſecundare phlebotomiam. Q. ſi fuerit ex alio humore euacua, vt ſupra. de pleuriſi. Et nota q̃ venter talium ſemper debet eſſe largus, ideoq; ſtudeas in enematibus, ſuppoſitorijs, & huiuſmodi. Laudãtur in phlegmatica cochiæ cum agarico. Item turbith præparatum cum ſyrupo viol. aqua mellis vel decoctionis liq̃ritiæ & huiuſmodi. In cholerica vero caſia cũ thamarindis, aut mãna cum reubarbaro cum his ſyrupis vel decoctionibus applicanda exterius, eligantur ex dictis de pleuriſi, & de aſthmate. Similiter accidentia corrigantur ſi quæ venient vt de pleuriſi dictum eſt.

## De empyemate. Rubrica. XV.

ἐμπύημα græcè latinis purulenta excreatio, ac ſuppuratio vocitatur.

EMpyema eſt collectio saniei in cõcauitate pectoris ſm plurimũ contingens. Cognoſcitur autẽ per ſputum ſanioſum vt dicet. ꝓpter quod quidã dixerunt q̃ empyema eſt paſsio in qua ſanies excreaſ. Et dicit empyema græcę, latinę collectio in pectore. Simon Ianuenſis, & dic ẽ ſm plurimum qm̃ aliq̃n accidit aggregatio ſaniei aut effuſa ad ipſum pulmonẽ, aut ad pãniculos pectoris. Vnde aliq̃n reperiſ materia talis in altero laterũ tm̃, aliquando in vtroq;. Et hic nota ne decipiaris, qm̃ aliquando phlegma ipſum ſaniei aſsimulatur, & ex hoc multi iudicant, & male empyicũ eſſe qui nõ eſt. Tres adinuicẽ differentias habent. nam ſanies ſuper carbones proiecta fœtet, phlegma nõ. Secunda q̃ ſi ſputaſ in aqua phlegma ſupernatat leuitate aeris & ſanies grauificata deſcẽdit. Et hic ſis ſollicitus q̃ cũ hoc cõprehendere volueris facias ſputum cũ virgula diuidi ne ſanies impediatur à deſcẽſu ꝓpter viſcoſitatem phlegmatis. Tertia q̃ cũ sanie eſt macies corporis, cum phlegmate vero ſtat craſsities. Item nota q̃ ſemp ſanies apparens in fundo nõ ſignificat ſemp empyema, & ſimiliter etiã neq; eſt ſufficiens ſignũ ſignificãs ſup phthiſim vt in ſequenti rubrica. Vnde ex hoc deluduntur q̃nq; medici indicãtes empiycũ eſſe phthiſicum. vnde indicant ægritudinẽ incurabilẽ, & mundificata ſanie curantur quidem, poſtea eſt eis ignominioſum, & ideo conſiderent ſigna phthiſis & empyematis diligenter. nam ſi pulſus eſt ordinatus, & tardus non eſt ibi phthiſis vt puto. Scito tamen q̃ ſi non mundificatur ſanies eius mora corrodendo pulmonem erit cauſa phthiſis.

CAVSÆ Fit empyema aliq̃n ſucceſsione pleuriſis aut peripneumoniæ aut ſquinantiæ materia eorũ ad cõcauitatem pectoris aut in ſubſtantiam pulmonis aut velaminum ꝓpulſa. Fit & q̃nq; per viã defluxus catarrhi ad ea loca in q̃bus materia remanens diu nõ potens per ſcreatum ſuã viſcoſitate aut quantitate aut virtute debilitata aut aliter educi vel q̃olibet reſolui ſupercaleſit præternaturaliter, & tandẽ in ſaniem cõuertitur. Q̃nq; fit à cauſa extrinſeca vt vulnere facto in pectore, & ſanguine deſcendente in loca dicta, & putrefacto ipſo. Scias q̃ deterior eſt quæ ex vulnere pulmonis ꝓpter cauſas aſsignatas in dubijs infra, & ſupra de ſputo ſanguinis & infra de phthiſi. Agnoſce ſecundo q̃ empyema aliquãdo terminatur, vt peripneumonia per vias vrinæ, aut ſeceſſum & ambæ iſtæ terminationes ſunt laudabiles. Auic. Et in iuuenibus dolor eſt periculoſior q̃ in decrepitis ꝓpter vehemẽtiam ſenſuum, quoniã vehementius à dolore patiũtur. In decrepitis vero empyema periculoſior eſt q̃ in iuuenibus ꝓpter debilitatem cordium, & vbi eſt collectio ſentitur pondus & grauitas. Quòd ſi fuerit in vno latere tantũ, & æger ſe ponat ſuper aliud ſentit pondus cum ſuſpenſione, & quando ſuper ipſum iacet ſentit ſe manifeſte ſupcalefieri. Et ſi collectio fuerit extra pulmonem & velamina nõ neceſſario ſequetur feb. immo vt plurimum eſt ſine feb. & eſt maior de nocte q̃ de die & habet maxillarum rubedinem cũ calefactione manuum, & pedum, tuſsim cum falſa quiete, & aggrauatione poſt cibum. Sis namq; in his ex Auic. & alijs magis ſollicitus ſtudere, & ſi ex modo decubitus cõpræhendatur locus ſaniei, tamen ponitur alius modus qui ponitur ꝓpter illos qui volunt procedere ad inciſionem, & [illegible] intingatur filum cum bolo & ligetur pectori, & vbi citius deſiccabitur erit minera ſaniei.

SIGNA Demonſtratiua, ſputum ſanioſum, febris lenta maior de die q̃ de nocte, rubedo maxillarum, calefactio manuum, & pedum, tuſsis cum falſa quiete, aggrauatio poſt cibum, pondus & grauitas in altero laterum & in vtroq; ſi in ambobus collecta fuerit ſanies.

PROGNOSTICA Nõ aliter q̃ in apho. Et ſit tibi mẽti q̃ nõ omne ſputũ ſanioſum eſt ſignum phthiſis.

CVRA. Pro cura eius ſciẽdum in generali q̃ materia ſanioſa aut eſt multa, aut eſt pauca. ſi multa & virtus eſt fortis tunc curabitur per ſcreatum. vias vrinæ, ſeceſſum, & huiuſmodi. ſed debilis interficiet ſuffocando cor, aut tranſeundo ad vias anhelitus. Si vero fuerit pauca cũ virtute forti cito ex ſcreatu curabitur. Si cum debili poterit mundificari in. xl. diebus, quos ſi pertranſibit in phthiſim conuertetur. Et hic ſis cautus, qm̃ cõmuniter veniũt infirmi qui paſsi ſunt. xl. diebus & vltra tuſsim cum ſputo ſanioſo non cognoſcentes ſe fuiſſe empiycos, ſed frigiditati aeris conſcribentes dicentes ſe velle curari ab hac tuſsi, qui vere facti ſunt phthiſici ob negligentiam, & ignorantiam, in quæ duo non raro cadunt medici aliqui, & ego vidi plures. Sis itaq; ſtudioſus in compræhendendo principium eius, vt interrogando quando primo ſentit dolorem, ſi rigorem, ſi punctionem, ſi calorem ſentit tempore primi doloris. conſidera. Canones. ordinatio diætæ. Secundus. diuerſio. Tertius. digeſtio materiæ antecedentis. Quartus. euacuatio eiuſdem. Quintus eſt maturatio ſi materia non eſt complete matura. Sextus. eruptio apoſtematis. Septimus. abſterſio. Octauus. conſolidatio. Nonus. perforatio vel cauterizatio, quæ aliquando eſt neceſſaria præcipue cum ad alios curæ non eſt ſpes.

Diæta ordinetur vt materia expetit, & iam multa ſunt in præcedentibus rubricis de peripneumonia, pleuriſi, aſthmate, tuſsi, & huiuſmodi ad quos recurras.

Diuerſio fiat maxime in principio ad prohibendũ magnitudinem

gnitudinē apoſtematis cum phlebotomia. Quòd ſi fuerit ex ſanguine uel mixta ſanguini fiat maior quàm ſi fuerit ex phlegmate tm̄. ꝙ ſi trāſiuerit principium & iā materia collecta fuerit, aut ſucceſsione pleuriſis, vel ſquinātię ſucceſſerit, tunc intende digeſtioni materiæ antecedentis curationiq; eius. deinde ad maturationē apoſtematis, et eruptioni eius. Quòd ſi fuerit ruptū intende mundificationi, & abſterſioni. deinde cōſolidationi vlceris. Quòd ſi hac via cura videbitur poſsibilis. trāſeas tunc ad nonum & perfora vel cauteriza. vt dicetur. hic viſus eſt ꝓceſſus rationalis. inquit Gal. ſe in ſomnis vidiſſe ꝙ phlebotomia inter indicē & pollicē multum prodeſt peripneumonicis. ſimiliter de ſaphena. Et aliqua pro cōplendo has intētiones & breuis ſubſcribā. De diuerſione. digeſtione. euacuatione. iam ex dictis patet quid agendum. de maturatione apoſtematis iam tandem dictum eſt in de pleuriſi. Sed tamē nota emplaſtrum maturatiuū cum alio regimine. ℞. maluauiſcum, ficus ſiccas, farinā hordei cum pinguedine gallinæ, uel anatis & fac emplaſtrum. Quod ſi fortius uolueris adde ſtercus columbinum, maxime cum es apud eruptionē. Item fac ipſum dormire ſuper latus infirmum vt ſupra & tu multa talia habuiſti de pleuriſi. peripneumonia, tuſsi, & aſthmate. Et cognoſces qn̄ maturatio eſt neceſſaria qn̄ ſimul cū materia ſaniosa educetur aliquid ſanguinis aut alterius humoris nondum digeſti. Et eo tp̄e vtere cibis ad hoc vt pane infuſo in aqua ouis ſorbilibus. ſorbitionibus farinæ hordei. ciceris. fabarum cum melle & zucchar. oleo amygdalarum & huiuſmodi. vt dictum eſt de pleuriſi. ſed ſemper conſidera calorē pręternaturam, quoniam ſecundum intēſionem & remiſsionem eius oportet & alia quæ adminiſtrantur moderari.



Cum ergo peruenit tp̄s eruptionis oportet nō tardare, qm̄ dimiſsio ipſius efficit ęgrū prauū & male ꝓportionatum. Auic. & tūc deť ſyru. de hyſſopo & applicenť medicamina fortia. tuſsiat vt ſupra de pleuriſi dictum eſt. & tu ibi. Cōfert & iacere ſup latus infirmū. & vomitus laudať. ſed in hoc caſu tp̄m timeo ne in ſuffocationē termineť. Itē laudatur theriaca, metridanū maxime qn̄ nō adeſt feb. ſed hæc non poſſunt ſic niſi à perito medico exhiberi.

Abſterſio fiat cum eis quæ dicta ſunt de peripneumonia, & pleuriſi. Sed hic laudať aqua mellis. decoc. hyſſopi aut radicis ireos & ſcordeon, ideſt allium ſylueſtre eſt vehementis iuuamēti. Auic. Itē laudatur loch de ſquilla, oxymel ſquilliticum, ſed tua intereſt moderari propter acetū addendo in melle & diminuendo in aceto.

De cōſolidatione nil aliud q̄ quod de pleuriſi dictum eſt vbi de conſolidatione. tu ibi.

De perforatione ſiue cauterizatione ſcito ꝙ multi cōueniunt in hanc ſniam ꝙ fieri nō debet perforatio niſi qn̄ caſus ex alijs eſt oīno deſperatus, & tunc fit inciſio ſm̄ inceſſum coſtarū, & exinde egrediť ſanies & trahiť ad extra cū inſtrumēto exiccante, ꝙ in vulgari noſtro uocať ſchizarolo. eſt enim inſtrumentū quo domini chyrurgici impellūt liquorē in vulnera fiſtuloſa. deinde vtimur mūdificatiuis cōſolidatiuis quę relinquo deinde operatoribus. Vidi meo tp̄e expertiſsimum phiſicum ſimul & chirurgicū aggredi hūc modū curæ: & in iuuene bene forti & nō ſucceſsit, imo moriebatur iuuenis. Locus autē vbi debet fieri inciſio per ſigna de filo māifeſtatus eſt. & fiat extractio ſaniei paulatim & nō multa ſubito. Quidam præſumunt magis ſuper cauterio timentes ne ex inciſione incidatur vena aliqua, ſed hoc eſt quid uoluntarium. conſidera.

CVRA. Si fuerit empyema ex catarrho oportet attēdere ei & diuertere ipſum & ſiſtere ne fluat ad pectus. cū quibus hæc fiant iam habitum eſt de catarrho.

CVRA. Si cauſa extrinſeca & ſanguis aliquis emanauerit adhuc ex vulnere fiat phlebotomia ex eadem parte ægro exiſtēte forti ex nigra, uel ventoſatio in naticis & ꝓcedunt. vt dictum eſt. Sed ſi dubitať ex vulnere facto in pectore ne quis trāſeat ad empyema, tunc fiat phlebotomia vt dictū eſt in principio ex latere diuerſo. deinde apponātur repercuſsiua, & ꝓhibitiua generationis ſaniei vt inungatur pectus ex oleo ro. cum puluere ſandalorum, myrti, cāphorę, & hmōi. & gargarizet ſyru. roſ. cum camphora, ſandalis, myrto, & hmōi. cum brodio aut abſq; ſm̄ virtutis conſtantiā, & tua intereſt diſcernere. Sumat trochiſcos de carabe. trochiſcos ſtellę. Item bibat vinum nigrum in quo ſit aliquid ſtypticitatis cū duplo aquę, & ſic de alijs. Si ſucceſsione aliarū ægritudinum fiat vt dictum eſt. Poſtremo ſcire velis ꝙ ſuper omnia debes conſiderare principium talis ſuæ ægritudinis, quoniam videre debes ſi fuerunt pleuritici prius. ſi peripneumonici & huiuſmodi: quia pleuritici non curati per ſputum vel alio modo ſenſibiliter in. xiiij. diebus. maxime de materia cholerica cuius terminus eſt. xiiij. terminantur in empyema. vt quinta aphor. aphor. x. Item ſi quis fuerit pleuriticus & non curatus & conuerſus ſit apoſtema ad empyema, & poſt. xl. dies fractum ſit apoſtema ꝙ cōpræhenditur ex rigore ſuperueniente, dolore magis aggrauante, & à die rupturę ſteterit per alios. xl. dies in quibus nō fuerit curatus in phthiſim tranſiuit in quinto aphor. aphor. xvij. qui tunc erit curandus cura phthiſis.

## De phthiſi. Rubrica. XVI.

PHthiſis eſt cōſumptio corporis ſiue humiditatū naturaliū eius ab vlcere pulmonis cum hectica caliditatis cauſata, Vbi notādum ꝙ hic deſcribiť phthiſis ꝓprijſsime dicta. nā cōiter accepta & eſt acceptio vulgarium. phthiſis eſt idem quod corporis cōſumptio quomodocūq; fuerit illa aut à quacunq; cauſa vt. iij. apho. cōmento. x. & ſic omnis hecticus eſt phthiſicus & ecōuerſo.



Aliquādo capitur pro conſumptione corporis vt ſupra ab ulcere cauſata ſiue abſq; feb. ſiue cum feb. ſiue ab vlcere pulmonis ſiue ab ulcere pectoris aut velaminū. Tertio capitur phthiſis pro macie quadam cōſequente tuſsim quandam catarrhalem ſiccam à catarrho ſubtili ad quam cōſequiť anhelitus difficultas. quare pulmo non dilatatur vnde cor nō euētať & ſupercalefactū amplius debito cōſumit humiditates. & hæc aſsimilať aſthmati & cura eſt vena. & de hac Auic. decima tertij. de vlceribus pectoris & pulmonis in fine. Quarto ſumiť pro quadā macie ſiue extenuatione corporis naturali inclinata ad veriſsimam phthiſim vt differētia. cxciij. In quā inclinati ſunt cerebrū habētes debile. collū longum, & gracile. epiglotum foris, eminētes humeros ad alarum ſimilitudinē eleuatos, quos Auic. alatos vocat. pectus ſtrictum, & à carne nudū, pulmonem ventoſitatibus plenum, crura tortuoſa, quos frequenter & fere gratis tuſsicula inuadit cum punctura ſpatularum & mamillarum, & maxime ſi fuerint cholerici, & facile iraſcētes. Et rediens ad deſcriptionem poſitam aſſero eam ſic acceptam intelligere Meſue. dum inquit. Phthiſis eſt detrimētum cadens in corpus deſiccatum & conſumptum ex calore febriū adurentium minutatum cū vlceratione pulmonis. Propter quæ ſciendū ꝙ cum pulmo eſt vlceratus nō potens debite cor euentare etiā à caliditate quæ ad ipſum mittitur cū fumis ſaniei ſuper calefit ipſum cor pręter naturā, quare deinde ſanguinem arterialem, & ſpiritus ꝑternaturaliter ſupercalefactos ſupra membra mittit, quorum humiditates naturales à tali caliditate non naturali conſumuntur, & in eis caliditas ipſa habituať per continuum inceſſum eius in eo, & ſic capitur conſumptio, & hectica ꝓpter vlcus ipſum. Sed hic nota ꝙ non oē vlcus tale pulmonis eſt ſufficiens cauſa ad hos effectus complendos ſpecialiter ad inducendum feb. quoniam ad hoc ꝙ ſit tale requiritur ꝙ ſit magnū cum ſanie multa, & in ſubſtātia pulmonis, qm̄ pulmo eſt ipſius ſubiectū quēadmodū cor fe. & ſi in peripneumonia rumpiť apā, & ibi ſit ſanies, non tm̄ cauſatur phthiſis neceſſario, qm̄ apā illud

ruptum eſt in velamine magis q̃ in ſubſtantia. Item talis ſanies quæ eſt ex ulcere pulmonis nō habet exitum niſi cū tuſsi. vnde etiā accidit aliqñ ꝙ ulcus eſt paruū cum pauca ſanie, & ſic nō facit &c. Aliqñ eſt magnum cum pauca ſanie & ſine cruſta mala, & ſic nō facit feb. verbi gratia. qñ per ingroſſationē humiditatum reſudantium à labijs vulneris ꝓhibet̄ ulceratio ulterior & fluxus ſanguinis, & ſpecialiter pro certo tp̄e vt pro vno anno vel circa, & tunc cauſatur cruſta quæ nō eſt mala, & talis cadit infra ſpatiū anni vel circa, & de nouo poſtea egredit̄ aliqd ſanguinis. deinde cauſatur cruſta quæ durat, vt ſupra & cadit, vt dictum eſt, & ſic procedit per multos annos. vnde ſic cōtingit quoſdā phthiſicos, qui tñ non ſunt ueri phthiſici pluribus annis viuere. & de horum numero fuit mulier de qua Aui. xiij. alleg. cap. dixit ipſam ſic phthiſicam. xxiij. annis ſuperuixiſſe. Et Gentilis recitat ſe vidiſſe mulierem phthiſicam. xij. ſuperuiuere. cui omni anno reuertebatur ſputū ſanguinis. Aliqñ vero vlcus eſt magnum cum cruſta maligna ꝓpter humorē continue corrodentē, quia aduſtū uel per aduſtionē genitum, vel quia eſt humor alius cui humiditas acuta aſſociat̄, vt in phlegmate ſalſo, & tūc in his cōtinue ꝓcedit corroſio, & generatio ſaniei, & ſic ſequit̄ feb. hectico, vt dictum eſt. Hic etiā ſcito ꝙ cum phthiſis accidit cholerico, aut melancholico cito interficit, & citius in cholerico. In phlegmatico uero & ſanguineo tardius & diutius viuunt, qñq; tñ protenditur à iuuentute ad ſenectutem. Auic. Ex quibus infertur ꝙ aliqua eſt phthiſis propriiſsime accepta de qua poſita eſt deſcriptio. Alia vero improprie dicta de qua poſita eſt aliqualis notificatio, & hæc phthiſis cōſueuit accidere quaſi ſemper à. xxviij. vſq; ad. xxxv. annum vt Hipp. apho. v. Apho. xj. qm̄ tūc calor eſt potentior & pulmo mollis aptus faciliter corrodi. de hoc in dubijs. Et dictum eſt cōſueuit qm̄ raro accidit pueris & ſenibus & ſi cadant interdum ſenes in illā occultari poteſt in eis & diu viuere cum illa. Viris autē & mulieribus freq̄nter accidit & proprie paratis cadere in ipſam & raro occultatur eis. vnde mulieribus occultatur interdū, licet parum, quia ad hoc iuuat earum humiditas quæ alijs partibus nō eſt ſic acuta ut in uiris. Item ocium ſiue quies. Item qñq; occultatur in pinguibus, & carnoſis. Nota tñ ꝙ phthiſis in pueris uſq; ad. xiiij. annos & ultra vſque ad iuuentutē facilius curatur qm̄ in eis virtutes naturales ſunt fortiores, quarum operatio eſt reſtauratio, & cōſolidatio. ſcd'o eorum membra ſunt molliora, & magis cōſolidabiliora. tertio quia reſolutio eſt conformior, quia ſunt euaporabiliores, & ſic reſtauratio poſsibilior, & facilior. In ſenibus autē ſi accidat non uidet̄ poſſe ſanari propter cauſas oppoſitas. Accidit autē magis in tp̄e autumni. vnde. iij. aphor. Autumnus tabidis malus, & in eo tempore vt plurimum moriuntur, & præcipue circa finem eius. Accidit & maxime in conſtitutione boreali frigida & ſicca. Differt phthiſicus ab empyimo quia in phthiſico pulſus eſt inordinatus & frequens propter inæqualem effumationē, & continuam. Item differt in aliquo, quoniam phthiſici anhelitus eſt fœtidus, non ſic empyici.

Vlcera pulmonis non ita faciliter curantur quēadmodum illa pectoris ꝓpter ſex cauſas. Prima qm̄ venæ pectoris ſunt minores, & ideo minus vulnus quod alijs partibus citius curatur, Secunda. quia partes pectoris ſunt duriores. et ideo difficilius ꝓcedit in eis ulcus. Tertia. q̄a virus in eis nō remanet ſed ad fundum cadit. Quarta. nō mouent̄ quēadmodū partes pulmonis & motus īpedit cōſolidationē. Quinta. q̄a partes pectoris ſunt magis carnoſæ. ideo citioris curæ ſuſceptibiliores. Sexta. qm̄ pulmo pluribus repletur humiditatibus. Vnde virtus exiccatiua minuit̄ & ex cōſequēti cōſolidatio. Ex quo patet ꝙ difficilioris curæ eſt phthiſis ex vlcere pulmonis q̃ ipſa ex vlcere pectoris. Sed hic nota ꝙ oportet hoc correlariū modificare. nā vlcerū pulmonis q̄dā fiunt in ſubſtātia ipſius pulmonis. quędā in canna eiuſdē. vnde tenēdū ꝙ abſolute alijs partibus quæ fiunt in ſubſtātia pulmonis ſunt difficilioris curę, ſed q̄ fiunt in cāna ſunt lōgę citius curabiliores his q̄ fiunt in ſubſtātia eius. Sed de his quæ fiunt in canna quędā fiunt in parte carnea. quædā inter anulū & anulum cānę. q̄dā in parte cartilaginoſa. Quæ uero in parte carnea facilī curant̄. & de his locutus eſt Aui. decima tertij allegato cap. cū inquit. Et hęc quidē infirmitas recipit oēm curā cū eſt in princ. cū vero eſt in parte anulari ſiue cartilaginoſa non recipit curā. Vnde Aui. allegato loco. In cartilaginibus ipſis non recipit ſupple curā. Vnde in ulceribus cannæ remedia melius applicant̄, & canna non habet motum vt pulmo aut pectus. ideo conſidera. Et cōſimilr̄ q̄ fiunt in parte carnea pāniculi cōſolidant̄ & præcipue in principio. ſed cum antiquant̄, & penetrāt nō ſanant̄. Si vero vlcera fiant in parte neruea non recipiunt curam. Ex quibus compræhende ꝙ multi medicorum decipiuntur aſſerentes ſcire ſe phthiſicos curare cum quatuor vel quinq; curauerint non percipientes membra ſiue loca vlcerata quorū alterum curam. alterum vero non recipit. ideoque ex his omnibus bene conſidera.

CAVSÆ ex cauſis veriſsimæ phthiſis. quædā ſunt ab alio vel alijs membris pulmoni cōicatæ. quędā ſunt in ſubſtātia ipſius pulmonis ortę. Exemplū primi. vt eſt catarrhus corroſiuus, acut⁹, mordicatiu⁹, aut putrefactiuus, ſiue ſit ex cholera, ſiue ſanguine ſiue ex phlegmate ſalſo, aut ſanies huius generis currēs ex alio membro ad pulmonem ab ulcere pectoris aut membri uicinantis. vt ſunt apoſtemata gutturis aut oris cū aperiunt̄ & ſanies in pectore alia deſcēdit. Cōſimiliter & in pleuryſi iā ſaniata materia non curata pleuryſi ut ſupra. Itē ſaniositas materiæ peripneumoniæ quę iā præceſsit. Itē ſanguis putrefactus qui venā egreſſus eſt ex aliqua iā dictarū cauſarum in de ſputo ſanguinis. Itē retentio ſanguinis menſtrui aut hæmorrhoidalis & uapor corruptus aſcendens ad pulmonē. Itē ex cauſa extrinſeca ſanguinis ad ſpm̄ fluens vt in uulnere cum enſe vel gladio. Itē nimia caliditas & frigiditas rūpens venas vt aer vētoſus. longa mora in cauernis mineraliū, & iuxta fornaces vbi fundunt̄ metalla. & operari cum argento uiuo, & omnia ſimilia quæ lædunt, & ſtringūt pectus & pulmonem, ſicut aer autūnalis, & ſimilia. Exemplum ſecūdi. quādo materia nutrimētalis remanet in partibus pulmonis non regulata in eo ob debilitatē caloris naturalis. unde putrefit, & putrefacta quemadmodum alijs accidit membris. De cauſis autem non veræ aut cōmuniter dictę quid dicendum ſit patet ex iam ſuperius dictis.

SIGNA demonſtratiua, & maxime veræ feb. ingerens ſiue aſsidua in die tranquilla. in nocte moleſta. calefactio poſt cibum, genarum rubedo, oculorum profundatio, carnis diminutio, & in hoc differt ab empyemate ut ſupra tuſsis, & maxime infeſtans in aurora. ſputū ſanioſum cuius ſanioſitas comprǫhenditur per ſigna poſita in præcedenti rubrica. dolor ſiniſtræ ſpatulæ vſque ad humerum, & ſignum familiare eſt ſecundum quoſdam conſtipatio ventris, debilitas appetitus, fœtor anhelitus, & in ſputo, & ſputum ad ſalſedinem declinat maxime quando phthiſis eſt ex catarrho corroſiuo, & color ſit eis plumbinus, & extremitates inflantur maxime pedes, & quandoque extremitates incuruantur vt vngues & capilli cadunt & reliqua ſigna hecticæ apparent, vt primo de interioribus quinto capit. Quòd ſi fuerit à partibus cānæ dolor erit in medio colli, & in parte ſuperiori. Quòd ſi fuerit vlcus in pulmone læduntur à quocunq; aere excedente, ſiue calidus fuerit, ſiue frigidus. Item tuſsis eſt magna moleſta. Item non poteſt iacere in aliquo latere, dolor ſpatulæ ſiniſtræ, & mamillæ ſiniſtræ. Quòd ſi fuerit in reliquis partibus pectoris, vt à diaphragmate dolor eſt inferius magis, expiratio mala, ſputum paucum, & eſt periculum maius ex ea. Quòd ſi fuerit à pectore dolor eſt

magnus

magnus,& magis extra,& magis moleſtatur una hora ꝙ alia. Item filum intinctum. vt ſupra de empyemate exiccatur citius vbi erit vlcus,& minera.

PROGNOSTICA. Si fuerit vlcus in parte annuloſa non recipit curam, ſed quando eſt inter duos annulos curari poteſt ut ſupra de ſquinantia. Quando fuerit vlcus corroſiuum & profundatum ſanioſum cura eſt impoſsibilis.& addidit Gordonius.niſi cura Gal.primo interiorum.qui multos curauit quorũ nullus euaſit. Phthiſis antiqua non recipit curam.loquit filius Zachariæ Raſi.

Vlcera pulmonis cũ non ſunt chronica ſed adhuc ex ſanguine egreditur aliquid cum tuſsi curari poſsibilia ſunt. Meſ. Quando phthiſici ſputum cadit ſuper carbones & fetet expeditus eſt:& debet odor eſſe ſicut carnium aſſatarum. Si ſputum cadit ad fundum aquæ expeditus eſt. ſed vide ne decipiaris ex ſputo, & ideo lege ſupra de empyemate. Quod ſi fuerit in medio ſtans eſt ſignum præparationis ad confirmationẽ. Signa appropinquationis mortis ſunt caſus capillorum. proſtratio appetitus, difficultas anhelitus, retentio ſputi, fluxus ventris, inflatio tibiarum, & pedum. Et vtplurimum phthiſici expediuntur cum folia cadunt ab arboribus. Caue in prognoſticatione, q̃m phthiſici loquẽdo moriuntur, & moriendo loquunt.

Hippo.de morte feſtina. Si quis phthiſicus habebit ſup ſpatulam granum ſicut faba moritur poſt.lij.dies.

CVRA. Ad curam accedens præmitto vt alias ſæpe quædam quę à medico ſunt maxime contemplanda ne in promiſsionibus ſuis deficiat. Multi etenim ad pauca reſpicientes multa promittunt & in fine magna cum verecundia ſuccumbunt. Præmitto itaque primum ꝙ phthiſis quæ vehementer impreſsit aut diuturnauit impoſsibilis eſt curæ. Meſ.& proprie quando continuatur et lubricitas ventris. faſtidiũ cibi, fœtor oris, curuatura vnguium & capillorum caſus. ſignificatur enim ex hoc corruptionem profundari,& nutrimẽtum eſſe abſciſſum,& hæc eſt quã confirmatã,& incurabilem non pauci practici dixerunt. Secundum ꝙ curare non diuturnam, aut quæ non multum impreſsit, & in qua terroris accidentia nondum apparuerunt fortaſsis præſumendum eſt, quãuis non ſit facile Meſ. idem exiſtimo, tamen ꝙ quæ recens eſt cum magnitudine vlceris quod ex emiſsione multi ſanioſi ſputi compræhendit etiã curam non accipiat. Vnde quidam dixerunt ꝙ ſi phthiſis tranſiuit annũ incurabilis eſt. Si vero fuerit recẽs quia ſex menſium uel circa curat, magna tñ cũ difficultate. Rainaldus vero dixit ꝙ illa quæ eſt ex ulcere quod eſt in extremo pẽnularum pulmonis non ita mobilium cæteris facilius curatur alijs partibus, quia non habet pars illa tm̃ motum ac neceſsitatẽ. Si vero fuerit in parte pulmonis quæ magnum habet neceſsitatem non curatur. Sed hic cadit difficultas quod eorũ eſt incurabilius vel difficilius curatur an vlcus quod eſt in cõcauo pulmonis. an ipſum quod eſt in gibbo. & tu conſidera.

Sed omnium dictorũ cauſa videtur eſſe difficultas aut impoſsibilitas cõſolidationis ulcerum pulmonis, quæ ex multis cõpræhenditur perſuaſionibus. Primo nanq; q pulmo eſt in cõtinuo motu,& motus impedit conſolidationẽ. Secundo quia non põt pulmo abſq; tuſsi mundificari,& tuſsis eſt motus fortis faciens ad dilatationem vlceris. Tertio quia medicamina nõ poſſunt attingere, & ſi attingunt parua eſt eorum uirtus. Quarto ꝙ ibi ſunt multæ venæ,& arteriæ magnę. Quinto & ſpecialiter q̃n inueteratum eſt, quoniam eſt factum fiſtuloſum & fiſtula ſi fuerit in membro extrinſeco maxima cũ difficultate curat. Sexto q̃m membrum ipſum eſt ſpongioſum. vnde ſanies retinetur & retẽta acuitur & acuta magis profundat. Septimo q̃m caro pulmonis eſt mollis valde,& ideo putrefactioni parata. Vnde quia nutrimentũ eius eſt ſanguis cholericus acutus & in pulmone tanquam in receptaculo phlegmatis aggregatur phlegma ipm̃ accidit inter hęc alteratio & ex hoc cita putrefactio, & corruptio. Octauo eſt ſubſiſtentia eius catarrhis paulatine vulnerantibus & vlcerantibus, quia ibi eſt mala cõplexio quæ conſolidationẽ impedit. Nã ibi eſt hectica maxime in uera ſiue veriſsima. Nono ꝙ medicinæ neceſſariæ mutuo ſe impediunt. nã ſanies indiget pro ſui mundificatione caliditate, & ſicci. & ꝓpter hecticã opus eſt frigidis & hum. Vnde Auic. Medicinæ deſiccantes quæ requiruntur ꝓpter vlceris conſolidationẽ prohibẽt ſputum prouehi addentes in hecticã. mundificantes vero lenificant vlcus malignãtue. vt in annexo differentię.cxcuj. Item calida ut dictum eſt adducunt in hecticam. frigida prohibent medicamina penetrare. ſicca exiccant. humida oppilant & putreſiunt. Decimo & vltimo redditur incurabilis, quia pauci curãtur defectu medicorum qui non bene diſtinguunt, & compræhendunt vt oportet abominãtes ſputum voluunt oculum,& debẽt applicare. Et eſt quandoq; defectus ex parte infirmorum. qui antequam ſe medicis præſentent portauerunt ipſam ægritudinem tanto tempore ꝙ confirmata eſt facta ad modum incurabilis, vel ex parte regiminis & huiuſmodi.

Poſtremo ante canonũ apertionẽ audi Conciliatorẽ noſtrũ differẽtia.cxciij.in.iij. dicendo; inquit. Et noſce fortaſſe eſſe medicinã tm̃ nobis occultam oẽm euacuare febpoſsibilẽ phthiſim iuxta illud Hermetis. Minerabilibus. & vegetabilibus inſunt virtutes mirãdæ quę ſi cognoſcerent eis hoĩes operarent quicquid arte magica conficitur. talia tñ bruta melius ꝙ; nobis ſunt cognita. Vnde Zoar. Sunt medicinę vulcerationis pulmonis,& eius infirmitatum exiſtentes in mũdo à nobis tñ ignoratæ, q̃m quando accidunt pulmonibus ouiũ vlcera exeunt à cõitate gregis quaſi quærentes aliquid. & circũeuntes ad inueniendum illud. Et dixerunt nobis paſtores ꝙ comedunt illæ oues herbas, quibus comeſtis mox reuiuiſcunt, & perfecte ſanantur à ſuis vlceribus. Et ego inquit uidi pulmones ouiũ in quibus iam inceperat fieri veſtigium ſolutionis continuitatis, & apparebat in ipſis in aliqua parte. in alia vero parte opus ſanationis apparebat in conſolidatione carnis pulmonis manifeſte. Nunc autem non eſt qui ſciat illam herbam nec credo ante nos qui ſciuerit eam fuiſſe.

Canones. Scito ante eorum poſitionem ꝙ cura phthiſis eſt duplex. vera & mendoſa ſiue blanditiua vt Auicẽ. ponentur itaq; primo canones veræ. deinde de blanditiua procedetur.

CVRA vera phthiſis habet hos caſi. Ordinatio dietæ. Correctio cauſæ facientis phthiſim maxime quando eſt per cõicationem ab alio vel alijs membris vt dictum eſt de cauſis. Digeſtio materiæ, euacuatio, mũdificatio, & abſterſio, prohibitio fluxus ſiue euentus materierum ad ipſum. Euacuatio particularis ſaniei,& exiccatio. incarnatio vlceris.& conſolidatio, accidentium correctio.

ET ANTE cõplementum primi ſcito ꝙ quædã reperiunt quæ ſunt cibi ſiue habent cibi naturã. Quædã cibi potus & medicinæ. Quædã quę tm̃ cibi & medicinæ naturã habent. quędam vero ex pluribus. quædam ex his omnibus cõponuntur. Et de primo proſequar in fine, cum de cæteris quinq; rebus non naturalibus dicetur.

Exemplũ itaq; ſecundi ſicut lac, vinũ, ptiſana, lac enim ſui ſeroſitate abſtergit,& mundificat ſaniem, ſua caſeitate vlcus conſolidat. ſua butyroſitate nutrit. quæ tria, ſcilicet ſaniei mundificatio. vlceris conſolidatio. conſumptionis iã introductæ remotio ſunt neceſſaria. & ideo lac ſumme videt hecticis cõpetere, de quo in dubijs. vnde à quãpluribus in hac paſsione dicit cibus diuinus. Vinũ conſimilr mundificat,& abſtergit,& cõſolidat,& nutrit. vnde velociter cõuertit in ſubſtãtiã ſpũs vt ſecũda primi de pulſibus.cap.de pulſu qui ꝑuenit ex cibo et potu.& debet eſſe albũ ad dulcedinẽ declinans, ſiue citrinũ nõ nouũ cũ aqua mlta pluuiali lymphatũ.& hoc ubi nõ ſit hecticę cõiũcta

Lac cur hecticis cibus diuinus.

Priſana vētum, nec pluuiā expaueſcit, Mel optimum medicinarū vehiculū,

putrida. Priſana vero vt Gordonius ait tantæ eſt uirtutis vt neq; timeat uentum aut pluuiam, eſt enim mundificatiua, abſterſiua, nutritiua, &c. vt patet.

Habentia autē ſimul uirtutē cibi & medicinæ in phthiſi cōuenientia ſunt tria ſpāliter. mel, cancri fluuiales, & ficus ſiccæ, Mel oīq; vt in regimine acutorū quāpluries Hipp. eſt vehiculū optimum medicinarum pectoralium, abſterſiuum, & eſt ſnīa Aui. decima tertij. de materijs ſituatis in pulmone inquit. Et adminiſtra io oībus medicinis aquā mellis. Vnde Hipp. laudat hydromel, oxymel. Nota tñ q̧ ſi fuerit feb. putrida, aut calor fortis oportet iſta moderari. Cancri ſunt cibus beatus, eis qñ decoquuntur in aqua dulci donec poſsint mundari. deinde abiectis extremitatibus abluantur cum lixiuio facto ex fermentis. deinde cōpleatur eorū decoc. cum aqua hordei quæ etiā bibatur cū modico zuc. Ficus ꝓpter eaſdē cauſas cōueniunt. Cōueniunt & phiſtici, pineæ, paſſulæ, amygd. mūdatæ, iuiubæ, ſebeſten & hmōi. Zuccharum roſ. videē naturā medicinæ habere tm̄. de quo Auic. dicit quid mirādū alī. loco de muliere illa phthiſica per fratrē eius ex acceptione zucchari ro. vnius anni, cuius quātitas eſt pene īcredibilis. Quod ſi ex eius vſu cōtingeret conſtrictio accipiatur de ſyrupo de hyſſopo, & ſi propter hyſſopum accideret calefactio, vtatur diadragāto frigido, aut trochiſcis de champhora, Item conſimiliter valent radix ireos, ariſtol. hyſſopus, capil. ven. ſemen bombacis, ſemen papau. albi, & huiuſmodi. Exemplum vltimi ut theriaca, trochiſcata tu. & hmōi.

Proſequendo primū vt ꝓmiſſum fuit cōdecēs eſt vt ēt compleamus alias quinq; res non naturales initiū ab aere faciendo. Sit itaq; aer mundus clarus ſine ventis temperatus vel ad ſiccum parumper declinās, & maxime ſi ſit à catarrho. Quod ſi nō naturaliter haberi poterit artificialiter fiat talis. Vnde Auic. de cura phthiſis. Et ex eis quæ iuuāt ad hoc vt natura ſuſcipiat regimen eſt vt fiat permutatio ad regiones in quibus eſt aer deſiccatiuus. Ducebat enim Gal. phthiſicos ad quendā montē verſus Siciliam vbi eſt cōtinue ignis ꝓpter ſiccitatē. vt quinto de inge. ſani. Et de cibo ſciendum q̧ cibus datur ad varias intētiones. aliquando vt iuuet ad abſterſionem, qñq; ad cōſolidationē, qñq; cōtra intenſionem fe. hecticæ. qñq; ad plures aut oēs iſtas intētiones cōplēdas, & ideo oportet ut medicus hæc primo cōſideret. Sed in generali debet habere tres conditiones, Prima q̧ ſit paucæ quātitatis. Secunda q̧ ſit multi nutrimēti. Tertia q̧ ſit digeſtioni facilis. Exempli gratia, vt teſticuli gallorum qui nōdum coeunt, hepata gallinarum, & præcipue elixa. De pane ſcito q̧ fermentatus melior eſt non fermentato ſiue azimo vbi quæritur principaliter abſterſio & huiuſmodi. Vbi uero cōſolidatio ſiue inuiſcatio melior eſt azimus. Commendatur à quàmpluribus panis de ſpelta confectus, eo q̧ ſit frigidæ cōplexionis & hu. quare ſe opponit feb. hecticæ. ſecūdo acuitati humoris corrodentis ſiue ſaniei. tertio q̧ inuiſcat & vlcerationē ꝓcedere ꝓhibet. De potu uero dicendū q̧ alius cōpetit dum adeſt feb. aut intēſio eius. alius dum non eſt feb. vel ſi adeſt eſt remiſſa. ſtante uero feb. & intēſione eius nō detē vinum, ſed ſit potus eius aqua hordei decocti ad crepaturā eius incluſſue cum zuc. vel diadraganto, vel aqua pluuialis decoc. cum rob myrti vel ſy. eius i vel de papa. cum vocat neceſsitas vel dormiendi, vel extinguendi tuſſim vel acuitatē. Et ſi non reperitur pluuialis detē de ciſterna, & pōt ſemel calibeari. Si vero nō fuerit fe. vinū dulce albū clarum in principio eſt eis cōueniens, & cum quærit cōſolidatio ſit modicū ſtypticum permixtum cum aqua pluuiali, vel fluuiali. Si vero fuerit feb. remiſſa & patiens fuerit vſus vino, & in eo multum delectetur dari poterit vinum leue permixtū multa aqua plus, & minus ſm̄ ætatem, conſuetudinē, vini potentiā, vel debilitatē, & vt ſæpe dictū eſt multum attendatē conſuetudo. Ex carnibus cōueniunt ſeperate de qbus in. iij. tract. Sed laudanē hoc caſu hepata gallinarū elixa. laudanē aues minutæ. perdicū colūbarū. ꝓcipue cū nō adeſt fe. & maxime elixa. Quòd ſi principalr̄ q̄rimus exiccationē, & conſolidationē tunc melius eſt ut ſint aſſatę. Vnde Aui. Et melius eſt ut comedant eas aſſatas ut ſint uehemētioris exiccationis. & ſpāliter vbi de tuſsi futura nō multum timemus. Ex ferculis laudanē ptiſana hordei. iuſcula ex farina cicerum maxime qñ quæritur abſterſio. ius caulīū in qbus decoctę ſunt gallinę pingues. Item laudanē uitella ouorū ſorbilia cum zucch. ſed oīa hęc & ſimilia oportet medicum moderari ſm̄ tenorē virtutis feb. intenſionē & remiſsionē. Laudaē maxime pulmo vulpis elixatus. Si autē quęrimus cōſolidationē, et cōglutinationē. tunc debēt cibaria eſſe deſiccatiua nō eleuata in gradu multæ exiccationis, & ſint etiā conglutinatiua, alæ, extremitates, & coſtę hædorū. porcorum iuuenum, arietum, caſtratorum, & hmōi. Et ex cōglutinatiuis ſunt tri. cum gallinis. rizum. ſimilr̄ pulmenta de milio. chiſt. hordei. pedes vitulorum & hmōi. Et ex cibis maximi iuuamenti eis eſt. cibus ex lacertis & caſeus recens, & maxime quādo nō adeſt feb. de quo in dubijs. Quòd ſi fuerit feb. tūc chiſt hordei & hmōi magis cōueniunt. Habet & qñq; intentionē medicus ad febrem ipſam & tūc vti poteſt infrigidatiuis, & humectatiuis cum quibus etiā iuuatur uirtus expulſiua vt ſunt ſpinachiæ, blitis, lactuca, portulaca, cucurbita, ſemina quatuor frigida maiora, & minora. de qbus. v. trac.

Ex piſcibus vti pōt ſquāmoſis de aquis mundis currentibus. Ex fructibus conueniunt pineæ, paſſulæ, phiſtici. amygdalæ, pruna, ceraſa, poma decocta cum zucchato.

Somnus etſi debeat eſſe temperatus, declinet tñ magis ad ſuperfluum q̄; ad diminutum niſi eſſet reuma, vel principium putridæ interpollate. vnde Meſ. Vacent ſomno, & requie quantum poſsibile fuerit. Quod ſi fuerint vigiliæ accedamus ad medicinas ex papauere. & hoc cum ſapientia ne ſpiritus cōgelentur, & ſit ſitus dormientis ſuper latus infirmum vt iuuetur natura ad expellendum.

Habeant ante cibū exercitium mediocre. poſt vero vacent quieti per duas horas in aere temperato odorifero ex rebus odoriferis, & ſtypticis frigidis ut ro. citoniorū. elongentur à balneis. Meſ. reſoluunt enim uirtutem apud declinationem. tunc enim ſunt iuuamenti ſublimis. & inquit Auic. Et quandoq; conceditur q̧ ipſi ingrediantur balneū ante cibum & poſt cum non eſt in hepatibus ipſorum oppilatio. ipſum enim impinguat eos, & confortat ipſos forte Meſ. loquitur de naturalibus. Aui. vero de balneis aquę dulcis quale eſt hecticorum. cōſidera. & de his balneis dicetur infra de hectica.

Non repleantur vltra poſſe naturæ ipſorū ſed bono & laudabili nutrienē nutrimento, & alijs partibus minus peccant ingroſſando q̄; diminuendo prohibeantur ab eis quę conſtipant, & lubricum faciunt ventrem, & magis à lubricatiuis. illa enim eſt quæ maxime reſoluit eorum virtutem. Coitus ſit nullus.

Gaudeat atq; lætetē, & dimittat irā, & rixā, & non perueniat ad illud quod cōtriſtat. Auic. Acetoſa, ſalſa, & acuta vitenē niſi pro quāto cum eis curā intenderemus. vnde Auic. Piſces autē ſalſi cum comeduntur ſemel aut bis cōferunt in mundificādo. ſed cum vlcus eſt malignum tunc aliena illud & omne ſalſum. Poſtremo in hoc regimine nota de lacte quod eſt cōtra cōiter operātes q̧ lac cum vlcus eſt malignum & non ſperatur cura vera, imo nitimur ad curam mēdoſam quę conſiſtit vt dicetur in indurando vlcus & ipſum exiccādo nullo modo dari debet. nam lac ipſum humectat. vnde Aui. de cura phthiſis. Et iſta quidē exiccatiua cōſtringunt pulmonē, & exiccant eum, & claudunt vlcus, quāuis non cōſolident ipm̄, & ſi hac via ꝓceſſerit non oportebit vt adminiſtretur omnino lac vt infra circa finē capituli, & quandoq; egent ſiccitas & arefactio adminiſtratiōe adog. Et in hoc ſunt cibatio, et æquatio, & humectatio humoris corrupti. & cōglutinatio vlceris cū

caſeitate,

caſeitate, & mundificatio cum abſterſione aquæ lactis vi rus & ſaniei. imo multoties ſanat hoc regimen vlcera pulmonia cū non intendit in regimine eorū vt indurentur. de hoc tñ vt dictū eſt ſpālius, & diffuſius in dubijs. & tu ibi.

CORRIGITVR cauſa factiua phthiſis cū ipſa remouetur aut ꝓhibet ipſam imprimere in pulmonē. vt exempli gratia. cum cā factiua fuerit catarrhus, & ꝓhibet vt ſupra de catarrho cum euacuationibus iteratis, diuerſione, cōfortatione cerebri vt nō multiplicet eum, cōfortatione pulmonia ne recipiat, ſiſtione eius, & ſic de alijs intētionibus vt ſupra trac. v. Rubrica de catarrho. Vnde cōiter & frequentius ab ipſo catarrho cauſat phthiſia. & ideo radix curæ eſt cura catarrhi. Vnde Auic. Et eſt radix tibi in cura hac. Quòd ſi fuerit cauſa ipſius ex præſenti empyemate, aut ex pleuriſi, aut peripneumonia, aut ſputo ſanguinis cura eorum dicta eſt, quare ad illa recurras.

TERTIA intētio cōpletur cum digeſtiuis appropriatis in cauſa calida aut frigida. in qbus in de tuſsi pleuriſi. peripneumonia. empyemate &c. & tu ibi. faciunt & ad hoc quæ abſtergunt mūdificant de quibus in complendo quintum canonē. Vnum tamē ponam gratia exempli. ℞. liquiritiæ, capilli verī. ana. ℥. j. aniſi, pulmonis uulpia, papaueris albi, ſeminum frigidorum maiorum ro. viol. fœniculi, ſeminia citri, puluia cancrorum fluuialium aduſtorū. ana. ʒ. vj. hyſſopi ſiccæ. ℥. j. virgę paſtoris, plātaginis. ana. M. j. ſeminia maluæ, ſeminis citoniorum, iuiubarum. ana. ʒ. ij. cubebarum, nuciamuſc. ana. ʒ. j. paſſularum. ℥. ſ. penidiatum, zucchari quantum ſufficit, fiat ſyrupus.

PRO EVACVATIONE nota ꝙ aliquando cōpetit phlebotomia qñ fuerit peccatum ſanguinis, & debet fieri interpollata vt virtus non deficiat. vnde conſideret principaliter virtus, & ætas, deinde nutriat phlebotomatus bonis chimia ad virtutis ſuſtentaculū diebus ſex qbus interpollat phlebotomia, & fiat primo ex baſilica, deinde ex ſaluatella, & maxime ualent euacuationes particulares hæmorrhoidatū, ꝓuocationes menſtruorū & huiuſmodi. & ꝑcipue qñ ex retētione eorū accidit nocumentū. Quòd ſi opus erit pharmaco ga peccans materia fuerit cholera, tunc euacua cū aqua fructuum, prunorū, ſebeſten, iuiubarum, addito modico caſiæ aut mannæ, quod ſi neceſsitas cogit addatur aliquid reubar. Si vero materia fuerit phlegmatica euacua cum cochijs, cum agarico, eſt enim agaricus medicina ꝓpria pectori. Itē cōſidera ſi fuerit ex ruptura venæ, qm̄ adminiſtratio aloes eſt eo caſu ſuſpecta. Sed nota ꝙ ſolutiua in hoc caſu ſunt maxime uitanda. Nam magis ſpecifice ex euacuatione facta per ſputum. illa enim euacuatio materierum talium in pectore cōtentarum ꝓpria. dubia etenim eſt in phthiſico lubricitas ventris in quā faciliter cadit. & ideo inquit Raſis. ix. Almanſ. proprio cap. circa medium eius. Summopere uero cauendum eſt ne venter ſoluatur. Et in fine replicans conſimilia verba dixit. Vēter ſummopere cuſtodiēdus eſt ne ſoluat.

QVOMODO autē mundificet materia in pectore cōtenta iam oſtenſum eſt ſupra de pleuriſi, & empyemate. Sed pro nunc dicat ꝙ excellētius mundificatiuū & abſterſiuū eſt mel & aqua eius, eſt enim cibus & potus amicus naturæ iuuatiuus valde. Meſ. Conſimiliter aqua hordei, aqua zucchari, aqua cicerum, ſyru. hyſſopi, decoctio eius, loch de caulibus. Meſ. loch de ſquilla, & eſt forte in materiebus phlegmaticis viſcoſis. diacalamentū. diapraſſium. Et ex frigidis diadragantū frigidum, zucch. vio. zuccharum roſ. nouū factum cum ſucco & non cum corpore foliorū roſę. Item valet medicamen Gal. ℞. haſcē, hyſſopi, ireos. ana. cōfice cum melle, & da mane & ſero. a. ʒ. j. vſq; ad. ij. cum aqua mellis. Si autem illic fuerit caliditas, & timetur mundificatiua, & non conferunt frigida, tunc ſumatur pulmonis vulpis, ſeminis fœniculi, ſucci liquiritiæ mundificati, ſucci capillorum vene. ana. partes ęquales, & cōgregent cum aqua zucch. ingroſſata. eſt enim vltimum. Auic. Poſſent tñ doſes horū ſimplicium variari, vt propoſito tuo videbitur expedire. Loochaia tamen memorata in de empyemate, aſthmate, pleuriſi &c. ſunt in hoc caſu valentia. tua enim eſt cōmiſcere frig. cū cal. & ecōtra addere & minuere vt operi tuo videbit neceſſariū.

PROHIBENTVR materiæ fluere ad ipm̄ cū diuerſionibus & ſiſtiōe materiæ vt in catarrho ne ad ipm̄ fluat. Itē iuuatur pulmo in hoc vt cōpleatur intentio tota cum cōfortatiuis ipm̄ ne recipiat. & iam ſupra de tuſsi numeratæ ſunt plures ex his. Nam ſm̄ plurimū catarrhus aut materia ex membris vicinis vt in pleuriſi & hmōi eſt in eā. Quę autē pulmonē confortant ne recipiat materiam ab alio membro numerata ſunt ſupra ſæpe & de tuſsi ſpecialiter. vt ſunt myrtus ſyrupus eius cū pulmone vulpis, & tu ibi. Cōfortat mirabiliter & cū hoc mūdificat medicamen Gal. ℞. pulmonis vulpis ſicci, ſucci liquiritiæ. capilis vec. ſeminis fœniculi. ana. confice cum zuccharo decocto cum aqua quantum ſufficit. & quando conficitur cum rob myrtino eſt magis confortatiuum.

MVNDIFICANTIA pectus à ſanie, et ipm̄ exiccātia quæ adminiſtrari debent poſt mundificationem & abſterſionem ſunt myrrha, rubea. mel. laudat maxime medicamē ex rubea myrrha. ana. ʒ. j. mellis. ʒ. iij. lambatur horis interpolatis. Valet ad idem loch Meſ. diſtinctione v. cuius initium. loch bonum cōferens hecticis, & cōſumptis. ℞. papaueris alb. ſpodij, ſeminis lini torrefacti, croci, amygdalarum dul. ana. ʒ. iij. amili, draganti, gummi, ſeminis citoniorum. ſeminia citrullorum. ana. ʒ. vj. granorum naſtureij cocti. amygdalarum ama. fabarum. ana. ʒ. j. ſ. penidiarum. ʒ. lx. diſſoluantur penidiæ in aqua fontis, & coquant, & conficiant cum eis cætera. da. ʒ. ij. cum aqua mellis. Itē valet pinus ſiue pineoli infuſi in aqua calida prius vt eorum remoueatur acuitas, & loch de pino de ſcriptione Meſ. & plurima poſita ſunt huic ꝓpoſito. ſupra de empyemate & de pleuriſi. Tu tamen cōſidera ſemper acuitatem materie vel eius frigiditatem, quoniam cum frigidis etiam calida & cum calidis frigida.

OCTAVA intentio cōpletur cum conſolidātibus & incarnātibus habētibus etiā virtutē abſterſiuā. de quorū ſumma pręcipuū eſt lac in quo aggregant intentiones. eſt enim abſterſiuum ratione ſeroſitatis. incarnatiuū ſiue cōſolidatiuum uel cōglutinatiuum rōne caſeitatis eius, & cito in ſanguinem conuertitur, qm̄ eſt ſanguis bis coctus. Meſ. ꝓpter quod ponitur cibus dilectus nimis. Et licet ample de eo dicet in dubijs, tñ pro nunc tm̄ dicatur ꝙ lac conueniens eſt triplex. aſininū ſubtile magis. caprinū temperatum vt expoſitum eſt, ſupra. ij. tract. de lacte. & humanum cum temperie, ideſt ꝓportionalitate & proprietate ſua, ſed de his vt dictum eſt latius in dubijs. In cuius exhibitione oportet documenta quædam obſeruare. Primū ꝙ ſit actu calidum cum bibit. & ſi poteſt fieri ex mamilla ſugat. nā ſtatim cū infrigidatur corrumpit, & ars docet ꝙ ſi ſugi non poteſt ex mamilla, aut cum ſit mulctum infrigidet quod extrahat in paropſide quę ſit in aqua calida poſita vel vitro vt caliditas aquę cōſeruet caliditatem lactis. vt etiā dictum eſt ſupra de lacte. Scd'm ꝙ ſumens ſit ieiunus ne impediat eius operatio aliquo mō ex cōmixtione ipſius cū alio aut corrūpat. Tertiū ꝙ poſt eius aſſumptionē qeſcat ne corrumpat ex motu aut aceroſetur.

Quartum ꝙ nō accipiat cibum aliquē donec fuerit digeſtum ſiue de ſtomacho deſcenderit, quod fieri puto in ſpatio trium vel quatuor horarū. Quintum ꝙ nō dormiat ſup, ne in ſomno ſupercaleſiat & alteret. Vnde nota ꝙ ſic aſſumens debet ſtare in loco tēperati aeris ne ex diſcraſia aeris diſcraſiet & lac. quod pōt poni pro ſexto documēto.

Septimum ꝙ ſumat eum gaudio & cum tranquillitate.

Octauo ꝙ nō ſit febriens aut caput dolens aut multū ſitiens, & apho. Hipp. apho. lxvj. in qbus caſibus magis cōmēdat lac aceroſum. aqua hordei I qua decocti ſunt cācri

fluuiales, quorũ extrema abſcindanẽ, deinde lauenẽ corpora eorũ cum aqua ex cinere fricatione vehemẽti & reiteratione facta. & ſit eius potus circiter. ℥. iij. & gradando uſq; ad. ℥. vj. & de hoc in dubijs. Nonum φ ſumme attendendum eſt ne lac nõ digeratur. nam eius indigeſtio eſt timoroſa Meſ. circa quod notãdum φ aliqñ querimus vt ipſm ſit abſterſiuum principalr, qñq; cõglutinatiuum, & cõſolidatiuum magis, ſi primum cõmiſcemus cum eo mel. ſi ſcd'm zuccharũ ro. ſui anni. aut decoquim. ipm cum lapidibus. Vnde ſcito φ lac de quo extractũ eſt butyrũ eſt magis cõglutinatiuũ, & coctũ amplius. Meſ. Et quod eſt cũ butyro eſt magis impinguatiuũ, & humectatiuũ. Modum autẽ decoquẽdi vide à Meſ. cap. de phthiſi. Accidit autẽ qñq; φ patiẽtes phthiſim ſunt vẽtris ſtyptici, & qñq; lubrici, & amplius ex aſſumptiõe lactis lubricanẽ, & ideo cum ſunt ſtyptici in exhibitione lactis debemus multiplicare ſeroſitatẽ, quæ ſi non ſufficit ad lubricandum primo augmẽtetur quãtitas, quæ ſi nõ ſufficit miſceatur cum eo aut aliquod leue ſolutiuum. Si vero lubricitatẽ patitur miſce hypoquiſtidos uel aliquod hmõi. Quòd ſi cõtingat ipſm ſemper pati tuſsim miſce diadragãtum & hmõi.

Si vero debilitatẽ ſtomachi patiẽ miſce trochiſcos diarodon & hmõi. De electiõe vero lactis dicetur in dubijs.

De quãtitate vero eius aſſumẽda dicendum φ debet eſſe ſm tenorem virtutis ætatem conſiderando, & cõſuetudinem. Ita tñ prius incipiamus à quãtitate minori gradando ad maiorem vſq; ad quãtitatẽ mediæ libræ vel circa. & in aliquibus vſq; ad. ℥. viij. vſq; ad decem.

Medicinæ vlcera pulmonis cõſolidantes de quibus ſupra ſunt. Sanguis draconis proprie. Lutum armenum. Lutum ſigillatum. Carabe. Olibanũ. Maſtix. Balauſtia. Roſa, ſemen eius. Corallus. Cortices cancrorum fluuialium vſtorũ. Semen portulacæ aſſum. Amilum aſſum. Semina maluæ, althea, aſſa, ſemen arnogloſſæ aſſum. Gummi aſſum. myrtus & ſimilia. Et ea cum quibus exhibentur ſunt ſicut vitella ouorũ. lac dulce & acetoſum. aqua pluuialis aqua hordei decoctionis cancrorum. ſuccus citoniorum. mirta, rob myrti. ſyrupus eius, ſyrup. de papa. ſyru. de iuiubis, de vio. roſ. & ſimilia. Et ex cõpoſitis eſt philoniũ perſicum & eſt vltimum. Meſ. trochiſci de bolo arm. de terra ſigil. et multa cõſimilia poſita, ſupra de ſputo ſanguinis. Et ex rebus mirabilibus eſt zuccharũ roſ. ſup quod nõ preterit annus. abſtergit enim rõne ſucci, & conſolidat rõne corporis roſ. dicitẽ ſuper quod, quia virtus abſterſiua in roſis abſcinditẽ ea antiquitate. Et Gal. quidem præcipit dare ſingulis diebus quãtitatẽ plurimã de eo, & cũ rebus medicinalibus, & potabilibus, & cibabilibus ſm omnẽ modum adminiſtrationis, ita φ etiã cum pane. nã plurimi ex vſu eius ſic ſanati ſunt. prius tamẽ pcedentibus mundificationibus, qm̃ ſi non ſit mundificatio prius materiæ in pulmone ex eius vſu coarctaoẽ, & ſic moriũtur. Meſ. autẽ eo vtebatur cum lacte calido in non febricitantibus hoc eſt in phthiſi non vera. In febricitantibus vero cum aqua hordei decoctionis cancrorũ fluuialium, & certe ingt eſſe remedium vltimũ & verum cui magna adhibetur fides.

Sed hic eſt notãdum φ aliqñ ex eius vſu accidit in anhelitu cõſtrictio quæ cõprehenditur ex augmẽtata tuſsi, ſputi tardatione, pectoris grauedine, & hmõi. & tunc oportet ipſum dimittere, & recurrere ad ea quæ elargant, & ſaniẽ ducunt, vt eſt hyſſopus, & ſyrupus eius. ſyrup. de liquiritia &c. vt ſupra. & rubrica de empiemate, & de difficultate anhelitus ſunt memorata. Quòd ſi accidit ſupercalefactio ex eius vſu propter exiccationẽ, vel aliter quomodolibet detur ſyrupus de viol. de iniubis, aquæ granatorũ cum zucch. aquæ expreſsionis ſeminis portulacæ, trochiſci de cãphora & hmõi. Quòd ſi accidat ex eo conſtrictio ventris detẽ muraba de viol. ſyrupus eius cũ aqua hordei, aut aliquod tale lenitiuũ. deinde redeat ad zucch. ro. adminiſtrando eum in oẽm modum, vt dictũ eſt. Et hic nota φ eſt memoriæ cõmendandũ φ tu artifex in hoc caſu debes pcedere nunc cum mundificatiuis, nunc cum conſolidatiuis, & ſemper cum reſumptiuis, ita φ ſi liceat interpolare reſpectu mundificatiuorum aut cõſolidantium, ex parte tamen reſumptiuorũ non liceat, qm̃ in his virtus eſt ſemper multũ debilis. Et antequã pertranſeam ad cõplemẽtum vltimi canonis, quia de reſumptione facta eſt mẽtio, ponã atq; deſcribam res, & cõpoſita qbus multũ virtus phthiſicorum reſtauratur nominando cũ hoc quæ ſua pprietate conferunt præſeruationi à phthiſi. & quãmaxime valent in cura eius carnes ericij, pulmo vulpis ſunt à pprietate in hac ægritudine conferentes. ppter quod loch de pulmone vulpis maxime cõmendatur. Item cicer album excorticatum in via cibi, & ſua pprietate confortat pulmonẽ, & nutrit magis omni alia re, vt teſtantur auctores, & ideo bonus eſt vſus eorum tam brodij φ pulmentorum ſiue ſorbitionum ipſorum. Quòd ſi in aqua hordei decoquanẽ melius erit. Item cancri fluuiales decocti, vt ſupra ſua proprietate conferunt, & præſeruando, & curando. φ ſi prius per plures horas in lacte poſiti fuerint, deinde bene decocti erit melius. & tunc cõſidera ſi in tuo caſu cõfert lac. Item limaciæ, & ranæ pprietatẽ habent & in præſeruatione & in curatione. ſunt enim cõplexionis frigidæ ppter quod extingunt acuitatem humorum. ſunt viſcoſæ propter quod conſolidant ſiue ſua viſcoſitate conglutinant diſiuncta, & non diſiuncta in ſua vnitate cõſeruant, & à diſiunctione præſeruãt. ſunt multi & boni nutrimẽti eo φ cita & bona reſtauratio ex eis cõſequitur, quod manifeſtat experientia, qm̃ corpora macilenta eius vtẽtia cito impinguãtur. vnde & videmus gallinas, & anates ex eorum comeſtione etiam cito impinguari. Vnde quidam curioſi medici faciũt pullos quos phthiſicis dant ex ipſis ranis, aut limacijs nutriri, & propter eaſdem cauſas multũ ac multum in hectica cõmendantur. Sed vt dictum eſt in via phthiſicis ſemper eſt hectica. Eliganẽ ranæ ex aquis mundis q́ non ſunt nigræ, neq; rufæ, aut arboreæ quæ ad comedendũ cæteris ſunt meliores, & abſciſo capite, & pedibus vſq; ad iuncturã tibiarum ipſis prius excorticatis lotis ſufficienter, & ſuperaſperſis ſale bene trito, & ſic permanẽtibus per certum ſpatiũ, & deinde poſitis in vino in quo ſteterint per ſpatium vnius horæ decoquanẽ ſuauiter cum cõdimento cõgruo elixãdo uel aliter aſſando, vt videbitẽ aut miſcẽdo aut piſtãdo cũ pulpis gallinarum. φ ſi abhorrenẽ ſic in forma ppria nutriãtur gallinæ, vel capones ex eis vt decoquendo eas. deinde minutim incidantur & cum farina tritici, aut milij miſceantur, & in vaſe mundo ppinentur, & circa duas ſeptimanas gallinæ ſic nutritę erunt pingues valde, & eſui delectabiles. Quòd ſi nimiũ impinguarẽtur fiat interpolatio cum micis panis hordeo, tritico, & aqua decoctionis & eſt modus Gulelmi brixienſis in ſuis conſilijs. Conſimiliter de limacijs ponendũ. eligãtur quæ cum teſta, ſiue caſa reperiũtur in arboribus, pratis & hmõi, habent enim virtutẽ abſterſiuam quẽadmodũ alia oſtracoſa. remittunt acuitatẽ humorum & cõglutinant vt dictum eſt. & præter has operationes medicinales multum & bonũ dant per ſuã materiã corpori nutrimentũ, vt. iij. de alimẽtis. Et quia põt contingere error ex parte preparationis. hinc modos cõuenientes ſubiũgo. abluãtur & excorientur, & bene mundẽtur, deinde in aqua & vino cũ modico olei & ſale optime decoquãtur vt ſint faciliter digeſtibiles & brodium tale eſt ventris ſubductiuum ppter ſalſuginẽ limaciarũ. Vel aliter & ſic vt qdã ipſe mundificatę bulliant in aqua, deinde extrahãtur & in ſecunda aqua bulliãt ſecũdo. deinde illa reiecta tertio bulliant in tertia aqua vſq; ad earũ teneriſicationẽ magnam. ipſe enim ſic preparatę ventrẽ ſtringunt & alimentũ multum corpori exhibent. Ex qbus apparet φ primus modus eſt vtilis cũ leniſicationẽ, ſcd's cũ cõſtipationem primus. Tertio poſſunt ipſe excuterare, & lotæ ppatari vt de ranis

cum ſale, vino &c. & tu conſidera. Cōſimiliter ſi quis abhorret eas fiat vt de ranis dictum eſt, quia nutriant gallinę ex eis aut fiant paſtelli, & hmōi ex eis cum carnibus, ſiue pulpibus gallinarum. Ex limacijs fit aqua ad alembicū qua cōiter utunt phthiſici hoc tpe. et eſt medicamē bonū. & nō ſolum cōfert ſi ad intra ſumit, ſed etiā ſi ad extra applicat cum cera alba. cum mucillagine ſeminis citoniorū aut cum oleo amygdalarum dul. & hmōi. Ponit deſcriptio talis huius aquæ nimium laudata. ℞. ſanguinis humani boni non corrupti par. j. carnium limaciarum mundatarum & contuſarū par. ij. cinnamo. ele. circa. ℥. j. vel. ſ. vt videbit expedire. croci circa. ʒ. ij. vel. j. ponant ad alembicum. q ſi haberi nō poterit ſanguis humanus ponat porcinus ad duplū humani. deturq; de hac aqua circa. ℥. ij. cum zucch. ro. vel ſy. de liqritia vel alio ꝓpoſito magis conferēte. Et ex his carnibus aut earū pulueribus poſſunt cōfici confectiones. electuaria. ſyrupi & hmōi in hac paſſione multum valētia. Exemplum de carnibus ranarum. ſyrupus experimentatoris fratris Nicolai de polonia. ℞. ranas virides vel alias ex electis & ponantur in olla & ſic in ea permaneāt per noctē. mane funde ſuper eas aquā calidam ſic q moriātur, deinde prius bene lotæ exiccētur in furno, deinde ponātur ad bulliendum in olla vitrea cum aceto. poſt ebullitionē reiteretur acetum & lauetur olla & cum nouo aceto. & melle bene purgato ponant ad lentum ignē vſq; ad diſſolutionē earum totaliter, deinde cola totū per pānum & fortiter vltimo exprime & quod remanebit de groſſo cōtunde, & iterum per pānum cola, & iterum totū ſic colatum ad ignē repone donec veniat ad ſpiſſitudinem ſyrupi. Et ſi vis ad loch dimitte eum magis inſpiſſari forte in hyeme bonum, ſed in æſtate loco mellis ponat zuccharum. & credo melius cum aqua liquiritię & hmōi. de loch duo coclearia & hmōi. Cōſimiliter poteſt fieri puluis earū qui pōt cōmiſceri cum puluere cinnamo. pulmonis vulpis. cubebarū. zinzi. croci, piperis lon. & hmōi. Et quod dcm̄ eſt de carnibus ranarum intellige idē fieri poſſe de carnibus limaciarum. Et cōſimiliter dicat de carnibus teſtudinum nemoralium aut q in aqua munda reperiūtur. Vnde quidā vt Gilbertus & cæteri faciunt ex eis ſyrupos loch reſtauratiua. & dat ægris ad comedendum ſed nō ſic ſunt in uſu. unde qa abhominabiles relinquo. Dat enim caro muſculoꝝ tibiarum earum prius bene lotarū cū vino & aqua. Domeſtica enim pollicitus ſum ꝓſequi. ideo nolo hic ex carnibus hmōi cōmendatū reſtauratiuū pterire. ℞. duas teſtudines nemorales q ſint cum aqua feruēti bene lotę, & decoquant, & accipiat ex eis pulpa carniū cruriū, & lacertoꝝ & lauet cū vino & aqua, deinde accipiant cācri decocti & prius loti cum cinere & aqua ut ſupra & ponant hæc oīa in olla rudi cū infraſcriptis rebus. ℞. liqritiæ raſæ, & mundæ, roſarum. ana. ʒ. ij. dragacāti. gummi ara. ana. ℥. j. ſandaloꝝ al. & rubeorum. ana. ʒ. xj. ſeminis papau. albi. ℥. ſ. berberoꝝ. ℥. j. paſſularum. ℥. ſ. ſucci liquiritiæ, amygdalarum dul. mūdatarum, ſeminis portulacę, ſeminis lactucę, ſcariolę. ana. ℥. ſ. penidiatum. ℥. ij. ſeminū quatuor frigidoꝝ mundatoꝝ. ana. ℥. ij. ſeminis maluæ. ℥. j. violarum. ℥. ſ. & cum ſufficiēti quātitate zucchari fiat elec. & cum his aut ſimilibus ex pulpis gallinæ, capponum, hædi & hmōi pōt fieri reſtauratiuum. vnde etiā in hoc caſu pōt cōuenire reſtauratiuum Placētini. cap. de hectica. & ſi vis delectabile pone cum his pineas, phiſticos &c. & tu compone. Cum qbus oporteat te inungere ad extra regre de empyemate, pleuriſi, & ſputo ſanguinis. Nā tua eſt diſcernere quæ ſit intētio, aut infrigidare, aut conſolidare, & de his habuiſti ad plenum. Vnde ad penetrādum adde ſemꝑ in ungento aliquid aceti, & aliquā vel aliquas ex rebus appropriatis, de quibus ſæpe actum eſt. Pro his tamen ſcito q mirabiliter cōmendatur emplaſtrū ex limacijs cum teſta ipſis ſic cōtuſis & applicatis: ſed de his vnctionibus clarius domino concedente, infra de cura hecticæ.

IN COMPLENDO vltimum canonē oportet præmittere q accidentia in hac ægritudine euenire cōſueta quędā ſunt cōcomitantia, qdā ſuperuenientia. Exemplū primi. febris cōſumptio, macies, & debilitas. Exemplum ſecūdi tuſſis, fluxus uētris, cōſtipatio faſtidium cibi.

Febris nanq; ex applicatione remediorum dictorū lenteſcit. Vnde frigida & hum. non ſolum ei, ſed etiā conſumptioni & maciei ſunt cōuenientia. Cum his itaq; occurrimus ęquando. ſ. quia humectādo cum cibis & potibus ex rebus medicinalibus iam dictis, quia adminiſtratione dulcium, & cæterarum ſimilium reſtauratiuis de qbus patuit ante. & in hoc caſu cōferūt balnea aquę dulcis, & maxime in declinatiōe. nā ante illā eſt res praua. Meſ. & eſt ponere ęgrū in deſperatione, et debet eſſe balneū tpatum ibi ut nō reſoluat calorē. nā tota intētio eſt ad humectādū, & iō cū illa aqua balneet faciēdo leues fricationes ad excitandū calorē & nō reſoluēdum. deinde & ſcd'o lauet cum aqua tēperata in qua decocta ſint capita hædoꝝ, aut cū aqua hordei cōquaſſata cum ouis multis, & oleo amygdalarū dul. ducaturq; ad lectum in quo qeſcat per duas horas. deinde cibet cibis laudabilibus paucæ quātitatis, & pluris nutrimenti. de qbus ſupra. Quòd ſi de balneo cuperes longiorē ordinē, non tñ vſitatum hic apud Italos lege Meſ. circa finem de cura pthiſ. & ſic fiat de tertio in tertiū. Quòd ſi debilis fuerit ante eius ingreſſum per tres horas ſorbitionem reſtauratiuā aliquam recipiat. deinde balneum ingrediat. Et ſi plura deſideras lege ibi. Quæ autē uirtutem cōfortant & reſtaurātia numerata ſunt. De tuſſi autē iam ſupra in ꝓpria rubrica. & tu ibi. De fluxu ventris iam in præcedenti Rubrica aliquid tactum eſt. Scd'o ſimiliter de cōſtipatione ex doctrina ſui cōtrarij. De cibi faſtidio dicetur infra cap. xiiij. Rubrica propria. Vnde aduertēdum q licet prius enumerata ſint quæ virtutem reſtaurant, eſt tamen ſuſuſ impinguatiuum & expertum. ℞. farinę cicerū infuſorum in dulci lacte & exiccatorū ſæpe. & ſic fiat ter. deinde coctum. ℥. vj. rizi abluti & exiccati phiſticorum alias pinearum ſæpe infuſoꝝ in lacte, & exiccatorum. ana. ℥. iij. amygdalar. dulc. ℥. v. papau. tortellarum de ſem. ana. ℥. iiij. terātur & da vt ſorbeāt omni die. ℥. iiij. poſtquā decoquit cum lacte aut aqua ciceris. Meſ. diſtinct. ix. ſui antidotarij. in fine. Poſtremo ſcito q multa medicamina quæ poſita ſunt ſupra cap. de tuſſi, de ſputo ſanguinis, de empyemate, de aſthmate ſunt hic pro cura phthiſis trahenda. Cōfectio teſticulorū vulpis phthiſicis & cōſumptis eſt medicina experta. cuius deſcriptionem quære à Meſ. diſtinctione. j. ſui antidotarij, cuius initium. Modicus cōfectionis teſticuli vulpis & eſt ſatyrion bonum phthiſicis, hecticis & cōſumptis. Itē efficax ſyrupus pro phthiſicis febricitantibus. ℞. ſpodij, ſeminum portulacæ. ſeminum citoniorum, papaueris albi. ana. ʒ. ij. pſilij mundi. ʒ. v. ſucci arnogloſſe cocti, & depurati. ʒ. xx. cancrorum fluuialis. lotorum ſecundum doctrinam. ʒ. xx. decoquantur in lib. iij. aquæ. & cum lib. zucch. fiat ſyru. da mane & ſero cum aqua plātaginis. Quādoq; datur cum hoc puluere. ℞. pſilij gūmi ara. draganti. boli ar. Loch non ſolū mundificans ſed etiam cōſolidans vlcera pulmonis. ℞. iuiubarum numero. xv. paſſularū enucleatarū. ʒ. xv. ſeminis malue. ʒ. ij. cancrorū fluuialium. ʒ. x. capil. ven. virgæ paſtoriæ linguæ arietis. ana. ʒ. ij. liquiritiæ. ℥. ſ. decoquantur in lib. i. ſ. aquæ vſq; ad conſumptionem medietatis, & addatur ſyrupus de papauere. zucch. tabarzet. ſapæ ana. vnc. iij. deinde coque ad mellis ſpiſſitudinem, deinde proijce ſuper ea ſeminis citoniorum. portulacæ. amili. amygdalarū dul. ana. ʒ. ij. papaue. al. ʒ. ij. ſ. poſt earum bonam triturationē da ex eo. ʒ. v. vel circiter mane, & ſero. Quod ſi aderit acuitas catarrhi de confec. da iacut mane cum aqua hordei. Cuius deſcriptio. Recip. ſemen papaueris albi & nigri ana vnc. ij. ſ. liquiritiæ vnc. i. ſ. ſemen citoniorum. ſeminis altheæ. ana. ℥. i. ſ. dragacanti. ℥. ſ. proijce ſuper ea aquę

pluuialis li,vj,& dimitte die ac nocte.deinde coque vſq; ad cõſumptionem duarum partium & adde mellis lib.j. rob.lib.j.ſ.penidiarum lib.ſ,& decoque vſq; ad mellis ſpiſſitudinem. Sero autem teneat in ore vnam ex his pilulis & cum una defecerit aliam recipiat.℞.ſemen portulacæ,ʒ.v.dragacanti,gummi ara.ana.ʒ.iij.ſeminis cucurbitæ excorticatæ & ſeminis citoniorum excorticatorũ.ana.ʒ.vij,confice cum mucillagine ſeminis citoniorum.

CVRA ſi fuerit phthiſis ex vlcere cannæ pulmonis tunc ſi fuerit ex parte carnea quæ eſt inter anulum,& anulum facile curatur ut ſupra & cum retentis in ore ex mundificatiuis,conſolidatiuis,& incarnatiuis,& huiuſmodi ut in præcedentibus.

CVRA ſi fuerit vitio catarrhi ſiſtatur vt ſupra omnia per ordinẽ vt dictum eſt. Dormiat patiens ſuper collum & paulatim deglutiat etiam ſaliuam. & non multam ſimul ne tuſsim excitet.nam ſecus eſt in vlcere pulmonis, quoniã tuſsis eſt cõueniens vt ſupra imo quando frequentatur eius ſedatio eſt timoroſum. Vnde Aui. Et oportet vt non frequentetur in ipſo, ſcilicet ulcere ſedatio tuſsis cum prohibitione ſputi.nam in ipſo eſt timor magnus,quamuis meditari faciat leuitatem.

CVRA autem blãdiua eſt ſtudere in indurando ulcera & exiccando ea ut non ſit in eis concauitas neq; dilatatio dato q̃ ea his non ſpereẽ incarnatio, & conſolidatio. nam ſic operãdo prolongaẽ uita patientis,quãuis ſit et tedioſa & tales ex facili cauſa læduntur, Operantia autem has intentiones ſunt exiccantia,cõſolidantia dicta frigida ſtyptica & calida ſic.indurantia & exiccantia. cuiuſmodi eſt arſenicũ,ſulphur, de quibus in dubijs. Ex quibus infertur q̃ qui uolũt hac uia procedere debẽt molliuua actu vitare cuiuſmodi eſt lac. & hoc uoluit Auic.dum inquit, Et ſi hac via proceſſerit non oportebit ut adminiſtret omnino lac. Item ſcito q̃ mel eſt vehiculum medicaminum vlcerum pulmonis ut medicaminis thuris,& cæterorum, & non nocet ulceribus.

DVBIA.

DVbitatur utrũ omne aſthma ſit ægritudo pulmonaris.q̃ non.quia aliquãdo fit ex læſione diaphragmatis aut compreſsione facta à ſtomacho. Item peripneumonia videẽ talis ægritudo. In contrariũ Auic. in diffinitione aſthmatis cum inquit. Aſthma eſt ægritudo pulmonaris. Ad dubiũ p̃mittendo primo q̃ aſthma capitur tripliciter. Vno modo large pro omni anhelitus cõſtrictione ſiue ſit cũ feb.ſiue abſq; feb.ſiue materia ipſum faciens ſit apoſtema ſiue non.quo modo ſumitur.iiij.cõtinen.j.ca. Sc'do modo capitur pro omni difficultate anhelitus ſiue ſit cõſtrictio ſiue non facta à cauſis materialibus ſiue iungatur feb.ſiue non. uel à cauſis non materialibus, Tertio modo ſumitur pro malitia anhelitus facta ex humoribus groſsis,uiſcoſis exiſtentibus in pulmone nõ apoſtemantibus. Vnde quarto cõtinentis.j.cap.Aſthma veraciter eſt quod in cannalibus pulmonis habet humiditates multas uiſcoſas prohibentes ex ipſarum uiſcoſitate ne aer trahatur quantitate opportuna. Secundo præmittitur q̃ aſthma eſt duplex,quoddã non verũ.quoddã verũ.Exemplũ primi ut qñ accidit difficultas in anhelitu primis duobus modis iam enumeratis. Exemplum ſecundi qñ accidit difficultas tertio modo. Iuxta quæ ponunẽ cõcluſiones.Prima q̃ aſthma nõ verum non neceſſario eſt ægritudo pulmonaris,& cõſequenter dicatur Auicẽ.deſcripſiſſe verum aſthma. Ad obiecta autem patet qd dicẽdum ad primum & ſcd'm. Ad vltimum vero reſpondeẽ per particulam additã in ſcd'a cõcluſione cum dicitur nõ apoſtemantibus,nã humores in peripneumonia apoſtemantur, quare citius ſanaẽ aſthma in mulieribus. vnde Meſ.Mulieribus quoq; non ſæpe accidit, & citius in eis q̃ in maſculis. Dicendum q̃ cauſa eſt duplex,Vna quia fit in mulieribus à minori cauſa, Secundo,quia in eis humores magis quieti,& ideo citius maturantur.

Aſthma multiplicíter accipi,

DVBITATVR de quãtitate vini diciẽ quarto cõtinentis. Vinum tenue,& ſubtile facit ad hmõi paſsionẽ ſi in poto accipiaẽ in multa quantitate. Dicendum q̃ forſan hoc dictum habet verum,maxime qñ non poteſt accipi alius cibus,ita q̃ vinum oportet q̃ ſit cibus & potus, ſed vbi materia eſt multa non debet dari niſi pauca quãtitas,& maxime in prin. Vbi vero materia eſſet digeſta loco medicinæ dari poſſet quantitas amplior,ſed oportet in hoc medicum cõſiderare materiã quo ad quãtitatẽ, qualitatẽ,cõſuetudinẽ,ætatẽ,tẽpus anni,debilitatẽ,& fortitudinẽ uirtutis,& alia hmõi,ex quibus poterit iudicare de dando modicam ad multam vini quantitatem.conſidera.

DVBITATVR vtrum ſit vtẽdum ꝓuocatiuis in aſthmate q̃ ſic,quia Aui.docet uti rubea,ariſtolochia, calamẽto.Item.iiij.cõtinentis.j.cap. Seminibus citrullorum,& Meſ.ſyru.in quibus ponunẽ radices apij, fœniculi,& hmõi.hæc omnia ꝓuocant. In contrariũ Aui.præceptum.nã inquit de cura eius. Et ſimiliter omnia quę ꝓuocant nocent huic ægritudini, & hunc canonẽ ſæpe repetit Raſ.allegato loco. Cõcluſio.q̃ ꝓuocatiua inquãtum huius nõ cõpetunt in aſthmate, qñ cum materia ſit groſſa, viſcoſa ipſa exhibita educũt partes ſubtiles, & aquoſas per vias vrinæ, & dimittunt groſſas quæ poſtea reddunẽ ineptiores digeſtioni. Itẽ illa non eſt regio cõueniẽs eductioni ipſarum,ſed cõuenientius per ſputum per ſeceſſum educunt.& ore inquãtum hmõi.quia tales medicinæ poſſent habere virtutẽ aliam per quã eſſent vtiliores vt præmiſſum,licet ſit diureticum, & ſimilr capillus vene.tamẽ ineſt ei virtus exuberãtior. Item medicinæ aliquæ poſſent eſſe ꝓuocatiuę in materiebus ſtãtibus circa hepar, & renes, & tñ cum ſua virtute ꝓuocatiua non attingunt pectus. Item poſſet talis medicina prouocatiua dari in parua quãtitate,& non ſola, ſed cum alijs ducentibus eam ad pectus ut ſubtiliet,& diuidat materiã, & propter paruam eius quantitatẽ non ducet materiã ad uias vrinæ, nam requiriẽ quantitas cõueniens ad effectus producendos. Et ex his patet reſponſio intelligenti. Vnde de rubea dicitur q̃ Auic.ipſam concedit forte quia materia aſthmatis habet mineram in hepate,& cõſimiliter propter aliquam ex cauſis dictis conceduntur alia.& tu conſidera.

Aſthmatis minera in hepate.

DVBITATVR an medicinę ſolutiuę in aſthmate debeãt eſſe fortes q̃ non. Auic.inq̃t de cura eius. Et modus eſt vt perueniaẽ ad ſiniẽdum humiditates quæ ſunt in pulmonibus eorum cum facilitate,& æqualitate. In cõtrarium,quia Auic.in eodem cap.dat elleborum,& colloquintidam. Cõcluſio q̃ medicinæ ſolutiuę materierum in pectore cõtẽtatum debent eſſe fortes debiles. fortes qdẽ ex ſui natura. debiles vero ex quãtitate diminuta. & cauſa eſt,qm̃ illic materię ſunt à vijs ductuum remotæ multũq; perfaciles ſic educi non poſſent. Et ad Auic. dicendum q̃ eius dictum intelligi habet maxime de his quæ per ſe ſputum,ita tamen intereſt de uirtute corporis conſiderare.

DVBITATVR vtrũ arſenicũ cõpetit in aſthmate ab Auic.& alijs auctoribus in caſu laudatũ q̃ non. quia eſt putrefactiuum, & membri ſup quod iacet corruptiuũ vt notat experiẽtia,& eſt ſnĩa Auicẽ.ij.canone. ꝓprio cap. Dicendũ primo q̃ ſi ipm̃ ponẽ ſuper membrũ & ſuper ipm̃ quieſcat putrefacit,& corrũpit vt dictum eſt. Scd'o q̃ ſi daẽ alijs cõmixtum hęc accidentia non inducit, & eſt ſimile ſicut de cepis, appoximatũ enim exterius vlcerat, interius aſſumptum nõ.vt.iij.de cõplexionibus. Tertio q̃ eius uſus per ſuffumigium eſt ſecutior ut docet Meſ.nec ſic eſt de eo dubitãdum. Vnde Gẽtilis dicit ſe de eo ſic adminiſtrato uidiſſe nõ paruas utilitates,& Auic.cõmendat ipm̃ cum ponẽ in pilulis aſthmatis. quia tamen eſt venenoſum & interficiens hic eo ego non ſum uſus ſed ſecurius ſulphure, ab alijs ſic periculoſis eſt abſtinendum ſemper vt poſsibile eſt,& etiam alia prius tentare.

Dubitatur.

DVbitatur vtrum ſomnus ſit cauſa ſubtilitatis vocis. ꝙ non. quia vigilia eſt cauſa hmōi. nam exiccat cānam,& ipſam cōſtringit. q̄ cauſæ ſunt ſubtilitatis vocis. In oppoſitū Aui. decima tertij de voce ſubtili. Dicendum ꝙ ſomnus poſt cibum tempore longo factus inanito ſtomacho exiccat,& ex cōſequēti cauſat ſubtilitatem vocis. Alij dicunt tex. Auic. corruptū. & tu cōſidera.

DVBITATVR Vtrū coitus faciat vocē ſubtilem. ꝙ non. quia ipſam ingroſſat. vt nono de hyſtorijs. primo cap̄. In oppoſitum Auic. de voce ſubtili in fine. Fugiat coitum. Dicendum ꝙ coitus primus quo homo mutat ętatē circa quatuordecimū annum ingroſſat,& de hoc loquitur Ariſto. ſed coitus ſuperfluus exiccando, & debilitando ſubtiliat,& de hoc loquitur Auic.

DVBITATVR An lamina plūbea conferat in voce tremula ponēdo eā ſuper pectus modo Auic. & fuit cura inuēta ab Artamide medico. Dicēdū primo ꝙ videtur cōferre, qm̄ ex grauitate plūbi fit fixio lacerti trementis. Sicut accidebat vni qui habebat tremorē in capite & ipſe tenebat loricam ſuper ipſum & quieſcebat aut figebatur. Vel dicit̄ ſecūdo ꝙ ipſa cōfert qm̄ ꝓhibet tentatione eleuationis vocis. vnde ſic vocem depreſſam exprimunt, & ſic paulatine recedit tremulentia,& tu conſidera.

DVbitatur quare minoris eſt timoris ſanguinis exitus qui eſt à pectore q̄ qui eſt à pulmone. Reſpondetur ꝙ ex quatuor cauſis. Prima. quia eſt membrum ſolidū & debitæ carnoſitatis nō ſpongioſæ vt pulmo. & ideo nō ſic imbibit materias malas ꝓhibentes conſolidationem. Secunda. quia non habet venas & arterias ita magnas vt pulmo. & ideo non ſic dilatatur. Tertio. quia ab eo materia cadit in ſpatium, non ſic in pulmone. hæc tn̄ videtur redire in primam. Quarta. quia nō ſic exponitur nocumentis catarrhorum, vt pulmo.

DVBITATVR Quare difficilius ſanat̄ ſolutio cōtinuitatis in pulmone q̄ in pectore. Dicendum ꝙ & licet tactum ſit aliquid de materia rubeica de phthiſi, tamē pro nunc dicat̄ illud ex quatuor cōtingere cauſis. Prima qm̄ ſanies in ſpongioſo magis & diutius retinet̄ & retenta magis acuit̄,& magis acuta vlcerat. Secunda qm̄ ſolutio continuitatis in pulmone retardat eius officium, quia dilatationem, & expulſionē fumorum malorū acutorū. vnde retenti inflāmant̄ magis & ex cōſequenti addūt in ſolutionem. Tertia qm̄ caro pulmonis eſt multum paſſibilis, et eſt mollis,& putrefactioni citius parata. Quarta eſt ſubſiſtentia eius ad catarrhos acutos ipſum vlcerantes. Cōmunicat in quinta cum pectore quia motus prohibet conſolidationem. verūtamen maior alijs paribus magis qui maior eſt in pulmone,& de his ſupra de phthiſi.

DVBITATVR Etiam circa hæc conſequenter quod vulnus difficilius curat̄ an venarum, & arteriarum pulmonis. an ſubſtātię carnoſæ eiuſdē. Ex intentione Aui. de ſignis ſputi ſanguinis habet̄ ꝙ deterius eſt vlcus pulmonis. vnde inquit. Et eſt minoris quātitatis q̄ venalis,& maioris malitiæ, & deterioris finis. & cauſa hmōi dicti eſſe poteſt, qm̄ ex parte motus nocentis vt ſupra. hęc membra cōcomitantia, ſed vltra hæc habet pulmo carnem ſpongioſam. quare imbibit materias, & putrefactiones illas, quod de venis,& arterijs non contingit. Et ſi dicat̄ aer veniens ad ſubſtantiā pulmonis euacuabit materias imbibitas. Dicēdum ꝙ magis eſt veriſimile vt ſimul cū mēbris conculcet̄ aer,& ſuffocet̄ ꝓpter loci ſpongioſitatem, quod non contingit in locis latis arteriarum,& venarum.

DVBITATVR Si ſanguinem eſſe ſpumoſum eſt efficax ſignū ꝙ ſit à pulmone. ꝙ ſic. xiij. aph. v. ſectionis. Quicūq; ſpumoſum ſanguinē expuūt, his è pulmone eductio fit. Et. iiij. continen. cap̄. de ſputo ſanguinis. Sanguis ſpumoſus de pulmone exit & nō de alijs locis. In oppoſitum arguit̄ quia vbi reperiuntur cauſæ ſufficientes ad cauſandum ſanguinē ſpumoſum illic poteſt reperiri ſanguis ſpumoſus, ſed in pectore vel cāna poſſunt reperiri. ergo, minor probat̄. quia ibi poteſt reperiri aer qui ingredit̄. nā poteſt ſanguis ex tali caliditate ebullire. & aer ingredi partes eius quæ diuidi pñt in paruas ampullas ſicut accidit in rebus alijs ebullientibus. Item ſanguis à cāna veniēs pōt apparere ſpumoſus ex cōmixtione ſaliuæ cū eo. Pro iſto videtur Auic. de ſignis ſputi ſanguinis inquit. Et q̄nq; eſt ſpumoſus ex cāna pulmonis. & parū inferius de ſignis ſputi ex pectore. Et ſpuma cum dolore pectoris ſignificat locum ægritudinis. Ad dubiū dicēdum primo ꝙ ſanguis à pulmone neceſſario eſt ſpumoſus,& cauſa eſt, qm̄ ſanguis in eo cōtentus eſt in paruis anfractuoſitatibus eius,& diuiditur ſm̄ diuiſionē earum cū quo cōmiſcetur aer. & ideo generant̄ plurimę,& plurimę ampullæ, quare egrediēs ſpumoſus egredit̄, ad quod concurrit pſentia caliditatis fortis q̄ non ſemper reperit̄ in alijs locis. Secundo ꝙ ſanguis veniēs ab alijs locis nō neceſſario eſt ſpumoſus. patet, qm̄ nō ſemper reperiūtur cauſæ ſufficiētes. primo, quia nō reperitur ſemper caliditas ſufficiēs. Item quia ſanguis reperitur viſcoſus,& multus quē aer non poteſt diuidere. Itē & multus in ſpatio anguſto, ꝓpter qd' etiam nō ſic aer ipſum diuidit. Tertio, quia ſanguis veniēs ab alijs locis pōt eſſe ſpumoſus. patet per argumentum adductū poſt oppoſitū.

Quarto, ꝙ licet ita ſit differt tn̄ ſanguis ſpumoſus pulmonis à ſanguine ſpumoſo aliorum mēbrorum ex parte duarum differētiarū. Prima ſumit̄ à forma ſpumæ, qm̄ ſpuma in ſanguine pulmonis eſt minute ꝓfunda in tota ſubſtātia ſanguinis, ita vt videatur totū, vt ſpuma vna,& hoc, qm̄ aer in hoc multū diuiditur, vt dictum eſt, quod nō cōtingit in alio ſanguine, ꝓpterea, quia etiā ſanguis alibi nō ſic ad minuta diuiditur. Secunda ſumitur ex colore, qm̄ ſanguis ex pulmone tēdit ad albedinem propter duas cauſas.

Prima, quia aer eſt mixtus cum eo ſm̄ ꝓfundum eius. de cuius natura eſt reddere res claras,& ad albedinem declinari facere. Secunda, quia ſic in pulmone propter multas humiditates phlegmaticas q̄ in eo reperiuntur videtur recedere à colore eius,& tendere ad colorē illarum humiditatum q̄ ad albedinē vergunt. Et hic nota ꝙ raro inuenitur ſanguis veniēs ex ſubſtantia pulmonis quin ſecum veniat ſanguis ex vena eius, imo frequētius reperitur ſanguis ex vena ſine ſolutione carnis. Sed tu dices quomodo cognoſcetur. Dicēdum ꝙ vt dcm̄ eſt ſanguis ex ſubſtantia pulmonis eſt ſpumoſus,& alius nō eſt ſpumoſus vt plurimum. & ſi eſt ſpumoſus nō ita. Item cognoſcitur, qm̄ qui eſt in carne eius eſt ſpumoſus ſpuma quadā cōſtante, qm̄ ꝓfundatio ſpumę facit ipſum nō ſic eſſe fluidum. Qui vero eſt ex vena eſt currens non ſic ſpumoſus,& eſt maioris quātitatis alio, ita ꝙ in ſanguine iſto. ſ. veniēte à ſubſtātia, & vena ſimul cōprehēdas has duas differētias ex parte ſpumæ coloris, cōſtātiæ, vel fluxibilitatis, & quātitatis ſumptas. et ideo eas cōſidera. Et ſi volumus ad clariorē doctrinam addere poſſumus differentiā ſumptā ex parte ſubſtātiæ, vt ꝙ ſanguis qui eſt ex vena eſt ſpiſſior. Vnde Auic. Et eſt ſpiſſitudinis vehemētioris q̄ ille qui ē in pulmone, & cauſa, qm̄ ſanguis talis eſt ille qui recōditus eſt in extremitate paruarum venarum ad locum vulneris refudans, ſed ſanguis cōtentus in magnis ramis vel manifeſtis qui ē ſanguis ꝓ nutrimēto corporis venarum ē neceſſario groſſior. Res hæc poſſet aliter ſubtiliari vt ꝙ talis ſanguis corporis pulmonis magis appropinquat ad formā mēbri & ideo groſſior eſſe debet. relinquo theoricis. Quæret aliquis quomodo pōt ſanguis qui eſt à pectore ꝓpter groſſitiem eius ad extra per pulmonē ꝓpelli, cum ipſe coaguletur ita ꝙ q̄nq; ſit ad formam ſanſugę. vt Halyabas nono theoricę. ij. cap̄. nā ita groſſus nō poterit ingredi extremitates venarum paruarum, ſiue capillarium per quas eſt neceſſarium vt ad pulmonē veniat ſi ad extra per os expelli debet. Dicendum ꝙ ſicut dcm̄ eſt ſanguis à pectore veniens eſt coagulatus ꝓpter longitudinem vię vnde in vię

perdit ſuo calore per quē tenebatur magis liquidus vnde coagulaſ in ſpatio quod eſt inter pectus & pulmonem, & hoc voluit Aui.x.tertij. de ſignis ſputi ſan.cum inquit. Et ſigna ſcreati ex pectore ſunt nigredo coloris eius,et groſſitudo ipſius, & coagulatio eius,ppter longitudinē ſpatij cū ſpumoſitate quadā. Dico ergo q ipſe fit in via coagulatus, & à natura ad minima diuidiť, & ſic partes illę minime remanentes tandē coagulatæ ingrediunť extremitates venarū ſm ſucceſsionē earū, & cū veniūt ad locū amplū pulmonis de nouo p additionē vnius ad aliā reuniunť & ſic in notabili quātitate coagulatus ad extra mittitur.

DVBITATVR De centaurea vtrum centaurea cōferat in ſputo ſanguinis. q nō, qa cū calida acuta excoriatiua eſt. Itē eſt mēſtruorū puocatiua, & ſolutione ſanguinē educēs.ergo. In oppoſitū eſt ſentētia oīum auctorum dicētium ipſam in ſputo ſanguinis ſingulare afferre pſidiū.ipſa enim tuſsim mitigat. Vnde Ga.ad paternianū. Confert tuſsiētibus & ſuſpirioſis. Item vulnera pulmonis cōſolidat.ſua enim ſiccitate cōſolidat, & caliditate ſuperfluis humiditatibus pulmonis reſiſtit. Notandū q cētauria eſt duplex.ſ.minor & maior. Minor laudatur magis à Meſ. ſed maior vt placuit Conciliatori differētia. 190.eſt ea q in hoc caſu laudať à Dio. Cōcluſio centaurea minor & maior cōfert ſputo ſanguinis, pbať.qm̄ illud quod incarnat & cōſolidat cōfert, ſed cētaurea tā minor q̄ maior ēſt hmōi.ergo. q aūt cētaurea hoc faciat teſtanť oēs auctores & experiētia, nā carnium fruſta in lebete ebulliētia immiſſa cētaurea cōſolidat. Itē in ipſa eſt vehemēs ſtypticitas & ſiccitas p quā conſolidat. Q. ſi dicaſ ſua acuitate ac caliditate ſanguinē fluere facere. Dicēdum q adminiſtratio cētaureę eſt ſm tres modos. Primus vt ipſa detur in magna quantitate, ſicut à tertia.ʒ.vnius vſq ad.ʒ.i.ſ.vel in decoctione ab.ʒ.i.vſq ad.iij.& hoc fit cū per eā q̄ritur ſolutio. Secundus modus eſt vt deť in parua quātitate vt à.ʒ.ſ.ad.ʒ ij.& hoc fit cū p eā q̄riť cōſolidatio & maxime qn̄ dať ſola. Tertius eſt vt deť in parua quātitate cū alijs ſigillatiuis & cōſolidatiuis velut zuccharū ro.& hmōi vt melius & citius poſsit penetrare, cū ergo ſic dať ſola in parua quātitate cū via ſit longa anteq̄ veniat ad pulmonē & cū ipſa diuidať ad minutas partes cū per anguſtos meatus habeat penetrare accidit à calido naturali vel nō naturali rēſolui partes eius calidas acutas ſuperficiales remanentibus terreis ſtypticis per quas cōſolidat, quare & ſic patet. q̄uo eius acuta caliditas diminuiť & quodāmodo pars terreſtris fortificať.cū vero dať in magna quātitate cum ipſa deſcēdit ad inteſtina nō vadit per loca anguſta.nō ergo diuidiť ad minima ſed ipſa remanens à calido partes acutæ non reſoluuntur, quare ſolutionem faciunt. Sed nota q ſecurius datur quando exhibetur cum alijs ſtypticis vt eſt zuccharum ro.& huiuſmodi. Febricitantibus vero da cū aqua, non febricitantibus vero cum vino.

DVBITATVR Vtrū tri. conferat in ſputo ſan. q nō Meſ.inquit. Et dimittat dulcia, & pulmēta ex frumēto & tri. In oppoſitū Aui.x.tertij.de cura eius. Pro dubio dicēdum q vbi fuerit ſanguinis multitudo non debemus exhibere tri. Vnde Meſ.ſubdit & generaliter oīa quę dilatant & multiplicant ſanguinē ex cibis & potibus. vbi vero nō.ſed facta fuerit eius euacuatio & nō timeť amplius multitudo & q̄riť conglutinatio competit. Primum voluit Meſ.ſecundum Aui.tu conſidera.

DVBITATVR Vtrum ameos, ſpica, et aniſum & hmōi cōferāt in eo qui eſt ex apertura orificiorū venæ, cū ſint aperitiua faciētia magis fluere, & iam ſunt phibita in cura eius.x.tertij.in principio capituli. Dicēdum q alteram triū intētionum poſt cōpetere. Primo vt cū cōmiſceātur cū opiatis vt eorum beзoar. Secundo cū velimus aliquem ſanguinē ingroſſatum ſubtiliare ſicut fecit Gal.qn̄ dedit theriacam illi mulieri antiquæ. Tertio quando per ea quærimus penetrationem medicinarum groſſarum ſtypticantium, cum quibus ipſe cōmiſceretur. ita q ſine his aperitiuis non conſideremus groſſas poſſe penetrare.

DVBITATVR Cum dr aperitiuis facta fuerit mētio de caſu quodā in facto eſſe. vtrum mulieri viduæ xxxv.annorū vel circa q facta eſt æmoptoyca ppter carentiā mēſtruorū cōpetāt puocatiua ſumpta per os.cui puocatiua adhibita per inferius nullo modo contulerunt.

Arguiť q ſic.qm̄ in tali caſu cōpetūt puocatiua per inferius, & ſi ſic exhibita nō cōferant cū nullo alio modo adminiſtrari poſsint niſi per ſuperius, ſequiť q puocatiua p os ſumpta cōperāt quāuis per inferius debeāt adminiſtrari. Aui.x.tertij.de ſputo ſan. Remoueť ſputū ſanguis puocatione menſtruorū in hora ſua ſicut accidit in retentione eorū. Et Meſ. Et qn̄ exigit illud diſpoſitio hemorrhoidarum, & mēſtruorū facimus. Et cōfirmatur illud ratiōe ſic. Cauſa ſputi eſt retētio mēſtruorū q cōſequitur oppilatio hē venarū matricis.ergo cū oīs cura fieri habeat per cōtrarium, & per remouētia cauſam ſeqtur q aperitiua competunt. & cū nō pſint per inferius data vt ponit caſus, ſequitur q per ſuperius exhiberi debēt cū nullo alio modo cōuenienter pſit applicari vel exhiberi. Ad oppoſitū ē Aui. x.tertij.de cura ſputi ſanguinis inquit. Caueāt à cibis calidis, & oībus calefaciētibus vt apiū; ruta, & hmōi.ſed medicinæ aperitiuæ ſunt calidæ. Itē cura fit per frigidas conglutinatiuas. Itē vt ſupra aperitiua ſubtiliādo, & calefaciēdo ſanguinē faciunt ipſum magis fluere. Ad dubiū rńdeť breuiter omittēdo plurima circa hoc in librario poſita. q in ſputo ſanguinis ex apertione venæ vel arterię in pulmone ppter exuberātiā ſanguinis retēti ppter deiectū fluxus menſtrualis nō cōpetunt puocatiua per os. patet cōcluſio. qm̄ hæc dilatāt, & venā aperiūt. Itē in caſu debet tētari cura cum frigidis ſtypticis conglutinatiuis vt ſupra.de cura eius. Et ſi dicatur puocatiua illa aperiunt venas matricis. Dicēdum q etiā cum hoc virtus eorū extēditur ad vias epatis & pulmonis Sed q̄ret rōnabiliter quis.quid ergo operādū erit in tali caſu? Dicendum q ſaluo ſemper meliori iudicio credo laudandū eſſe vt fiat phlebotomia bis, vel ter ex baſilica vel forſitan ſemel ex ſaphena. & hāc curam videtur innuere Gal.v.therapeu. Et ſi dicatur mulier nō patietur tunc cura reddetur icurabilis ppter inobedientiam. Nec placet opinio illorum qui in caſu puocatiua cum cōglutinatiuis ſiue conglutinātibus mixta qm̄ videntur ſtyptica impedire aperitiua & econtra. Et ad rationes i oppoſitum dicendum q oēs auctores intelligi habent aut ſonant de aperitiuis per inferius, conſidera.

DVBITATVR Vtrum ſputum nigrum de ſpiritualibus veniens ſit mortale & ſine formatiōe obiectorum. Notādum q ſputum à ſpiritualibus veniens laudatur qn̄ ſecum portat has tres conditiones. Prima q egrediatur cito vt.xij.apho.primę ſectionis, acceſsiones, & cōſtitutiones morbi indicabunt, & anni tempora, & circuitum ſucceſsiua incrementa, ſiue quotidie, ſiue alternis diebus, ſiue p maiora interualla fiant, ſed ea ex ijs quæ mox apparent, indicia ſumuntur, quemadmodum in morbo laterali, ſi circa initia ſtatim ſputum appareat, morbum breuiat, & cę. Secunda q ſine labore hoc eſt faciliter egrediatur. & tunc fortitudinem virtutis & obedientiam virtutis demonſtrat. Tertio q ſit mixtum cum ſputo naturali, qm̄ ex hoc ſignificatur q egrediens materia habet digeſtionem ſubſtantię rōne cuius in exitu cum ſaliua faciliter permiſcetur. Et pro q̄ſtione dicendum q ſputum nigrum à principio, qa in primis diebus ægritudinis apparens eſt ſignum mortale ſm plurimum. patet cōcluſio, qm̄ tale ſignificat vehementem aduſtionem putrefactiōem aut mortificationem, quę ſunt ſm plurimum ſignantia ægritudinem ad digeſtionem nō poſſe peruenire. & dicitur ſm plurimum, qm̄ aliq̄n ipſo apparente nō moritur æger ppter fortitudinem virtutis cui forti nihil reſiſtit. Et ſi dicatur cōſequenter egeſtiones nigrę nō ſic ſunt mortale ſignum,

vt quarto

vt quarto apho. in cõmento illius. Egeſtiones nigræ. Dicendũ ꝙ ſecus eſt de egeſtionibus, & ſputo. qm̃ in ſtomacho inteſtinis & his locis reperiẽ melancholia quæ eſt humor niger contingens, ſed in ſpiritualibus non reperiẽ nigredo niſi per vehementem cauſam ex dictis. ergo.

DVbitatur vtrum in oĩ pleuriſi ſit fe. arguiẽ ꝙ nõ. de anxio qui fuit pleuriticus, & ſic ſtetit pluribus diebus ſine fe. vt primo apho. in cõmẽto illius. Acceſſiones, & conſtitutiones. Dicẽdum ꝙ in oĩ vera pleuriſi eſt fe. vt dictũ eſt ſupra. Et ad argumẽtum diciẽ ꝙ illa nõ fuit vera pleuriſis ꝓpter groſſitiẽ materiæ. vñ ceſſauit ebullitio certo tẽpore donec ſubtiliata fuit, ita vt potuerit inde vapor ſubtilis, et putridus eleuari. Q. ſi de hoc cupias late videre lege q̃ à doctoribus ibi ſup apho. ſcripta ſunt.

DVBITATVR Verũ pleuriſis ſit raro à phlegmate ꝙ nõ arguiẽ, qa frequenter reperitur phlegma aquoſum ſubtile, vel ſalſum in corporibus & maxime in capitibus plus q̃ de cholera. ex quorũ altero põt fieri pleuriſis. ergo per deſcẽſum materiæ à capite ad pectus debet frequẽtius cauſari à phlegmate. Cõfirmatur qm̃ in habentibus ſymbolũ facilior eſt tranſitus. cũ autẽ pãniculus ſit fri. cõplexionis facilius & frequẽtius in pleuriſim ex materia frigida debet incedere. Dixit qdem ꝙ materia talis aquoſa raro reperitur. Sed hæc rñſio non placet vt põt faciliter intelligi à ſpeculãte. & ideo cõſidera. Et ad confirmationẽ dicẽdum ꝙ licet rõne alterationis citius deberet incurrere frigidã, tñ rõne penetrationis tardius. Et ex hoc modo loquẽdi trahi poteſt ſolutio primi. qm̃ phlegma etſi ſit aptũ ſub ſubtilitate penetrare, tñ reddit ineptũ ꝓpter ſui frigiditatem cõſtringentẽ amplius poros pãniculi. conſidera.

DVBITATVR Vtrum deterior ſit pleuriſis ea q̃ in ſiniſtra. & idẽ erit iudiciũ de peripneumonia. Et ſi qs cupit ample materiã videre legat Cõciliatorẽ, differẽtia ꝓpria. Ego aũt in declarãdo dubium ponã in concluſionibus verba ex quibus formari pñt obiecta ꝓ vtraq; parte.

Prima cõcluſio ꝙ pleuriſis ſiniſtri deterior ẽ ea q̃ dextri rõne ſitus materiæ. qa materia ſituatur ĩ loco iuxta coe vbi à caliditate cordis caleſit amplius q̃ ĩ aliquo alio ſitu corporis. & ex cõſequenti acuitur magis. q̃re ſit acutior ægritudo. Item redditur deterior qa partem nobiliorem poſſidet rõne cordis, qa arcem. Item qa ſeuiora facit accidentia ꝓpter ꝓpinquitatem eius ad cor. Item materia nõ ſic apta eſt euacuari qm̃ viæ ſunt anguſtiores. nec per illa eſt ita ſenſibilis ſicut dextra, quare non ita ſtimulat virtutem ad expulſionem eius. Secunda cõcluſio ꝙ rõne quãtitatis materiæ eſt deterior pleuriſis dextri eo ꝙ materiã maiorem aggregat ꝓpter hepar, qa magis ſenſibile & magis mouetur. Motus autem facit ad difficultatem apoſtematis, & addit in prauitatem eius propter dolorem qui inde cauſatur. Tertia cõcluſio ꝙ abſolute aliis paribus exñtibus ꝓnuntiãdum pleuriſim ſiniſtri deteriorem eſſe ea q̃ dextri.

DVBITATVR Vtrum ſi pleuriſis ſit in dextra parte plus cõferat phlebotomia ſaphenæ in parte oppoſita q̃ in eadem. Et hoc dubium mouetur. qm̃ tex. Aui. & Meſ. videtur adinuicem aduerſari. vt ſupra. de pleuriſi. Rñdetur à quibuſdã ꝙ in principio principiante cõpetit magis ex ſaphena pedis cõtrarii, & hoc voluit Meſ. qa ſic maior ſit diuerſio. in principio vero nõ principiãte conuenientior eſt ĩ ſaphena eiuſdem lateris. qm̃ ſic ſit cõueniens diuerſio & euacuatio. Aliter dicendum arbitror ꝙ ſm Meſ. nõ debet fieri phlebotomia ſaphenæ niſi duabus exiſtentibus cõditiõibus. Prima ꝙ ſit in toto plenitudo, & hãc intelligit in his ſuis verbis cum inquit. Et qñq; apud pluralitatem repletiõis iubemus phlebotomari ex ſaphena partis oppoſitæ. eſt enim iuuamentum ſublime & feſtinum. vñ multum nota illud verbum qñq;. Secunda conditio ꝙ ſit raptus materiæ ad caput. vñ inquit & ſubdit. Et ꝓprie apud aſcenſum materierũ ad caput, & ſic notaui illud verbũ & ꝓprie. conſidera & nota verbum illud, pluralitatem repletiõis. quaſi velit exprimere totius maximã repletionẽ &c̃. Hic quoq; nota verba Gal. primo apho. cõmento. xii. de axio inquit. Octauo vero phlebotomauit de ĩteriori parte brachii & ſm ꝙ oportuit multum minuit de ſanguine. vñ dolore alienato tuſſis inde ſicca remãſit, vbi apparet ꝙ etiã ſtante multitudine materiæ qa multum minuit phlebotomia contulerat brachii. conſidera.

Aliter Gentilis ꝙ ſtãte repletione in toto & in partibus inferioribus cum ex phlebotomia agitetur materia conuenientior eſt in ſaphena oppoſiti lateris: qm̃ ſi fieret ĩ ſaphena eiuſdem dubitãdum foret ne ex tali agitatiõe in tã multa materia aliquid materiæ moueretur ad locum doloris & ſic fieret additio in apoſtemate. Quòd ſi adducatur canon generalis quarta primi. caue ne in duos dyametros diuerſionem facias. Dicendum ꝙ illud dictum habet intelligi vbi diuerſio quæritur de materia actu fluente & non de materia de qua dubitatur ipſam fluere ad locum ægritudinis vt in caſu. Si vero nõ fuerit tanta materia tunc fiat ex ſaphena eiuſdem lateris.

DVBITATVR Vtrum in principio pleuriſis cõpetãt repercuſſiua. Quòd nõ. quia quod repellit materiam in membrũ principale & ad ipſum tranſmittit nõ eſt fiendũ. ſed repercuſſio talis repellit. ergo &c̃. Ad oppoſitum pleuriſis eſt apoſtema calidũ vt eryſipelas ſed ĩ principio apoſtematũ calidorum cõpetunt repercuſſiua. Ad dubium rñdetur ꝙ aliqñ in principio pleuriſis cõpetunt repercuſſiua. ꝓbatur, qa eo tpe cõpetit repercuſſio in caſu quo tempore materia repercutitur, & ex tali repercuſſiõe membrũ cõfortatur, & vigoratur cõtra materiam morbi & actio materiæ cõtra membrum debilitatur. ſed ſeruatis cõditionibus dicendis vigoratur membrũ materia debilitatur & magis multo ſequitur iuuamentum nocumento. ergo. patet cõſequentia cum maiori. minor declaratur ponendo cõditiões. Prima ꝙ p̃mittatur phlebotomia corpore exñte plethorico vel medio, dũmodo nõ fuerit manitioni expoſitum. Secunda ꝙ materia ſit calida & p̃cipue cholerica q̃ eſt nobilis de loco ad locũ. frigida enim frigidis nõ indigent. Tertia ꝙ nõ ſint in fluxu & nõ coaceruata in loco. Quarta ꝙ ſit pauca. quibus ſeruatis apparebit veritas maioris aſſumptæ. & hãc ſententiã voluerunt auctores noſtri. primo Auic. x. tertii. in ſermone cõi de cura doloris dum inquit. Et ſcias ſi materia eſt multa tunc epithemata frigida nociua ſunt. & ſi eſt pauca nõ nocent. & ſimiliter ſi apoſtema iã reſoluitur, i. nõ cõfirmatur, quia materia ſit in fluxu & qñ accidit vt euacuatio ex phlebotomia ſit iuuatiua. cõceditur etiam vt fiat declinatio, i. repercuſſio vel declinatio ad repercuſſiua, nã dixit parũ ſupra. Et primũ ꝙ oportet adminiſtrare eſt cerotum factum ex oleo violaceo & cera coleta. Item hoc idem voluit Meſ. de cura eius dum inquit. Primã quidem cõplent medicamina membrum cõfortãtia ipſiuſq; virtutem coadunãtia vt nõ recipiat neq; ſuper ipſum vincat quæ ad ipſum fluit materia. & parũ infra. Verum hoc eſt ſuſpectum niſi cum materia pauca fuerit aut ĩ principio principiãte, cum non dum materia repſit in locum & hoc quidem cum cautela. Item Serapio. qui ĩ principio admĩſtrat oleum violatum cũ cera & dragacãto cõtrito, & ĩ viatico oleo vio. vel cera al. dragacãto. Ex quibus apparet ꝙ Meſ. nõ ſic eſt deridẽdus vt Gordonius eũ deluſit aſſerẽs ꝙ miratur ꝙ ipſe ſolus obdormitauit dum docuit in principio repercuſſiua adminiſtrari. Q. ſi q̃ritur quare ergo nõ ſit hic repercuſſio. Dicẽdum ꝙ ex duplici cauſa. Prima quia raro hæ oĩa cõditiones quatuor ſimul reperiũtur. Secunda. qm̃ infirmi ſic in principio principiãte nõ veniunt ad conſiliũ ſiue ad auxilium medicorum. & ideo prius cõtra procedimus in vera cũ anodinis & hmõi. vt ſupra. de cura eius cõſidera.

Meſues hic ad deridẽdus ĩ Gordonium.

DVbitatur quæ peripneumonia ſit verior an cholerica an phlegmatica. Dicẽdum. in pulmone cõſideramus duo nutrimentũ eius quod eſt cholericũ,

& ſuperfluitatẽ

& ſuperfluitatem q declinat ad phlegmaticitatẽ. reſpectu primi verior eſt cholerica. reſpectu vero ſecũdi phlegmatica. & hanc ſententiã expreſsit Meſ. & ideo dicit q Gal. expreſsit phlegmaticã veriorem ad intentionẽ ſecundam. Hanc tñ ſententiam redarguit Conciliator differentia centeſima. Dubitaẽ primo. qm̃ ſuperfluitas pulmonis ẽ cholerica. qm̃ ſuperfluitas aſsimilaẽ ei à quo deciditur. prima primi de cõplexionibus mẽbrorum. ſed cũ nutrimentum pulmonis ſit cholericus ſanguis. ergo &c̃. Secũdo quoniã Meſ. ſolum tangit apoſtema tale per viam cõgeſtionis generatum & nõ per viam defluxus. Tu tñ defendas Meſ. virum ſanctũ maximo honore dignũ. item p ſuperfluitatẽ intelligit illã q ab extra ad pulmonem venit & hoc eſt vt plurimũ phlegma. vt prima primi. allegato ca. Conſimiliter etiam dicendum q ipſe etiam intellexit de apoſtemate per viam defluxus. cõſidera. Et ſi cupis latius videre require in Conciliatore differentia allegata.

DVBITATVR Quæ peripneumonia eſt deterior an cholerica an phlegmatica. Videẽ q phlegmatica qm̃ eſt morbus diſproportionalis cõplexioni naturali pulmonis itẽ eſt materia groſsior. In cõtrarium Meſ. & oẽs auctores. Dicẽdum q cholerica eſt periculoſior. Cauſa qm̃ eſt morbus acutior cũ ſit cordi ꝓpinquius aptus ſeuiora inducere accidẽtia. Item quia male iuuaẽ medicinis qm̃ tales debẽt eſſe frigidę qm̃ in via fortiter caleſiunt & inflãmantur calore apoſtematis. & ideo non cõſeruant virtutẽ infrigidationis æqualem. ſimiliter oppilant ſibi vias. In phlegmatica vero medicinæ tam intus q̃ extra efficaciori modo applicantur. Ad argumentum primum dicẽdum q eſt morbus proportionalis reſpectu cõplexionis accidẽtalis quæ eſt facta ſibi quaſi naturalis. hæc tamẽ reſponſio poſſet calumniari. conſidera. Vel dicendum q licet q eſt diſproportionalis cholerica reddatur minus mala, tamen ex alijs accidẽtibus de quibus ſupra redditur deterior.

DVbitatur vtrum phthiſis magis accidat à. xviij. vſq ad xxxv. Pro rñſione ad dubiũ habes apho. xiij. quintę vt infra. & xxx. tertię. Sed ꝓ nunc tamẽ tm̃ dicatur q in tali ętate nõ accidit phthiſis neceſſario de per ſe ꝓpter fluxum catarrhi, qm̃ ea ætate non multiplicaẽ catarrhus de per ſe vt patet qm̃ adeſt caliditas & ſic. & eſt virtus fortior. Secundo q in tali ętate accidit phthiſis ꝓpter ſanguinis ſubtilitatẽ ebulliẽtis eo q tũc maxime abũdat cholera. Itẽ ꝓpter motus corporeos maiores calefacientes ad quod maxime facit coitus. Item iuuat ad hoc teneritas ſubſtantiæ carnis pulmonis vbi eius durities impedit in ſenibus & ſi in eis catarrhus deſcendat plus, ratione cuius magis deberet accidere. Item inordinatum regimen ex parte cibi & potus. Nota tamen q vt vidi cõmuniter fit in his iuuenibus ex defluxu catarrhi acuti rõne cuius frequẽtius fit phthiſis ſecũ licet nõ de p ſe vt dcm̃ ẽ, cõſidera.

DVBITATVR An infantes à phthiſi citius ſanenẽ cum habeãt pectora plena humiditatibus prima primi. de ætatibus. Itẽ exiccatio ſiue cõſumptio magis diſtat à natura pueri. ergo tardius ad eã reducunẽ. Dicẽdum q infantes & generaliter pueri vſq ad. xiiij. annũ vel vſq ad iuuentutẽ facilius à phthiſi curanẽ ꝓpter tria. Primum q habent virtutes naturales fortiores. quarũ operatio eſt cõſolidatio, & reſtauratio. Secũdum q mẽbra eorum ſunt molliora, & ſic magis cõſolidabiliora. Tertium qm̃ reſolutio eſt eis conformior q ſunt euaporabiliores & ſic reſtauratio poſsibilior, & facilior. Et ad primũ quod videtur adductum in oppoſitũ quia habent pectora &c̃. Dicẽdum q aliæ cauſæ vincunt. Ad ſm̃ dicendum q arefactio per viam reſolutionis eſt cõformior pueris quia ſunt corpora mollia. Vel dicẽdũ q i phthiſi nõ ẽ principaliter ſuſpitio p putrefactionẽ q eſt accidẽs ſed ꝓpter vlcerationẽ.

DVBITATVR An lac competat phthiſicis. q nõ. quia lac nõ eſt dandum ſiticuloſis & ſuſpenſa habentibus hypochondria vt. v. apho. apho. lxvj. tales ſunt phthiſici. ergo. Confirmatur, qm̃ lac aſſumptũ à ſtomacho frigido permutaẽ in acetoſitatem. à calido in fumoſitatẽ & amaritudinẽ, vt quinta apho. apho. xxiiij. pharmacorũ ſed phthiſicus habet ventrẽ calidũ inflãmatum. ergo &c̃. In oppoſitum eſt cõis auctorũ opinio practicantium. Vnde quinta apho. apho. allegato. Lac cõuenit phthiſicis & proprie febrientibus nõ valde. Et ante poſitionẽ cõcluſionũ pmittẽdũ q aliqñ lac daẽ gratia abſterſionis & tũc caballinum eſt melius, deinde aſininũ. ſua. n. ſubtilitate penetrat magis. Aliqñ daẽ gratia ſigillationis nutricationis & conſtantiæ vẽtris, & tũc eligaẽ vaccinum. Aliqñ datur gratia æqualitandi vel cõtemperãdi, & tunc deẽ caprinum. Aliquando daẽ gratia ꝓprietatis. & tunc deẽ humanum & ſi poſsibile eſt ab vbere ſumptũ. Secundo pręmittẽdum q oportet diuerſimode aĩalia nutriri ſm̃ diuerſas intentiões dictas. vt verbi gratia cũ q̃ritur abſterſio nutriatur aĩal ex hyſſo. thimo. polio. feniculo, abrotano, abſinthio, & huiuſmodi. Si vero q̃riẽ conſolidatio cum rubo, ſalice, myrto. q̃rcu, virga paſtoris, ſolatro, taraxacon. et hmõi. Quibus præmiſsis poniẽ concluſio rñſiua q lac cõpetit phthiſicis quibuſdã cõditionibus obſeruatis. Prima q nõ adſit fluxus catarrhi imo ſi fuerit in cauſa q prius ſiſtaẽ. nam ipſa nõ parũ euenit ꝓpter catarrhum ſtillãtem vt in præcedenti dubio. Secunda q nõ ſit multum febricitans iuxta illud Senis. v. apho. apho. allegato cõuenit phthiſicis febricitantibus non valde. cum enim plurimũ febriunt lac velocius alteratum diſcraſiã febrilem adauget. Tertia q non adſit fluxus ventris iuxta illud Senis vbi ſupra. Malum & quibus fellei ſeceſſus nãq lacte irritantur. & ideo hypoquiſtidos miſceatur eidẽ calibs candẽs & hmõi. Quarta q nõ ſit capitis doloroſi ac debilis eo q maius incurret nocumentũ ex fumoſitate ad eũ. Quinta q nõ ſint hypochondria ſuſpenſa rugientia, quia ex eius aſſumptiõe lęderetur vt patet. Modo arguiẽ ex datis ſic. illud maxime cõpetit phthiſicis quod remouet oẽs fere phthiſici defectus. tale ẽ lac. ergo &c̃. minor ꝓbatur. qm̃ primo indiget phthiſicus abſterſiuis mũdificantibus saniẽ. id nãq ſua aquoſitate lac operaẽ. indiget nutricatione facili & bona ꝓpter eius conſumptionẽ. id enim opaẽ ſua butyroſitate ca. & hu. in quibus rõ conſeruaẽ nutrimenti. itẽ cõſolidatione quod facit ſua caſeitate frigida exiſtẽte & ſic. Vnde Meſ. Lac aggregat intẽtiões tres. vt ſupra. de cura phthiſis. Et in ſumma octo reperiunẽ vtilia in lacte ꝓpter quæ cõfert phthiſicis. Primum eſt facilis aſſumptionis. Secundum bonæ digeſtionis. Tertium citæ penetrationis & ꝓprie caballinum, aſininum, bonæ nutritionis. vnde Dioſcorides. Bonos nutrit humores chymorum, etiã apud Auic. cõtẽperatiuum. humectatiuum, cõſolidatiuum, abſterſiuum, quare phthiſicis lac confert non parum. Poteſt poni ſecunda cõcluſio q lac acetoſum põt dari phthiſicis febriẽtibus valde. & conſequẽter dicatur q dictum Hip. habet veritatem de non acetoſo quod eſt inflammabile. Tertia concluſio. q non frequẽter tñ dãdum eſt. Concluſiones iſtæ per ſe conſiderentur qm̃ veræ ſunt. Gordonius. Cauẽdum eſt à lacte cum adeſt fe. putrida. Placẽtinus. Lac non competit phthiſico habenti fe. humoralem. Dicunt ergo voluiſſe Hipp. allegato apho. Ad primum dicẽdum q qui non multum febriunt ex phthiſicis non multum ſitiunt. Pro ſecundo dicendum q ipſum dari debet cum rectificãtibus & ꝓhibentibus ipſum alterari. & hęc de dubijs huius capituli.

APHORISMI.

*De anhelitus conſtrictione.*

Ex. iiij. ſectione. lxviij. aph.

In febribus ſpũs offendẽs, malũ, cõuulſionem. n. ſignat.

*De aſthmate, ac tuſſi.*

Ex. vj. ſect. xlvj. aph.

Qui gibbi ex aſthmate, aut tuſsi fiunt ante pubertatem, moriuntur.

De voce.

De voce.

Ex.v.ſect.v.aph.

Si ebrius quiſpiam repente obmutuerit,conuulſus moritur,niſi febre corripiatur, aut,vbi ad horam peruenerit qua ſoluuntur crapulæ,vocem recuperet.

Ex.vj.ſect.li.aph.

Quicũq; ſani dolore capitis repente capiuntur, & ſtatim muti fiunt, & ſtertunt,in ſeptem diebus pereunt, niſi febris apprehenderit.

Ex.vij.ſect.lix.aph.

Quibus cerebrum aliqua ex cauſa concuſſum fuerit neceſſe eſt ſtatim mutos fieri.

*De ſputo ſanguinis.*

Ex.iij.ſect.xxix.aph.

Iuuenibus autem ſanguinis ſpuitiones,tabes,febres acutæ,morbus comitialis,& alij,ſed præcipue antedicti.

Ex.iiij.ſect.xxvij.aph.

Quibus in febribus ſanguinis fluxerit multitudo, quacunq; ex parte,cum reficiuntur,alui ijs humectantur.

xlvij.aph.

Excreationes in febribus non intermittentibus liuidæ, cruentæ,fætidę,& bilioſæ,omnes malæ.& cæ.

Ex.v.ſect.xiij.aph.

Quicunq; ſpumoſum ſanguinem expuunt,his ẽ pulmone eductio fit.

Ex.vj.ſect.x.aph.

Caput dolenti, & circũdolenti, pus,vel aqua,vel ſanguis effluens per nares,aut os,aut aures,morbum ſoluit.

Ex.vij.ſect.xv.aph.

A ſanguinis ſputo,puris ſputum malum.

xxxvij.aph.

Quicunq; euomunt ſanguinem, ſi ſine febre quidem, ſalutare,ſi vero cum febre,malum.curare vero adſtringẽtibus,& [illegible]gerantibus.

*De pleuriſi,ac peripneumonia.*

Ex.j.ſect.xij.aph.

Acceſsiones vero,& conſtitutiones,morbi indicabũt, & anni tempora,& circuitum ſucceſsiua incrementa, ſiue quotidie, ſiue alternis diebus, ſiue per maiora interualla fiant, ſed ea ex ijs quæ mox apparent, indicia ſumuntur, quemadmodum in morbo laterali, ſi circa initia ſtatim ſputum appareat, morbum breuiat, ſi vero poſtea appareat,producit.& cæ.

Ex.iij.ſect.v.aph.

Auſtri auditum hebetantes, caliginoſi,caput grauãtes, pigri, diſſoluentes,quando huiuſcemodi tẽpeſtas præualuerit,talia in morbis patiuntur, at ſi aquilonia fuerit,tuſſes, fauces, alui duræ, difficultates vrinæ, horrores, coſtarum dolores, & pectoris: quando hæc tempeſtas præualuerit talia in morbis expectare oportet.

xxiij.aph.

Hyeme vero morbi laterales, & pulmonis inflammationes,grauedines, atq; raucedines,tuſses,dolores pectoris,& laterum,atq; lumborum, capitis dolores, vertigines,& apoplexiæ.

Ex.v.ſect.viij.aph.

Quicũq; morbo laterali laborantes in quatuordecim diebus non repurgatur,hi ad ſuppurationem vertuntur.

xv.aph.

Quicũq; ex morbo laterali ſuppurantur, ſi in quadraginta diebus purgantur,à die à qua fit ruptio, liberantur, ſi vero non ad tabem tranſeunt.

Ex.vj.ſect.xvj.aph.

περιπνευμονίας.i. pipneumonia. A morbo laterali, vel pulmonia habito, alui profluuium adueniẽs,malum.

xxxiij.aph.

Qui acidũ eructãt,nõ valde morbo laterali corripiunt.

Ex.vij.ſect.xij.aph.

A pulmonis inflammatione phreneſis,malum.

*De empyemate.*

Ex.vj.ſect.xxvij.aph.

Quicunq; ſuppurati, aut aquam intercutem patientes vruntur,aut ſecantur, ſi pus, aut aqua vniuerſim effluxerit,omnes moriuntur.

Ex.vij.ſect.xlv.aph.

Quicunq; ſuppurati vruntur,vel ſecantur, ſi pus purũ fluxerit,& album,euadunt,ſi vero ſubcruentum, & feculentum,ac fætidum pereunt.

*De phthiſi.*

Ex.iij.ſect.x.aph.

Autumnus tabidis malus.

xiij.aph.

Si vero æſtas ſicca fuerit, & aquilonia,autumnus vero pluuioſus, & auſtralis,dolores capitis ad hyemem fiunt, & tuſses,raucedines,atq; grauedines,qbuſdã aũt & tabes.

xxij.aph,

Autumno vero, & plurimi æſtiui morbi fiunt, & febres quartanæ, & erraticæ, & lienes,aquæ intercutem,& tabes & ſtillicidia vrinæ & cæ.

Ex.iiij.ſect.viij.aph.

Tabidos vero,cauentes ad ſuperiores purgationes.

Ex.v.ſect.ix.aph.

Tabes fiunt maxime ætatibus, à decimooctauo, vſq; ad trigeſimumquintum.

xj.aph.

Qui tabe moleſtanẽ,ſi ſputũ quod extuſsiũt graue olet, iniectum carbonibus,& capilli à capite defluunt,letale.

xij.aph.

Quibuſcũq; tabe laborantibus capilli à capite defluũt, ijs alui profluuio ſuperueniente,moriuntur.

lxiiii.aph.

Lac dare caput dolẽtibus malũ,malũ vero & febricitãtibus,& qbus ilia ſuſpenſa,murmurãt,& ſiticuloſis,malũ autem & quibus in febribus acutis bilioſæ ſunt deiectiones, & quibus ſanguinis multi deiectio facta eſt. Conuenit autem & tabidis dare,qui non valde multum febricitant,& in febribus longis,& paruis,ſi nullum ex ſupra dictis ſignis affuerit,& præter rationem conſumptis. ὑποχόνδρια .i. Hypochõdria

Ex.vij.ſect.xvj.aph.

A puris ſputo phthiſis,& fluxus, cum vero ſputum retinetur,moriuntur.

## De diſpoſitionibus cordis continens rubricas quinq;. Capitulum. XI.

### *De deſcriptione,complexione, & anatomia cordis,& de diſpoſitionibus complexionibus eius conſideratis a medico.* Rubrica. I.

COr eſt membrum principale cõplexionale igneum caloris naturalis, & vitæ totius fundamentũ ex carne forti ex oĩ genere villorum cũ duobus addiramẽtis, ſiue auriculis cõtextum,duro vallatũ pãniculo,debitę quãtitatis.figuræ pyramidalis,ex tribus ventriculis vndecim horiolis interciſum in medio pectoris vt rex in regno collocatum ac ſuper ſubſtantiã ſimilem cartilagini ſtabilitũ. Dicitur principale,qm̃ eſt primum membrũ quod generaẽ per ꝓprium eius tẽperamentum ꝓductiuum ſpũa vel inſtrumẽti per ſe effectiue concurrentis ad cõſeruationẽ indiuidui vel ſpeciei. vnde.xxi. tertij de generatione embrionis. Cũ veritas eſt ꝙ primũ mẽbrum quod generaẽ eſt cor.& in libello de morte & vita.Eſt primũ quod viuit & vltimum quod moriẽ. Diciẽ cõplexione igneũ. nã ipſa ca. cõplexionis exiſtit & ſic vt

prima

prima primi de complexionibus membrorum & primo cõplexionũ vltimo capitulo. nec in hac parte credo. Auerroys q ſecundo ſuo colliget capitulo de complexionibus mẽbrorum officialium eũ ca. & hu. cõplexionis pnunciauit. ſed hoc theoricis reliquo. Dicitur caloris. qm̃ cor eſt mẽbrum in quo reperit̃ ſanguis, & ſpũs tanq̃ in fonte. vñ primo de generationibus. cor eſt mẽbrum cæteris magis ſanguineũ. nam vt dicet̃ in dextro eius ventriculo contineтur ſanguinis arterialis magna quãtitas. eſt & maxime ſpirituoſum. nã Auic. in de viribus cordis dixit ſiniſtrũ eius ventrẽ eſſe armarium ſpũs & minerã generationis illius. his autẽ duobus. ſ. ſanguine & ſpũ reperitur in corpore calor naturalis & vita. vnde Auer. ſecũdo colliget. Cor ſtat in corpore ad modum clibani ignis. Dicitur ex carne vt ſit longinquum à nocumẽtis. Aui. xj. tertij. j. cap. Dicitur ex oĩ genere. nã habet villos longitudinales per quos attrahit aerem. latitudinales per quos expellit ſanguinẽ & ſpũs ad alia membra & fumos capinoſos ad extra. tranſuerſales vt retineat ſanguinem in ſe & cætera retinenda. vñ in iam mortuis reperit̃ ſanguis retentus in eo vt in libro de tabe. Dicitur cũ duobus additamẽtis, qm̃ ſicut cerebrum habet duas aures à lateribus, ita & cor duo additamẽta in ſimilitudinem aurium. Vnde de iuuamentis mẽbrorum. capitulo de iuuamẽtis auricularum cordis quæ ſunt rugoſa & mollia ſtãtia ſuper duo orificia per quæ recipit ſanguinem & aerẽ ad eius refrigerium. & fuerũt ex fine creata. vt ſi qñ contingat cor repleri multo ſanguine aut ſpũ poſsit cor p dilatationem iſtorũ additamẽtorũ ipſum continere. qbus mediantibus fit clauſio ſanguinis & ſpũs. & hoc fecit natura nõ intenta magnitudini cordis. ſed magis puritati. nam ex magnitudine eius ſecuta fuiſſet virtutum debilitas ppter ſparſionem ſpirituũ. nam aĩalia magni cordis reſpectu ſuę molis ſunt timida vt lepus ceruus. Itẽ cum paucificatur ſanguis & ſpũs in corde iſtæ auriculæ molles cõtrahunt̃ & ſuppleot locũ eius quod euacuatũ eſt, ne concauitas cordis vacua remaneat. Item ex his etiã euitat̃ ponderoſitas vt patet cõſiderãti. Ex quæſtionibus apparet quare fuit mediocris ac debitę quãtitatis, eſt tñ maius in hoĩe q̃ in aliquo alio aĩali eiuſdẽ quãtitatis, qm̃ plus habet de calore in quãto. Dicitur duro. habet etenim capſulã nerueã in qua cõtinet̃, ſeparatũ tñ ab ea, ne in ſuo motu impediret̃ à grauitate capſulæ, & facta eſt neruea, & dura ſiue fortis cui nõ reperitur pãniculus ei par i ſpiſsitudine. vt Aui. ad hoc vt ipſum tueat̃ à nocumẽtis & ne impediat̃ in ſuo motu ab alijs membris. q̃ capſula habet in ſe aquoſitatẽ qua cor humectat̃ ne ſuo cõtinuo motu exiccetur. nam ex eius aquoſitatis cõſumptione accidit maraſmus, & de eius ſuperfluitate accidit iectigatio, cardiaca, tremor & hmõi. vt. v. de interioribus. ij. cap. Dicitur figuræ pyramidalis, qm̃ hæc figura conuenit cuicũq; excedentis caliditatis. qm̃ eſt figura q̃ debet̃ primo calido ad quod concurrit q̃ melior hac figura fuit diſtinctio ventriculorum eius. & pars eius acuta tendit in deorſum & ad ſiniſtrũ, vt Concilia. differentia. lxxxviij. & xj. tertij. primo cap. & declinat magis partim ad ſiniſtrum. Dicitur ca tribus ventriculis. habet etenim tres ventres. dextrum. ſ. in quo ſanguis continetur arterialis, & ſiniſtrum in quo ſpũs, & medium qui eſt via tranſitus ab vno ad aliũ, & hic nõ eſt vna cõcauitas vt cæteri ſed plures & paruæ. maiores tñ in parte dextra q̃ ſiniſtra. Dicitur. xi. hoſtiol. Vbi notãdum q̃ in dextro ventriculo reperiunt̃ duo orificia magna. vnum per quod ingredit̃ vena chilis & eſt truncus ita magnus apud cor & cũ eo continuatus vt philoſophi credãt ipſam à corde ortum habere. qm̃ ipſa videt̃ ibi ſicut ſtipes aliorum ramorum à quo oritur ramus ante q̃ cõcauitatẽ cordis ingrediatur q circuit cordis radicẽ diſpergẽdo ſe per ſubſtantiam eius. imo vt Gentilis dicit. xi. tertij. j. cap. ſuper illa parte, & in ipſo ſunt tres ventres. Et etiam in hoĩe vix apparent, quod addidi ppter fruſtra laborantes in anatomia, & hic ramus portat ſanguinem quo cor nutritur. in orificio vero magno venæ chilis quo ipſa cor attingit reperiunt̃ tria hoſtiola quæ ſunt tres pãnicul i qui difficulter videntur in anatomia. qñ mortuo aĩali ex ſua cõtractione in ſe ita pusificantur vt ſenſui nõ bene manifeſtentur. & hæc reperiuntur ab extra ad intus hora qua cor dilatatur, & attrahit ad ſe ſanguinem q in eo pfici debet & alijs mẽbris diſtribui. cũ vero reſpicit ſanguinem clauduntur illa hoſtiola ab intus ad extra, ſed nõ perfecta clauſiõe. & cauſa qm̃ per illud orificium met fieri expulſio ſanguinis perfecte decocti, qm̃ cor cõſtringitur. nã expellitur pars eius ad pulmonẽ vt dicetur, maxima pars in arteriã adorti q̃ ſanguinem arterialem in totũ corpus deportat. Eſt oĩq; illud orificium quia ſecundũ in ipſo ventriculo verſus pulmonẽ. nã primũ eſt verſus epar, quod eſt orificiũ venæ arterialis, quia habet duas tunicas vt eſſet fortis, cũ vadat ad mẽbrum, quia ad pulmonem q eſt in continuo motu ne itaq; frãgatur. Item qm̃ ſanguis per eã delatus ſubtiliſsimus eſt. In hoc autem orificio ſunt tria alia hoſtiola q̃ aperiuntur ab intus ad extra et clauduntur ecõtra pfecta clauſiõe, qm̃ cor per ipſum orificium debet à ſe expellere hora cõſtrictionis & nõ attrahere hora dilatationis. In ſiniſtro vero reperiuntur cõſimiliter duo orificia circa radicẽ eius. Primum eſt orificiũ arteriæ aortæ ſic dictę, qm̃ oẽs aliæ arteriæ ab ea oriũtur in quo ſunt tria hoſtiola. vt ſupra. depreſſa valde & q̃ perfecta clauſione claudũtur ab extra ad intus, & aperiuntur ab intus ad extra. & per ipſa in arteriã ipſam cor cum cõſtringitur plurimũ pellit ſanguinis & ſpũs. Secundũ eſt orificium arteriæ venalis q̃ dicitur arteria, quia vaporem & fumum capinoſum portat. & venalis qm̃ vnicã habet tunicã. & qa per ipſum cor attrahit & expellit. Ordinauit natura duo hoſtiola tñ q̃ perfecta clauſione nõ clauduntur, & hæc hoſtiola ſunt multum eleuata, vt aperiãtur parietes cordis qñ expellit & tranſmittit ſpm̃. Sunt itaq; hoſtiola à natura inuenta. vt exempli gratia. in arteria venali vt in eius cõſtrictiõe aer frigidus nõ ſubito ſed gradatim ad cor perueniat. Similiter vt in eius dilatatiõe nõ ſubito multum de ſanguine arteriali & ſpũ ad arteriã perueniat. Et pariformiter in arteria aorta ne in conſtrictione cordis multus ac ſubitus eſſet fluxus ſanguinis in arteriã & econuerſo ne ex cõſtrictione arterię in cor &c̃. Et hæc oĩa colliguntur ſeptimo de iuuamẽtis. tertio cap. & ſeptimo de vtilitate particularium. vij. capitulo. Dicitur in medio pectoris, nam ſtat in medio ſuperioris & inferioris amorũ extremis ſicut princeps mẽbrorum aliorũ. Nam ſicut locus medius regni eſt conuenientior regi vt conuenientius ſubditis ſubueniat, ita & de corde, declinat tñ vt dictum eſt ad ſiniſtrum cum cuſpide vt elongetur ab hepate. Aui. cum radice vero ad dextrũ vt bene poſſet ſufflare calorem & ſpm̃ in partem dextrã. vnde cõceditur ſiniſtra calidior dextra. Dicitur ac ſuper ſubſtãtiam ſimilẽ. oportet enim q̃ motus fiat ſuper aliquo fixo. vij. phiſicorum. Cum autẽ cor ſemper dilatetur & conſtringatur oportet ponere aliquam partẽ fixã ſuper quã innitatur cor. & hæc eſt ſubſtãtia ſimilis cartilagini i hoĩe, qm̃ in alijs aĩalibus reperitur os vt in corde cerui quod eſt cordiale, & in corde elephãtis. Et ex his oĩbus patet anatomia, cõplexio, & deſcriptio cordis. Diſpoſitiones cõplexionales cordi cõmuniter accidẽtes, circa quas verſatur medici intentio ſunt quatuor, debilitas. ſ. cordis, pulſus cordis, tremor eius, ac ſyncopis, q̃ ab eiſdem cauſis puenire videntur, à ſe inuicem differentibus tñ ſm̃ intenſum & remiſſum, nã mala cõplexio debilis ac remiſſe imprimens facit cordis debilitatẽ. cum autẽ eleuatur in malitia faciens cadere differentiã in motu cordis magnitudinis, velocitatis, ac frequẽtiæ, vt q̃ fiat maior velocior continuãte in oĩ hora tunc fit cordis tremor. q̃ ſi cum his differẽtijs erit q̃dam viciſsitudo ac interpollatio, tũc fiet cordis pulſus. cũ vero fortius ac intenſius imprimet, ita vt pfocet motum eius atq; impediat repelliẽdo ſpiritum

ſpiritus ad interiora vel aggregãdo eos ad principiũ: tunc facit ſyncopim. q̃ ſi vltimata victoria vincet ita vt extinguat̃ ſpũs & calor vitæ tunc accidit mors. Iſta tñ ſunt moderanda addẽdo ex ſignis, vt infra in capitulis ſuis. & harum diſpoſitionum cauſæ ponent̃ particulariter in capitulis particularibus infra. Sed ſciẽdum eſt q̃ malitia cõplexionis frigidæ ſuſpectior eſt q̃ calidæ ꝓpter elongationẽ à re vitæ & ſicca magis q̃ hu. hæc oĩa à Meſ. de corde. Sed hic caderet difficultas de lapſu. relinquo theoricis. Et dcm̃ eſt diſpoſitiones cõplexionales. qm̃ de ſolutione continuitatis eius & de apoſtematibus eius parum dicet̃ in vltima rubrica huius capituli. & cauſa dabit̃. Poſtremo nota q̃ habita cura tremoris, & ſyncopis habetur cura perfectę debilitatis & pulſus cordis. hinc ſequens ducem omittiã tractare de eis, cum ab eis non differant niſi ſm̃ intenſum & remiſſum vt dictum eſt. Tua itaq; intererit moderari medicamina. & tu bene conſidera.

*De tremore cordis, ſeu cardiaca paſſione.* Rub. II.

πάλμος græcis, latinis palpitatio cordis, ac tremor, recētioribus ac perperam Cardiaca paſſio nuncupatur.

TRemor cordis eſt motus tremulus accidens cordi vel cordis crebra pulſatio. ex qua apparet & ſenſu manifeſte cõprẽhendit̃ diuerſitas in pulſu pertranſiens terminum in oĩbus differentijs eius. Cuius cauſa ſm̃ plurimum vt Raſis in diuiſionibus eſt mala cõplexio calida materialis aut Imaterialis. Nam ad lapſum calidũ facilius ac frequentius labit̃ alijs paribus. oĩs nanq; mala complexio pſeuerans in corde ita ipſum debilitat vt poſt debilitationem amplius virtus expulſiua ſtimulet̃ ad expellendum eius nocumentũ vnde accidit pugna inter mẽbrum & virtutẽ. ꝓpter quod cauſatur motus tremulus vt ſupra rubrica de tremore. Vel & melius mouetur motu tremulo ad expellendum nocumentum, qui motus cauſatur hoc modo videlicet, quia ꝓpter nocumentum perceptum cor contrahit̃, & quia in eius cõſtrictione amplius caleſit indiget dilatatione, & q̃a eſt debilitas virtutis ſit pulſatio crebra. quare &c̃. Et hic motus ſiue paſſio à quibuſdam etiã modernis cardiaca paſſio nominatur, verũtamen oĩs cordis paſſio cardiaca nominari poteſt. Vnde Simon Ianuenſis Cardiaca græcæ, latine cordis dolor. Et dicitur cuius cauſa. quoniam ab alijs cauſis & multis prouenire poteſt vt ordinate cauſas eius recitando apparebit.

CAVSÆ itaq; eius ſunt ab intrinſecis incitãtes oẽs illæ quæcũq; ſunt in corde, aut pãniculo eius, aut aliunde euenientes, q̃ cor ipſum lædant. Poſſunt nãq; tales primo eſſe Imateriales q̃nq; materiales humoroſę ſanguineæ cholericæ, melancholicę, vel phlegmaticæ, & hoc raro. Raſis. aut ventoſæ, & ſunt reliquis faciliores. Aui. Vbi nota q̃ ſi fuerit ventoſitas vaporoſa ſubtilis cum qua nõ cõiungitur materia à qua eleuat̃ iſta eſt melior & leuior, & cauſa quia ſtatim reſoluitur. q̃ ſi fuerit turbida groſſa cum qua coniungit̃ materia à qua eleuat̃ illa eſt pluribus cauſis humoralibus difficilior & fortiores cauſat dolores, patet in iliaca, & colica. nã difficilius reſoluitur. Quãdoq; fit ab apoſtemate calido vel frigido eius vel capſulæ ſicut accidit ſymię. Gal. qui dicit ſe inueniſſe veſicã in capſula eius. de quo Auic. Quandoq; à ſolutione continuitatis. Q̃nq; ab oppilatione cõtingente in arterijs ꝓpinquis cordis. vñ ſanguinis cõmunicat nocumẽtum cordi, & facit pulſum diuiſum abſq; hoc q̃ facit diuerſitatẽ in anhelitu, vt q̃nto interiorum in fine. Ab extrinſeco ſeu à cauſa primitiua vt ab odoribus malis ꝓpter nimium ſolis calorem aut frigus ſubito occurrens vt in potu aquæ frigidæ, aut nimia inanitio vt in exitu multi ſanguinis, aut vehemẽs animi accidens. aut tremor, aut timor aut ira fortis, aut ꝓpter morſum venenoſorum. aut propter vermes in ventre genitos & ꝓprie q̃ñ aſcendunt ad ſuperiora myrach in cibo & maxime q̃nq; veniunt ad os ſtomachi. Cõmunitate interiorum fit maxime à ſtomacho, & ore eius preſertim propter humores mordicatiuos aut cibũ corruptum. Nã antiqui nocumentum oris ſtomachi, nocumentum cordis vocauerunt. vt quarto apho. cõmẽto. 17. Ab hepate conſimiliter, nam q̃nq; hepar plurimũ ſanguinem melancholicũ generat qui in cor imprimit malam cõplexionem, et in eo ægritudines cauſat, & hæc impreſſio eſt oĩbus alijs deterior. Meſ. ita vt q̃nq; generet materiam melancholicam.

A cerebro quidem vt in epilepſia. A ſplene vt in apoſtematibus eius & tumoribus. Item à matrice vt in ſſocatione cõmunicatis malis vaporibus ei. Item a toto vt in febribus maxime peſtilentialibus. Item a forti animi accidente. vt in concuſſione timoris balneo vehementis caloris. aut forti exercitio ſiue labore, & breuiter quæ faciũt ad cordis notabilẽ debilitatem vt ſunt ſuperfluæ euacuationes vt in exitu multi ſanguinis. multæ aquæ vt in hydropico, vel multæ ſaniei vt in apoſtematibus ſunt, vel eſſe poſſunt cauſa factiua tremoris.

SIGNA demonſtratiua diuerſitas pulſus.

Signa ſi fuerit ex humiditate erit cum diuerſitate leuitas, & perceptio humiditatis in corde.

Signa ſi ſanguis fuerit in cauſa erit cum diuerſitate magnitudo ac velocitas. Item & hæ duæ regulæ. ſ. magnitudo & velocitas percipiuntur etiam ceſſante tremore, & aderunt reliqua ſigna ſanguinis. de quibus ad plenum in principio operis. & addit poſt q̃ tales iuuãtur coitu. quia tales habent multum de ſemine.

Signa ſi fuerit a cholera quod raro eſt erit illic fortis inflãmatio, velocitas in pulſu, cum eius duritie, ſiccitas linguæ, palati, ſitis magna, quæ melius per aerem frigidum q̃ per potum frigidum ſedabitur, & reliqua ſigna choleræ.

Signa ſi a phlegmate pulſus vndoſus, non multum velox. vrina pallida. paucitas ſitis, & q̃a eſt hõ puſillanimis vſus regimine phlegmatico &c̃. de phlegmate allato loco.

Signa ſi fuerit ex melancholia, tunc erit cum triſtitia ſolitudine pulſu duro. vrina fuſca etiã habitudo colorq;, & ſimilia demonſtrabunt, de quibus allegato loco. & timi melancholici ſunt naturæ valde horribiles.

Signa ventoſi ſunt paruitas in diuerſitate pulſus velocitas reſolutionis eius.

Apoſtemoſum uero ſignificant ſigna apoſtematũ, quia calidi aut frigidi de quibus infra ſuis rubricis.

A ueneno uero priuatio aliarum cauſarum.

Signa ſi a vermibus priuatio aliarum cauſarum, & cũ hoc plus moleſtatur ante cibum, & poſt aſſumptionẽ deſcendunt. ceſſat ſimiliter ſi ex inanitione aſſumpto cibo gratur. econtra ſi ex repletione fuerit.

Signa ſi fuerit ex caliditate pura erit pulſus uelox frequens, & inordinatus multum etiã non in hora tremoris cũ ſiti quæ ex attractione aeris frigidi melius ſedabitur, ut ſupra neq; ſentietur humiditas in qua uideatur cor natare, & q̃ poſt labores factus, & poſt uel in hectica.

Signa ſi fuerit a frigiditate pulſus, & anhelitus erũt parui tardi, & inordinati, etiam non in hora tremoris. & q̃ fit ꝑ euacuationes fortes euacuantes multum de ſpiritibus.

Signa ſi fuerit propter oppilationem erit diuerſitas in pulſu in magnitudine & paruitate, debilitate, & fortitudine cum priuatione ſignorum repletionis.

Signa ſi fuerit propter nimiam ſenſibilitatem. tunc a qualibet facili cauſa uenit ut a uentoſitate leui, & alio tali nocumento leui. Et eſt cũ eo tũc fortitudo pulſus cũ ſanitate anhelitus, & aliorum membrorum, neq; in operibus conſuetis læditur notabiliter. Et iſti ſunt quorum facientibus apparent ueſtigia aliarum paſſionũ ſicut iræ, triſtitię, gaudij, aut alterius. nã leuiſſima cã eos faciliter mouet.

Signa facti uia criſis aut communitate totius quia in febribus manifeſtus eſt.

Signa ſi fuerit cõmunitate ſtomachi ſignificat̃ quia hora digeſtionis cibi in ſtomacho fuit tremor fortior ex motu facto in ipſo & cordi cõmunicato. Item tempore uacuitatis alleuiat̃, & niſi acciderit effuſio cholere ad os eius.

Item quãdo accidit nauſea vomitus et tp̃e vomitus alleuiat̃, & vomitus demonſtrat rẽ facientẽ tremorem. Item aliæ ſtomachi diſpoſitiones vt imaginatio ſeu appetitus ad rẽ cõtrariã eis quę eſt in ſtomacho lędens ipſum. vt cũ eſt ad potũ vel cibũ frigidũ. & hmõi de quibus in fine. 1 ſ. cap̃.

Signa ſi fuerit cõmunitate pulmonis percipitur in anhelitu difficultas, & ꝙ talis p̃paratus ẽ ad ęgritudines pulmonis vt eſt aſthma & hmõi. & ꝙ apparẽt alia ſigna ſignificãtia pulmonis læſionẽ de q̃bus actũ eſt in pręcedẽti cap̃.

Signa ſi à matrice aut ab hepate, vel ſplene, renibus, vel inteſtinis ſignificãt leſiões in pędictis mẽbris. & illas cognoſce per ſigna poſita de eis in rubricis proprijs.

Signa eius qui eſt ex cauſis extrinſecis manifeſta ſunt.

P R O G N O S T I C A tremor accidens ex ſolutione continuitatis ſubſtantiæ cordis curam non recipit. Tremor ex apoſtemate accidenti cordi aut capſulæ eius non ſanatur, & ille cui accidit cito moritur in primo die ſi eſt calidum. in ſecũdo die ſi eſt frigidum. Inter malas complexiones cordi accidentes facientes tremorẽ eſt mala complexio ca. & ſic. ab hac enim cito fit hectica. Tremor cordis diu perſeuerãs mortem inducit, nam mala cõplexio excedens debilitans virtutem tremorem inducit & tremor ſyncopim, & ſyncopis mortem. Si poſt tremorem accidit vomitus praſinus, & tremor non ceſſet ſignificat ſpaſmum, & mortem. Si ſuper cor puſtulæ naſcuntur interficiunt in quarta. & tales emittunt per os ſanguinem, & per nares ſicut incauſtrum.

Cor vitæ minera.

C V R A canones anteq̃ ponantur particulares ſcribẽtur vniuerſales omnibus his iam dictis ęgritudinibus cordis deſeruientes. Primus ꝙ ſummo ſtudio & non inerti ſollicitudine ęgritudinibus cordis eſt ſuccurrendum. nam eſt theſaurus & minera vitæ. quo mortuo aut languente cætera languent, & moriuntur. Tu itaq; feſtina cum opus erit. Secundus ꝙ vbi compræhendiſ cordis paſſionem à ſanguine in quali vel quanto peccante, puenire nõ eſt differenda phlebotomia à remotis primo vt à ſaphenis à baſilica ſecundo. tertio cum ventoſis apud ſiniſtram ſpatulã poſitis. eius enim tardatio eſt cauſa mortis infirmi. Tertius ꝙ ſtudium debet eſſe magnum ne talis euacuatio ſuperfluat ne virtus cadat. Quartus ꝙ poſt quãlibet euacuationem debemus exhibere quæ cor ſua proprietate viuificent & confortent ſimplicia vt borago, buglosſa, vel compoſita cordialia. Quintus ꝙ tam à repletione cordis à ſanguine q̃ ab eius repletione facta ex vaporibus liberat phlebotomia. ſed phlebotomia baſilicæ dextræ remouetur repletio ſanguinea. ſed vaporoſa ex phlebotomia ſiniſtræ. Sextus ꝙ medicinæ quæ euacuant humorẽ alium à ſanguine à corde cum ſint vt plurimum ei contrariæ debent miſceri cum medicinis confortantibus cor que in eo fortitudinem efficiunt. Septimus ꝙ audaciores eſſe debemus in ægritudinibus cordis in adminiſtrando phlebotomiam q̃ in exhibendo pharmaciam. & cauſa, qm̃ phlebotomia non peruenit ad cor ſaltem formaliter ipſum lædendo ſed bene pharmacia. nam ſuo vapore ad cor perueniens ipſum lædit. Octauus ꝙ in remouendo malitiam complexionis calidæ cordis debemus admiſcere calida cordialia cum frigidis vt frigida melius penetrent. & vt ſpiritus cordis ex ipſis calidis confortentur, & non ex ipſis pure frigidis extinguantur. Nonus ꝙ in remouendo malitiam cõplexionis fri. auſi eſſe poſſumus in adminiſtratione ſolum calidorum non excedentium, quoniam etiã multum calida nocent ſpiritus reſoluendo. & ideo Auic. quarta primi. primo capitulo præcipit ꝙ exceſsiue calida mẽbris principalibus applicari non debent. Quandoq; tñ ab auctoribus inuentum eſt vt in confectionibus & electuarijs ꝙ cum calidis calibus apponunt frigida in pauca quãtitate tamen quod faciunt ad calidorum conſeruationẽ ne cito reſoluãtur. Vbi autẽ ſit notabilis diſcraſia cordis frigida ſola poterunt calida adminiſtrari. Decimus ꝙ in remouendo malitiam complexionis ſic adminiſtrari debet diæta multum humida & ſpecialiter cibus & potus. contrarium de humida. de quibus ſuo loco. Vndecimus ꝙ in cura male cõplexionis pure raro phlebotomamus, ſed ſola adminiſtramus alterantia. Et dicitur raro, quoniam vbi eſſet magna inflammatio forte non conueniret phlebotomia. Vltimus pro nunc canon eſt. ꝙ attente atq; ſtudioſe debes inueſtigare cauſam ægritudinis cordis ne cõtingat te errare, quoniam error circa ipſum factus eſt nimis periculoſus vt ſupra.

C V R A particularis canones ponantur particulares. Primus eſt ordinatio diætæ. Secũdus eſt alteratio quãdo ſcilicet eſt mala complexio ſiue materia. Tertius eſt digeſtio materiæ quando dat inducias. Quartus eſt euacuatio. Quintus reſumptio cõtinget ex ſuperflua euacuatione. Sextus cõfortatio cordis, & ſpirituum. Septimus rectificatio membri cui cor compatitur. Octauus confortatio cordis ne ab alio recipiat.

Primus completur primo ex parte aeris. Vt quoniam aer debet eſſe mundus non fætidus, ſed clarus, non ventoſus, bonis mixtus odoribus, ex rebus calidis odoriferis, cordialibus, aut frigidis vt diſpoſitio ipſa exigit. de quibus in cõplemento ſequentis canonis. Ex quibus fieri poterũt ſuffumigia, irrorationes, & huiuſmodi de quibus ad plenũ tractatu de peſte. Cibus debet eſſe placidus, quia in odore, & ſapore naturaliter vel accidentaliter ſuauis cito digeſtibilis. paucarum ſuperfluitatum. multi nutrimenti, vt pullina caro. faſianorum. perdicum. auicularum paruarum. oua ſorbilia. piſces laudati & huiuſmodi. de quibus ſupra. quarto tractatu. Item hepata gallinarũ. Potus ſuauiſsimus. vt vinum odoriferum ſubtile. album aromaticum & huiuſmodi lymphatum, aut non ſm ꝙ diſpoſitio exigit. Somnus magis competit vigilia ipſa, & quies magis ipſo motu. cõpetit tñ interdũ exercitium temperatũ per loca odorifera plana & huiuſmodi. Balneum cõpetit tẽperatum ex odoriferis ca. vel fri. vt diſpoſitio exigit maxime poſt purgationẽ, imo viaticus dicit ipſum ſemp fieri debere. Abſtineatur à repletione. Et ſuper omnia ſit ſtudium in regimine animi accidentium.

Secundus completur ex applicatione rerum cor cõfortantium frigidarum aut ca. aut temperatarum ſm ꝙ ipſa diſpoſitio exigit ſub forma embrochæ, aut epithimæ. aut ſacculi. aut emplaſtri. aut cõfectionis, ſiue electuarij & huiuſmodi, aut imponendo in balneo aut inuoluendo patientem linteamine madefacto in aqua rerum cordialium huiuſmodi. tamen canonis complementum clarius habebitur ſi ea ſimplicia aut compoſita cordialia calida frigida, aut tẽperata enumerabuntur. Cordialia calida ſunt. Crocus de quo detur in pauca quantitate, quoniam in magna aſſumptus interficit vt venenum. Ciminum. Zedoaria. Xyloaloes. Garyophyllon, & eſt mirabilis Aui. Cardamomum. Muſcus. Ambra. Meliſſa. Cubebe. Enula & eſt mirabilis. Aui. Cortex citri. Spica. Cinnamomum. Mentha, Ocimum & huiuſmodi de quibus plene in compoſitis dicendum. Frigida ſunt Margaritæ. Corallus. Bolũ arme. Carabę. Camphora. Roſę. Sandalus. Poma. Coriandrum ſiccum & humidum. de quo in dubijs. Os de corde cerui. Ebur. Myrtus. Acetoſa. Seta cruda. Acetoſitas citri. Endiuia. Nenuphar temperata. Macis. Bugloſſa ſiue lingua bouis in cuius datiõe ſis audax in cibis & potibus. Poma dulcia & odorifera. vt Granata dulcia & huiuſmodi. de quibus in tractatu de peſte. Ex compoſitis vſualibus calidis eſt maxime cõmendatum electuarium de gemmis Meſ. Confectio de xyloaloes Meſ. Diamuſcum dulce, Meſ. Aromaticum muſcatum Meſ. roſatum Meſ. gariofilatum Meſ. Diambra Meſ. Electuarium regũ Meſ. Diamuſcũ Ni. Diamargariton Ni. Ex frigidis cõfectio. Gal. de acetoſ. Meſ. diſtinctione prima. Poma cõdita, vt Meſ. diſtinctione. iiij. Pira condita ſuccharum ro. vio.

Syrupus

Syrupus de acetoſitate citri. Diarodon abbatis Nic. Ea temperatia zuccharum bugloſſatum. Ex dictis autẽ ſimplicibus componere poteris calida, aut frig. aut temperata vt libebit iuxta modum compoſitorum, hic ex auctoribus poſitorum.

Pro complemento tertij recurre, ſupra tract. iiij. vbi digeſtiua ponuntur membris omnibus cõuenientia, ea quibus elige cordialia inquantum potes, aut adde ea cordialibus aliquid, materiam ipſam tamen reſpicientibus.

Ante cõplementum quarti ſcito q̃ in omni ægritudine materiali maximũ affertur auxiliũ cum euacuatiuis. Auic. Quod ſi fuerit ea ſanguine fiat phlebotomia ultima. Auic. qm̃ melius per phlebotomiã euacuamus materiã & maxime ſanguineã cordis facientẽ ipſius tremorẽ q̃ per pharmaciã. Cõſimiliť agať vbi ad cor mitteretť vapor ſanguineus melãcholicus ab alio membro. cuiuſmodi eſſet aut ſplen, aut matrix, aut hepar. tu tñ ętatẽ cõſidera, & cętera in phlebotomia cõſideranda. Quod ſi fuerit à phlegmate vtere medicinis ſolutiuis reſpectũ habẽtibus ad cor, vt eſt hiera Gal. habẽtibus euacuare phlegma. et etiã ordina ex alijs de qbus trac. iiij. q̃ cũ cordialibus corrobora. Conſimiliť ſuo mõ dicať cũ materia peccãs eſt cholerica, vt cũ diaprunis ſolutiuo, caſia, reubarbaro, ſicq; ſi fuerit melancholica vt eſt hieralogodion proportionabiliter vt de phlegmatica.

Pro quinto ſtude ad remotionem euacuationis. Deinde ad reſtaurationẽ cum cibis, & potibus. Tertio cum confortantibus intus & extra, remotio autem euacuationis fit cum rebus reſtringẽtibus & cõfortantibus membra & naturalia & animalia. vt infra. xv. cap. de cura fluxus omniũ membrorum. Reſtauratio vero fiat cum medicinis cõfortantibus ſpiritus, & cor, & regenerantibus, & multiplicantibus ſpiritum & ſanguinem. Exemplum vt ſunt aurum, argentum, ſmaragdus & huiuſmodi vt ſupra in complendo ſecundum canonem. Exemplum tertij. vt oua ſorbilia recentia. vinum aromaticum.

Confortantia autem cordialia calida aut frig. vel temperata dicta ſunt ſupra in ſecundo canone. cũ quibus completur & ſextus canon.

Pro ſeptimo vero aduertendũ quod dictũ eſt q̃ cõitate multorũ membrorũ cõtingere poteſt vt ſtomachi, hepatis, matricis. Quod ſi fuerit à ſtomacho, & p̃cipue ab humore groſſo ſtude ad inducẽdũ vomitũ ſpãliter poſt cibi aſſumptionẽ cũ ſubtilitatiuis vomitũ ꝓuocantibus. vt eſt ſuccus raphani cum oxymelle aut cum alijs. de qbus infra xiij. cap. Poſt quẽ vomitũ factum da medicinã ſolutiuã. vt hiera Galeni. hiera ſimplex & hmõi cõfortata cũ agarico. Aui. Quod ſi fuerit ea cholera mordicante da ſuccũ vel fructus ipſos frigidos ſtomachum cõfortãtes. vt ſunt ſuccus pirorũ. citoniorum. granatorũ acetoſorum & hmõi & ſpecialiter poſt cibum. deinde ſtude ad leuitionẽ naturę cũ thamarindis. manna, reubarbaro & hmõi. aut electuarijs vt tuæ videbiť prudentiæ. in hoc caſu quidam phlebotomãt. Quod ſi fuerit ex coruptione cibi in ſtomacho cõforta ſtomachũ & ipm̃ prępara ad digeſtionem bonam, vt infra. xiij. cap. Itẽ ſimiliť ꝓportionabiliter agito ſi venerit vitio matricis, hepatis. ſplenis. aut vermiũ à quibus non raro cõtingit. de quibus infra ſuis capitulis. Item poteſt cõtingere ſucceſſione feb. quo caſu fiat diuerſio ligando crura & prohibendo aſcenſum uaporũ. olfaciẽdo camphoram & huiuſmodi. potando ſuccum granatorũ. Iuſcula hordei cum aqua cal. ſuperponendo cordi petias infuſas in aqua ro. ſandalis. camphora, & huiuſmodi.

Completur octauus pendens ex ſecũdo & quinto cum epithematibus, embrocis, ſacculis, & hmõi ad extra. & cũ eis ad intra. vt ſupra ſecundum cauſæ neceſſitatẽ. Et ex datis manifeſte apparet & facile compræhenditur modus rationalis curæ tremoris tam calidi q̃ frigidi cordis.

E T V T D V C E M ſequar ſuccincte quę opportuna erunt pro ipſius tremoris cura ſubiungam. In tremore itaq; calido cordis ſtude, vt aer ſit frigidus vltimã infrigidatione, & cum irrorationibus, odoramẽtis ex frigidis cãphora, ſandalis & hmõi, cum quibus ſi cõmiſcebiť aliquid vini odoriferi ſolum vt amplius penetret nõ erit malum Auic. Et permutatio ad aerẽ frigidum eſt ex eis q̃ maxime iuuant, illud enim reducit ad ſanitatẽ. Auic. & cã eſt ſatis nota. Nam aer penetrat ad cor. & breuiter totum regimen declinet ad frigidum & humidũ. Quod ſi fuerit abſq; materia, altera vt ſupra ad extra & ad intra applicãdo remedia. Et ex laudatis ad intra. ℞. ſeminũ lactucarũ. endiuiæ, portulacæ, bugloſſæ, ſandalis. roſ. ſpodij. coriandrorum. ſiccorũ, corallorum, carabe, margaritarum. ana. par. ij. camphoræ quartã partis vnius. detur cum modico vino aromatico lymphato cum aqua ro. doſis ſit. ʒ. j. hoc tamen medicamen eſt præcipuũ vbi inflãmatio eſſet fortis & corpus cholericum iuuenile. q̃ ſi non cõmiſce ex calidis refrangendo iuxta canonem ex generalibus. & tu cõſidera. Ad idem. ℞. terræ ſigillatæ. corallorum ru. margaritarum nõ perforatarũ. oſsis de corde cerui ana. ʒ. iij. opij ℈. ij. croci macis. ana. ℈. j. puluerizentur & miſceãtur cum zuccharo ro. veteris lib. j. & hoc ſępe vtatur. Vbi uero eſſet cum materia, & fuerit ſanguinis peccatum phlebotoma vt ſupra. Si vero ex alia cauſa calida euacua vt ſupra.

Sed hic nota q̃ aliqui modernorũ videnť velle in omni cauſa calida phlebotomiã cõpetere vt Placẽtinus qui ſtatim in cã calida phlebotomat cephalicã aut mediam ſiniſtræ. cui hac in parte nõ adhęreo niſi intelligeret vbi alius humor à ſanguine ei tñ cõmixtus peccaret. & tu conſidera & in reliquis te habe ut dictum eſt hic ante cõplendo canones. In cã frigida te habe ꝓportionabiliter vt de calida dictũ te cum calidis appropriatis regendo vt ſupra. Sed hic vnum nota q̃ ſi materia fuerit melancholica ſanguini cõmixta vt frequenter euenit ꝓuoca hæmorrhoidas, euacuaq; materiã phlegmaticã, vel melancholicã cum reſpiciẽtibus eã ut eſt agaricus, myrobalani chebuli. in melancholica nigri. cõſidera. Item in tremore cordis laudatur potenter vſus bugloſſæ. vide Auic. de cura tremoris calidi cordis. Super bugloſſam ſis audax & vt nõ timeas malitiam eius, et utere in omni quod potui tribuis, & in cibo des. & iam currit conſuetudo vt in potu tribuatur, & ſimiliter aqua eius diſtillata. & in de curationibus vniuerſalibus tremoris inquit. Et eſt ea eis quibus iuuatur habens tremorẽ cordis. Et ex eis experta ſum potare pondus medij auri bugloſſæ tempore ſomnis noctibus continuis & quantitatem ponderis nuclei de garyophyllo maſculo. in aq. aureis io ieiuno. De compoſitis vſualibus nihil, quia de eis ſatis dictum eſt ſupra.

## De ſyncopi. Rubrica. III.

SYncopis dupliciter capi cõſueuit. Vno modo large pro quacunq; virtutis exolutione vel debilitate. ſub quo modo lipothymia cõtineť. eſt enim lipothymia defectus animoſitatis. dicta à lipi quod eſt defectus & thimos animus. Alio modo ſtricte quo mõ ſumpſit. Auic. xj. tertij. ibi de hoc. quã ſic deſcribit. Eſt deſtructio maioris partis virtutis motiuæ ſenſibilis ꝓpter debilitatẽ cordis & aggregationẽ ſpiritus totius ad ipm̃ ꝓpter cãm mouentẽ ipſum ad interiora. aut ꝓpter cãm præfocantẽ ipm̃ interius. quare nõ inuenit ſpiraculum. aut ꝓpter paruitatẽ & ſubtilitatẽ ſuã quia non ſuperfluit ſuper illũ qui inueniť in minera. Ex qbus apparet differentia inter lipothymiã & ſyncopim. nã in lipothymia nõ eſt deſtructio maioris partis virtutũ. imo in ea nõ eſt niſi quoddã leue impedimentũ in ſenſu & motu. quapropter eſt defectus animoſitatis ad opus ſenſus & motus. vnde lipothymicus ſentit & moueť. ſed tñ in motu eſt magis impeditus vnde ad ſedendũ cogiť. differũt ergo ſm̃ itẽſum & remiſſum. Placuit tñ paſſionario defectũ talẽ i ſenſu & motu cõtiogẽtẽ cũ à ſtomacho uẽit lipothymiã noiare dicẽs ſyncopi à corde, ꝓcedere

ſed vt ſupra ad medicū de nominibus non decertandū eſt. Nec credendum vt ſonat tex. Auic. ꝙ virtutes illæ deſtruantur eſſentialiter ſed quo ad exitum eorꝫ ad opus. nec oēs, quia naturalẽ motiuæ nō deſtruunẽ vt cordis licet aliqualiter īpediantẽ: qm̄ ſi ſic ſtatim ſequereẽ mors. Voluntariæ tñ motiuæ deſtrui videnẽ ad intellectū datum. Et eſt hic aduertendū ꝙ Gal. xij. therapeu. iiij. cap. ſyncopim deſcribit quæ eſt acuta & ſubita uirturis merſio. i. caſus. Vnde cum Auic. hic in eius diffinitione non poſuit ſubito videẽ poſſe ſyncopim ſm̄ Auic. fieri tēporalẽ per ſpalē ſpirituū reſolutionē. & ſic Gal. aduerſari, Propter qđ dicendum ꝙ de rōne formali ſyncopis non eſt ꝙ fiat ſubito. vnde qñqꝫ fit deſtructio maioris partis ut diffinitio ponit, tūc eſt ſyncopis ſiue ſubito ſiue temporaliter illud fiat. Sed pro Gal. dicendū ꝙ vtplurimū ſobito aduenit. locutus eſt ergo de ipſa ut eſt plurimum adueniens. Itē dato ꝙ ſucceſsiue fiat, tamen illud vltimum aduertimus. quo virtus cadit. ꝙ videtur ſubito fieri. cum quo ſtat ꝙ temporaliter. Ex his autem quæ dicta ſunt patet differētia inter ſyncopim. & apoplexiam, eſt enim ſyncopis cordis propria paſsio. apoplexia vero cerebri vt ſupra de apoplexia.

CAVSÆ. Et de cauſis eius dicā ꝙ Gordonio placuit ad duas tm̄ reducere. quæ ſunt. Aut exhalatio ſpiritus à re faciente ſpm exhalare vt ſunt reſoluentia. Aut conculcatio eius nimia quæ fit à cauſa aggregante & conuertente ipſum ad cor vt fortis dolor. accidentia animi. Cōſtantinus in prin. techni addit tertiā quæ eſt mala cōplexio cordi accidēs & dolorem inanitionis ſuppoſuit. Alij clarius loquētes dixerunt diſtinguentes ꝙ cauſa eius ſumitur aut ex parte cordis aut ex parte ſpirituum. Ex parte quidē cordis quia mala cōplexio aut cōtinuitatis ſolutio aut apoſtema. Ex parte quidē ſpirituū quia vel rōne quantitatis. qa pauci nō ſufficiunt diffundi ad remota vel quia multi non euentanẽ. vnde per accidens ſeipſos ſuffocant. Rōne vero qualitatis quia ſunt mala & venenoſa qualitate infecti vt tpe peſtilētiæ. Rōne modi ſubſtātiæ. qa aut ſunt nimium ſubtiles aut nimiū groſsi. Ratione motus, quia fugiunt ad cor, deſerūt membra inferiora, vt in forti dolore. Sed nō deferens ducem meum ad ea venio quæ de cauſis eius dicit. ex quibus clare habebitur quod dictum eſt. Tres tangit in genere cauſas in deſcriptiōe poſitas. Prima quę eſt ex debilitate cordis ſumpta. Secūda quæ eſt ex agitatione ſpiritus ꝓpter cauſas ꝓuocantes & agitātes. Tertia ꝓpter ſpiritus reſolutionē & paucitatem. Sex tñ in ſpeciali tāgere videẽ. Prima quidē ſumpta eſt ex parte diſpoſitionis materiæ vt quia multa ſuffocans quēadmodū accidit ex ſubita effuſione humorꝫ plurimorū & ſanguinis plurimi ad ſtomachū & ad pectus aut ad ambo ſimul. vt in ꝑmutatione ſquinantiæ ad hęc membra. Similr̄ in pleuriſi, ꝑipneumonia, & hmōi qñ materia horū multa verſus partes cordis moueẽ aut ſui viſcoſitate oppilās quare ꝓhibet tranſitū ſpirituū ad membra anhelitus vnde accidit ſuffocatio, & ſyncopis. Aut ſui mala cōplexione calid. aut frig. aduſtiua mordicatiua quēadmodū accidit in principio febriū, & ſyncopālis humoroſæ & minutæ. Scđa ſumpta eſt ex parte [illegible] vt cū ſupfluit ſequiẽ eam ſpiritus ita vt reſoluīẽ maior pars [illegible]ius vt accidit in fluxu ventris ſuperfluo, vomitu ſupfluo, fluxu ſanguinis nariū, menſtruorum vt in partu. aut ab alio mēbro vt in hæmorrhoidibus, aut ꝓpter vulnus, aut ꝑ ſupflua eūone, & ſubita hydropicorū, aut ꝓpter apirionē apoſtematis in qua ꝑmittiẽ egredi magna ſaniei quātitas ſubito. aut nimia reſolutione rōtingente in ſpiritibus ꝓpter moram in balneo aut forti exercitio. aut forti ſupfluo ſudore et maxime in corpore quod habet humores ſubtiles & ſpiritus ex facili reſolubiles. Et nota ꝙ qñqꝫ accidit ſyncopis vbi virtus uitalis eſt fortis talia non eſt timeoda. & illa eſt quæ ſequitur phlebotomiam Auic. de ſyncopi. Tertia ſumiẽ ex dolore ꝓpter ſolutionē ſpirituū in dolore factā vt in iliaca colica, & in mordicatione ſupflua accidēte in membris ſenſibilibus, vt ſunt os ſtomachi. caput virgæ, inteſtina gracilia, puncturæ neruorū, ſpaſmo, & eorꝫ cōtractione. in qbus ſequiẽ dolor intēſus morſu veſpiū, ſcorpionū, & hmōi. Quarta ſumitur ex animi accidētibus io qbus ſpūs cōprimunẽ ex triſtitia & dilatanẽ ex gaudio cor deſerētes. Quinta ſumiẽ ex parte apoſtematis, qm̄ aut apoſtema eſt magnū & à corde remotū, & tunc ſuo corrupto vapore deportato aut per arterias aut aliter ad cor ipſum lædit. aut eſt paruū propinquū ei & in panniculis pectoris vel in pāniculo eius. & vt ſupra dictū eſt lædit aut qm̄ ſiue paruū ſiue magnum aut propinquū aut non facit dolorē intenſum. Sexta ſumitur ex parte membrorꝫ cōicantiū nocumentū cordi vt eſt ſtomachus q ꝓpter eius ꝓpinquitatē ad cor & ſpecialiter os eius ꝙ ꝓpter eius uehementē ſenſibilitatē & collectionem materierū diuerſarū vt choleræ praſinæ & aliarū phlegmaticarū corruptarū cordi tm̄ nocumentū cōicat vt inde ſyncopis cōſequaẽ. nā in bulimo tantam frigiditatē cordi cōicat vt inde ſępe ſyncopis accidat. Cōſimiliter dū mordicationē oris eius à re mordicante cordi cōicat. Et proportionabiliter dicendū de re acuta nimium calida vlceratiua. Cōſimiliter ex parte matricis qm̄ cordi cōicat vapores corruptos aut venenoſos. vnde in ſumma membra cōicantia nocumentū ex quo ſequiẽ ſyncopis faciunt aut ꝓpter dolorem nimiū continuatum aut ꝓpter vaporē uenenoſum cordi trāſmiſſum. aut ꝓpter euacuationē accidētem in eis ſoluentē ſpiritum cordis. aut ꝓpter oppilationē facientē cōſtrictionē viarū ſpūs in eis quę ſunt in circuitu meatuum cordis. aut ꝓpter cōplexionea corruptas malas fortes dominantes eis, ſicut in febribus adurentibus, & peſtilentialibus. Aut quia omnia membra ſimul aut aliqua cōmunitate ſua ipſi cordi nocumentum grande præſtant vt cōtingit quādoqꝫ ex materia in inteſtinis cōtenta. Scio hic me multum in cauſis ꝓtelaſſe, ſed non abſqꝫ cauſa feci. & tu conſidera. Et ex ſyncopi quædam confirmatur & eſt illa in qua facies deuenit ad viriditatē & collum ad contorſionē, & hæc curam nō recipit. Auic. Quædam nō confirmata & hæc curam recipit. Et quando continuaẽ ſyncopis & fit vehemens & non eſt cauſa manifeſta faciēs eam, imo eſt cordialis, tunc habens eam moritur ſubito. Auic. Et homines quibus accidit facilius ſyncopis ſunt infantes, debiles, decrepiti, conualeſcentes, cholerā mobilem habentes, malo vtentes regimine, carcerati, famelici, Serapio. Et debiliores quidem homines ad tolerandum ipſam ſunt comparati ad hoc ut neqꝫ ſint infirmi neqꝫ ſani ſicut infantes, & qui ſunt eis proximi & decrepiti & cōualeſcentes. ſed in ætate prouenientes tolerant ipſam, & eius tolerantia eſt plurima in hyeme qꝫ in æſtate. Auic.

SIGNA demonſtratiua. ablatio ſenſus, & motus, pulſus formicans, mortificatio faciei, frigiditas extremitatum, & reliqua dicta ſupra de apoplexia.

Signa eius quæ eſt talis per proprietatem. cordis debilitas. paruitas & diminutio pulſus & anhelitus & raritas & obliuio attrahendi aerem, & ꝙ ex omni facili cauſa accidit ei. de quo Hippo. xlj. Aphor. ij. Sectionis. Qui frequenter, ac fortiter abſque cauſa manifeſta exoluuntur de repente moriuntur.

Signa ſi fuerit a cōmunitate aliorū oportet diligēter inueſtigare diſpoſitiones membrorum aliorum. & ſi ante io eis paſſus eſt vel prius lęſionem ſenſerit.

Signa ſi fuerit de cauſis primitiuis ab aſtantibus inueſtiga. Item aliquando poſt ſyncopim accidit aliquid vt vomitus vel fluxus ventris vel aliquod tale quod cauſam ipſam declarat.

PROGNOSTICA futuræ ſyncopis. Tremor cordis, mutatio coloris faciei, mutatio pulſus in paruitatem & tarditatem, frigiditas extremorum. Si alicui perſeuerauit longo tempore tremor cordis, & ſubito veniat ſyncopis expeditus eſt. Si alicui ſubitoq venit ſyn-

copis

cōpis quæ prolongetur & color faciei mutatus fuerit in liuorem aut virorem aut nigredinem expeditus eſt. Si ſyncopizato apponatur vel inſuffletur ſternutatorium, vt elleborus & huiuſmodi. & non ſternutet conſummatū eſt.

Quando alicui accidit ſyncopia ſine cauſa manifeſta primitiua vel ante cum tremoris frequentia, ita q nō euenerit vitio ſtomachi vel aliunde, tunc ſyncopia eſt cordialis confirmata. vnde ſi vehemens fuerit moritur habens eam vt dictum eſt. Confirmata enim curam non recipit. Et hic vltimo nota, vt ſupra eędē ſunt cauſæ tremoris & ſyncopis. & cum cauſæ tremoris augentur faciūt ſyncopim & ideo ſigna ſunt proportionata contraria.

C V R A vniuerſalia. canones. Primus q in cura ſyncopia cū ſit paſſio cordis quod eſt principale vitę principiū, debemus feſtinare ad eius curā omni ſtudio etiā præcauere ab errore qm̄ error etiā paruus in hoc poſſet eſſe cā mortis. Secundus q dato q ſyncopi ꝓprie & per ſe non debeatur cura cum ſit accidēs, & accidenti ꝓprie & per ſe non debeat curatio. ij. therapeu. ij. cap. ſed principiare debeatur cauſæ eius, à qua, ſcilicet dependet. ſed quia ſi poſtponat cura tam ſeui accidentis mala diſpoſitio augeṫ. virtus proſterniṫ. hic primo attendendū eſt curæ ipſius accidentis, quia ſyncopia q̄ cauſæ eius. vnde cū ſyncopis iungitur febri magis digna curæ eſt ſyncopis q̄ feb. à qua dependet. vt Auic. prima quarti de cura feb. ſyncopalis.

C V R A particularia. Et deſcendendo ad particularia oportet præmittere q canonū quidam ſunt curatiui quidam præuiſiui ſatis large loquendo. Curatiui qui debētur in actuali paroxyſmo. Præuiſiui qui debentur ante paroxyſmi euentū. Primi ſunt duo. excitatio virtutis cum qua eſt ſpirituum retentio. Et ne ipſi reſoluantur prohibitio; & confortatio eiuſdem.

Primus cōpletur fricationibus extremorum manu, vel cum panno aſpero, ſiue cum aceto, vel ſale factis ligationibus eorum niſi fuerit ſyncopis ex reſolutione, vt eſt illa quæ eſt à ſudore, & in qua ſpiritus mouetur ad exteriora: vnde non oportet q iſti moueantur. V omant aut ligētur. Auic. irroratione faciei cum aqua ro. vel ſimplici, imo & quidā ex antiquis induebant ſyncopizatum ex linteamine loto in aqua decoctionis ſandalorū & citrorum frigidorum cordialiū quod etiā videṫ innuere Auic. Sed hic nota talē irrorationē non cōuenire ſemper & ſpāliter ubi ſyncopis ſit à cā frigida, aut nimia repletione, aut nimio fluxu, qm̄ augeret malam diſpoſitionē, vt patet. & hoc volebat Aui. de cura eius cū inqt. Et ex eis q̄ ſunt neceſſaria in pluribus ſpeciebus ſyncopis eſt inſpiſſatio corporis exterius vt comprimaṫ ſpūs reſolutus niſi ſit ſolutio ventris fortis valde. aut ſit cauſa frigus vehemēs. Factis autē his ſi non redit cōtinuenṫ fricationes fortes, ligationes doloroſæ. trahatur per barbam. fricētur teſticuli fortiter clameṫ nomine proprio. & vltimo apponantur ſternutatoria naribus, vt condiſi, piper, elleborus. Quòd ſi non ſternutauerit ſignū vltimæ debilitatis in cerebro vt nō ſentiat mordicationem, aut ſi ſentit quia virtus expulſiua eſt nimium debilis nō ſternutat, & hoc eſt ſignū mortis, quare recedendum eſt. Sed hic intellige vbi in naribus aut in caruncu lis nō eſſet læſio. Sed hic nota q cū aliqualiter redit virtus nihil æque ipſam excitat ſicut leue ſternutatoriū. Quòd ſi credis ipſam à ſtomacho procedere impone pennā oleo inunctam in guttur eius, & quidam ad cōmouendum ſpiritus ad extra vtūtur impoſitione pennæ in guttur tinctę; & inuolutæ cum aromatibus frigidis, vt opus eſt.

Secūda cōpletur applicatione rerum odoriferarū bonarum quæ ſpiritū nutriunt niſi fuerit à præfocatione matricis, & in cā calida vti frigidis irrorando in primis faciem impetuoſe, vt dictum eſt, inſufflando in nares eorū frigida aromatica, de qbus in principio capituli, qbus ſi admiſceṫ aliquid muſci aut diamuſci non erit malū iuxta canonē. in princ. capli poſitū. & tu ibi. Cordi ſimilr applicare ſicca vel humida. epithemata. in frigida uero calida adminiſtra ta, ut diamuſcū. Quomodo autē adminiſtrari debeat uinū diceṫ in dubijs. Itē ponatur lignū inter dentes eius & aperiaṫ os eius quod fricari debet calidis, vt theriaca, potione muſcata, aut frigidis aromatibus, vt ſupra & dictū eſt niſi fuerit à pręfocatione, qm̄ eo caſu vti oportet frigidis odoriferis. aſ. fœtidis, vt aſſa fœtida, petia lini cōbuſta. pennis perdicum combuſtis quæ à proprietate agunt & alijs de quibus tn de pręfocatione. debet aer eſſe clarus, liber, aromatizatus, vt petit diſpoſitio tēperatus. Et ſtratus eorūdē eſſe vt hecticorꝫ, & maxime cū eſt à cā calida. Cum autē virtus eſt expergefacta ita vt aliqualr incipiat patiēs obedire eſt. Canon primus. Spūs uitalis uiuificatio ac uirtutis naturalis cōfortatio. Cōpletur autē hic canon cum exhibitione nutrimēti ſubtilis & ueclociter nutriētis habētis & virtutē animalē cito reſtaurare. vt uerbi gratia exhibeaṫ ilico panis aſſatus cum uino aromatico lymphato aut nō lymphato, ut petit diſpoſitio. de quo in dubijs. aut cū vino non aromatico ex ſe, ſed mixto cum aromatibus calidis ut diamuſco dulci, uel mace, & hmōi cordialibus, aut frigidis, ut ſandalis. ro. margaritis et huiuſmodi. ut in principio capituli. Cōueniūt & hic oua ſorbilia recētia, & maxime uitellus. Itē uinum aromaticum in quo extinguitur aurum. Itē lac calidum multū ualet. Item aqua carnis facta cum cordialibus frig. aut cald. Itē ſublimatum ex gallina uel capone cum aromatibus cordialibus decentibus. Et ſcito q nihil æque cito reſtaurat uirtutē ſicut ſublimatum ex carne, propter quod eo utere. Deinde fortificato ergo procede ad diętam groſſiorem. Vtatur letificantibus, vt ludo, cantilenis, muſicis, gete, ſomno, & ab omni re triſtante abſtineat, & coitum omnino uitet, & cum feb. coniungitur ſyncopi moderanda ſunt hæc. & tu cōſidera. Canon ſecundus & eſt præuiſiuus & partim curatiuus. uere perficitur conſiderata cauſa à qua ꝓuenit. unde ſecundum ordinem ſupra de cauſis poſitum & ab Auicē. ſumptum ſic in eius complemento procedam.

C V R A ſi ſyncopis ex plenitudine cōtingat tunc euacuatio ſanat iuxta illud Senis noſtri. xxij. aph. ij. Sectionis, Quicunq morbi ex replerione ſiunt, curat euacuatio, &c. Vnde iniungatur fames, & cibus minoretur & adhibeanṫ fricationes. ſed ante euacuationem debent pręcedere digeſtiua materiei ipſi cōuenientia. nā in cauſa frigida phlegmatica debenṫ calefacientia ſubtiliantia & incidentia, & p̄cipue vbi materia uiſcoſitate participet. & hoc eſt quod uoluit Gal. xij. therapeu. ij. cap. dum inquit. Aptū eſt eis oxymel decocto in eis hyſſopo, & Auic. Et iſti quidē iuuantur cū ſyrupo acetoſo, & ꝓprie illo qui coquiṫ cum aqua in qua ſunt ſubtiliatio, & inciſio, ſicut hyſſopus, & ſimilia. Cōſimiliter deneṫ hæc ſi fuerit oppilatio in cauſa, & laborandū eſt cum ꝓuocationis urinæ. Aui. Etiam in hoc caſu maxime cōueniunt ſyrupi de bizantijs cum aceto. eſt enim habens has intentiones & eſt cordialis. Quòd ſi materia fuerit ſanguinea quæ ſui multitudine hoc faceret quod raro accidit, fac phlebotomiā, & ipſam potius reiteres ne uirtus deficiat ex vna magna euacuatione. & fac pręuiſionē ſi corpus eſſet conſuetū, aut actum ex phlebotomis cadere in ſyncopim, ut infra circa finem. Et ſi materia fuerit ſanioſa fluxa ut in ſquinantia, aut in pleuriſi, aut peripneumonia ſtude ad eius euacuationē, ut ſupra de his. Quòd ſi fuerit à cauſa cali. colerica digeras & euacues, & ſupra cum digeſtiuis cordialibus appropriatis, vt eſt ſyrup. de acetoſitate citri violatus &c. de quibus tertio tract. & tu ibi. Si vero fuerit à mala complexione frigid. vel cal. habes in principio cap. ſimplicia, & compoſita ei obuiātia & laudaṫ in calida theriaca, metridatum & hmōi, maxime feb. non exiſtente. Et hic nota canonem Auicē. inquit. Et quandoq curatio facit neceſſarium vt fiat mundificatio, & times nocumentū eius, quia timēs debilitatē ſtomachū ſequiṫ. oportet vt tu cōfortes ſtomachū & incipit in hoc

cum eo quod eſt ſicut ſyrupus de abſinthio decoctus cũ melle,& emplaſtra confortantia ſtomachum prædicta.& ad bibendum da vinum odoriferum poſt illud,& ciba cibo laudabili. Sed tu quoq; modera in cauſa calida vtendo frigidis intus & extra ſtomachi confortatiuis. de quibus ſuo loco plene dicetur.

C V R A ſi fuerit ex nimia euacuatione reſtaurẽt virtus cum cibis ſubtilibus facilis digeſtionis frequenter,& in parua quantitate exhibitis & alteratis, aut non alteratis ſecundũ ꝙ ipſa diſpoſitio petit.de quibus actum in canone præcedenti. Item conuenit contuſum,brodium, cõſumatum,aqua carnis in qua decima eius ſit,vinum odoriferum.de quibus in.ij.tracta. Laudatur præcipue & miro modo hic cibus.aſſetur gallina, vel perdix, vel cato arietis animalis, & lardetur modicum,& ſuperponantur garyophyli, deinde depoſita ab igne irroretur aqua roſ.muſcata & vino odorifero muſcatellino,& odoretur à patiente. hic enim odor multum viuificat. deinde teratur & piſtetur fortiſsime & aſpergatur vino odorifero aromatico & ponatur in pãno mũdo. deinde in torculari & extrahaẽ ſuccus & calefiat lento igne & detur patienti, & maxime vbi non ſit feb.,ppter quod nota quia dictũ eſt alteratis, & non alteratis.nã vbi feb.ſit & caliditas exceſsiua da infrigidãtia.& ex melioribus eſt acetoſitas citri. Item ſuccus granatorum dul.acetoſorum muzorum,vt exigit diſpoſitio. Sed hic nota canonem aureum ꝙ talibus nõ debemus dare niſi deſiderata cibaria,ut in ſtomacho retineantur,nam ſuper alia nauſeant.

Regula perpulcra.

C V R A ſi fuerit cauſa ſyncopis humor in ore ſtomachi.Dentur cibaria nõ deſiderata ut uomantur,eorum vinum debet eſſe vetus,uel medium,ſubtile,coloris auri,boni odoris,& saporis,participans ſtypticitate,quæ ſtypticitas dati poteſt cum mica panis aſſata.

Stypticitas in vino, arte facta.

C V R A Si ſyncopis fuerit ex corporis nimia raritate,aut humorum aut ſpirituum nimia ſubtilitate,tunc magis competit vinum nigrum, groſſum, odoriferum , ſed tua eſt moderari in exhibendo cum aqua calida aut frig. Vnde Auic.Et oportet vt vtantur vino,& ſorbeant aquã frigidam aut calefactam ſecundum duas diſpoſitiones notas,ſcilicet caliditatis & frig. & multi medicorum cũ vino dant diamuſcum dulce, aut triaſandalum. vel manuſchriſti perlatum ſandalizatum ſecundũ ꝙ diſpoſitio exigit. Alij trochiſcos de muſco,diambra. Item vbi ſit caliditas innata pauca, detur vinum calefactum. Item teneat in manibus & præcipue ſiniſtra pomum odoriferum calidum aut frigid.aut ſpongiam infuſam in aqua roſ. vino odorifero.ſandalis.& huiuſmodi. vt exigit diſpoſitio addendo camphorã,muſcum,ambram. Item cõfortetur intus & extra cũ cordialibus, & tu habes ſimplicia & compoſita in principio capituli. & infra de peſtilentia. Et ſequendo particulas ſecundæ cauſæ generalis vbi fuerit fluxus ventris procede cum ſtypticis & alijs notis infra poſitis. capit.xvj.ſed fricationibus, irrorationibus & alijs cum accidet ſis ſollicitus ſemper nunc & in alijs. Si vomitus procedatur vt debet. quoniam vomitus vomitu, fluxus fluxu curatur. Item & euacuando materiam quę eſt cauſa eius.deinde confortando ſpiritum intus & extra, vt diſpoſitio exigit.de quibus omnibus infra.xiij.cap.de fluxu ſanguinis narium.ſupra quinto cap. Et conſimiliter de alijs agendum eſt in ſuis,ſcilicet capitulis perquirendum. Sed tamẽ ut tibi ſatiſfaciam ponam de quibuſdam aliqua probata remedia.

C V R A ſi à ſudore diaphoretico da ei bibere zuccharum roſ.cum aqua frig.aut ro.nouellã.deſcriptione Nic. exterius vero inunge cum oleis frigidis,vt eſt myrtinum citoniorum,omphacinum,roſaceum. Item.℞.ro. immaturarum ſi inueniri poſſunt. ℥.j. balauſtiarum. ſandalorũ al.ru. ℥.ſ.gallarum. ℥.j.ſ. myrti. ℥.ſ.omnia coquantur in aqua pluuiali ſi haberi poteſt. & ſi non: in aqua ciſternæ.& ſit eius quantitatis lib.ij. vſque ad conſumptionem tertiæ partis. deinde colentur, & colaturæ addantur lib. viij.ſ.olei roſati.& totum deinde coquatur vſq; ad aquę cõſumptionem, & ex eo ſic etiam ſeruato inungatur dorſum,pectus, & pulſus,emplaſtrentur extrema cum raſura cucurbitæ,vel ponantur in aqua frigida. Hinc tamen aduerte ꝙ vbi apparet extremorum frigiditas & totius debilitas eſt à fortiter infrigidantibus abſtinendum.nam ſic ſequeretur extinctio.

C V R A ſi ex dolore contigerit & non ſit poſsibilis dolorum abſciſio niſi ſit per ſtupefaciẽtia adminiſtra illa vt philonium, & ſimilia, ſed tu tamen nota ꝙ in eorũ adminiſtratione eſt periculum vt & patiens moriaẽ. xij.therapeu. viij.cap.& ideo cum timore & cautela vt dictum eſt ſæpe.Et conſimiliter ſtupefacientia ad extra & in aqua frigida quæ eſt ſtupefactiuum domeſticũ, vt ſeptima tertij.inueni in doloribus podagricis & alijs iuuamẽtum maximum quare factus audax fui ſuper eam.

C V R A ſi morſu veſpium aut ſumptione veneni id acciderit ſtude in faciẽdo vomitum feſtinanter. deinde da lac ſi venenũ fuerit calidum. ſi vero frigidum da dyamuſcum. Itẽ valet theriaca.lutum armenum. Pilulę contra omne venenum ſumptum. & contra morſum cuiuſcunq; animalis.℞.terrę ſigil.luti armeni.ana.ʒ.ij.confice cum cyperi.ʒ.j.& modico theriacæ.& vtere.

Venenũ pilulæ tollẽtes.

C V R A ſi fuerit ex accidentibus animæ, regatur per contrarium cauſæ, & cum odoriferis bonis cibis facilis digeſtionis cito reſtauratiuis, de quibus ſupra in ſecundo canone.

C V R A ſi fuerit ex parte apoſtematis tunc cura ſit in cura apoſtematis,vt neceſsitas ipſa requiret.

C V R A ſi cõitate alicuius membri vt ſtomachi qđ ſæpe cõtingit, tunc fiat vomitus de quo in dubijs.& vtatur rebus ſtypticis frigidis ca.in cõtrarium cauſæ.& confortetur ſtomachus intus & extra ne materias recipiat. fiãt fricatiões & hmõi. vt ſupra & de his omnibus plene.xiij. cap.de vomitu & diſpoſitionibus ſtomachi. Sed ne hic ſimiliter tranſeam ponam exemplum de his quę ad intra, & de his quę ad extra. Ad intra vt diacitoniten ſine ſpeciebus vel miua citoniorum vel ſyrup.de myrto in cauſa ca.In frigido diacitoniten cum ſpeciebus vel ſyru.de mentha, de abſinthio. Ad extra embrocha ſtomachum confortans & prohibens effuſionem humorum calidorum ad ſtomachum & eorũ mordicationem.℞.cimarum rubi.foliorum vitis ſylueſtris.ro. ſtypticarum earũ. myrti. ana. ℥.j.ſandalorum rub.ſpodij.ana.ʒ.j.bulliant in aqua roſ.& ſucco citoniorũ cum modico vini pontici & ſit calidum, & non minus cum ſpongia uel petia ſtomacho applicetur frequẽter. Quòd ſi fuerit à capite ex deſcenſu catarrhi,uel aliter recurre pro catarrho ſupra cap.v.& pro alijs diſpoſitionibus.j.cap. Quòd ſi fuerit ex hepate propter inflammationem vtere ſyrupo de endiuia. trochiſcis de berberis,& triaſandalis,& ceroto ſandalino ad extra.reubarbaro cum aqua lactis aut ſucco roſ.ſi quæres euacuationem.

Quòd ſi fuerit ex ſplene euacua materiam melancholicam.& tu conforta ſplenẽ.vt infra.xv.capit. Quòd ſi ab inteſtinis & fuerit vitio inferiorum adminiſtra clyſteria. ſi ſuperiorum fiat vomitum. aut da pharmaciam per os.

Et ſcito ꝙ merito vermium in inteſtinis exeuntium accidit ſyncopis.quibus obuies cum interficiẽtibus & alijs vt infra.xvj.cap.

C V R A ſi fuerit ex tolerantia famis ilico ciberur, vt ſupra,& præuideaẽ ne famẽ amplius toleret, quia tolerare famem ſtomachum replet malis humoribus.tertia primi. de regimine eius quod comeditur,& bibitur.

C V R A ſi ex aere peſtilentiali contigerit mutetur aer & habitatio & rectificeẽ,vt infra de peſtilentia, Et vtatur omni die pillulis cõibus factis ex aloe myrrha & croco.

Quòd ſi dubitaẽ de ſyncopi propter motũ cholerę in eo

qui

qui phlebotomatur.aut quia inconſuetus prius dentur frigida ſtyptica, vt agreſta, vinū granatorum, arancia & huiuſmodi, & micam panis infuſam in aliquo iſtoris. & ſtet ſupinus æqualiter per totum, vt docet Auic. quarta primi de phlebotomia. Et poſtquam phlebotomatus fuerit ſtet per horas duas ſic ſupinus ꝙ non moueatur.

POSTREMO nota canones. ꝙ in ſyncopi egemus ſtypticis cōfortātibus, & aggregātibus membra laſſa prohibentibus quādoq; euacuationem, & receptionem materiæ fluentis, & facientis ſyncopim. Egemus etiam rebus velociter penetrantibus ad membra confortantibus virtutem vt eſt vinum. hic autem canon aperietur in dubijs. ubi quęretur quæ res debet præcedere an ſtyptica an penetratiua.

Secundus canon. ꝙ balneū aquæ dulcis confert in ſyncopi quæ accidit in fluxu ventris & colica paſsione, quia materiam ad contrarium diuertit. Auicē. & hic canon eſt intelligendus ſane quia in tempore medio inter paroxyſmos ſyncopis. Auer. tamen ſeptimo col. de cura ſyncopis dixit ipſum ſuperflue reſoluere & euacuare, propter quod cum magno timore tales ſunt in balneo ponendi. & conſulo te abſtinere.

Tertius canon. patiētes quidem ſyncopim præcipimus vigilare, & dimittere locutionem, & de hoc in dubijs. & tu conſiderabis ibi.

### *De caſu uirtutis ſubito.* Rubrica. IIII.

CAſus virtutis ſubito eſt accidens cōtingens corpori ſubito & abſq; manifeſta cauſa quo corpus lędiť in operatione ſenſus, & motus non multū abſq; nocumēto vel ſaltem magno cordi cōicato. Cuius cauſa ſm plurimū ſunt humores phlegmatici groſsi fluentes ad ſpiritum aut in venis venientes & oppilantes vias anhelitus.

Ex quibus apparet differentia inter ſyncopim & caſum virtutis ſubito. vt ſupra de ſynco. & Auic. illud probat de ſignis ſyncopis. Sec̄do qm̄ ſyncopis nunquā fit ſine manifeſta cā vt propter dolorē apoſtematis fluxū & hmōi ſupra. Tertio qm̄ virtus ſenſus & motus deſtruitur multū.

Quarto ſyncopis non fit ſine cordis magna læſione, & ſic ex quatuor patet differētia inter hæc. Quantum tn̄ ad iudicium extrinſecum cadens ſubito eſt in latitudine ſyncopis. vnde ſic cadens ſtat in vno loco fixo, & quaſi eſſet graui ſomno, & ꝙ non poſsit excitari. Dicitur, cuius cauſa. nam à ſanguine raro euenit. Auicē. à cholera rariſsime, ſimiliter a melancholia. imaginabile tamen eſt, ſed male. Sed hic nota quia Auic. dicit ꝙ à ſubtilitate humorum procedit aliquando. expone ideſt ab humoribus à caliditate ſubtilitatis.

Auicennæ loc⁹ explicatus.

CVRA canones in cura cuius ſeruenť qui ſeruātur in cura ſyncopis ex repletione, qm̄ ſi fuerit ex ſanguine phlebotometur cum egreſſus erit paroxyſmus. Si ab alio humore euacuetur ſtatim ſaltem minoratiue. & ſolutiua habes ſupra. iiij. tract. deinde fac vomitum. deinde digeras. poſtea ſoluas eradicatiue. fiant fricationes vt in ſyncopi ad virtutis excitationem. Diæta autem proportionetur humiri. de quo tertio tractatu. & procede cum confortantibus ſtomachum, cor, & intus & extra, vt de ſyncopi dictum eſt, & tu conſidera.

### *De apoſtematibus cordis.* Rubrica. V.

QVoniam vt dictum eſt ſupra in principio capituli ſuper apoſtema cordis & eius ſolutionem nulla ſpes habetur & terminatur vt quaſi ſemper ad mortem. tunc de cura eorum nihil ſcribo tantum quātum voluit Auic. qui de cura apoſtematis cordis calidi tātum dixit, ꝙ ſi aliqd iuuat ipſum eſt phlebotomia baſilicæ, & ſperatur qñq; in eius euaſione cū phlebotomia arteriæ, & in inferioribus corporis & infrigidatione pectoris eius cū niue, & camphora ſuper apoſtema, & maxime hæc vera ſunt apud eius inceptionē. nam cum factum eſt interficit. Auicē. xj. tertij. primo cap. quando dixit. Cor non tolerat nocumentū doloris nec apoſtematis ſæpe factū. Et Meſ. de appropriatis. capitulo de ægritudinibus cordis inquit. Sed apoſtema non poteſt tolerare in ſubſtantia eo ꝙ infirmum citius interficit.

### DVBIA.

DVbitatur primo. quia dictum eſt ꝙ ſyncopis non eſt timenda quæ phlebotomiā ſequitur uirtute exiſtente forti. Vtrū liceat phlebotomiā ducere vſq; ad ſyncopim. Et arguitur ꝙ non. auctoritate Auer. quinto coll. & de feb. arſiuis. qui reprehendit Gal. & alios medicos qui eam conceſſerunt. vt infra. motus his rationibus.

Ara imitatur naturam.

Prima quia ara imitatur naturam, nunquā autem natura naturaliter operans deducit ægrum vel corpus ad ſyncopim. ergo. Secunda. quoniā intentio euacuationis eſt intētio ſupflui. in phlebotomia enim facta ad ſyncopim euacuať vtile non ſuperfluū. ergo. Tertia. qm̄ in tali corpore ſunt aliquę humiditates putrefactioni paratę. cum ergo ex tali phlebotomia debilitatur calor tales facilius putreſiunt calido obdebilitato non regulante. Ad oppoſitum Auic. allegato loco. & prima quarti de cura ſynocharum. inquit. Non ceſſes phlebotomare donec æger appropinquet ſyncopi aut cadat in ſyncopim, ſi corpus fuerit forte. Idem Gal. nono therapeu. iiij. cap. & Auenzoar. lib. iij. & Oribaſius prima patricula aphor. Iſaac. iiij. libro de cura ſanguinis. iuſsit adeo Gal. ſanguinem minui vſq; ad defectionē. & exemplificauit Iſaac de quodam iuuene quem Gal. fecit phlebotomare vſque ad ſyncopim incluſiue, & parentes videntes eum ſyncopizatum credētes eum mortuum dixerunt: Gal. occidiſti iuuenē. & rediјt virtus, mitigata eſt feb. & receſsit. Et iſtæ auctoritates ſunt ꝓ parte affirmatiua tenenda. Et ad rationes patet quid dicendum. Ad primū dicendū ꝙ ars quādoq; non cōplet. defectū. ſic & natura. nā aliqua ſunt q̄ natura īchoat & ars cōplet. & aliqua econtra. Exēplū primi. vt ꝓductio hæmorrhoſagiæ nō faciendo ſyncopim. Exemplum ſecūdi vt in ꝑparatione theriacę. vnde qñq; natura hæmorrhoſagiam facit non faciendo ſyncopim. & qñq; critice facit ſyncopim ſuperflua hæmorrhoſagia. & hoc videtur experientia quotidie. & ideo minor Auer. eſt falſa. Ad ſecundum dicendum ꝙ maius eſt iuuamentum. nā pręeligimus illud lene nocumentum ne relinquatur euacuatio debita virtute exiſtente forti. Ad tertiū dicitur ꝙ licet aliquę ſuperfluitates ſint putrefactioni paratæ, tamen virtute deonerata expelluntur ſub forma ſudoris vel alio modo.

DVBIVM vtrum in ſyncopi competat uomitus. ꝙ non. Auer. quarto colliget. de cura ſynco. cōtra Gal. & addit ubi fuerit ſtomatica. & mouetur tali ratione, quoniā medicinæ uomitus prouocatiuæ de ſui natura habēt virtutem ſtimulare, & mouere humorē qui fecit ſyncopim qui motus addit ad ſynco. non ergo eſt prouocandus vomitus ſed ſtypticis rebus emplaſtrare ſtomachū ſpica, maſtice. Et cōfirmatur quoniā optimū remedium, in ſyncopi eſt fricatio extremorum. ut ſupra ſed fricatio uomitum deſtruit, ut omnes uolunt auctores. ergo. Oppoſitum voluit Auic. xj. tertij. de cura ſynco. in pluribus locis. & Gal. xij. therapeu. Idem Serapio tracta. vj. cap. xix. vbi docet cum pēna prouocare. Idem Halyabas ſexto practicæ cap. de ſyncodi, & vniuerſaliter omnes medicinæ auctores.

Ponitur prima cōcluſio. ꝙ in ſtomaticha maxime competit. nam ceſſat eius cauſa cum per vomitum educitur quod fiat ſine magna agitatione cum materia ſit in motu & faciliter cum ſit in via ductus, quia in ſtomacho. vbi tamen eſſet ſyncopis ex ſudore non conueniret. vt patet. & hoc etiam expreſsit Auic. Sec̄da concluſio. ꝙ ſi vomitus fuerit difficilis, & oportet ipm̄ facere, cū ellebore, mezereoo & hmōi oportet ipſum facere. voluit Auer. Nā Aui. & alij docēt facere cū pēna inuncta oleo, & hoc ſupponentes vomitū leuiter fieri debere. poſtea autē cum ſtypticis

Auerroy modica fides in re medica adhibenda.

procedendum. vt Auer. etiam voluit. Sed hic nota quod Auer. danda eſt modica fides in medicina, quia in experto, vt ipſemet de ſeipſo loquitur. ſeptimo colliget de feb. ephemeris.

D V B I V M vtrum in ſyncopi penetratiua & ſpiritus nutritiua vt vinum debeant præcedere ſtyptica, aut econtra. Pro iſto dicendum q ille qui habet ſyncopim aut eſt in actu ſyncopis vel non. ſi eſt in actu ſyncopis, quoniam virtus defecta eſt tota intentio debet eſſe virtutis ſubleuatio, & tunc penetratiua ſpiritus nutritiua debẽt præmitti. nam ſi ſtyptica præmitterentur prohiberent penetrationem viuificantium virtutem. Si autem non eſt in actu ſyncopis, tunc ſtyptica præmitti poſſunt & debent, quoniam prohibent aduentum eius, & ſi timeretur ſyncopis ſtatim futura propter nimiam euacuationem debent præmitti ſtyptica.

Styptica ſyncopim ꝓhibẽt.

D V B I V M vtrum vigilia competat in ſyncopi ut dixit Auic. de cura ſynco. in fine. xj. tertij. q non, quia directe competit ſomnus. probatur ex iuuamento ſomni, quoniam ex eo ſuccurritur debilitati, quæ accidit ex ſpeciebus reſolutionis, vt tertia primi cap. de ſomno. Item in ea quæ eſt ex dolore. In ea quæ eſt ex fluxu quæ eſt ex labore & hmõi. in quibus caſibus cõpetit directe ſomnus. vt patet ex intentione omnium auctorum. Oppoſitum Auic.

Dicendum ponendo cõcluſiones, Prima q in ſyncopi actu quæ eſt ex materia venenoſa non competit ſomnus: qm̃ ex ipſo materia magis mouetur verſus cor, cuius eductio ad extra quæri debet. Sec͞da cõcluſio. q in ſyncopi actu à materia cruda viſcoſa ꝓueniente ſomnus, & vigilia æqualiter præcipi debent. hanc concluſionem voluit Auic. prima quarti de cura feb. ſyncopalis. Et Auer. ſeptimo colliget de cura feb. phlegmaticę. & patet cõcluſio. nã in caſu oportet digerere tales humores & etiã multã materia euaporare, & vnũ fit ſomno & reliquum cõpletur vigilia. Tertia cõcluſio. in ſyncopi parata venire per fluxum vẽtris aut vomitũ non eſt prohibendus ſomnus imo magis prouocandus maxime quando medicus credit has euacuationes ꝓhibere per ip̃m ſomnum. Quarta cõcluſio. q in ſyncopi parata euenire per ſudorẽ ſuperfluentem rõne repletionis humoꝝ ſuperfluorum in interioribus. tũc vigiliæ ſunt præcipiẽdæ, qm̃ ſomnus habet ſudorẽ multiplicare. vt ſec͞da primi. de his quæ ꝓueniunt ex ſomno & vigilia. Quinta concluſio. q in ſyncopi parata ex pororum apertione & reſolutione cõtinua humiditatum ſubtilium debet ſomnus induci. quia poros claudit & virtutẽ naturalem cõfortat, vt reſolutioni humiditatum reſiſtat. ſic vigilia hunc ſudorem multiplicat aperiendo poros. Vnde Aui. ſec͞da primi de his quę accidũt ex ſomno & vigilia. Sudor quẽ facit ſomnus eſt ſ͞m modum exuberandĩ materiã. Sexta cõcluſio q in dolore forti qui ſua fortitudine poteſt eſſe cauſa ſyncopis debet ſomnus prouocari, qm̃ eſt doloris ſedatiuus. Septima concluſio. in ſyncopi facta ex animæ accidentibus cõpetit ſomnus. patet cõcluſio. Octaua cõcluſio. in facta ex nimio labore competit ſomnus. Nona. in facta vel ficta ex fame cõpetit ſomnus, ergo prius cibato quod addũ ꝓpter dictum Raſ. in diuiſionibus. qui negat ſomnũ in ſyncopi & fame. quod intelligi habet ante cibationem. Decima cõcluſio. in ſyncopi actu ꝓpter materiã quęcunq; ſit illa cõpetit vigilia. patet. qm̃ ex ſomno calor à materia cõculcatur, & dubiũ eſſet de ſuffocatione. Vndecima concluſio. q in facta ex euacuatione aut reſolutione, vt qñ ſic homo eſt ſine ſenſu & motu credit Gẽtilis ſomnũ non cõpetere, qm̃ tũc ſomnus foret cauſa reſolutionis & irradicabilitatis ſpirituũ. Vnde tertia primi. de ſomno & vigilia. Amplius ſuper vacuitatem dormire eſt malum. & virtutẽ deijciens, & hoc nõ eſt propter aliud, niſi quia calidum ad intra prouocatum ſeipſum cõſumit & reſoluit. dicit ergo q eo caſu debet excitari. deinde cibari. deinde facere ip̃m dormire. ſitq; ſemper agendum q ſemper ſyncopizatus debet euigilari prius. Quis enim cognoſceret ſi dormiret. & hoc voluit Auicẽ. q in actu ſyncopis quaſi ſemper fienda eſt excitatio, & ideo dixit patientes ſyncopim præcipiantur vigilare. Ex quibus omnibus patet quid dicendum ad rationes in cõtrarium. Ad primam patet q non omni debilitati ſomnus ſuccurrit nõ extreme & extenſe vt eſt ſyncopis vt dictum eſt. Ad alia patet.

D V B I V M vtrum vinũ cõpetat ſyncopi. Dicendum q in omni ſyncopi actu competit vinũ purum aut non purum ſecundum q diſpoſitio exigit. vt ſupra calida, ſcilicet aut frig. nihil enim æque virtutem confortat & reſolutioni ita cito ſuccurrit vt vinum. vt. xij. therapeu. vbi Gal. tradit vini vtilitates. Vnde in ſyncopi actu vinum conceditur ſaracenis, vt medicina quibus ex lege prohibitum eſt. ſeptimo colliget. de ſyncopi. detur ergo vinum vt dictum eſt. Sed nota q vbi fuerit apoſtema in interioribus cum infirmus redijt non eſt amplius ei vinum dandum cauſa. quia mouet materias ad locum apoſtematis & addit in apoſtema. Conſimiliter ubi humores fuerint crudi, indigeſti, qa ipſos cõmouet & dilatat. ſed poſtquã ſunt maturati cõpetit vt tertia primi de cura ſpecierum laſsitudinis. Item nõ competit vbi fuerit euacuatio cum multa vacuitate, quia ſtatim vinum neruos percuteret & caput, & ideo vbi eſſet dubium de phreneſi aut aliter de capitis leſione magis non eſt etiam uinum dandum, ſcilicet poſtquam redijt infirmus.

### APHORISMI.

De Tremore.

Ex. iiij. Sectione. lxv. Aphor.

In febribus circa ventriculum, & fortis æſtus, & cordis morſus, vel dolor, malum.

*De Syncopi.*

Ex. ij. Sectione. xlj. Aphor.

Qui frequẽter, ac fortiter abſq; cauſa manifeſta exoluũtur, de repente moriuntur.

## De mamillis, & diſpoſitionibus earũ. Continens Rubr. ſex. Capitulum. XII.

*De deſcriptione, anatomia, & complexione mamillarum.* Rubrica. I.

MAmilla eſt membrum ſpongioſum glandulosum cõplexione frigidum & hum. in modum cucurbitæ rotundæ factũ ex venis multis per ſubſtantiã eius diſperſis neruis & arterijs cõpoſitum in hominibus ad decorẽ & ſpiritualium tutamen creatũ. In mulieribus vero vt & ex ipſis generet lac quo & mediante pupilla in extremitate eius exiſtente nouiter genitus nutriatur. Et vt clarius notificatio hæc intelligatur, & anatomia eius aperiatur magis declarabuntur particulæ poſitæ. Dicitur ſpongioſum, qm̃ propter carnoſitatẽ eius eſt ſicut ſpongia aptum de facili recipere humiditates. Dicitẽ glãduloſum, eſt enim eius caro glãduloſa nõ ſentiẽs qa ad ea nõ peruenit neruus dans ſenſum, & eſt alba, ꝓpter quod albificat ſanguinẽ ad eam venientem ſicut hepar rubificat chilum album venientẽ ad ip̃m. nã mamilla per hanc carnem glãduloſam & ſui frigiditate cõuertit ſanguinẽ in lac. Hic cadit dubiũ. nunquid mamilla ex lacte nutriatur dicetur in dubijs. Dicitur in modum &c. vt tangat figura. Dicitur ex venis. nã ex vena chili aſcendente ſeparant rami iuxta furculas qui deſcẽdunt ſupra dorſum, & inter coſtas tendunt ad mamillas ad quas etiam veniunt venæ à matrice eius cõmunicatæ, vt infra. xj. cap. qui tortuoſe per mamillas ad quas etiam incedunt vt ſanguis etiã melius diuidatẽ, & ſubtiliter ad hoc, vt melior & cõmẽdoſior fiat digeſtio.

digeſtio. Dicit̃ neruia ad dandũ ſenſum. Dicit̃ arterijs vt deferãt calorẽ mediãte ſanguine et ſpiritu ad digeſtionẽ meliorẽ faciendam. recipiunt autem & calorẽ à ſpiritualibus. Sed hic cadit dubitatio quomodo à frigiditate generet lac cum caliditas ſit eis neceſſaria ad digeſtionem ſuã. dicet̃ in dubijs. Dicit̃ in hoibus. quidã dixerunt non eſſe veras mamillas, ſicut nec in mulieribus ſunt ueri teſticuli.

Reliquę partes notæ ſunt. Reſtat ſolum diſcutere cur pro nutrimento fœtus neceſſarium fuerit ſanguinem conuerti in lac cum neceſſarium ſit poſtea lac in ſanguinem conuerti dicetur in dubijs. Et ex his patet anatomia, complexio, & deſcriptio, & tu bene conſidera.

## *De exuberantia lactis & eius diminutione.* Rub. II.

ET quoniã medici multũ magnificant̃ ac eorum fama q̃maxime diuulgatur per dominas & mulieres. hinc cum ipſę frequẽter mamillarum ſuarũ grauiſſimas incurrant paſſiones dandum eſt in re iſta aliquid ſtudioſi operis, ut earũ gratiã cõſequant̃. Si itaq; in earũ paſſionibus ſermones prolongabo. id agã vt medicus ex his lucrum, & gratiã ab eis facilius adipiſcatur. Exuberatio lactis eſt eius multiplicatio in quãtitate qua corpus lędit, cuius cauſa eſt ſanguinis multitudo. Et dicitur qua corpus lædit. qm̃ in hoc libro tractatur ſolum de his quæ corpus lædunt. Ex quibus infert̃ primo ꝙ eius diminutio eſt ſanguinis paucitas. Infert̃ ſecundo ꝙ cauſæ harũ diſpoſitionum factuæ ſunt omnino cõtrariæ. Itẽ contrariant̃ exuberatio & diminutio, quoniam exuberatio nocet matri, & diminutio fœtui. cum q; diminutio eius non noceat ei ſed filio. hic de ea admonenda ſunt magis curioſæ. Eius itaq; cauſæ prius explicabuntur ex quibus faciliter habebitur cauſarum exuberationis notitia.

CAVSÆ diminutionis ſumũtur aut ex parte quãtitatis ſanguinis, vt quia ſanguis ſit paucus. Aut ex parte qualitatis eius quia nimis aquoſus. nimis ſiccus egrediens æqualitatem debitam conuerſioni eius in lac. Aut quia cum eo cõmiſcetur alius humor corrumpens ipſum ſicut cholera, cuius ſignum, quia trahit lac ad citrinitatem.

Aut phlegma. cuius ſignum, quia trahit lac ad albedinẽ cum multa fluxibilitate. Aut melancholia. cuius ſignũ, qa eſt ualde ſpiſſum & paucũ trahens ad fuſcũ. etiã ex parte ſaporis quia amari, inſipidi, acris, vel aceroſi cognoſci habet, aut ex parte demonſtrationis eius ad partẽ cõtrariã viæ mamillarum ſicut in fluxu menſtruoꝝ immoderato aut aliunde exiſtentis. Aut ex parte exercitij aut alicuius talis ſanguinem reſoluentis, vt accidit in ruralibus multum laborantibus. Aut ex parte complexionis totius aut mamillæ. quoniam ſicca eſt nimis aut calida & huiuſmodi. Item ſumitur cauſa quandoq; ex parte debilitatis attractiuæ mamillę. quandoq; ex parte oppilationis contingentis in vijs venarum venientium ad mamillas.

SIGNA demonſtratiua diminutionis priuatio ſignoꝝ dominij ſanguinis in toto & in partibus eius. quod fortaſſe euenit ex parte paucitatis cibi & potus. Aut ex pte qualitatis eius, quia parũ nutritiuus. Aut ex parte peccati eius in quali ſpãli, qa nimis calidus, nimis frigidus, nimis aquoſus, nimis ſpiſſus, quæ declarat eius aſpectus. & maxime cum extrahitur phlebotomia. Itẽ ex regimine prius habito. item ex ſignis per quæ cõprænditur mala complexio calida frigida & huiuſmodi. de quibus ſæpe.

Signa quando diminuit̃, quia ad alia loca deriuatur, ut ſi ſuperfluit fluxus menſtruorũ, aut fluxus eius ex naribus, & huiuſmodi ſunt per ſe manifeſta. Ex quibus facile cõprænhendi poſſunt ſigna exuberationis accipiendo ea per contrarium eius, quod dictum eſt.

CVRA & iuxta cauſas ponuntur canones, quia paucitas ſanguinis ex prima cauſa ſumpta eſt ex materia.

Primus canon ſtudium totum ſit in multiplicando ſanguinẽ cum cibis & potibus ſanguinem multiplicantibus. Propter quod ſcito etiã ꝙ ſperma multiplicantia, multiplicant & lac præterquã agnus caſtus. de quo Auic. ij. canone. & eſt ex eis quæ multiplicant lac minorando ſperma quod credo à proprietate hoc facere. Cibus itaq; qui aptus eſt in ſanguinẽ conuerti eſt cibus declinans ad complexionem ſanguinis, quia ad caliditatem & humiditatẽ boni chimi vt ſunt oua ſorbilia, uinum dulce. item album & rubeũ. panis recens, caro caponum, gallinarũ pinguiũ, hędoꝝ, butyrũ recens, zuccharum, & hæc oĩa bene nouerunt mulieres. Et licet de his & ſimilibus dictũ ſit in tertio. vbi & tu recurras. tñ hic ſubſcribã plurima lac multiplicãtia, vt ſunt agnus caſtus, anethũ, aniſum, apium, cãcri fluuiales. cicer excorticatum, cardamomum, caules, decoctio caſei bibita, eruca, fœniculus, lactuca, lumbrici terreni cum rob vini potati, malua, mentha, hordeum, papauer, perdix, pulegium, raphanus, roſmarinus, ſerpillum, trifolium, & ex his cõpone. itẽ caro agni, lactentis uituli, ſiſamum cum vino dulci ſumptum. rapa excorticata, frumẽtum coctum, ſerapio, vbera ouium & caprarũ, & ea quæ in eis cõtinentur propter ſimilitudinem, & proprietatem. item ſorbitiones faciẽ ex brodio carnium laudabilium iã dictarum maxime caponum, gallinarũ, &c. cum ouis & zuccharo. itẽ brodeta. de quibus ſupra. iij. tract. & ſofrita. & tu ibi. Item. ℞. ciceris infuſi in lacte vaccino, uel ouis exiccati. ℥. iiij. riſi abluti ſæpius, & exiccati. ℥. ij. tritici & hordei tritorum & excorticatorum. ana. ℥. iij. amygdalarum dulcium excorticatarum. ℥. j. ſeminis papaueris albi. ℥. j. ſ. ſiſamini triturati. ℥. iiij. zucchari tabarzet. lib. j. omnia cum lacte ſufficientis quantitatis decoquantur ad conſumptionem tertiæ partis, & ſi tolerat mulier ciminum in fine decoctionis addatur cimini. ℥. ſ. eſt enim efficax, ſuaue, & familiare virtuti. Aliud. ℞. faui mellis & eſt caſa apum. ℥. ij. ſ. foliorum fœniculi. ℥. j. portulacæ ℥. ſ. tritici fracti. ℥. j. ſ. ficuum magnarũ numero quinque. bulliant omnia in libris. xiiij. aquæ quouſque redeant ad liſ. iij. ſ. dentur mane. ℥. iiij. cum zuccharo tabarzet. ſumptum ex Auic. Ad idem ſiſamum cum vino puro & zuccharo ſumptum.

*Lac multiplicantia.*

Secundus canon reſpiciẽs ſecundam cauſam eſt ꝙ adminiſtrentur contraria cauſæ, vt verbi gratia cum fuerit nimis calidus dent̃ frigida. Et ex melioribus eſt aqua hordei cum zuccharo violato aut cum ſeminibus citrulli mũdati à cortice & ſimilia dictæ cauſæ contraria. & regimen totum ad contrarium cauſæ. vnde detur lac caprinũ. ouinum. dentur iuſcula hordei cum zuccharo. ius maluæ hortulanæ cum zuccharo & ſimilia. Conſimiliter ſi fuerit ſiccus nimis humecta & cum iam dictis. Quod ſi fuerit nimis frigidus vtere calidis conuenientibus vt ſemine fœniculi, apij, & hmõi vt ſupra. Quod ſi fuerit humor corrumpens eum cum eo mixtus digeras, & euacues cum appropriatis. vt ſupra. iiij. tractatu. & tu ibi. Quod ſi fuerit ex parte deriuationis reſtringe fluxum & conuerte ſanguinem ad mamillas cum ventoſis applicatis pectori. Itẽ cum emplaſtris ſuperpoſitis de quibus ſtatim. Quod ſi fuerit ex parte exercitij abſtineat, & iunge ocium. Si vero ex parte malę complexionis mamillæ, aut totius corrige malam complexionem applicando mamillæ vnguẽta. cerotaria. emplaſtra confecta ex calidis aut frigidis mamillæ conferentibus. de quibus dictum eſt. vt in frigida. ℞. olei ſiſami. amygdalarum dulcium. ana. ℥. j. ceræ modicum, fac vnguentum. Emplaſtrum. ℞. farinæ tritici, cicerum rub. ana. ℥. ſ. ſeminis papaueris albi. ʒ. j. agni caſti. ʒ. j. ſ. aquæ decoctionis maluarũ, & vini montani ana. quãtum ſufficit. & cũ modico croci fac emplaſtrũ. Cõſimiliter in calidis ex frigidis operare. hoc idẽ regimen ſerua quo ad totum infrigidando, ſcilicet aut calefaciẽdo ut opus erit. cũ his tñ quæ habẽt lac multiplicare. Quod ſi fuerit ex parte debilitatis attractiuæ mamillę conforta cũ calidis magis & minus vt diſpoſitio eget applicando etiã

ventoſas vt dictum eſt. Quod ſi ex parte oppilationis dentur aperitiua calida quibus vtplurimũ egemus. vt eſt ſemen fœniculi,apij,de quibus ſupra.

CAVSAS exuberationis lactis cõſequenter aſſignare cõuenit ſuas vt de diminutione applicãdo canones.

Cauſæ itaq; exuberationis iuxta ea quæ dicta ſunt de diminutione ſumunẽ. Quandoq; ex parte quãtitatis materiæ, vt quia ſanguis eſt multus & bonus, aut quia multus malus.cui,ſcilicet cõmiſceẽ humor phlegmaticus in quãtitate aquoſus.aut quia ſanguis ad mamillas deriuatur,qui per aliã viã euacuari deberet vt accidit in retentione menſtruorum. Vnde.xxxix. Aphor.v.Sect.Si mulier,quę neq; grauida eſt, neq; peperit lac habet, huic menſtrua defecerunt.aut quia virtus attractiua mamillæ eſt facta fortis q attrahit plus q̃ deberet. apparet autem quandoq; in puerorum mamillis ſiue infantium lac in quantitate & nõ eſt verũ lac in veritate rei ſed humiditas lacti ſimilis. & hoc accidit ex ſuperfluitate nutrimenti.

CVRA canones pono iuxta ſeriem cauſarum.

Primus canon ſanè cãm reſpiciens, ſit ſanguinis diminutio.Qui cõpletur ex ordinatione diætæ, Phlebotomia. potione. Et rerum ad extra applicatarũ adminiſtratione.

Diæta ordineẽ diminuendo cibum, & ſit ad frigidũ declinans vt acetoſus ex parte omniũ ſex rerum ooo naturalium,aut ad calidum reſoluẽs aut ad humidum ſuperfluũ. Nã quæ ſunt vehemẽtis humiditatis minorant lac in phlegmaticis Auic.Res autẽ humida nimis auget cruditatem, vnde ſanguis,& lac minoraẽ, vt quinto de ſimplici medicina.& hmõi ſunt folia coriandri recẽtia,& cucurbita recens.Sed cætera prætermitto quæ ſcio te bene intelligere exceptis cibo,& potu. Et ſcito vt ſupra q quæ minorãt ſperma ſunt etiã minorantia lac. Et ex minorantibus lac frigidis eſt.vt Auic.ſemen papaueris.lentes,nenuphar,aut portulaca,aut galla cum aceto.ſed & ſemen papaueris lac multiplicat, vt ſupra &.xij.tertij. de exuberatione lactis. Dicendũ puto q ad intus ſumptum multiplicat, ad extra vero applicatũ ſua frigiditate & ſiccitate diminuit. Ad idem emplaſtrũ ex farina fabarum cum oleo roſ.& aceto.

Itẽ faba à cortice mũda decócta,& ſuperpoſita. Exemplum de calidis reſoluẽtibus vt ruta & ſemen eius,& propriè montana,ozimũ garyophylatum. ozimum non garyophylatũ,licet aliq dicant ipm facere exuberare. Auic. Et quia in iſto eſt dubietas noli eo vti. Ciminũ ad extra cum aceto epithematũ licet ad intra multiplicet.ut ſupra.

Item emplaſtrum factum ex amoniaco & vino Auicẽ.

Dominæ noſtri tẽporis capiunt terbentinã & ſuperponunt mamillis in principio partus earum & ꝓhibet aduẽtum lactis.& ſi quid inuenit exiccat. & hoc in experientia vidi. Et vt copioſior ſis in remedijs vt promiſi addo ex cõpoſitis & ſimplicibus frigida & cal.quæ ligabo. Ex frigidis.℞.farinã fabarum.lentium.ana.℥.j.pomorũ mandragoræ.ʒ.ij.croci.℈.ij.ſalis.ʒ.ij.aquę frigidæ quantũ ſufficit,& fac emplaſtrum. & tpe calido applica quaſi frigidum.ſed frigido plus q̃ tepidum. Itẽ accipe cancros fluuiales, & adure ipſos in vaſe vitreato in furno ſm artem. deinde piſta eos,& ſic piſtatos & puluerizatos groſſo mõ pone in ſacculo magno quẽ ſuperponas mamillæ. ſunt enĩ ex his quæ à proprietate valent. Et hic nota canonẽ q in frigidãtia talia exterius applicata non debent eſſe multum eleuata ne materia cordi repelleẽ. Debẽt itaq; eſſe remiſſa aut alia cum calidis cõmixta. Ad idẽ valent hæc omnia. Apium exterius applicatũ.nam ad intra multiplicat vt dictum eſt.baſilicon.cicuta mamillis emplaſtra. faba,perũ aceti,nigella, ozimum, & hæc omnia exterius applicata. Cõpletur ſcd'o hic primus canon phlebotomia. eſt enim magnificũ remedium,& fiat ex ſaphena primo.deinde vẽtoſenẽ crura cum excoriatione & fiat phlebotomia baſilicæ ſcd'o.inſpecta ſemper virtute,ætate,& hmõi. Completur tertio potione per potionẽ intelligendo vinũ & cætera liquida per os ſumpta. aut etiã electuaria & cõfectiones in hmõi. Vinum ſit pauciferum album & ex dictis calidis & frig. vt diſpoſitio eget fiant potus.electuaria.brodium caulium nõ pinguium.Itẽ brodium blitis & hmõi. itẽ decoctio ſeminis canabis.cum pauco zucchari. Conſimiliter uſus pauci milij & hmõi. De quarto dictum eſt vt patet. Si vero fuerit multus malus &c. digeras & euacues vt ſupra cum appropriatis. vt.iiij.tract.Quod ſi ſanguis fluxerit ab alijs uijs veniẽdo ad mamillas prohibe fluxum & recurre ad ꝓprium capitulum. Quòd ſi fuerit ex fortitudine virtutis applica emplaſtra ad frigidum declinantia aut ſimplicia vt ſupra dictum eſt. & tu ſingula bene conſideres.

## *De caſeatione lactis.* *Rubrica.* III.

CAſeatio vt propoſito pertinet eſt lactis in mamillis ingroſſatio ſiue inſpiſſatio. Cuius cauſa eſt aut caliditas reſoluens,aut ſiccitas,aut frigiditas cõgelans,ſeu inſpiſſans.Dicitur vt propoſito &c. qm̃ vera caſeatio ſit à calido coagulaote per viã caliditatis ſuæ ſeparantis & diuidentis res fluxibiles,& eſt de peoprietate coaguli.Fit tamẽ vera caſeatio de frigido aut abuſiui,vt Cõciliator differentia. Et tu conſidera.

Θρόμβωσις Græce, Latine Grumeſicia nominatur, vel ſicuti rectè diceret caſeatio.

CAVSÆ .Ex quibus colliguntur due cauſæ. materialis,ſcilicet & eſt lac.& efficiens & eſt caliditas,ſecundũ plurimũ eſt à ſe aut caliditas circumſtantiũ partium. vnde generatur.pilus vel ſubſtantia in modum pili, vt ſæpe viderunt mulieres.nam ex eius exitu ſanatio ſequitur,aut frigiditas mamillarum & partium circunſtantium.

SIGNA demonſtratiua ſunt manifeſta ex ſe.

CVRA.canon eſt lactis diſſolutio, ibi nota vt Aui. q quæ coagulantur à calido diſſoluunẽ à frigido & econtra. In caſeatione facta à calido adminiſtrantur frigida. Verbi gratia & eſt expertiſſimum portulaca recens cõtrita,& ſuper mamillã vt emplaſtrũ ſuperpoſita & ſæpe innouata. Vnde Aui. Et portulaca valde iuuatiua eſt in hoc.

Emplaſtra ad idem ſuccum ſolatri cum aqua & modico aceti.Itẽ emplaſtrum ex lenticula in aceto decocta. Item & eſt expertũ aſſiduatio aquæ calidæ ſuper mamillas, & infundendo petias. & non permittantur infrigidari.ſed frequenter renouentur petiæ ſic in calida infuſæ. Item.℞.foliorum alchechengi,caulium,ana.piſtentur:& extrahatur de eis ſuccus.cuius ſucci.℞.ʒ.iiij.myrrhę.ʒ.j.ſ.croci.℈.j.liniatur mamilla.Item confice emplaſtrum ex farina hordei,oleo roſ.& ſucco aliquorum iam dictorum vel dicendorum. In facta vero à frigido adminiſtra calida vt epithema cum aqua decoctionis meliloti,aut cũ vino in quo fuerit ipſum decoctum.Itẽ fiat inunctio cum cera citrina, & oleo alcheiri,& oleo de mentha. Item cum oleo oliuarum.ſed defende pupillam,qm̃ vt Ariſto.facit deſcendere totum lac. Item.℞.ſucci apij.℥.iiij.micæ panis. ℥.j.ſ.cimini,ʒ.iij.olei menthæ.℥.j.cõfice, & ſuperpone calidum, eſt enim efficax & expertum. Item coagulum leporis cũ vino ſumptum mirabiliter lac coagulatum diſſoluit. Et hic nota canonẽ q quãdocunq; lac incipit diſſolui ſis ſtudioſus in faciendo aut puerum vel catulum ſugere lac ab vbere. Quòd ſi aliter nõ poteſt fiat cum ampula habente duas extremitates vt eſt presbyterorũ, vel cum vẽtoſa habente orificium paruum & unum collũ longum ſtrictum perforatum per quod attrahitur aer, vt (ne detur uacuum) ſequatur lac.& eſt hæc forma inſtrumenti.



Et qm̃ ad caſeationẽ cõſueuit ſequi ſaniatio apoſtema vel oppilatio.Hinc primo ponam remedia ad ꝓhibendũ ſaniationẽ,ſcd'o remedia ꝓhibẽtia apoſtema fieri poſt caſeationẽ. tertio aperientia oppilationẽ. Prohibentia ſaniationẽ lactis ac eius corruptionẽ. de quibus in alijs in fine capituli ſunt habẽtia caliditatẽ temperatã & cõfortantia caliditatẽ naturalẽ,ut eſt decoctio camomillæ cum fœniculo,fœnu-

graeco

græco & huiuſmodi faciendo emplaſtrum aut epithema, vel cum eorũ oleis vnguenta. Item valet oleum nardinũ de coſto. Item.℞.floris farinæ frumẽti, farinæ, hordei, fænugræci.ana.℥.i.ſeminis lini cõtriti, & vſti.℥.v. olei nardini, anethini, camomillini.ana.℥.i.vini cocti quantũ ſufficit, & fac emplaſtrum. Prohibentia apoſtema ſunt quæ materiam repellunt, vt in calida cum epithemate facto ex aqua & aceto cum ſpongia, in frigida etiam in calida aliquãtulum mentha decocta in aceto, & tepida ſuperpoſita.

Aui.℞.myrrhæ.℥.ſ.panis gratuſati.℥.i.pulueris mẽthæ.℥.v.aquæ.℥.vj.aceti.℥.i.ſ.ſuperpone. Item ad idem marchaſita contrita ſicut puluis cũ oleo roſ.& albumine oui.

Aperientia oppilationes efficaa.℞. lumbricos terreſtres & contere & cũ oleo de lilio, vt decet applica. Aliud.℞. myrrhæ.℥.i.aquæ calamenti.℥.x. aquæ virge paſtoris aut decoctionis rutæ.℥.iiij.foliorum lauri contritorum ſubtiliter.ʒ.ij. Epithema ad idem.℞.thuris, ſtoracis, calamĩtę.ana.℥.ſ.nigellæ.ʒ.ij.farinę tritici.℥.i.cimini.ʒ.i.farinę granorum lauri.ʒ.iij.omnia cum aqua ſiclę, & melle.ana.etiã ducantur ad ſpiſsitudinem in modum emplaſtri & applicetur. Et ſorbeatur aqua caulium quoniã eſt iuuatiua valde ad hoc. Auicen.

Caſeatur quoq; ſanguis in mamilla tunc aſsiduetᷓ vnctio cum oleo ro.deinde fundatur ſuper mamillã aqua calida. deinde emplaſtretur cum emplaſtris poſitis hic infra in principio ſequẽtis rubricæ. Et vt promiſſum eſt addo in fine ſimplicia & compoſita valẽtia. Aſſa fætida cũ amoniaco, cera, & oleo, emplaſtrata circa. Corrigiola cũ butyro piſtata ſuperpoſita faba vt ſupra. Fex aceti vt dictũ eſt. Furfur cum ruta & vino decoctũ & modica aqua. Iſaac. Mentha cum vino oleo ſuperpoſita. Triticum cum ruta in aqua decoctum. & tu hæc bene conſidera.

*De putrefactione & congelatione lactis in mamilla.* Rubrica. IIII.

CVra hæc pendet ſatis ex dicendis & pro parte ex dictis. hic ſolum pono intentiones habendas in cura cum quibuſdam emplaſtris. Tres ſunt intentiones ſcilicet reſolutio. cõfortatio & exiccatio.℞.blitĩ & decoque vſq; ad eius diſſolutionem, cuius deinde.℞.micæ panis.ana.℥.iij.farinæ fabarum.℥.i.ſ.olei ſiſamini.℥.ij.ſ.miſce. Et ſcito q decoctio blitis eſt reſolutiua ſecundo canone de bliti ſiue ſicla. Aliud.℞.parietariæ decoque leuiter & minutim incidas, cuius partes duas cape, panis gratuſati partem vnã.olei ro.par.i.ſ.ceræ par.i.miſce in modum emplaſtri applica. Aliud.℞.furfur frumenti.℥.i.farinæ fabarum.℥.ſ.olei ro.℥.i.ſ.olei ſiſamini.℥.ſ.croci parum, & cum vino nigro & modico aquæ ciſternæ fac emplaſtrũ.

Et hic nota canonem q aliquando mulieres propter dolorem non tolerant grauedinem emplaſtri, & ideo tunc recurre ad vnctiones, epithemata facta cum petia ſubtili frequenter iterata cum vaporationibus, & ex eidem fac vaporationes cũ quibus facis epithemata. Vnde ſtet mulier cum mamilla ſuper vaporem. Epithema fac ex decoctione camomillæ, fænugræci, meliloti, ſeminis lini cum eis, coxis hædorum paruorum, ſeu minutorũ, aut cum aliquo prædictorum dicto in exemplis, & tu compone.

*De apoſtematibus mamillarum.* Rubrica. V.

IN apoſtematibus mamillarum procedendũ eſt ſicut in apoſtemate aliorum mẽbrorum. Hic tñ nota q repercuſsiua debẽt eſſe magis familiaria q̃ in alijs ꝓpter propinquitatẽ ipſorum ad cor. Secundo aduertendum q cũ mamilla ſit membrum aptũ propter ſui ſpongioſitatẽ recipere magnã quãtitatem humiditatis, ipſa eſt apta in magnũ apoſtema faciliter incurrere. Et ideo in principio eſt diligenter ſtudendũ. Tertio quia pulmo & mamilla cõueniũt, qm̃ vtrũq; eſt mẽbrum ſpongioſum. Item quoniã quodlibet recipit vltra humiditatem ei neceſſariam humiditatem ſuperfluã ex quo cõtingit vnũquodq; apoſtemari, vnde humiditas catarrhalis eſt quoq; cauſa apoſtematis mamillarũ ſicut & vlceratio pulmonis. Eſt & quoq; alia cauſa ſicut accidit in alijs in potentia cõuerſionis proprij nutrimenti ꝓpter quod ſequitᷓ collectio. Eſt & tertia plurimum eueniens lactis exuberãtia geniti ex tranſmiſsione multi ſanguinis ad mamillas ꝓpter retentionem mẽſtruorum. quod qdem lac in mamillis induratur & apoſtemat. aut ex ſuperflua caliditate vel frigiditate. qm̃ nutrices frigus recipiunt. Et hic aduerte ad aphoriſmum Hippo.xl. aph.v.ſectionis, quibuſcũq; mulieribus ad mammas ſanguis colligitᷓ, furorẽ ſignificat. Poteſt & mamilla apoſtemari a materia phlegmatica & cholerica ſanguini mixta. De melancholia dicunt quidã q ex humore melãcholico nõ poſsit fieri apoſtema in mamillis ſicut inquit Gilbertus. Sed tu cõſidera. qm̃ & in mamillis gñatᷓ cancer & pluries.

C V R A iuxta ordinem cauſarũ ponũtur canones. Si fuerit a catarrho, tunc aut eſt in fieri, aut in facto eſſe. Si in fieri tunc ſunt canones octo ſeruandi. Ordinatio diętæ, Digeſtio. Euacuatio. Diuerſio. Membri ipſius ne recipiat cõfortatio. Viarum mediarum clauſio. Materiæ iam fluxę reſolutio. cerebri ne mandet confortatio.

Primus completur faciendo diætam declinare ad partẽ contrariam cauſæ cum diminutione cibi & potus de quibus ſupra. de catarrho. & tu ibi.

Secundus cõpletur & tertius & quartus & quintus cũ appropriatis digeſtiuis. & euacuatiuis & diuerſiuis. confortatiuis cerebri poſitis ſupra de catarrho. cap̃.ſ. Sed hic nota de euacuatione vt alio loco dictum eſt q etiam quoq; competit phlebotomia, ita vt vbi timeremus de magnitudine apoſtematis etiam materia exiſtente frigida non incõueniret fieri phlebotomiam. & credo q particularibus conſentientibus eſſet ſanum conſilium. & tu conſidera.

Quintus perficitur ſi materia fuerit calida cum repercuſsiuis frigidis habentibus in ſe ſtypticitatem qua membrum confortatur. vt verbi gratia eſt epithema cum oleo ro. & aceto. & cum prohibentibus exuberationem aut lactis caſeationem. de quibus habitum eſt ad plenũ. Aliud ad idem. & eſt ſedans dolorẽ.℞. ſandalorum, ſpodij, achaciæ, luti armeni.ana.terantur & miſceantur in aqua ro.cũ modico aceti & ſucco ſolatri & fiat epithema, & eſt efficax. Si vero fuerit materia frigida recurre ad repercuſsiua valentia ſupra quinto capitulo. vbi plurima habentur.

Sextus cum eiſdem cum quibus quintus perficitur. ſed ea applica ad pectus vſq; ad gulam.

Septimus in calida completur cum anodinis & temperate calidis, de quibus actum eſt. vt eſt camomilla, melilotum, fænugræcum. ſemen lini. anethum. & huiuſmodi.

In frigida vero cum calidis peruenientibus ad ſecũdum & tu habuiſti in præcedentibus rubricis infinita & de caſeatione lactis.

Complementum octaui quære ſupra quinto capitulo. de catarrho. vbi ad plenum ponitur quod neceſſariũ eſt. Et hic nota q ſi materia veniens ad mamillas cito non repellatur aut non reſoluatur frequenter venit ad catarrhũ. eſt enim membrum cancro paratum.

C V R A in apoſtemate iam facto. quinq; ſunt intentiões. Prima & principalis eſt reſolutio ſi id fieri poteſt. Quòd ſi non, ſecũda eſt maturatio quia materia ſanioſa. Tertia eſt saniei apertio. Quarta apertę mundificatio. Quinta mundificatę conſolidatio.

Primæ complementum apparet ex multis iam dictis, quoniam aliter in calido aliter in frigido operandũ. Et tu habuiſti hæc omnia ſupra in rubricis præcedentibus. debent enim eſſe anodina, vel calida.

Ad ſcd̃m emplaſtrũ maturans.℞.ſe.lini.fænugræci.radicis altheæ.lilij.ana.par.i.gũmi pini.ſtercoris capræ.ana.℥.i.confice cum axungia porcina veteri & medulla cruris vituli, vel vaccæ & appone. Aliud & eſt Aui.℞. micæ

panis

panis quartam.i.farinæ fabarum,radices euiſci ana.quartam.ſ.farinæ ſeminis lini,℥.i.vitella ouorum coctorum numero.iij.adde modicum croci.myrrhæ,& aſſæ,& fac emplaſtrum vel cũ alijs maturatiuis.operare vt libebit.& cum his completur ſecunda intentio.

Aperitur phlebotomo.quæ debet fieri in parte decliuiori.quidam cum ruptorio. Vnde laudať hic & eſt efficax.℞.ſtercoris columbini.ʒ.ſ.fermẽti.ʒ.iij.pulueris cantaridarũ,℈.i.confice cũ ſucco flamulæ,& ſuperpone loco decliuiori ad quantitatem mediæ auellanæ.ſed expeditior phlebotomo.licet alij eũ timeant.& fiat ſectio linearis.

Mundificať deinde cum vnguento ceraſeos & ęgyptiaco.Non deſcẽdo vlterius.oĩa mundificanť & cõſolidantur vt cætera vlcera. Sed hic nota ꝙ in vlcere mamillarum debemus multũ aduertere ne fiat dolor vt poſsibile eſt ꝓpter propinquitatem earũ ad cor & fluxibilitatẽ humoris alieni cũ ſit membrũ aptũ multũ recipere & in apoſtema magnum creſcere.& ideo tentæ fiant magnę & ſtemuloſę.

CVRA ſi fuerit ea impotẽtia cõuerſionis nutrimẽti ſtudium ſit in cõfortãdo mamillã exterius calidis aut frigidis de quibus actum eſt & ordinando diætam.

CVRA ſi fuerit ex exuberatione lactis ꝓpter ſanguinem fac phlebotomiam ſaphenę ſi cætera cõſentiunt,& ꝓuoca menſtrua cũ his de quibus infra.xxj.cap̃.& hoc maxime ſi perceptus erit dolor circa pupillam.Vnde Auic.Qñ dolet caput mamillę fiat phlebotomia. Deinde exeunte principio adde repercuſsiua,vt dictum eſt.in quibus ſit vis ſubtiliatiua.Et eſt euaporatio cũ aqua calida & aceto vini.Item farina fabarũ cum oxymelle.folio ſolatri cũ oleo ro.& huiuſmodi. Tranſacto principio cũ venit ad augmentum.miſce hæc cũ reſolutiuis vincentibus repercuſsiuis.Vt.℞.farinæ fabarum.℥.i.meliloti,M.i.olei ſiſamini ro.ana.ʒ.i.cũ aqua dulci.fac emplaſtrum. In ſtatu vero ſunt æqualia. In declinatione vincãt omnino reſolutiua. Nec eſt ſic in eo tempore declinandum à repercuſsiuis propter aptitudinem mẽbri ad recipiendũ.Poſita ſunt emplaſtra ſupra reſolutiua & ſimplicia.& tu confice.

CVRA ſi fuerit à materia phlegmatica aut melãcholica nõ mixta ſanguini qđ raro accidit euacua digeras &c̃.vt ſupra de his intentionibus actum eſt. Medicamen ad nodos & glandulas mamillarũ.℞.folia perſici humida,folia rutæ humidæ & tere ſimul,& ſuperpone.ꝙ ſi non pñt haberi ex eorũ pulueribus confice cũ vino cocto & ſuperpone. Sed hic nota ꝙ durities mamillæ perſeuerans eſt ſuſpecta.Et dictũ eſt ne in cancrũ veniat.ꝙ ſi ad cancrũ venerit multũ videtur ꝙ non ſit alia vera cura ꝗ̃ totius mamillę abſciſio. Sed hic audi Aui.tertia quarti de cura cancri.Et iam narrauit quidam priorum ꝙ quidam medicus inciſit mamillã canceroſam radicitus & ſecũdo cancerata eſt altera.& ideo non curauit. Tu itaꝗ ad hoc te non interponas,ſed magis cura procede blanditiua. Et vt ſia à me magis contentus pono hic aliqua apoſtematibus & tumoribus & vlcerationibus mamillarũ conferentia ſic ſimul aggregata.affodili radix cũ vino cocta.althæa cum vino.apij ſuccus cũ mica panis.farina caſtaneæ cũ farina hordei & aceto.citonia.corrigiola cũ butyro.furfur cũ vino.lac mulieris cũ thure.lens.lũbrici terreni.Mentha,nux cum melle.oleum amygdal̃.dulcium.rutha.

CVRA ad vlcera pupillæ.ſuccus virgæ paſtoris.plantaginis,centinodiæ ſiue caudæ equinæ.Item oleũ roſatum cum cera alba & puluere achaciæ.

DE PILIS in mamillis tñ pro nunc dicať ꝙ extrahimus cũ ſit fortis ſuctio vel à catulo aut cum ventoſa de qua ſupra de caſeatione lactis.Item liniať mamilla circa pupillam ex carnibus conchiliorum.

## De magnitudine mamillarũ,et corroſiõe earũ.Rub.VI.

VNde qñ mamillę quãꝗ creſcunt ad quãtitatẽ ætati non cõuenientẽ,quapropter virgines à iuuenibus infamanť dicentes earum mamillam aut ab eis aut ab alijs duci. Vnde vt virginitas ſæpe defendať ſuccurrẽdũ duai. Nam licet hic magnitudo non ſit vt ægritudo,eſt tamen vt ægritudo tractanda.quia.ſ.debet remoueri & præſeruari mamilla ne in eam magnitudinem cadat.

CVRA canones. Primus ordinatio diætæ. Secundus eſt euacuatio ſi eſt opportuna. Tertius cõſtrictio earum cum rebus exiccantibus quibus diminuatur. Quartus eſt reſpiciens artificium coartatio earum cum ingeniatione vt in altum eleuentur.

Primus completur cum diminutione cibi & potus vt de exuberatione lactis dictum eſt. Stet quieta nec motu forti quo & ipſe moueantur agitetur.abſtineat à manuductione,balneatione,& huiuſmodi.

Secundus ꝑficiť cũ euacuationibus iteratis cum medicinis appropriatis humori qui eſt in cauſa,& ſi phlebotomia fuerit neceſſaria qa plurimus ſanguis ad mamillas deriuať fac ex ſaphena,vt dictum eſt in præcedenti rubrica.

Tertius cõpleatur cum frigidis,& ſtypticis exiccatiuis & aliqñ calidis reſolutiuis & exiccatiuis epithemãdo,emplaſtrando &c̃.& cũ his q̃ à ꝓprietate opeřanť vt oleũ veſpertilionum inunctum. Ad idem & efficax.℞.aquæ frigidæ de ciſterna.℥.vi.aceti.℥.ij.ſ.chimoleæ.℥.iiij.gallarum.℥.ij.balauſtiarum.℥.i.teranť terẽda & oĩa adinuicem miſce & applica per modum emplaſtri,aut epithematis.

Item ex Raſi ciminum pulueriçatum deſuper ligatũ per tres dies.poſt quos accipe radicem lilij.modicum mellis & aceti & ſuperpone per tres dies alios,& hoc fiat ter in menſe.eſt enim expertũ remediũ. Item.℞.ceruſſæ,chimoleæ.ana.ʒ.ij.aquæ iuſquiami albi vel Nenupharis quãtum ſufficit ad incorporandum addito modico olei maſtici.& fiat linitio & aſsidueť. Itẽ expertum mulieris.℞.luti puri quãtum vis & miſce cũ modico mellis. A ꝓprietate valent ſanguis teſtudinis,ericij,& teſticulorum porci.

CVRA in corroſiõe mamillarũ optimum remediũ eſt quod poſitum eſt ſupra de vlceratione oris & linguæ,& tu ibi. Item.℞.vini ſtyptici.lib.iiij.ſumach.℥.ij.gallarum immaturarũ.℥.i.caſiæ ligneæ.℥.i.vel.ʒ.ij.nucum cupreſsi.℥.ij.& fundantur in vino,& dimittãtur.xx.diebus.deinde coque cum fermentis vitis ad cõſumptionem medietatis.deinde fortiter adinuicem agitatis colentur & reducantur ad ignem & leuiſsime parum bulliat & reſeruetur in vaſe vitreato.& tu hic conſidera.

DVBIA.

DVbitatur circa capitulũ. Vtrum mamillæ nutriantur lacte. Arguiť ꝙ ſic.nam ſequiť.ſic ſe habet lac ad mamillas ſicut ſanguis hepati.ſed hepar ea chilo generat ſanguinem quo nutriať,ergo & lac nutriet mamillas,& mamilla ea ſanguine generať.cõſequentia videť nota & maior ex cõuenienti ſimilitudine ſumpta ab Aui.xii.tertij.primo cap̃. Confirmať,quia quod eſt ſimile & ꝓportionatum vltima ſimilitudine mamillis videť earũ debere eſſe conueniẽs nutrimentũ cum nutricatio fiat per aſsimilationem,tale autẽ eſt lac cum ſit vltimo mamillis aſsimilatum.ergo. In oppoſitũ eſt cõmunis ſchola.nam ſanguine nutriť quẽadmodum alia membra. Ad dubiũ dicẽdum ponendo cõcluſiones. Prima ꝙ accipiendo lac pro vero lacte actu à ſubſtãtia mamillarũ ſeparato mamilla non nutriť eo.probať.nam ſic ſe habet lac ad mamillas ſicut ſperma ad teſticulos ergo.Item mamillæ nutriunť lacte in eis nõ exiſtente.itẽ nõ eſt ſanguis,ergo non nutrit.

Secunda cõcluſio capiendo lac pro vera ſubſtantia alba lacti ſimili,quæ tamen non eſt lac mamilla nutritur lacte,nam ſanguis qui nutrit mamillas bene dealbatur in mamillis,non tamen efficitur lac ſed formam determinatam recipit pro hoc membro.

DVBIVM vtrum lac generetur à frigido,ꝙ ſic.qñ mamillę à quibus generať ſunt frigidæ. In oppoſitũ,qm̃ quæ diſſoluuntur à frigido ſunt coagulata à calido vt

quarto metheororũ. lac aũt à frigido liqueſit vt dictũ eſt. ergo & à calido coagulaſ, vt tertio de hyſtorijs animaliũ.

Ad dubium dicẽdum ꝙ cõuerſio ſanguinis in lac fit à calido eorum ꝓprio, nõ autẽ extraneo, quia illud eſt corrũpens quarto metheororũ. & .xj. therapeu. illud tñ calidum eſt diminutum reſpectu caliditatis ſanguinis. cõſueuimus enim diminutũ calidum frigidũ nõiare. nam frigiditas per ſe nõ ingredit̃ opa naturę. prima primi. de cõplexionibus. hoc itaq; modo lac à frigido generari cõcedit̃. & eſt ſimile. cum eñim os ſit mẽbrum frigidum, tñ per ꝓpriũ calorẽ quia diminutũ conuertit ſanguinẽ in ſui naturam. Quare fuit neceſſarium ſanguinẽ cõuerti in lac ꝓ nutrimẽto fœtus extra vterum cũ oporteat lac pro nutrimẽto iterum in ſanguinem cõuerti. Nam ſicut in vtero ex ſanguine abſq; alia cõuerſione nutrit̃. ita videt̃ poſſe fieri extra vterũ. Dicendum ꝙ fœtus extra vterũ recipit nutrimẽtũ per os, & ideo ſi fuiſſet aut eſſet ſanguis cum nutrimẽtũ in ſtomacho calefiat & alteret̃. & ſimiliter in hepate fuiſſet multũ inflãmatus, & in amaritudinẽ cõuerſus vt eſt de natura rerum dulcium calidarũ, & vnctuoſarum nec fuiſſet cõueniens nutrimentum. Sed dices quare in vtero non ſic inflãmatur in hepate ſalſẽ. Dicitur ꝙ hepar in vtero nõ habet tantã caliditatem quantã ſtomachus, quia in oĩ digeſtione iuuatur à caliditate magna membrorum circunſtãtium. Sed forte dices maior eſt caliditas & potentior in ſtomacho iuuenis cholerici q̃ in ſtomacho pueri phlegmatici. ſed in ſtomacho cholerici non ſic conuertitur ad amaritudinem vt omni die videmus. ergo. Pro iſto forte dicetur ꝙ ſi cholericus aſſumeret tam paruam quãtitatem & nihil aliud q̃ illud lac cõuerteretur in cholerã ſed nolo venari amplius iſta ne elonger à propoſito practico.

DVBITATVR quia Aui. dicit in fine de exuberatione lactis ꝙ fœniculus, anethum, & ſemẽ porri multiplicant lac, cõtra. medicinæ menſtruorũ prouocatiue ſunt ſanguinis apti conuerti in lac minoratiuæ, qm̃ ſubtrahunt materiã lactis. ergo à lacte minoratiuæ. ſed fœniculus &c̃. ꝓuocant menſtrua vt ſecundo canone. Item ꝓuocatiuę & col. ergo. pro iſto eſt ſententia Serapionis capitulo de medicinis menſtruorũ. & Ariſto. quarto de generatione animalium. capitulo de lacte. Pro iſto dicẽdum ꝙ medicinæ ꝓuocatiuæ mẽſtruorum debent eſſe fortioria apertionis q̃ ꝓuocatiuæ lactis. & cauſa, qm̃ ad ꝓuocandũ lac medicina ipſa iuuatur à virtute expulſiua matricis expellente, & attractiua mamillarum attrahente. ſed in prouocatione menſtruorum non concurrit niſi expulſiua matricis. & ideo oportet ipſam medicinã ſic mẽſtrua ꝓuocantem eſſe maioris apertionis. fœniculus ergo maioris eſt apertionis cum menſtrua prouocat. & hoc totũ accidit ex parte quãtitatis licet per accidens. quia quantitas nõ eſt q̃ agit. nam in certa quãtitate fœniculus ꝓuocat lac in qua non poſſet ꝓuocare menſtrua, & econtra. Et pro argumẽto nota ꝙ etiam dici poteſt aliqua medicina prouocatiua menſtruorum, quia dirigit multam materiam verſus matricẽ, cuius partem contingit moueri ad mamillam, & tu conſidera. Conſueuerunt peti hic plurima problemata quæ nunc omitto, quoniam vltra curioſitatem ſunt vtilia.

PRIMVM propter quid mamillæ in homine ſunt in pectore. in cæteris vero inter crura. Dicitur primo ꝙ factum eſt ratione ſitus quia honeſtatis. Secundo quia impadirent motum hominis multum.

PROPTER quid mamillæ mediocres videantur meliores in generatiõe lactis. Dicẽdũ ꝙ paruę nõ habẽt loca debita immo minus cõmodoſa, & ſic digeſtio impfi citur. magnæ autẽ &c̃. quia in eis calor nimis expenditur. ergo digeſtio &c̃. Vnde defectus & ſuperabundãtia ad eaſdem deducunt differẽtias. mediocres autẽ in hoc medię.

PROPTER quid mulieres per duos dies aut tres poſt partum nõ habent bonum lac. Dicẽdum ꝙ in partu fit magna agitatio & virtutis debilitatio, quare ſanguis alteratur & malus deinde generat̃ qui in lac conuerti habet. Item ipſum lac iam in mamillis exiſtens ex dolore ac labore ſupercaleſit. Addo ꝙ & in principio natura ſollicita tantam quãtitatem miſit vt ingredi non valeat faciens oppilationem quã natura in proceſſu corrigit, qm̃ per euacuationẽ multi ſanguinis menſtrui in principio partus nõ mittit̃ ſanguis ad vbera. vnde qui miſſus eſt a natura ſubtiliatur & minuitur, & hoc modo ceſſat oppilatio. Vnde tunc ſanguis in tertia die egreditur. Ariſto. quarto de generatione animalium. capitulo de lacte.

PROPTER quid ante ſeptem menſes lac inutile in mulieribus nunc iam ſit vtile. Soluitur hoc ex materia fine & ſigno. nã cum materia ex qua generat̃ lac ſit ſuperfluitas mamillæ, & in principio natura magnã curam habeat de fœtu nutriendo mittit magnã quãtitatem ſanguinis, cum fœtus & vterum nõ multo indigeat nutrimento, illã autem ſic bene regulare non poteſt. Item & trãſmittit etiam de inutili cum non habeat tm̃ ſollicita vt prius cum fœtus poſſit accipere aliqd groſſi exterius nutrimenti mittit paucum ſanguinẽ cõparatiue bonum. Ex fine, quia lac à principio genitum diſtat a fine ſuo qđ eſt nutrire fœtum, lac autem poſt generatum magis illi fini appropinquat. Vnumquodq; autẽ magis eſt perfectum quod magis attingit fini ſuo. Ex ſigno quoniã lac primum eſt ſalſum et aquoſum, poſterius vero dulce, vt docet experientia.

APHORISMI.

Ex. v. ſectione. xxxvij. aph.

Mulieri vtero gerenti ſi mammæ graciles repente fiãt, abortit.

xxxviij. aph.

Mulieri vtero gerenti, ſi altera mamma gracilis fiat, geminos habenti, alterum abortit, & ſi quidẽ mãma dextra gracilis fiat. marem, ſi vero ſiniſtra, fœminam.

xxxix. aph.

Si mulier quæ neq; grauida eſt, neq; peperit, lac habet, huic menſtrua defecerunt.

xl. aph.

Quibuſcunq; mulieribus ad mammas ſanguis colligitur furorem ſignificat.

l. aph.

Mulieri ſi velis menſtrua cohibere, cucurbitulam quã maximam ad mammas appone.

lij. aph.

Mulieri vtero gerenti, ſi lac multum è mãmis effluat, fœtum imbecillem ſignificat, ſi vero mammę ſolidæ fuerint, fœtum ſignificant ſaniorem.

liij. aph.

Quæ corrupturę ſunt fœtus, his mammæ extenuantur, ſi vero rurſus duræ fiant, dolor aut mammas, aut coxas, aut oculos, aut genua infeſtabit, & non corrumpent.

## De diſpoſitionibus ſtomachi continens. Rub. xxxij. Capitulum. XIII.

### *De deſcriptione, & complexione, & anatomia ſtomachi, & partium eius.* Rubrica. I.

STomachus tres habet partes ſuperiorem, ſcilicet inferiorem, & mediam. Prima dicta eſt meri. Inferior dicta eſt pyloros ſiue portenarius, eſt enim via exitus cibi. Media vero dicit̃ corpus ſtomachi. Qđ diuiditur in duo. in partem. ſ. ſuperiorem, quæ dicitur os ſtomachi ſiue iſophagus. i. introductio cibi. Et inferiorem quæ dicitur fundus ſtomachi. vbi digeſtio celebratur, & eſt orificium ſtomachi. quia os eius [illegible] ſtomachi eſt portenario, quoniam groſſum per ſuperius introduci debet & liquidum ſubtile per inferius emitti. Et iuxta ordinem promiſſum horum omnium prius aperiet̃ anatomia.

Meri [illegible] [illegible], græce propio noĩe [illegible] latinè [illegible] vocitat.

[illegible] græce latine ianitor, vſitar [illegible] portenarius nõ [illegible].

ſomia. Meri eſt membrum cõcauum in modũ inteſtini longum per quod nutrimẽtũ ſtomachũ ingredit̃ epiglotti ꝓpinquum, & cum eo colligantiã habens ex carne muſculoſa, & duabus tunicis cõpoſitum. Extrinſeca villos latitudinales habẽs. Intrinſeca vero lõgitudinales continens, perforãdo diaphragma vſq; ad locũ medium inter duodecimã & tertiamdecimã ſpondilem perueniens. vbi & os ſtomachi ſedem habet. Non autẽ habuit villos tranſuerſales qm̃ non fuit ei neceſſaria retentio, & eſt tunica intrinſeca principalior extrinſece. Ex quibus ſolui poteſt, quare contingit aliquando ꝙ aliquis poteſt deglutire cibum & nõ potum ſicut accidit in hecticis, & morti propinquis. Nam cum tunicæ ſint abinuicem ſeparatæ, poteſt vna debilitari altera nõ debilitata. & ideo contingit quãdoq; ꝙ extrinſecam debilitari, ita vt non poſſit ſufficienter cõſtringi, quare rem ſubtilẽ ſic diminute conſtringẽdo à ſe expellere nõ poterit, ſicut contingit qñ res digitis ſufficiẽter nõ cõſtringit̃. rem aũt groſſam, vt cibum ſufficienter cõſtringit, quare &c̃. Hæc tñ ſolutio inſtantiã habet, qm̃ ſic quilibet facilius deglutiret cibum ꝙ̃ potum. & tu conſidera.

Apparet ſecũdo quare læſio in diaphragmate ſentitur in ore ſtomachi, vt accidit mulieribus in ſ̃ffocatione. Patet tertio quare volẽtes alterare & cõfortare os ſtomachi applicant remedia iuxta ſpondiles dictas. Senſum autem recepit, & ſpãliter os eius à neruis deſcendẽtibus cum eo orti ſm̃ quoſdã à ſexto pari neruorum, & ſm̃ quoſdã à tertio, & quarto. Pro declaratione reliquarum partium ponã prius notificationẽ ſtomachi, ex qua facilius & amplius earũ & cæterarum anatomia cõprehendet̃. Stomachus eſt mẽbrum organicum cõplexione frigidum & ſiccũ in medio corporis ſituatum, forma oblonga ad rotũditatem declinãs in modum retortæ cucurbitæ figuratum, tunica neruoſa intrinſeca & carnoſa extrinſeca conſtitutum, cibi & potus per meri à calore ſuſceptiuum, atq; ipſius calore ꝓprio & circũſtantium mẽbrorum adiutorio digeſtiuũ.

Et dicit̃ ſtomachus à ſtoma quod eſt orificium. eſt enim ſtomachus orificium habẽs ꝑ quod nutrimentũ corpus ingreditur. Dicitur organicum, qm̃ ex multis ſimplicibus cõpoſitum habẽs, vt dictum eſt tunicã neruoſam intrinſecam quã oportuit duriorem eſſe & ſpiſſiorẽ, ne ex primo occurſu cibi duri læderet̃. fuit enim neruoſa etiam vt eſſet extenſibilis maxime, cũ qñq; maior cibi quãtitas aſſumat̃. Item vt per hãc ſtomachus ſentiret, & cum appetitus ſenſitiuus in hac fundet̃, quo cupit ſtomachus cibũ ad ſe trahere, ordinauit natura in parte interiori huius tunicæ villos longitudinales, & q̃a attractum vult retinere, in parte extrinſeca neruoſa huius ſituauit trãſuerſales, & qm̃ expulſio digeſtioni ſeruit, quæ digeſtio tunica carnea pro parte perficit̃, collocauit in ea villos latitudinales, & qm̃ tunica neruoſa eſt maior valde carnoſa, hinc cõplexio ſtomachi ab ea magna dependẽs ponit̃ frigida & ſicca. Dicitur in medio &c̃. qm̃ loquendo de ventre, vt cõprehendit ſpũalia, et naturalia, omiſſo. ſ. capite videt̃ cõuenientiſſimus eius ſitus. Nã oportuit ſpiritualia cori eſſe ꝓpinqua ꝓpter aeris attractionem, & mẽbra ſuperfluitatum ſtomachi receptiua debẽt eſſe cum ſtomacho cõtinuata. et infra ſtomachũ, quare neceſſario eius ſitus erit in medio horũ, & ex conſequẽti in medio corporis. Dicit̃ forma. ꝓpter quod ſcito ꝙ ſtomachus habet duo orificia, vt ſuperius dictũ eſt iſophagum ſiue os ſtomachi, quod eſt latius in inferiori, & hoc declinat ad latus ſiniſtrum, quia ſatis ꝓpe cor cũ quo cõtinuitatem habet & colligantiã rõne arteriæ magnæ, q̃ eſt ſub eo. Ex quo apparet quod motus pulſus qui aliqñ ſentit̃ cum ponitur manus ſuper ſtomachũ eſt ab arteria magna quæ ſub illo protendit̃. hoc etiam voluit Gal̃. in libello de tactu pulſus. Et ideo antiqui dolorẽ ſtomachi precordium vocauerunt. vt quarto Apho. cõmẽto. xxvij. Nã ſi fuiſſet directum & nõ declinans tunc repleto ſtomacho ſi contingeret hominẽ inclinari aſcenderet cibus ad meri, ſummo adhuc cum tali declinatione eo caſu. ſ. declinante ſe homine percipit cibũ aſcẽdere. Et habet ſtomachus colligantiã per os eius cum cerebro. primo per neruos reuerſiuos venientes a ſexto pari neruorũ &c̃. vt dictum eſt. vt eis mediãtibus percipiat famem & diminutionẽ. Auic̃. cũ reliquis partibus ſtomachi non communicantur, qm̃ non fuit neceſſarium alias partes tantã habere ſenſationẽ, ſed illa magna oris ſtomachi ſenſatio ſatiſfacit, vt neceſſe eſt, & pro ſtomacho, & pro toto appetẽdo. ſ. nutrimentũ propter triſtem ſenſationẽ perceptã. Item habet colligãtiam cum ſplene per venã a ſplene ad os ſtomachi veniẽtem & deferentem melãcholiam ad excitandã famem. & hoc præcepto diuino Auic̃. prima primi. de humoribus. Habet etiã colligãtiam cum matrice mediãte tunica ſua intrinſeca neruoſa, & cũ alijs mẽbris neruoſis. Et habet ſtomachus orificium inferius dictum portenariũ ſiue pyloron per quod deſcendit chilus, & eſt minus ſuperiori, & declinat ad latus dextrũ. Nam ſi fuiſſet ex directo ſuperiori cũ homo ſit animal erectum ſtatim cibus deſcendiſſet. Quia ergo ſic declinãdo ſtomachus tortuoſat̃, hinc eſt ꝙ tardat cibus anteq̃ deſcendat, declinat itaq; verſus hepar quod ſtomachum quinq; pẽnulis cõprehendit, ſicut digiti manus a quo hepate per ramos chyſtis fellis cholerã recipit, vt dicetur. Item colligãtiam habet rõne venarum ſtomacho cõcatarum. Habet & colligantiã cum inteſtino, & principaliter cũ prima eius parte dicta duodenum, a quo etiã differt, quia nõ eſt de ſubſtãtia ſtomachi, vt quidã crediderunt. Nam dum clauditur fundus ſtomachi, aperitur duodenum, & ideo inteſtinorũ dolores ſtomacho cõmunicantur. Fundo autem cor per arteriam magnã ſub ſtomacho exiſtentem cõmunicat caliditate, hepar per pẽnulas, ſplen per arterias eius, q̃ribus reflectendo eam caliditatem muſculi vẽtris anteriores & poſteriores, qua mediante caliditate propria celebratur in eo cibi digeſtio, ex his patet deſcriptio, & anatomia.

*De ægritudinibus meri. & primo de difficultate degluttiendi.* Rubrica. II.

DEglutitio quidẽ eſt meri operatio cõpoſita ex motu voluntario & naturali facta a virtute mediantibus villis longitudinalibus attrahentibus, & latitudinalibus expellentibus. Quæ quidem operatio tripliciter lædi poteſt, vt & cæteras operationes lædi cõtingit. Ablate. ſ. diminute & corrupte. vt eſt cum fit deglutitio cũ tremore, & titillatione, locus autẽ horum villorum notus eſt ex dictis in notificatione eius. Ex quibus apparet quare vomitus eſt difficilior tranſglutitione. nam primo eſt motus non naturalis. Secundo fit ſolum virtute cõcurrente expulſiua mediantibus villis latitudinalibus. vbi in deglutitione concurrunt ambæ tunicæ, vt patet.

CAVSÆ Accidit itaq; difficultas deglutitiõis aut ꝓpter nocumẽtum contingens in virtute, quia debilis eſt valde, vt in fine ægritudinum acutarũ. Aut eſt in ipſo meri, quia. ſ. eſt mala cõplexio ſuperflue calida, frigida, ſicca, aut humida, aut q̃a i eo eſt apoſtema calidũ, frigidum &c̃. ſicut in ſquinantia, vt dicitur in ꝓpria rubrica. Aut ꝓpter vlcera in eo exiſtẽtia. Aut eſt in vicino, quia. ſ. eſt dialocatio ſpondilis ad anteriora, aut ſquinantia in epiglotto, aut ſpaſmus, aut alcuçes & congelatio, aut malitia rei quæ euomitur, vt quia aliquid eſt in eo, vt caſtanea deglutitionem impediens, aut ſanguis congelatus, qui deſcendit a capite aut huiuſmodi, aut quia eſt ventoſitas inuoluta in eo vt ſæpe accidit, aut q̃a res extrinſeca coarctat, vt laqueus, manus, & huiuſmodi, vt de præfocatione ca. noto.

SIGNA demonſtratiua eius ꝙ eſt ꝓpter ſpõdiles, cõſtrictio augmẽtatur tempore reſupinationis, & ſentitur dolor in ſpondili remota, quando fit deglutitio.

Signa ſi fuerit ex mala cõplexione debilitante virtutẽ, tunc percipitur difficultas in ſpatio magno, & ꝙ cibus & potus

potus deſcendit paulatine, & abſq; dolore, maxime ſi in meri non fuerit aliquid quod viſu comprehendatur, quod ſit cauſa doloris.

Signa ſi fuerit propter apoſtema, ſentitur difficultas in propinquo, & eſt cum dolore, & vt plurimum cum feb. quãuis nõ ſit ſm plurimum intenſa multum. Q; ſi fuerit calidũ, aderunt ſigna caliditatis, ſitis, febris, & huiuſmodi. Si frigidum vero aderit feb. frigida.

Signa ſi fuerit cum eo congelatio, ſcietur per ea quę pręceſſerunt.

C V R A vniuerſalis & ex dictis hic & in anatomia comprehendi poſſunt canones generales attendendi in cura diſpoſitionum eius.

Primus q cum meri declinet ad poſteriora & ſpondilibus adhæreat, q emplaſtra, vnctiones, & huiuſmodi et applicanda, debent applicari in collo & in ſpatulis.

Secundus q cum ſit locus oſſuoſus vt medicamina penetrẽt. debet cũ eis continue cõmiſceri aliquid aceti iuxta canonem Auic. iiij. primi. primo capitulo.

Tertius q cum ſit in extremitate oris, et aliquid habeat rectitudinis debent medicamina in ore teneri, et paulatine deglutire, vt quia continue loco adhæreant.

Quartus q cum his medicaminibus debet aliquid habens viſcoſitatẽ cõmiſceri, vt medicamen in loco retineatur, vt eſt dragacantũ, albumen oui, & hmõi. vt infra.

Quintus q cum meri habeat colligantiam & affinitatem cum ore ſtomachi, maxime per tunicam eius interiorem nerueam. medicamina autem multa, & quaſi oĩa quæ conferunt ori ſtomachi valent, & in diſpoſitione meri. vñ Aui. tertiadecima tertij. de cura diſpoſitionum meri inqt. Nam meri in pluribus ægritudinibus eſt ſequens in cõplexione ſua complexionem oris ſtomachi.

C V R A particularis & ad particularia veniens iuxta cauſas ſi fuerit difficultas &c. ex parte virtutis ſit intentio tua tota ad reſtaurãdum ipſam, & ad nutriendũ cum ouis ſorbilibus, brodijs carnis cõſumatę, de quibus in. iij. trac. Ad hoc etiã valent piſces ſquãmoſi, carnes volatilium, & hmõi. aqua carnis, vinum aromaticũ, & maxime in cõſuetis. tu itaq; nutrias &c & cum electuarijs confectionibus nutritiuis factis ex pulpis, vt infra de hectica. Ad extra vero applicabis ſm neceſsitatẽ dominantis cõplexionis, vt q ſi mala cõplexio calida inunge collũ, et partes dictas cum oleo viol. roſ. omphacino & hmõi. Nam frigida in hoc caſu conuenientia ſunt, agreſta, acetũ, aqua calibeata, berberis, citonium, mius citoniorũ, corallus, coriãdrum, cucurbita, diarodon, electuarium de myrto Meſ. ſyrupus eius Meſ. endiuia, granata, karabe, lac. lactuca, mora celſi, portulaca, plantago, ribes, roſa, ſandali, confectio triaſandalorum. Syru. roſ. vel acetoſitatis citri: oxyçaccara, ſmaragdus, ſpinachia, tamarindi, viola, çuccharũ roſ. Ex cõpoſitis. ℞. ſeminum quatuor frigidorũ maiorum, etiã minorum. ana. ʒ. i. ſandalorũ omnium. ʒ. i. s. liquiritiæ mõdatæ. ʒ. ij. cõficiantur pilulę groſſæ cum mucillagine dragacanti, & teneantur in ore iuxta canones. Item gargariſmus fiat cum lacte. & ſi poteſt eſſe acetoſus melius. Item teneatur in ore ſyru. roſ. Item cõfice ex frigidis dictis cõuenientibus, q ſi fuerit cum fe. ſtude ad feb. Si vero fuerit à mala cõplexione frigida ex oppoſito vtere calidis. Nam calida cõueniẽtia ſunt. Abſinthiũ, anethũ, aromaticũ roſatum Gabrielis, aromaticũ garyophylatũ, bethonica, calamẽtũ, calamus aromaticus, cappares, cardamomum, carui, caules, cinnamomũ, cupreſſus, citrũ, galanga. & cõfectio eius dactyli, diambra, diaciminũ. Confectio de citro cõfectio regum. Lenficãs Meſ. prima diſt. antidotarij. Fæniculus, phiſtici, gũmi arabicum, grana pini, liquiritia. Et ſi ponatur tẽperata. Maſtix, meleghete, muſcus, mentha. Nux cupreſſi. Nux muſcata, oleum maſticis, de abſinthio, de maiorana, paſſulæ, perdix, piper album. Saluia, ruta, Syrupus de mentha, de abſinthio, theriaca, triphera. Vinum aromaticum, çedoaria, çinçib. çuccharum. Ex cõpoſitis. ℞. diaciminum, aut diacinnamomũ, aut theriacã, hæc in ore teneãtur. Itẽ ex ſimplicibus cõfice pilulas, vt dicit, aut electuaria, vt vis. Ad extra laudatur à quibuſdam à ꝓprietate, & qualitate manifeſta oleum de lilio, vel myrrhæ, ſtoracis, calamitæ, cinnamomi. ana. & bulliant in oleo liliorũ alborum cum modico aceti, deinde intingat lana ſucida, quia non lota, & collo & parti ſuperiori applicet. Nutriat cũ calidis, ita vt regimen declinet ad calidum, ſi cætera conſentiant. Et ex cõpoſitis habes in calidis exiccatius, & in frigida humectatiua, quibus vti debes in mala cõplexiõe ſicca aut humida. Et nota q adipes, butyrum, & medullę multum laudantur in ſicca, & aniuden apud me eſt vehementis iuuamenti. Auic. de humida, & eſt radix herbæ, de qua fit aſſa fœtida. Sed de hac Simon loquitur ita vt ea vti non debeamus cum ponat varietatem in eius notitia.

Nota ſecundo q in cura harum complexionum debent ꝓcedere vniuerſalia quinq; canonum ſi opus fuerit: & morbus det inducias. ſi vero fuerit apoſtema. cura eius dicetur in ſequenti rubrica.

C V R A ſi ſit ꝓpter vlcera. dicet etiã in rubrica ſua.

C V R A ſi ſit propter dislocationem, oportet vt fiat reſtauratio.

C V R A ſi ſit ꝓpter ſpaſmum, & fuerit de repletione euacua cum clyſteribus, collyrijs & hmõi. exterius vnge cũ oleo de euphorbio, de piperibus, de coſto & hmõi. vt habet de ſpaſmo in ſecũdo caplo. Si vero fuerit ſiccus administra regimẽ humectatiuũ, vt ibi cũ brodijs gallinarũ, hędorũ, agnorũ, ouiũ, ſorbilibus piſcibus, et inũge dcis ibi.

C V R A ſi fuerit propter illud quod euomit, vt quia retineat ibi humor viſcoſus, tunc vtere inciſiuis gargariçando deglutiendo paulatine, vt cum ſyrupo acetoſo ſimplici de radicibus acetoſo ſqllitico oxymelle. Item cum ꝓuocatione vomitus cum ꝑdictis exhibitis cum aqua tepida &c. ita q totũ ſit tepidũ & nõ calidum, qm̃ tepida ꝓuocant, vt infra de vomitu, & cum clyſterijs acutis notis.

C V R A ſi fuerit ſanguis congelatus ibi retentus tunc ſtudium debet eſſe in eliquando ipſum, & in ipſum educẽdo, vt docebit infra de congelatione ſanguinis in ſtomacho. Ponitur tamen hic medicamen ipſum diſſoluens. ℞. coaguli leporis. ʒ. x. gentianæ, ariſtol. ſeminis rutæ, roſ. ana. ʒ. v. cõfice cum melle & da cum ſyrupo acetoſo. Etiã ſi ſanguis fuerit in ſtomacho congelatus.

C V R A ſi fuerit in eo aliquid impediẽs, vt caſtanea, aut ſpina recurua ſupra decimonono capitulo de ꝑfocatione. Si vero vermes, tunc ſtudium ſit in eos interficiẽdo, & educendo, vt infra in decimoſexto capitulo.

C V R A ſi ventoſitas fuerit in cauſa, vtat diacimino & hmõi calidis intus & extra. vt in de calida dictum eſt, & vt infra dicetur de ventoſitate ſtomachi.

C V R A ſi fuerit res extrinſeca remoueatur, & curet, vt habetur de præfocatione applicando circa collũ & ſpatulas fomentationes cum ſpongijs confortantes cum vnctionibus anodinis.

## *De vlceratione meri, & eruptione ſanguinis ab eo.* Rubrica. III.

VNde vlcera meri non ſunt negligenda, eo q ſunt difficilis & aliquãdo impoſsibilis curæ ſicut ſunt vlcera renum, pororum vrinidum, & veſicæ, eo q ſunt mẽbra quæ ſuot via ductus rerum non permittentium ſtare medicamina ſuper locũ. Nam vrina in iam nominatis eſt in cauſa. In meri vero cibaria quæ abſtergũt, & mundificant in totum tranſitu meri. Item dilatatio vlcerationum. Item humiditas catarrhalis, ſaliualis &c. De reliquis exẽplificatis ſuo loco dicetur cũ & aliæ cauſæ ad hoc concurrũt, vt in cõmodis applicandi remedis, quæ ꝓ parte etiã hic locum habẽt. & tu conſidera. Vlcera quidem reperiuntur in duplici differentia. Quædã ſunt ſuperficialia,

A niuden Auicennę herba vel radix de q̃ fit aſſa fœtida nũcupat, a grę. dr vero ſil phium.

ficialia,& iſta ꝓprie dicunt excoriationes. Quædam profunda,& iſta ꝓprie dicuntur vlcera,& iſta alijs difficilioris ſunt curæ. Vlcera itaq; ſunt plagæ factæ cum emiſſione ſaniei, quarum cauſa eſt, aut humor acutus corroſiuus a capite deſcẽdẽs, aut p vomitũ emiſſus, aut cibus acutus. Aut cepæ fortes, aut medicina acuta, vt deglutitio euphorbij,& conſimiliũ, aut mala cõplexio calida adurens, vt in febre acuta, quę fit a acutis vaporibus &c̃. aut apertio apoſtematis, aut deglutitio rei ſcindẽtis, vt ſpinę oſſis & huiuſmodi. aut ab extra veniẽs cũ gladio, aut ſimili re ſcindẽte.

S I G N A eorum pro parte nota ſunt ex his quæ dicentur infra ponendo differentiã inter vlcera ſtomachi.& meri in capitulo de vlceribus ſtomachi. & tu ibi. Et ſigna cauſarum dictarum ſunt ſatis nota, vt ſi ex primitiuis ex relatione patientis. Si ex mala complexione calida apparent ſigna caliditatis.

P R O G N O S T I C A. Ille cui accidit vlcus à plaga antecedente cura fit difficilis,& eſt ſuper extremitatem meri ſm plurimum.

C V R A. Canones, ordinatio diętæ debẽt enim comedere liquida cõglutinatiua nõ calida, neq; acuta, ſed ſtyptica,& ipſius confortatiua, vt oua ſorbilia, tuſcula hordeacea, riçum bene coctũ, amilũ cum iure carniũ,& ſimiliũ. vinum ſit ſtypticũ, et breuiter abſtineat ab omni eo quod poteſt elargare ipſum, meri quieſcat, non loquatur.

Secundus eſt cauſæ abſciſio. q̀ ſi fuerit catarrhus cura ipſum vt habetur de eo defendendo, tamen ipſum meri interim cum rebus remittentibus acuitatem eius, & prohibentibus vlcerationem fieri, vt eſt tenere diadragãtum frigidum in ore & huiuſmodi.

Tertius eſt vulneris mũdificatio q̃ cõpletur cum aqua hordei, modicũ mellita cum melle roſ. colato plus & minus ſm q̀ diſpoſitio eget ex parte acuitatis maioris.

Quartus eſt imediate poſt mũdificationẽ cõſolidatio. q̃ ꝑficitur cũ frigidis,& ſtypticis, vt in p̃cedẽti rubrica de frigidis notatis. Ex cõpoſitis cõſolidãtibus et lenictibus. ℞. dragacanti, maſticis, thuris albi. ana. ʒ. i. liquiritię. ʒ. i. ſ. hypoquiſtidos, granatorũ myrti, ſeminis fœniculi, citoniorũ. ana. ʒ. ſ. luti ſigillati, ſanguinis drac. ana. ℈. ij. cõfice cũ ſyrupo myrtino.& fac pilulas in ore tenendas. ſed hic nota q̀ eſt eadem vel ſimilis cura cum ea quæ dicetur de vlceribus inteſtinorum in fine. in ſexto capitulo.

Quintus canon eſt doloris mitigatio. Vbi nota q̀ domina Marchioniſſa de Mãtua meis diebus habuit excoriationem meri,& tñ dolebat vt nihil oĩno deglutire poſſet. vñ ſteterat ſex diebus vel circa, quibus nihil comederat vel biberat. Multa fuerunt per medicos ſuos, & illuſtres medicamina appoſita, & nihil contulerunt, ſuperaduocatus Cermiſonus noſter dedit ei albumen oui tepidum ad deglutiẽdum, & illud deglutiebat abſq; tedio,& cõtinuauit ſex diebus. illud dãdo in die. xx. albumina & vltra.& tandem deuenit ad poſſe deglutire vitella oui, & ſic proceſſit,& liberata fuit. Tu itaq; hic caute procede.

C V R A. Si fuerit ſanguis abſq; ſanie ab eo veniẽs hoc erit à vulnere nouiter facto cum re extra, vt cultello, ligno & huiuſmodi. aut quoniam fracta eſt vena ex ſimili cauſa, aut propter humorem acutum à capite deſcendentem, aut aſſumptionem rei acutæ. Iuxta cauſas poſitas ſupra de vlceratione nunc dictas.& tu diſcurre eas.

Primus canon eſt abſciſio cauſæ ſiue fuerit interior ſiue exterior, vt de vlcere dictũ eſt. Quòd ſi fuerit cultello, aut aliter competit phlebotomia diuerſiua ne fiat augmẽtum in apoſtemate. conſimiliter competunt euacuatiua per inferius,& nullo modo per ſuperius.

Secundus eſt adminiſtratio rerum ſtypticantiũ, & conglutinantium, habentium viſcoſitatem. vnde Aui. de eruptione ſanguinis. Oportet vt ſint medicinæ habẽtes viſcoſitatem & conglutinoſitatem vt non impellantur ad ſtomachum ſubito, immo curant ſuper locum corruptum cum lenta mora, vt ſupra de ſputo ſanguinis de fluxu ſanguinis narium intus,& extra tenendo in ore, vt dictum eſt de vlceratione gargariçando.

Tertius eſt doloris mitigatio. ſiquis erit qui compleſ, vt in quinto ſuperiori dictum eſt.& tu conſidera hæc.

*De apoſtematibus meri.* *Rubrica.* IIII.

ACcidit vt & meri apoſtemeſ, quẽadmodũ alia mẽbra organica, cui quoq; accidunt apoſtemata calida ſanguinea, aut cholerica parua, aut magna. Et conſimiliter frigida phlegmatica, & dura, quorum maturatio conſeuit eſſe difficilis,& tarda.

C A V S A T V R aut per viam defluxus aut paulatinæ congeſtionis, vt in alijs accidit apoſtematibus.

S I G N A demonſtratiua, qñ calidi erit dolor fortis,& in deglutiẽdo,& nõ deglutiendo,& ꝑuenit dolor ad poſteriora ſpondiliũ colli. Item cũ eo eſt inflãmatio ſitis feb. horripilatio,& hmõi. Contraria apparent in frigido.

C V R A Canones. Primus ordinatio diætæ, vt diſpoſitio humoris hortatur.

Secũdus eſt repercuſſio cũ his quę ad extra aut intra applicantur,& hoc in principio cũ frigidis & ſtypticis. qñ. ſi apoſtema calidũ fuerit. vt verbi gratia. cũ ſandalis cãphoratis. vñ & frigida ſtyptica numerata de difficultate trãſglutionis in hoc caſu cõueniunt. Aui. ℞. farinæ hordei. ℥. i. ſandalorũ myrti roſarũ. ana. ʒ. i. balauſtiarũ. ʒ. v. cãphoræ. ʒ. i. oleorum roſ. camomillini myrti. ana. ℥. i. aceti. ʒ. i. ſimiliter aquę calibeatę quãtum ſufficit,& fiat emplaſtrũ.

Ad idem ſuccus ſolatri cum aceto petia linea duplicata in eo infuſa applicata cum frequenti iteratione.

Item decoquantur roſ. balauſtiæ, myrtus,& plantago, & fiat cataplaſma.

Tertius in augmẽto fiat mixtio repercuſſiuorũ cũ reſolutiuis. vt verbi gratia. ℞. ſandalorum, myrti, roſarũ, balauſtiarũ. ana. ʒ. ij. armoniaci in aceto infuſi prius p horas iiij. ſ. terbentinæ. ʒ. ij. diſſoluantur gũmi,& addantur puluetes in fine addito modico camphoræ.

Quartus canon ſi fuerit in augmento miſceantur reſolutiua cum repercuſſiuis neutro vincente.

Quintus canon ſi fuerit in declinatione. vincant reſolutiua, imo ſint abſq; repercuſſiuis. Nec exẽpla poſui qm̃ ex ſimplicibus datis poteris faciliter cõponere. Item recurre ad ea q̃ de apoſtematibus mamillarũ. Item ad ea quæ de phreneſi,& lethargia, ad ea q̃ de apoſtematibus ſtomachi dicẽtur. vbi exẽpla copioſe habebunſ, ſtudeo vt poſſum in abbreuiãdo. Vltimo rememora vbi remedia applicari debẽt, q̃a retro ſpatulas & circa collum vt in difficultate deglutionis dictum eſt. Item q̀ aliqñ oportet trãſire ad fortiora reſoluẽtia, vt ſunt grana lauri, piretrũ cordumeni, ariſtol. & hmõi. ad intra adminiſtranſ. Quòd ſi reſolui nõ poſſit,& ad maturationẽ nõ veniunt, tūc poteſ ea in maturatiõe iuuare cum radice maluauiſci, vel altheę, pinguedinibus ficubus & hmõi. vt ſupra de ſquinantia, apoſtematibus amygdalarum gutturis. Cumq; ad maturationem ꝑuenerit apoſtema rumpaſ cum medicinis, vt ſunt ſinapis gummi rutæ agreſtis, de qbus de apoſtematibus pulmonis de ſquinãtia dictum eſt.& tu ibi. Et ſcito q̀ aliqñ nõ ſufficiunt, ſed oportet trãſire ad alia vt ꝓpter eius duritiem oportet, aut digito, aut cum tenta dura, aut cum inſtrumento ferreo rumpere. & hoc tibi continget.

Cumq; ruptum fuerit ꝓcedaſ cum abſtergentibus conſolidantibus intus & extra, vt in allegatis locis. & tu ibi.

Quòd ſi fuerit apoſtema frigidum in principio adminiſtra repercuſſiua minoris frigiditatis. deinde ꝓcede vt dictum eſt, de calida adminiſtrãdo adiuuicẽ. Et pro his recurre ad ea q̃ de catarrho. vt poſita ſunt repcuſſiua ĩ catarrho frigido,& ad ea q̃ ſunt dcã ĩ locis iã allegatis. Et qm̃ ad plenũ de hac mã diceſ ĩ de apãtibus ſtomachi nõ curaui hic niſi ſic leuiter ꝑtrãſire. recurre ergo ad ea loca dicta.

*De diſpoſitionibus ſtomachi. & primo de canonibus uniuerſalibus, & de iuuantibus, & nocentibus ipſi ſtomacho.* Rubrica. V.

NObilitatem ſtomachi declarant ea quę de eius anatomia dicta ſunt. nam cũ oĩbus mẽbris principalibus affinitatem habet, eſtq; pro his oĩbus & alijs nutrimentũ primo pparans, & qa eſt aptus ab oĩbus alijs faciliter paſsionem recipere, vt patebit ex dicẽdis. Ideo vt ipſe cõſeruet eſt maxime vigilandum. propter ꝙ de eo & eius paſsionibus inſtitui ad plenũ dicere. Addo ꝙ homines hodierni temporis vtplurimum ad eorũ maximam laſciuitatem de eo quaſi vt ſæpius conqueruntur. Primo itaq; rememorabo quæ ſunt ipſum confortantia, calida. ſ. & frigida. deinde quæ ei ſunt vtplurimum nocentia.

CONFORTANTIA tñ ſtomachum anteq̃ enumerentur ſcito. Quòd cõferentia ſtomacho ſunt quæ ſtypticitate mediocri participãt, ſiue ſint amara ſiue acetoſa. Itẽ omne aromaticũ ſtypticũ, omne ponticũ, omne quod æquat calorẽ naturalẽ, qa in quãtitate, & nõ in qualitate ad auget, vt amplexatio infantis nondum polluti, vt Auic. de cimatertia tertij. de cura cõplexionis ſtomachi cum materia, aut catuli pinguis. Item applicatio volę manus ſuper ſtomachũ boni tẽporis. Calida ſunt. Abſinthiũ, acorus, aloe, & maxime ablutũ, ambra, ameos, amygdalę, & ſpecialiter virides. Iſaac, anethum, apium, aromaticũ roſatũ, garyophylatũ. Meſ. Ariſtologia longa, & rotunda, arthemiſis, armoniacũ, bethonica, baſilicon, calamentum, calamus aromaticus, camedreos, cappares conditi cum aceto. Cardamomum, carui, caules, & maxime ſummitates eorum. Cepæ, cinnamomũ, cupreſſus, citrum, licet poſitum ſit tẽperatum. Crocus platteli, enula, fæniculus, ficus, galãga, gallia, garyophyli, iuniperus, leuiſticus, lignum aloes, & eſt de vltimis ad frigiditatẽ ſtomachi, maſtix, mentha, muſcus, nux muſcata, oppoponacũ, oliuæ conditæ. Origanum, paſſulæ & ſunt multũ cõmendatæ. Reubarbarũ, allium, Meſ. Ruta, ſaluia, theriaca, triphera Gal. trochiſci de abſinthio, de reubarbaro, de eupatorio. Vinum aromaticum, ſtypticũ, & ponticum, & vuæ acerbæ, maxime cõferunt ſtomacho pręgnãtium vua nõ recens, Zedoaris, ҫinҫiber, ҫuccharũ, & maxime vbi nõ generat cholera. Frigida ſunt. Acetũ, acetum ſquilliticũ, acetoſa, agreſta, aqua ferrea, berberis, ceraſa acetoſa, citonia, corallus quẽ à proprietate multum laudat Auic. capitulo de regimine eius. cuius ſtomachus eſt paruus. Coriandrum, cucumeri, cucurbitæ, chryſomilla, diacitoniten ſine ſpeciebus. Electuarium de ſorbis, endiuia, fumus terrę, granata, karabe, lactuca, myrobalani, myrtus, mira citomorum, neſpilla, perſica matura, pira, poma ſtyptica, ribes, roſa, ſandali. Syru. de myrto. De acetoſitate citri, roſatus. De fumoterræ, ſorba, ſcoria ferri. Spinachia, thamarindi, trochiſci de roſis. Zuccharum roſatum.

CONFORTANT & ſtomachum vti vomitu ſimplici in duobus, vel tribus menſibus ſemel. Et Auic. vti vomitu in menſe bis capitulo de regimine ſtomachi parui. nã facilis & raro factus vt dictũ eſt, eſt vehementis iuuamenti. idem Auic. dum tñ ſine labore fiat. Poſt comeſtionẽ diu ſtare & leuiter incedere, donec cibus ad fundum ſtomachi deſcendat, & maxime in ſic cõſuetis. Carnes lento igne aſſatę, Panis aſſatus, Maſticare oſſium extremitates. Mediocris vſus caulium. Pellicula ſtomachi animalium exiccata trita & poſt ſuſcepta. Vnde Auic. de cura doloris ſtomachi in fine. Et ex eis quæ cõferunt doloris ſtomachi cum ,pprietate ſm ꝙ teſtatur Gal. ſunt cutes inſtrinſecæ ſtomachorum gallinarũ, & capitulo de regimine eius. cuius ſtomachus eſt paruus idem. Quæ tunicę debẽt exiccari in furno, & pulueriҫari, & condiri cum ҫucchato aut aliter, vt fit de alijs pulueribus. Hæc enim à proprietate agunt ſicut quodlibet membrum ſibi ſimile confortat. quinto colliget de medicinis confortantibus mẽbra. Et in ſumma inter radices galanga. Inter ligna lignum aloes. Inter gũmi maſtix. Inter herbas abſinthrum, de quo dicit Auic. allegato cap. Et abſinthij herba non ſuccus eius, qm̃ ſuccus ſeparatus eſt à ſtypticitate retenta in herba, de quo in dubijs. Inter liquores acetũ nõ multum acutũ, & maxime ad ſtomachũ calidum. ꝙ ſi fuerit ſtomachus frigidus ponantur cum eo aromatica calida, vt mentha & hmõi. ſtomachũ confortãtia. Et iuxta hęc nota aliquos canones.

Primus quod ſtomachũ confortantia dari debent ſtomacho manito, quando. ſ. iam incipit appropinquare fames, quia tunc facta eſt reſolutio ſuperfluorum, & ſtomachus confortantia non aliunde impeditus ad ſe melius trahet, & ex conſequenti melius operabuntur.

Ex quo infert ſecundus, ꝙ ſi nocentia illa hora ſumerentur vt fructus, aqua frigida & huiuſmodi magis nocebũt.

Tertius infertur. ꝙ in habẽtibus ſtomachum frigidum in ea hora competit potus aromaticus. & hoc ſi cerebrum forte non ſit aptum ab eo lædi.

Quartus. ꝙ ſicut ponimus ſuper pulſus per q̃ volumus cor confortare, ita ſuper volã manus ponamus medicamina quibus volumus ſtomachum cõfortare, fricãdo. ſ. vngendo &c. qm̃ ſicut hæc extrema à ſtomacho recipiũt, ita ecõuerſo adde ꝙ eſt, vt ſtomachus neruo.

Quintus. ꝙ quæ ſtomachis applicant nõ debent eſſe tepida; qm̃ exoluũt robur virtutis decimo therapeu. octauo capitulo. Sint enim mulię caliditatis ſi cauſa frigida eſt, ꝙ ſi calida nõ excedant in frigiditate multum ,ppter ſtomachi cõplexionem vt de corde dictum eſt. & ru ibi.

Sextus. ꝙ ſi humida ſtomacho applicantur, non debent diu morari ne frigiditate lædant.

Septimus. ꝙ ſicca stomatica debent diu morari. vnde et pãni aromatibus ſuffumigati ſunt ſtomacho cõuenientes.

Octauus. ꝙ quando ſtomachus peccat humiditate, abſtinendum eſt ab humido intus & extra, dato ꝙ ſint potentialr ſiccitate iuuent.

Nonus. ꝙ aliq̃n fricare partem poſteriorẽ ſibi directã vbi præceptum eſt aliquando applicare vnctiones iuuat, & maxime ea ſtomacho conferentibus.

Decimus. ꝙ aliquando cibaria duræ digeſtionis conferunt de per accidens ſtomacho, vt quando ſcilicet cum eis cõmiſcetur vinum vel aliquod aromaticum, vt diutius trahat morã in ſtomacho, & intellige ꝙ ſint debitę quantitatis. Et quod dicetur infra de cibis duræ digeſtionis debet intelligi de per ſe.

Vndecimus. ꝙ emplaſtra, & vnctiones pectoris perſæpe nocent ſtomacho, quare cauẽdum dum inungitur pectus ne talia ad locum ſtomachi deueniant.

Duodecimus. ꝙ medicamina quæ dãtur pro ſtomachi confortatione debent dari ſimul, & ſimul totum deglutiri poteſt; cuius cõtrarium dem̃ eſt in de diſpõnibus meri.

Decimus tertius. ꝙ cõfortantia ſtomachum debẽt eſſe groſſæ ſubſtantiæ, & vt plurimum ſiccæ.

Decimus quartus. ꝙ in diſpoſitiõibus ſtomachi in quibus egemus euacuatione debemus abſtinere à pharmacijs ſpecialiter fortibus, ne debilitent amplius ſtomachum. Vnde decimatertia tertij. de debilitate ſtomachi, & ſolutio ventris eſt ex eis quæ debilitant ſtomachum ſua mala qualitate etiam trahendo à remotis humores ad ipſum. nã non ſunt neceſſariæ, qm̃ humor peccans eſt in via ductus ad quẽ immediate medicamen puenit. Vnde Aui. de curationibus cum modis vniuerſalibus. Et oportet vt adminiſtrentur in mundificatiõe ſtomachi & eius quod aggregatur in vacuitate eius, adhęret aut imbibit, medicinæ non pertrãſeuntes ſtomachum, & vias ,pximas ſtomacho.

Decimus quintus. ꝙ ante exhibitionem medicinæ reſolutiuæ debemus confortare ſtomachum, & ſimiliter poſt cum his quæ ipſum confortant, & prohibent receptionẽ eiuſdem humoris. de quibus actum eſt.

Decimus ſextus.

Decimus ſextus. q tales ſemper debent cõmiſceri cum his quæ ſtomachum confortant.

Decimus ſeptimus. q vitrũ reddit potum frigidum, lignum vero ecõtra. Habentes itaq; ſtomachum frigidũ bibant vinum in ligno, & maxime ſtomacho appropriato.

Decimus octauus. q vena baſilica ſtomachũ reſpicit, quare cũ volueris phlebotomare pp di ſpõnẽ ſtomachi, ipſam incide. Cõſimiliter ventoſę applicenẽ parti poſteriori in ſpatulis ſi res eſt multi coloris, & ſi materia fuerit groſſa, ventoſatio in natibus ſemper cum ſcarificatione.

Decimus nonus. q ventoſa magna in loco ſignato ori ſtomachi, qa inter duodecimã & decimãtertiã ſpondilem eſt conferenẽ, qñq; in dolore ſtomachi, ſicut & illa quę ponitur ante. de qua in de dolore ſtomachi.

Vigeſimus. q phlebotomia inferioris labij multoties confert in paſsionibus ſtomachi. habet enim cum ſtomacho colligantiam manifeſtam.

Vigeſimus primus. q medicamina alteratiua multum excedẽtia frigida aut calida in diſpoſitiõibus ſtomachi nõ debẽt adminiſtrari. nã excedẽter frigida paucã eius caliditatem extinguent. nã neruoſus eſt multũ, vt dictum eſt. frigidũ vero neruis inimicũ, vt Hippocrates qnta Aphoriſ. Aphor. decimonono. ſed hoc intellige & in ſequẽtibus regulariter, qm̃ coacte aliqñ damus aquã frigidã in quãtitate, vt in tertiana pura vbi adſint cõditiones prima quarti. de cura putridarũ enumeratę. Item & de febre peſtilẽtiali. Aui. Itẽ de cauſone. calida autẽ vehementer reſoluent eius tepidã caliditatẽ. ppter q cõmuniter habẽtes hepar exceſſiue calidũ, habẽt ſtomachũ frigidũ. ſi acuta mordebũt, & in ſpaſmũ cordis morſum adducent. debẽt itaq; iſta ſi adminiſtranẽ tẽperari, ne ſubito, ſed gradatim lapſum ſuum remoueãt, & melius. & hæc erit operatio ſm ſapientiam.

Vigeſimus ſecundus. q melius & conuenientius eſt, vt frigida ſtomacho exhibita nõ ſint omnino à calidis denudata, ppter cõplexionem eius naturalẽ cõſeruandam, & ut digeſtio melior perficiatur quæ calido perficitur.

Vigeſimus tertius. q ſtudere debemus quantum poſſumus, vt quæ ſtomacho exhibemus ſint grata ei boni odoris non diſplicibilia. et hoc in pharmacijs alteratiuis & cõfortatiuis. & eſt canon Gal.

Vigeſimus quartus. q ab humidis vt poſsibile eſt io diſpoſitiõibus ſtomachi abſtineamus, qm̃ villos ſtomachi relaxãt, & fluunt cito in ſtomachum non imprimentia.

NOCENTIA ſtomacho ſunt oĩa quæ ſunt durę digeſtionis. & tu hæc corrige, vt ſupra. x canone, Omnia ventoſa, Mordicatiua, Acuta, Inculcatio nimia cibi & potus. Repletio nauſeatiua, & eſt de rebus magis vitandis. Auič. Omnis res exceſsiuæ qualitatis actualis, vel potentialis. Abominabilia vomitum prouocatiua. Indigeſtio quælibet. Nimium humida. Omne laxatiuum. Omnia de facili corruptibilia vt lac. Vnde Auič. decimatertia tertij. de rebus in quarum vſu nocetur ſtomachus. Et lac eſt nociuum ſtomacho, & ſimiliter medullæ, & cerebella ſimiliter. Et fructus de facili corruptibiles. Et olera aut blitis. Mala maſticatio, indebita ciborũ aſſumptio, quia quod præponitur poſtponi deberet. Diuerſitas cibariorum in eadem menſa aſſumptorum. Item ventoſitas in ſtomacho faciens cibũ leuigare. Similiter & prohibitio fecis & ventoſitatis eſt maximi nocumenti. Auicen. allegato capitulo. Vapor malus ad cerebrum, & ſtomachum eleuatus.

Et ex medicinis & cibis ſtomacho magis nociuis ſm plurimum eſt granum pini, & ſelch, & albedoragi. Auič. allegato capitulo. Grana tamen illa cum çuccharo præparata conferunt. Auicẽ. & tu conſidera. Comeſtio ſine appetitu & appetitus ſine comeſtione, quoniam ſtomachũ replet malis humoribus. Coitus ſuperfluus. Item poſt aſſumptionem cibi immediate factus. Vnde Auicen. Et coitus eſt ex rebus magis nociuis ſtomacho. Et vomitus laborioſus. Vnde Auicen. Et quamuis ſit iuuatiuus ex parte purgationis, nocet tamen plurimũ cum debilitate. Omnis fortis paſsio capitis. Omne accidens animæ immoderatũ, vt triſtitia, timor, & huiuſmodi. Tuſsis multa. ſternutatio multa. Omnis hepatis diſtemperantia, pulmonis, & fellis, & inteſtinorum. Item fortis membrorum oppilatio. Fluxus nimius. Sollicitudo ſuperflua. Retentio ſuperfluitatum ſuperiorum, & etiam inferiorum, vt dictum eſt nõ abſtergendo cutem. Vigiliæ multæ. Poſt cibum non moueri. Vinum malum, & eſt de maxime nocentibus, vt acetoſum, vel acerbum. Item bibere trincando, quoniam cũ vino attrahitur aer ſtomachũ lædẽs. Lotio oris cum aqua ante cibum. Calida nocẽtia ſtomacho ſunt abſinthij ſuccus Auicen. & Meſue. & tu hæc conſidera. Abrotanum, aloes malum & non lotum, Anas eſt grauis ſtomacho, Aniſum. Aſſatum. Aliũ. Auellana. Been. Butyrum. Canabis ſemen. Camphora. Cappares ſalitis noo conditis. Carthamus. Caſeus recens non ſalitus Auicen. Caules horti in æſtate vel cocti cum oleo & ſale Auicen. Caudæ animalium. Centonicum & eſt ſpecies abſinthij. Cerebra animalium dictum eſt. Ceraſa. Citrulli. Citrum quia cato eius. Auicen. Coriãdrum humidum & ſpecialiter ſuccus eius. Cucurbita. Cucumer. Dactylus. Faba. Faſeoli. Ficus & ſpecialiter humidæ. Grana pini. & de hoc in dubijs. Geneſtra. Iuiubę. Lac dictum & lacticinia. Lens & ſpecialiter cum cortice ſumpta. Mala immatura. Matricaria. Melones. Medulla animalium. Meſpilla. Muſtum. Nuces antiquæ, recentes vero minus nocẽt. Oleum nuchum. Amygdalarum dulcium. Pira & ſpecialiter cruda, & ſtomacho ieiuno ſumpta. Poma ſimiliter acerba & cruda, porrum, pruna, raſanus, rapa cruda, terbentina. Vinum nigrũ groſſum & multa vini aſſumptio, çuccharum viola. Et inter calida habes ſicca & inter frigida humida ſtomachum lędentia, quæ ex te colligere facile erit. Quibus peractis cõſequens eſt, vt proſequatur ad agendum de modo curationis ſuarum malarum complexionum.

*De mala complexione frigida ſtomachi materiali, & immateriali.* Rubrica. VI.

STomachus vt plurimum patitur à mala complexione frigida & humida materiali.

CAVSÆ. Et ex cauſis eius quædam primitiuæ ſunt vt frigiditas aeris. Vſus rerum frigidarum in cibo & potu. Superfluũ exercitium. Coitus ſuperfluus. Animi accidentia mala, vt triſtitia & huiuſmodi quæ narratione infirmi cognoſcunẽ. Item quædam ſunt per cõmunitatem cauſæ, vt frigiditas cõmunicata ſibi à cerebro frigefacto, aut inteſtinis, aut ſplene, aut hepare. Et ſic ſimiliter cũ cõmunicaẽ et mala cõplexio calida exceſsiua qua reſoluitur humidum eius, & ſic per accidens infrigidatur, quẽadmodum accidit habentibus hepar exceſsiue calidũ q ſtomachum habent frigidum. vnde oportet te multũ diligenter de ipſis talibus membris interrogare.

SIGNA demonſtratiua frigiditatis in ſtomacho, quia ſentitur frigiditas in eo. Et iuuatur calidis. Et q non digerit, & præcipue res difficilis digeſtionis. Et eſt cum paucitate ſitis linguę albedine. vel ad albedinem declinãtis, & q appetitus eſt ſatis intenſus. Item color mutatus erit ad albedinem, & reliqua ſigna frigiditatis. Item quia cibus tarde deſcendit & aliquando non deſcendit, ſed poſt ſpatium quoddam euomitur, & tunc non percipitur in eo mutatio notabilis. Item eructuatio acetoſa eſt eius ſignificatio, & maxime quando cibus non eſt comeſtus acetoſus. Item ex ſignificationibus eius eſt q poſt aſſumptum cibum & potum per plures horas accidit ſtomacho extenſo dolor qui non ſedaẽ niſi vomitu rei acetoſæ. Item quandoq; percipitur rugitus, & inflatio in mala complexione frigida ſtomachi, & hoc maxime quando cum ea coniungitur complexio naturalis calida ipſius ſtomachi, & quando ita eſt tunc, adeſt ſitis & augmentaẽ corruptio,

q ſi

ꝙ ſi fuerit cum humoris vitio, tunc materia erit natās, aut luiſcata, aut imbibita, aut frigida phlegmatica, aut melancholica. & de his omnibus ponentur ſigna. Natantē materiā oſtendit eius fluctuatio. In ieiunio apud motum, & ſumpto cibo, vel potu ſubleuaṫ & ſupernatat, & facit nauſeā. & ſi multa ſit ſemper facit nauſeam, & vera pauca non niſi ſumpto cibo. Et facile egreditur. vomitu vel ſeceſſu etiā dato aliquo abſterſiuo. Imbibitam ſignificat ſingultus, neq; adeſt aliquod ſignorum prædictorum.

Signa materię phlegmaticæ ſunt, qa cadit appetitus ꝓpter imoderatā diſcraſiā, aut quia eſt imbibita, & imbibitio iuuat ad expulſionē, & non ad attractionē. Itē ex cibo aſſumpto nō dilataṫ pulſus ſicut cōſueuit. Itē ſentiṫ grauedo, & pondus. Itē inflatio, extēſio, & nauſea, & nō quieſcit niſi cū eructuatione. Quòd ſi melācholia, tūc apparēt ex ſignis phlegmaticis, & cū his timor, & puſillanimitas. Itē ſaltus in myrach, & qñq; perducit ad epilepſiā, & melancholiā. Item adeſt appetitus plurimus cū debilitate digeſtiōis multitudine inflatiōe ingetudine, ſollicitudine. Etiā egeſtio, vrina, regimen, habitudo, cōplexio, & hmōi. maxime te iuuabunt ad eius humoris peccantis notitiam.

Signa ſi per cōmunitatem. vt à cerebro, quia paſſus eſt aut conſuetus pati ſodam, fluxum humorum ad oculos, ad nares, vel ad pectus tuſsiendo, modo vero non, ſed ſtomachum læſum ſentit quem prius nō ſentiebat. Quòd ſi ab hepate, quia fortiter fuit inflāmatus, aut quia iam debilitatus eſt, aut aquoſitas multa multiplicata, vt in aſcite. Si à ſplene, quia læſio in eo, vt durities, oppilatio & huiuſmodi. Et conſimiliter de alijs per oppoſitum eorum quæ dicentur de mala complexione calida ſtatim.

CVRA. Canones. Primus canoo ordinatio diætę. Secūdus euacuatio minoratiua ſi locus materiæ tolerat. Tertius digeſtio. Quartus euacuatio eradicatiua & iterata. Et hoc melius placet Auicēnę ꝓpter debilitatē membri. Qnintus eſt diuerſio. Sextus confortatio eius. Septimus correctio mēbri mādantis ſi quid eſt tale. Octauus eſt correctio accidentium ſi quod remanſit.

Primus canon cōpletur ordinando diætam ſm̄ exigentiā cauſæ adminiſtrando contraria malæ complexionis, cibaria ſcilicet & potus, vt ſupra. ij. & . iij. tractatu.

Pro cōplemēto ſciēdū ꝙ materia in ſtomacho exiſtēs, aut eſt infuſa in partibus etiā minimis ſtomachi. & tūc diciṫ ſtomachus exuccans Auic. aut imbibita ſicut imbibiṫ pannus tinctura viſcoſa nō penetrāte ad minimas partes. ſicut eſt videre in pānis malę tinctis, aut eſt adhærens, aut eſt natās in fundo. Quòd ſi fuerit natans, tūc aut materia petit ſupiora, qđ cognoſciṫ ex nauſea, faſtidio oris ſtomachi, & hmōi. & tūc cū ſm̄ plurimū cauſa ſit calida, euacua cum euomitiuo ex aqua tepida cum aceto, ita tñ vt totum ſit tepidum, vt ſupra in canonibus generalibus. Quòd ſi fuerit phlegmatica, da vomitiuum forte, vt aquā raphani, aut oxymel ſquilliticū cū aqua tepida, et hmōi. Itē da acrumina prius, deinde vomituū exhibe, & facilior fiet inde vomitus. vt infra de vomitu. Quòd ſi declinauerit ad īferiora, qđ ex grauitate partis ſtomachi īferioris cognoſciṫ fac eūationē minoratiuā cum medicina debili, vt cū pilulis alephangínis, pilulis de hiera ſimplici, caſſia, mānā, clyſterijs, collyrijs, & hmōi, qm̄ materia eſt in via ductus & parata. nam fortis trahet de aliena materia, vt ſupra.

Deinde digeras quod reſtat cum digeſtiuis ad hoc, vt quarto tractatu. & ... ibi, & ſemper ſint digeſtiua etiā ſtomachi confortatiua.

Deinde ꝓcedas cū eradicatiuis, aut iterabis euacuationem vt dictū eſt, ꝙ ſi locus materiæ non patiaṫ, ita citam euacuationē, aut quia materia ſit, aut imbibita uiſcoſa, aut ſtomachus ſit exuccās ad intellectū datū. tunc venias primo ad tertiū canonē, vt digeras materiā cum inciſiuis in viſcoſa, & groſſa. vt eſt oxymel ſimplex. Aut acetoſus cōpoſitus cum aqua menthæ vel hmōi. quæ & ſi ſit ſtypetica, tñ propter eius faciliē ſubſtantiā non multum ſtypticat, & plus iuuat cōfortando q̄ noceat ſtypticando. Aut in ſubtili penetrāte dando ea quę ingroſſant & penetrant, vt ſyrupus acetoſus ſimplex, aut iulep violatū cū modico ſyrupi acetoſi, cum aquis appropriatis, vt de endiuia, violarū, acetoſa, & hmōi. Et cōſimiliter de melācholia agendum. Et hic nota ꝙ ſyrupi tales debēt iulepizari vt melius penetrēt. Scđo ꝙ intermiſcui aliquid de materia calida dato ꝙ rubrica ſit de frigida, qa viſum fuit fuiſſe ſatis cōſequens & vt breuitati indulgeā, vt infra rememorabo in rubricis de materia calida. Sed ante quarti perfectionē nota ꝙ nihil eſt quod ſit magis cōferens ſtomacho q̄ hiera. Auicē. xiij. tertij. de curationibus de modis vniuerſalibus. & hoc maxime qñ eſt ægritudo materialis. In calido aūt et ſicco in materiali nocet. Auic. eodē loco. ſed ſtomachis hodiernis nō placet. Scđo ſis memor eius quod dictum eſt in. xv. canone ſupra. Itē eius quod dictū eſt in nono. nā iterario euacuationis multū laudaṫ ab Auic. allegato loco. vj. cap. Tertio vbi materia fuerit pauca non indigemus iſtis euacuatiuis, ſed ſufficit dięta debita cum medicinis cōfortantibus intus, & extra adminiſtraris exiccātibus, & cōſumentibus materiā, vt eſt ſyrupus abſinthij, & medicinę abſinthiales, zinziber cōditum, & hmōi ſm̄ ꝙ exigit materia. Quarto vt magis certificeris ad agēdum circa ipm̄. ſcito quod cū vrina, aut egeſtio incipiunt rectificari, ita & ſtomachus. Venio deinde ad particularē euacuationē, & audi Auicēnam de cura complexionis ſtomachi cū materia, & neq; educaṫ à ſtomacho humor niſi ad partē declinationis ipſius in euacuatione. Si autem ambigua ſit, educ natantē qui ſequitur os cum vomitu, & eum qui eſt illi cōtrarius cum ſolutione. Et iam dictum eſt qđ ſi humor eſt imbibitus intrans, & non eſt niſi ſubtilis in eſſentia ſua, tūc melius quo curaṫ eſt aloes, & de hoc in dubijs, & ablutū eſt rectius ad cōfortandū, & non ablutū ad purgandū, & hiera eſt cōuenientior ambobus ꝓpter illud quod eſt de ſpeciebus rectificantibus, & adiuuantibus, & ꝓhibentibus à nociuis. & propriè pura nō permixta cum melle. Hęc Auic. allegato ca. Nam mel ſi reddat ipſam magis ſolutiuā reddet ipſam minus cōfortatiuā. Idem Auic. & de his diceṫ in dubrijs. Et hi canones de euacuatiōe intelligendi ſunt præcipue qñ materia cōtenta in ſtomacho eſt eius vitio & non aliorū mittentiū ſibi, vt ſunt aut corpus totum, aut hepar, aut ſplen & huiuſmodi, vt de his ſtatim. Quod ſi fuerit ex parte totius, vt quia corpus fuerit plethoricū, fiat phlebotomia de nigra ſi particularia conſentiunt, aut ſibi ꝓportionabile vt vētoſatio crurū, naticum, cum ſcarificatione, ꝓuocatio hæmorrhoidarū, menſtruorū, ieiuniū, exercitiū, et hmōi. Vnde Auic. de cura cōplexionis ſtomachi cum materia. Et hmōi quidem materijs cōfert phlebotomia quando illic eſt repletio, vt remoueaṫ humor ad venas & extremitates. Quod ſi fuerit cerebrum, nūc fiat purgatio & cōfortatio, vt ſupra de diſpoſitionibus capitis. j. cap. ſm̄ ꝙ exigit materia. & tu ibi. Et ſis memor ꝙ maſticatio plurima maſticis facta ſm̄ canones diſponit phlegma mirabiliter, & cōfortat ſtomachū, & nō ꝑmittit ipſum iterū recipere. Quod ſi fuerit hepar euacua ipſum digerēdo materiā, & cōfortando ſtomachū ne recipiat, & modus diceṫ in ſequenti capitulo. & vt plurimū remittit cholerā. Quod ſi ſplen digeras cū oxymelle habēte virtutē corticis tamariſci, ſcolopēdrię, & hmōi. Deinde euacua. vt infra. xv. cap. nam mittit melancholiā, & proportionabiliter de alijs ſuo modo dicatur.

Quintus qui maxime locū habet ubi materia ad ſtomachum aliunde fluit cōpletur cum fricationibus extremitatum collutionibus, ligaturis & huiuſmodi, vt phreneſi, dolore capitis, apoplexia. Item euacuationibus per clyſteria, ſuppoſitoria. Item & quandoq; phlebotomia.

Sextus perficitur cū his quę ad extra & ad intra ſtomacho applicanṫ, & ipſum cōfortantia. Vbi nota ꝙ ad extra

applicanẽ ſacculi. vnctiones emplaſtra ſiue cerotaria, embrochæ, olea, & multi delectantur plus in embrochis. Sed Aui. inquit. de euacuationibus cum modis vniuerſalibus. Sed epithema. & emplaſtra ſunt meliora embrochis. Embrochę enim ſunt debilioris impreſſionis, & de hoc in dubijs. Et ſimiliter quidã magis in cerotarijs, quidam in vnctionibus. ſed ex dicendis in dubijs apparebit difficultatũ harũ ſolutio. Ad intra dãtur ſyrupi de abſinthio, de mentha, de euparorio, de citro. Confectiones vt aromaticum Gabrielis garyophylatũ. Diacinnamomum. Diagalanga. Diambra. Electuariũ de gẽmis cum ſpeciebus. Electuariũ de citro Meſue. Electuariũ pliris arcoticon. Pulueres dantur ſimplices, & cõpoſiti. Ex ſimplicibus iam dicta in principio capituli. Item fiunt ex ipſis pilulæ. Itẽ trochiſci vt ſunt galliæ muſcatæ, trochiſci de roſa Meſ. de ligno aloes, de abſinthio, trochiſci de cyperis, & ſunt optimi, & ſum vſus eis in pilulis. Itẽ valent ad intra, theriaca, metridatũ, zinziber conditũ. & de his in fine de mala cõplexione ſine materia. Ad extra vnguentũ vſuale ſtomachi frigidi confortatiuũ. ℞. olei de abſinthio. ℥. j. maſtici. ℥. ſ. de ſpica. ʒ. iiij. pulueris garyophylorũ, corallorũ rub. ana. ʒ. ſ. ligni aloes. ℈. j. pulueris roſ. ℈. ſ. aceti expreſſi de pane aſſato. ʒ. ſ. fiat unguentũ cum modico cerę. Ad idẽ cerotũ. ℞. ligni aloes. Mẽthę, abſinthij. maſticis, cyperi, coſti, zinziberis. ana. ʒ. j. calami aromatici, olibani, garyophylorũ, macis, corallorũ, rubearũ roſarum, myrti. ana. ʒ. j. ſ. cũ cera, & pice fac cerotum. Et ex his poteſt fieri emplaſtrum cum farina frumenti, & oleis poſitis in pręcedenti recepta addito modico vini albi. Itẽ ex his, pulueres addito zuccharo, & cõſimiliter trochiſci. Itẽ quidam extendunt maſticem calefactum cum piſtello in mortario ſuper ſcutum coreum ſtomachale, deinde ſuperaſpergũt puluerẽ garyophyllorũ, coriandrorũ pręparatorũ, & myrti. Et ſi vis magis ſtypticare adde puluerẽ corallorũ. Hic autẽ leuiter pertrãſeo, quia īfra de debilitate ſtomachi faciã te copioſum. vbi ponã multa & experta. Sed hic nota canonem ꝙ magis ſtyptica debent applicari ſtomacho qñ læſus eſt vitio aliorũ, qñ oportet claudere vias. Tu itaq; ex datis ſimplicibus cõpone ad libitum, & quæ cõmendanẽ ad intra valent ad extra, ita ꝙ de cõfectionibus, & ſyrupis, & electuarijs potes facere cerota, vnguentũ, epithemata, & embrochas, propter tamẽ modum cum ſis nouus ponã exemplum de ſacculo, & embrocha. Epithema, ſiue ſacculus, quia hic loquor de ſicco epithemate. ℞. roſarum, menthæ, abſinthij, balauſtiarũ, lambruſcę, myrti. ana. M. ſ. garyophyllorũ, macis, nucis muſcatæ, corallorũ amborũ. ana. ʒ. ij. corticũ citri. ʒ. j. fiat ſacculus ĩ forma ſcuti. Embrocha ℞. has res dictas, aut ex alijs poſitis ſupra addẽdo nuces cupreſſi, gallã, & alia ſtyptica, vt tuo ꝓpoſito conueniet, fac ea bullire in vino ſtyptico ſufficiẽtis quãtitatis bullitione ſatis cõuenięti. Deinde infunde ſpongiã, & exprimas fortiter in duobus inciſorijs, aut cũ pãno in quo ſit poſita et cõſtricta vt faciũt lotrices pãnorũ, & ſic calidam applica ſtomacho ter aut quater vt videbiẽ. Vltimo vnge cum oleo aut vnguento ex p̄dictis & dicẽdis infra de debilitate ſtomachi. Sed nota ꝙ non ꝑmittaẽ ſpongia infrigidari. Quid autẽ ſit vtilius embrocha, aut epithema, aut emplaſtrum, ſiue cerotum dictum eſt. & amplius dicetur in dubijs.

Septimus completur corrigendo membrum mãdans. Et tu de eorum membrorũ correctione quære in proprijs rubricis, quoniã cura talis diſpoſitionis ſtomachi eſt principaliter, & maxime à tali dependens.

Vltimus autẽ ponitur ſtudium in correctione accidentiũ quę in tali caſu euenire cõſueuerunt. quę ſunt dolor ſtomachi, morſus oris ſtomachi, morſus cordis, ſyncopis, faſtidium debilitas digeſtionis, lienteria, uomitus, & hmõi, De quorũ olim cura dictum eſt, aut in ſequẽtibus diceẽ in ꝓprijs rubricis. & tu ibi. Sed ſi coniungenẽ hæc adinuicẽ, quia ſtomachus lædatur per eſſentiã & per cõitatem, tunc tu eſto ſollicitus ad magis timoroſum. iuxta illud Auicẽ. prima quarti. de cura putridarum in generali. Et oportet vt ſerueẽ res magis timoroſa de vna duarũ. & quarta primi. Tu quoq; ſis ſollicitus ad id quod magis ſuſpectũ eſt. vt verbi gratia. ſi fuerit à corde, & de corde ſit ſuſpitio cũ ſit membrum principale. tu debes prius attendere cordi. Conſimiliter ſi poteris ſimul & ſemel vtriq; attendere, fac ſi nõ attende prius influenti, & audi ſecunda quinti. Auic. Et quãdoq; aggregantur in ſtomacho duo humores contrarij, & eſt ille qui eſt imbibitus. verbi gratia. ex ſubtili cholerico, & effuſus ſit in cõtinuitate ex groſſo, oportet ergo vt intẽtio ſit in eo qui eſt maioris nocumenti. Quòd ſi fuerit mala cõplexio ſine materia, tunc ſola ſufficiunt alterantia ſimplicia. & cõpoſita dicta ſupra. Et in cõplemẽto ſexti canonis ſunt maxime conuenientia vtraq; ſunt diatriompipereon. Confectio muſcata. Vinum aromaticum antiquum purum tantum, quia loco medicinæ ſumptum lymphatum vt tolerat cerebri diſpoſitio, & cum pane aſſato. Diamuſcum dulce. Triphera & metridatũ, vt ſupra. Diacitoniteo melilotum cum ſpeciebus. Diamargariton. Et in ſuis ferculis vtaẽ aromatibus factis ex cinnamomo, & alijs calidis vt ſupra ſtomachi confortatiuis.

*De mala complexione calida ſtomachi materiali, & immateriali.* Rubrica. VII.

CAuſæ eius numerentur proportionabiliter ſuo modo, vt de frigida actum eſt, quæ faciliter ſic diſcurrenti manifeſtabuntur.

SIGNA demonſtratiua immaterialis ardor perceptus in eo, & ore eius etiã non aſſumpto cibo vel potu calido inflãmatiuo feb. ſitis vehemens. Parua fames, & cito ceſſat cum nõ datur cibus. & qñq; accidit ſyncopis. & dicitẽ fames ſyncopalis, & erit appetitus ad frigidũ & iuuaẽ eo. Et melius digerit groſſa q̃ ſubtilia, qm̃ talia in eo aduruñẽ. Item vomitus, nauſea, egeſtio erit cholerica, & vrina complexio habitudo. Quod ſi fuerit cum humoris vitio vt ex ſanguine erunt venæ tumefactę, & aderũt phlegmones, carbũculi, ſcabies, dulcedo in ore percepta, & reliqua ſigna ſanguinis, vt in principio operis dictum eſt. Quòd ſi ex cholera fuerit ſignificabit macies, & extenuatio corporis, ſitis, oris amaritudo, ſalſedo, ſi phlegma ſalſum in cauſa fuerit. Item percipitur cordis læſio ex mordicatione choleræ. Itẽ vomitus & hmõi, vrina citrina, & egeſtiones citrinæ, cõplexio, habitudo, regimen, & huiuſmodi. Inge Auic. de ſignis malæ complexionis calidæ in fine. Et ſcias ꝙ illius cuius ſtomachus eſt igneus ſanguis eſt paucus malus, fortidus, acutus, quem abhorrent membra diuerſa ei in complexione radicali, quare non nutriuntur eo. Fit ergo ille paucæ carnis. & ſunt venæ eius exuberantes, quoniam ſanguis incluſus eſt in eis quo nõ vtitur natura, & phlebotomia trahit ex ipſa ſanguinem malum.

CVRA. Canones proportionabiliter agendum, in cura malę complexionis calidæ eius ſeruando ordinem canonum iam poſitorum de frigida.

Ordinetur diæta vt decet.

Euacuetur vt ſecurius materia ſaltem minoratiue cum pilulis alephanginis minutis cũ reubarbaro: vt verbi gratia. ℞. pilularum alephanginarum. ℈. j. de reubarbaro. ℈. j. ſ. informentur cum ſyrupo de endiuia. nam ſemper excitando materiam calidam ſaltẽ cholerica ab hepate penetrante. nã talis nõ videtur in ſtomacho generari, & humiditas phlegmatica. ſed de his ſupra. iiij. tract. de cholerica vitellina. & tu ibi. Item ad hoc caſia, manna, diaprunis nõ ſolutiuũ cõfortatum cum modico electuarij de ſucco roſ. maxime ſi neceſſitas eſt. nam in eo caſu concedit Auicen. ſcamoneam. Item ad hoc idem hiera.

Tertio digeratur materia ſm ꝙ ipſa exigit. ꝙ ſi fuerit groſſa vt cholera uitellina, da ſyrupum acetoſum ſimplicem, aut violatũ cũ modico acetoſi, aut oxyzaccaram, & huiuſmodi.

huiuſmodi. quę ſubtilient, & incidãt, q̄ ſi fuerit alia cholera vt praſsina. da eius digeſtiua, vt. iiij. tract. quæ non abſoluantur à confortatiuis ſtomachi.

Et pro quarto & ſecũdo ſis memor canonum quos poſui in quarta hic ante in rubrica pręcedẽti. euacuabis itaq; cũ leuibus, ut mãna, caſia, thamarindis & hmõi. Et tu ꝑ ipſis euacuatiuis regre ſupra. iiij. tract. vbi de his. & aloe in hac materia etiã proprietatẽ habet, vt de frigida dictum eſt.

Quintus compleatur, vt ſupra cum fricationibus, ligationibus &c. vt ſupra de frigida.

Sextus cum his quæ ad intus, & extra applicãtur. Ad extra valent, & eſt expertum. buccella panis infuſa in vino granatorum comeſta. Item ad idem cum agreſta. Item intus citoniorũ, ſyrupus de myrto, de papauere. ſyrupus de acetoſitate citri. ſyrupus de granatis dulcibus acetoſis Meſ. iulep roſ. violat. ſyrupus de nenuphare, trochiſci de ſpodio, de terra ſigillata, de carabe. Ex confectionibus triaſandali, diarodon. electuarium de gemmis ſine ſpeciebus, diacitoniten ſine ſpeciebus, manuſchriſti per latũ ſandalizatum, diadragantum frigidum, diaprunis non ſolutiuum, de quo dari poteſt bis in die ante cibi aſſumptionem per duas horas cum aqua endiuiæ, aut aqua ſimplici cocta cum zucharo. hæc etiam quãdoq; in modum pulueris rediguntur & dantur, operare vt placet. Ad extra inungatur ſtomachus cum oleo roſato, & modico aceti.

Item cerotum ſandalinum Meſue. ij. diſtinctione: & eſt vltimum. Item ℞. oleorum roſa. de myrto viola. ana. ℥. j. & ſi vis infrigidare magis adde nenupharini, tantundem ſandalorum rubeorum, rubeorum corallorũ margar. ana. ʒ. ß. lambruſcæ, myrti. ana. ℈. j. aceti parũ. & ex his & aliis frigidis ſupra confice emplaſtra, cerotaria, ſacculos, epithyma, vt libet. Sed hic aduerte quoniã iſta frigida lædunt pectus, & eorum mora eſt in fine magna cauſa læſionis ſtomachi cum ſit cõplexione frigidus vt ſupra, nam timor in infrigidando eſt maior. Auic. de curationibus cũ modis vniuerſalibus. hinc nõ debent ſuper eum multum morari. Vnde Auic. de cura malæ complexionis calidę in fine. Cumq; emplaſtras ſtomachum ex emplaſtris infrigidatiuis, caue tunc ne velamen ca eis infrigidetur aut hepar tali infrigidatione qua eorũ operationes naturales lædantur. Et ex iſtis infero q̄ embrochę, in hoc caſu ſunt meliores emplaſtris, cerotarijs & huiuſmodi. quoniã non ſunt ita fortis impreſsionis de quibus in dubijs.

Septimus ſimiliter cõpleatur, vt ſupra de frigida corrigendo membrũ mandans, cuius correctio patet ex dictis ſupra aut ex dicendis infra ſuis rubricis.

Vltimus etiã conſimiliter adimplebitur, quoniam cura accidentium illorũ aut ex ſuprascriptis, aut ſubſcribendis rubricis maxime, & principaliter dependent.

CVRA Si vero fuerit mala cõplexio abſq; materia ſola ſufficiunt alterantia, vt ſupra de frigida proportionabiliter, & tu hæc ſingula conſidera.

*De cura malæ complexionis ſiccæ materialis, & immaterialis.* Rubrica. VIII.

EIus cauſa eſſe poteſt aer ſiccus, ventus borealis, balneum ſulphureum, ſalſum, & huiuſmodi. vſus cibi & potus, & medicinarũ exiccantium ſimpliciũ. vel compoſitarum, labor nimius. Itẽ tolerantia nimia, famis aut ſitis, vigilia ſuperflua, triſtitia, & huiuſmodi.

SIGNA demonſtratiua ſaltẽ cum cauſa eſt ex primitiuis ſatis nota ſunt, ipſam etiam ſignificant ſitis vehemens, exiccatio ſuperflua linguæ. priuatio ſputi, corporis extenuatio, ſiue arefactio. Itẽ iuuatur humidis, & multa talia per contrarium eorum quæ ſtatim dicẽtur de mala complexione humida.

CVRA. & cura eius. ſcito primo q̄ in humectando ſtomachum ſpatium requiritur, longius q̄ in exiccando ipſum humectatum. In calefaciendo autem & infrigidando ſpatium uidetur æquale, & licet infrigidando ſit timor maior, tamen in humectando & exiccando timor eſt ſimilis. Auic. decimatertia tertij. de curationibus cum modis vniuerſalibus. eſt itaque difficile humectare ſiue difficilius &c. quoniã inter qualitates omnes minimæ actiuitatis eſt humiditas. Et ſi fuerit materialis ordina diætã humidam cõuenientẽ ex cibis humidis & potibus humidis, de quibus ſupra. iij. tractatu. Euacues & digeras materiam vt opus erit, & diuerſiones facito ſi neceſſe erunt ſeruando ſimiles octo canones. vt ſupra de calida & frigida.

Et anteq̃uã veniam ad ſextum ſcito q̄ ſiccitas hic in ſtomacho inhærens eſt ſicut hectica, q̄ ſi fuerit confirmata non recipit curam ſicut nec hectica. Item nota q̄ nõ eſt tibi poſsibile humectare ſtomachum niſi humecies totũ corpus, & de iſto in dubijs. Humectatur autem ſtomachus cum tribus inſtrumẽtis principaliter. Cibo ſcilicet, Potu, & Balneo. Et licet cibi humidi, & potus habeãtur vt ſupra, tamẽ hic memorabo aliqua magis laudata, & eſt lac humanum ab ubere ſumptum, aut aſininũ, aut caprinum, ita q̄ ſit actu calidum & ab aere non alteratũ, & nutrire animalia talia ex herbis humidis. Valẽt ruſcula hordei in brodio pulli facta. Item aqua eius excorticati facta ſmatiem decocta vſque ad crepaturam ipſius complete. Valet panis bene coctus cum pauco ſale. Auicẽ. & tu hæc conſidera. Item piſces parui petroſi, & magni laudati. vt ſupra tertio tractatu. Item carnes paruarum auium, hædi, vituli lactentis, teſticuli gallorum, oua ſorbilia. Sit vinum ſubtile, pauca participans ſtypticitate, pauciferum vt opus nõ ſit cõmixtione aquæ. & eſt de maxime, & magis humectantibus, & quidam laudant dulce multa aqua cõmixtum ſecũdum eius vigorem. Sed Auicẽ. vituperat hic aquã cum vino, & tu nota cum eſt proprio cap. Et cũ fortificatus fuerit, vtatur pedibus vitulorũ & huiuſmodi. & diæta groſsiori. Sit itaq; cibus in principio facilis digeſtionis, & paucæ quãtitatis ne ſtomachus eo grauetur, & permittatur ipſum complete digeri antequã exhibeatur ſecũdus, & nõ potet multũ ita q̄ non faciat cibum natare, ſed optime proportionet potũ cum cibo. Et balneẽ in balneo aquæ dulcis quę ſit tepida non calida reſoluens, neque frigida vt non ſequatur horripilatio, & in die plus & minus reiteretẽ balneũ, ſecũdum q̄ ſiccitas eſt maior & minor, attenta ſemper uirtutis conſtantia. Stetq; in eo donec corpus tunc incipiet, & extrahatur anti quam tumeſcat, tumor enim eſt ſignum alteratæ humiditatis. Sed hic nota q̄ non debet in iſto expectari tumor notabilis ſicut fit in ſano, quia prius deficiet æger, ſed aliqualis, & remiſsius iuxta uirtutis tenorem. Item non debet in eo ſudare ne reſoluantur, ſed debet in eo ſubmergi vſque ad collum, & parum in eo morari ſaltem vſq; ad pororum dilatationem. Deinde debet quieſcere paululũ, & poſtea potare lac ſubtile vt humanum, & eſt cæteris cõuenientius propter cõuenientiam, aut aſininum, quia habet ſubtilitatem conuenientem, & non caſeatur. Aut lac caprinum, vt de his dictum eſt plene. ij. tract. cap. de lacte, aut dabitur aqua hordei excorticati decocti vſq; ad crepaturã excluſiue, & ſupra. Exterius autẽ fiant inunctiones ex oleis, vel vnguentis ex rebus humidis ſupra in principio rubricę poſitis. ℞. olei viola. ℥. j. ceræ albæ, ʒ. ij. aceti parum, miſce. Vel. ℞. olei nenupharini, viol. ro. violarum. ana, ceræ. Et conſimiliter potes facere ex his emplaſtra, embrocas, & alia vt libet. Sed hæc extrinſeca ſunt pauci vigoris, ideo ad ea quæ interius exhibentur ſtude ex quibus omnibus patet quid ĩo materiali agendum ſit.

*De cura malæ complexionis humidæ.* Rubr. IX.

ET ꝓportionabiliter dic de cauſis humidæ, vt de ſicca dictum eſt, & tu ea tibi ordina.

SIGNA demõſtratiua. paucitas ſitis, lędi ab hũidis, & ea abhorrere, iuuari ex pauco cibo, & lędi à mul

to, multitudo ſputi, & ſaliuæ. Item nauſea quæ accidit ex aſſumptione cibi quãdo eſt humiditas ori ſtomachi adhærens, & ex cibo mouetur.

C V R A. Canones, ꝙ ſi fuerit materialis habes canones octo iam dictos quibus vtere. Deinde in particulari ad remedia veniens pono prius duos canones vbi ſit materialis. Primus eſt exiccatio cũ inciſione. Secundus eſt cõfortatio, & ſm plurimum cum calefactione, & dicitur ſecundum plurimum, quoniã materia in ſtomacho reperta eſt materia frigida, eſt enim lacuna phlegmatis, Meſue. quæ autem ſint medicinæ inciſiuæ habes ſupra quinto tractatu. & tu ibi. Item calidæ in ſecundo de quibus in principio rubricæ actum eſt calefaciunt & incidũt hinc ea nõ numero. ſed tu ex illis compone. Aliud. ℞. aniſi, ſeminis fœniculi ana. ʒ.j bulliant in aqua conuenientis quantitatis, & diſſoluatur zuccharũ aut mel in ea, & coletur. Ad idem valent trochiſci roſati de roſis recentibus. Auicen. in hoc tractatu ſecũdo, & ſunt trochiſci vniuerſitatis. Et quoniã cura huiuſmodi dependet ex ſimilitudine curæ malæ complexionis ſiccæ, de qua ſatis ad plenum hic me nõ extendo, ad quod concurrit ꝙ hæc facilius curabis inter omnes alias complexiones malas. Et vltimo ſcias ꝙ tardanda eſt adminiſtratio ſtypticorum, maxime in materiali, vnde prius procede cum inciſiuis calefacientibus, vltimo cum ſtypticis, & ex his patet quid in materiali agendum, & tu conſidera.

Stomachus lacũa phlegmatis.

*De nimia ſenſibilitate ſtomachi.* Rubrica. X.

HAec ſenſibilitas de qua eſt ſermo eſt ægritudo quæ fit per innaturalẽ diſpoſitionẽ in organo ſenſus tactus impreſſam, cuius cã eſt aut diſcarnatio, & diſcooptio nerui, aut nimia raritas oris ſtomachi, qua ꝓpter oĩs cã ſiue calida ſiue frigida faciliter, & acute imprimit.

C V R A. canones. ordineſ diæta ſm cauſam. Sed hic nota ꝙ in his nõ debet fames tardari, ſed debent ſtatim & in principio famis paſci cũ pane infuſo in aliquo rob fructuum, & præcipue quãdo cauſa eſt calida. In ſucco granatorũ agreſtium & hmõi, de quibus in rubrica de mala cõplexione calida. imo quandoq; tanta eſt ſenſibilitas vt ad narcotica extendere debeamus. Aui. Sed illud fiat cum facilitate, nam cauſa calida talis ſæpe ad ſyncopim perducit propter cõmunitatẽ ad cor. Quod ſi fuerit ex cauſa frigida, quod comprehendes ex tremore, & ſpaſmo, propter cõmunitatem ad cerebrum & hmõi, tunc dare debes quæ ſtomachum confortant calida, vt vinum ſtypticum per ſe, aut eum medicinis aromaticis ſtypticis ſubtiliatiuis, de quibus actũ eſt in principio rubricæ. Quod ſi fuerit cũ materia, euacua, & digere vt ſupra in octo canonibus de mala complexione frigida.

*De regimine eius cuius ſtomachus eſt paruus.* Rubrica. XI.

SVfficit in hac parte ſolum enumerare ſtomachi parui regimen, nã eius paruitas naturalis beneficio medicinæ aliter in quãtitate mutari nõ poteſt. Multi tamen conati ſunt adhibere remedia cũ humidis & calidis in paruo uolentes eum extendere, & in magno cum faſcijs & hmõi conſtringẽdo, ſed credo ipſos parum profeciſſe, & ideo de his ſuperſedeo & ad regimen quo iuuantur venio. Nam Auic. vt exiſtimo ſic credidit vt ego, nam rubrica eius dicit, de regimine eius cuius ſtomachus eſt paruus, & non dixit cura, quoniã curari non poteſt. Regimen itaq; in quibuſdam canonibus ponam, quorum complementa ex habitis ſupra tertio tractatu ampliſſime ꝑfici poſſunt, & prius ponam ſigna.

S I G N A demonſtratiua, cognoſcitur tactu, & viſu, vt quia habet manifeſtum tumorem rotundum in ſuperiori parte ventris, maxime poſt cibi repletionem, & inuenitur tenſio tunc cũ malitia anhelitus, & cum tactu comprimitur ſequitur eructuatio abſq; dolore. Item priuatio talis tumoris apud inanitionem, & vbi dictum eſt curam non recipit maxime quando diſtans eſt à natiuitate.

C V R A. canones. Primus ex parte diætæ ſumptus, cibi eorum ſint paucæ quãtitatis, & multi nutrimenti. Et ex rebus ſtomacho conferentibus, vt oua. & alia cibaria cocta cum rebus habentibus ſtomachum cõfortare. Secundus cibi cõuenientes ei ſunt cibi habentes ſtypticitatẽ, & amaritudinem ſine acuitate & mordicatione, vt abſinthium, mentha, & hmõi. vt ſupra. Et hic nota canonẽ ꝙ dato ꝙ iſta ſtyptica conferant ſtomachis ſanorum, non tamen ita conferunt ſtomachis ægrorum, & maxime quando ſunt vehementer ſtyptica, & cauſa. quoniam vehementer ſtyptica exiccantia ora ſtomachorum exiccatione nociua. Auic. vbi de hoc. Oportet itaq; ne cum facilitate adminiſtrentur in ægris quando ſunt neceſſaria.

*De dolore ſtomachi.* Rubrica. XII.

VNde dolor ſtomachi eſt triſtis ſenſatio facta in eo à re contraria ſiue nociua, & ſubito, & materialiter imprimente.

C A V S A cuius eſt aut mala cõplexio ſiue materia calida aut frigida, aut materialis, aut proprie mordicatiua acuta, vt ſolutio continuitatis, aut materia ventoſa extenſiua, aut mordicatiua, aut aduſtiua, aut ab vtriſque ſimul. Nam multa materia replendo dolorem cauſat extẽſiuum, & ſua acuitate mordicatiuum. Et dicitur dolor ſtomachi præcordiorum dolor, quarto Aphor. cõmento ſecundo, in viatico nominatur anguſtia, & tortura.

Et deſcendendo magis ad particularia quoniã homines ex laſciuia noſtro in tẽpore ab eo permaxime moleſtantur ponam aliquos caſus euenire cõſuetos de quibus etiã & princeps noſter. De hominibus itaq; ſunt quibus accidit dolor ſtomachi cum comedunt, & ſedat per digeſtionem, & hi ſunt plurimum melancholici in quibus melancholia à ſplene venit in maiori quantitate q̃ debeat ad ſtomachum, & patiẽtes melãcholiam myrachialem. nã ante cibi aſſumptionem ſtat humor quietus, quia groſſus frigidus, poſt autem cibum aſſumptum commouetur materia quæ prius quieta manebat. Itẽ à caliditate debilis ſtomachi eleuatur ea hora à materia ventoſitas vel vapor, quæ materia ꝓpter debilitatem caloris conuerſa in acetoſitatem lædit. Cum autẽ cibus à ſtomacho egreditur ceſſant cauſæ doloris. Aliqui vero ſunt quibus accidit dolor cũ ſtomachus conſtringitur ſupra cibum, quia in hora digeſtionis, ſcilicet circa horã quartã à principio aſſumptionis cibi & durat pluribus horis, quãdoq; vſq; ad. x. & vltra ſm materiei quantitatẽ, & tardum deſcenſum ſiue exitum eius à ſtomacho, vnde non videntur alleuiari à dolore, donec, aut euomãt quoddam acetoſum qđ ſuperfuſum ebullit, aut quid cholericum, aut quod cum cibo in inteſtinis deſcendit. Et cauſa primi eſt effuſio melancholiæ à ſplene ad ſtomachum aut in ſtomacho exiſtẽs, quæ venit ad excitandum appetitum, ſed ſuperflua eſt, aut tolerantia nimia famis quæ ſtomachum malis humoribus replet, vt tertia primi, de regimine comeſtionis in fine. Secundi vero eſt effuſio choleræ ex hepate ad ſtomachum, quæ etiam venit gratia iuuandæ digeſtionis, ſed ipſa ſuperfluit vt melancholia, quòd ſi vomitu non educitur: ſed cum cibo deſcendit, egeſtiones ſunt valde cholericæ. Quibuſdam accidit dolor aut aduſtio vehemens, & cum comedunt ſedatur cuius cauſa eſt effuſio materierum mordicatiuarum ad ſtomachum cum eſt vacuus à cibo, aut acetoſarum melancholicarũ, & ſunt raro, aut acutarum cholericarum, vt ſunt cepæ. Alijs vero accidit dolor propter repletionem nimiam, vnde quandoque ebullit cibus & putrefit, & accidit nõ raro aduſtio fortis in ſtomacho eorum. Nonnullis accidit ex ventoſitate dolor fortis aut pungitiuus. Multis vero accidit ex vehemen-

tia ſenſus

tia ſenſus oris ſtomachi eorū ex effuſione materiæ acutæ ad eum dolor vehemēs perducens quādoq; ad ſyncopim, vt ſupra de ſyncopi. Plurimū nonnullis accidit ex potu aquæ frigidæ dolor æſtuoſus, & clamoſus ex mala cōplexione impreſſa. Vnde moriuntur quādoq; ſubito cōcitato dolore, & mala cōplexione frigida extinguēte ſpiritū chordis, quod non cōtingit de cauſa calida, qm̄ frigiditas mortificat, prima primi, de cōplexionibus, & quandoq; talis dolor deſcendit, & facit euenire colicam. Pluribus vero accidit dolor qui perdurat lōgo tempore, nec uomitu, nec aliqua euacuatione ſedatur. Cuius cauſa eſt imbibitio humoris, vel collectio apoſtemoſa in eo, quare non ſupernatat vt vomitum bonum faciat, nec deſcendit vt cum fece egrediatur. Cæteris accidit dolor facta digeſtione vel circa, & euomunt, & liberantur ab eo. Cuius cauſa eſt effuſio materiæ catarrhalis ad ipſum, quæ multiplicata ex aſtis hora digeſtionis. Factæ vero ſpecialiter tēpore ſomni, & virtutis ſtimulando. Quandoq; accidit dolor ſtomachi ex aſſumptione rei acutæ, & mordicatiuæ, vt medicinæ & huiuſmodi. Quandoq; accidit dolor grauatiuus, & ponderoſus, & videtur habenti habere panem, siue lapidem materia eadem ſtomacho, cuius cauſa eſt multiplicatio materiæ phlegmaticæ in eo. Et ſi eſt continuus, cauſa eſt materia eadem facta permāſiua. Si vero ſit dolor ſtomachi periodicus, tunc non eſt à ſtomacho ſed ab alio membro mittente. Quādoq; permutatur ad cerebrum, quandoq; ad cor, quandoq; ad neruos, quandoq; ad inteſtina. & cauſa ſi eſt humoralis eſt motus ipſius humoris facientis dolorem qui eſt ſymptomaticus, vel naturalis, ſi ventoſitas patet.

S I G N A demōſtratiua doloris ſtomachi qui eſt à mala complexione immateriali, aut materiali nota ſunt ex ſignis poſitis in præcedentibus rubricis.

Et ſignū q; eſt cauſa choleræ eſt vomitus cholericus ſi accidit, & quia dolor eſt intenſus cum mordicatione caliditate, ſiccitate oris amaritudine exiſtentibus cholericis. hæpatis inflammatione. Item ſubuerſio ſtomachi quaſi continua extremitatum frigiditas. Quòd ſi fuerit effuſa ab hepate, tunc mordicatio aliquando ſedabitur & renouabitur. & ſimiliter adde ſi vis reliqua ſigna de mala complexione cholerica dicta.

Quòd ſi fuerit cauſa melancholiæ, erit vomitus acetoſus vt dictum eſt. & eo ſedabitur dolor, & tunc in ſplene ſentietur nocumentum & digeſtio læſa erit, & cętera apparebunt ſigna melancholiæ.

Quòd ſi fuerit à phlegmate non ſalſo, tunc dolor nō erit intenſus multū & erit cum grauitate, & perceptione frigiditatis. priuatione ſitis, & egeſtio, & vrina erunt phlegmatica. & in hoc debes aduertere in inueſtigando cauſas primitiuas ex parte regiminis, conſuetudinis, & cæterorum.

Signa ex uentoſitate, rugitus. eructuatio, dolor circa hypochondria, & q; de loco ad locum mutatur.

Hic autem dolor quādoq; permutatur ad cor. Quòd ſi materia calida effumās accidit dolor cordis debilitas pulſus, ſyncopis, ſudor frigidus, extremitatum frigiditas, dyſpnia ſeu ſpiritus effuſio, quæ ſi cōtinentur mala ſigna ſunt, & quandoq; mortis.

Et ſignum q; ad cerebrum & ad lacertos, & neruos & maxime quando eſt frigida paralyſis quam antecedit cōgelatio, ſtupor, ſcotomia, vertigo & huiuſmodi. Quod ſi ad inteſtina ilion, colica, & quandoq; arthritica poſito cū materia talis ad iuncturas permutatur.

P R O G N O S T I C A. Si dolor ſtomachi pſeuerauerit lōgo tpe dubitandū de futuro apoſtemate facto in eo vt dictum eſt, & intra de apoſtemate facto. Hippo. in libro de morte feſtina, qn̄ apparet cum dolore ſtomachi. ſuper pedē dextrū quoddā ſimile veſicę, tunc patiens moriť in. xxvij. die. & de ſignis illius eſt q; appetit res dulces. Si apparet in ſupercilio eius qui habet dolorem ventris veſtigium, & bothor nigra ſimilis fabæ deinde fit vlcus tunc ipſe moriť, & huic accidit ſubeth. & multitudo ſomni propter frigus ſuæ ægritudinis mordicatio perſeuerans quādoq; inducit febrem ephemeram, & maxime quādo nō eſt multum intenſa. Quod ſi fuerit intenſa. & ſtabilis inducet quādoq; tertianam continuam ponēdo propter talem dolorem fortem & continuum humorem cholericum in ebullitione ad intra uenas. q; ſi cum hoc fuerit dolor in latere dextro ſignificabit cōmunitatem cum panniculo vel ante hepar. nam per illum hepar ſentit.

C V R A in vniuerſali. Canones antequā procedať ad canones particulares. Sciēdū q; cura doloris ſtomachi cōuenit cum cura ſodæ, & doloris aliorū membrorū, & hoc quantū ad generalia. ad ſpālia vero differt, quia variantur ſm variā membrorum naturā. Scd'o attende q; qn̄ dolor ſtomachi pſeuerat, timendū eſt de futuro apoſtemate eius, vnde Auic. xiij. tertij, de dolore ſtomachi, & timeť in illo in quo plongať dolor ſtomachi quod attrahat apoſtema ſtomachi, & ſi patiens iſte fuerit mulier p̄gnās portendit p̄focationē matricis. Et ſi in p̄gnantibus dolor ſtomachi multiplicet. Aui. eodē loco. & qm̄ ſtomachus eſt mēbrū valde ſenſibile maxime quo ad os eius: ita vt qnq; ex forti dolore patiēs moriať. Cumq; eius nocumentū pter colligantiam ipſius ad alia membra ipſis cōicet, vnde & quaſi toti corpori grande afferat nocumentū prius ſuccurrendum duxi ei dolori q; cauſæ, & maxime qn̄ fortis eſt. Vnde iuxta hoc pono hos canones per modū cōcluſionū.

Primus q; ſtante forti dolore ipſi q; eius cauſæ prius eſt ſuccurrendum. Secundus q; ſtante leui & tolerabili ſatis prius cauſa eſt recidenda. nam eam remouendo remouebitur, & dolor. Tertius vbi ſit medio modo ſe habēs eſt ſimul ad vtrunq; attendendum. Et antequam ponantur alij canones particulares delectauit horum complementa exponere. Mitigatur itaque dolor cum frigidis ſtomachicis præcipue exiſtente calida, cuiuſmodi ſunt roſa, myrtus, folia myrti, rubus, citonia, ſumach, ſandalus & ſimilia, de quibus in principio exhibēdo ad intra & extra applicādo per modum epithimę cum ſpongijs filtro, & huiuſmodi, vt ſupra de cura malæ complexionis calidæ, & tu ibi. Item cauſa exiſtente frigida cum tēperatis aut calidis anodinis proprijs & cōmunibus non excedentibus primum gradum ſaltem multū, vt ſunt camomilla, melilotum, anethum, althea, fœnugræcum, ſemen lini, abſinthium, amoniam, ſemen caulis, terbentina oleum eius, crocus, oleum exterius applicatum cum ſpongijs aut aliter &c. vt ſupra de mala complexione frigida, & calida.

Mitigatur cum prouocātibus ſomnum ad intra, & extra adhibitis. Ad intra ſi cauſa fuerit calida aut frigida da zinzaniam ſiue lolium cum vino potenti non antiquo, quoniam antiquum vigilias facit. Gale. Item ſemen anethi, cum vino & in parua quātitate, nam multa eius quātitas interficit, vt ſupra de corde. Ad extra vero ſi cauſa fuerit calida aut frigida, indifferenter applicari poſſunt frigida ſtupefacientia, de quibus quarto tractatu & ſupra in iſto ſexto tractatu capit. de vigilijs ſuperflua, & tu ibi.

Sed hic nota q; in his narcoticis ſunt gra. nam aqua frigida eſt in primo nix in ſecundo. Solatrum, coriandrū, mucillago, pſylij in tertio papauer, & iuſquiamus in quarto, poma mandragoræ in quinto, opium in ſexto & hi in ſimplicibus. Sed reperiuntur compoſita, vt theriaca noua, philonium, requies, triphera, magna athanaſia, & huiuſmodi, de quibus ſupra allegatis locis, & tu ibi. In cauſa itaque calida da & hæc frigida ad intra, ſed cum cautela, vt de vigilia ſuperflua dictum eſt. Item cum diuerſione mitigať, vnde. xlvj. Apho. ij. Sectionis, Duobus doloribus ſimul, non eundem locū, infeſtantibus, vehementior, alterum obſcurat. propter quod mangones cum frenant equum ſtringunt labia eius. Item Gale. in cōmento eiuſdem, fiat itaque dolor fortis in aliquo extremorum, Proble-ma.

vt cum ligaturis, ventoſis, & hmõi, vt de ſoda, de apoplexia, lethargia, & alibi ſæpe dictũ eſt mitigare. Et cum mẽſura cibariorum appropriatorũ, vt cum generantibus humorẽ contrarium in diſpoſitione ſua humori peccanti, de quibus ad plenum tertio tractatu, & etiã quarto, & tu ibi, ſed in ſumma debẽt eſſe obtuſæ qualitates trahẽtes ad melancholicũ, vt ſunt lentes, vinum groſſum, ponticum, non vigoroſum, carnes bouinæ & hmõi mitigat, & dolor fortis cum phlebotomia, vnde. j. apho. cõmento. xxiij. In dolore itaq; maximo nulla medicina eſt hac defectione perfectior. ꝙ tamẽ ſane intelligas, qm̃ quarta primi, de phlebotomia inquit Auic. tibi quoq; à minutione cauere debes, & in hora fortis doloris, propter quod pono cõcluſiones octo. Prima. in intenſiuo dolore ratione intentionis eius tantũ cõpetit phlebotomia euacuatiua magna, & vſq; ad ſyncopim conſtante virtute, & hoc ſi fuerit ex ſanguine.

Secunda ꝙ in tali dolore ratione eius intenſionis tantum ſi fuerit ab alio humore, quia frigido, groſſo, viſcoſo non cõpetit phlebotomia euacuatiua patet. Tertia ꝙ in tali dolore &c. ubi materia fuerit calida, & ꝓpter dolorem timemus de inflãmatione humorum & fluxibilitate eorum ad locum aptorum apoſtema cauſare competit diuerſiua.

Quarta ꝙ in tali dolore ſi fuerit fortis adhuc materia exiſtente factiua leuis cõpetit diuerſiua. Quinta ꝙ in dolore tali à materia calida nõ competit euacuatiua leuis, ne plus noceat attrahendo. Sexta concluſio ꝙ ſumme cauẽdum eſt à phlebotomia in corporibus habentibus ſubtilitatem nimiam oris ſtomachi qui ex ea in ſyncopim cadunt. Auicẽ. Septima ꝙ in forti dolore vbi dolor ex ſui fortitudine impediret diuerſionem quam quære ex phlebotomia plus ad locum doloris trahendo de humoribus quàm phlebotomia diuertere poſſet, eſt prius ſedãdus dolor hoc voluit Auicen. quarta primi. j. capit. dum inquit. Cunq; ad diuerſum ꝓtrahere volueris membri à quo detrahis dolorem prius ſeda. Octaua concluſio ꝙ in intenſiuo dolore ratione ꝓſternationum virtutis nullo modo competit phlebotomia, & hanc concluſioẽ voluit Auic. loco allegato. tu quoque recurre ad ea quæ de phlebotomia doloris capitis dicta ſunt ſupra primo cap. & ſi quæritur de qua uena dicitur ꝙ Auic. quarta primi. de phlebotomia inquit. Et ex eis eſt vena furculæ, quæ phlebotomatur in medicationibus oris ſtomachi, ſed hoc non eſt in vſu, & eſt diuerſa, & euacuatiua, ſed loco eius cõmuniter phlebotomatur nigra brachij.

C V R A particularis. Canones alij particulares in dolore tali. Item oportet conſiderare cauſam eius, ꝙ ſi fuerit calida, quia cholerica tunc attendendi ſunt canones. viij. poſiti ſupra de mala cõplexione calida eius. ꝙ ſi fuerit frigida illos de frigida, & tu ad eos recurre. quoniã iam completi ſunt ibi canones reſpicientes dolorem ipſum. magis ponẽtur ſeriatim ſecundum ordinem narratum de ipſo & de caſibus contingere conſuetis.

I N P R I M O itaq; caſu attende canones quatuor particulares. primus eſt ſplenia euacuatio. ſecundus eſt diuerſio ſiue deuitatio materiæ ad cõtrarium. tertius eſt ſplenis confortatio, & apertio ductuum eius ut ad extra quod ſuperfluũ eſt expellatur. quartus eſt confortatio ſtomachi & viarum ad ipſm ne recipiat ſtomachus eam materiam.

Primus completur primo ſi fuerit ſanguis peccãs phlebotomia baſilicæ ſiniſtræ, aut in manu, aut in brachio facta. aut apertione hæmorrhoidarum. Quòd ſi fuerit alter humor cum his qui humorem euacuant melancholicum. de quibus ad plenum. iiij. tractatu: & tu ibi.

Secundus perficitur cum diuertentibus dictis ſæpe, vt ventoſa poſita in hypochondrio ſiniſtro, vel in alio loco ſtomacho appoſito, vt circa renes, & hmõi fricationes.

Tertius completur cum his quæ cõfortant ſplenem, & aperiunt eius oppilationes, ut cappares, ſcolopendria, tamariſcus, & ſimilia de quinto cap. infra per modum omnem adminiſtrationis, & tu ibi.

Quartus ꝑ calida ſtyptica ſtomacho approximata intus & extra ad intra. vt myrobalani kebuli cõditi. de quibus infra de debilitate ſtomachi, citonia cõdita cũ ſpeciebus, cibus præparatus cũ aceto, & ſit paucæ quãtitatis ne ſubleuẽt humorẽ, potus vini puri ſtyptici in quo decocta ſit peonia ad extra cum ſpõgia madefacta in aceto in quo decocta ſint mentha, ſpica, maſtix & hmõi. aut cũ emplaſtris, cerotis, & hmõi. de quibus infra de debilitate ſtomachi & ex ſimplicibus datis ſupra in pricipio cap. cõpone.

I N S E C V N D O caſu conſimiles canones habes, euacua aũt phlebotomia, & alijs euacuãtibus materiã in hepate penetrantẽ. de quibus tract. iiij. iuxta ſeriẽ primi canonis immediate poſiti de melancholia peccante.

Secundo diuerte cum vẽtoſa in hypochondrio dextro. aut iuxta renem. aut in inguine poſita.

Tertio conforta hepar intus & extra cum remittẽtibus cholerã & aperiẽtibus vias eius. vt poſſit cholera liberius propelli ad extra. vt ſunt endiuia, aqua fructuum, abſinthium, eupatorium, & huiuſmodi. de quibus in ſequenti cap. in quo habebis hepatis cõfortantia ſimplicia & compoſita & eius oppilationes aperientia.

Quarto cõforta ſtomachum & uias eius ne recipiat ab hepate cum citonijs abſq; ſpeciebus, ſorbis, neſpilis. granatis acetoſis, agreſta cũ ſimilibus ad extra applicatis, & tu ex dicendis compoſitione. & ex dictis in princ. cap.

I N T E R T I O caſu ꝓuidendũ eſt ne ſtomachus fiat vacuus, ne ex tolerantia famis ſtomachus dolorem incurrat, & ſi quid videtur euacuandũ euacua vt exigit materia, vt à membro mittente. Item cõforta vt ſupra ſtomachum ne recipiat talem materiam cum frigidis ſtypticis hic ante nominatis cũ bucella panis infuſa in vino granatorum, & ſimiliũ. Item diuerte vt dictũ eſt. & in ſumma ſequere quatuor canones dictos & ad ea recurre quæ de mala complexione calida dicta ſunt.

I N Q V A R T O caſu attẽde primo ad euacuãdũ vomitu. ſi faciliter fieri poterit. aut ventris ſolutione. etiã cum leuibus medicinis vt ſupra, deinde ſtomàchum conforta, & dietam ordina ex cibis paucæ quantitatis facilis digeſtionis, & cum abſtinentia ab eo debita.

I N Q V I N T O caſu hoc ordine procedendum vide. primo ſi ventoſitas fuerit à materia frigida & fuerit leuis, tunc exhibe euaporatiua ſicca, vt ſupra de pleuriſi facta ex milio & huiuſmodi. & tu ibi. Item confert applicatio vẽtoſæ magnæ comprehendentis totum vmbilicũ. nam per venas quæ terminantur ad vmbilicũ facilius educitur ventoſitas. nã in tympanite quãdoq; videmus ventoſitatem ſtomachi cõuerti ad vmbilicum & facit ipſum emanare. & dimittatur ſic per horã. ipſa enim dolorem ſedat mirabiliter. Auic. quod intellige de ventoſitate pura.

Item ad intra exhibe res calidas vt zinzib. cõditum, aut non conditum, uinum purum potens in parua quantitate, quia loco medicinæ theriaca, metridatum, grana lauri, piperis, & huiuſmodi calida, de quibus in mala cõplexione frigida ſtomachi & ad penetrãdum pone acetum. Si vero fuerit à calida ꝙ rarius eſt vtere frigidis proportionabiliter vt dictum eſt de frigidis.

I N S E X T O caſu oportet adminiſtrare ea quæ obtundunt ſenſum. cuius ſtomachalia ſunt frigida de quibus in principio cap. de mala complexione calida ſtomachi. vnde in principio menſæ dentur acetoſa vt vinũ granatorum & huiuſmodi. Item cibaria actu frigida. Itẽ albumina ouorum ea paulatine deglutiẽdo fructus humidi & huiuſmodi. Quòd ſi fuerit ex effuſione choleræ, vel materiæ acutæ habes canones hic ante.

I N S E P T I M O caſu fac ſi potes aquã vomere, & ad itra res adminiſtra calidas poſitas hic de cura doloris ventoſi. vt ſupra in princ. cap. & hic intus & extra.

I N O C T A V O debes materiã digerere cũ oxymelle

melle ſimplici.aut cõpoſito vt videbitur. deinde euacua & vtranq; operationẽ paulatine, & ſucceſsiue fac.nam ſi perdurauerit timendum eſt de futuro apoſtemate.

IN NONO oportet prius attẽdere ad catarrhum cuius curam habuiſti quinto capitulo ſupra.

IN DECIMO ad res frigidas ſtomachum cõfortantes.ſint liquidæ,& paulatine deglutiantur. vt ſæpe, & ad extra conſimiliter cum frigidis remoue malã complexionem inductam cũ rebus etiam poſitis de mala complexione calida ſtomachi.

IN VNDECIMO conſimiliter procede digerendo & euacuando.Item alterando intus & extra,& cum quibus plene habitum eſt.

CVRA in dolore periodico. Conſidera membrum mandans & ipſum corrige,vt dictũ eſt. Et ſi quæ ſequentur accidentia iam aut eorũ cura poſita eſt,aut ponẽ infra.

De mala autẽ complexione ſimplici faciente dolorẽ ſtomachi.patet cura per ea quę poſita ſunt hic & ſupra de mala cõplexione eius calida aut frigida. Et conſidera q Aui. hoc caſu laudauit aquã frigidam.propter q ſcito q oportet talem habere octo cõſiderationes poſitas ab eo prima quarti. de cura putridarũ in generali. laudat & lac acetoſum, & ſi patiens ad extenuationem ex dolore perueniret recordare adminiſtrare tiram de qua in de mala complexione ſtomachi ſicca.

### *De debilitate ſtomachi.* Rubrica. XIII.

DEbilitas ſtomachi eſt ipſius mala diſpoſitio ex qua in aliqua quatuor virtutum eius accidit nocumentum quæ ſunt digeſtiua, attractiua, expulſiua,& retentiua.

CAVSA cuius ſm plurimũ eſt mala cõplexio frigida.Et dicitẽ ſm plurimũ, qm̃ ab alijs etiã contingere poteſt quę ſunt mala cõplexio ca.ſic.aut hum. materialis aut immaterialis,aut mala cõplexio, aut cõtinuitatis ſolutio, repletio nauſeatiua,ſatietas continua,vomitus multus, fluxus ventris.Auic.& ſic de alijs. de quibus de dolore ſtomachi dictum eſt. Et ex his colligit quare Aui.de debilitate ſtomachi fecit capitulũ diſtinctũ à cap.de debilitate digeſtiuæ,eſt enim generale vnũ, reliquum vero particulare,

Et hic quidẽ debilitas qñq; accidit parti ſuperiori ſtomachi,qñq; parti inferiori,qñq; vtriſq;. Et antequã ponãtur canones curatiui ſcito primo q debilitas ſtomachi fortaſſe eſt cauſa omniũ ægritudinũ corporis. Aui.de debilitate ſtomachi.xiij.tertij. Scdo q deterior debilitas ſtomachi eſt q̃ cõtingit ex rarefactione texturę villorum eius,& ſignificat illud quod nõ inuenitẽ illic ſignũ malitiæ cõplexionis neq; apoſtema,neq; alia ęgritudo, neq; cõfert reſolutio,ideſt mutatio de frigido ad calidum aut ecõtra, ſed indifferenter quilibet nocet. Tertio q in debilitate ſtomachi confert comedere parum, & maxime vrgẽte appetitu bene maſticare,nõ multiplicare diuerſa cibaria,potare ad proportionem cibi,comedere completa prima digeſtione,& non ante,bis in die tantum,& præcipue in cõſuetis &c.quæ require ſupra in de diſpoſitionibus ſtomachi,in de cõferentibus & non cõferentibus ſtomachi. vbi dictum eſt ad plenum. vnum tamen addo Auic.de debilitate ſtomachi inquit. & ex eis quæ conferunt ſtomacho debili eſt adminiſtratio vociferationis & omniũ quæ mouent ſyphac, ſcilicet motu conuenienti calefactiuo, quoniam hoc eſt ſicut exercitium temperatum reſpectu ſtomachi.& ideo iſtud confortat.

Stomachi debilitas omnium ęgritudinũ cauſa.

SIGNA demonſtratiua ſunt quoniã ſentit ſe non bene digerere & cõturbatur à cibo abſq; cauſa quæ ſit in ea ratione qualitatis,aut quãtitas eius,aut ſubſtãtiæ, & eſt aliquando cum paruitate.aliquando cum defectu appetitus intenſus,vt propter frigiditatem,& eſt digeſtio mala. & eſt quãdoq; cum rugitu,& eructuatione, aut nauſea,& proprie ſuper cibũ ita q quotieſ ſumit cibum non poteſt in ipſum aliquid operari donec ipſum euomat,& hoc accidit quãdo augetur malitia debilitatis.Item quãdoq; ſentitẽ mordicatio, & dolor inter ſpatulas. & hoc per vaporem corruptum eleuatũ ad ſpondiles ex oppoſito meri. Quòd ſi adhuc creſcet debilitas nõ erit erectuatio,quia nihil agit in cibum, & propter debilitatem expulſiuæ difficile egreditur ſtercus aut in ſtomacho paruà erit mora cibi,& ſtatim lubrificabit, vt lienteria.

Signum q debilitas eſt in parte ſupiori qm̃ per aſſumptionem cibi in principio ſentit nocumentum in parte ſuperiori quandiu cibus eſt in ea.& remouetur cum deſcendit, q ſi in parte inferiori tunc nocumentum percipitur cum cibus requieſcit in fundo & apparet indigeſtio in fecibus,quoniam ſunt liquidæ indigeſtæ,& quandoq; accidit in vtrunq; apparent hæc ſimul.

PROGNOSTICA debilitas inducit indigeſtionẽ,indigeſtio vero quia alibi nõ corrigitẽ eſt radix fere omnium egritudinũ,vnde eſt cã epilepſiæ,lepræ, ſcabiei, hydropiſis & hmõi.& ideo eſt vigilandũ. Et debilitas quidem virtutis alteratiuę perducit ad hydropiſim carneã.

CVRA canones.Seruentẽ qui correſpõdent cauſæ iuxta ea quę dicta ſunt & dicentẽ de cauſis debilitãtibus ſtomachũ.vt verbi gratia.ſi cauſa fuerit frigida ſeruentur canones qui poſiti ſunt ſupra de mala cõplexione frigida. & ſic de calida humida & ſicca ꝓportionabiliter ſuo modo ſiue ſit materialis ſiue immaterialis digerendo euacuãdo. Et nota Auic.q hic vituperat illos qui ſemper in confortãdo ſtomachum vtuntẽ calidis & ſtypticis.nam cauſa vt dictum eſt aliqñ eſt calida quæ facit ſtomachi debilitatẽ, & quandoq; eſt debilitas ꝑpter ſiccitatem ſtomachi. Si raritas texturæ &c.cum confortantibus tẽperatis, aut parum eleuatis.vt eſt abſinthium, & huiuſmodi. & de diæta proportionabiliter agendo. Sed ne hoc loco vacuus in remedijs pergas addam aut memorabo aliqua quæ his poſitis ſatis vtilia tibi erunt in cauſa calida vbi ſit fortis inflammatio da vt Auic.aquam frigidam. & hoc ſi cætera conſentiunt iuxta ea quæ poſita ſunt in fine præcedentis rubricæ.Item etiam datur materia exiſtente in ſtomacho. nam enim confortata ex potu aquæ expellit materiam ſimul cum aqua per viam ſudoris fluxu ventris aut vomitu, aut per vrinam. nam ſimiliter eſt de materia exiſtente in venis & in ſtomacho,nam natura confortata materiam in venis contentam expellit altero dictorum modorum. Et hoc voluit Auic.cum inquit. Et quandoq; expellitur ſtatim propter repletionem aquæ illud quod eſt illic de humore vicino, & egreditur cum ſolutione ventris,& euadit ægritudo cum eo. Item per aquam frigidam intellige omne infrigidans.cõueniens tamen quod dicitur propter opiata. In frigida vero vtere calidis,& non tepidis.nam tepida mollificant os ſtomachi.vt Auicẽ.authoritate aliorum. Gale.octauo therapeu. exoluunt rob virtutis. vnde hæc vomitum multum inducunt. vt ſupra de nocentibus ſto. Calida autem proportionata ſtomachalia habuiſti de mala complexione frigida, & ſtatim habebis in ſequentibus rubricis. Galenus tamen in hoc caſu multum commendat diacitoniten cum ſpeciebus. Item laudat Auicen. mentham. vnde inquit. Et in mentha eſt iuuamentum manifeſtum. Et ſuperiora fœniculi ſunt ex eis quæ conferunt in emplaſtris calidi ſtomachi & frigidi. Auicen. & pix.eſt ex emplaſtris ſtomachi frigidi debilis. Auicen. Debilitas ſtomachi conſequitur debilitatem indifferenter omnium quatuor virtutum ſuarum, de quibus in notificationes. Et ideo aduertendum quòd alia applicanda ſunt læſa digeſtiua, & alia læſa attractiua, & ſic de alijs. Nam ſi attractio læderetur quod vt plurimum contingit fieri ex frigiditate & humiditate, tunc vtere in eius remotione calidis, & ſiccis ſtomachalibus de quibus actum eſt, & hoc alia cauſa non contradicente. Quòd ſi attractiua lęderetur ex humiditate, & ca-

ſiditate, ipſam fortifica cum rebus ſiccis etiam cum declinantibus ad frigiditatem. Expulſiua autem iuuatur cum humiditate, & addit Auic. cum frigiditate, & intellige frigiditate idest diminuta vel remiſſa caliditate. nã remiſſa caliditas conſueuit frequenter in medicina dici frigiditas. Ex quo tollitur argumentum eorũ qui ſe fundãt ſuper hoc textu dicentes frigiditatẽ ingredi opus naturę, quia virtutis expulſiuę. Eſt enim hæc auctoritas in medio capituli de debilitate ſtomachi. xiij. tertij. Digeſtiua uero iuuatur cũ læditur caliditate, & ſiccitate, ſed hæc latius videri habent prima primi. doctrina ſexta de virtutibus miniſtrantibus. Item ſcito q dum debilitatur ſtomachus propter debilitatẽ expulſiuæ fac patientẽ vti pane bene fermẽtato, qm̃ facilius digeritur, & citius expellitur. Econtra vero vbi contentiua ſit debilitata propter humiditatem lubricantem. da ei panẽ ad azimum declinantẽ, & paucæ quantitatis. In hoc capitulo multum laudatur cerotum Gal. & ab eo pmaxime cõmendatũ. ℞. olei de ſpica. ℥. j. aloes, & maſticis. ſuc. acreſtæ. ana. aur. j. ceræ aur. viij. multum confortat ſtomachum vehementer debilitatum, qui non recipit cibum neq; retinet ipm̃. cõſidera mi Sigiſmundæ quæ & qualia ſimplicia faciunt. Et hæc pro nunc ſatis.

Frigiditas an opus naturæ ingrediatur.

*De nauſeatiua ſatietate.* Rubrica. XIIII.

NAuſeatiua ſatietas eſt nomen cõpoſitum ex ſatietate & nauſea. Dicitur enim ſatietas. quia ſtomachus eſt nihil appetẽs, & videt homini q ſit ſemper repletus, & ſatiatus, & hoc propter multos malos, & corruptos humores in eo ex indigeſtionibus aggregatos. Eſt & nauſea, qm̃ eſt in continua nauſeatione ciborũ propter eaſdem cauſas. deſcribi ſic itaq; poteſt. Nauſeatiua ſatietas eſt diſpoſitio ſtomachi, qua appetitus ad cibũ percipitur. vt ablatus, & ſuper ipſum indifferenter nauſeat, ex aggregatione malorum humorum via indigeſtionis in eo exiſtentium cauſata.

CAVSÆ. Et ſcito q inter cæteras cauſas fortis eſt multitudo ſomni & quietis ſiue ocij. nã & ſi ſomnus conferat in digerendo, nocet tamen quando eſt ſuperfluus, ꝓhibẽs euãtiones debitas fieri, ſicut ſuperflua vigilia nocet digeſtioni. & iſta diſpoſitio cõiter hominibus hodierni temporis ex ingluuie & inordinatione vtplurimum cõtingit.

SIGNA demõſtratiua ſunt puſtulæ in facie, & tumor faciei ſiue principium cazeſiæ, & proprie circa oculos, & hoc propter humorũ malitiam. Cõſtrictio anhelitus, quia cõprimitur diaphragma, grauitas capitis ꝓpter aſcenſum vaporũ, dolor ſtomachi propter malã qualitatẽ humorũ. ſingultus etiã ꝓpter ventoſitatẽ groſſam, eructuatio acetoſa, fumoſa, acuta, fœtida ſm variam humorum corruptionem. vomitus, nauſea, lubricatio ventris ſuperflua, retentio ſuperflua. Et cauſæ patent.

Signa autem peccantis humoris ſunt nota ex his quę de mala complexione materiali.

PROGNOSTICA. eſt diſpoſitio prima hydropi febri & multis ſimilibus, vt colicæ, & huiuſmodi.

CVRA. Canones. Ordinatio diætæ. Euacuatio minoratiua. Digeſtio. Euacuatio. Confortatio ſtomachi, & aliorũ membrorũ. Correctio accidentiũ, ſi quæ remanent.

Primus cõpletur cum multa abſtinẽtia cibi, ieiunãdo, diminuendo ipm̃, ipſum perficiẽdo, & ſit facilis digeſtionis, & ſtomachi cõfortatiuus, vt ſupra. Et poſt euacuationes habeat exercitium vſq; ad ſudorem incluſiuæ. imo & ponatur in balneo in quo ſudet. & ſi ex adminiſtratione balnei timeretur de fluxu materiæ propter multam repletionem, tunc fac ipſum dormire ſomno prolixo.

Secundus perficitur principaliter & melius vomitu, & incipe à faciliori gradatim ꝓcedendo ad fortiorẽ. de quo ſæpe & infra. Itẽ euacua cum lenitiuis, & nõ fortibus medicinis, ne plures humores attrahantur ad ſtomachum.

Tertius cum digeſtiuis appropriatis materiæ. de quibus quarto tractatu.

Quartus cõſimiliter cũ euãtiuis leuibus. vt eodẽ loco.

Quintus cum confectionibus confortantibus ſtomachum. ut eſt zinziber conditum. diacitoniten cum ſpeciebus vel aliter vt exigit materia de qbus præcedẽtibus rubricis & ſequẽtibus ſæpe dicet, & tu ad ea loca recurre.

*De debilitate, & deſtructione appetitus.* Rubr. XV.

APpetitus ad cibum eſt diſpoſitio pertinens ori ſtomachi, ſicut digeſtio fundo eius. & eſt compoſitus ex naturali, & animali. Virtus itaq; appetitiua ſedẽ ſuã habet in ore ſtomachi quæ cum non eſt alio modo alterata appetit vt debet. & eſt cõueniens pro vita & nutritione. Cũm autẽ lęditur vel aliquo modo impeditur, non ſic appetit vt debet. Sed contingit ipſam tripliciter lædi. ablate, ſcilicet diminute & corrupte. Dicitur autẽ appetitus ipſius ablatio. cuius cauſa eſt mala complexio materialis vel immaterialis in eo exiſtens uel aliunde eueniens. frigiditas quidẽ vehemẽtius pertinet appetitiui. Auic. cap. proprio. vnde hyeme, & in ſeptẽtrione appetitus ſunt vehementiores. Ex quo infertur q caliditas per oppoſitum deijcit appetitum. vnde æſtate appetitus ad cibum remittitur, nam corrugatio oris ſtomachi facit appetitũ, & expreſſio humiditatũ ab eo ſimiliter, quod facit frigiditas. repletio autẽ & rarefactio partium facit ad deiectionem, quod operatur caliditas. ſed iſta indigent longiori perſcrutatione. & tu etiam curre ad ea quæ Forliuienſis noſter aggregauit. ſup ſcdo techni de fame. Et Gentilis. xiij. tertij. de deſtructione appetitus. Et licet frigiditas operet vt dictum eſt, nihilominus cum ſupfluit deſtruit mortificãdo virtutem ſenſibilem & attractiuam. omnis tamen immoderata qualitas idem operatur. ij. aphor. cõmento. ij.

Anorexia, Græcis, i. a ſitis inappetentia, ſeu abolita appetentia notatur.

Appetitus irritatio.

CAVSÆ itaq; inueſtigẽt hoc modo vt de alijs ſæpe dictum eſt. qm̃ aut mala cõplexio faciens eſt in ſtomacho ipſi nõ aliunde cõicata. aut eſt ab alio ſibi cõmunicata. Si primum ſic poteſt eſſe mala cõplexio calida ſola, aut cum præſentia humoris cholerici. nã in febribus cadit appetitus propter malã complexionẽ calidam vt dictum eſt. Ad quod etiã facit qm̃ in feb. ſpecialiter materiali eſt præſentia multorũ humorũ quos virtus expellere omnino intendit. & ad hoc eſt maxime intenta. vnde neq; attractiua ſtomachi attrahit, neq; aliorũ membrorum. ideo &c. & in febre peſtilentiali magis quia vltra caliditatem eſt ventoſitas quæ magis ſtimulat uirtutẽ ad expellendum. quare adhuc minus attrahit. Aut mala cõplexio frigida mortificans & hoc eſt raro. aut præſentia phlegmatis plurimum viſcoſi cõprehenſi in ore ſtomachi. quare natura refugit à cibo niſi in quo ſunt caliditas, & acuitas, vt cepæ poſt cuius acceptionem accidit inflatio, & extenſio, & nauſea, & non requieſcit niſi cum eructuatione, & multiplicatio taliũ humorũ poteſt eſſe ſomnus ſupfluus, vt de cauſis nauſeatiuæ ſatietatis dictum eſt. Si uero fuerit aliunde cõmunicata. aut hoc erit reſpectu habitudinis totius, vt quando eſt repletio in toto & natura occupatur ad digerendum & expellendum humores malos & non curat de attractione ad venas. tunc ſicut accidit in febricitãtibus. Aut quia natura occupatur ad digerendum humores & ipſos cõuertendos in nutrimentum. vnde tunc venæ non attrahunt à ſtomacho ſicut accidit in vrſis, glirieritio, & huiuſmodi. licet etiã ad hoc concurrat q ratione frigoris calor in eis ſit ſopitus. & pro eo tunc ſit parua reſolutio, imo quaſi nulla, & reſolutio eſt cauſa alterationis. Ex quibus infertur q in ſtatu morborũ alijs paribus debet plus cadere appetitus, quoniã tunc maxime natura intẽta eſt digeſtioni & expulſioni ſpecialiter. nam vix ſupereſt hora qua natura uincat. Gal. j. aphor. cõmento illius. Quando morbus in ſuo vigore conſtiterit. Infertur ſecundo quare vrſus & ſimilia animalia dicta ſunt in æſtate voracia. nam cauſa quare in hyeme nõ comedunt eſt repletio humiditatum phlegmaticarum

ticarum quas ex voracitate in ęſtate aggregant, circa quas natura occupatur in hyeme vt dictum eſt. Sed hic cadit dubium ſi homo ſine comeſtione poteſt diu illæſus viuere vt prædicta aſſilia de quo in dubijs. In ſumma qñ virtus venarũ attractiua eſt debilis, ita vt non attrahat motu ſucceſsiuo à ſtomacho, tunc auferẽ appetitus. Item etiam qñ eſt præſentia multorum humorũ vt de eritio, vrſo dictum eſt. Si vero fuerit vitio cerebri hoc erit ex fluxu catarrhi aut humiditatis ad os ſtomachi. eſt enim replens ipſum & qñq; ponens in eo malã cõplexionem calidã vel frigidam diſproportionatã. & ideo multũ dormientes ex multo ſomno catarrhũ multiplicantes habent malũ appetitum. eſt enim os ſtomachi eorum ſemper repletum. conſidera. Qñq; eſt ꝓpter inſenſibilitatem oris ſtomachi vñ ſtomachus non ſentit ſuctionem, & hoc contingit ex oppilatione vel læſione qñocũq; in neruo reuerſiuo, & cũ mollificatiõe orto à ſexto pari dante ſenſum ori ſtomachi, vñ in algoratis à qbus cadit in cerebro humiditas frigida ad ſtomachum auferẽ appetitus ad cibũ, & ad potum. Qñq; idem cõtinget eo ꝙ cerebrum eſt vehementer lęſum ſicut in mania, melancholia, lethargia, & ſic de alijs. quo caſu obliuiſcunẽ aut nõ imaginanẽ comedere, aut qñq;, quia ex forti imaginatione detrahuntur, de quo infra aliquid. Et qñq; reperitur ſtomachus obtuſi ſenſus ex ſui natura qui naturaliter non appetit, aut ſi appetit valde diminute.

Qñq; eſt vitio ſplenis, quia nõ trãſmittit melancholiam ad os ſtomachi, vt ordinatũ eſt à natura prima primi. de humoribus. hæc nãq; faciens cõſtrictionem ori ſtomachi eſt cauſa, vt humiditates inexiſtẽtes & replentes ipſum, & appetitum hoc modo deijciẽtes exprimanẽ, ad quarum expreſsionem ſequiẽ appetitus. Et hoc modo intellexit Aui. melancholiam abſtergere ſiue mundificare os ſtomachi. Qñq; à ſplene ad ipſum tranſmittiẽ quãtitas maior melancholiæ ꝗ̃ ſit conueniens, & ſic deſtruit appetitũ, vt ſupra. nam hæc multa quãtitas mouet ſtomachũ ad vomitũ, & ex conſequenti ad expellendum, & non ad attrahendum.

Qñq; eſt vitio hepatis, qm̃ debile eſt valde. vnde virtus attractiua nõ poteſt attrahere, aut qm̃ in hepate eſt ſanguis multus quare non ſit attractio, aut oppilatio, vt in fluxu hepatico ex oppilatione meſaraicarũ, aut qm̃ in hepate eſt apoſtema. Et hæc conſimilia cõcipe de ſplene ex parte oppilatiõis, & apoſtematis. Qñq; vitio matricis, vt in principio impręgnationis. nã natura multiplicat ſanguinẽ, & humores in principio pro nutritione foetus. Et qm̃ in tãta quãtitate nõ ſunt foetui adhuc menſtrua neceſſaria, quoniã paruiſsimus eſt, hinc mẽbra attrahunt, & ſugunt cum illa ſuperfluant. Sed hic nota ꝙ magis dici debet corruptus ꝗ̃ deſtructus appetitus, vt infra. Qñq; vermes ſunt in cauſa lædendo ſtomachum, & aſcendẽdo ad ipſum. Ex cauſis extrinſecis eſt caliditas vehemẽs, reſoluens virtutẽ, & dilatans, aut faciens fluere humiditatem replentem, vt ſupra.

Aut frigiditas vehemẽs ſtupefaciens aut ꝓhibens reſolutionem, vt in aĩalibus dictis. Aut exercitium ſuperfluum reſoluens, aut ocium multũ. nam dimittens exercitiũ cadit in hecticã. tertia primi de exercitio. Similiter cũ quis eſt cõſuetus bibere, & dimittit illud, auferẽ appetitus, qm̃ inflãmatur & inducitẽ in ore ſtomachi eius mala complexio calida. itẽ ſuperfluus potus aquæ frigidæ, qm̃ debilitat virtutem ſenſitiuã, & cũ hoc calidum naturale vnde parua fit reſolutio. Item ira, timor, triſtitia, abominatio & huiuſmodi ſunt cauſa deſtructionis appetitus diſtrahẽdo virtutem ab attrahẽdo, licet aliæ ſint cauſę. cõſidera. Item trãſgreſsio horę in qua conſuetum eſt cibari. nã tolerare famẽ ſtomachum malis replet humoribus. tertia primi. de regimine comeſtiõis. Vltimo nota ꝙ aliqñ in principio mẽſæ homo nõ appetit, & ſtatim aſſumpto cibo incipit appetere, & hoc qa qualitas actu inuenta in cibo alterat cõplexionem deſtruentẽ appetitum, vt ſi ſit illa complexio calida, & cibi actu frigidi. Ex quo apparet quare potus aquę frigidæ qñq; excitat appetitum. Et ſimiliter quare in febricitantibus redit appetitus ex aſſumptione panis infuſi in aqua frigida. & econtra, dicẽdum ſi mala complexio deſtruens appetitum fuerit frigida. ad hoc m̃ concurrit ꝙ in deglutitiõe cibi humiditates os ſtomachi replentes ſimul cum cibo deponunẽ. Nota ſecũdo in prognoſticis ꝙ qñ appetitus cõualeſcentis nõ eſt bonus & cadit ſignificat recidiuationem, niſi ſit ꝓpter paucitatẽ ſanguinis & debilitatẽ corporis. Auic. de deſtructione appetitus circa principium. Sed hic nota ꝙ cõualeſcentes poſſunt habere caſum appetitus, aut ꝓpter humores corruptos qui remanſerunt ex feb. aut ꝓpter paucitatẽ ſanguinis in mẽbris. vnde virtutes remanſerunt debiles, non potentes attrahere nec reſoluẽtes. & ideo nõ ſit appetitus. Primus caſus ſignificat recidiuam. quia quę relinquunẽ in morbis poſt criſim ſubuerſionẽ facere conſueuerunt. Sed ſecũdus non. Et cognoſcitẽ primus qm̃ ſemper diminuendo ꝓcedit. Secũdus vero in augendo qm̃ omni die melius appetit. conſidera ergo illud inquit Auic. qm̃ in primo cõuenit euacuatio in ſecũdo nõ. Nota & tertio ꝙ caſus in ægritudinibus chronicis eſt valde malus & cõuenit cũ. vj. aph. vij. ſectionis, in morbo diuturno faſtidium cibi, & deiectiones ſincerę, malum. eſt quidẽ malum per viam ſigni: qa multã debilitatem ſignificat. malum per viã cauſæ, quia eſt cauſa deiectionis virtutis, cũ cibari nõ poteſt & ex cibo cõfortari.

Nota & quarto ꝙ cauſę deſtructionis appetitus ſunt ipſę eædem cauſæ debilitatis appetitus, cũ ſunt minores & debiliores. Aui. in fine capituli. & deſtructio appetitus facta à frigiditate eſt deterior ꝗ̃ facta à caliditate eo ꝙ frigiditas eſt acuens & non deſtruens appetitum.

SIGNA demonſtratiua quando accidunt ex parte aeris ſcitur iudicio patientis.

Signa ſi fuerit à mala cõplexione calida vel frigida cõprehendi poteſt per ſigna ſupra de ea dicta. Et ſimiliter ſi fuerit vitio humoris in ſtomacho exiſtentis. nam de ipſis ſupra de mala complexione ſtomachi, & tu ibi. Item inueſtiga de regimine præterito, & conſuetudine, & huiuſmodi, de quibus ſæpe actum, & rememoratum eſt.

Signa ſi contingit ꝓpter paruitatẽ reſolutionis cognoſcitur per cutis ſpiſsitudinẽ, & per regimẽ quod pręceſsit. Ex quo multiplicatæ ſunt multæ ſuperfluitates. & multiplicata egeſtio quoniam membra non attrahunt. Item qa poſt exercitium aut euacuationem. Si conualeſcit appetitus pauca eſt eius conualeſcentis.

Signa eius quæ eſt ex debilitate oris ſtomachi ſunt nota ex his quæ dicta ſunt in præcedenti rubrica.

Signa eius qui ex vlceribus ſunt ꝙ egredieẽ in egeſtione aliquid ex eis, vt paruitas moræ cibi in ſtomacho, & reliqua quæ de vlceribus ſtomachi infra.

Signum ſi propter impregnationem, eſt impregnatio.

Signa humoris putridi fætor oris in quibuſdam horis, egeſtio mala, & fætida, nauſea, & huiuſmodi.

Signum ꝙ ſit propter abſciſionem melancholiæ effuſæ ad os ſtomachi, quia. ſ. non tranſmittitur ad excitandũ, eſt, quia ex aſſumptione acetoſorum excitatur appetitus & facit hoc magis, vt ſi ſplen eſt magnificatus retentione melancholiæ ipſius quæ tranſmitti debeat.

Signa quod eſt ꝓpter multitudinem melancholiæ trãſmiſſæ ad ſtomachum eſt ſapor acetoſus, inquietudo, vomitus melãcholię, & declinatio coloris hoĩs ad nigredinẽ.

Signa ꝙ à vermibus ſunt ſigna vermiũ & ꝙ p adminiſtrationem aloes, & talium conualeſcit appetitus.

Signa ꝙ contingat paucitate ſanguinis tunc illud declarat. qa eſt cõualeſcẽs, aut quis magnã habuit euacuationẽ.

Signum ꝙ eſt ꝓpter ſomnum eſt ſuperfluitas eius ita ꝙ non adeſt aliqua cauſarum aliarum.

Signum ꝙ eſt à mortificatione appetitus eſt mala complexio confirmata, aut euacuatio plurima, quæ præceſsit. & totum corpus debilitauit. Itẽ vt aliqñ appetat aliquem

cibum,

cibum & cum præſentatur nauſeat, & abhorret illum.

Signum q̃ eſt propter deſtructionē ſenſus oris ſtomachi eſt, quia reliqua ſana ſunt, & tamen hic ex comeſtione rerum acutarum, vt eſt ſinapis, diatrionpipereon. & maxime in ieiuno mordicationem non ſentit. Neq; ex aſſumptione rerum habentium inducere, aut ſingultum, aut nauſeam aliquo modo commouetur.

Signa ſi contingat lædi cōmunitate cerebri cognoſcitur ex ipſius cerebri nocumento percepto. vt accidit in algoratis vt dictum eſt.

Signa ſi eſt ex oppilatione neruorum reuerſiuorū nulla vel quaſi nulla percipitur delectatio in cibo aut potu.

Signa ſi vitio hepatis egeſtiones liquidæ, albę, virides.

PROGNOSTICA. Deſtructio appetitus in ægritudinibus chronicis eſt valde ſuſpectus & malus, & maxime in dyſenteria. & lienteria. Debilitas appetitus & deſtructio accidens ab ſp̃ſe. non eſt periculoſa. Quòd ſi fuerit cū ſe. & perſeuerans periculoſa. Debilitas & corruptio appetitus à frigiditate eueniens valde malum, quia ſignificat virtutis mortificationem. Quando appetitus cadit in cōualeſcente, reciduationem ſignificat. & de ipſo dictum eſt in de cauſis.

CVRA. Canones & ante canonū poſitionē numerabuntur calida & frigida appetitū excitantia. Calida ſunt allium, abſinthium, de quo Aui. ij. canone. reducit appetitum, & eſt medicina mirabilis ad illud cum bibuntur decoctiões ipſius, aut ſucci ipſius decē diebus, quaq; die itea nuluſat, Aniſum, Aromaticū roſatū deſcriptione Gabriel. Bulbus, Calamētū, Capparus, & ſpecialiter cōditi, Cepæ, Cardamomū, Cinnamomū, Diacitoniten cū ſpeciebus, Maſtix, Meliſſa, Metridatum, Oliuæ ſalitæ, Piper, Pitriū, Raphanus, Ruta, Sal. Syrupus de abſinthio, Theriaca, Trochiſci de abſinthio, Vinum, Zedoaria, Frigida ſunt. Acetum. Aqua frigida quātitate qua non ſuperet calorem & extinguat innatum, quia moderate ſumpta. Acetū ſquilliticum, Citonium, Criſolona, Granata acria, Lac, Lactuca, Morum, Perſica, Piſces, ſpecialiter ſaliti, Poma, Pira, Ribes, Roſa, Et ex debilitantibus & deijcientibus appetitum ſunt cerebra animalium, Cucurbita, Crocus, Ficus, Lacticinia, cōſimilia, Medulla aīalium, Portulaca, Pruna. Zuccharū roſatum. Canones in ea nota quæ ſit à mala cōplexione calida ſeruenē canones dicti ſupra de mala cōplexione calida ſtomachi, quibus adduntur hi.

Primus q̃ in ordinando diætam cōſidereē multum hora. Nam quia ex tolerantia famis inflammatio ſequiē, hinc dentur cibaria frigida in pauca quātitate, & ſæpe attento ſemper tenore virtutis, & poſſe eius in digerendo.

Secundus q̃ cum appetitus ſedes ſit in ore ſtomachi, vt dictum eſt in principio rubricæ huius. hinc debemus remedia applicare ori ſtomachi. Ex quo infereē q̃ deglutitio paulatina & frequentata rei conuenientis eſt ex melioribus applicationibus remediorū in hac diſpoſitione fieri poſsibilium patet correlarium intelligenti.

Tertius q̃ ſi occurret accñs aliqđ vt eſt debilitas ſincopis, & ſimilia recurras ad capitula ꝓpria talium accidētiū.

Laudaē hic ab Auic. diacitonitien electuariū de pomis. Item potus aquæ frigidæ moderatæ ſumptæ, de quo paulo ante, & hoc ſm canonē ex correlatio ſumptum. Sed hic cōſidera virtutis tenorem, q̄m ſi eſſet conualeſcens ex feb. aut aliter virtus debilitata, tunc aqua frigida extingueret virtutem ſtomachi naturalem, quare nō ea vtēdum eſt eo caſu. Laudatur aqua granatorū ab Auic. ſimiliter ſuccus eius. Item. ℞. ſucci expreſſi de granis & corticibus ſimiliter granati partē. i. ſucci menthę par. v. bulliant adinuicē lento igne, & leui ebullitione. & de iſto deē patienti ieiuno ſtomacho mane & ſero vnū coclear. & ſi addiē çuccharū ro. quātitas decē, vt ſit ſtomacho magis gratum melius.

Pro his vero oībus aliis quæ ad extra applicari debent recurre de mala cōplexione calida ſtomachi vt dictū eſt & hoc ſcriptum eſt. vbi erit mala cōplexio calida ſtomachi abſq; materia. Quòd ſi fuerit cū materia attēde canones allegato loco poſitos de digeſtione & euacuatione, & tu ibi. Sed hic nota q̃ ſcammonea inimica eſt ſtomacho. Auic. in hoc capitulo. Auic. tamen eam cōcedit & alij. ſed hoc appoſui vt vites eam vt poſsibile eſt in paſsionibus ſtomachi. nam materiæ in ſtomacho cōtentæ ſunt magis, & facilius aptæ duci alijs partibus q̃ materiæ in alijs locis contentæ, & ideo in paſsionibus ſtomachi ſufficiunt leues pharmaciæ, & benedictæ. Scammonea inimica ſtomacho.

CVRA in frigida vt quia. ſ. eſt mala cōplexio ſola ꝓportionaliter & ſuo iure agēdum. nā primo abſtinere à cibo longo tēpore melius eſt & minoratio eius iuuat. Serua itaq; hūc canonē & alios duos hic poſitos de mala cōplexione calida, & eos qui ſunt ſupra in rubrica de mala complexione frigida ſtomachi cū materia. Laudaē hoc loco diacinnamomū, diaciminū, çinçiber cōditū, theriaca, metridatum, & hmōi. de q̃bus ſupra de mala cōplexione ſtomachi abſq; materia. Q. ſi fuerit cū materia phlegmatica viſcoſa attende canones de ordinatione diętę, digeſtione, euacuatione, & cæteros poſitos ſupra de mala complexione frigida cū materia. Et hic nota q̃ vomitus eſt ſingularis medicina & fiat cū rebus incidētibus, ſubtiliantibus, vt cū raphano, aut porro prius comeſto in bona quātitate. cūq; ſic ꝑ duas horas ſteterit vel circa faciat vomitum cum ſyrupo acetoſo, mellino, & aqua tepida. Item in hoc caſu multum commendatur vſus aloes cum melle. Item medicina propria eſt hiera ſimplex. Gal.

CVRA in facta per cōmunitatem oportet ſpeciales canones ponere ſm ſpecialem rei exigentiā. vt verbi gratia ſm ordinem cauſarum ſuperius enumeratarum.

CVRA ſi fuerit reſpectu habitudinis totius, vt q̃a in toto repletio cū pororū cōſtipatione & debilitate caloris naturalis ſic ſuffocati. Canones. Ordiatio diętę. Digeſtio. Euacuatio. Pororū apertio. Caloris naturalis confortatio.

Ordinetur in hoc caſu diæta vt dictū eſt ex parte horę, vt q̃a prohibeaē cibus longo tēpore & minoreē donec viuificetur virtus eius. Aui. Item ex rebus ꝓportionatis deē, quia ſm exigentiam cauſæ. & q̄m hęc cauſa ſm plurimū eſt phlegmatica groſſa viſcoſa detur cibus ſubtiliatiuus, calefactiuus, & inciſiuus, de quibus omnibus ſupra tertio. tractatu. eius calidiras tamen non ſit multum excedens tēperamentum, ſed ad ipſum appropinquet.

Secundus perficiē cū his. de q̃bus ſupra de mala complexione ſtomachi cum materia, vt ſunt ſyrupus acetoſus ſimplex, mellinus cōpoſitus de radicibus, oxymel ſquilliticum, ſyrupus de calamēto, de hyſſopo & hmōi: & confectionibus calidis, de quibus ibidem. & tu ad ea recurre.

Tertius cōpletur cum euacuatiuis de quibus alle. iam loco. Item cū fricationibus prolongatiuis, ſtatione in balneo, cum prouocantibus ſudorem, & huiuſmodi. Et nota q̃ ſi materia erit pauca hic fieri poterunt ſtatim. q̃ ſi fuerit multa, de quo ſemper eſt verendum, debent hæc fieri facta purgatione & non aliter.

Quartus cōpletur cū fricationibus leuibus tēperate factis cū manibus ſolis, aut cū manibus inunctis oleo camomillino, vel de amygdalis amaris, aut cū balneis naturalibus, aut artificialibus, ex rebus ꝓportiōatis, vt ſunt camomilla, melilotum, & ſic de alijs in gradu nō multum eleuatis. Nā ſecunda primi de eis quæ accidunt ex balneo, balneum cibū indigeſtū digerit, & humorē crudū maturat.

Quintus completur cum diæta vt ſupra cum abſtinentia donec calor ignitur, & exhibitione rerum confortantium, & excitantium calorē, vt ſunt theriaca antiqua, metridatum, & huiuſmodi, & hoc factis purgationibus.

CVRA ſi fuerit vitio cerebri, vt q̃a fluit catarrhus, aut quia cerebrū ſit aliter quoq; læſum vt ſupra, tunc cura conſiſtit in duobus canonibus hic generalibus. Primus eſt correctio diſpoſitionis cerebri, quæ ſi non eſt poſſibile, vt

bile, vt aliquando contingit ſolis prognoſticis relinquaſ. Secundus eſt cerebri confortatio, & hi canones completi ſunt ſupra qnto capitulo. et primo. & tu ibi in locis ſuis.

C V R A ſi fuerit ex mollificatiõe nerui dantis ſenſum ſtomacho, tunc recurre ad ea quæ de paralyſi dicta ſunt. ſecundo capitulo ſupra.

C V R A in ea quæ eſt, quia ſenſus ſit obtuſus naturaliter duo canones ſeruenẽ. Primus vt attendaſ humor qui fouet eã qui ſ̃m plurimum eſt humor frigidus, & fiat eius euacuatio digeſtione p̃cedente. Secundus q̃ confortetur os ſtomachi cũ remouentibus illam malam cõplexionẽ, & excitantibus appetitum, & iſtud fiat cũ regimine, dięta, qm̃ non niſi in magno tempore hoc perfici poteſt. medicinæ autem cito veniunt in faſtidiũ. Ex cõmendatis eſt cinnamomũ, phiſtici, ficus ſiccę cũ nucibus vel cũ amygdalis, paſſula, cũ amygdalis mũdis. Item laudaſ calamus aromaticus. Itẽ ſit et canon q̃ cũ his ponanẽ aperitiua q̃ vias alimẽti aperiant, vt ſemen fœniculi, petroſilinũ & hmõi.

C V R A. In ea quæ ex ſplene venit, vt quia nõ mittaẽ melancholia ad os ſtomachi ꝓpter oppilationẽ venę quæ ab eo venit ad ipſum os, vt ſupra. & infra de ſplene tres ſeruentur canones. Primus eſt euacuatio. Secũdus eſt apertio oppilationis. Tertius eſt ſplenis cõfortatio. Et vt ſis copioſus, ſcito q̃ oĩa quæ hepar, & pulmonem aperiunt, aperiunt & ſplenis oppilationem, & maxime qñ oppilatio nõ eſt fortis. q̃ ſi fuerit fortis fortioribus vtere. Mediocres vero in hoc caſu valentes ſunt, ſcolop. agnus caſtus, capparus, fraxinus, & habet magnã ꝓprietatem, & mirabilẽ contra duritiẽ ſplenis, & renum lapidẽ. Vnde dictus eſt fraxinus quaſi lapidem frangens, et iuuat multum ſpleneticis in vaſis factis ex eo comedere. Alia plura require & fortiora capitulo de ſplene infra in principio. Tu itaq; cũ his & ſimilibus aperitiuis ꝓcede. Pro ſecundo caſu & pro tertio require loco allegato quæ ſunt ſplenem confortantia, quia alijs ex alijs oportet te vti ſ̃m variam ipſius oppilationis cauſam. Pro primo nota. Et ibi qm̃ in principio oportet etiam euacuare melancholiam: iam in ſplene retentã propter oppilationẽ quæ fuit. Q. ſi fuerit ex multiplicatione melancholiæ, tunc primus canon eſt euacuatio, vt ſupra. Secũdus eſt ciborũ laudabiliũ boni odoris exhibitio à natura melancholiæ multum diſtantium. & hi ſunt complexione ſanguinei quos habes ſupra quarto tractatu.

C V R A. In facta vitio hepatis, vt quia debile. Canones. Confortatio hepatis. Secundus eſt naturam reſumere. Primus cõpletur cum exhibitis intus & extra calidis, aut frigidis, vt ipſa diſpoſitio exigit, de quibus plene cap̃. de hepate. Sed ſcito q̃ in frigida ſyrupus de abſinthio mirabilem ꝓprietatem habet. Reſumitur autẽ virtus cum cibis ad hoc, de quibus in tertio tractatu. Si fuerit multitudine ſanguinis, tunc phlebotoma. Si ex oppilatione vt in fluxu hepatico, aut ꝓpter apoſtema eius recurre ad capitulũ de hepate ſuis ꝓprijs rubricis. In p̃gnantibus adminiſtrẽtur cibi ſaporoſi, & ea in quibus eſt caliditas, & inciſio, vinum vetus odoriferũ, cõfortatiuum virtutis expulſiue, & reſolutiuum materiæ malæ. Auic. ambulẽt, & tẽperatum faciant exercitiũ, & breuiter cõforteẽ ſtomachus ne malos fumos à matrice recipiat, aut ab eis non lædatur, & valentia in hoc ſunt emplaſtra ſtomachi cũ fece vini nõ aduſta, & meliſſa, & acetoſitas citri quomodocũq; ſumatur.

C V R A. Si fuerit ꝓpter vermes, aut propter fluxum ventris recurre ad capitulum de fluxu, & ad proprias rubricas, cõſimiliter intellige, ſi propter ſincopim, aut aliud accidens occurret recurre &c.

C V R A in facta ex cauſis extrinſecis cura eſt earum ablatio, & ſtomachi vt decet ex his quæ dicta ſunt in principio capituli cõfortatio, & hic ſcito q̃ aqua calibeata mirabiliter cõfortat virtutes naturales. Calamẽtum cõfortãs ſtomachum. ℞. menthæ, pulpæ ſumach. ana. ℥. i. panis aſſi, infuſi in aceto vel ſucco citoniorũ. ℥. ij. terantur & colenẽ & colaturæ addaẽ parum ipſius aceti vel ſucci. Geladorcium ad idem. ℞. extremitatum pullorũ & porcellorum. ana. lib. i. faſianorum, perdicum, auium paruarum. ana. lib. ſ. decoquantur in vino acerbo addito vino citoniorum & granatorũ, pulueris cinnamomi. ℥. ſ. parum croci ad colorandum, tñ decoquantur ſufficienter q̃ ſi congelari voluerit addaẽ pſylij. ℥. ſ. ligati in petiola. Valet ad hoc aromaticum roſ. garyophyllatum, ſyrupi de abſinthio, de agreſta, & huiuſmodi. de quibus ſupra in principio capituli.

## *De corruptione appetitus.* Rubrica. XVI.

Corruptio appetitus eſt appetitio rei contrariæ & diuerſæ, quia. ſ. non conſuetæ. κίσσα græcè, latinis pica vocatur.

C A V S A eſt humor malus diuerſus à cõſueto ſua qualitate lædens, & eſt appetitus luti carbonũ & huiuſmodi. & eſt notus à multis irrationalis, & ab antiquis dictus eſt poras, & ab Aui. diſcrimen & periculũ. Et cauſaẽ à malitia humoris corrupti in orificio ſtomachi imbibito ꝓpter malitiã cõplexionis totius vel viſcerũ. vnde mala celebraẽ digeſtio, ad quod concurrebat vſus rerũ humorẽ phlegmaticum, aut melancholicũ multiplicantium. Nam cõmuniter talis humor eſt phlegmaticus, aut melancholicus. Ex quibus habẽtur tres eius cauſæ. Primitiua. ſ. accidens & cõiuncta, vt patet intelligẽti. Et quidẽ hic appetitus vt plurimum impregnantibus accidit ſp̃aliter in duobus primis menſibus, aut tribus, in quibus retinenẽ menſtrua in maiori quãtitate q̃ ſit neceſſariũ fœtui. vnde cum ſuperfluẽtia corrũpanẽ ad ſtomachũ peruenientia inducũt hunc appetitum. cum itaq; fœtus ſit maior in poſterius, & tũc nõ ſic ſuperfluunt menſtrua, q̃a plus de eis ad ſe trahit, & ideo ceſſat ille appetitus. Et tunc gradus in malitia eius, qm̃ qui appetit acuta acetoſa & hmõi. eſt minus malus q̃ ille qui appetit lutum, carbones. Moueẽ itaq; natura ad appetendum rem cõtrariã illi humori, qm̃ diſtẽperãtiæ non naturales cõtraria cõcupiſcẽt ſecũdo techni. Hæc tñ cõtrarietas nõ eſt ſ̃m qualitatẽ manifeſtã tm̃, ſed etiam occultã. Nam dato q̃ appetitus ſit ad res ſiccas, non tñ ad oẽs, ſed ad vnam determinatã, vt eſt ad terram, aut ad cineres tm̃. Vbi nota q̃ ex ſignis ſatis efficacibus de impregnatione, hoc vnum eſt efficax valde. ſ. cũ mouetur appetitus mulieris ad rẽ vnam tm̃ qua ſaturari non põt. Sed quæret aliqs in caſu debẽt nãq; concedi ea quæ tales appetunt cum contraria appetunt & cura fiat ꝑ cõtraria. Dicẽdum q̃ qñq; cõcedi debẽt vt infra. hæc tñ ſi ſunt cõtraria formaliter, ꝑ ea tunc nõ fit cura, ſed per contraria virtualiter, & in effectu, vt ſunt cõtraria cauſam reſpiciẽtia, & ipſam euacuãtia cuiuſmodi eſt agaricus, turbith, ſenæ, & hmõi. & cura hoc modo fit cõuenietius. Nã licet habẽs malã cõplexionem calidã in ſtomacho ex p̃ſentia phlegmatis putrefacti appetat aquã quæ eſt ei cõtraria, formaliter m̃ ex eius potu nõ curaẽ, ſed melius ex exhibitione turbith, aut ſenæ quæ ſunt cõtraria virtualiter, & effectiue. Et in ſumma corrupta digeſtio eſt cauſa appetitus cuius digeſtiõis corrupte cauſæ infra diceneẽ ſua rubrica. & tu ibi, & nõ ſolum reperiẽ hic appetitus in mulieribus, ſed etiã in viris. Nam qñq; à toto vt in feb. putrida eleuanẽ fumi ad os ſtomachi corrumpẽtes appetitum. Itẽ in nõ febriẽtibus, vt in podagricis, ſcabioſis, & huiuſmodi, habẽtibus humores corruptos, & conſimiliter à particulari membro, vt eſt hepar, ſplen, & huiuſmodi. Item abſtinere multum à cibo eſt huiuſmodi cã. iuxta illud tertia primi. de regimine comeſtionis, tolerare famem ſtomachum replet malis humoribus.

C V R A canones. Primus. Ordinatio diætæ. Euacuatio minoratiua. Digeſtio. Euacuatio reiterata & fortaſsis eradicatiua. Correctio ſtomachi illum humorẽ gñantis. Rectificatio mẽbri mãdãtis, aut totius ſi à toto venit.

Ordinatio dięte debet eſſe ad cõtrarium cauſæ, vt ſæpe dictum eſt, & quæ ſunt eam complentia habita ſunt, quarto & ſecundo tractatu. & tu ibi.

Secundus

cauſa expreſſionis humidi ſubſtantifici & contractus partium ſtomachi ,ppter quē inſurgit ſenſatio quędā triſtis dicta fames, tñ ab alijs cauſis contingere pōt, vt à caliditate, vt ſtatim declarabiť, & ſicut materia melancholica hoc facit, ita & phlegmatica frigida acetoſa facere poterit. nā eſt cauſa expreſſionis humiditatum naturalium in ore ſtomachi exiſtentium, quarū prima erat cauſa remotionis famis & ſimiliter cōtractus, & ſicut mala complexio materialis

Proble-
ma.

hoc facit, ita & immaterialis. nam aucupatores ponunt de nocte aues rapaces vt aſtures ad aerem frigidū, vt frigiditas inducat in eis appetitū quo ad aues capiendas prōptius & facilius moueanť. Item & habitantes regiones frigidiores alijs partibus ſunt intenſioris appetitus. vnde theutonici, anglici &c̄. plus lombardis comedunt. Ex qbus inferť q̄ habētes os ſtomachi frigidum ſunt intēſi appetitus, dūmodo frigiditas illa nō ſuperfluat, qm̄ ſic dejceret actum ,pprium. vt ſecūda Apho. cōmento. xx. & hoc voluit Gal. ſecundo techni. de ſignis ſtomachi frigidi. Inferť ſecundo q̄ catarrhus deſcēdens pōt eſſe cauſa famis. correlariū patet intelligēti. Sed forte dicetur. huius cōtrarium videť in experiētia. & Aui. v. tertij. de catarrho. Dicendū q̄ catarrhus frigidus deſcendens non replens, ſed ſua frigiditate tm̄ corrugans, vt ſupra eſt cauſa famis. Quòd ſi fuerit replens dejcit appetitum, & hoc ē quod cōmuniter euenit. & ideo apparet in experiētia cōtrarium, & de hoc locutus eſt Princeps in quinta. nā primo loquēs inquit. & hoc eſt rato. Eſt nāq; in hoc cōuenientia cum fame naturali, qm̄ ſicut in fame naturali ſit ſuctio de venis paruis mēbrorū ad venas magnas, & de magnis ad maiores donec tali ſuctione perueniať ad remouēdas naturales humiditates quę ſunt in ore ſtomachi ab his humiditatibus, quare à caliditate etiā contingere pōt, vt dictū eſt reſoluēte & cōſumente has humiditates. Sed vt veracius cauſæ ponanť dicať q̄ vltra frigiditatem dictā pōt appetitus caninus cōtingere à reſolutione & inanitione, quarū ambarum cauſa pōt eſſe multiplex. Et primo caliditas reſoluens in toto exiſtēs vt in febrientibus qñq; apparet. vnde ſit reſolutio humidi ſubſtantifici mēbrorū ,ppter quod mēbra per venas paruas trahunt à magnis, & magnæ ab hepatæ, hepar à meſeraicis, meſeraicæ à fundo ſtomachi, & fundus vltimo ab ore, & febres in qbus hoc accidit ſunt febres ,plixæ ſoluentes. Aui. in principio capituli. Tu tñ nota q̄ caliditas olis nō eſt ſufficiens, imo oīno ,pſternens & īmoderata, hoc nō faceret quod dictū addidit ,ppter ſophiſtam qui vellet deducere ex dicto Aui. in omni febre ſaltē hectica famem caninam cōtingere debere. & tu cōſidera. Item caliditas ſuperflua oris ſtomachi reſoluens & faciēs os cōtinue reſtaurationem reqrere. vnde Auic̄. Et qñq; accidit appetitus caninus ,ppter caliditatem ſuperfluā in ore ſtomachi reſoluentem & requirentē reſtaurationē, quare eſt os ſtomachi quaſi ſemper famelicū, & hoc ſm̄ plurimū facit ſitim & in quibuſdā diſpōnibus famem cū ſuperfluit eius reſolutio.

Itē caliditas extrinſeca maxime in corporibus poroſis, in quibus humidum eorum eſt facile reſolubile per modum dictum. Item reſolutio facta ex magno labore. Item ex ſuperflua vigilia reſoluente humiditates naturales & extrahente ipſas ad exteriora. Nam ipſe caliditatē in vigilia ad extra venientem ſequunť, & etiam ab ea trahunť. vnde mēbra remānēt inanita. Item debilitas contētiuæ cum fortitudine expulſiuæ, quare ſit reſolutio ſuperflua. nā mēbrorum, humidum reſoluiť & mēbra non reſtaurātur, qm̄ nutrimentū nō ſtat eis tēpore debito applicatum ,ppter debilitatem contētiuæ, & fortitudinem expulſiuæ. Ex inanitione facta à vermibus ſugentibus humiditates oris ſtomachi contingit fames canina, ,ppter quod patientibus ex eis dari debet frequenter cibus, qm̄ corpus vel ſtomachus eſt vacuus ipſum ſic ſugūt, & mordicāt, & cætera mala inducunt accidentia. Item multa euacuatio & ſuperflue inaniendo membra hoc facit. In ſumma itaq; colliguntur tres cauſæ, frigiditas exprimens, caliditas reſoluens, & inanitio conſumens.

S I G N A demonſtratiua ſi fuerit ex caliditate reſoluente eſt ſitis fortis, & vt plurimum cum ventris cōſtipatione cum priuatione vomitus acetoſi, & erit qualoſus & hmōi. de reliquis ſignis caliditatis, & hic nota q̄ aliquādo hoīes multum ſic de cibo accipiunt, & tñ non impinguantur, & hoc eſt ſignum fortis caliditatis reſoluentis.

Signa quod ſi fuerit caliditas aeris, aut ex nimio labore, exercitio, & huiuſmodi. ſtatur iudicio patientis.

Signa ſi ex frigiditate paruitas ſitis multitudo fecis ſiue fluxus inflatio multiplicatio ventoſitatum, multiplicatio appetitus cum multitudine ſingultus abſq; mordicatione & cum peſſima digeſtione.

Signa ſi ex vermibus ex ſignis vermium cōprehendiť.

Signum q̄ eſt à debilitate contentiuæ in toto, & in ſtomacho exitus egeſtionis crudæ & ipſius ſanguinolente, & ſm̄ plurimum eſt cum lienteria.

Signa q̄ fuerit ex forti reſolōne erit ſitis, & reliq̄ ſigna caliditatis & erit cū bona digeſtione. Q̄ ſi fuerit reſolutio ex labore nimio et huiuſmodi. ſtabiť relationi infirmi.

Signa q̄ fuerit vitio humoris acetoſi erit paucitas ſitis ad aquā. eructuatio erit acetoſa. Quòd ſi fuerit acetoſitas ex phlegmate eſt acetoſitas pura cum humiditate multa.

Quòd ſi fuerit ex melancholia erit cum ponticitate, & cum quadam ſiccitate cum reliquis ſignis ipſorum humorum, de quibus in principio operis.

Signa ſi fuerit ex catarrho ſcitur per ſigna eius iam dicta ſupra quinto capitulo.

P R O G N O S T I C A. Caninus appetitus raro euenit ex reumate. Caninus appetitus ſi perſeuerauerit ducit in bulimum, & bulimus in famem ſincopalem, fames ſincopalis in mortem. Vigilate itaq;.

C V R A Canones in cauſa calida. Ordinatio diætæ. Digeſtio. Eūatio. Et ipſius reſidui reſolōne ſiue cōſūptio.

Diæta ordineť ad cōtrarium cauſæ. vt q̄ frigida ſint & humida. Item ſint duræ digeſtionis vt eſt faba fracta, lentes excorticatæ, piſces, conchilia, oua indurata, portulaca, panis açimus, & hmōi. vñ in caſu ab acetoſis ſtypticis abſtinere oportet, qm̄ talia appetitum excitant, & tu ſupra de mala complexione calida ſtomachi.

Digeratur materia vt decet cum digeſtiuis ſupra quarto trac. poſitis.

Euacuetur conſimiliter cum euacuatiuis ibidem poſitis. Sed hic aduerte q̄ tale ſolutiuum debet eſſe benedictū & facile ne ex potētia ſolutiui traheretur noua materia ad ſtomachum apta augmentare appetitum, aut qūolibet ipſum lædere. de quo ſupra. in principio huius capituli.

Cōſumitur autē materia calida per applicatonē frigidorū intus & extra applicatorū, vt ad extra inungendo cū oleis frigidis, & ad intra cum exhibitione frigidantiū. pro quibus ſupra de mala complexione calida ſtomachi.

C V R A. In frigida propter frigiditatem. Canones. Ordinatio diætæ. Digeſtio. Euacuatio. Et ipſius immenſitatis ablatio.

Diæta ſit ad cōtrarium cauſæ ex calefaciētibus participantibus vnctuoſitate relaxante, vt carnes pingues, anſerum præcipue. Nā oportet vt elongētur ab aceto, & pontico Auic̄. & tu pro his ſupra tertio tractatu.

Digeratur materia vt decet habes digeſtiua ſupra. iiij. trac. Quòd ſi fuerit viſcoſa vtere inciſiuis, vt ſunt cepæ & huiuſmodi, & ſi oportet etiam allio.

Euacuatio fiat cum appropriatis etiam. iiij. trac. poſitis. nam quod dictū eſt de materia frigida intelligi habet indifferenter de phlegmatica & melancholica. pro quibus omnibus recurre ſupra locis nunc allegatis.

Auferτur immenſitas appetitus cū vnctuoſis, & pinguibus, relaxātibus os ſtomachi, & inter alia maxime cōfert, vt dictū eſt caro pinguis anſerum, & anatū aſſata, confert

& præcipue

& precipue vinum decoctionis rerum calidarum iam nominatarum, in quo nõ ſit ponticitas, neq; acetoſitas olno, ipſum enim ſanat ab ea ſumptum io potu calefactum, & in ieiuno, & eſt curatio magis conferens eis niſi adſit ipſis ventris ſolutio. Aui. Nã ſi fuerit ventris fluxus: oportet vt euitent vinum olno ſtypticum nãq; augmẽtum efficit in appetitu canino: & amarum addit in ſolutione vẽtris ipſorum. Auic. Et de his duobus paſſibus dicet̃ in dubijs, quæ vtilliſſima erunt in actu practico. & tu ibi. Et ſcito q̃ in appetitu canino cõmuniter cõſequit̃ vomitus. Item confert & maxime potus olei dulcis in quo non eſt ſtypticitas. Itẽ vitella ouorum aſſatorum valde poſt cibum aſſumpta.

In ſumma exhibeantur pinguia vnctuoſa ſua viſcoſitate adhærentia ori ſtomachi, & ipſum replentia.

C V R A. Si fuerit ex melancholia fluente ad os ſtomachi fiat cum hoc phlebotomia de ſaluatella ſiniſtræ manus maxime ſi tale corpus fuerit carnoſum & pingue, q̃ ſi fuerit macrum nõ ſic competeret, & tu conſidera. Quidam vt Raſ. in libro diuiſionum applicant cauterium ex oppoſito oris ſtomachi vt exiccent & conſument materiam, & meo tempore quidam medicus voluit facere vni magno viro cui omnes & peritiores medici contradixerunt inter quos erat Marſilius noſter Patauus.

C V R A. In facta ex debilitate virtutis q̃ pluries contingit ex mala cõplexione frigida cura eſt per exhibitionẽ cõtrariorũ, vt ſupra. vnde vinũ rubeum potẽs in caſu eſt maxime cõueniẽs de quo dari debet plus & minus ſm fortitudinẽ virtutis & eius debilitatẽ, vt in dubijs dicetur.

C V R A. In facto ex euacuatione ſuperflua & ex magna reſolutione & corporis raritate eſt, vt habitet loca frigida, Imo & qdã vt Placentinus ponit tale corpus in aqua frigida quod eſt fiendũ tolerãte virtute, & ſi euacuatio ſupfluit inungat̃ corpus totũ cũ rebus ſtypticis, vt oleo myrtino, roſ. maſticino, roſ. ſandal. cum cera & aceto dẽturq; cibi viſcoſi, groſſi, vt pulres, pedes vitulorũ, frumentũ coctum, panis açimus. & tendãt omnia ad pinguia, vt ſupra.

Quod ſi euacuatio ſupfluet oportet attẽdere magis exhibere ſtyptica. & ideo diuerſis accidentibus diuerſa remedia danda ſunt, & fortiori ſemper magis eſt attendendum altero nõ neglecto, vt poſſibile eſt. Sed notandũ q̃ ſi exterius applicarentur ſtyptica, & p interius darent̃ vnctuoſa & pinguia cura foret conuenientior, & laudatur in caſu oleum amygdalinum recens cum çucchara.

C V R A. In facto propter fluxũ catarrhi eſt cura eius catarrhi poſt quam applica vltimũ dictum de cã frigida.

C V R A. In facto ꝓpter vermes eſt interfectio eorũ, & eorũ euacuatio, pro q̃bus recurre infra. xvj. ca. Sintq; cibi groſſi frigidi, & panis infuſus in aqua frigida.

C V R A. In facto ex alijs cauſis eſt exhibere cõtraria ex iam dictis, vt ſi à caliditate ſimpliciter da cibaria ſubtilia frigida, & ſunt cucumeres, cucurbita, & huiuſmodi.

## De bulimo. Rubrica. XVIII.

βούλιμος græce, fames ingens, vel vehemẽs fames, dicit.

BVlimus eſt fames mẽbrorum cũ tota, aut fere tota appetitus ſtomachi ablatione. Cuius cauſa eſt caliditas mẽbrorũ humiditatẽ ſubſtantialẽ conſumens & humor frigidus in villis ſtomachi imbibitus, aut mala cõplexio frigida virtutem ſenſibilẽ ſtomachi mortificãs.

Et dicit̃ fames mẽbrorum, q̃m hæc fames dicta eſt vniuerſalis, à Gal. in. ij. Apho. in cõmento illius. Potus indigẽtiam ſoluit, q̃m vniuerſaliter oĩa mẽbra fameſcũt ſtomacho, excepto q̃ ſi famet eius fames remiſſiſſima eſt vt ſolo bolo, aut vino ſaturet̃. Quare dictus eſt boliſmus à bolo. Ex quo patet quare dictũ eſt tota aut fere tota. Fames vero canina allegato loco dicta eſt particularis, q̃m eſt in particulari mẽbro ſolũ vt in ſtomacho. Dicit̃ in villis ſtomachi imbibitus. Nã ſi eſſet adhærẽs non replens cauſaret appetitũ caninum, vt ſupra dictũ eſt de catarrho faciente appetitũ caninum, vt in p̃cedenti rubrica. Dicitur autem mala cõplexio, quia conſueuit venire iter agentibus in frigore & congelãs. Aui. & hunc appetitũ conſueuit p̃cedere appetitus caninus, q̃m in appetitu canino accidit multiplicatio multi phlegmatis crudi per viã indigeſtionis. vnde ceſſat appetitus ſtomachi, & ſtomachus refugit cibum. & ideo dicit̃ q̃ eſt cũ ſatietate ſtomachi, q̃m eſt ſicut ſtomachus ſatiatus nõ ſentiẽs inanitionẽ, ſed interim mẽbra à caliditate reſoluunt̃. & ideo iſti ſtant debiles & extenuantur cãm ignorãtes, & ex eis accidit in fine cõſtypatio vẽtris.

S I G N A demonſtratiua nota ſunt ex dictis in deſcriptione, & poſt. tales enim macreſiunt, & extenuantur ignorãtes cauſam cũ ventris ſtypticitate, cũ ablatione fere appetitus totali, & ſi famẽt eſt diminuta fames & ſolo ſatiat̃ bolo, & declarãt hãc diſpõnem quæ p̃ceſſerunt vt eſt frigiditas aeris nimia, vt accidit iter agentibus in frigore, q̃bus accidit ſubito fames, & cito eã amittunt. In q̃bus accidit faſtidiũ, vomitus phlegmaticus, eructuatio acetoſa, ſenſatio frigiditatis in ſtomacho, & i mẽbris palliditas coloris, aut terreſtreitas, vrina phlegmatica, pulſus debilis, paruus, & frequens. Itẽ laxatio vel arefactio ꝓpter laborẽ in hora vehemẽtis caliditatis, aut ꝓpter caliditatem febris longæ, & magni laboris in q̃bus tũc percipit̃ in ore ſtomachi cholera, vel humor calidus, oris amaritudo, ſiccitas linguæ, caliditas in ſtomacho percepta vrina ſubtilis ad citrinitatẽ decliuis aut ad rubedinẽ, pulſus velox ſpiſſus & durus, egeſtio ſicca cum citrinitate vel nigredine multoties, & ſic de reliquis ſignis caliditatis ſæpe dictis.

P R O G N O S T I C A de his nihil vt in præcedenti rubrica.

C V R A. Canones anteq̃ ponant̃ ponendi ſunt canones accidentiũ conſuetorũ venire in bulimũ patiẽte, & eſt ſincopis. Stude itaq; primo vt ſincopiçatus reueniat. Primo diuertẽdo, ac virtutẽ aialem ſenſitiuã ſtimulãdo. verbi gratia. fricent̃ extrema, & ſtringant̃, pungãturq; plantæ pedũ, extendant̃ capilli, & naſus eorum, facies irroret̃ aqua roſ. ſecũdo lignũ aloes, roſas, violas, muſcũ & hmõi calida, aut frigida vt diſpoſitio exigit, & ſic de alijs, vt ſupra xj. cap̃. q̃ cum res fuerit abſq; ſincope attende ad cauſam.

C V R A. In facta ꝓpter caliditatẽ reſoluentẽ ſtante p̃ſentia humoris frigidi in ſtomacho ordinet̃ diæta quæ declinet ad calidum parũper. & tu habes tẽperata & calida quæ adinuicem cõmiſcere poteris ſupra. ij. trac. & tu ibi. Vinum ſit odoriferũ, pauciferũ eſſentiæ, vel cũ aqua decoctionis paſſularum frigidũ, & ſemper cũ cibis & potu pone aliquid odoriferi ex calidis odoriferis intenſioribus aut remiſſioribus, vt eget diſpoſitio. & tu ea quære. xj. cap̃. de ſincopi. & ſupra. in hoc in principio ex ſtomachalibus poſitis. Nã maxime cõfert buccella panis aſſati, & biſcocti infuſa in vino odorifero lymphato, aut nõ lymphato, vt docebit. Et in ſumma. Primus cañ. eſt appetitus ſtomachi ſubleuatio. Secũdus eſt p diætã rerũ, & ſtomachũ, & virtutẽ mẽbrorũ cõfortãtiũ adminiſtratio. Tertius digeſtio. Quartus euãtio. Quītus ſtomachi & mẽbrorũ cõfortatio.

Primus cõplet̃ ꝓhibẽdo ne virtus ſenſitiua ſopiatur & patiens in ſincopim cadat & fit diuertentibus, vt ligando eorum manus & pedes vehementer, ſatis prohibendo eos à ſomno cum diſcretione pungendo eos moroſe incuruando vogues virgula molli verberãdo, nec diſrumpatur caro propter eorum debilitatem.

Secundus perficitur cum cibis odoriferis calidis, aut frigidis vt eget diſpoſitio in frigida cũ vino odorifero, tortellis, ſiue pane aſſato in eo infuſis. In calida cum vino granatorum medij ſaporis cum cinnamomo, aut garyophyl. ligno aloes modico vt ſolũ aromatiçent, comedant carnes pullorum aſſatas, lardatas, cum garyophyl. aſperſas cum aqua roſ. & cõſimiliter de alijs carnibus de quibus tertio trac. vnde debes eſſe ſtudioſus ad adminiſtrandum ea quæ appetitum excitant, de quibus ſupra de ablatione appetitus & ad membra reſtauranda.

Digeſtio

Digeſtio & euacuatio fiat vt petit materia. Nam ſi fuerit frigida viſcoſa habes oxymel ſimplex. ſyrupū ſimplicē cōpoſitum. vt ſupra. iiij. trac. Conſimiliter in calida ſyru. frigidos & euacuatiua appropriata.

Quintus perficit̃ cum his quæ ad intra aut ad extra applicantur calida aut frigida vt diſpoſitio exigit. & tu habes hæc oīa emplaſtra, vnctiones, confectiones, & hmōi. de mala complexione ſtomachi. & tu ibi. Sed hic nota ꝙ cāphora ad extra in cauſa calida multum laudat̃. In frigida vero lignum aloes, gallia muſcata, & ex cōpoſitis theriaca, & maxime valet vbi ſit mala complexio ſine materia. de qua ſupra de mala cōplexione eius. Cōfectio de diatrioopipereon, & vbi etiam ſit materia. & tu ibi. Vltimo ſcito ꝙ vbi bulimus accidat ex diſſolutione ꝑ laborē confert balneū ex rebus frigidis ſtypticis, vt eſt myrtus, roſ. endiuia, & hmōi vnctiones &c̃. fiant vt de cauſa calida.

*De fame ſincopali.* Rubrica. XIX.

FAmes ſincopalis eſt fames ex cuius tolerantia accidit ſincopis, & caſus virtutum.

CAVSA cuius eſt caliditas fortis in membris oībus reſoluens, & cogens ipſa ꝑ venas paruas & magnas, vt ſupra à ſtomacho attrahere ad quā attractionē ſequitur reſolutio humidi ſubſtātifici ipſius ſtomachi & mordicatio eiuſdē qbus cum ſtomachus debilitet̃ accidit ſic ꝑ viā reſolutionis & mordicationis, quas nō poteſt ſtomachus tolerare ſincopis. Et eſt hæc fames media inter naturalē et caninā. Non enim eſt intēſa vt canina, nec debilis ſiue remiſſa vt naturalis. Et dictum eſt ex cuius tolerātia. nam niſi ſuccurrat̃ ſuperueniet ſincopis frequēter etiā in multis accidit ſincopis vel diſpoſitio ei ꝓpinqua ex qua famis tolerantia, vt ſunt corpora multum cholerica habētia os ſtomachi multū ſenſibile. nā cum famem tolerant ſtomachus attrahit̃, qa in eis ſuperabūdat multū de cholera ſubtili valde. primo mouet̃ ipſa ad os ſtomachi. vnde ipſum mordicat & ſincopim, aut diſpōnem ſincopi ꝓpinquam cauſat.

SIGNA demonſtratiua nota ſunt ex diſpoſitione ipſa, & cauſa eius innoteſcit ex ſignis oſtēdentibus caliditatem tam ex parte primitiuæ cauſæ relatione patientis q̃ ex parte antecedentis ex ſignis habitis ſupra de canino appetitu, & bulimo caliditatem ſignificantibus.

PROGNOSTICA non aliter q̃ de canino appetitu. & tu ibi.

CVRA Canones. ſi affuerit ſincopis curet̃ ſincopis. vt ſupra de bulimo, & ſincopi magis. Si vero nō affuerit, ſed timeat̃ de ea futura. Canones. Primus caſi. ꝙ nō tardetur in eis cibus, ſed det̃ ante eius aduentum & exhibeat̃ panis infuſus in vino frigido, vt granatorū de citonijs & huiuſmodi. Et regat̃ regimine dicto de bulimo ex cauſa calida faciēdo ſiōnem digeſtionē, & cōfricationē, vt ibi memoratum eſt, ꝓhibentur q̃ à ſomno multo, ne inflāmet̃, & cholera. Tu q̃ ꝓ eius cōpleta cura recurre ad ea quę de dolore ſtomachi dcā ſunt. & tu cōſidera illa. Et nota ꝙ i iſto caſu valēt cibi frigidi ſtyptici, vt faba & hmōi, & groſſi.

*De ſiti.* Rubrica. XX.

CVm in præſentiarū loqui de ægritudinibus membrorum intēdamus hic de ſiti nō naturali loqui, vt de fame actum eſt. Eſt itaq; ſitis nō naturalis triſtis ſenſatio ſtomachi qua irritat̃ ad quęrendū potū frigidum, & humidū. Vnde ſecūdo de aīa. eſt appetitus frigidi & humidi. Cuius cauſa eſt mala cōplexio calida & ſicca, materialis aut immaterialis, & dicit̃ mala cōplexio ſicca aut calida, & nō dicit̃ ſicca & calida, qa ab vtraq; ſola pōt cauſari ſitis, vt in Forliuieoſi ſecūdo techni. q̄ōne de ſiti. & fuit ſententia Gal. primo de ſimplici medicina. diſt. vj. & dicit̃ ſitis à ſiccitate, qa ꝓprie eſt ſicut ſiccitas. Et ante poſitionem cauſarū nota ꝙ nō ſemper in ſiti eſt neceſſaria humidi roridi conſumptione tanta quanta eſt neceſſaria ꝓ cauſando ſitim. vt patet in prima aſſumptione piperis. nam cauſatur ſitis & nō eſt veriſimile ꝙ tanta fuerit facta reſolutio quāta erat neceſſaria pro ſiti cauſanda.

CAVSÆ. De cauſis autē hoc ordine ſcribit̃, cauſæ ſunt, qm̄ oīs cauſa aut eſt in ſtomacho per ſe, aut eſt ab extra veniens, aut eſt in eo per cōmunitatē ab alijs. Exēplū primi, ſicut ſitis quæ eſt à mala cōplexione materię calidę cholericæ, aut phlegmaticę, in rugis oris ſtomachi cōprehenſæ. Aut alterius putridæ ebulliētis in eis, ſicut qñ accidit ex ebullitione phlegmatis dulcis. Exēplum ſecūdi, vt ab aere calido æſtuoſo, vt ante canē, & ſub cane cibi ſalis calidis, vt acruminibus, allio, cepis, cibis groſſis inflāmatiuis, aut exiccātibus, vt faba, carnes vaccinæ & hmōi. rebus alijs calidis vt eſt piper, zinziber, comeſtione ſuperflua qñ ſtomachus laborat in digerēdo & eleuantur multi vapores calidi potu aquæ ſalſæ q̃ aliqñ perducit ad mortem cū nō ſuccurritur. iiij. de accidēti & morbo. & maxime cū multa potatur, vt ſæpe faciūt nautæ cum deficit eis aqua. Nā inducit eius potus multus, & vſus punctionē, & excoriationē inteſtinorū qbus moriūtur, potus vini veteris inflāmatis & cōburētis ſitientē. Nā ex eius potu inflammatur cerebrū & cor, & inducit ſic feb. phreneſim & tandem mortē. Item potus medicinarū ſitim facietium. Item ſomnus multus ſuper cibos calidos factus. Itē factus loquus i ieiuno maxime ſtomacho exiſtēte calido cholerico. Item vigiliæ ſuperfluæ exiccātes. Item exercitiū forte. Nimia locutio exiccās humiditatē. Statio longa in æſtuarijs ꝓpter quod nō miremur ſi vltramontani multū bibunt. Item coitus ſuperfluus, euacuatio ſuperflua naturalis, vt ē fluxus multus vel cū medicina facta, & cum ſitis ſequitur euacuationē medicinæ ſignat ꝙ opatio eius facta eſt. Aui. Item accidētia animi vt eſt timor fortis ſicut apparet i his qui ad patibulum ducuntur. Remoto enim calore ſpūalia inflāmātur q̃ inflāmatio ori ſtomachi cōmunicatur ꝓpter ꝓpinquitatē ad ea, & ꝑcipue ad cor. Itē morſu aīaliū venenoſorū, vt vidi io Ioāne ciconia cantore qui morſus à cane rabido ſemꝑ ſitiebat. Exēplū tertij, fit qñq; à toto vt in feb. arſiuis vt à vaporibus eo tpe eleuatis. Et hic notat̃ ꝙ in qbuſdā feb. accidit ꝙ febriētes nō ceſſant bibere, & non ceſſant donec moriantur inde in paroxyſmo. Aui. nāq; te. eſt qñq; in materia groſſa indigeſta, & inflāmata valde & putrida, & per potum aquæ nimiū nō digeritur, ſed īgroſſatur magis, & fit cōtinue magis inobediēs expulſiōi, quia magis ingroſſatur. vnde autē remanēte caliditate putredinali in materia ita groſſa accēditur ſitis & nō ſatiātur donec moriuntur. vt eſt videre in febribus peſtilētialibus.

Germani cur ꝑ mſtum bibant.

Qñq; à mēbro particulari vt in hydrope. nā facta oppilatione in venis hepatis remanet in venis illis groſſum oppilās, & aquoſum reſudat in vētrem, quare mēbra remanent exiccata cupiētia irrorari. Item etiā tunc contingente oppilatiōe in meſeraicis ꝓhibetur trāſitus potus ad hepar.

Item in apoſtemate hepatis contingēte per viā reſolutionis. vnde attractiua debilitatur, quare nō attrahat aquoſitatem debitā. & ſimiliter à frigiditate poſitiua infrigidāte facient, nec incōueniat ꝙ a duobus cōtrarijs idem ꝓueniat effectus diuerſimode. Item ut colica. nā ſtante repletione in inteſtino colon fit oppilatio in venis meſeraicis multis, quia ad ipſum terminātur multæ, & oppilatio in meſeraicis recti, ad quod etiā multe terminātur: quare ꝓhibentur trāſitus aquoſitatis cibi ad hepar, ad quod concurrit ꝙ colon equitat ſtomachum, & ipſum cōprimit, & etiā alia inteſtina gracilia, vt apparet ad ſenſum. vnde oppilatio grādis ſequitur in meſeraicis, ꝓpter quod ſitis cauſatur per modū qui dictus eſt. Item à caliditate pulmonis ſtomacho communicata. & hæc eſt fortior q̃ illa quæ fit cōmunitate caliditatis hepatis. Auic. Q. ſi dicatur hepar ſtomachū amplectitur. Dicitur ꝙ verum eſt quo ad partem inferiorē, ſed pulmo magis appropinquat ori ſtomachi, vbi eſt appetitus. vt patet in anatomia. Item pōt ꝓbabiliter dici ꝙ

maior

maior eſt inflãmatio ĩ pulmone cũ ſit mẽbrum choleric**ũ**.

Item caliditate renum vt in diabete trahente ad ſe omnẽ humiditatem aquoſam, quare membra exiccata remanẽt.

Item caliditate, aut ſiccitate contingẽte in algamaſar, & amygdalis radicis linguę q̃ oa ſtomachi humectare cõſue uerunt. Item ex caliditate inteſtinorum ſtomacho cõmunicata. Item in phthiſi caliditate putredinali ori cõicata.

S I G N A demõſtratiua ſeoſus & moleſtia, ꝙ ſi fuerit ex mala cõplexione immateriali, aut materiali, ſigna habent ex iã dictis de ea. Vt ſi ex calida cholerica amaritudo oris, aut ſalſedo ſi eſt phlegma ſalſum, & cõſilr de alijs.

Signa ſi eſt ex oppilatione maxime quæ eſt inter ſtomachum & hepar ſequitr̃ fluxus vẽtris, quia materia ad hepar mitti non poteſt.

Signa ſi ex caliditate renum in diabete ſcitur, quia non ſedatur ex potu aquę, immo aqua ad renes trahitr̃, & indigeſta, & per virgam emittitur, ita ꝙ ſitis & prouocatio vrinæ ſeſe conſequuntur, vt infra de diabete.

Facta cõitate pulmonis, aut cordis cognoſcitur, q̃a remittitr̃ frigiditate aeris & vigilia cõfert, q̃a in ea fit euãatio, euãatio, & ſomnus nocet, q̃a fit in ea ſupercalefactio.

Signa eius quę eſt à ſiccitate meri ſcindunt̃, quia eſt parua debilis cui confert ſomnus. propterea quia humectat ventrem. Sed dices. Aui. dicit proprio ca. ꝙ ſitis vehemẽtior eſt illa quæ fit ab ore ſtomachi, deinde illa meri. hic autem ꝙ eſt parua debilis. Dicendum ꝙ eſt fortis ſm̃ ſe & debilis ratione curæ.

Signa eius quæ eſt ex calore ſigna, quia confert vigilia & ſomnus addit in ea.

Signa ſi eſt à cõitate male cõplexiõis hepatis cognoſcitur ex notitia malę complexionis ipſius hepatis calidæ & ſiccæ. Item ſi eſt apoſtema in eo calidũ, aut non calidum. & ita cõſimiliter de alijs membris dicendum eſt.

Signa ſi ex toto cognoſcitur per malam complexionẽ calidam & ſiccam in toto.

Signa ſi fuerit ex alijs cauſis. Cognoſcuntur ea proceſſione illarum cauſarum.

P R O G N O S T I C A. *Si in febre aduenerit ſitis* cum ariditate linguæ malum. vnde Aui. q̃n aggregantur in ęgritudinibus acutis ſitis vehemẽs, et ſiccitas vehemẽs, tũc illud eſt malũ valde. Si febricitans multum ſitiuerit, & ſubito ceſſet ſitis & feb. remaneat, & lingua ſit arida & nigra mortẽ ſignificat ꝓculdubio, quia virtus ſenſitiua eſt mortificata. Aui. ꝓprio ca. vt dictum eſt. Quę eſt ab ore ſtomachi eſt deterior ſiue vehementior. deinde quæ à meri. deinde quæ à fundo ſtomachi, vltimo quæ ex cõitate inteſtini ieiuni. Sitis poſt aſſumptã medicinã ſolutiuam eueniẽs ſignificat ſm̃ plurimũ illã medicinã operatã eſſe, cuius ſitis defectus. vt in decima tertia tertij. de ſiti in pluribus ſignificat ꝙ medicina adhuc eſt in operatione.

C V R A canones in ea quæ facta eſt à mala cõplexione materiali. Ordinatio dietę. Digeſtio materię. Euacuatio malę qualitatis impreſſę remotio. Et licet hi cõpleti ſint ex his quę ſcripta ſunt de mala cõplexione ſtomachi cum materia, vbi ſupra. tamen aliquid vltra illa hic dicetur.

Diæta ordinetur ad contrarium cauſæ cum frigidis, & humidis, de quibus ſupra tertio trac. & tu ibi.

Digeſtio p̃cedat euacuationẽ niſi ſitis eſſet intolerabilis vel vehemens valde, quo caſu oportet incipere ab euacuatione, qui aũt ſunt ſyru. digerentes, habes ſupra. iiij. trac.

Euacuatio autem fiat ſi poſſibile eſt cum lenitiuis temperatis, aut frigidis, cuiuſmodi ſunt caſſia, manna, thamarindi, pruna, ſebeſten, ſuccus violarum roſarum, aqua fructuum & huiuſmodi. ꝙ ſi non tranſeas ad reubarbarum, ad hierã Gal. & huiuſmodi. Et nota ꝙ hic aloe habet p̃rogatiuã in euacuãdo has materias cholericas, vel phlegmaticas in ore ſtomachi contentas. Q. ſi fuerit ſalſa aut aduſta miſce de ſucco fumiterræ, aut de ſyrupo eius, aut aliquid de electuario amech, & ſimilium reſpicientium materiam melancholicam aduſtam. de quibus. iiij. trac.

Malæ autem qualitates remouent̃ cum ſuis contrarijs, vt dictum eſt. vt frigidis, & humidis, cuiuſmodi ſunt pruna, ſpinachia, melon indus, granata, lactucæ et huiuſmodi. Et ex rebus melioribus eſt panis lotus in aqua cum pauco vini pauciferi in principio menſę aſſumptus, ꝓpter quod nota ꝙ ea quę in caſu iſto dant̃ ſi ſunt facilis penetrationis debent admiſceri cum his quæ retinent ea in ſtomacho. vt cum ſucco granatorũ, aut citoniorum, aut agreſtæ, aut cum puluere coriandrorum. vt verbi gratia aqua hordei in qua reſidentiam fecerint roſæ etiam cũ ſtypticibus ſuis. Panis autem in hoc caſu eſt multum cõueniens. Sed nota ꝙ canon hic habet veritatem maxime q̃n quęrimus extinguere malam cõplexionem in ipſo ſtomacho exiſtentem. Quòd ſi fuerit propter mẽbra remota, oportet ꝙ talia ſint ſubtilia, & cum ſubtilibus penetratiuis admiſceant̃. vnde eo caſu conuenit aqua frigida cum modico aceti vel vini mixta. Sed hic nota duo. Primum ꝙ ſitiens valde nõ debet bibere aquam frigidam ſubito & in multa quantitate, ſimiliter nec aliud actuale frigidum ſitis extinctiuum ne frigiditas ſuperueniens mortificaret illud modicũ caloris ꝙ remanſit poſt multam reſolutionem in ſiti factã. & hęc Auic. vnde meo tempore dũ Forliuienſis veniret ſummo mane ad legendum inuenit ante vnam tabernam Senem vnum ex bibulis Patauis mortuum. nam ſumme ſitiebat, & bibit vnam fialam vini, & ſtatim mortuus eſt, & creditum fuit ex hac cauſa ipſum mortuum. Secundum ꝙ aqua frigida non debet bibi à ſitiente maxime ſtomacho eius calido & ſicco. Nã ipſa aqua ſic potata fortificat choleram, & ab ea inflãmat̃, quare augetur ſitis. & hoc voluit Aui. dum inquit. & in ſtomacho quidem calido & ſicco addit aqua frigida. Aqua autem calida eſt in caſu iſto conuenienter. Nam ſua caliditas actualis facta facit aquam deſcendere & lubrificari vbi frigiditas faciebat oppoſitum. & ex conſequenti cholericam materiam deſcendere, & ſic eſt aqua calida abſterſiua & ex conſequẽti iuuatiua. & hoc voluit Auicen. & aqua calida ſedat ſitim eius multotiẽs.

Item dentur ſyru. extinctiui, vt de acetoſitate citri, oxyçaccara de lymonibus & huiuſmodi. de quibus. iiij. trac. Et cõſimiliter de aq̃s de electuarijs cõfectiõibus frigidis.

Item laudatur. ℞. aquarũ endiuiæ, acetoſæ hepaticæ, violarum, ana. ℥. ij. Nenuphar. ℥. i. vini granatorum. ℥. iij. ſyru. de lymonibus de acetoſitate çitri, ſucci lymonum. ana. ℥. i. ſ. aranciorum. ℥. ij. ſandalorũ rubeo. ʒ. i. çucchari tabarçeth. ℥. viij. fiat iulep. Item valet ſyru. acetoſus ſimplex factus longus cum multa aqua, pauco aceti & çucchar**o**.

Ex his componi poſſunt alia, & pauciora ſatis nunc tibi ſufficiãt. nã & ſyrupis addas ſemina cõmunia frigida maiora, quibus in ſimilibus tute vti debes. vt Cermiſonus noſter. Nam ex eorum vſu felicitabitur operatio tua ſępe.

Ad extra applica cerotaria, vnguenta frigida, embrochationes, epithemata ex ſuccis frigidis, vt eſt ſuccus raſuræ cucurbitæ, ſolatri, lactucæ, violarũ, roſarum, & hm̃ôi.

C V R A ſi fuerit ab aere calido hęc dicta ſufficiant.

C V R A ſi ab vſu rerum ſalſarum aut exiccantiũ fiat digeſtio & euacuatio vt decet, & vltimo alterantia ex dictis intus, & extra applicent̃. & cauſa primitiua remoueat̃, ſi comeſtiõe ſupflua, Cura ẽ vt Hipp. xxvij. aph. v. ſectionis. Qui noctu bibere appetunt, his admodum ſitientibus ſi ſuper dormierint, bonum. maxime vt inquit Gal. in cõmento eiuſdem. ſi ſit tolerabilis, ꝙ ſi non bibat aliquid ad mitigationem eius vtile eſt. deinde ſuperdormire. nihil autem bibere pœna eſt ſine iuuamine. Et in ſumma cõmendat aliquid potus vini puri quod iuuat ad digeſtionem, & proprie in conſueto. In non conſueto vero da aquam. & tu ibi, faciant abſtinentiam, vtantur modico vini odoriferi, intus dentur calida ſtomachi confortatiua, & extra cõſimilia applicentur, vt aromaticum roſatum diagalanga & huiuſmodi. vt rubrica de mala complexione ſtomachi

frigida,

frigida, & de debilitate eius. Nã amplexari inueñ &c. ſo co cuius amplectẽ vxorem, te à criminalibus præcauens.

C V R A. Si fuerit ex potu vini & medicinę, aut aquarum naturaliter calida vtatur oxyzaccara, & ſyru. frigidis & regimine frigido de quo ſatis. & conſimili modo dicaẽ de alijs quę ſtomacho accidũt. Pilulæ cõmendatæ. ℞. ſeminũ quatuor maiorũ frigidorum, & minorum, papaueris albi. ana. ℥. j. conficiãẽ cum mucillagine citoniorũ, & modico dragacanti, & fiant pilulæ in ore tenendæ. Item ad idem ſemina citoniorum, ſed de his ſatis infra.

C V R A. Si fuerit per cõſitatem & maxime à toto, ut à febribus tertianis. Canones attendantur. Primus correctio membri, aut membrorum mandantiũ malam complexionem. Secundus remotio malæ cõplexionis in ſtomacho impreſſæ cum his quę dicta ſunt. Tertius & particularis, q̃ ſi ſint in ore ſtomachi, aut meri debent teneri in ore quæ talem complexionem exterminari habent vt ſunt carnes prunorũ, maraſcarũ. Carnes pirorũ in modum rotulæ paruæ, pulpa thamarindorũ, zuccarum candi. præpucia vitis, aut portulaca cryſtallum qui prius in aqua reſederit per os voluere de his & ſimilibus in fine capituli la ſe ſatis, quoniã eſt infirmis hæc paſſio ſatis magna.

Quòd ſi fuerit ex pulmone curaẽ cũ aere attracto. Auic. & ſimiliter inſpiratio hæc valet ſiti à corde proueniente, in qua tamẽ vti debes frigidis & humidis, de quibus actũ eſt ſupra. xj. cap. de mala complexione eius calida. vbi & tu recurras addendo ex his quæ dicta ſunt hic tenendo in ore epithemando ipſum, & ſimiliter pulmonem cum epithematibus frigidis cordialibus utendo ſyru. frigidis cordialibus per dicta condecenti.

Quòd ſi fuerit cauſa hydropis. Cura diceẽ infra de hydrope. Nã & eo caſu oportet vti frigidis aperitiuis. vt dicetur diarodon abbatis, triaſandalis, & huiuſmodi.

Et cõſimilr ſi ex oppilatione cõtigerit meſeraicarum.

Si ab apoſtemate hepatis cura eſt cura apoſtematis. vt infra ſequenti cap. ſi à frigiditate cum calefacientibus cõfortãtibus hepar. vt infra ſicut ſunt dialacca, diacurcuma, ſyr. de abſinthio, de eupatorio, & alijs vt ibi de mala complexione frigida hepatis.

Si in colica dentur ea calida quæ deoppilent vt vſus clyſteriorum in caſu eſt conuenientiſsimus. de quibus infra de colica.

Si ex debilitate renum infrigidẽtur renes ad extra cum vnctionibus frigidis. Et ad intra cum frigidis vt eſt ſyru. de myrto, de nenuphare, de roſis, aquis frigidis hepaticis, & renalibus. de quibus infra plene, de diabete. & ſimiliter proportionetur diæta.

Si in ore ſtomachi ſiue in algamaſar dięta ſicut dictum eſt, & loochata teneantur in ore, vt dictum eſt.

Si ex caliditate inteſtinorum fiat proportionabiliter ut dictum eſt. & clyſteria frigida ſunt hoc caſu conuenientia & emplaſtra, aut vnctiones ad extra applicata.

Si ex phthiſi cureẽ cũ his quæ phthiſim curant de q̃bus actũ eſt ſua Rubrica. & cõſimilr in ea quæ eſt de hectica.

Si vero fuerit ex conſuetudine mutetur paulatim ad oppoſitum.

Si ex ſudore diaphoretico cum eis quæ diximus de cura male complexionis calidæ cordis.

Si ea criſi cum eo quod dixit Hipp. ij. Aphor. Ea quorum criſis fit aut facta eſt nihil dicere oportet. q̃ ſi ſitis autem non eſſet tolerabilis mitiga cũ eo quod non habet impedire criſim. ſed ſitim remouere vt eſt aqua hordei meſonis indi, ſemina cõmunia & huiuſmodi. quæ habent ſudorẽ prouocare, & ex conſequenti criſim facere. Sed nota hic q̃ non impedias naturam à via ſua contraria.

Vltimo declaro antidota conuenientia in ſiti ex morſu venenoſorum & p̃cipue calidorũ. deinde infrigidantia reſpicientia venenũ cuiuſmodi aqua coriandri, lac uaccinũ, lac acetoſum, aqua camphoratæ, aqua frigida cum puluere terræ ſigil. q̃ ſi cognoueris ſpeciẽ animalis adminiſtrabis quæ ſunt ei propria. Et quoniã vt dictũ eſt ſitis eſt paſſio magna, hic addere decreui aliqua in vſu modernorum gratiſsima. ℞. ſemina citoniorũ, & ex eis cum petiola fac rotulas paruas quas in aqua teneas, deinde ex eis vna teneatur in ore. Item valet vnctio circa gulam facta ex rebus infrigidantibus vt eſt oleum viol. ro. & hmõi. cum mucillaginibus ſeminum frigidorũ, vt citoniorum pomorũ & huiuſmodi, addito modico aceti, & cerę. Itẽ ſacculus ex mucillaginibus horum factus in ore retentus. Item valet & eſt in vſu maſticatio pulpæ anguriæ prius tentæ in aqua frigida, & cocta. Item valet rotula piri in aqua detenta, vt dictum eſt. Item frequens collutio oris cum aqua hordei. Item aqua decocta cum modico vini granatorum addito zucchero ſi non fuerit maxima inflammatio, & meliora ſunt acetoſa & muza. Item aqua decocta cum ſucco arancij, & modico zucchari. & ex his poteris alia tuo modo componere, & alia plura ac varia de huiuſmodi reperiuntur.

## *De nocumento digeſtionis, & primo de corruptione eius.* Rubrica. XXI.

TRipliciter cõtingit digeſtionẽ lædi vt de alijs operationibus dictum eſt ablatæ, ſcilicet corruptæ & diminutæ. de quibus omnibus particulariter agendũ. δυσπεψία. Grecis, nr̃is alteratio, et cõcoctio deprauata nũcupatur.

Sed primo ſciendum q̃ nocumentum digeſtionis eſt læſio fundo ſtomachi cõtingens propter quã cibũ non debite tranſmutat. Cuius quidem cauſa ſm̃ plurimum eſt mala cõplexio frigida, quæ ſi parua exiſtit diminutã facit digeſtionem. Si magna corruptam, ſi maxima ablatã, cum omnis immoderata qualitas actũ ꝓpriæ virtutis deijciat. vnde & ſi à caliditate præſentæ, & maxime digeſtio fiat, ꝓpter quod & magis noceẽ à frigiditate digeſtio. vt Auic. tñ ſi immoderata fuerit caliditas eius egeſtionis ablationẽ aut corruptionem faciet. De qualitatibus vero paſsiuis, nota hunc textũ Auic. Verum ſicca & humida non perueniunt ad hoc ſm̃ plurimum, vt appareat ex eis ſolis cum æqualitate ambarum aliarũ qualitatum nocumentũ in digeſtione, niſi iam fuerint euenire, ſicca quidẽ areſaciũt, humida vero hydropiſim de quibus in dubijs. Et nota q̃ nocumentũ digeſtionis parat corpus ad diuerſas ægritudines areſactionẽ, quia nõ nutritur ad hydropiſim, aut ad leprã, ſcabiem, albaras, morpheã & hmõi. & maxime q̃n tale nocumentũ eſt ita grande q̃ hepar tñ corrigere non poteſt. Vnde Auic. & ſcias q̃ corruptio digeſtionis q̃nq̃ perducit ad ægritudines plurimas malignas, ſicut epilepſiã, melancholiã, myrachiã, & ſimilia. imo oĩum ægritudinũ materia eſt, & origo chronicarũ infirmitatum. Et q̃m iſta clarius intelligentur cum proſequemur de actionibus læſis particulariter, ideo ſequens ducem meum de corruptione digeſtionis initiabo. Eſt itaq; corruptio digeſtionis eius læſio quo ſtomachus cibum tranſmutat in id quod nõ eſt debitę nutritioni proportionatum, quia in vapore, aut quia putreſit in eo cibus, aut aduritur, aut cõuertitur ad qualitatem non proportionalem ad aliquam qualitatum conſuetarum.

C A V S A cuius quãdoq; eſt in ſtomacho ipſo, q̃nq; in cibo aut potu, quãdoq; in alio membro ſibi nocumentum cõicante, quandoq; autem extrinſecus venit.

Ex parte quidẽ ſtomachi, & hoc multipliciter. Primo q̃a læſus à mala cõpleſione frigida & ſicca materiali vel materiali, quæ eſt ſm̃ plurimũ mediocriter excedens, & dicitur mediocriter, q̃m multum excedens ablationẽ facit & parũ excedens diminutionẽ. Vnde hic ſcito frigiditatẽ omni modo læſionis ſtomachũ lædere poſſe, ſed caliditatem niſi corrumpendo niſi exceſſerit quo caſu facit ex ipſa caliditas ablationem. Quòd ſi fuerit diſcraſiatus taliter nõ ſolum ſm̃ fundum eius, ſed etiam ſm̃ os eius, tũc etiam accidet corruptio fortificata attractiua; attrahente plus q̃

digeſtiua digerere poſſit: vt in appetitu canino. Nam & tolerantia famis inteſa ſtomachum replet malis humoribus tertia primi. de regimine eius quod comeditur & bibitur.

Item ſi ſtomachus à proprietate abhorreat cibum illum ſicut vinum album & hmõi. quare refugit ipſum & in eo corrumpitur. Accidit & ſtomachum diſtemperari quo ad fundum eius diſtemperatoria frigida & humida. vnde retentiua debilitatur, & nõ retinet cibum eo tempore quo eſt neceſſarium ad complendum operationem digeſtiuæ.

Conſimiliter accidit ſi ſit diſtemperantia ad calidũ acutum ſtimulans virtutem. vnde cibus citius debite ſtomachum egreditur. Nam iſtud accidit in his qui cholerã acutam multiplicant. Item quandoq; patitur malam complexionem ſiccam quæ ducit ad hecticã, quandoq; humidam quæ ducit ad hydropem vt tactũ eſt, patitur. & quãdoq; malam complexionem vt apoſtema, aut quia nimis paruus. aut nimis magnus. vnde accidit corruptio.

Ex parte quidem cibi multiplex ſumitur cauſa, aut quia ratione nimiæ quãtitatis eius. Aut diminutionis, aut qualitatis, aut ordinis, aut horæ, aut multiplicitas, aut ſubſtantialiter. Exemplum primi, quando in maiore quantitate ſumitur q̃ ſtomachus digerere poſſit. Exemplũ ſecundi, vt cum in ſtomacho calido paucus cibus ponitur & ſubtilis qui fortitudine caloris in vaporẽ conuertitur. Exemplum tertij, vt eſt lac, piſces, perſica, mellones, & huiuſmodi. quæ velocẽ recipiũt alterationem ſiue corruptionem. Item & ea quæ tardam recipiũt rectificationem vt eſt caro porcina, vaccina, caſeus, tubera, & huiuſmodi. Item & ea quæ ſuperfluę ſunt qualitatis apta inflammari, & in choleram cõuerti, aut phlegma. exemplum primi, vt eſt mel. exemplum ſecũdi, vt eſt cucurbita, aut quoniam qualitas eſt venenoſa, vt fungorum, aut odor intenſus qui ſub qualitate comprehenditur, & de cibis qui facile corrumpuntur habes ſupra. iij. tract. & ibi. Exemplum quarti, vt cũ groſſus præponitur ſubtili, aut ſtypticus leni niſi cauſa aliqua corporis ſtypticum pręponi cogat. Exemplum quinti, vt cum poſtponitur hora conſueta. Nam & eo caſu ſtomachus repletur malis humoribus, vt ſupra allegatum eſt. Item quis comedit antequã primus aſſumptus cibus ſit digeſtus, & ſic ponit crudum ſuper ſemicoctum.

Exemplum ſexti, vt cum in eadem menſa varia ſumuntur cibaria nõ apta eodem tempore digeri, & vnum alteri eſt contrarium vt cum ſumuntur calida & frigida, leuis digeſtionis, & difficilis. Exemplum ſeptimi, vt cum cibus eſt nimium groſſus, viſcoſus, indigeſtibilis, vt ſunt lagana, caſtaneæ, & huiuſmodi. Ex parte quidẽ potus ſimiliter, vt de cibo ex parte, ſcilicet quãtitatis, qualitatis, ordinis, & horæ, vt quia nimiũ potet, & eſt cauſa vt cibus natet, & ſtomachus eum bene cõprehendere nõ poſſit. vnde omne faciens natare cibum eſt cauſa prohibẽs à digeſtione. Auic. Aut quia parum potat, vnde non fit debita mixtio, & eſt frequenter cauſa corruptionis, quare concludendum q; vna ex cauſis debitę digeſtiõis eſt bona cõmixtio potus cum cibo. & tu hic nota qualitatẽ, quia acutus, mordicatiuus, lædens ſtomachum, aut quia groſſum, nigrum, turbidũ, indigeſtibile. & ex hoc frequenter euenit, & bene nota, Aut quia abſq; ordine, aut ante horam ſumuntur.

Cõmunicare poſſunt ſtomacho nocumẽtum membra omnia quæ ſolita ſunt et præſtare iuuamentũ. Vt ſunt hepar, quia ad ſtomachũ nimis de cholera. Aut ſplen de melancholia, aut quia alterũ, aut quia alterũ, aut quia vtrunq; patiẽ apoſtema, propter quod & ſtomachus nocẽ. Aut quia à capite deſcẽdit ad ſtomachũ reuma diſcraſians ſtomachũ. Aut quia à corde lædiẽ, quod tremorẽ, aut apoſtemata, aut melancholiã, aut aliã patiẽ malam qualitatem.

Aut propter nocumentũ matricis eleuatis ab ea vaporibus & hmõi. vt accidit in pręgnantibus. Aut quia nocumentũ eſt in inteſtinis ſtomacho cõtcatum, vt in dyſenteria & huiuſmodi. Aut fortis oppilatio in meſeraicis, aut debilitas attractiua earum, quare non attrahitur & cibus moraẽ ampliori tempore q̃ debet in ſtomacho, vnde corrumpitur. Aut quia zirbus eum cooperiens ſit nimis rarus, quare non reflectit debite calorem.

Si ex cauſa primitiua alia à cibo, & potu hoc contingit. Ioitium faciens ab aere, vt quia nimis frigidus. vnde videmus q; qui nocte frigẽt nõ debite digerunt, aut quia malæ ſubſtantiæ vt nimiũ turbidus groſſus. unde habitantes loca talia aeris incurrunt ex indigeſtione oppilationem, & ex conſequenti malum colorem habent, & varias & multas feb. ac alias incurrunt ægritudines. Item quia ventoſitas ſub aere clauditur, & eſt corruptionis cauſa, quoniã facit leuigare cibum in ſtomacho, & prohibet eius deſceſum ad fundum, & maxime qñ eſt in ſtomacho clauſa. Idẽ operaẽ cum ventoſitas ipſa eſt in inteſtinis. Similiter operatur eructuatio ſuperflua, & hoc cum in quãtitate eſt ventoſitas. Auic. Superfluus motus & maxime ſuper cibum factus præcipue in non cõſuetis etiã ſuperflua quies. vnde tertia primi. de exercitio dimittens exercitiũ cadit in hecticam. Et qñ balneum ſub exercitio cõprehenditur, vt tertia primi. hic dicendum q; balneatio facta ſuper cibum immediate eſt cauſa corruptionis. Ex parte ſomni. nam diminutus ſomnus cõprehendit & corrũpit cibum vt notat experiẽtia. Simiľr & ſuperfluus vt de nauſeatius ſtiterate dictũ fuit. Itẽ ſupflua vigilia inquit Auic. cum ſunt loco ſomni & quietis, motus, & vigilia non cõpletur digeſtio.

De inanitione & repletione actũ eſt. ſed tamẽ agitur hic de coitu, qui ſuper cibum factus corrumpit digeſtionem, quo peccato coinquinanẽ quaſi omnes. Conſueuerunt & animi accidẽtia eſſe cauſa corruptionis digeſtionis, & maxime cum ſuperfluunt. Eſt itaq; ab eorũ ſupfluitate abſtinendũ & etiã ab alijs dictis, qm̃ corruptio hæc eſt fere mater omnium ęgritudinum, & ad ſummũ cauſæ corruptionis ſunt cõtrariæ cauſæ rectificationis eius. Et pro ampliori cauſarum doctrina. vide in ſequenti Rubrica. Cauſæ debilitatis digeſtionis etiam ſunt omnes cauſæ quas diximus in corruptione digeſtionis. Et ſcias q; cum acetoſitas generatur in cõualeſcentibus in eis corrumpitur, & putreſit cibus, quare timendum de recidiuatione.

SIGNA demonſtratiua nota ſunt ſatis ex his quæ egrediuntur & ex notificatione ipſa. Conſueuit quandoq; eam cõmunicare rugitus, & eructuatio.

Signa ſi fuerit propter cibũ cognoſcitur ex cibi ipſius diſpoſitione, vt quia multus fuit, aut quia facile putreſcibilis, vt lac, aut quia vt dictum eſt erratum eſt in ordine, aut in hora, aut quia diuerſus fuit ſiue multiplex in eadẽ menſa, aut quia ſuper ipſum factus eſt motus exercitium forte & huiuſmodi. & hoc maxime comprehenditur, quia cum abſtinentia fit ab his rectificatur digeſtio.

Signa ſi fuit vitio cõplexionis ſtomachi malæ, aut apoſtematis eius ſcito ex iam poſitis ſignis de mala cõplexione ſtomachi, & ex dicendis de apoſtemate eius.

Signa ſi fuerit ex materia corrupta exiſtẽte in ſtomacho Ipſa erit illic nauſea, & alia accidentia ſine interpolatione. q; ſi fuerit interpolatio mala non erit in ſtomacho, ſed aliunde veniens.

Signa ſi fuerit propter raritatem texturæ ſtomachi, & attenuationem uillorum eius prolongatio doloris ſtomachi & ægritudinum eius debilitas digeſtionis cum debilitate appetitus & extenuatio corporis.

Signa. Si propter ventoſitatem ſignificat ſignificatio ventoſitatis ſæpe dicta.

Signa ſi contigerit ex effuſione materię ad ſtomachum ſcietur diſcurrendo per membra quę poſſunt mittere. vt ſi aliquo modo læſa ſint. vt verbi gratia. ſi ex catartho nunquid patiatur fluxum catarrhi. Et quod conſueuit effundẽ ad pulmonem & effunditur. & ita conſimiliter de alijs.

Signa ſi fuerit ex effuſione choleræ ad ſtomachũ comprehendiẽ, vt q̃ talis cholericus eſt ſentiẽs amaritudinem

mordicationẽ

mordicationem, & mutationem cibi in ſtomacho.

PROGNOSTICA. Item circa principiũ Rubricæ dictũ eſt, q̃uo ad multas malas, & periculoſas parat ægritudines, & ideo debet medicus in eius remotione eſſe ſolers & memorioſus non poſtponendo eius validã curã.

CVRA. Canones. Ordinatio diætæ. Euacuatio materiæ. Si quæ eſt talis corruptionis factiua quæ eſt vt pluri mũ. Digeſtio eius. Deinde euacuatio. Alteratio ſi ex ſola peruenit complexione. Rectificatio membri mandantis ſi q̃d eſt tale. Cõfortatio ſtomachi. Accidẽtiũ correctio euenire cõſuetorũ, vt ſunt eructuatio, dolor, arſura, & hmõi.

Diæta ordinetur ad contrariũ cauſæ remouẽdo, ſcilicet cauſam primitiuam huius diſpoſitionis factiuam. Item q̃ regimen præparet ad debitã digeſtionem ex parte cibi & potus, ita q̃ dentur cibaria quæ nõ ſint velocis corruptionis. de quibus tertio tract. Item etiam ex parte ſubſtantiæ, vt q̃a ſint nimis ſubtilia apta ſua ſubtilitate in ſtomacho. exempli gratia. calido corrumpi.

Poſt ordinationẽ diætæ præter cõſuetũ appoſui euacuationẽ & cauſa, q̃m inquit Auic. Principiũ illius eſt vt egrediatur quod corruptũ eſt in ſtomacho ex cibo uſq; ad finẽ ſui cum vomitu, aut ſolutione ventris. Et infra. Et oportet vt ille qui ex eis cholericus eſt euomat ante cibũ vt & ille in corruptione digeſtionis cuius cauſa eſt effuſio choleræ ex fluxu prędicto veniẽs, & raro oportet vt conſueſcat vomere ante cibũ multoties. Quod ſi meliorat per illud reſumat cibũ, abſcindat hãc conſuetudinẽ, ut non debilitet ſtomachus ipſius. Vnde & infra. Et ex eis quæ viuificant omnem cibũ corruptũ in ſtomacho eſt vt expellatur, & oportet cum hoc vt ſumat poſt vomitũ rob confortans ſtomachũ repellens quod effunditur ad ipſum & aſſiduet emplaſtra, vnctiones, & hmõi. quę ipſum confortent, & phibent fluxũ talis materiæ ad ipſum. de quibus ſupra de mala complexione calida cum materia, & antequã, infra hic ſuo loco.

Digerat̃ materia ſi digeſtio eſt neceſſaria cũ digeſtiuis appropriatis. de quibus. iiij. tract. ita q̃ ſint ſtomachalia, aut cum eis ſtomachalia ponant̃. & ex ſyr. ſtomachalibus calidis eſt ſyr. de abſinthio, de mẽtha, de cortice citri. & ex frigidis ſyr. roſarum de acetoſitate citri. & ſyr. de endiuia, & huiuſmodi. In eodem loco ſunt euacuatiua quæ ſi non inuenis appropriata ſtomacho ſed materiæ pone cum eis quæ ſtomachum confortant. Inter cætera aloe prerogatiuam habet in confortando ipſum, aut mundificando ipſum ſimul, quare hierapigra in caſu noſtro erit ſingularis medicina. & eſto magis ſollicitus ad euacuationẽ cum ſolutiuo, q̃ vomitiuo ſi materia petit ex ſe inferiora.

Alteretur mala cõplexio calida cum frigidis, & frigida cum calidis. Calida ſunt abſinthiũ, mentha, cinnamomũ, zinziber, piper, galanga, & huiuſmodi. vt dicitur de mala complexione frigida. & ibi. Ex frigidis ſunt corallus, roſa, ſandali, myrtus, lutum armenum, & à proprietate. p quibus pluribus require ſupra de mala complexione calida ſtomachi. Valet & diacitoniten ſine ſpeciebus. Et nota hic Auicen. inquit. Et oportet vt habens eam, quia malam cõplexionem frigidam ſine materia dimittat cibaria cum nucis & iura, & cibetur exiccantibus, & frixis, & eis qui in patellis coquuntur.

Rectificetur membrum mandans cum eis quæ opportuna ſunt, quæ in ſuis proprijs rubricis require.

Confortetur ſtomachus cum calidis aut frigidis, vt diſpoſitio ipſa exigit, de q̃bus in Rubricis allegatis, ſub forma autẽ emplaſtri, aut ceroti, aut vnguenti, aut ſacculi, aut embrochæ. Ad intra vero cum electuarijs, confectionibus. ſyru. pilulis, pulueribus, brodijs, ſuccis. de quibus plene ſupra de debilitate ſtomachi & de corruptione appetitus. Ex confortatiubus ſtomachũ cõmunibus eſt temperatum exercitium. Vnde Gal. exercitium vtile eſt, & validas facit virtutes animales, & vitales, naturales. pro quo ſupra tract. ij. de exercitio. Somnus & quies proportionati ſunt. Amplexari infantem. de quo ſupra, aut catulum pinguem, aut vxorem. ſed caue à criminali. Item vinum bonum temperate ſumptum. per omnia enim digeſtionem adiuuat. Gal. Item pauca comeſtio, & potatio. Item cibi & potus debita proportio & cõmixtio, vt ſupra. Itẽ abſtinentia moderata, & eſt ſumma medicina. Itẽ ſint cibi facile digeſtibiles. de quibus tertio tract. Præter ſimplicia ſcripta, & memorata, ſunt & compoſita. de quibus allegatis locis. vt ſunt aromaticũ ro. garyophyllatũ, diagalanga, & huiuſmodi. Aliud & nobile. ℞. galangæ, nucis muſcatæ, cardamomi. ana. ʒ. ij. antos. ʒ. iiij. menthæ, ſicce. ana. ʒ. iij. fiat electuarium cum ſyru. de mẽtha, Inquit de aloe Hippo. aloes hepaticum cũ aqua abſinthij ieiuno ſtomacho ſumptum ſanat eum ab omni languore educendo materias fraudulentas confortat cerebrum viſcera mundificat vermes occidit & repellit & ſanat apoſtemata viſcerum, & hepar mundificat, vnde & multum laudantur propter hos effectus pilulæ communes ex aloe, myrrha, & croco factæ. Laudantur, & merito hæ pilulæ. ℞. maſticis. ʒ. iiij. aloes electi. ʒ. x. agarici electi. ʒ. iij. confice ſucco arthemiſiæ. Sunt enim confortantes ſtomachum nec permittũt humorem in eo poteſt fieri, & qui eis vtitur diebus ſingulis illæſus permanet à dolore capitis, & ſtomachi, & oculis ſunt ſalubres, & valent ad mulieres quæ ex matrice moleſtantur, ac ex alijs viſceribus, doſis eſt pilulæ duæ, vel tres, quando itur dormitũ, & ante cibi aſſumptionem ad libitum. Ad idem. ℞. ſaudalam, panis aſſati ſatis notabilis quantitatis, & groſſitiei, deinde ſic calida infundatur in ſucco abſinthij calido, deinde ſuperaſpergatur puluere maſticis, & coriandrorum præparatorũ. ana. & ſic calida ſuperponatur ſtomacho, mirabiliter ſtomachum confortat, & digeſtionem. Cerotaria & alia conſimilia digeſtionem adiuuatiua habes in copia in rubricis primis huius capituli, quare per ea diſcurre, & elige. Sed vnum hic nota q̃ quando calida multum ſtomacho applicari debent ſi adeſt hepatis caliditas, vt cõter accidit in mala complexione frigida ſtomachi, tũc melius eſt illa applicari apud. xj. ſpondilem, quia retro ne ex tali applicatione ad anteriora ſequatur cordis, aut hepatis ipſius calefacti inflãmatio. Hæc tibi ſufficiãt cum eis etiam quæ dicentur ſtatim in ſequenti Rubrica. In iſto caſu multum valentia. Nam non differt corruptio digeſtionis à diminutione niſi vt intenſum à remiſſo. Cura vero accidentium quæratur ſuis locis in hoc capitulo poſitis.

## *De debilitate digeſtionis.* Rubrica. XXII.

Debilitas digeſtionis eſt actio fundi ſtomachi diminuta, cuius cauſa eſt eadẽ cum cauſis corruptæ digeſtionis. vt Auic proprio capitulo, quã aliqui faſtidium appellare conſueuerunt dicentes faſtidium eſſe ſentire cibum indigeſtum in ſtomacho eo tempore quo debet eſſe digeſtus, quidam vt Gordonios per faſtidium intellexerunt abominationem cibi & potus cum inclinatione ad vomitum propter præſentiam humorum corruptorum. Quidam q̃ effectus eſt faſtidium digeſtionis diminutæ, ſed de nominibus ad medicum diſputare non licet, vt alias, ut tamen ex cauſis ponendis aperiantur magis cauſæ poſitæ. In præcedenti Rubrica.

ἀπεψία, Græcis, Latinis cruditas dicitur.

CAVSÆ. Nota q̃ cauſa hmõi diſpoſitionis ſumitũ aut ex parte cibi, aut ex parte ſtomachi ipſius, aut ex parte virtutis: aut ex parte cõmunicantium membrorũ ad digeſtionem quæ quocunq; lęſa agunt ad indigeſtionem. Ex parte cibi quia nimis grauis ad digerendum, aut quia nimis cito lubricat, ut ſunt vua. aut quia mordicatiuus, quia calidus acutus, vt cepæ, aut acetoſus multũ, aut q̃a nimis calidus, aut quia potatur res calida multum acuta, ſicut vinum cũ pipere, & hmõi de quibus in præcedenti rubrica. Ex parte ſtomachi primo, quia malam patitur complexionem frigidam aut calidam æſtuantẽ cum materia, aut ſine,

ſine, vnde calida effuſa ne dum debilitat ſed corrumpit, vt ſupra. Item & melãcholia nigra, quoniam aggregat has ambas res. Auicẽ. Item cum in ea eſt humiditas mala lubricatiua lubricans, & ſtomachum. Item quia vlcera. Nam cum cibus peruenit ad ea ſtimulant virtutem ad expellendum, quare non retinetur tempore debito. Item apoſtema in ea frigida aut calida vt ſupra. Ex parte virtutis quia debilitata ſit retentiua, aut fortificata expulſiua. Item quia pars ſuperior ſtomachi nimis conſtringitur ſuper cibum ex quo expellit impetuoſe ipſum ad extra. Ex parte cõmunicantium dictum eſt in præcedenti Rubrica de eis. Nam caliditas exceſsiua hepatis cõſumendo humidum proprium ſtomachi eſt cauſa extinctiua caloris naturalis ſtomachi & ex cõſequenti debilitatis digeſtionis, ſed raritas myrach notetur & paucitas carnis muſculorũ cooperientium ſtomachum. huius enim multum faciunt ad indigeſtionẽ ut eſt uidere in corporibus iſtis macilentis.

S I G N A demonſtratiua, grauitas, extenſio, remanentia cibi in ſtomacho longiori tempore conſueto ſignificant digeſtionem eſſe debilem, & facilem. Quòd ſi fortis fuerit apparebit tunc eructuatio educens ſaporem cibi poſt quintam horam, & hoc cõmuniter in quibuſdã poſt ſextam, aut plus. Nã mora cibi in ſtomacho non eſt æqualis, vt in ſequenti rubrica, & tu ibi, & erunt cum tali eructuatione, rugitus, nauſea, extenſio, & anhelitus, æſtuatio, aut durities. Quòd ſi fuerit in vltimo tunc cibus non alteretur alteratione notabili, ſicut quando patitur à frigiditate ſuperflua, & ſcito quando cibus non digerit̃ tarde expellitur niſi contingat eum expelli propter motum virtutis expulſiuæ incitatę à mordicatione aut quantitate cibi aut ab alia eius qualitate contraria.

Signa. Si fuerit à mala cõplexione ſcitur per ſigna iam de ea habita, ſignificant tamen malam cõplexionem eius frigidam comprehenſio cibi tremula propter debilitatem virtutis, vnde cum timore comprehendit abſq; forti appetitu depoſitionis cibi, quia cibus ex ſe nõ eſt corruptus, nec ſtomachus multum læſus licet ſit debilis, imo magis appetit eum digerere quàm deponere, & eſt cum ea deſiderium eructuandi, & tamen non eructuatur, quia digeſtio eſt debilis & non multum, ideo parua generatur ventoſitas potens inducere deſiderium ad eructuationem, & tamen non eructuatur, & ſimiliter eſt abſq; rugitu, & ſingultu, ſentitur tamen quædã inflãmatio in ſtomacho quæ videtur iſta commouere, & tamen ab ipſa non peruenit.

Quòd ſi fuerit fortis erit cum eructuatione acetoſa, leuitate ventris, multitudine ventoſitatis, longitudine, moræ cibi in ſtomacho, vrina glauca, alba, & erit pulſus hora digeſtionis debilis, & ſpiſſus, & inquietudo aut reuolutio de latere in latus, quando cibus digeri debet. Quòd ſi fuerit peccato humiditatis aderit multitudo ſputi inſipidi, & nauſeæ, paucitas ſitis, velocitas deſcenſionis cibi abſque plurima alteratione facta in eo, & vrina erit charopa, & pulſus mollis. Quòd ſi cum humiditate fuerit caliditas in cauſa erit paucitas appetitus multitudo ſaliuæ, & nauſeæ, & vomitus aliquãdo eſt priuatio ſitis, & q eructuat, aliquãdo eſt acetoſum, aliquãdo fumoſum, fœtidum, & in eo plurima ſit ventoſitas. Quòd ſi fuerit propter caliditatem cum ſiccitate erit ſitis eructuatio fumoſa fœtida, & calida, & ſiccitas oris, & palati, & corporis extenuatio, & diſpoſitio ſimilis hecticæ, & corporis aſperitas, & arefactio, & cutis corrugatio. Quod ſi fuerit ex debilitate corporis ſtomachi ſignum q talis debilitas ſecuta eſt vomitum plurimum, aut poſt purgationem cum medicinis fortibus, aut poſt fluxum ventris, & grauat ipſum cibus ſuperfluus groſſus, ſed in eo paucus, & bonus digeritur.

Quod ſi fuerit frigiditas cum ſiccitate in cauſa ſignum, quia ante comeſtionem ſentitur incendium, & poſt comeſtionem ceſſat, ſplenis magnitudo aut durities, vomitus acetoſus & etiam eructuatio quæ dentibus facit frigus, & cõgelationem, & dolor ſtomachi ante comeſtionem propriæ. Et hic aduerte q iſte qualitates ſunt quãdoq; abſq; materia, & tunc faciunt ſimilia accidentia, ſed remiſsiora alijs paribus.

Signa ſi fuerit defectu contentiuæ, quia cibus deſcendit ante horã, ſignum leuitatis digeſtionis fœtor eius, & quod egreditur eſt magnæ quantitatis, & non eſt in eo aliquod acutum q ſtimulauerit, imo egreditur præter voluntatẽ.

Quodſi fuerit vt expulſiuæ, tunc quod egreditur eſt minoris quantitatis, & apparet aliquid acutum vel mordicatiuum quod eam ſtimulauit, & paucitas mundificationis hepatis, & corporis ab ea quia nõ mundificat ipſam ægritudinẽ. Quod ſi fuerit propter apoſtema illud oſtendunt ſigna apoſtematis, de quibus infra ſua rubrica.

Signa ſi fuerit cõitate aliorum membrorum vt capitis aut hepatis ſplenis & hmõi ſignificabunt illud nocumenta, & diſpoſitiones illorũ propter quod ſollicite de ipſorum diſpoſitionibus inueſtigat.

P R O G N O S T I C A. Scito q ſicut quando cibaria extra nõ ſunt bene cocta, ſtomachus ea digerere non poteſt, ita ad intra quando ſtomachus non bene digerit hepar non poteſt bene digerere & ex conſequenti neq; membra. Nam prima digeſtio ordinatur ad ſecundam, & ſecũda ad tertiam, & tertia ad quartam.

Ex quo fit q ſuperfluitates multæ in corpore generantur, & multi mali multiplicant̃ humores apti faciliter corrumpi & putrefieri, & ſic parant corpus ad multas, & varias ægritudines vt ſunt hydrops, myrachia, hectica ſenectutis feb. morphea & huiuſmodi multa, de quibus ſupra de debilitate ſtomachi, & tu ibi.

C V R A. Canones. Ordinatio dięę. Euacuatio. Digeſtio, ſi neceſſaria erit. Euacuatio materia digeſta. Fortificatio ſtomachi. Rectificatio membri communicantis nocumentum. Correctio accidentium ſi quæ erunt, vt de corruptione in præcedenti rubrica dictum eſt.

Diæta ordinetur ad contrarium cauſæ. Sed hic nota q debilitas digeſtionis quandoq; eſt adeo parua vt ſola ſufficiat abſtinẽtia cibi & potus per vnã diem vel circa facta. Item ſomnus prolixus vel longitudo eius, vt notat experientia, vnde Auic. Et omnis ſomnus iuuat ad digeſtionẽ, verum omnis ſomnus ſuper ſiniſtrũ eſt plurimi iuuamenti, & hoc propter compreſsionẽ hepatis ſuper ſtomachũ. Sed ſomnus ſuper dextrum eſt cauſa uelocitatis deſcenſionis cibi, quoniã præparatio ſtomachi facit illud neceſſarium, & de hoc in dubijs & in ſumma cum abſtinentia & ſomno quandoq; curat̃. Si vero ſit fortis tunc vltra diætam oportet tranſire ad euacuationem fiendam uomitu, ut in præcedenti Rubrica. ſi id facile fieri videbitur, quod ſi non eum ſolutiuo vt poſitum eſt, & totum obſeruetur circa hoc quod dictũ eſt in præcedenti Rubrica. etiã ex parte digeſtionis & euacuationis. de confortantibus actum eſt. Sed in hac Rubrica ponit Auic. de infante inquit. Et ſcias q amplexari infantem propinquum ad hoc ut polluat ſm longitudinem noctis eſt ex rebus magis iuuatiuis ad digeſtionem, & oportet ne ſuperueniat ei ſudor. ſudor enim infrigidat & prohibet iuuamẽtum calefactionis cum calíditate ſua innata, & quidam catulum, aut gattũ maſculum amplexantur, ut idem Auic.

C V R A. In facta ex caliditate laudatur diacitoniten ex citoniis acetoſis, & fructus ſtyptici, acetoſi. Item. ℞. roſarum, ſpodij ana. ʒ. x. coriandrorum præparatorũ, myrthę. ana. ʒ. v. citoniorum acetoſarum lib. j. ſ. miſce de quo accipiet patiens mane & ſero ad quãtitatem. ℥. j. Et quoniam cura hæc perficitur ex his quæ poſita ſunt de deſtructione appetitus diminutione eius de mala complexione materiali, & immateriali, de corruptione digeſtionis, de quibus omnibus ad plenum ſupra, hinc de remedijs alijs ſupſedeo, recurre ad ea loca, & ad ea q̃ dicta ſunt in principio capituli de cõfortantibus ſtomachũ, & tu conſidera.

*De tarditate deſcenſus cibi a ſtomacho, & uelocitate deſcēſionis a uētre,* Rub. XXIII.

βραδυπεψία Græce, Latine, tarda cō coctio exponi poteſt,

TArditas deſcenſus cibi non eſt aliud q̃ mora ipſius in ſtomacho ultra illā horā quæ eſt ei cōueniens de qua ſtatim & proportionabiliter de velocitate deſcenſionis dicatur cōſequenter. Vnde ſciendū ꝙ vt notat Auicē. de ſignis debilitatis digeſtionis, tēpus exitus cibi à ſtomacho eſt quinq; horarū, hunc tamen terminū præfixū noo habeas, qm̄ aliqui tardius cibū à ſtomacho emittunt, vnde quidā in ſeptē horis, quidā in ſex, quidam ante quintā, quidā in octaua. Et cōiter ponitur ſpatium horarū octo inter primā & ſecundā cibi acceptionē, quæ diuerſitas ſumitur ex diuerſitate cōplexionū ſtomachi, & aliorū membroꝝ ſtomacho ad digeſtionē conferentiū, Ex quibus infero ꝙ curioſus ac ſollicitus medicus debet inueſtigare hęc, qm̄ vtplurimū cibamus febriētes ante paroxyſmum per horas quinq;, vt ponit Auic. prima quarti, de cura putridarū, tamē vt uidetur oportet hoc moderari, nam intellexit hominē ſtare. v. horis antequā cibus de ſtomacho eius deſcēderet, & hoc cōtingebat ꝓpter debilitatē digeſtiuæ eius, & hoc idem dixit Auic. in princ. capi. Sed de his oībus in dubijs vbi aperiet textus Auicē. hic vt cū dixit. Et quantitas quidē remanentiæ cibi in ſtomacho.

CAVSÆ. de cauſis tarditatis, dicendū ꝙ cauſa tarditatis deſcēſus cibi principaliter eſt tarditas digeſtionis, nam retentio ordinatur ad digeſtionem. Et hæc tarditas contingit aut ratione debilitatis digeſtiuæ aut ineptitudine cibi. Accidit & quandoq; virtutem retentiuam fortificari, quare & cibus in ſtomacho plus ſolito retinet. Cōſimiliter contingit expulſiuam irritari, quare non retinetur tēpore congruo, vt cū cibus eſt acutus mordicatiuus, aut eſt præſentia choleræ citrinæ, aut melancholiæ acetoſæ q̃ ipſam ad expellendum ſtimulat, vt plures cōtingit. Item etiam ſit hoc idem cum ſtomachus eſt bothoroſus, aut vlceratus, propter quod cū ex aſſumptione cibi lædatur ſtomachus inſurgit expulſiua. Item cibus ex ſui natura lubricus, vt ceraſa non diu in ſtomacho morātur. Item cum adeſt præſentia humoris lubrici, viſcoſi, velociter deſcendit cibus. Item ex debilitate retentiuæ hoc idem contingit. Et vt dictum eſt poſſunt contingere per cōmunitatem à membris concurrentibus ad digeſtionem, vnde caliditas hepatis exceſſiua, eſt ſæpe cauſa debilitatis digeſtiuæ ſtomachi, vt in maiori parte patauorum contingit reſoluendo humidum ſubſtantificū ipſius ſtomachi, ad cuius reſolutionem ſequitur reſolutio caloris eius in præcedenti Rubrica. Læditur frequenter digeſtiua à cauſis extrinſecis. vt ſupra debilitate digeſtionis, ita vt contingat cibum à ſtomacho citius indigeſtum egredi, ut ex forti exercitio facto poſt cibum immediate. Item ex accidentibus animæ contingit tardius digeri, quæ omnia ſupra de debilitate digeſtionis, nam fortis cauſa aufert digeſtionem fortiſsima corrumpit & medicina hæc dicta facit. Et plures ſcriptores ſub vna comprehenderuot rubrica tarditatem deſcenſus, & debilitatem digeſtionis, hæc tamen ſic ſufficiant practicanti, nam fortaſſe theoricando verberari poſſent.

Patauí debiles ſtomacho.

CVRA canones. Vbi tarditas deſcenſus cibi ex debilitate digeſtiuæ contingat quærantur canones in rubrica de debilitate digeſtionis. Vnde & ſomnus ſuper dextrū latus factus eſt adiuuans ad hoc vt velociter deſcendat cibus à ſtomacho licet ſit debilis adiutorij ad digerendum. Auic. de quo in dubijs.

CVRA. In facta propter ſuperfluitatem retentiuę hi obſeruentur canones. Primus eſt lenitio, ſiue ventris mollificatio. Secundus compreſsio.

Primus cōpletur cum frigidis, & calidis, & lenitiuis, vt exigit diſpoſitio. Frigida ſunt vt thamarindi, viola, ſuccus eius, ſy. eius, ſuccus roſ. pruna ſicca, & viridia, perſica humida. Ex calidis, caſia fiſtula, ficus recentes, ſiccæ, oleū cōmune bibitum. Debent enim hæc accipi ante cibum ut duas ficus ſiccas pingues vſq; ad quatuor.

Deinde vtatur compreſsiuis vt eſt raphanus, diacitoniten, & hmōi poſt cibum. Adiuuant ad hoc vinum dulce, zinziber conditū, nuces cū amygdalis, phiſtici, & ſimilia. Ego autē cuidam dedi rapas ſalitas & feci eum uti brodio ipſarum pluribus diebus & contulit valde. Item feci eum uti aqua decoctionis ficuum ſiccarum ante cibū.

Oleum tamen hoc caſu bibitum vſq; ad. ℥. iij. & vſq; ad quinq; quatuor mane continue eſt ſingularis medicina, & hoc ſi ſtomachus tolerabit, & debet eſſe oleum boni odoris antiquū. Valet, & exercitium continuum, & facile, & fricationes factæ pedum, & tibiarum.

CVRA. Vbi cibus citius egrediatur, debet cura eſſe cōtraria diætæ, nam in hac oportet præmittere ſtyptica calida aut frigida ſecundū ꝙ exigit diſpoſitio. Itē quieſcere & dormire ſuper cibū, abſtinere à fricationibus inferiorum & huiuſmodi. Item ſi accidet propter humorem melancholicum, aut cholericum habuiſti canones ſupra de dolore ſtomachi, & tu ibi. Et quia hæc pertinent lubricitati ſtomachi, ſiue lienteriæ, de qua infra ad plenum, hinc ſuperſedeo in multicatione remediorum aliqua pauca conſcribens. Emplaſtrum expertum ad tarditatem deſcenſus propter ſuperfluitatem retentiuæ. ℞. mucillaginum, ſem. lini. fœnugræci, maluauiſci, ſiue althex, ana. ℥. ij. ceræ albæ quantum ſufficit ad incorporandum, extendatur ſuper corio & ſtomacho applicetur. Expertū in velocitate deſcēſus. ℞. vitelli aſſati coclear vnum, mellis, & maſticis. ana. ℈. j. omnia adinuicem miſceantur, deinde ponantur in cortice oui ad ignem ſuper cineres calidos. & ſine intermiſsione moueantur donec facta erit debita compoſitio, deinde tribus diebus continuis adminiſtretur, & eſt Auic. In tarditate eius oportet vt præmittantur lubrica ante cibum calida vel frigida, vt notat neceſsitas, & poſt cibum ſumantur ſtyptica. Gal. Lubrica frigida ſunt Perſica. pruna & huiuſmodi, in ęſtate. in hyeme pruna ſicca, & vtroq; tempore caſia fiſtula, thamarindi, violæ, ſyrup. eius, ſuccus roſarum. Calida ſunt Ficus recentes, Caricæ, mucillago fœnugręci, ſeminis lini, & huiuſmodi. & tu conſidera.

*De duritie ſtomachi, q̃ nō eſt apoſtema.* Rub. XXIIII.

STomacho accidit durities non apoſtemoſa propter frigus inſpiſſans aut propter humorem melancholicum penetrantem & ingroſſantem.

SIGNA quia non inueniē ibi ſignū apoſtematis. In quo caſu ſufficiunt emplaſtra calida reſolutiua, vt emplaſtrū de meliloto, et ſimilia, ut in precedētibus rubricis de digeſtiōe & alijs, aut cū his euacuatio humoris ingroſſantis cū digeſtiuis præcedentibus ſi opus erit de quibus iiij. tract. Ad idē. ℞. ceræ. ℥. viij. glutinis alimbath. ℥. iij. zinziberis, oppopōaci. ana. ℥. ij. olei de lino eminā. j. Aui. emplaſtrum. Et hæc nunc ſufficiant.

*De eructuatione.* Rubrica. XXV.

ERuctuatio eſt motus ſtomachi, quo ſubito expellitur ventoſitas cū ſonitu ipſum inflans ſiue in eo natans in ore eius vtplurimum retenta. Cuius cauſa ſecundum plurimum eſt ſtomachi indigeſtio, & attribuit ſtomacho vt tuſsis pectori, & ſternutatio cerebro. Hali ab. dicit ꝙ eſt paſsio fundi, quod intellige quia ibi generatur, & merito, quia ibi cibus à quo eleuatur continetur, cum quo tamen ſtat ꝙ in ore ſtomachi ſit retenta. Dicit in eo natans propter eam quę clauditur in villis ſtomachi facientē ſingultū. Et ꝓpter illud quod dicitur. cuius cauſa notandum, ꝙ & licet eructuatio fiat vtplurimū à mala cōplexione frigida materiali vel immateriali, tū q̃nq; cōtingit eam fieri à mala cōplexione calida. Nam diuiditur in acetoſam & fumoſam: vnde tertia tertij, de cura eius.

Fumoſa fit à caliditate exceſsiua comburēte materiā ſubtilem aptā in fumum tranſire, vt ſunt cibi facilis digeſtionis in ſtomacho valde calido. Et dicitur exceſsiua, quoniā diminuta diſſoluit obiectum, & ipſum in ventum cōuertit nō potens ipſum aliter tranſmutare. Et ſicut fumoſa fit à caliditate, ita acetoſa à frigiditate, ſeu diminuta caliditate, quemadmodum cōtingit fructus acetoſari, licet etiam acetoſatio poſsit à ſuperfluitate cauſari, vt patet in vino quod tempore magni æſtus acetoſatur, & ſimiliter in lacte, Hæc autem accidunt poſt digeſtionem completam, quoniam tanta caliditas reſoluens caliditatē naturalem, facit in ſtomacho poſtea malam complexionem frigidam ſiue diminutā caliditatē quæ eſt cauſa acetoſationis, ſicut accidit in vino poſt eius digeſtionem à caliditate extrinſeca. Ex quibus tollitꝰ contradictio apparens inter Auic. & Alexādrum qui dixit eructuationem acetoſam à calido fieri, vndr præcipiebat dari aquam calidam & cibos duræ digeſtionis, vt ſtomachos anſerum, oſtracha non bene cocta & huiuſmodi, & ſuccedebat. & Auicen. præcipit dari diapipereon cum vino, & tu conſidera. Scito tameo ꝙ conſueuit apud modernos eructuationem diuidi in acetoſam, fumoſam, corruptam, cibalem, amaram, inſipidam dulcē, & ſic de alijs, quarum cauſæ notæ ſuot. Et tu illas conſidera.

CAVSÆ. Ex cauſis eius primitiuis ſunt aer frigidus, aut exceſsiue calidus reſoluens cibi, aut nimis calidi, aut nimis frigidi, groſsi, viſcoſi, vel nimis ſubtiles, cibus ſuperfluus etiam inordinate ſumptus, indigeſtum ponere ſuper digeſto, nimia quies, nimius motus, coitus ſupfluus, & vniuerſaliter omnia quæ indigeſtionē cauſare poſſunt de quibus actum eſt. Antecedens eſt mala complexio calida aut frigida extrinſeca aut intrinſeca, materialis aut immaterialis ſuperexcedens, & ſicca facit eam fumoſam, humida vero acetoſam. Coniuncta vero ipſa uentoſitas in ore ſtomachi retenta. Item & debilitas virtutis, quę ex altera cauſarum iam dictarum fit aut merito compoſitionis naturalis, vt in præcedenti rubrica dictum eſt.

SIGNA demōſtratiua. Si ex cauſis primitiuis cōprehenditur narratione infirmi, ꝙ ſi membrorū aliorum à ſtomacho cōmunitate contigerit, illud comprehendi habet vt ſupra ſæpe ex diſpoſitionibus eorum de ipſis interrogando vt medicus facere debet, & cōſueuit in mulieribus eructuatio multum multiplicari cōmunitate matricis, & ideo aduerte.

Signa ſi ipſa contigerit vitio ſtomachi, hoc erit aut ꝓpter malam cōplexionem eius calidam aut frigidam ſiccam vel humidam, nam ex his quatuor contingere poteſt vt tertia Aphor. cōmento illius. Morbi in pluuiarū multitudine. & prima primi, de generatione humorum.

Facta à caliditate ſignificant ſiccitas oris, ſitis ariditas. Quòd ſi fuerit cholera in cauſa amaritudo cum quadam anguſtia, & inquietudine. Et poteſt ſciri ſiue cognoſci per experientiam hoc modo. Seruetur patiēs per aliquot dies in diæta temperata ex parte quantitatis, aut qualitatis ordinis, deinde detur panis hordei cum aqua, aut nihil aliud, & in temperata quantitate ꝙ ſi amplius eructuationē non ſentiret cauſa calida erit.

Quòd ſi ſentiret eructuationem acetoſam cum humiditate & ſaliua multa, & cum viſcoſitate expulſa per os, & ꝙ in ieiuno apparet rugitus, vel eructuatio, & hora digeſtionis fit fortis cōmotio in ſtomacho, & in inteſtinis, & ꝙ frigida nocent, & calida conferunt, & ꝙ vrina eſt alba ſpumoſa, habitudo phlegmatica, & huiuſmodi, vt ſupra de mala cōplexione ſtomachi frigida, tūc phlegma eſt in cauſa. Vnde breuiter pro talium notitia ad ea quæ de mala complexione ſtomachi dicta ſuot ſigna recurre.

Quod ſi cum eructuatione ſentitur ſiccitas cum ſtypticitate, tunc erit ex melancholia, & alia ſigna de melancholia require in principio operis & ſupra de mala complexione ſtomachi. Item eructuatio putrida, fœtida à putridis atque fœtidis eleuatur humoribus. Rancida vero & abominabilis & innominata ſuper humores melancholicos, ſed acris, & ſicut piſces corrupti, & oua corrupta ſuper phlegmaticos humores, & in his oportet te eſſe vigilantem.

PROGNOSTICA. Eructuatio vna vel duæ cum alleuiatione bonum ſignū eſt, & ꝙ natura eſt fortis in expellendo, & eſt quædā criſis particularis, & ideo ventoſitates ſiue ſint naturales, ſiue ſymptomaticæ nulla via ſunt retinendæ, nec ratione loci, nec ratione perſonæ, imo ſunt à medico procurandæ, ſiue prouocandæ principaliter licet & ſanis conferat̃, ſed oportet dari locum moralitati. Si autem eructuationes fuerint multæ, & frequentes non poſſunt eſſe bonæ, imo ſunt ſymptomaticæ, & ſunt malæ in ratione ſigni, quia corruptionem digeſtionis ſignificant & malæ ſunt in ratione cauſæ, quia digeſtionē iterum corrumpunt cum remoueant digeſtionem quæ quiete indiget. Eſt itaque eructuatio frequens, & materia mala.

CVRA. Canones in ea ꝗ moleſta eſt. & ſupflua. Ordinatio diætę. Euacuatio. Alteratio. Stomachi cōfortatio.

Primus cōpletur cum abſtinētia à ventoſis indigeſtionibus & ab eis quæ ſunt apta eam facere, vt ſi ſtomachus ſit multum calidus à cibus ſubtilibus facilis digeſtionis, vt oua, carnes pullinæ, & breuiter vtatur regimine ꝓporcionato ſecundum contrarietatem cauſæ.

Secundus cōpletur cum euacuantibus appropriatis humori, de q̃bus quarto tractatu, & hoc caſu ſpecialiter cōmendatur hiera Gal. Item cōmendantur clyſteria carminatius, de quibus infra. xvj. capit. rubr. de colica ventoſa. Item retentio anhelitus, ſternutatio frequētata, calefactiones ex ſacculis calidis ſtomachalibus vnctionibus & huiuſmodi. vt ſupra de mala complexione frigida ſtomachi, de indigeſtione, &c. ſtomachi ad plenum ſupra quinto capitulo. Item ventoſæ ſine ſcarificatione applicatæ, & reiteratæ, vt ſupra de dolore ſtomachi.

Tertius cōpleatur cum ſolis alteratiuis calidis, aut frigidis, vt diſpoſitio exigit intus & extra applicatis. Ad intra vt in dando acetoſa ex frigiditate, diaciminum, diagalanga cum vino, diapipereon, zinziber conditū, & huiuſmodi calidis ſtomachalibus. Et ubi fuerit à caliditate dentur frigida acetoſa aqua calida & huiuſmodi, vt ſupra de mala cōplexione calida ſtomachi, & tu remedia quęre ſupra multa. Medicamen Alexandri in cauſa frigida. ℞. piper. ℥. j. ſeminis anethi, cimini. ana, ℥. iiij. de hoc puluere da coclearū cum vino temperato ante cibum. Et ex extenuantibus eructuationē appropriatis eſt coriandrū, vnde Auicē. & quandoq; iuuantur quando in potu ſumant ante prandium, & cœnam ſuam coriandri ſicci aphor. j. deinde bibant poſt ipſum vinum purum. Ad idem laudentur vinum purum, origanū, folia rutæ. carui, mentha, aniſum, garyophylli, maſtix cum vino bibitus. Ad extra vero applica emplaſtra, unguēta, ſacculos & huiuſmodi, ut ipſa diſpoſitio exigit. Nota ꝙ in fumoſa rob fructuum frigidorum, & cibi frigidi ſunt multum conuenientes, de ꝗbus omnibus habes ad plenum locis alleg.

Quartus cōpletur cum remouentibus diſcraſiā in ſtomacho, pro quibus quære in rubricis proprijs. Ex quibus apparet quid agendū & in reliquis, nā oportet cū ſimilibus canonibus cōtra cauſas ꝓcedere, vt ſi fuerit corrupta cū euacuantibus ipſum humorē corruptū & confortare ſtomachū, de quibus ad plenum actū eſt. Similiter de cura amaræ ex præſentia choleræ, aut inſipidæ ex præſentia phlegmatis naturalis agēdum. Poſtremo hic nota duo. Primum ꝙ aliquando eructuatio eſt amara ꝓpter humiditatem phlegmaticā in fumum reſolutam, quæ in viſcoſitatē amaram, deinde conuertitur linguæ adhærens, ſicut ex lignis viridibus frigidis eleuatur fumus amarus,

& hoc

& hoc eſt à frigiditate, cuius amaritudo eſt horribilior quàm ea quæ eſt cholera, & eſt cum ea ponticitas admixta quæ conſueuit cauſari in icteritia nigra ex humorũ frigidorum abundantia, in cuius cura quo ad cauſam procedatur cum calefacientibus, & cum abſtergentibus, remouẽtibus amaritudinem. Secundo quòd cura huius pendet maxime ex cura ſingultus de quo infra.

*De apoſtemate ſtomachi quod nondum peruenit ad exituram.* Rubrica. XXVI.

APoſtematum ſtomachi quoddã calidum, quoddã frigidum, quoddã eſt in tunica intrinſeca neruoſa, quoddam in extrinſeca carnea, quoddam in parte inferiori verſus ventrem, quoddam in poſteriori verſus dorſum, quoddam in parte ſuperiori, quia circa os ſtomachi, quoddam in inferiori verſus fundum: quoddam comprehendit totum ſtomachum, & eſt illud raro, quod ſi accidat, vt plurimum eſt mortale.

CAVSA apoſtematis eius eſt ſm plurimum dolor perſeuerans longo tempore in ſtomacho, qui eſt cauſa attractionis humorum ad locum, vnde virtus expulſiua facta debilis eos expellere nõ poteſt, quare collecta materia apoſtema facit. Idem contingit ex pharmaco forti attrahere ab alijs locis ad ſtomachũ quare in paſsionibus ſtomachi à talibus abſtinendum. Item operat̃ vomitus frequens cum difficultate factus, & maxime vbi materia ſit groſſa viſcoſa exitui inepta. Et conſimiliter ſi ſit intempo raneus vt in principio febris. Et ex parte cauſarum maxime fit ex inordinato regimine ex parte ſex rerum non naturalium cibi p̃cipue, vt in crapulis & hmõi. & maxime qñ coitui cõiungit̃, nã propter hoc debilitatur multũ virtus, & aggregatur multa materia quæ expelli non poteſt, quare apoſtema facit vt dictum eſt. Vnde nota quòd per viã paulatinæ cõgeſtionis fiunt apoſtemata frigida in ſtomacho, & hoc ſemper vel plurimũ, qñq; materia quę ſic aggregat̃ in eo eſt phlegma. nã eſt lacuna phlegmatis vt ſupra in principio. Sed per viã defluxus fiũt apoſtemata calida cholerica vel ſanguinea ſm plurimũ, qm̃ tales materiæ vt plurimũ ad eum fluunt & penetrant, vt ſtatim dicetur. Et ideo nota quòd apoſtemata ſtomachi frigida raro fiunt incipiendo, ſed magis, ſuccedendo. nã antequã congreget̃ tanta materia natura expellit & ſe adiuuat, ſed ubi materia ſubito fluat, vel quaſi ſubito ſicut eſt materia calida, tunc bene poteſt apoſtema calidum incipiẽdo fieri. vt Raſis in libro diuiſionum, capitulo de ægritudinibus ſtomachi. Item ad hoc facit & maxime ad apoſtema intrinſecum, quoniã tunica intrinſeca eſt neruoſa quam materia frigida groſſa non poteſt penetrare, ſed bene ſubtilis cholerica aut ſanguinea, & ideo raro accidit phlegmaticũ, & eſt ſimile ſicut de pleuriſi phlegmatica dictum eſt, quare propter hanc cauſam raro accidit. Ex quibus infertur quòd apoſtemata ſtomachi incipientia ſecundũ plurimum ſunt calida cholerica vel ſanguinea, & quandoq; mixta & raro phlegmatica. Infertur ſecundo reſponſio ad dubium quo quæritur an apoſtemata ſtomachi ſecundũ plurimũ ſint frigida vel calida cũ maxime debent eſſe frigida complexione membri & materiæ, quæ in eo vt multum aggregatur, & tu conſidera, nam abſolute pronunciandum ſcd̃m plurimũ tale apoſtema calidum eſſe propter aptitudinẽ penetrationis materiæ in tunicam interiorem, vt de pleuriſi dicitur. Gentil. Et nota ſecundo quòd ut dictum eſt in Rubrica ſermo eſt de apoſtemate, quod nõdum ad exituram peruenit, quod dicitur adubellati, de quo in ſequenti capitulo. Vbi nota, quòd omne ſtudium debet eſſe in prohibendo eius aduentum, & maxime ad maturationẽ cum ex tali grauia ſequantur accidentia, vt particulariter ex dicendis apparebit.

SIGNA demonſtratiua in calido cholerico dolor acutus, fe. ſatis intenſa, cõtinua, & augmẽtat̃ vſq; ad ſtatũ, ſatis fortis, pulſus frequẽs valde, & velox, amaritudo oris, vrina tincta valde ad igneum declinans. In ſanguineo vero hæc remiſsiora, & vrina ad ruffum, vel ad rubeum declinabit. Et ſic de reliquis ſignis ſanguinis. In phlegmatico vero vrina nõ multum tincta, pulſus paruus, mollis, dolor leuis ſiue quietus in omni diſpoſitione, & augmento, & non feb. fortis ſed lenta, & eſt cum paruitate appetitus, paucitate ſitis, malitia digeſtionis cum grauitate, & mollities loci ad tactum cum inflatione, multitudo ſputi, & ita de alijs ſigna phlegmatis. In melancholico vrina erit glauca ſubtilis, pulſus paruus, ſubtilis, ſtrictus, & durus, durities loci, fetor oris, & quòd aliquando appetit cibum, aliquando non, dolor remiſſus cum põdere, & cogitationes malæ ſuper ſe, inſomnietas mala inordinata, & reliqua ſigna de melancholia, de quibus ſæpe.

Signa ſi fuerit in parte ſuperiori dolor erit valde magnus & proprie poſt aſſumptionem cibi ſtatim, & tumor circa furculam, nocumentum appetitus. Et ex concomitãtibus ſunt ſpaſmus cum alienatione, cum ſyrſen, & melancholia ſi fuerit calidum vel cum ſubeth, & ſtupore, ſi fuerit frigidum pulſus cordis, frigiditas extremitatum, ſudor frigidus, ſyncopia magis veniens & eſt ſignum malum. Si vero fuerit in fundo dolor minor, & ꝓprie poſt aſſumptum cibum per horam, tumor verſus hypochondrium, malitia digeſtionis, & cum aliorum accidentium priuatione vel apparitione minori. Quod ſi fuerit circa interiorem tunicam dolor maior quàm ſi fuerit in exteriori, & tumor tactui minus apparens. Quod ſi fuerit in parte poſteriori verſus dorſum, tumor non percipietur, & erit dolor in dorſo & verſus eum. Si vero in parte anteriori verſus uentrem erit tumor extenſus, qui comprehenditur tactu, & dolor erit in furcula uerſus lacertos ventris ſuperiores.

PROGNOSTICA. Quando apoſtema comprehendit totum ſtomachũ vt plurimũ eſt mortale. Raro accidit apoſtema frigidum phlegmaticum ſtomacho, & maxime incipiens vt ſupra apoſtema ſtomachi in ore eius exiſtens cæteris periculoſius, & ad mortem declinãs. Frigiditas extremitatum in eo mala.

CVRA. Canones. in principio aduentus calidi apoſtematis hos canones ſerua. Ordinatio diætæ. Repercuſſio materiæ. Diuerſio. Euacuatio minoratiua. Accidentium correctio.

Diæta ſit ſubtilis valde declinans ad frigidum, nã morbus hic eſt acutus, & ideo ſtatus ꝓpinquus, propter quod & paucus cibus exhibendus, niſi prohibuerit hoc virtutis debilitas, aut accidentiũ vehemẽtia, quo caſu cibus in plurima quantitate exhiberi debet iuxta medici diſcretionẽ. Nã primo Aphor. Accidentibus proſternentibus virtutẽ ſtatim cibus dandus eſt. Sit itaq; cibus eius ſuccus hordei, vel iuſcula ex farina eius, far, vel iuſcula ex farina eius, brodium pullæ alteratum cum lactuca viola vel portulacis cucumeribus & huiuſmodi. aqua granatorum agreſte & huiuſmodi ſint potus eo caſu maxime in principio vſquequo febris deliteſcere incipiat, & oportet vt non ſint auſi potare aquam frigidam plurimam, imo frangãt eam cum iulep aut rob fructuum. Auic.

Repercuſsio fiat extra applicando frigida ſtomachalia de quibus in principio capituli, & continuetur hæc repercuſsio ſaltẽ vſq; ad ſeptem dies. Deinde procedatur cum reſolutiuis non puris, ſed permixtis cum repercuſsiuis. Nã procedere poſt principium cum repercuſsiuis tantum eſt error. Vnde Auicẽ. Et de errore maximo eſt vt prolongetur tempus tolerantiæ apoſtematis, & inceſſanter fiat curatio cum infrigidantibus.

Emplaſtra & alia infrigidantia in hoc caſu conuenientia habes in rubrica de mala cõplexione calida ſtomachi. Item de dolore ſtomachi à cauſa calida. & tu ibi. Item de apoſtematibus mamillarum, & tu ibi.

Emplaſtrum ad hoc.℞. ſandalorum ru.pulue.roſ. myrti, lambruſcæ,coriandrorum præparatorum. ana.ʒ ij. olei roſ. myrtini,ſucci ſolatri,ana.℥.ij.farinę hordei.℥.iij.aquæ ro. aquæ abſinthij,ana.q.ſ. Emplaſtrum aliud ad idē.℞.ſandalorum ru.ro.ana.ʒ.ij.olei roſ.℥.iij.farinæ hordei.℥.j.ſ. cum vino granatorū,fac emplaſtrum. Item ℞.ex his rebus quæ plus placēt cum aquis dictis addito modico aceti,& fac embrochationes. Itē ℞.olei ro.℥.iiij. ſandalorū ru.corallorum ru.ana.ʒ.ſ.aceti.℥.j.ſ.infunde petiā,& ſtomacho applica,cum his etiā adde vinū citoniorum ſiue ſuccum eorū vt placet, & cum eo cōmiſce ex his vt libebit.

Sed hic nota duos canones. Primus ꝙ prius debet fieri diuerſio cum phlebotomia vt dicetur ſtatim antequā hęc applicent. Secundus ꝙ iſta & conſimilia debent in hyeme bis in die renouari,ſed in ęſtate pluries. Hęc tn̄ ſunt relicta in medici diſcretione. Ad intra vero da ſuccum granatorum. Itē ſyru.ro.acetoſum ſimplicem oxyzaccaram & hmōi. Et ex confectionibus competunt triaſandali & hmōi confectiones frigidę,de quibus ſupra de mala complexione ſtomachi,itē & maxime confectio de gēmis ſiue de ſpeciebus,trochi.de berberis,& ſyru.eius & de myrto.

Diuerſio fiat primo cū phlebotomia ex baſilica in manu dextra. Quod ſi fuerit plethoria fiat primo de ſaphena. deinde de ipſa baſilica vel de media. Quod ſi fieri non poteſt phlebotomia,applicentur uentoſæ cum ſcarificatione trahendo ad partem cōtrariam fluxus materiæ, vnde etiā ſimul cum phlebotomia non poſtponantur vētoſæ abſq; ſcarificatione in locis congruis.item fiant fricationes extremitatum,& tu de ipſis ſupra de ſoda cholerica.itē fiant clyſteria,& reiterentur facta ex malua,bliti, oleo viol.cū caſia,& modico hiere pigræ,aut diaprunis ſolutiui.

Euacuatio cōpletur aut phlebotomia aut vomitu, aut ſolutiuo ſiue per inferius ductiuo. Phlebotomia quidē ſi materia ſanguis fuerit aut ſanguini admixta, quod cū fuerit debet eſſe ſtatim copioſa, qa in principio vt ſimul cōpleantur hæc duo diuerſio.ſ.& euacuatio, ſed ſecus eſt ex alia materia ſanguini non cōmixta,qm̄ tūc ſola ſufficit diuerſio in qua non debet fieri copioſa,ſed &c.inſpecta virtute,ætate,& cæteris conſentientibus,aut diſſentientibus.

Vomitus autem in principio fieri poteſt & maxime cū credit à medico ꝙ facilis erit & non laborioſus,& præcipue facta prius diuerſione ex phlebotomia, & fricationibus,& non aliter. Et ſic intellexit Raſ.qm̄ vomitum poſt phlebotomiā iniūxit,vbi tn̄ eſſet laborioſus,non eſſet fiendus,qm̄ attrahendo augmentaret apoſtema. Et ideo dicebat Auic.de cura calidi apoſtematis ſtomachi,non adminiſtratur vomitus error eſt.teneo tamen in hoc cum Gentili ꝙ tutius atq; melius eſt ſtudere vt per inferius materia educatur, nam nunquā ita facilius eſt vomitus, quin magna fiat cōmotio. Vidi tamē aliquos ita faciliter vomere etiam materias phlegmaticas ꝙ non dubitarem in ſimilibus aliquo modo vomitū facere. Solutiuū enim non debet eſſe forte. vnde Auic. Et altera ſolutionē laborioſam, & ſis cōtentus medicinis lenificatiuis ſicut caſia fiſtula,& hmōi. Et cauſa qm̄ tales attrahendo, & commouendo ab alijs membris eſſent cauſa doloris amplioris,& augmenti apoſtematis. Caſia quidē eſt medicina propria,& ſpecialiter cum aqua endiuiæ, Auic.nā reſiſtit inflāmationi apoſtematis & eius materiam euacuat, valet & manna, valent & thamarindi, diaprunis abſq; ſcāmonea refracta vt electuario de ſucco ro.maxime qn̄ materia eſſet furioſa quæ educi non crederet per lenificatiuas,ſed de his in dubijs & tu ibi. Sed hic nota ꝙ Auic.non videt laudare opinionem illorum qui dant ſcāmoneam dicēs. Et qñq; dant in potu eis ſcāmoneam cum ſy.acetoſo,& ego abhorreo eā. credo verum,qm̄ in ſyrupo acetoſo nō eſt ſufficiēter refracta vt cū diaprunis, & in electuario de ſucco ro. valet hierapigra aloes & hmōi.de quibus ſupra.iiij.tract. Et qm̄ Auic. facit dubitationē de myrobalanis hinc de eis in dubijs.

Accidentia quæ cōſueuerūt apparere ſunt dolor fortis, & æſtuatio & maxime in calido. Nocumentū deſiderij & digeſtiōis. Spaſmus. Alienatio. Stupor. Subeth. Pulſus cordis. Syncopis. Frigiditas extremorum. Sudor frigidus. Quod ſi fuerit frigidum & aliud iſtorū apparuerit remiſſius erit tale accidens. Nā quę dicta ſunt in calido apparere cōſueuerunt,non ſic in frigido, & tu conſidera. Curam tn̄ horū quere rubricis ſuis particularibus in quibus de cura eorum quę tractatur. hic tn̄ nota. Auic.inquit. Et ſi dolor vehemens fiat ſumant in potu aquā iabarzet qm̄ eſt iuuatiua valde,& aquā taraxacon, ideſt endiuiæ ſylueſtris, & aqua prunorum. Trāſacto vero principio, quia ſeptimo die vel circa,& dicit circa, qm̄ contingit materiā eſſe aliquando ſubtiliorē pauciorem,& aliqn̄ magis groſſam & multā,quare augmentum prolongari & abbreuiari cōtingit,ꝗ omnia ſuo iudicio exiſtimatiuo habet medicus menſurare,debet enim tūc medicus cōmiſcere reſolutiua cum repercuſſiuis abſterſiuis & paruinper maturatiuis,vt ſunt blitis,malua,althea, & huiuſmodi, vincāt tamē repercuſſiua. Quod ſi cōtingat ꝙ propter vehementiā inflāmationis ex dolore nimio, aut febre intenſa valde reſolutiua ſuſpecta habeant,tunc adminiſtra quæ reſoluunt, & infrigidant,cuiuſmodi ſunt coriandrum, violæ ſiccæ,ſolatrū, aqua eius intus & extra approximata, ſyru.acetoſus. Item quæ mollificādo reſoluūt, vt malua, biſmalua,ſemen lini, fœnugræci. item etiā cum ipſis reſolutiuis calidis admiſce ſemina frigida maiora, aquam hordei. item dabis caſiam cum aqua endiuiæ,hæc enim dolorem molliunt, & febrē ſedant. Emplaſtrum in augmento & etiā in ſtatu, & eſt de intentione Auic.℞.nenupharis,violarum ro.ana. M.ſ. dragacanti ſandalorū ana.ʒ.j.achaciæ, balauſtiarum.ana. ʒ.j.ſ. florū camomillæ. M.j.ſ.altheæ. M.j. maſticis.℥.ſ. ſpicę. ʒ.ij.farinæ hordei.℥.ij.olei roſ.olei de mentha, ana. ℥.j.ſ.fac emplaſtrum cum modico croci. Aliud. ℞.farinæ ſeminis lini,fœnugræci,hordei. ana.℥.j.ſ.olei de ſpica ro.ana.℥.ſ.altheæ.M.j.fac emplaſtrū & maxime cōfert in fine augmenti circa.xij.diem in.xiij. In decimūquartum vero in quem ſtatus miſce reſolutiua calida cum repercuſſiuis ſtypticis aromaticis, cuiuſmodi ſunt abſinthiū, maſtix, ſpica & hmōi. Ex emplaſtris bonis in hora ſtatus vſq; ad declinationē.℞.extremitatū ſquināti,camomillæ, meliloti,abſinthij,ſpicę ſandalorū,auellanarum,croci,granorum lauri,& quæ ſunt illis ſimilia. Et addatur in ſtypticis in principijs,& in reſolutiuis poſtea. Vbi nota ꝙ non poſſunt doſes poni propter illud quod addidit. Vnde in ſumma ꝓcedat in principio cum repercuſſiuis ſtypticis; in cæteris tēporibus miſceri habent, vt in de cura apoſtematum aliorū membrorum dictū fuit. Vincant enim repercuſſiua in augmento & in ſtatu ſit æqualis proportio ſaltem in eius principio, in fine vero ſtatus vincant reſolutiua. Noli itaq; vti in proceſſu totalis curę aut reſolutiuis ſolis,aut repercuſſiuis ſolis, aut mollificatiuis ſolis, quoniā ſic eſſet ægrū perducere ad mortē. In declinatione vero vtere reſolutiuis ſtypticis aromaticis confortantibus robur ſtomachi,de quibus actū in principio capituli. Sed ſi contingit ꝙ poſtea nō poteſt reſolui quod ſm plurimū euenit,tunc ſtudium ſit in maturando ſm canones dictos in de cura pleuriſis,& tu ibi,& infra dicet in ſequenti cap.

Sed ſcito vt tactum eſt ꝙ ſemper debes ſtudere vt poſſibile erit ad apoſtematis reſolutionē. Emplaſtrū ad digeſtionē & reſolutionē huius apoſtematis.℞.farinæ fœnugræc.ſeminis lini,anethi,florum camomillæ.ana.℥.ſ. olei camomillini,de ſemine lini.ana.℥.ſ. pinguedinis anſeris, anatis,& gallinæ.ana.℥.ſ.maluauiſci cocti & piſtati lib.j. incorporentur adinuicē,& in fine addantur.℥.ij.mellis. & ſuperponatur apoſtemati cum ægritudo prolongatur, & eſt Placentini. ſed nimiū calidū noſtro ꝓpoſito exiſtimo, cōſidera. Emplaſtrum de meliloto deſcriptione Meſuę, valet in augmento.& ſtatu,& declinatione,tamē tu potes

ipſum

ipſum aliter & aliter alterare vt videbitur ex calidis frigidis plus aut minus. Si vero prolongabiť ęgritudo tunc ad hos canones recurre. Digeſtio. Euacuatio. Reſolutio. Et vltimo maturatio. Cũ qbus debeat materia digeri & euacuari habuiſti ſupra. de mala cõplexione calida cum materia. Et habes digerentia & euacuantia ſupra.iiij.trac.& cũ quibus reſolutio materiæ remanẽtis etiam de mala cõplexione cũ materia maturatiua, quod hic habes habuiſti & ante ex emplaſtris poſitis. vnde vtere calidis & humidis vnctuoſis de qbus hic ante nõ replico,& recurre ſupra.de maturatiuis.iiij.trac. Et illud Placentini eſt efficax. Et emplaſtrum de meliloto. Aliud Aui. Et ex medicinis bonis in maturãdo qñ tale ſcilicet apoſtema ad ſaniẽ deuenit eſt ℞.ro.extremitatũ abſinthij:extremitatũ ſemperuiuę & corticum citri exteriorum, maſticis & thuris.ana.par.i.ſ.citoniorũ dactylorũ immaturorũ,croci aloes,myrrhe.ana.par.i.olei camomillini de ſpica.ana.par.i. Et hic nota ꝙ vbi eſſet dolor magnus debet hic calida reſolutiua euitare & tranſire ad calida anodina,cuiuſmodi eſt adeps gallinę.anatis. Tu itaqꝫ compone ex datis hęc vt ſupra.aut cerota ria,aut vnguẽta,aut embrochas,& huiuſmodi vt libebit.

C V R A in apoſtematibus frigidis phlegmaticis cau ſatis vt ſupra.ex malitia digeſtionis,paucitatis exercitij,& reliquis generãtibus materias groſſas & coartãtibus ipſas in viſceribus hos canoñ.ſerua.

Ordinatio diætæ. Debet enim hæc eſſe ſubtilis:& ciborum facilis digeſtionis declinãtiũ ad calidũ & ſiccũ & nõ exceſſiue ne ſuo calore attrahãt,ſed debent eſſe tẽperatę caliditatis vel circa,& ſunt quę in primo gradu,& in prima manſione ſecũdi,vt eſt abſinthiũ,aqua cicerũ,cinnamomum,mẽtha,carnes tẽperatę & modicũ declinãtes,& alia hmõi:de qbus.iij.trac.in potu conuenit aqua mellis, aqua decoctiõis ficuũ. Et ſi eſſet multũ debilis & vino cõſuetis debet albũ vel garũ lymphatũ vt diſpoſitio exigit.

Digeſtio materiæ. Cum quibus digeri debet habes ſupra.iiij.trac. & plures de mala complexione frigida cum materia. Sint nãqꝫ ſtomachalia vt virtus ſtomachi ex eis confortetur in expellendo.

E V A C V A T I O fiat primo ſi adeſt plectoria cũ phlebotomia baſilicæ,ꝙ ſi nõ fiat cũ euacuatiuis apoſtematis ita tñ ꝙ nõ ſint fortia aliunde ad ipſum ſtomachum materiã nouam attrahẽtia & cõducẽtia.vt dictũ eſt de calidis. Et hiera Gal.in hoc ꝓrogatiuã habet. Itẽ medicinæ lenificatiuæ cõfortatæ cũ alijs fortioribus. Vt verbi gratia.℞.caſię.℥.i.electuarij indi.ʒ.i.ſ.vel ſi times da caſię.℥.i.electuarij indi.ʒ.i.& hmõi. Item pilulæ alephanginę,& ſunt hoc caſu ſingulares & ꝓprie qdam laudãt:vt Placentinus medicamen de turbith, quod mihi non placet ꝓpter cauſam aſſignatã.itẽ quia multã facit cõmotionẽ. Laudãtur clyſteria hoc caſu aliqualiter fortiora facta cum pulpa colloquintidæ,& certe eſt medicamẽ ꝓprium & maxime cõueniẽs in caſu iſto. Vomitus oĩno caueať ꝓpter ineptitudinem materiæ talis vt per ſuperiora euacuetur, vnde Auic. Et oportet vt alienent vomitum omnino: nam ipſe eſt in huiuſmodi malus.

Quartus eſt adminiſtratio reſolutiuorũ intus & extra. Vbi aduertas dictũ Auic.inquit de canone,in hoc etiã eſt vt non euacues reſolutiua à ſtypticis & debent reſolutiua eſſe fortiora qꝫ in calido. Exempla multa habuiſti de mala cõplexione frigida ſupra.ſed hic pauca memoro. Ad intra.℞. cinnamomũ:calamũ aromaticũ,ſpicã,menthã,abſinthium, fœniculũ,camomillã,melilotũ,cappares, apiũ: & huiuſmodi. Ad extra.℞.olea calida ſtomachalia ſuperius ſępe memorata,cortex cupreſſi,ariſtolochia et hmõi. Et ex cõpoſitis.℞.polij amonij.camomillæ,meliloti,anethi.ana.ʒ.i.abſinthij: ſpicę.ana.ʒ.ſ.radicis altheæ.℥.ſ.armoniaci, oppopanaci,ſtoracis.ana.ʒ.i.adipis anſeris,gallinę.ana.ʒ.i.cerę rubeę.℥.i. Emplaſtrũ de meliloto Meſ. Item ex his accipe aliqua ſi oĩa non habes fac emplaſtrum cum farina frumenti. Syrupos & electuaria,cõfectiones,& hmõi habes ſupra.de mala cõplexiõe frigida,& in principio capituli. Aliud.℞.farinæ lupinorũ,ſeminis lini,fœnugręci.ana.℥.ſ.aloes.ʒ.i.pulueris abſinthij.ʒ.i.ſ.ſpice.ʒ.i.ſ.pinguedinis gallinæ anatis.ana.℥.ij.de ſpica quantum ſufficit ad perfectam incorporationem,& cõtinuetur hoc vſqꝫ ad perfectam reſolutionem.

C V R A vbi fuerit melancholicũ canones ꝓportionales obſerua.tu tñ applica res non ita exiccatiuas & ſtypticas vt in phlegmatico. Inungať ſtomachus bis in die cũ oleo de ſpica maſtice, & butyro mixtis aliqualiter,in qua mixtura ſit aliquid aloes & aceti. Item valent ex dictis multa & maxime quæ ad humiditatem declinant. Item ℞.adipes anatis, anſeris,gallinæ.ana.℥.i.ſtoracis liquidæ, bdellij,myrrhæ,ſpicę,maſticis,cyperi,ſquinanti.ana.℥.ſ.amygdalarũ ama. excorticatarum.℥.i.ſe.caulium.℥.i.diſſoluantur gummi in vino & alia terantur & miſceantur ſimul & fiat emplaſtrum.

C V R A ſi deuenire contingat ad ſclirosim ſiue ad duritiem quod ſm plurimum euenit & tactu comprehenditur.tunc pręter canones dictos adde hos duos.

Primus eſt mollificatio.

Secundus eſt reſolutio vel mollificatio & reſolutio ſimul & melius vt ſupra,vnde mollificãtia ſunt adeps,butyrum,mucillagines &c̃.de quibus.iiij.trac. Reſoluentia dicta ſunt etiã in principio capituli & ſæpe reiterata. Sed operantia vtrũqꝫ ex conſuetis ſunt emplaſtrũ de meliloto, diaquilon,cerotũ.hyſſopi.Meſ. Et ſis memor ꝙ reſolutiua à ſtypticis nõ ſeparenť. Cõmẽdať maxime medulla cruris vaccę & cruris cerui,& gibbi camelli. Emplaſtrum mirabile & valet etiã in dubellati.℞.meliloti.camomillę, fœnugræci,baccarum lauri,altheæ,abſinthij.ana.par.i.armoniaci thuris.ana.duas tertias partis, reſoluantur gũmi in vino decoctionis.xx.ficuũ & cũ melle.deinde oĩa iũgens fac emplaſtrũ:eſt Aui. Et hic nota vbi apoſtema ſit multum durum,ſtudiũ totum debet eſſe in mollificãdo,quare eis vtere etiam ad intra. Vnde & caſia & oleũ amygdalarum dulcium eſt maxime conueniens. Poſtremo nota ꝙ cõmuniter & quaſi ſemper talia apoſtemata dura ſunt ſuccedentia calidis apoſtematibus & nõ frigidis phlegmaticis:nã ex reſolutione partium ſubtilium calidorum &c̃.remanentibus terreis fiunt, in phlegmatico ſecus eſt, nã eſt humidum viſcoſum,vnde hepar peruenit ad tantã reſolutionem ex qua durities relinquať, immo ſi remanet in putredinem citius cõuertiť:aut totũ reſolutť:aut ad extra ducitur:vnde Aui. Et qñ accidit illud quod raro cõtingit.ſ. permutatio apoſtematis phlegmatici ad apoſtema durũ, tunc conuenientior cura eius eſt emplaſtrum huius deſcriptionis.℞.armoniacum,bdelliũ ſe.caulis,amygdalas amaras,ſtoracem liquidam,maſticem,ſpicam,ſquinãtum, cyperum, gummę diſſoluantur & aliã terantur,& fac ex eis emplaſtrum. Potus lactis calidi multum laudatum ſed tu cætera conſiderare debes.

De dubellati. *Rubrica.* XXVII.

DVbellati eſt apoſtema cum iã collectionẽ fecit.ſ. ſaniem faciẽs de quo magis ſperať ꝙ fiat vlcus qꝫ ꝙ reſoluať,ita deſcribit Simon ianuẽſis. Vnde dubellati exponitur.i.exitura,quia iam apȇs ad exiturã venit.

S I G N A demonſtratiua,qñ digeritur cõprehendiť duritiem primã eſſe mollificatã,& quod digeritur cõprimitur vbi prius cõprimi non poterat, & ꝙ corpus eſt extenuatum, oculi ſunt ꝓfundati,& ꝙ dolor remiſſus eſt & febris ipſa,& ꝙ vrina remittitur ſignũ,ꝙ ſanies facta eſt, nã in generatione ſaniei dolores & fe.& alia accidentia fortia ſunt qꝫ ipſa facta.ſecundo apho. & non mĩ oĩa ſpecialiter q̃ conſequuntť ad ipſam ſaniem, ſed bene ea quæ aderãt in generatione ipſius,vnde fluxus & vomitus multiplicantur plus. Quòd ſi per vomitum & ſeceſſum ſanies viſa fuerit

fuerit & expulſi; tam certum ſignum quod mutatum eſt in ſaniem, in diſruptione autem eius accidit tremor cum exitu ſanguinis, & ſaniei ſimul, & ad tactum apparet decreſcentia tumoris primi.

PROGNOSTICA De eis non aliter q̃ de eo dictũ eſt, quod cũ eſt in ore ſtomachi piculoſum & malũ.

CVRA Et circa curã huius primo memoriæ manda quod dictũ eſt in de cura apoſtematis calidi. ſ. q̄ eius euentus ad maturationẽ, q̃a ad ſanationẽ, phibeaẽ vt poſſibile eſt, nã emiſſio ſaniei à ſtomacho eſt magis ppinqua ad deſperationem q̃ ad ſpem. Aui. Et ideo dicebat in principio capituli huius. Oportet vt incipiat à phlebotomia & regimine ſtomachi apoſtemati apoſtemate calido. Secundo q̄ prius debes tangere locũ. Quòd ſi cõprimendo reperiẽ duritiẽ nõ cedens, tunc intendendũ eſt cum rebus leuibus mitigãtibus dolorẽ, & pparantibus ad maturationẽ, cuiuſmodi ſunt lac capræ, aut aſinæ recẽter mulctũ aut vna poſt aliã cum aqua calida, nã poſtq̃ collectũ eſt inẽtio tota debet eſſe ad maturatiõnẽ cõplendã & eruptionẽ, & ideo cũ re leui incipiẽdum. Quòd ſi cedere incipit & ſequiẽ commotio, & tremor hepatis, tũc venit apoſtema ad exiturã; nã tremor hepatis eſt de ſignis hoc ſignificãtibus, vt ſecũda primi, de ſignis apoſtematũ, & tunc ppinea q̃ mitigent dolorẽ, & iuuẽt eruptionẽ, vt aqua fœnugræci, & alia multa dicta ſupra de pleuriſia. quæ. ſ. iuuant ad maturationẽ & eruptionem, & tu ibi. Valet decoctio ficuũ, & fœnugræci. Item. ℞. fœnugræci. ℥. ij. camomillæ. M. i. ficuum numero. x. abſinthij. M. ſ. decoquanẽ i aqua, & ex his fac emplaſtrum cũ farina ipſius fœnugræci. Itẽ ex eiſdẽ cum oleo de ſpica. & cera modica fac vnguẽtum. Tertio cum cõprehendes eius ſaniationẽ & peruentũ eius ad exiturã ex eius mollificatione de tumefactione & apparẽtia ſaniei, aut ſanguinis corrupti per ſuperius aut iferius emiſſi, tũc fac ęgrũ iacere ſuper ventrẽ eius, vt ex tali decubitu fiat cõpreſſio qua iuueẽ ſtomachus in emittẽdo ſaniem. Et hic nota Aui. Cũq; extimaueris ſaniẽ in ſtomacho extrahe ipſam cũ ſolutione vẽtris, & nõ moueas ipſam ad vomitũ. Et ex appropriatis eſt aloe lotũ cum aqua endiuiæ. Quarto facta ſolutione & reiterata ſi videbiẽ, pcede cum incarnatiuis dictis ſupra de pleuriſi, & etiã incarnatiua habes. iiij. trac. Et ex cibis laudanẽ ſorbitiões ex amilo, hordeo excorticato, vitella ouorũ. Item lac caprinũ. Quinto ſi hęc nõ pderũt oportet vti remediis, & canonibus dictis de cura apoſtematum durorum ſtomachi. Ex quibus omnibus patet quid agendum in omnibus talibus apoſtematibus iam intrinſecis q̃ extrinſecis, tam in parte ſuperiori q̃ inferiori, ſed certe apoſtema oris ſtomachi eſt alijs paribus cæteris periculoſius, & tu conſidera.

*De ulceribus ſtomachi, & bothor.* Rub. XXVIII.

ADuerte q̄ ſtomacho accidũt vulnera q̃ ſunt plagę recẽter factæ & ſine ſanie, accidunt & vlcera quæ ſunt cum ſanie, accidũt & bothor quę ſunt vt puſtulæ paruæ, & horum triũ cauſæ cõmunicãt. Nã humor acutus obuians tunicæ ſtomachi ſiue catarrhus acutus, & ibi magnã morã contrahens facit vulnus, quod q̃nq; contingit tunicæ ſuperficiali magis & minus ſm pſeuerantiã in loco maiorẽ aut minorẽ. Et ſimiliter ſm penetrationẽ maiorẽ aut minorẽ idẽ operaẽ cibus acutus ſumptus mordicatiuus, vt cepe, ſquilliticũ. Item medicina acuta vt euphorbium. Q̃nq; hoc idẽ operaẽ humor ſua qualitate replendo & extendẽdo. Scindẽs ſimiliter & ventoſitas incluſa exitum petẽs. Item ſpina aut os acutũ, vitrum & hmõi.

Vlceria vero cauſa eſſe põt catarrhus acutus corroſiuus in eum deſcendẽs, vt dictum eſt, aut apertio apoſtematis, aut bothor, aut humor imbibitus, & corruptus, & putrefactus in eo q eſt etiam bothor cauſa. De vulnere vero ſine vlcere facto à re extrinſeca ſine cauſa primitiua, vt cũ gladio, lapide, caſu & huiuſmodi chirurgicis relinquo.

SIGNA demonſtratiua. Dolor in loco i quo volmus exiſtit & fortificaẽ ſiue augumentaẽ cum ſumũtur res acetoſæ, & acutæ, & in egeſtione, & vomitu apparet ſanguis, vel ſanies cum dolore inter vtraſq; ſpatulas aut ſub collo, aut ſupra vmbilicũ, & eructuatio eſt fœtida, & rugitus ſimiliter. Et poſt digeſtionem alleuiatur à grauitate & dolore ſm plurimum minoratur anhelitus maxime quando eſt apoſtema in ore ſtomachi quod dicitur inferius reſpectu eius quod eſt in meri.

Signa diſtinguẽtia quod eſt in ore ab eo qd' eſt in meri. Sentiẽ dolor in eo vſq; ad poſterius inter duas ſpatulas & in collo vſq; ad initia pectoris, declarat illud dolor in deglutione cibi, & q̃nq; pertranſit meri parumper.

Signa facti in ore ſtomachi ſignificat dolor in parte inferiori pectoris, & deglutitũ declarat illud & pertrãſit ad myrach. & dolor eſt vehemẽtior & minoraẽ ex eo anhelitus & ifrigidaẽ corpus, & vt plurimũ pducit ad ſincopim. Quòd ſi fuerit in fundo eius ſignificat illud exitus corticum vlceris in egeſtione abſq; excoriatione inteſtinorũ & dolor in fundo, & differt cortex à cortice, qm̃ cortex vlceris ſtomachi eſt tanta ſubtilis aſſimilatus corticibus inteſtinorum gracilium. Sed dices quomodo ergo cognoſcã differentiam inter ipſum & vlcus inteſtinorum gracilium. Dico q̄ in hoc debes eſſe attentus, & per alia ſigna ſua propria diſtinguere, de quibus infra ſuis locis.

Signa vlceris extrinſeci nota ſunt.

PROGNOSTICA. Vlcera & bothor ſtomachi mala ſunt apta perducere corpus ad mala accidẽtia. vt ſupra. Et ideo eſto ſollicitus in eis.

CVRA Canones. Ordinatio diætæ. Secundus rectificatio totius aut particulæ mitiẽtis ſi qua eſt. Tertius eſt diuerſio. Quartus eſt conſolidatio, & maxime ſi ſuperficialis erit apoſtema aut profunda & ſine ſanie. Quintus eſt abſterſio ſiue mundificatio ſi erit cum ſanie. Sextus poſt quintum incarnatio.

Prima res cõpleẽ cũ cibis cõtrarijs cauſę, & facilis digeſtionis, cõueniũt oua, q̃a vitella ouorũ, lentes excorticatæ, riſi, far, faba fracta, carnes leporinę, capriolinæ, perdicum, paruarum auium, maxime cum rob citoniorũ, myrto, vino granatorum & hmõi. Vinum aliqualiter ſtypticum quod lymphẽ cum aqua calibeata ſi febris aderit.

Secundus cum digeſtiuis appropriatis humori peccãti ipſum alterãtibus & euacuatiuis appropriatis quæ nõ ſint fortia vt dictum eſt, & valet hierapigra maxime. Itẽ fiat euacuatio cum phlebotomia ſi peccatum in ſanguine cõprehenſum fuerit. Conſimiliter rectifica membrum mandans, quod ſi fuerit caput vel aliud require ſuis locis.

Diuerſiones fiant vt de cura catarrhi dictum eſt.

Conſolidatio vero fiat cum rebus ſtypticis conſolidãtibus reunitãtibus, & cõglutinãtibus, & cibis, & potibus, vt ſunt citri ſuccus eius ſyru. eius: ſyru. myrtinus, ſuccus granatorum, pira ſicca propriæ ſylueſtris, hypoquiſtidos, dragacantum, gummi arabi. riſum, lutum armenum. Et pro his recurre ad fluxum ventris & de ſiſtentibus catarrhum, & de fluxu ſanguinis narium, & in ibi.

Abſterſio in ęſtate fiat cum aqua hordei q̃' datur bis in die, in aurora. ſ. & ſero ante cœnã, aut cum aqua decoctionis ficuum & gummi arabici. Item aqua caſei infrigidati ita facta. In hyeme vero cum aqua mellis facta ſm artem addito modico hordei, & hoc etiã hora dictis in quãtitate ſex. ℥. vel circa, vt ætas, & cætera poſtulãt. Ad idẽ mel ro. colatum cum aqua calida, uẽ aqua paſſularum, itẽ caſia fiſtula, vbi ſakẽ eſt neceſſaria vẽtris ſolutio, itẽ aloes ſolua & eſt incarnatiuus, & ſimiliter hiera ſimplex, itẽ & poſtea cõpetunt ſtyptica confortãtia, vt ſyru. de abſinthio & de eupatorio. Vltimo debeat rob ex fructibus ſtypticis, cum q̃bus admiſce incarnatiua qualia ſunt ireos, thus, maſtix, & ſimilia. Et ſi vlcus fuerit in ore ſtomachi fac medicamina teneri in ore & paulatine deſcendant. Et tu hic conſide-

pro vlceribus in alio loco exiſtentibus.

Poſt vero mundificatiuum per duas horas aſſumant in carnatiuum, vt in de fluxu vẽtris ℞. thuris ſangui. dra. ana. ℥. i. ro. balauſtiarũ, charabę. ana. ʒ. ſ. boli. ar. ℈. ij. Fiat puluis de quo ſumant ante cœnã per duas horas poſt mundificatiuum. ʒ. ij. cum. ℥. iiij. ſucci citoniorum vel ſyru. eius.

Ponat emplaſtrum hoc ſuper locũ in quo æſtimat vlcus ℞. boli armeni. mũmiæ, aloes, myrrhæ, maſticis. ana. terãtur & incorporent cum. ℥. ſex picis naualis, aut reſinę, ſępe ſumat de dragacanto in quo ſit puluis ſumach, myrtillorum, boli ar. maſticis, & ſanguinis dra. Et hic nota tria.

Primum. Auic. inquit. Et oportet vt medicetur medicamine mundificante carnem mortuã & incarnãte, æque cõueniens eſt hierapigra ad illud. Secũdum q aliqñ in hoc caſu conceditur philonium vt Aui. & hoc qñ dolor eſt intolerabilis, & inflammatio magna, & aliter non. Tertium quòd etiam pro his recurre ad ea quæ dicta ſunt de vlceribus meri.

DE BOTHOR dicat, pnũc q canones obſeruãdi ſunt Ordĩatio digię Abſterſio ſiue mũdificatio: Cõſolidatio et maxime cũ autumat q ſint ad maturationẽ deducta.

Q. ſi nõ in primis pcedat cum maturãtibus vt ſupra de apoſtematibus dictum eſt. Laudantur ex cibis grana granatorum cum paſſulis & lacte cocto cum ferro ignito.

## De ruptura ſtomachi. Rubrica. XXIX.

De ruptura ſtomachi tñ dicatur cũ Aui. q ſi diſrũpitur nõ euadũt niſi in pauca ruptura parua, quod debet ĩtelligi vbi. ſ. nõ ſit penetrãs. Sed p his vide q̃ dicuntur ſup illo apho. ſextę particulæ. Veſicã inciſam aut ventrẽ. i. ſtomachum de quo in fine capituli.

## De inflatione, rugitu, gurgulatione, & tortione. Rubrica. XXX.

Apud medicinæ auctores reperiunt hi termini, inflatio, rugitus, gurgulatio, & tortio qui importãt accidentia ex cõſimilibus cauſis, puenientia, differũt tñ formaliter vt ex dicẽdis ſtatim apparebit, licet multi dicant q ſunt ſynonymi. Inflatio in viatico deſcribit. eſt aer nõ coctus frigidus groſſus naſcens pprie in ſtomacho ex inordinata diæta. Deſcribo aliter & ſic. Inflatio eſt tumor ſtomachi à ventoſitate in concauo eius cõſtricta vel geta remanẽte cauſatus, cuius cauſa ſm plurimũ eſt debilitas digeſtiuę virtutis. Dicitur quieta, qa cum mouet rugitum aut gurgulationẽ facit. Nã cum ventoſitas mouet deſcendẽdo per loca anguſta, aut aſcendẽdo dum eſt ad intra ea vaſa, quia cũ per ſuperius expellit dicit eructuatio vt ſupra, ſi per inferius & cum ſonitu dicit peditus, ſi ſine ſonitu dicit trula. Gurgulatio vero fit ab ipſa ventoſitate cũ qua cõmiſcetur plus de ipſa humiditate q̃ cum ea vi facere rugitum qñ deſcendit, aut aſcendit per loca aut inteſtina ampla cum graui ſono. Tortio vero fit cum ventoſitas per loca mouet abſq ſono pungens doloroſe, ad quam puncturã ſequitur anguſtia, et inquietudo cum mutatione decubitus, cuius cauſa eſt etiã frequenter de cholera, & huiuſmodi humores incluſi in inteſtinis. Ex qbus patet q in cura rugitus, & gurgulationis, & tortionis vltra reſolutoria indigemus euacuãtibus, quod nõ eſt neceſſariũ in cura inflationis. Dicitur cuius cauſa ſm plurimum: qm̃ ex alijs cauſis etiã contingere poteſt vt patebit ſtatim. Hic tamẽ prius notãdum q vẽtoſitas cauſat à caliditate claudicãte, quæ. ſ. eſt media inter caliditatẽ fortem & debilẽ multum ſiue frigiditatẽ. nam fortis caliditas eſt potẽs diſſoluere & diſſolutum cõſumere, debilis autem frigiditas nõ eſt ſufficiens diſſoluere, ſed aliquid de ſubſtãtia rei in vaporẽ aut ventum cõuertere Et ideo bene dicebat Auic. xx. tertij. de cauſis diminutionis coitus. Et caliditas. ſ. exceſſiua & frigiditas ſunt contraria ventoſitati. Media autẽ non ſufficit conſumere diſſolutum, ſed bene ipſum in vaporẽ aut ventum cõuertere. Vnde videmus in tẽporibus medijs plures nubes, & ventos generari q̃ in tẽporibus extremis magni æſtus, & frigoris, & eſt exemplum Gal. vj. de accidenti, & morbo, & ita pariformiter ĩ corporibus accidit humanis.

CAVSÆ. Eſt itaq cauſa inflationis ſtomachi quæ ei accidit aut à mala cõplexione ſtomachi in eo exiſtente per eſſentiam acqſita & inordinato regimine ſex rerũ non naturalium vt ex parte vſus rerum frigidarum crapulis & indigeſtionibus multiplicatis aeris frigiditate, coitu ſuperfluo, & ſic de alijs, aut cholera exceſſiua etiã ipſam debilitans, cum oĩs immoderata qualitas deijciat actum pprie virtutis, ſecũda apho. cõmẽto. xx. acquiſita vt dictum eſt. Et hæc exceſſiua caliditas eſt cauſa inflationis ſtomachi, cõmunicatur qñq ab apoſtematibus mẽbrorum vicinorum vt ſplenis, & hepatis debilitãdo digeſtiuã. Cõſimiliter cõmunicata ſtomacho à multa materia melancholica exiſtẽte in ſplene, aut myrach, eſt cauſa inflatiõis quę aliqñ inflatio appellat myrachia.

*inflatio myrachia q.*

Item vacuitas vẽtris, nam cũ caliditas nõ inuenit cibum cõuertitur ad humiditates quę ſunt in venis, vñ attrahunt ab ea, & in hac attractiõe mouetur aer in poroſitatibus mẽbrorum exiſtẽs, in quo dum agit ipſe calor ſubtiliãdo, & reſoluendo, & in vaporem & vẽtum cõuertendo. Et breuiter oĩs cauſa debilitãs virtutẽ digeſtiuã eſt in cauſa hmõi, & de cauſis debilitãtibus digeſtiuam actum eſt ſupra, & tu ibi. Accidit autem & qñq inflationẽ cauſari ex parte cibi aut potus aut humoris ipſius dato q virtus fuerit fortis. Vnde legumina vt faba, faſeoli, lentes, herbæ, fructus, cibi crudi, vina groſſa, mel crudum, & hmõi, humor viſcoſus, phlegmaticus, crudus, ſiccus, melancholicus, &c. ſunt inflationis cauſa. Nã dato q calor ſit æqualis & fortis, illam tñ humiditatẽ extraneam quæ in eis exiſtit nõ poteſt coquere, & bene cõſumere, ſed ipſam in vaporẽ & vẽtum conuertit. Et eſt ſimile ſicut qñ groſſa ligna, & viridia igni tẽperato ſuperponunt, nã multum fumum faciunt anteq̃ cõburantur ſi nõ ſtatim cõburuntur. Item cibus exceſſiue calidus, inueniens humiditatem plurimã ipſam in vaporẽ, & vẽtum conuertit. Et ex iſtis collige q aliqñ in colica adminiſtratio vehementer calidarum eſt in canonica, maxime qñ eſt multa materia, qm̃ tunc plus de ventoſitate generat, pptet quod in principio vehemẽter calida ſunt ſuſpecta habenda. Collige ſecundo q qñ inflatio multiplicatur in corporibus conualeſcentium indicat cõuerſionem. Aui. Collige tertio q cauſa immediata ſiue cõiuncta inflatiõis eſt vẽtoſitas, primitiua cibi, antecedens vero humores ex ipſis generati. De cauſis rugitus dicatur cum Aui. inquit. Omnes cauſæ inflationis ſunt ipſæ eædem cauſa rugitus. Sed hic nota q in rugitu eſt admixta humiditas vt dictum ẽ, & ideo ſonus nõ eſt clarus in rugitu, vnde quando ſonitus factus eſt clarus tunc alterum duorum conclude aut inteſtinorum mundificationem aut fecis exiccationem. De cauſis autem aliorum quid dicendum patet.

SIGNA demonſtratiua Si inflatio, ventoſitas ſiue rugitus, aut tortio ex cauſis peruenerit primitiua ſcit narratione infirmi, nam medicus debet interrogare de eis maxime de aere, cibis ventoſis, potu frigido, & huiuſmodi, à quibus cauſantur de quibus actum eſt. Quòd ſi fuerit à calida cauſa eſt cum caliditate, ſiti, eructuatiõe, fumoſa mordicatiõe, amaritudine & huiuſmodi, & ſedat ipſam potus aquæ. In tortione vero dolor eſt acutiſsimus, & cum ſiti vehementi, & cum punctione & mordicatione. Quòd ſi fuerit ex cauſa frigida & maxime phlegmatica dolor eſt remiſſus, & ẽ cum grauedine cum humiditate, & iuuatur. calidis. Si ex melãcholia cũ ſiccitate & eructuatio acetoſa ſm plurimũ, licet in phlegmate acetoſo etiam appareat.

PROGNOSTICA. ventoſitas magna frequẽtata mala per viam ſigni, quia ſignificat corruptionem digeſtionis, Item ratione cauſæ, quia eſt cauſa corruptionis

digeſtiuæ.tenet enim cibum ſubleuatum. Quòd ſi venit
ad cerebrum dolorē in eo cauſat aut tinnitum,aut vertigi-
nem,& diuerſa alia ſm q ad diuerſa loca peruenit. Si tor
tioni ſuperuenit fluxus ventris bonū. q ſi cū conſtipatiōe
venerit aogmentabiſ,& ideo euacua. Aliqñ tortio ven-
tris perducit ad ſincopim, maxime eos qui ſtomachū de-
bilē & mēbra habēt ſenſibilia multū,& cum perdurat du-
biū eſt de eorū vita. Inflatio aut rugitus & huiuſmodi ex
cibo veniēs nō diu durat ſed cito tranſit & ſine periculo.

CVRA Canones in facta ꝓpter cibū dimutat ipſum
& tēdat ad alium & melius regimen. & dormiat ſupra vē
trem ſuum & ſupra ſtomachū teneat puluinar,aut ſacculū
plenū cotone q ſi ex ipſo debilitata fuerit digeſtiua ipſam
cōforta & eius debilitationē remoue cum his quæ dige-
ſtiuam cōfortant.de qbus actū eſt in ſua rubrica.& tu ibi.

In facta vero propter frigiditatem immaterialē ſufficiāt
tibi ſola alterantia calefactiua,ſubtiliatiua, & ventoſitatē
diſrumpentia,qualia ſunt ameos, ciminum,ſiſelos,oleum
laurinum,& huiuſmodi.de quibus in de mala cōplexione
frigida dictum eſt. Quòd ſi fuerit materialis abſtine ante
cōpletam euacuationem ab his calidis & maxime quādo
materia eſt multa, quoniam tūc hæc calida materiam ex-
tenderent,& nō reſoluerent.& ſic cauſarent inflationē ma
iorem. Tu itaq; ſtude ad eius euacuationē primo. & ipſa
reiterata ſm materiæ quātitatis exigentiam. nam ſi pauca
erit,cuius reſolutionem per ipſa ſic adminiſtrata fieri poſ-
ſe exiſtimas,potes cum ſolis alteratiuis ꝓcedere.& in hoc
tuum egregium iudicium pone. Laudatur hoc caſu dia-
galanga in confectione,& in forma pilulari data,& in de-
coc.vnde Aui. Et decoc.galangæ eſt iuuatiua valde.& ex
eis quæ ſunt maximi iuuamenti in inflatione accidente eſt
caſtoreum.Aui. Ad idem pilulæ optimæ.℞.galange.ʒ.i.
caſtorei.ʒ. ſ. granorum lauri.℈.i. informentur cum mo-
dico aceti. Et dicitur quòd calcaneus porci aduſtus eſt
bonus. Auicen.

De rugitu autem,& gurgulatione dicendum q cura eo
rum eſt proxima ſatis curæ inflāmationis.differt tamen ꝓ
quanto hæc aliquali indigent euacuatione propter humi-
ditatem cōmixtam ventoſitati vt ſupra.ſed ventoſitas ru
gitus ꝓpter eius mobilitatem videtur facilius expulſibiſ.
In tortione vero cauſata à ſola ventoſitate prouenіente ab
humore frigido,aut frigiditate ſola procedatur,vt dictum
eſt de inflatione. Quòd ſi fuerit vitio humoris cholerici
incluſi ordinetur diæta vt decet,euacuetur minorādo.de-
inde euacuetur.adminiſtrentur deinde intus & extra frigi-
da ſtomachum confortantia,& choleram reprimentia. de
quibus omnibus ſupra de dolore ſtomachi vitio choleræ.
& de mala complexione ſtomachi calida materiali. & tu
ibi. In cura autem harum paſſionū non multum me ex-
tendi, quoniam harum cura pendet ex curis poſitis in ru-
bricis allegatis. Volo tamen hæc pauca addere & experta,
vt tuæ auidæ ſatisfaciam voluntati.℞.polij, camomillæ,
florum ſambuci,ſe.rutæ baccarum lauri. ana.bulliant in
aceto,deinde cum ſpongia in eo infuſa fiat fomentatio, &
hæc proprie valent in inflatione myrach pendente maxi-
me à melancholia. Vnguentum ventoſitatē diſſoluens.
℞.nigellæ granorum lauri.rutæ ſiccæ.ana.par.i.infundan-
tur in aqua & coquantur in ea. & oleo veteri.ana. partes
æquales.deinde.℞.oleum nardinum.par.ſ.caſtorei quar-
tam partis.i.& cum modico ceræ & aceti fac vnguentum.

Item ad idem fac clyſteria ventoſitatum reſolutiua.de
quibus infra rub.de colica. Item.℞.cinnamomi electi.ʒ.
i.nucis muſca.macis. garyophylo. çinçib. çædoariæ.do-
ronigi,galangæ,cardamomi.ana.gra.xij.croci.℈.i.çuccha
ri quantum ſufficit, fiat confectio,aut ſolida,aut in mo-
dum electuarij cum melle diſpumato etiam in ſuis ſalſa-
mētis & cibis eo puluere abſq; çucch.aut melle vti poteſt
contra ventoſitatē,digeſtionem confortat,& videlicet in
rugitu tertianæ.Item ad tympanitem confert efficaciter.

*De motu,ſubuerſione,abbominatione, faſtidio,nauſea,
& conturbatione.* Rubrica. XXXI

OMitto hoc loco tractare de ſtomachi leuitate,ſiue
lubricitate, & proſequor ad tractandum de vomi
tu hac in parte ducem pauliſper relinquens. Ve cū
ad rubricam de fluxu oīum modorum peruenīā eam cum
cæteris deſcribā fluxibus. Apud medicinæ auctores repe-
riuntur hi termini. Vomitus.ſubuerſio.abominatio.faſti-
dium nauſea,& cōturbatio.Quorū oīum declarationes ſi-
ue deſcriptiones ponenſ de eis breuiter me expediēs, cum
apud nōnullos ex his quidam pro ſynonymis habeantur.
Nam de nominibus diſputare ad medicum non attinet pri
ma primi.doctrina ſexta.quinto capitulo.

Vomitus eſt ſtomachi motus nō ſubitus,non impetuo
ſus quo mouetſ ad expellendū rē nociuā in fundo eius exi-
ſtentem,& cum hoc eā ad extra ꝓpellit.Diciſ non ſubitus
ad differentiam ſingultus qui eſt motus, ſubitus,vt in ſe-
quenti rubrica.Et diciſ etiam in fundo ad differētiā ipſius
quoniam materia faciens ſingultum eſt in villis oris ſto-
machi inuiſcata, vt infra diceſ,cum hoc expellit aliquid,
& diciſ motus,ſed eſt declinatio ſiue īclinatio ad hos mo-
tus,qui ſunt vomitus & ſubuerſio.Dicunt tamen quidam
q nauſea multi temporis menſura differunt.

Abominatio eſt via in nauſeam quæ homini faciſ, aut
naſum contorquet,& frequēter in horrorē cadit,& ſolo vi
ſu cibū refugit, q ſi qñ cogiſ accipere ipſum euomit, aut
in nauſeam,aut eructuationem decidit & hæc eſt ſpēs mul
tum periculoſa,qm̄ hac auſertur digeſtiua, & appetitiua.

Cōturbatio vero eſt motus ſtomachi quo nō impetuo
ſe,ſed paulatim mouetur virtus ſtomachi ad expellēdum
nociuum,nō in ſubſtātia ſtomachi neq; in fundo eius, ſed
in villis exiſtens cum grauamine ac dolore percepto,quæ
æſtuatio dici poteſt.Et hæc conſueuit venire in colica, &
in eo qui aſſumpſit medicinam vomitiuam.

Faſtidium autē vt Gotdomus inquit eſt quaſi quoddā
genus ad hęc quę noīata ſunt,& hæc ſpēs eius,ſed vt dictū
eſt de nominibus non multum curandū.de quibus omni-
bus cauſæ deo duce explicabuntur. nam in cauſis magnā
videntur habere ſimilitudinem.

CAVSÆ.De cauſis vomitus dicatur pro nunc; vt
de alijs rebus habētibus cauſas.ſ.materialem,formalē,effi-
cientem,& finalem. Materialis eſt cibus vel humor,ſiue
humiditas mala putrefacta,vt in prægnantibus, & eſt ſm
plurimum humor vomitus cauſa materialis cibus primo
qualitate ſua,vt acutus inordinatiuus,vt cepę, alliū porri
& raphanus,& hic à ꝓprietate ſua ſinapis,& oīa huiuſmo
di mordicātia os ſtomachi,& ipſum cōmouētia ad vomi
tum. vt medicinæ ſolutiuæ & hmōi. Item qñq; cibus eſt
infectus mala qualitate,vt venenoſa ꝓprietate cōplexionē
ſtomachi cōtrariet,vt in qbuſdā vinū, aut in alijs caſeus,
vt omni die videmus.vnde tales ex aſſumptione eorū co-
guntur vomere. Similiter hoc idē contingit cum cibus in
ſtomacho corrūpitur,& ad malā qualitatē cōuertiſ ſecun
da ſua quātitate ſuperflua grauāte ſtomachū,& qa fluens,
& grauans in eo non rectificatus pellitur ad os ſtomachi
ipſum impellēs ad vomitum. Eius humor quis phlegma
ticus,cholericus,melācholicus,aut ſanguineus.& horum
aliqui reperiūtur in ſtomacho,vt phlegmaticus intelligē-
do per phlegma omnē humiditatē phlegmati ſimilem,ꝑ
cholericū vero cholerā praſinam,cuius generatio eſt ma
gis in ſtomacho,vt Aui.Melancholicus vero nō ſic repe-
ritur in ſtomacho,ſed ad ipſum à ſplene tranſmittitur, ſed
de hoc magis cum de vomitu per colligantiā dicetur. De
ſanguineo vero dicatur ꝓ nunc q oīs talis aut eſt à ſtoma
cho ipſo vel meri,aut ab alio mēbro mittente, aut à toto.
Si à ſtomacho vel meri,hoc erit ꝓpter ſanguinem ipſum
fuiſſe effuſum ad fundum eius ꝓpter corroſionē,aut ſciſſio
nem ſiue rupturā venarū eius,aut meri,vt in forti vomitu
contingit.

contingit. Item ex aſſumptione fortis ſolutiui, & rerũ corroſiuarum, vt eſt euphorbium, cantarides, calcantum & hmõi. Item ex deſcẽſu catarrhi acuti. Item ex caſu vel percuſſione in eo facta. Item ruptura apoſtematis nõ maturi, aut ex fiſtula in ſtomacho, & breuiter ab oĩ re quæ ſufficit facere ſanguinem de venis egredi, ſicut eſſet ſi cũ debilitate texturæ venarũ eſſet quãtitas multa ſanguinis faciẽs eas faciliter crepare & rũpere. Item acuitas eius, & ſubtilitas ꝓpter quam ſanguis ipſe per poros reſudans ad fundũ deſcenderet. Item ſanguiſuga in meri ſuſpẽſa. Si vero ab hoc ideo cõtingit quia ſanguis ſua multitudine peccãs, aut mala qualitate infectus ꝓpter oppilationẽ contingentẽ in locis per quę cõſueuit expelli inſurgẽte virtute expulſiua forti mẽbri mandãtis cõcurrẽte amplitudine viarũ, quia meſeraicarum, & aliarũ venarum ad ſtomachum ipſum ꝓpellit. Nam vt notum eſt hic vomitus accidit in his qui delicioſam ducunt vitã ex parte vſus multarum carniũ & delicatarum, vini rubei, groſſi, & indifferenter cuiuſcũq; rei habẽtis ſanguinẽ multiplicare. Similiter in his qui acrumĩnibus declarant, & vinis ſubtilibus inflãmatiuis. & hic quidem ſanguis ſic ad ſtomachũ trãſmiſſus quãq; eſt à capite, & hoc per vias occultas, vt Aui. quãq; ab hepate, & eſt ſm plurimum, quãq; à ſplene. nã cum non poſſit ſanguis ꝓpter oppilationẽ cõtingentẽ in vijs per quas tranſire cõſueuit, & mitti fluere, natura fortis hepatis, vel alterius mẽbri regurgitãdo tranſmittit ad ipſum ſtomachum ſe exonerãs. Item idẽ accidit in mulieribus quibus menſtrua retinentur. item in quibus hæmorrhoides clauduntur, in mutilatis, & hmõi. Similiter virtus totius cũ impetu trãſiua ſanguinis per venas cõſuetas, & per meſeraicas, aut capillares cũ multitudine ſanguinis grauetur, tentat ad ipſum pellere. & ſic ipſum quãq; ad ſtomachum trãſmittat tanq; per loca ei ꝓ tunc magis cõuenientia. vnde accidit eius vomitus poſitus per modũ qui dictus eſt. item & quãq; accidit eius vomitus cũ ſanguis eſt in quãtitate ſuperfluens, & natura fortis hepatis exonerationẽ quærẽs. ipſum ad ſtomachum per venas meſeraicas tanq; ꝓ tunc per viã electã cõuenientiorẽ tranſmittit, & cum virtus ſana eſt. Et hic ſcito q vidi nobilem Venetum Petrũ mauroceno qui euomit fruſtũ ſanguinis, qui à medicis iudicatus eſt caro. vnde Aui. Et multoties quidem vomitu expellit homo fruſtũ carnis, & cauſa in illo eſt caro addita verrucoſa, aut fiſtuloſa orta in ſtomacho, & abſcinditur ꝓpter cauſam aliã expellit eã natura ad ſuperiora. De formali vero dicẽdum, quia acutus, aut diuturnus, vt difficilis aut facilis, aſſiduus aut interpolatus & hmõi. De finali dicatur q inuentus eſt à natura. vt per ipſum humores ſubtiles euacuãdi, qui nocẽtes per ſuperius ab ea facilius expellantur. Et breuiter ad expellẽdum nocẽtia inuentus eſt. Efficiens vero principalis eſt virtus, ſed mediata eſſe poteſt, vel dici mala cõplexio calida, vel frigida ipſum diſtẽperans & incitãs ad vomitũ, quia cõtentiuam debilitat. item & vlceratio, & bothor in ſtomacho exiſtẽs. item motus factus fortis poſt aſſumptionẽ cibi, item aeris mala diſpoſitio. hoc tñ quidã reduxerunt in cauſam materialem. Et quẽadmodum de ſanguineo dictũ eſt per colligantiam ſic dicatur de alijs humoribus ſuo modo. Quãq; enim deſcendit à capite ad os ſtomachi materia catarrhalis, phlegmatica, viſcoſa adhærens ori ſtomachi, & ipſum ſtimulãs ad vomitum, aut alia materia malę qualitatis ab eo ad os ſtomachi tranſmiſſa. item læſio facta in ſubſtãtia medullari, aut panniculari cerebri ex caſu vel percuſſione cõmunicato nocumẽto oris ſtomachi mediãtibus neruis de quibus ſupra, quare cogitur ſtomachus ad vomẽdum, & hic vomitus eſt de ſignis læſionis ipſius cerebri. vt dictũ eſt in eius ſubſtantia vel pãniculo. item per idẽ foetor malus viſio rei horrẽdę. Item ab hepate ad ipſum trãſmittitur humor cholericus, phlegmaticus, vel alius vomitum inducens. Et eſt ſm plurimũ hic vomitus per cõmunitatẽ factus ab hepate. Item à ſplene melãcholia. Item ab inteſtinis à myrach malis vaporibus aſcẽdẽtibus ab eis eleuatis. Item & quãq; etiam à vermibus aſcendẽtibus ad ſtomachum per pyloron intrãtibus, aut ſtomachũ pungẽtibus, aut inteſtino nocumento cõmunicato, vt in pueris quotidie accidit. Item à dolore inteſtinorũ renũ & hmõi. vt in colica, calculo, fluxu dyſenterico, aut excoriatione inteſtinorum qualitercũq; facta nocumento ori ſtomachi cõmunicato, & ſtomacho ipſi toti. vnde vt nocumẽtum expellatur ad vomitum ſe cõuertit. Itẽ à matrice ab ea fumis malis eleuatis ad ſtomachũ peruenientibus. vnde quã accidit ad ſtomachum ab eis diſcraſiari, vt mulieres euomunt aquã, ſiue humiditatẽ. quæ eſt velut aqua clara. Itẽ à toto vt in criſi accidit. Et ipſe vomitus quãq; eſt ex parte virtutis ipſius, quãm virtus expulſiua facta eſt fortis, & cõtentiua debilis. aliquã contentiua ex ſe naturaliter eſt ita debilis q ex oĩ modica re accidit vomitus, vt in quibuſdã qui ſi iraſcantur, aut rem turpẽ videant aut de tali loqui audiãt. aut immediate poſt cibum moueantur ſtatim euomũt. item quidam ſunt incurrentes vomitum, aut nauſeã ſtatim poſt aſſumptum cibum, & quãtũ cũq; modicum, vt ſunt corpora debilitata in fluxu ſuperfluo ſanguineo. aut alia ex reſolutione ſpirituũ ſic virtute debilitata contentiua, vnde ex omni modico cibo grauatur. Et ſimiliter expulſiua, quare ſic virtus læſa mouetur ad expellẽdum ipſum, quare medicus debet eſſe attentus circa reſtaurationem vt infra.

DE CAVSIS autem ſubuerſionis & aliorũ dicendum vt ſupra q cõmunicant cũ cauſis vomitus. Sunt enim eædem vel ſimiles, differũt tñ ſm intenſum, & remiſſum, vnde oĩa quæcũq; ſint cauſa corruptionis cibi in ſtomacho. vt ſomnus ſuperfluus, vigilia ſuperflua, motus, quies ſuperflua, coitus ſuperfluus, & hmõi. de quibus ſupra de nauſeatiua ſatietate. & de debilitate digeſtionis, & oĩa virtutem digeſtiuã debilitãtia, & expulſiuã incitantia. de quibus actum eſt, & ſunt alia mẽbra ei cõmunicãtia quõlibet alterãtia diſcraſiã, &c. ſunt horũ accidẽtiũ dictorum factiua. nunquid tñ ſanguis, & cæteri humores hæc poſſint facere accidentia ſpecialiter vomitum dicetur in dubijs.

SIGNA demonſtratiua præſentis vomitus ex ſe ipſo. & ex his quæ in notificatione poſita ſunt ſatis clare comprehendi poſſunt.

Signa q vomitus ſit ex præſentia ſuperfluitatis ipſius ſtomachi cognoſcitur. quia adeſt continuus & continuũ nocumentum cum priuatione nocumenti in alijs membris.

Signa q fuerit ex ſuperfluitatibus aliunde ſibi trãſmiſſis cognoſcitur, quia nõ eſt cõtinuus ſed interpolatus vomitus, & læſio in eo quieſcit donec aggregentur in eo ſuperfluitates, & membra cõmuniter ſuſpecta in mandãdo ſunt cerebrum, hepar, ſplen, matrix, & cõmuniter ſuſpecta, quãm inteſtina ſunt quãq; in cauſa etiã, vt in colico, & iliaco dolore, & interdum dyſenteris periculoſa quãq; renes. nam in dolore renum cauſatur vomitus vt infra de his proprijs dicendis. & ideo tales diſpoſitiones bene prius conſiderentur vtrum ſint in cauſa aut non, nam qui eſt ex ſplene, eſt niger, vt infra hic, & ita de alijs.

Signa facti autẽ à debilitate virtutis cõtẽtiuæ, ſiue accidẽtaliter ſit tale, aut naturaliter quãm ex cã facilis ipſum incurrit.

Signa ſi fuit malitia cõplexiõis oris eius ſignũ, quia mouetur ſtatim ad expellendum quod in eo ſuperfluit ex cibo.

Signum ſi ex cauſa fuerit extrinſeca per ſe manifeſtum eſt. nã tu diligenter interroga de cibis aſſumptis, potibus, & alijs rebus non naturalibus.

Signa ſi fuerit vitio humoris calidi cholerici, tunc aderit ſitis, æſtuatio, oris amaritudo, color euomiti erit citrinus, aut viridis, aut æruginoſus, & ſic de alijs ſignis choleræ.

Sed hic bene aduerte ne decipiaris. q nõ ſemper ex [illegible] ce viridi arguere debemus ſuper choleram. [illegible] euomitum citrinum, ſeu viridem cũ viſco[illegible] bili magis iudicandũ eſt materiam illã eſſe frig[illegible] dato q aliquid amaritudinis ſentiatur. nã vt notat experi[illegible] tia color

viridis

viridis etiam à frigido generatur vt eſt videre in lactucis. & hoc etiam voluit Gal. ſecundo prognoſticorū in cōmēto. Vomitus quidem. Vnde videmus ꝙ pueri parui lactantes cum algorant emittunt egeſtiones virides. poteſt enim talis materia cum tali calore per viam indigeſtionis fieri. Quòd ſi fuerit viriditas, ſeu citrinitas abſq; viſcoſitate, quia cum fluiditate, & ebullitiōe ſignificatur ꝙ à caliditate eſt, & permaxime quando cum his aderit vrina tincta & velocitas in pulſu, & talia ſigna caliditatis ex parte cōplexionis ætatis, & ſaporis ſimpia. & quia vehementiſſime amara, & quod in gutture ſenſit acdorem, excoriationē in exitu eius & huiuſmodi.

Si fuerit à phlegmate erit ſubſtantia viſcoſa, ad albedinem declinans, ſaporis inſipidi, acetoſi, acris, vel alterius ſm varium phlegmatis modum abſq; ſiti, abſq; caliditate percepta. vrina non tincta. pulſus paruus, ætas, complexio, habitudo, & huiuſmodi declarant.

Si ex melācholia ſubſtātia erit groſſa, nigra, vel cineritia, fluida cum reſiſtētia in modū fecis ſaporis pontici, aut acetoſi quādoq; cū perceptione amaritudinis, quādoq; cū perceptione ſalſedinis, habitudo, melancholica complexio, vrina glauca. pulſus durus, & huiuſmodi.

Si fuerit ex ſanguine manifeſtus erit ex colore ſuo, ſapore, quia dulcis. Quòd ſi ſanguis fuerit coagulatus, & dolor, & tenſio fuerit in hepate vel ſplene. ſignū ꝙ ab illis deriuat mēbris. Si ꝓpter rupturā venæ ī ſtomacho ſanguis erit fluidus, currēs, & dolor ſentiet in ſtomacho, & nō erit multæ quātitatis. & ꝓ tunc in hepate, aut ſplene, aut alibi nullū ſentiet nocumentum niſi per cōpaſſionem. Quòd ſi euomitū fuerit durum, filtroſum, vel carneū in modū fruſti carnis, vt in dn̄o Petro mauroceno Veneto apparuit, & eſt etiā cum aliquali ſanguine ſignū ꝙ ab vlcere ſtomachi eſt filtroſo, vel fiſtuloſo. vt Aui. xiij. tertij de eo. Et idē erit iudicium de carne, quæ per inteſtina expelleret. Et diſtinguitur q eſt ī meri, ab eo qui eſt à ſtomacho per locū doloris niſi fuerit ex apertione, vel reſudatione in quibus caſibus nō accidit dolor, & eſt ſanguis ſubtilis. Quòd ſi ē ex corroſione ſignificat, quia vlcus pceſſit, & ſanguis paulatine exit donec egrediet res plurima. Quòd ſi fuerit propter fortitudinē virtutis grauatæ ab eo. tūc poſt eius vomitum patiēs ſe alleuiatum ſentiret, & nullo modo in aliquo grauatū, vel læſum. & eſt ſanguis ſicut ſanguis ſanus, & nō calidus, nō corroſiuus, nō aliter alteratus. Quòd ſi fuerit ex potu ſanguiſugæ ſignificat quia potauit aquam ī qua erāt ſanguiſugæ, & ſanguis exit ſubtilis & ſanioſus ꝓpter vlcus paruum factū à morſu eius. Q. ſi fuerit ex retentione hæmorrhoidarum. tunc fit ſm interualla ſicut & ipſe fluxus hæmorrhoidalis. & eſt coloris citrini cū tendētia viriditatis, quia talis ſunt coloris patiētes hæmorrhoides. Et hic nota ꝙ ſi vomitus hic ſtatim poſt nauſeā fit & faciliter ſignum ꝙ humor erit natans in ſpatio. Quòd ſi tarde & difficulter ꝙ eſt imbibitus. Si autē fuerit ſanioſus cognoſcitur ex eius aſpectu. & ꝙ ſtomachus poſt eius vomitum alleuiatur. Quòd ſi cauſa eius erit quātitas humoris non peccantis quantitate erit abſq; vapore, putredine, & ſapore malo, & ſedabit ipſum ſtyptica res ſi ſubtilis erit, & ſi groſſa, ſubtiliatiua.

PROGNOSTICA Nauſea, titillatio labij inferioris, ſiue tremor, tenebratio oculorū, vt ſcotomia, frigiditas extremorum, & hypochondriorum ſunt ſigna vomitum ꝓtendētia. qn̄ cum fortitudine virtutis, & ſignis digeſtionis apparētibus leuitate accidentiū, & etiā in ſe. vomitus euenerit. & in die critica bonus & magis bonus, & minus bonus dicendus ſm maiorem aut minorē numerū ſignorum bonorū aut malorū, vt qn̄ eſt tēperatus, & euacuat quod debet euacuari, & ſequit bona tolerātia ſemper bonus, iuxta illud Senis. ij. aph. j. ſectionis, in perturbationibus vētris, & vomitibus ſpontaneis. &c. cōtrarius malus, & maxime in principio vniuerſali, quia eſt eructuatio frigida ſymptomatica, & nō ſm naturæ curſum. ſit etiā nulla apparēte victoria naturæ vomitus fluxus malus, & maxime in principio. vnde in aphoriſmis ī ſra ægritudinibus quibuſcūq; īcipiētibus, ſi ſit & ſanguineus, vt in apho. infra. Vomitus in febre peſtilētiali ſemp malus. Vomitus ſimpliciter ſemper malus qm̄ ſignificat exuberātiā humoris. Q. ſi fuerit cholericus ſignificat caliditatē, ſi phlegmaticus frigiditatē, melancholicus ſolus peſſimus. ſed mixtus minus malus. Vomitus maxime ac mirabiliter cōfert in paſſionibus mēbrorum, quæ ſunt ſub diaphragmate. nam materiam euacuat antecedentē, & diuerſionē facit, valetq; in paſſionibus capitis & ſtomachi dūmodo fiat facilr, & ſine anguſtia. aliter læderet, & maxime oculos, & his qui pectus habēt ſtrictū, & debile malū eſt eo vti frequēter, vt ſupra. Facit enim ſtomachum cloacam ſuperfluitatum.

CVRA Canones. & anteq; de ipſo ponant canones curatiui prius volo de eo aliqua pauca præmittere, quæ & ad actū curatiuum, & prognoſticum, & pſeruatiuū erunt vtilia, & inchoans à pſeruatione dico in vomitu quatuor principaliter ſunt cōſiderāda, ad quæ oīa alia q̄ de eo dicūtur reduci habeant. Primum eſt corporis aptitudo, & nō ſit ſtricti pectoris, nō habeat anhelitū malum, collū gracile & huiuſmodi. de quibus ad plenū. quarta primi. de vomitu. Secūdū ꝙ fiat in tēpore debito, qa in vere, et in æſtate habet dubium. Vnde Aui. Et æſtas eſt tempus ꝙ eſt dignius vt fiat in eo vomitus. quarta primi. allegato cap. Et ex iſto infero primo, ꝙ ꝑ vomitu faciendo inuenienda eſt hora diei calidior. & præcipue qn̄ fuerit hyems. Tertiū faciendi, quia leuiter & faciliter fiat. Quartū ꝙ fiat poſt repletionē. poſt balneum & hmōi. Vnde vt cōplaceam dabo hic modū faciendi vomitum & facilē, & fortē ponēdo. ſ. vomitiua debilia & fortia. Sed primo ꝓpter reperta quarta primi. allegato cap. de quo retū aliquid vomitiuū debile. ℞. aquæ tepidæ ℥. viij, aceti. ℥. i. ſ. olei cōmunis. ℥. i. bibatur ſic tepidū totum & ingluuioſe. deinde per ſpatiū quartę horę ſi prius nō euomuerit īponat in gutture pennā inunctam in extremitate ſua oleo cōmuni vel de ſiſamo.

Aliud eſt familiare. Aui. ℞. ſy. acetoſi ſimplicis. vel cōpoſiti ſi opus erit, vel oxyſaccarę, & cū aqua tepida, & oleo fiat vt dictum eſt. Aliud & eſt ſatis leue. nā expulſis ſuperfluitatibus primæ, & ſecūdæ digeſtionis comedant varia cibaria pinguia ſalſa acrumina. vt porrū, cepę, & hmōi. & præcipue ī hora qua nō famet, & male maſticet, ſed ingluuioſe tranſglutiat. prius tn̄ aſſumpta hac medicinā per duas horas vel circa. ℞. oxymellis ſimplicis. ℥. ij. aquæ decoctionis raphani. ℥. iiij. & ſic calidum totum. moueaturq; deinde ſtō poſt & per ſpatium horarum duarum poſt faciat vomitū imponēdo digitos aut pēnam ut ſupra in gutture, & forte fiet ſine auxilio. ꝙ ſi cōtingeret ꝙ etiā cū auxilio res egredi nō uellet. ℞. ſeminum anethi. ℥. i. bulliat in. ℥. vj. aquę leui ebullitione: & totū tepefiat: & addat. ℥. i. aceti. deinde ꝓuocetur uomitus cum digitis aut pēna inuncta oleo ſiſami uel anethino: uel cōmuni &c. ut dictum eſt. Aliud & fortius. ℞. raphanum unum & illardet fruſtis ellebori nigri ſic per noctē dimittat. deinde remotis & abiectis fruſtis ellebori decoquatur raphanus in aqua, & detur de illa. ℥. vj. facit uomere. Aliud ad idem. ℞. ellebori nigri. & infundat per diem & noctē in oxymelle, deinde detur de illo oxymel. ℥. ij. cum aqua decoc. raphani. ℥. iiij. & ſit tepidum. Hæc autē potes ot uis magis uigorare & remittere. cōſidera. inducunt uomitum aqua decoctionis ipſius cerudi. ſemen anethi, nux uomica, cortex raphani cum oxymelle ut ſupra. ſimiliter ſemen eius, ſemen urticæ & hmōi. Et ſi cupis fortiora cōpoſita quære in antidotario Nicolai in littera. v. & de his ſatis. Et pſequens de iuuamētis eius dicendum. ꝙ ſi debite, & cū regulis ſuprapoſitis & ab Aui. quarta primi. ꝓprio cap. adminiſtrentur, & eſt iuuamenti maximi. unde cōfert in regimine ſanitatis. Nā Hip. præcepit fieri in mēſe duobus diebus cōtinuis ut Aui. quarta primi allegato.

In vomitu q̄ conſideranda.

Raphanus helleboro (quod aiunt,) illardatur, id eſt, ſi mixto raphano, ſtilus per mediam partem obliquè proſcindatur, inde facta in eo aliqua medullæ excauatione, fruſta hellebori intro claudantur.

allegato:cap. & tu ibi. purgat enim ſuperiora & inferiora. ſed non debet frequẽtari. nam eius frequẽtatio facit ipſum ſtomachum lacunã ſuperfluitatum. Aui. caput os dentes pͤcipue, & oculos lædit, & pulmonẽ. Item & q̃nq; in præparatis eſt cauſa ſciſsionis venæ in pectore. ꝓdeſt tñ & maxime iuuat. vbi per ipſum fiat diuerſio et euacuatio. diuerſio ſicut in dolore renum, podagrę & hmõi. euacuatio ſicut in repletiõe nauſeatiua. Itẽ in ſubeth facto pͤcipue ex eleuatiõe vaporũ. ſimiliter in epithema ſtomachali, ſed vt dictũ eſt recurre ad aliud quarta primi. allegato cap̃. & .xiij. tertij. ꝓprio cap̃. Eius autem malitiam & bonitatem ampliſsime ex ſignis prognoſticis de eo poſitis comprehendes.

CANONES. Primus ꝙ vomitus, & criticus, & laudabilis nõ eſt cohibendus. Secundus. ꝙ diminutus & difficilis eſt adiuuandus. Tertius ꝙ ꝓ confortatione ſtomachi etiã vti debemus rebus ſtomachum confortãtibus quæ ſint ſtypticæ, & tẽperatæ. & hi fundanẽ ſuper apho. ſecũdo primæ particulæ. de quo infra. Quartus. Symptomaticus factus cũ regulatione naturæ etiã non retineaẽ, eſt enim bonus per viã cauſę quã minuit & q̃nq; eradicat. vñ Aui. vomitus ĩ principio paroxyſmi, aut minorat aut eradicat paroxyſmum. naturam quoq; alleuiat, & ſupra reſiduum potentẽ reddit. nam. xxix. aph. ij. ſectionis, cũ morbi inchoant, ſi quid mouẽdum videtur, moue. Quintus. Symptomaticus abſq; regulatione naturæ eſt retinendus. Pro cuius retentione plures ponunẽ canones. nã eorum quidam ſunt generales & cõmunes. quidã particulares pertinentes ad particulares materias. Cõmunes ſunt ordinatio diætæ. Euacuatio, ſiue ablatio materiæ facientis, aut incitantis vomitum. Confortatio ſtomachi. Membri mittentis rectificatio ſiquidem fuerit mittens. Materiæ fluentis interim quietatio, ingroſſatio, deriuatio, viarũ anguſtatio donec mittentis rectificatio fiat. Accidentium correctio.

Primus cõpleẽ ex regimine ſex rerum non naturaliũ. nã ex parte aeris ſit tẽperatus in ſuperfluo calore materia diſſoluaẽ, & frigore materia ad intra cõprimaẽ. cibus ſit facilis digeſtionis, ſpiſſus, ſubſtãtię ſtypticæ, & boni chimi, in quãtitate cõmunia, & diſcreta paucus, de q̃bus oĩbus ſupra. Vnde ſuper oĩa viteẽ repletio nauſeatiua, & ſubita. iuxta illud Senis. li. apho. ij. ſectionis, plurimum atq; repente euacuare, vel replere, vel calefacere, vel refrigerare, ſiue quouis alio modo corpus mouere, periculoſum. alienenẽ liquida omnino niſi fuerint ſtyptica. quies iniungatur & ſomnus & animi accidẽtia. vt ira, rixa, & huiuſmodi euiteneẽ.

Secundus ꝑficiẽ cũ eṽone materiæ, & maxime cũ uomitu reiterato ſi ipſa pͤcipue ſit vomitu educibilis faciliter, et aliæ adſint conditiones, vt ſupra, quæ ipſum fieri nõ ꝓhibeant: nã ſicut fluxus fluxu: ita vomitus vomitu curaẽ. vñ Aui. Et vomitus abſcindit vomitũ. Et ꝓcede ſemꝑ de debili ad forte: & vomitiua habuiſti paulo ante: & debilia & fortia. Quòd ſi fuerit à mala complexione ſola, ſola ſufficiunt alterantia.

Tertiam rẽ cõplent ſtyptica, aromatica, calida, aut frigida, vt exigit diſpoſitio, de quibus ad plenum in diuerſis rubricis. ſupra in hoc capitulo.

Quartam cõpleas cum his quæ dicta ſunt ſupra de mala complexione ſtomachi cum materia. & tu ibi.

Quintam perficias iniungendo quietẽ & ſomnum item diuerſiones, & ligationes extremitatum fortes, & doloroſas. Item phlebotomiã facias vt diuertat maxime exiſtente repletione in toto. Item vbi dubitaẽ de aduentu apoſtematis etiam vbi talis vomitus ſit multũ ex malitia materiei anguſtioſus. Itẽ clyſteria, & medicinas ſolutiuas exhibeas, & collyria, & ꝓuocãtia ſudorẽ, q̃ autẽ ſint ingroſſantia, ſtypticãtia vias, calida aut frigida, vt exigit diſpoſitio, habuiſti pleriſq; locis ſupra in iſto cap̃. & infra habebis.

Sextus cõpleẽ ex his q̃ habita ſunt in ꝓprijs rubricis, & diuerſis cap̃. diuerſa enim accidẽtia diuerſa habent & regimina, & tu ſtude, nam & de his aliquid infra.

CVRA phlegmatici ſex Canones iam dictos ſuo ordine ſerua.

Primo diætam ordina faciendo eam declinare ad calidum & ſiccum. & non ſint cibi multum ſtyptici, immo ſi phlegma eſt viſcoſum vtere aceto & alijs inciſiuis, de quibus ſupra tractatu quarto. vt ſupra exigit diſpoſitio.

Euacuatio autem fiat cũ euacuatiuis, ſubtiliatiuis, & inciſiuis, vt oportet & phlegmatis vomitus. vt aqua tepida cũ ſy. acetoſo. ſemine raphani. geneſtrę, &c. de quibus iam actum eſt pauloante. Item valet ad hoc aqua decoctionis nucis vomicæ, radicis narciſci. Item valent pilulæ de hiera, & aliæ phlegmatis euacuatiuæ, vt aggregatiuę, infuſionis agarici, reubarbari.

Quòd ſi contingat ipſum fieri ex vitio cerebri mittentis, aut alterius mẽbri mittẽtis, tunc oppone te illi mẽbro quietãdo, ingroſſando, diminuẽdo, & vias anguſtiãdo vt ſupra de mala cõplexione ſtomachi cũ materia, etiã phlebotomando maxime ſi phlegma fuerit ꝓpinquum naturę ſanguinis, de cephalica, vel nigra. Item fiant ligaturæ fortes in extremitate muſculorum brachij, ventoſæ etiam cũ ſcarificatione ſuper humeros. Item & q̃nq; appoſitio ſeu applicatio rubificantiũ capiti qualia ſunt, vrtica, ſquilla, pes coruinus, flãmula. de quibus. iiij. trac. Item clyſteria fortia ex agarico, colloquintida, centaurea, gũmis, vt opopanaco, galbano, ſalgẽma, hierapigra cõpoſita. & huiuſmodi. vnde Auic. Et multoties quidẽ abſcindit vomitum clyſter acutum. Item ſiſte fluxum talis materiæ cũ ſiſtentibus catarrhũ phlegmaticũ, de quibus ſupra de catarrho, & tu ibi. Et ex adiuuantibus diuerſiuis eſt poſitio pedũ in aqua calida. Aui. Et hoc ꝓpterea ꝙ attrahit. ſed infrigidatio extremitatum eſt iuuatiua in ſedatione vomitus veloci calidi ꝓpterea, quia infrigidat.

Deinde applica ſtomacho ꝓhibentia recipere materiã intus & extra. Et ex ſimplicibus ſunt abſinthium, mẽtha, maſtix, myrrha, olibanum, citonium, corallus, mũmia, vinum nigrum, groſſum, phiſticum, & cortex eius, garyophylli, calamẽtum, & ſimilia. de quibus ſæpe in principio actum eſt. Ex cõpoſitis ſunt emplaſtra. cerota. embroche. ſacculi. vnguenta. cõfectiones. puluere. ſy. electuaria. pilulæ, & hmõi. quæ ex his ſimplicibus componunẽ & tu cõpone ſm diſpoſitionis exigentiã. Ex cõmendatis. Miua citoniorum aromatiçata cum puluere garyophyllorũ & maſtice. ſyru. de abſinthio de mẽtha. de myrto. Rob de citro cũ xyloaloes. Theriaca antiqua. Aliud. ℞. maſticis, thuris. boli ar. terrę ſigillatæ. ana. ℥. ſ. ſandal. ru. cala. aro. cyperi myrtillorũ. ana. ℥. i. piperis longi. galangæ. cucumeris. croci. ana. ʒ. ij. terantur oĩa & cribellenẽ. deinde. ℞. olei de maſtice. ℥. i. & cum. ℥. i. ceræ fac vnguentum, vel adde modicum raſinæ & fac cerotum. Aliud. ſyru. de mentha cum ſucco granatorũ, & modico cinnamomi, aut garyophylorum & eſt optimum. Epithema. ℞. roſ. reubarba. balauſt. ana. quartam. M. i. abſinthij. M. ſ. bulliant in vino nigro aliqualiter ſtyptico in quantitate lib. i. vel. ij. vini citoniorum lib. i. & oĩa ſic ſimul bulliãt ad cõſumptionem tertiæ partis. deinde coleneẽ, & poſt colaturã. ℞. pulueris garyophylorum. ℥. ſ. coral. ru. ʒ. iij. & modicum bulliant & cum filtro iteris infuſo ĩ modum ſcuti, fiat vnctio ex oleis citoniorum. maſticis. & ſpica, corallis ru, roſis, & hmõi ſtypticis de quibus ſupra, vt videbiẽ expedire. Et ex habitis de mala cõplexione ſtomachi, & de malitia digeſtionis, & hic in rubrica. Fabrica per te ſacculos, emplaſtra, potus: & hmõi. quod faciliter facies.

CVRA in cholerico proportionales canones ſerua.

Diæta ſit declinans ad frigidum & hu. ſit ſubtilis itẽ, & ꝓpterea non bibatur vinum, ſed aqua hordei excorticati alterentur cibaria ſua cum acetoſis, & ſtypticis, vt agreſto, & vino granatorum vel granatis, berberis, citonijs, et huiuſmodi. & dentur elixa non aſſata.

Euacuatio fiat cum vomitiuis, vt ſy. acetoſo ſimplici & hmõi.

& huiuſmodi. vt ſupra. Item fiat euacuatio cum pilulis de reubarbaro, infuſione eius. thamarindis. caſia fiſtula, manna, aqua fructuũ & hmõi cholerę eductiua. de quibus. iiij. trac. Quòd ſi fuerit quia cholera ad ſtomachũ mittiť qď eſt ſm plurimũ ab hepate tũc fiãt diuerſiones vt dictum, & leuiores q̃ in phlegmatico. Et clyſteria ſint lenitiua habentia virtuté aloes & hiere. Fiat phlebotomia baſilicæ donec extinguať feruor cholerę, & hoc vbi virtus tolerabit, & etiã ſanguinis peccatũ apparebit. Et aduerte ꝙ oĩs euacuatio fiat cum blandientibus non fortibus, agitantibus. Et conſimiliter ſi fuerit à toto.

Deinde cõforta ſtomachum ne recipiat cum applicatis intus et extra, nã ſi fuerit in principio paroxyſmi & ipſum cohibere voluerimus, tunc debemus ꝑ vnã horã aut duas ante micã panis prius in aqua ĩfuſam, deinde leuiter expreſſam, & poſtea ĩ ſucco granatorũ ĩfuſam, aut ſucco lymonũ non ſalitorum, aut vino citoniorum, aut acetoſitate citri. aut ſucco berberis cũ modico çucchari. Item detuř ſyru. myrtinus. cum vino granatorum. aut aqua plantaginis. item dentur gelatinæ acetoſæ. Item ſapor myrtinus, ſumachia & huiuſmodi frigida ſtyptica ex habitis hic & ſupra in principio capituli, & de mala cõplexione calida ſtomachi, & ipſa ſtomacho applica. Item nota inquit Auic. Et camphoræ ineſt ꝓprietas ꝓhibendi vomitum, & nauſeã calidam ſumpta in potu cum robub abphate, & linita ſupͣ ſtomachũ. ſed hoc intellige verum vbi odor eius nõ eſſet infirmo diſplicibilis, & ad vomitum prouocans. Super hepar pone ipſum confortans & ꝓhibens effundi materiã in ſtomachum. vt verbi gratia. ℞. ſandal. ru. ro. ci. cyperi myrtil. calami aro. maſticis. ana. ʒ. ſ. ſpicæ. ℥. i. ceræ. ℥. i. olei de maſtice. ℥. i. olei ro. ʒ. iiij. liquefiat cera cũ oleis ad ignem, deinde imponantur pulueres, & vltimo cum modico aceti aſpergantur, & tale vnguentum ponatur ſuper hepar & ligetur. Sed aduerte ꝙ ante eius vel cõſimilis applicationem facta ſit euacuatio ſufficiens, & conſidera bene repletionem hepatis ne ſequeretur error priori peior, quodq́ de alijs conſidera. item ſuper hepar ponantur ventoſæ vt infra de ſplenetico, & eſt efficax remedium. Item hic canonem nota ꝙ nõ debes dubitare in reiteratione vomitus quicũq́ fuerit, aut in euacuatione materiei eius per inferiora donec tunc fortiaris intentum.

C V R A in facto ex melancholia hos canones ſerua.

Primus ꝙ non reſtringatur quantum poſsibile eſt, eſt enim cæteris humoribus naturæ horribilior. Et cauſa qm̃ frequenter ſplen ex hac via purgatur. nam tũc eo reſtricto dubium eſt de apoſtemate ſplenis.

Secundus. ꝙ cũ ſit minimus inter alios humores aptos euacuari, per ſuperiora & per inferiora euacuetur. Sit itaq́ eius euacuatio diuerſiua.

Tertius ꝙ ſi fuerit corpus multũ repletũ ſanguine ꝙ eo caſu fiat phlebotomia ex baſilica ſiniſtri lateris. aut ꝓuocando hæmorrhoidas faciẽdo ex ſaphenis, prouocando. ẽ menſtrua ſi fuerit mulier aut faciendo ex baſilica dextri lateris maxime quando hepar eſſet in cauſa.

Quartus. ꝙ fiat diuerſio euacuatiua cũ clyſteribus acutis ex carthamo, polypodio, epithimo, polypodio, electuario, diaſenæ, camomilla. haſcę & hmõi. itẽ fiat diuerſio cũ applicatiõe ventoſarũ ſupra ſplenẽ vel circa. Itẽ fricationes, ligationes doloroſæ, vt ſępe de diuerſionibus dictũ ẽ.

Quintus eſt euacuatio cum medicinis aſſumptis ꝑ os, vt eſt diaſenæ. polypodium & alia educẽtia melancholiã. de qbus ſupra. iiij. trac. & ꝗ ibi. Et hic canon aggredi debet qñ vomitus fuerit aliqualiter ſedatus. vnde Aui. Cũq́ ſedatur vomitus euacuetur melãcholia cum medicinis ex myrobal. nig. & epithimo, & agarico, & ſale indo &c.

Sextus eſt digeſtio materiæ. digerentia materiam melãcholicam habuiſti ſupra. iiij. trac. Sed nota ꝙ hic canon debet præcedere quintum, ſi materia aut morbus dat inducias. ſi non debet ſequi.

Septimus. cõfortatio ſplenis ne mãdet. Vnde ſpleni fiat emplaſtrũ ex meliloto, myrto, laudano, vſneæ cum vino pontico, & in potu ſumať vinũ de granatis. Aui. Item. ℞. ſcolopendriæ, thamariſci, meliloti. ana. M. ſ. anethi quartam. M. i. miſcæ. & cõtundanť groſſo modo, & bulliãt in vino albo cũ modico aceti. & fiat epithema. Item. ℞. ad idem olei de capparibus. ℥. i. olei anethini. ℥. ſ. pul. ſcolopendriæ, ſiſeleos, ameos. ana. ℈. i. aceti. ʒ. ij. cũ modico ceræ fiat vnguentum. Item & efficax. ℞. cyperi, cappari, calami aro. acori. nucum cupreſsi. ana. ℥. ſ. ſuc. abſinthij, ſuci eupa. amoniaci, ceræ. ana. ℥. ij. olei de ſpica. ℥. iiij. diſſolvať amoniacum in aceto forti. deinde cum aceto eodem ponatur ad diſſoluẽdum amplius in caciola, quo diſſoluto addatur cera & oleum. quibus oĩbus ſic diſſolutis & mixtis addantur reliqua & incorporẽtur, & ſi oportet addere de oleo addas & ſuper corium extendatur, & ſpleni applicetur, ipſum enim confortat. oppilationes eius aperit ſuperfluitates eius reſoluit, & conſumit.

Octauus eſt confortatio ſtomachi ne recipiat eum exterius & interius applicatis. Verbi gratia ad extra. ℞. maſticis, thuris, boli. ar. terræ ſigillatæ. ana. ℥. ſ. ſandalo. ru. calami aro. cyperi, myrtillorum. ana. ℥. i. piperis longi, galangæ, curcumę. ana. ʒ. ij. croci. ʒ. ſ. omnia cribellẽtur et cũ. ℥. vj. olei de maſticæ, &. ℥. i. ceræ diſſoluantur ad ignem, & fiat emplaſtrum, & ſuper corio extendať. Item ad idem ſpongia infuſa in aceto tepido & ſtomacho applicata, & maxime qñ melancholia fuerit ex aduſtione. ꝙ cõprehenditur ex luciditate, & ebullitiõe eius ſuper terram. Quòd ſi fuerit naturalis vel cõgelatione cauſata, quod cõprehendes ex fuſcedine eius. tunc applica ſpongiam in vino ſtyptico calido infuſam. in quo aliquid xyloaloes fuerit permixtũ, vel aliqď tale ex cõfortãtibus ſtomachũ de qbus ĩ principio capituli & in multis rubricis ſupra. Itẽ valet ſyr. de mentha, & eſt ꝑcipuũ qñ materia nõ fuerit aduſta, quo caſu oportet dare ſy. de granatis, de myrto & hmõi. Itẽ in vomitu melancholico electuariũ de gẽmis. diamuſcũ dulce letificans Almã. & tua intereſt cõſiderare. Cũq́ ſedatus fuerit fluxus euacua materiam etiã cum clyſteribus acutis, vt dictum eſt. Ex quibus oĩbus cõprehendere potes quos canones ſeruare debes qñ erit vomitus talis ex cõmunitate alterius mẽbri, vel totius, & ideo ſtude.

Nonus eſt ordinatio diætæ. quę debet eſſe ad contrariũ cauſæ, quia debet declinare ad temperatum, & humidum. & de his ſupra tertio tractatu.

C V R A in eo qui fit corruptione cibi rectificetur cibus, & cõfortetur ſtomachus, & euacuetur corruptum, ſi quid eſt tale fiant clyſteria, vt dictum eſt.

C V R A in ſanioſo. cõſidereť ſi ſanies aliũde eſt, & regať, vt dictũ eſt mẽbrũ mandãs. Et materia ſanioſa vomitu expurgeť cũ ſy. acetoſo ſimplici vel cõpoſito vt videbitur expedire. itẽ ſi opus eſt fiat euacuatio cũ vomitiuis opportunis. deinde cõforta ſtomachũ cũ rebus boni odoris, vñ etiã cõforteť cũ aromaticis ſtypticis etiã ſtupefactiuis ſi opus erit. Poſtea vero ſumat de ſy. de mẽtha in quo ponanť granata, & xyloaloes crudũ, & ẽ ſingulare remediũ; & ſy. de abſinthio cõfert eis in oĩ hora. Et ex ſedantibus vomitum hunc eſt rob citri cum xyloaloes, & garyophyllis. Et timetur ex vomitu caſus virtutis, & maxime vbi ꝑceſſerit ſolutio ventris ſanguinis aut huiuſmodi vt dictũ eſt, ꝓpter frequentiam eius detur aqua carnis, contuſum, mica panis, & brodiũ pulli, cum vino granatorũ & hmõi.

C V R A in eo q̃ ẽ ꝓpter medicinã aſſumptã da aquã hordei cum çucchare ru. & in quantitate vſq́ ad lib. ij. & bene laueť ſtomachus. Quod ſi nõ cõfert fac clyſtere, ꝙ ſi perſeuerauerit ꝓpter vẽtoſitates medicinæ da. ʒ. ij. theriacæ antiquæ cum. ʒ. iij. aquæ ro. mixta citoniorũ, aut vino citoniorũ, aut iulep roſ. ꝙ ſi in ſtomacho eſſet dolor vehemens vt incẽdium da theriacæ nouæ. ʒ. ſ. vſq́ ad. i. & epithema ſtomachum, vt dictum eſt, & vnge.

Cura in

CVRA in facto ex ſanguine prius attēde verba Frāciſci de pedemontiū.inquit. Cura etua non eſt ſtolidi medici neq; pigri,ſed ſollertis,& ſolliciti. An enim Gale.Ex fluxu ſanguinis ſpiritus deficere cōſueuit, qui vniuſcuiuſq; membri ſubſtantia exiſtit, vnde mors ſequitur, quod aduertens Troſus philoſophus animam hominis ſanguinem exiſtimauit.quare &c.Canones.

Anima hoīs ſanguis.

Primus.Cōſuetudinarius non reſtringaṫ, id enim quādoq; euenire cōſueuit hepate ſanguinē vltra modum multiplicante,quo caſu ſi reſtringeretur ſequereṫ mors. Vnde Marſilius patauus ſe hominē talem nouiſſe ſcribit, cui ſi vomitus fuiſſet reſtrictus fuiſſet mortuus.Cōſimiliter ſi mulieri quæ nunquam menſtruata fuit vomitus ſanguineus ſuperueniat non eſt cohibendus cum frigidis, & ſtypticis, ſed cum apertione ſaphenarum & prouocatione mēſtruorum,idem in ſolita menſtruari in qua menſtrua retenta fuerint,ſed de his particulariter.

Secundus infectio multa exiſtēte repletione, virtute, & cæteris cōſentientibus fiat phlebotomia aut ex nigra, aut ex ſaphena.& trahendo in contrarium vt videbitur expedire ad quantitatem quæ videbitur tibi ſecundum exuberantiam magnam vel paruam.

Tertius q & ſi nō fuerint exuberātia,& replētia, & virtus cōſentiat &c.fac phlebotomiā ſubito,& hoc ſi quāprimum occurres infirmo, vt ſupra in.v.cap.de fluxu ſanguinis nariū.Quòd ſi exiuerit quātitas multa ante eius aduentū, & etiā phlebotomia diuerſiua videaṫ tibi vtilis fac eā minutā,vnde Auic.Et quādoq; indigebis poſt euacuationem duarum librarum ſanguinis phlebotomia alia minuta.

Quartus.diuerſio cum ligaturis brachiorum, crurium, pōne ventoſarum in ſpatulis,& infra vbi videbitur expedire,& cum ſcarificatione,& abſq;,vt virtus tolerabit.

Quintus.da inſpiſſantia ſanguinem,de quibus ſupra de fluxu ſanguinis narium,& de ſputo ſanguinis.& tu ibi.

Sextus eſt venarū rarefactarū condenſatio, & orificiorum cōſtipatio cum infrigidantibus,& cōſtipantibus, de quibus ſæpe actum,laudatur maxime iaſpis.

Septimus eſt diætæ ordinatio,quæ ad frigidum, & humidum,& ſiccum tendere debet.

CVRA in eo qui eſt per cōmunitatem à capite,hepate, matrice, ſplene,canones ſerua proportionales his quæ de melancholia. nam diuertere debes cum phlebotomia, & alijs diuertentibus ſiſtere,cōfortare ſtomachum ne recipiat,modum habes.

CVRA in eo qui eſt ex debilitate cōtentiuæ.& ex reſolutione ſpirituum facta propter fluxum nimiū ſanguinis aut aliter quomodolibet eſt reſumptio ſequens cum re facilis digeſtionis,& citę,& multæ reſtaurationis,& nihil melius hoc caſu meo iudicio q aqua carnis ſublimata cū rebus ſtypticis ſtomachum cōfortantibus facta,& ſingulare eſt coriandrū,& quando omnia non contulerint tunc ad narcotica deueniendum eſt. vbi canonem Auic.attendas. Cum ergo deficit curatio tunc neceſſaria ſunt narcotica, in quorum natura non eſt vt ad vomitum moueant, ſicut eſt in decoctione iuſquiami,& nuce methel.

Octauus canon q iſta conſilia debent cum aromaticis cōponi vt ex eis ſtomachus conforteṫ. Verbi gratia.cum ſemine papaueris albi aut cortice eius, & maxime nigri q eſt fortior,aut cum cortice mandragoræ, aut cum ſemine lactucæ,aut cum opio,& ſimilibus admiſce quæ ſunt theriaca eorū,& cōfice cum ſtomachū cōfortantibus calidis, & minus calidis,vt videbiṫ expedire. Ex laudatis.℞.coeticum phiſticorum,zucchari roſ.ſeminum roſ. zurūbet, ana.par.j.opij duas tertias partis vnius. xyloaloes crudi partē.ſ.fiant trochiſci,doſis eſt aureus. Auic. Itē.℞.citoniorum,corallorū. an.ʒ.j.ſeminū papaueris albi.℈.j.corticum radicis mandragorę gra.iiij.xyloaloes gra.iij.aquę menthæ partē.j.aquę cucurbitę partes.iij.decoquanṫ cum facilitate, fiat deinde expreſsio & potus doſis eſt. ℥.ij.ſed ſemper fac cum timore,& cautela,nā adminiſtratio opiatorum ad intra ſemper eſt ſuſpecta.

Nonus canon q talis ſic ſumens ſemꝑ ſit præuiſus in odorando res ſibi gratas, quoniam aliquibus odorifera cōtra vt muſcus & hmōi ſunt diſplicibilia, & faſtidioſa. Tu enim potes per te ex datis componere vt libebit.ideo ſtude.

Vltimus canon qui eſt accidentiū correctio cōpleṫ corrigendo accidentia in eo venire conſueta.Quæ ſunt dolor capitis. Obſcuritas oculorū. Difficultas anhelitus. Vocis interſecatio.Singultus.Tenſio hypochondriorum.Mordicatio ſtomachi.Dolor eius.Congelatio ſanguinis in ſtomacho. Syncopis & huiuſmodi. Dolor capitis corrigiṫ vt de dolore capitis à vaporibus. Obſcuritas viſus iuuatur vt Auic.prima primi.allegato cap. & ante vomitū ligentur oculi ſuppoſitis duabus pilis, & poſtea facies lauetur cum aceto cum aqua temperata. Difficultas anhelitus & dolor pectoris cum fricatione ſuaui ex oleo amygdalarum dulcium,camomillino,& de lilio. Et interſecatio vocis cum eligmate tēperato, & potus mellis cum aqua calida cum modico olei liliorum alborum poſt quā euomat,q ſi euomat nō ſuffocabitur.Si vero euomere nō poterit,ſtudeas in diuerſione materiæ,& tractione eius ad extrema cum fricationibus,calefactionibus, coſtrictionibus doloroſis,& hmōi. Cōfortabiſq; ſtomachum cum calidis,& ſtypticis. Tenſio vero & dolor hypochōdriorum cum pānis madefactis in aqua calefacta calida,ſuppoſitis & oleis tepidis lenificantibus. Debilitati vero & dolori ſubueniendum eſt vt dictum eſt proprijs rubricis. Mordicationibus vero cum iuribus pinguibus, vt gallinarum,vitulorum, cum vnctionibus ex oleo violato. de lilio cum pauca cera. Singultui prouidebis, vt infra ſtatim de eo. Vlcerationi meri, & oris ſi cōtinget ſuccurre cum his quæ in proprijs rubricis ſupra. Et ita pariformiter de alijs.

DE CONGELATIONE tamē ſanguinis in ſtomacho faciā hic ſpecialem mentionē cum de eo alibi non ſit ſcriptum neq; ſcribeṫ.Hęc in vomitu ſanguinis apparere quādoq; cōſueuerunt cōgelatio,ſcilicet & retentio ſanguinis in ſtomacho,& inteſtinis,quibus diligenter ac ſubito ſuccurrendū,vt ſupra de vomitu eius in principio.Cum itaq; hæc videris prouoca vomitum cum aqua mellis calida,ſucco apij,& farina cartami.Itē diuerte cum clyſteribus vt dictum eſt. Vltimo exhibe quæ habēt ſanguinē congelatum liquefacere,& educere, ex quibus aqua cineris ligni ficus,vſneæ. oppoponacum, bdellium,halaſcæ. Item bibitum bitumen iudaicum,ebulus potatus,ficus,& maxime lac eius.matricaria cum hydromelle bibēta,thimus. Quòd ſi ex his educi nō poſſet, ad extra applica quæ cōferunt reſoluendo,& liquefaciendo,vnde cōfert euaporatio, aut emplaſtratio facta cum decoctione aniſi, hypericon,piretri,maſticis.xyloaloes,menthæ,thimi,coaguli,bdellij, & huiuſmodi. & tu compone, Et ex conferentibus vomitui ſingulares ſunt Maſticatio maſticis,thuris,cupreſſi. Itē puluis rutæ de quo accipiaṫ coclearium, & eſt mirabile. hæc Auic. Item puluis garyophyllorū in ſuccis cōuenientibus ſumptus & in omni modo adminiſtrationis eorū,& ſuccus citri eſt maxime cōueniens in vomitu ex cholera,& in phlegmatico ſi cū eo cōmiſceaṫ res calidæ appropriatę.de quibus ſupra,vt xyloaloes crudū, garyophyllus. Et ex cōpoſitis.℞.corallorū rub.ʒ.v.maſticis.ʒ.ſ.ro.ʒ.iiij.achaciæ,ſumach.ana.ʒ.ij.anteræ.ſandaracæ.an.ʒ.ſ.garyophyllorū.℈.ij.muſci gra.j.ſang.draco, luti ſigillati.ana.ʒ.ij.cōfice cum hoc ſy.℞.ſuc.pirorum,& pomorū ſylueſtrium,citoniorū,agreſte, mēthæ. ana.lib.ſ. zuc.lib.ij.Et ex his & ſimilibus cōfice pilulas tuo modo, & maxime in cā calida. Aliud.℞.ſang.draco. vernicis lapidis ematitis.ana.ʒ.ij.boli ar.terræ ſigillatæ.ana.ʒ.j.puluerizenṫ ſubtiliter.deinde.℞.ſucci arnogloſſæ.℥.vj.aquæ decoctionis radicū arūdinis quātū ſufficit, & miſce, & da

pro vice.ʒ.ij. Et ſicut dictũ eſt de vomitu ſimplici intelligendũ eſt pariformiter de cõpoſito aggregando ex ſimplicibus, vt opus erit, & tu ſtude. Ex quibus etiã omnibus cõprehendiť modus tenendi in cæteris diſpoſitionibus in rubrica poſitis. quæ ſunt ſubuerſio, nauſea, faſtidium, conturbatio. Habitis cauſis, & cognitis, & remedijs iam poſtea potes faciliter eorum curã aggredi. Et hæc tibi de vomitu. nam me feſſum in eo inueni.

## *De ſingultu, qui & λυγμὸς græcis uocitatur,* *Rubrica.* XXXII.

Singultus eſt motus quaſi ſpaſmoſus ſtomachi cõpoſitus ex cõſtrictione eius ad ſe, & tenſione dilatatiua exiſtens in ore ſtomachi, aut à toto corpore eius aut à meri quo moueť ad expellendũ nociuum in villis ſtomachi, aut oris eius vtplurimũ cõtingens. Et dictũ eſt quaſi ſpaſmoſus, ſcilicet cum ſpaſmo ſimilitudinẽ habens. nam ſpaſmus ꝓprie eſt diſpoſitio membri neruoſi, & lacertoſi, ſed ſtomachus eſt membrũ neruoſum, ſed nõ lacertoſum, ſiue muſculoſum. Itẽ cũ ſtomacho accidit ex ſingultu cõtractio ſtatim poſt abſq; alicuius auxilio ſequiť dilatatio. ꝙ abſq; motu ſpaſmo minime accidit vt patet. hic autem ſingultus cũ ſpaſmo ſimilitudinẽ habet, eo quod cauſari, ſ. ex inanitione & repletione poteſt vt ſpaſmus. Itẽ ſicut in ſpaſmo fit cõtractio mẽbri verſus ſuũ principiũ, ita & in ſingultu. Ex qbus colligiť ꝙ in duobus differunt ſpaſmus & ſingultus, unde ſingultus nõ eſt ſpaſmus, vt ſexto de accidẽti & morbo. Dicitur exiſtẽs in ore ſtomachi, quia eſt motus eius, unde Aui. Et plurimũ motus partiũ ſtomachi nõ eſt niſi motus oris eius à materia feruente, ideſt ſubtili, & ebulliẽte, de cuius natura eſt aſcendere. Et diciť in villis, quia materia faciens vomitũ eſt in fundo cõtenta, & nõ in villis inuiſcata, vt in ſingultu. vt ſupra dictũ eſt. Nota ꝙ Halyab. ponit ipſum fieri in profundo ſtomachi. cuius oppoſitum ſenſit Gal. allegato loco. & Auic. hic conciliať ab aggregatore Brixienſi ꝙ ſenſus eſt ab ore, & expulſio à fundo. Conſidera. Vel dic ꝙ aliquãdo eſt à fundo & ideo dictũ eſt vtplurimũ. Ex quibus omnibus patet modus cauſandi ſingultum. Virtus enim percipiens nocumẽtum inſurgit motu cõtractiuo primo. deinde dilatatiuo non ad expellendum illud in quo motu ſic cõpoſito, vt ſupra cauſatur ſonus dictus ſingultus, ꝓpter quod plurimi ſingultui. vt genus ſonitum attribuerunt. Inferri poteſt ſecundo aſſimilatio eius ad tuſsim. vnde Auic. & aſſimilatur eſt alicui modorum motus tuſsis qui eſt in pulmone, & velamine ad expellendum humorem. Et ſcito ꝙ motus ſingultus eſt debilior motu vomitus. Auic. licet Gal. oppoſitum dixerit. vj. de accidenti & morbo. & vj. aphor. in commento illius. Spaſmus fit.

Singult⁹ ac ſpaſmus in quo differunt.

C A V S A ſingultus quidẽ aut eſt talis per eſſentiã, aut per cõmunitatẽ. Si per eſſentiam cauſa eſt, aut replens aut inaniens. ſi replens ſic eſt res nocens, aut frigiditate vt aqua frigida, nix, aer frigidus, ſicut accidit pueris qui impetuoſe ad ſe trahunt lac & ſimul trahunt aerem ledẽtem ſtomachi os, aut etiam frigida penetratiua vt acetum. nã frigiditas eſt ſingultus cauſatiua, aut inſpiſſat, & ſic quia inſpiſſando prohibet reſolui nociuum in ore ſtomachi, aut villis eius contentum grauans, aut replendo nocens, aut quia eſt cauſa repletionis multarum malarũ materierum per viã indigeſtionis, etiã per viam expreſsionis nutrimẽti à membro fruendo ipſum, quare debilitatur eius digeſtiua. Itẽ humor frigidus, ſiue humiditas nocens in ore ſtomachi comprehenſus. vt accidit pueris plorantibus humiditate eius tunc ad os ſtomachi deſcendente.

Itẽ ventoſitas in eodem loco extenſionẽ quia nocumentum faciẽs à caliditate vaporoſa generata. Itẽ res mordicatiua, aut inflãmans pungẽs vt potus ſinapis, piperis, medicinarũ acutarũ, vt euphorbiũ & hmõi. Itẽ & cibus corruptus ad qualitatem mordicatiuam conuerſus vt accidit pueris lactantibus lacte in eis corrupto ꝓpter guloſitatẽ, & maxime accidit his qui ſunt calidi natura, aut accidentaliter, & hoc apud dentium ꝓductionem, quo tpe magis debilitať digeſtiua. vnde tunc corrumpunť cibi, & cõuertunť ad qualitatẽ mordicatiuã. & pro tunc eleuanť vapores acuti, unde pruriũt. Conſimilr & decrepitis accidit ꝓpter debilitatẽ digeſtionis. Itẽ humores mali, cholerici, aduſti, & aliter qũolibet inflãmati. Itẽ vermes in ſtomacho exiſtentes pungẽtes ipm & mordicantes, vnde ſtomachus corrugať, & cõtraheť, vt expellat nocumentum, vt dictum eſt. Aut cõtingit idẽ ex repletione cibi vnius, vel diuerſorum ipm grauantiũ, ſicut in his qui comedunt ſuperflue. vt pueris multum aut ſuperflue lactantibus, & varia cibaria, vt allium, carnes, piperatam & hmõi accidere ſæpe ſolet. & hoc proprie dicitur ſingultus de repletione.

Prurit⁹ gingiuarũ i puerís cur, quia dentire incipiunt.

Si vero fuerit inaniens, hæc erit caliditas exceſsiua diſſoluens. vt ex ea qua accidit ſpaſmus de repletione, vt in pueris præcipue, aut ſubito conſumens, & exiccans vt in cauſone, aut paulatine, vt in hectica. in qua tamen non accidit ſpaſmus, quoniã ſicut ſucceſsiue exiccať, ita ſucceſsiue ex nutrimento recepto irroranť nerui, & lacerti, & ideo hectici non ſpaſmantur. Item euacuatio naturalis, quia à natura facta, & proprie ſanguinis: aut ex medicina aſſumpta. Item ex tolerantia famis nimia. Item quãdoq; accidit ex ſiccitate cõicata, non ſolũ humiditatibus, ſed ſubſtantiæ tunicarum ſtomachi, vt in poſtremo febrium incenſiuarum, & euacuationũ exiccantium. & talis diciť cõfirmatus. vt Auic. & infra in apho. Et qñq; fit ex ſiccitate nõ confirmata, & iuuať ex quolibet humectante, & remoueť. Auic. Per cõitatem vero fit aut à toto vt cholericis humiditatibus, aut frigidis, ſeu mordicatiuis ori ſtomachi cõicatis, vt tempore ſanitatis pluries accidit ex tolerantia famis nimia, & præcipue in cholericis, aut tempore ægritudinis, aut in febribus, aut vis ſymptomatis, ut in principio paroxyſmorum, aut via criſis, vt poſt vomitum choleræ & huiuſmodi. & talis eſt malum ſignum. vt infra in aphor. & præcipue ſi oculi rubei fiant. aut ab aliquo membro, vt apoſtemate hepatis, & proprie in ſummo eius cauſa eſt effuſio choleræ de hepate ad ieiunũ, & de ieiuno ad os ſtomachi pungens, & mordicans, aut apoſtemate inteſtinorum, aut nocumento in velaminibus cerebri exiſtenſtente vt apoſtemate & huiuſmodi ori ſtomachi cõicato, vt in percuſsione cranei eſt videre maxime ſi fuerit cũ rubedine oculoꝝ, vt infra in apho. Ex quibus omnibus inferť, quia ſingultus eſt duplex, de repletione, ſcilicet & de inanitione ob quę cum ſpaſmo conuenit. Et tu conſidera.

Hectici non ſpaſmanť.

S I G N A demonſtratiua. ꝙ ſit de repletione grauitas in ſtomacho percepta, corporis repletio, defectio digeſtiuæ, & quia vſus eſt quiete, & multo nutrimẽto, & laudabili. & quod ſubito venit abſq; febre, aut longa ægritudine præcedente, & ante cibũ bene ſe habet, & poſt nõ bene. ꝙ ſi humor replens erit frigidus, tunc cum his aderunt ſigna eius. de qbus ſępe, & ſimilr ſi calidus fuerit. Quod ſi ex inanitione nãc ꝓceſſerunt febres abſtinẽtia. & ſimilia corpus exterminãtia, vt ſunt euacuatio fortis per ſuperius, aut inferius facta. & ꝙ venit ſucceſsiue, & non ſubito.

Signa ſi euenit à ſenſibilitate nimia ſtomachi ſignum ꝙ à qualibet cauſa facili fit.

Signa ſi fuerit ex mordicatione, ſignũ ꝙ fit poſt comeſtionem rei acutæ, vel mordicatiuæ, vt piperis, ſinapis, & huiuſmodi ſpecialiter quando bibitur vinum poſt ipſorum aſſumptionem. Vel ꝙ fit poſt vomitum choleræ rubeæ, aut uiridis, ſeu nigræ, vt in febribus quartanis, tertianis, continuis quandoq; contingit.

Signa ſi ex vẽtoſitate groſſa, quia fit poſt ſatietatẽ nauſeatiuã inflať ſtomachus, & uẽter extẽdiť, et accidit īfantib⁹ plurimũ poſt multitudinẽ ſuctiõis lactis, quia igluuioſe attrahẽtes ẽt aerẽ attrahunt, & accipit ẽt ex hac cã humidis repletis multũ comedẽtibus, & bibentibus indifferenter vinũ.

Signa

Signa eius qui eſt ex apoſtemate calido febris acuta nauſea,& vomitus,& aliquãdo hora acceſsionis ſentitur mordicatio circa os ſtomachi,& cũ ſumit res calidas, ſtatim ſingultum incurrit & alleuiatur poſt vomitum.

Signa facti ab apoſtemate cerebri, vel alterius membri ſignificant diſpoſitiones eorum.

Signa eius cum ſit à mala complexione materiali vel immateriali nota ſunt.

PROGNOSTICA. Si apparuerit in die critica cum fortitudine uirtutis & ſignis bonis ſignificabit criſim per vomitũ debere fieri. ꝙ ſi mala apparuerint ſigna ſignificabit ſpaſmum futurum. Singultus poſt quãcũq; euacuationẽ ſuperfluam veniens malus, ſiue fuerit artificialis, ſiue naturalis vt eſt fluxus ſanguinis, ſudor, uomitus, & huiuſmodi. Et hic cõſidera. ſi poſt vomitum ſingultus nõ ſedatur ſed potius augetur, malum. qm̃ apoſtema aut inanitio ſignificatur. In ileon ſingultus malus. Si poſt ſingultũ venerit apoſtema in latere dextro abſq; cauſa cognita, aut ſuper humerũ mors feſtina ſignificatur, quia in paucis horis moritur. Si poſt ſingultum venit ſpaſmus, aut alienatio, malum. Si ſemori purgaio ſuperuenerit ſingultus malum. Singultus poſt vomitum malus. Quando vomitus nõ ſedat ſingultum & eſt cum eo rubedo in oculo, ſignificat apoſtema cerebri, aut ſtomachi. Auic. Singultus criticus quãdoq; ad bonum, quandoq; ad malum. Singultus difficile & duræ medetur qui eſt ex inanitione & hic eſt rarus. Si ex inanitione, & cum febre periculoſus eſt. Si ex ſiccitate pura cum ſpaſmo, ſicut in fine morborum acutorum fit & euacuationum exiccantium, & famis prolixæ ſingultus venerit timoroſus eſt. Si uenerit à ſiccitate totius incurabilis. Si ex ſiccitate non confirmata curabilis. & iuuabitur ex quolibet humectante & remouetur. Quòd ſi ex ſola ſtomachi ſiccitate fuerit curabitur maxime non exiſtente feb. Hæc tamen ſane intelligi habent, & ideo bene conſidera antequã prognoſtices.

CVRA canones. In facto ex inanitione cum non eſt confirmatus, quoniã tunc non eſt ſpes, cura eſt humectatio, vt ſupra de mala complexione ſtomachi, & eſt lac maxime iuuatiuum, & balneum aquæ dulcis, vt ibi. Item aqua hordei, iura carnium, & pullorum, uitella ouorum, vinum dulce plurimę commixtionis inunctiones ex oleo violato, & ſimilibus vt ſupra. Si vero eſt febris tendat diæta, & regimen ad frigidum, & humidum. Si euacuatio ad ſtypticum, ſi fames, ad temperiem. De quibus omnibus ad plenum ſupra de mala complexione ſtomachi. & tu ibi.

CVRA in facto ex cauſa replente, & ſpecialiter frigida cum materia canones. Ordinatio diætæ. Digeſtio. Euacuatio. Diuerſio. ſtomachi confortatio.

Diæta ordinetur ad contrarium cauſæ ex parte cibi, & potus, & aliarum ſex rerum non naturalium. vnde cibum minorent, & comedant carnes aſſatas auium, & quadrupedum laudabilium, &c. & alī. loco. Itẽ allium coctum, & huiuſmodi. Potus ſit calidus actu, & ſit vinum. Item maxime cõfert ſomnus. vnde Auic. Et ſomnus longus maxime iuuat. item exercitium motus &c. vnde Auic. Et motus & exercitium, & equitatio. item omne mouens laborioſe terrefaciendo. vociferando, ira, timor, gaudium ſubito accidens. Auic.

Sc̃d'ꝰ perficit cũ calidis ſubtiliatiuis, inciſiuis materiæ inuiſcatæ. vt oxymelle cõpoſito, aut ſquillitico. aqua calamẽti, rutæ, zinzi. diatrionpipereon & hmõi. de quibus ſupra de mala cõplexione ſtomachi frigida cum materia.

Tertius cõpletur maxime vomitu. vnde Auic. de cura eius in prin. Vomitus eſt magis conferens ſingultui. cuius cauſa eſt repletio plurima, & res nocens ſua qualitate. qui introducatur magis fortis & facilis. vt in præcedenti rubrica. Item euacuet cum euacuantibus materiã phlegmaticã, cum pil. ſtomaticis, & alijs de quibus de mala cõplexione frigida cũ materia. & tu ibi. Itẽ iuuat poſt hæc ſternutatio. Nam ad excutiendũ materiã ſingultus cauſatiuã, fortis requirit̃ motus, vt eſt ſternutatio. Et hãc cauſam innuit Gal. vj. aphor. in cõmen. illius. A ſingultu habito, Aliter tñ reſpõdet Ariſt. xxxiij. problematum vbi quærit. ꝓpter ꝙ ſternutatio ſoluit ſingultũ, & nõ eructuationẽ. nã multa de ſingultu ponunt̃. & tu ibi. Itẽ & aſperſio aquæ frigidę ſuper faciẽ ſubito. nã attinet hoc opus euacuationi, quia reſolutioni humoris, & eius expulſioni. per aquã autem &c. fit reuocatio caloris. quare reuocatus, & fortificatus humorem reſoluit. Item in tali aſperſione fit agitatio, & cõmotio corporis, in cuius cõmotione etiã materia cõmouet̃ vt ad extra egrediatur concurrente expulſiua. Itẽ hoc ſimili modo iuuat motus tuſsis. ꝙ ſi euacuatio fieri non poteſt appliceotur medicinæ ſimplices, & compoſitæ ad extra, & ad intra quæ habent materiam reſoluere & carminare. de quibus ſtatim poſt.

Quartus perficitur cũ clyſteribus acutis, de quibus in præcedenti rubrica. fricationibus, ligaturis doloroſis, poſitiones extremitatum in aqua quaſi feruenti. Item poſitio ventoſarum ſuper ſtomachum inter ſpatulas ſine ſcarificatione. Et hæc ſternutatio locum habet. ſternutatio ſuper tuſsim, vociferatio fortis, equitatio, & huiuſmodi. ira, timor magnus, vt tonitrui, aut aliter quomodolibet accidentaliter facti, ſtrepitus campanarum & huiuſmodi.

Confortet̃ ſtomachus intus & extra cum his quæ ſe opponunt malę cõplexioni frigidæ cũ materia. de quibus ſupra rubrica ꝓpria. vt ſunt emplaſtra i cero. fomẽtationes. ſy. de electu. cõfed. & hmõi. ꝙ ſi fuerit mala cõplexio ſine materia adhibeant̃ calida reſolutiua carminatiua intus & extra ſimplicia & cõpoſita. vt ſunt anethũ, ruta, aniſum, calamentũ, caſtoreũ, de quo Aui. & caſtoreũ habet ꝓprietatem mirabilẽ in ipſo, abrotanũ, cinnamomũ, diaciminũ, meliſſa, mentha, ſerpillũ. ſy. de calamento: & poſt propria medicina. ſotyra Nico. Item ℞. dyatrionpipereon. ʒ. ij. diſtemperẽtur cum vino calido in hyeme. in æſtate cuo; frigido. ſed de his ſupra de mala complexione frigida abſq; materia, & ſtatim de ſingultu ex ventoſitate.

CVRA in facto ex ventoſitate ſi cũ eo fuerit humor in vẽtoſitatem cõuertibilis eſt ſeruare canones poſitos ſupra de inflatione ſtomachi, & eructuatione adęquãdo, ſcilicet euacuando &c. & tu ibi. Quod ſi contingat euacuationẽ neq; per inferius: neq; per ſuperius fieri poſſe approxima intus & extra ventoſitatis carminatiua, & reſolutiua, & conſumptiua. & numerata ſunt hæc hic pauloante & ſupra ſæpe ſpẽaliter in locis allegatis. Sed zinziber cõditum. diagalanga, & theriaca antiqua, & metridatũ habeo; in hoc maximam efficaciã. Vtimur carnibus aſſatis conditis cum pipere, fœniculo & huiuſmodi. ventoſitatũ carminatiuis. Item ℞. piperis longi, ameos. zinzi. maſticis, fœniculi, calamenti. ana. ʒ. j. ſiſeleos. ana. ℥. ij. mellis cocti & diſpumati. ℥. x. fiat electuariũ. de quo patiens accipiat. ℥. ſ. cum vino calido mane in aurora. Quòd ſi fuerit à vẽtoſitate & parua ſufficit cõtinere anhelitũ cum continentia, vt patet intuenti. Et dicitur parua, quoniã ſi fuerit à groſſa multum, & multa non erit remedium ſufficiens, vt conciliator. xxxiij. problematũ problemate quinto. Laudatur in vẽtoſo enula exiccata, & eſt ultima Auic. da eam in potu calido vt dictum eſt. Item introducatur ſomnus vt ſupra. Item valet plicatio corporis frequenter facta. Item & compreſsio ſtomachi ſuper puluinari, aut ſuper aſſerem; item & quietat potus aceti fortis. vt Ariſt. xxxiij. problema. all. proble. vbi dicitur Ariſto. ponere acetum calidæ complexionis. cuius oppoſitum ſentiunt medici. Pro quo dicendum ꝙ & ſi ſit frigidum reſpectu corporis, reſpectu tamen ventoſitatis cauſantis ſingultum eſt calidũ, vel ꝙ acetum agit per partes calidas.

Itẽ de expertis eſt diptamus puluerizatus, cum theriaca datus, & vino calido. Itẽ laudat̃ aqua ardens. Itẽ inunctio

cum aqua vitis: ſiue ardētia cum theriaca. Aliĩ emplaſtra carminatiua, reſolutiua applicāt, de quibus ad plenum ſupra de mala complexione ſtomachi.

C V R A in eo qui eſt ex mordicatione rei acutę bibitæ, vel aliter aſſumptæ canones. Prouocatio vomitus cū aqua tepida, aceto, & oleo, vt ſupra. Item euacuatio per inferiora cum clyſteribus & alijs. vt ſupra materiæ proportionatis. Secundus confortatio ſtomachi cum habentibus confortare & ſtypticis. vt ſunt myrobalani conditi: citonia condita & hmōi. Item valet potus aquæ calidæ cum modico butyri ſorbitionibus auenæ, farinæ hordei & hmōi. vtatur. Item vino granatorum. ſuc. berberis, vel de ribes, & ſi fuerit virtutis debilitae iure pullorū, aut contuſo cum carnibus decoctis, cum endiuia, lactuca, portulaca, cucurbitie & huiuſmodi. prolongetur ſomnus vt ſupra & aqua hordei confert ei maximum iuuamentum & vehemens. & proprie cum aqua granatorum dulcium, & muzorum declinantium ad dulcedinem. Auic.

C V R A in eo qui eſt ex mordicatione humoris ad intra, tūc quatuor ſerua canonēs ꝑpoſita ordinatiōe dietæ. Primus digeſtio. Scd'e eſt ſenſus ſtomachi obtuſio. Tertius humoris euacuatio. Quartus ſtomachi confortatio.

Comple primum cum ſucco granatorum, oxyzaccara, & huiuſmodi, vt quærit humor de quo ſæpe ſupra.

Secundus perficitur cum exhibitione ſtupefacientium facilium. primo vt eſt aqua coriandri, ſolatri, alchechengi, lactuca, papauer album.

Ex compoſitis philonium. requies. theriaca noua & huiuſmodi. & maxime quando ſimplica non contulerint. itē occupetur multum ſomno, & da de aqua tua, quam ſcribere non licet propter malos viros.

Tertius adimpleē vomitus ſolutione vt humor exigit, ita tñ vt non dent medicinæ fortes, ſed lenitiuæ, infrigidatiuæ, ut eſt aqua fructuum, thamarindi, reubarbarū, caſia, manna, & huiuſmodi, & de pilulis de hiera, & huiuſmodi.

Quartus perficiē cum rob frigidis ſy. de agreſta, de ribes, berberis & hmōi. Ad extra vero & in præcedēti caſu cum oleo roſ. aceto. ſandal. ſuc. citoniorū & hmōi. Quòd ſi mordicationis cauſa fuerit cibus corruptus recurre ſupra ad canones de corruptione digeſtionis. Et breuiter ſi fuerit vitio vermium, aut alicuius humoris mali & corrupti, ſollicita ad euacuationē cū vomitu principaliter, qm̄ eſt magis cura propria. Auic. cum ſolutione per inferius alijſq́ canonibus ſuprapoſitis. Et ſtude in cōfortando ſtomachū cū calidis, aut frigidis vt exigit diſpoſitio. Quòd ſi omnia non cōtulerint, tunc pertrāſeas ad ſtupefaciētia. primo leuia. ſcd'o fortia. de quibus actū eſt. cum quibus cōmiſce ſemper aromatica ſtomachum confortantia. Et laudauit Auic. hoc trochiſcos. ℞. aſſari, coſti. croci. ro. recentium. maſticis & ſpic. ana. aur. iiij. aloes. opij. ana. aur. j. cōficiantur cum ſucco pſylij, & detur medietas aurei. pſylium enim & opium ſtupefaciunt. ſpica cōfortat. aſſarum inclinat humiditatē ad vias vrinæ, & educit eas per eam. aloes ad vias fecis, coſtus & crocus maturant, & confortant calefacientes. Et ex expertis eſt oleum alchechengi ſi ex eo bibatur coclearium vnum cum aqua calida. & philonium habet vltimo iuuamentum magnum. Medicamen famoſum & nobile valde & à Gordonio. multum cōmendatum. ℞. ſpicę, ſquināti, cala. aromatici, aniſi, maratri, menthæ, abſin. coſti. ana. ʒ. j. citri. ligni al. garyophyllorum, ambræ, aloes, ſuccotrini. ana. ℈. ij. opij. coriandri præparati. papaueris albi. caſiæ ligneæ. ana. ℈. j. ſucci citrangulorum. ʒ. ij. panis zucch. quod ſufficit. Et fiat electuarium, quo vtatur mane & ſero. & cōſeruetur cū amore. quia reuelatum eſt Gordoni verbo. Pilulæ contra ſingultum ex humoribus acutis aſcendentibus & ab hepate & malitiā eius calidam & ſiccam. ℞. ſpodij, endiuiæ, portulacæ, ligni aloes. ana. ʒ. j. ſ. pulpę thamarindorum. ʒ. iiij. zaud electi. ℥. j. conficiantur cum aceto.

C V R A facti per cōmunitatē membri alicuius apoſtematis canones. Primus cura eius apoſtematis dicta ſuo loco. Secundus eſt diuerſio, qua prohibet humorem fluere ad membrum apoſtematum. Tertius eſt ſtomachi confortatio ne recipiat, de quibus exempla multoties ſupra habuiſti.

C V R A ſi fuerit à communitate totius vt in ſanitate ex famis tolerantia, canones fiat vomitus quo euacuentur humores cholerici effuſi ad ſtomachum vel euacuētur per inferius cum thamarindis, manna & huiuſmodi. Secunda. confortetur ſtomachus cum aliquo ex robub ſtypticis de quibus ſæpe.

C V R A ſi fuerit in ſymptomatis. & in feb. hos duos canones ſerua. Vnde in ſumma non tedeat redire cum ſuperfluat ſingultus. nec vomitus ceſſet, ad ea quæ adæquāt materiam & ipſam ſic inuiſcatam, aut adhęrentē educunt, & ad ea quæ diuertunt confortant, de quibus ad plenum. Vnde propter hoc non multiplico in remedijs pluribus cum ea quæ ſic ſcripta ſunt ſcio tibi ſufficere debere, & ſic igitur quieſco.

D V B I A.

DVbitatur primo de villis meri, vtrum. ſcilicet in meri ſint villi trāſuerſales. Quòd ſic Auer. primo col. de forma ſtomachi, & meri inquit. Et eſt alia eius tunica intrinſeca, & eſt neruoſa, & textura ipſius in lōgitudine, & aliquid eius tendit per diametrum, id eſt trāſuerſum. Et prima primi. cap. de membris. Motus trāſglutiendi fit villis ꝑprije per formā ex ſitu longitudinis, latitudinis, & trāſuerſionis, ſed hic motus eſt meri. ergo. In oppoſitum Auic. xiij. tertij. primo cap. inquit. & ſeparatū eſt ab eis ex villis tranſuerſalibus meri cum nō ſit ad retinendum. Et. xiij. de animalibus cap. de anatomia ſtomachi, & iſophagi. Ad dubium reſpondetur ꝙ meri conſiderari pōt dupliciter. vno modo ſm̄ ſe. ſecūdo vt in actu ſuo vt ad ſtomachum cōparatur. Et ſm̄ hoc ponunē duæ cōcluſiones. Prima. Meri conſideratū primo mō habet villos trāſuerſales, ꝓbaē cōcluſio. In meri eſt triplex motus, attractionis, expulſionis, & aliqualis fixiōis, quæ fixio villis perficiē tranſuerſalibus. ergo. ꝙ autē ſit fixio aliqualis, patet ad ſenſum. retinetur enim cibus & potus in meri licet quaſi momentanee. Item inter omnes motus contrarios eſt danda quies media. ſeptimo phiſicorū. Cum igitur cibus à meri attrahatur, & expellatur qui ſunt motus contrarij. ſequitur &c. Secunda concluſio. ꝙ meri in cōparatione ad ſtomachum ponitur non habere villos trāſuerſales. nā in ſtomacho ſunt multum neceſſarij, vt in eo cibus retineatur, & tēpore longiſſimo in meri aut in momento retinetur. nam non retinetur, niſi vt poſt attractionem melior fiat expulſio. & tu conſidera.

DVbitatur ſecundo. vtrū acetoſatio cibi poſſit in ſtomacho frigido fieri ꝙ ſic arguitur. immo & in omni ſtomacho poteſt putrefieri. quoniā illud fit aut per viam putrefactionis, aut per viā diminutæ decoctiōis. ſed cibus in omni ſtomacho poteſt putrefieri. etiā ante oēm perfectā decoctionē ꝓcedit diminuta, vt patet. ergo. Ad oppoſitū eſt Auic. de ęgritudinibus ſtomachi. & Gal, vj. de accidenti & morbo. Ad dubiū ꝓmittendū ꝙ ſtomachus diciē frigidus dupliciter. Vno modo per reſolutionē ſui caloris & ſpūs. Alio modo per aduentū poſitiuę frigiditatis. Iuxta hoc ponunē cōcluſiones. Prima. ꝙ in ſtomacho frigido per viā reſolutionis ſic facto pōt cibus acetoſari. probaē. nam in ſtomacho eſt caliditas ſufficiens facere ebullitionē debilē & ex cōſequēti putrefactionem cibi. ergo &c. tenet cōſequentia, qm̄ hoc modo cauſatur acetoſitas. nā cum ebullit cibus debili ebullitione fit exhalatio calidi innati, & impreſſio in materia cibi calida accidentalis acuti faciētis ebullitionem ad quam ſequitur putrefactio, qa admixtio partiū elementariū debita. vnde partes terreæ remanent cum aqueis, cum quibus remanet

caliditas

caliditas acuta, & hoc eſt eſſe acetoſi. Sed pro intellectu cõcluſionis & dicendorum nota ꝙ quedã eſt caliditas fortis, quæ eſt cauſa aduſtionis & conuerſionis cibi in fumũ. quædã eſt caliditas, quæ & ſi ſit excedens reſpectu calidi innati ſtomachi, & ipſius cibi, non tamen eſt ſic excedens vt ſufficiat facere euaporationẽ, ſed bene ebullitionem, & hæc eſt quæ eſt cauſa acetoſitatis. Ex quibus infertur ꝙ nõ omnis cibus eſt aptus acetoſari. patet. nam eſſe acetoſi fundaẽ in ſubſtantia ſubtili, acuta, aquea, coniuncta ſtypticitati: & priuationi calidi naturalis. Infertur ſecundo ex his ꝙ cibus durus groſſus non eſt aptus in ſtomacho acetoſari. Infertur tertio ꝙ vinum debile aquoſum in acetũ faciliter cõuertitur cum ei accidit ebullitio. Quare ſi vis acetum ea vino facere accipe debile. & hoc voluit Gale. quarto de ſimplici medicina. Secunda cõcluſio. ꝙ in ſtomacho frigido per aduentum poſitiuæ frigiditatis mediæ inter exceſſiuam, & diminutam valde poteſt cibus aptus in acetoſitatem conuerti. patet concluſio intelligenti, quæ dicta ſunt, nam exceſſiua frigiditas corrumpit operationem ſtomachi, & ipſam tollit. diminuta vero valde non eſt ſufficiens inducere ebullitionem, vt patet. ergo. Ad rationes patet quid dicendum. nam diminuta digeſtio eſt duplex, quædam eſt quæ eſt para perfectæ digeſtionis. quædam quæ non eſt pars ipſius, ſed facta per impotentiã calidi naturalis reſoluti vincente accidentali. Ad propoſitum omnem digeſtionem perfectam præcedit imperfecta quæ eſt pars perfectæ. Et iuxta hoc nota ꝙ hic acetoſatio à multis vulgaribus appellatur ardor ſtomachi in foro Iulio dicto Elzizon. & certe ex debilitate caloris, aut etiam diſproportionati obiecti cauſatur. Nam quia habent vina rubea, pineola, dura digeſtioni, & materia eſt apta acetoſari. ergo.

Acetum ex vino debili.

DVBITATVR vtrum humectatio ſtomachi, & hectici nõ poſsit fieri niſi cum humectatione corporis, quod videẽ velle Aui. Arguiẽ ꝙ ſic. nã per exterius approximata, vt balnea, vnctiones, &c. poteſt ſtomachus humectari, vt ipſe Aui. docet. ergo. Dicendũ ꝙ ad perfecte humectandũ hecticũ, & malã cõplexionẽ ſiccam ſtomachi nos debemus ad intra adminiſtrare humectantia. cũ quo tñ ſtat ꝙ etiã ad extra poſsit fieri humectatio imperfecta, vt per balnea. ex quibus patet quid dicendum ad Auic.

DVBITATVR vtrũ aloes cõpetat in materia viſcoſa, & quæ eſt in capite. ꝙ non. Auic. eſt enim debilis iuuamenti in ipſa de cura cõplexionis ſtomachi cũ materia. In oppoſitum hiera ſimplex eſt maximi iuuamẽti & fortis ad illud. Auic. ſed nullum aliud ſolutiuũ ipſam hieram ſimplicem ingreditur, niſi aloes. nam de ſimplici eſt intellectus Auic. tantum. ergo. Itẽ aloes euacuat phlegma etiã à capite, vt Meſ. ergo. Dicendum ꝙ aloes eſt euacuatiuus phlegmatis ſubtilis. Nam dato ꝙ ſit ſtypticum. tamẽ habet amaritudinẽ, & acuitatẽ in ſe, quibus ſufficit humorem phlegmaticũ euacuare & maxime ſubtilẽ ſi cum aqua calida dabitur, vel cum aliquo hmõi. Itẽ ſua ſtypticitate eſt expreſsiuus eius phlegmatis ad extra. Quòd ſi fuerit humor groſſus, & viſcoſus, aloes nõ eſt multi iuuamẽti inducendo eũ, qm̃ talis humor indiget calefactione, inciſione ꝓprie, & nõ ſtypticatione in ſui eductione ad extra. Vnde hic nota ꝙ Gal. de aloe loquẽs de ſimplici medicina dixit ipſum nõ habere virtutẽ attractiuã humoris phlegmatici ſed cholerici, quod itellige principaliter. Vnde in ſumma aloes euacuat choleram principaliter. & non phlegma. ſed tñ cũ hoc ſtat ꝙ & ſecũdario phlegma, et maxime ſubtile. Ex quibus tolliẽ cõtradictio apparens de poſſe aloes in libris authorũ reperta. Et pro argumẽto in oppoſitũ dicẽdum ꝙ in hiera ponunẽ medicinæ iuuãtes aloem in ſui ſolutione calefaciendo, ſubtiliando, in incidendo. & ideo cũ his poteſt in humorẽ viſcoſum. Item dato ꝙ eius virtus non pertranſeat hepar. tamen ſi cum eo ponantur medicinæ producentes ipſum, aut eius virtutem vltra hepar, & ad caput ab his euacuabit. & tu conſidera.

DVBITATVR vtrũ hiera cũ melle ſit magis ſolutiua q̃ ipſa ſine melle. Et videtur ꝙ ſic ex vltimo dicto in præcedenti dubio, quoniam medicinæ calidæ additæ aloe iuuant ipſum in ſoluendo. Item omnes componunt eam cum melle. quod creditur accidere vt ſit magis ſolutiua. itẽ mel tenet eam diutius in ſtomacho. ergo magis ſolutiua redditur. In oppoſitum Auic. hic in allegato capitulo, quoniam mel frangit de fortitudine eius aliquid in confortando & purgando quæ ambo ſimul perquiruntur. Et ſecundo canon. capitulo de aloe. Permixtio ipſius cum melle minuit virtutem eius. Et Meſue. Mixtum cum melle eſt minoris ſolutionis. Dicendum primo ꝙ hiera ſoluit virtute aloes. ſecundo virtute medicinarum calidarum quæ cum aloe ponuntur. nam ſuis partibus acutis virtutẽ expulſiuam ſtimulant. Item cum calidis humorem eliquãt ipſumq́ꝫ exitui præparant. Secundo nota ꝙ medicina dicitur magis ſolutiua multipliciter. Primo quia pluri tempore durat eius ſolutio. Secũdo quia humorem difficilius euacuabilem euacuat. ſicut colloquintida dicitur fortior reubarbaro. Tertio. quoniã plures humores euacuat vt agaricus fortior reubarbaro. Quarto quia pluribus modis euacuat vt myrobalani digerendo & cõprimẽdo. Et pariformiter dicatur ꝙ aliqua medicina dicitur minus ſolutiua per oppoſitum, & ex datis tu ibi pone exempla. Prima concluſio. hiera cum melle eſt magis ſolutiua. quia eius ſolutio pluri tempore durat. nã aliter ſolutio eius durat duobus diebus, & cauſam tangit Auic. quia mel viſcoſitate ſua facit ipſam pluri tempore in corpore remanere. ad quod cõcurrit dulcedo quæ eſt cauſa remanentiæ eius maioris, qm̃ membra dulci oblectantur. Sc'da cõcluſio. hiera cum melle eſt magis ſolutiua, quia pluribus euacuat modis. nam euacuat eligendo. ſec'o abſtergẽdo. Et hanc cõcluſionẽ intellexit Auic. cum inquit allegato cap. cõmixta enim cũ melle, quãuis ſit plurimæ ſolutionis, & ex modis diuerſis. Tertia cõcluſio. ꝙ mixta cũ melle eſt minoris ſolutionis, qa minus ſolutiua redditẽ, quia ſcilicet nõ ita vehemẽter euacuat, nec à remotis humorẽ trahit. patet, qm̃ partes acutæ aloes dum melli miſcenẽ obtunduntur viſcoſitate mellis, & ideo non ſunt in actu ſuo puro, quare non tantũ ſoluunt. videmus enim ad ſenſum totũ, quia hieram ſic cõpoſitam eſſe multũ viſcoſam. itẽ viſcoſitas prohibet delationem partium ſubtilium aloes ad loca lõginqua ꝓpter quod in diaphœnicone ponunẽ dactyli immaturi qui ſunt viſcoſi, & ſua viſcoſitate faciunt partes ſubtiles ſolutiuorũ ingredientium eius compoſitionẽ ſicut membris nutritiuis ſtomacho, ſcilicet & inteſtinis adhærere vt nõ poſsit ad remotas extendi ꝓpter quod cõuenit in colica. confundunẽ itaq; partes ſubtiles aloes ex mellis viſcoſitate. quare hiera minus redditẽ ſolutiua. Ad cuius etiã debilem operationẽ operatur caliditas caloris naturalis reſoluentis partes acutas aloes, & aliarũ medicinarum quæ ponunẽ in hiera & diuturna mora ipſorum in ſtomacho & inteſtis, quã morã operaẽ mel ſua etiã dulcedine, quam ſtomachus & cætera mẽbra multum diligũt. & ideo retinẽt. Et ex his patet quid dicendũ ad dubium. Ad primum argumentum dicendũ ꝙ licet mel ſua caliditate deberet iuuare ad ſolutionẽ vt cætera calida, vt dictum eſt tamẽ plus nocet quãtũ ad hoc ſua viſcoſitate, vt dictum eſt cõfundendo partes acutas aloes, vnde ſi hiera datur cum aqua mellis, mel tunc iuuat ad ſolutionem. nã tunc aloes non cõfunditur à melle, vt patet: qa cũ eo non cõmiſceẽ & inuiſcaẽ. Et ideo Auic. cõſiderans hieram perdere uirtutẽ ea cõmixtione & inuiſcatione eius cũ melle dabat ipſam in forma trochiſcorum, vt. 5. canon. tractatu. q. & tu ibi. Ad aliud dicendũ ꝙ moderni componunt cum melle, vt melius ſeruetur & diutius etiam vt reddatur guſtui delectabilior, cum quo tamẽ ſtat ꝙ cum melle mixta ſit minoris ſolutionis.

Medicina quæ magis ſolutiua dicatur.

DVBITATVR an herba abſinthij magis ſtomacho cōferat q̄ ſuccus eius, ꝙ ſuccus magis arguitur, quia citius actuatur, & eſt fortioris impreſsionis. In oppoſitum Auic. de regimine eius, cuius ſtomachus eſt paruus. quoniam ſuc. eius ſeparatus eſt à ſtypticitate retenta in herba.

Pro dubio dicēdum ꝙ in abſinthio reperiuntur duplices partes. Vna eſt ſubtilis amara ſuperficialis, per quā eſt aperitiuum, ſolutiuum, & altera eſt pars terrea intrinſeca magis, per quā eſt ſtypticum, & cōfortatiuum. Iuxta hoc ponuntur concluſiones: Prima. ſuc. abſinthij eſt magis ſolutiuus acutus & calidus q̄ herba eius. probatur. nā in expreſſione eius ſolum partes ſubtiles nitroſæ ſuperficiales egrediunt̄, remanētibus terreis per quas abſinthium cōfortat. In herba autem remanēt terreæ. ergo &c. Ex quo infertur ſecūda ꝙ herba eſt magis cōfortatiua q̄ ſuccus ꝓpter cauſam aſsignatam. Sed cōtra iſta eſt inſtantia apparēs. nā in ſy. de abſinthio non ingredit̄ herba in ſubſtantia ſed magis pars ſuperficialis. nam vt patet in deſcriptione eius Meſ. ſola abſinthij decoctio fit, & non ponitur herba vt patet. Pro iſto dicendū ꝙ argumētū eſt forte ſatis, ſed dicere oportet ꝙ in expreſsione forti aliqd terrei eius tranſit in decoctione, etiā quia à ꝓprietate ſtomachum cōfortat, ita ꝙ ſolo odore ſtomachū cōfortat. vnde ſic aliqualiter ipſum ſtomachū cōfortat, ſed non tamē multū cōfortaret ſtomachū ſy. de abſinthio niſi in eo ponerētur multa alia ſtomachi cōfortatiua, quæ iuuant abſinthium in cōfortando ſtomachū, ſed vide ex his quantū aqua ſublimationis abſinthij ſtomachū cōfortat. Itē ſcito ꝙ in decoctione herbæ pars ſuperficialis nitroſa acuta reſoluit̄ qua ſtomachū lædit ſuc. eius vt omnes aucto. teſtantur. unde herba abſinthij ſic per decoctionē efficitur ſtomacho conuenientior.

DVBITATVR vtrū grana pini noceāt ſtomacho. ꝙ non. ſecundo can. inquit Auic. de eis. Quādo ex eis cum abſinthio fit emplaſtrum ſuper ſtomachū, confortat ipſum. Itē parum poſt inquit Dio. Et eſt malū ſtomacho. ſed videtur ꝙ non eſt ita niſi quādo aduritur, aut rācidas & infuſum ſit bonū qm̄ rectificatur eius corruptio & frangit̄ eius ventoſitas. In oppoſitū Auic. de rebus in quarū vſu nocet̄ ſtomachus. iiij. tertij. & ex medicinis, & cibis ſtomacho magis nociuis ſecūdū plurimum ſunt grana pini.

Pro dubio dicendū ꝙ in granis pini reperiunt̄ quædam partes ſubtiles acutæ per quas ſunt mordicatiua. Itē etiam habent vnctuoſitatē, quæ de facili inflāmatur, & in partes acutas cōuertunt̄, vnde & per iſtas mordicant. Habent & partes quaſdā cōpactas & denſas per quas lædunt̄ difficilia digeſtioni. Itē ab his nocumēta ſeparātur ſi debite præparantur. Iuxta quæ ponunt̄ concluſiones. Prima ꝙ non præparata lædūt ſtomachū, & hoc ſit pro Auic. de rebus, in quarū vſu. Secūda ꝙ præparata nō lædunt. & hoc ſit pro ipſo Auic. ij. canon. ca. de granis pini. Modus autē præparandi ea eſt, vel infundant̄ in aqua calida. ſtentq; parūper in ea. deinde extendantur ſuper linteo, & aliqualis exiccentur, & demum in vmbra ponātur, & permittantur complete exiccari. Itē pro præparatione ipſorum vide ſupra in ſecundo tractatu. proprio cap. Ad rationes in oppoſitum patet quid dicendum. Et ſcito ꝙ aliqua extra aſſumpta confortant quæ intus aſſumpta nocent, & de his ſæpe habuiſti exempla.

DVBITATVR. vtrū homo poſsit viuere pluribus diebus ſine cibo ꝙ ſic arguitur. quia poſsibile eſt vetulam debilis caloris habere in ſe multos humores phlegmaticos & ſuperfluos. qui prohibebunt reſolutionē humidi ſubſtantifici, vnde in ea non inſurgit appetitus ad cibum, & ſic ſtabit ſine triſti ſenſatione magno tēpore, quo cibum nō requirit, & interim illis phlegmaticis nutriet̄, vt de viſo, eiecto dicitur. ergo. In oppoſitū videtur experientia. Pro dubio dicēdum ꝙ homo poteſt ſtare ſine cibo magno tp̄e, ſed quanto tēpore nondum eſt determinatum ab auctoribus medicinæ, nec etiā determinari poſſet. Quis enim poſſet mēſurare actionē caloris, & reſiſtentiam humidi Auic. tamen tertia primi. de regimine agentium iter dicit. Quidam homo decē diebus comedere non deſiderauit, quia ſumpſit lib. j. olei viol. cum adipe. Quidam autē piſtorienſis refert à fidedigno habuiſſe ꝙ in ciuitate quæ vocat̄ Alumna fuit quædam vetula, quæ ſeptē annis vixit ſine cibo. Albertus vero in quibuſdam quæſtionibus, aut vt dicit Gentilis. ꝙ quædam vetula in lombardia, in quadam ciuitate quæ dicitur Padua vixit ſine cibo xl. diebus. hæc inquit Gentilis difficilia ſunt in homine apud me. nam tales humores deberent potius putrefieri, & carere regimine naturæ.

De hiis diu ſine cibo uixerunt.

Poſtremo aduerte ad vnum ꝙ eſt maxime reuerentia dignū: fertur hoc tempore in Hiſpania apud regem principaliter eſſe religioſum ordinis heremitarum ſanctæ vitæ, qui poſt aſſumptam euchariſtiam ſtat xx. diebus ſine cibo, ꝙ Rex ipſe, & generalis ordinis maxima diligentia inueſtigare voluerunt ſtupentes, & ſic eſſe inuenerunt. Quod cum dignum ſit honore reuelauerunt cæteris in fidei noſtræ augmentum. & ideo cum eis tenendo res diuina eſt potius q̄ humana. Ad rationem ad oppoſitum patet quid dicendum.

Accipiens Chriſti corpus diu ieiunabat.

DVBITATVR vtrum vinum quod curat appetitum caninum debeat dari ſtomacho ieiuno, vel poſt cibum. Quòd autē in ieiuno arguit̄, quoniā eo tempore eſt dandum quo maxime complet ſuā operationem quā quærimus. ſed hoc in ieiuno cum inueniat ſtomachum magis mundificatum in qua diſpoſitione poteſt melius in eum agere. ergo. In oppoſitum Gale. ſecundo aphor. in comment. illius potius indigentiam ſoluit. Item Serapio ſecūdo tractatu. quarto capit. neceſſe eſt vt ſumat in inceptionem cibi cibos pingues. deinde præcipiamus eis bibere vinum. Pro dubio notandum ꝙ vinum quod ſic datur, aut exhibetur vt malam complexionem frigidam remoueat, aut vt appetitui ſatisfaciat. Et iuxta hoc ponuntur concluſiones. Prima. ꝙ pro remouenda mala complexione dandum eſt vinum in ieiuno, vt probat argumentum. Secunda concluſio. ꝙ pro ſatisfaciendo appetitui. quia ſcilicet pro inducendo faſtidium & abominationem dandum eſt vinum poſt cibum. patet. quoniam ex exhibitione vini tunc ſtomachus cibo faſtiditus ex vino ſic aſſumpto faſtiditur amplius, & ideo viaticus præcipiebat pluribus vicibus vinum dari, & hoc erat ad plures intentiones. Et ex his patet quid dicendum ad dubium, & ad authores qui videntur adinuicem aduerſari.

DVBITATVR iuxta dicta. vtrum exiſtente fluxu cum appetitu canino competat vinum aliquod. ꝙ ſic, quia in appetitu canino facto ex frigiditate ſtomachi frigidus ſit etiā fluxus ventris ſuperfluus cōpetit vinum, vt Sera. alleg. loco. ergo. Item Auic. videtur non improbare vinum dulce, quia improbat ſolum ſtypticum, & amarum in hoc caſu. ergo ſaltem dulce competit. Ad oppoſitum eſt ſolus Auic. Pro dubio iſto & præmiſſo notandum ꝙ in exhibitione vini debent quatuor principaliter amplecti. Primū ꝙ ſit actu calidum, vt ſua actuali caliditate, & potētiali reſiſtat frigiditati, quæ eſt appetitus canini cauſa factiua. Secundum ꝙ ſit vinum rubeum roſeum non ſtypticum, nec potens valde vernaciū, ſed mediocre, vt de eo poſsit multa quātitas ſumi ſine magno nocumento vt appetitui ſtomachi ſatisfiat. Tertium ꝙ patiens fluxum cum appetitu canino nō debet aſſumere magnam quantitatem vini, quæ quātitas magna præcipitur ſumi in appetitus cura, & cauſa quoniam per ipſum deponeret̄ ſtatim cibus de ſtomacho cuius depoſitio eſſet cauſa appetitus augmentatiua. Item nec ſtypticum quoniam eſſet cauſa augmentatiua appetitus. vt patet.

DVBITATVR utrū ſiccitas & humiditas poſſint lædere digeſtionē abſq; qualitatū actiuarū exceſſu. ꝙ ſic arguit̄, qm̄ læſio digeſtionis ſtat cum caliditate. Item

frigiditate.

frigiditate. ergo cum medio inter hęc. quicquid enim ſtat cum extremis poteſt ſtare cum medio. Ad oppoſitũ eſt Auic. de nocumento digeſtionis circa principium inquit. Verum ſicca & humida non perueniunt ad hoc ſm plm, vt appareat ex eis ſolis cum æqualitate ambarum aliarum qualitatum nocumentum in digeſtione. Pro dubio dicẽdum ꝙ ſiccitas eſt duplex. Vna qualitatiua, & vera quæ dr̃ poſitiua. Alia accidentalis nõ vera dicta priuatiua, vt quę ad cõſumptionem humidi membri ſequitur. Sĩr de humiditate dicatur. Vna naturalis & vera. altera accidentalis. Prima concluſio, ſiccitas poſitiua digeſtionem lędere non poteſt ſaltem notabiliter cum æqualitate aliarũ actiuarũ. patet concluſio. qm̃ paucæ eſt actiuitatis. & ideo ſi debet notabiliter nocere oportet ꝙ notabiliter excedat, ſed non poteſt eſſe notabilis exceſſus eius ſine exceſſu alicuius actiuarum. ergo. Vnde Gal. x. therapeu. ſiccitates ſolidorũ ,plixas frigiditates ex neceſſitate conſeq̃, & ſicut caliditas maior q̃ oportet exiccat magis q̃ oportet. ita et ſiccitas prima primi. de complexionibus. Secunda cõcluſio proportionabiliter de humiditate ponatur, & facilius probatur cum humiditas ſit de ſe minus actiua q̃ ſiccitas, dato ꝙ ipſa in digeſtione plus faciat, q̃ ſiccitas. Tertia concluſio. Siccitas accidentalis non poteſt diu lædere digeſtionem abſq; diſtemperantia in actiuis. probatur concluſio vt præcedens & exemplifica de hectica, cum qua coniungitur caliditas, aut frigiditas. vt in hectica ſenectutis. Quarta. humiditas accidentalis non poteſt etiam diu lædere abſq; diſtemperantia in actiuis. Ad rationes patet quid dicendum, nam & ſi ſtabit cum medio non tamen diu.

DVBITATVR vtrum ſit aliquod tempus mẽſurans cibum in ſtomacho. In hoc habetur diſcordia ſapientum noſtrorum & ideo queſtio difficilis eſt. nam diuerſitas ſapientum arguit difficultatem in rebus. Conciliator dixit ꝙ tempus moræ cibi in ſtomacho eſt. 16. horarum. & adducit Auic. tertia primi. de regimine eius quod comeditur & bibitur. qui vult ꝙ in. 48. horis comedatur ter. Si ergo in tres partietur partes hoc tempus in quo debent fieri iſtæ tres actiones apparet ꝙ vnaquæq; pars erit 16. horarum. nam ter. 16. faciunt. 48. Gentilis uero cui non placuit hæc determinatio, cum videatur repugnare experientiæ. dixit ꝙ tale tempus eſt. x. horarum. Vnde pro intellectu Auic. dicendũ ꝙ duplex eſt hora cibationis. Vna quæ mane fit, & vocatur prandium. Altera ſero & vocatur cœna. Conſequenter ad Gentilem, in cœna maior quãtitas cibi aſſumi debet, niſi catarrhus, aut oculorum diſpoſitio, aut aliquid aliud impediat. Quo præmiſſo ponuntur concluſiones. Prima ꝙ hora moræ cibi prandij eſt. x. horarum. Secunda, quoniam ampliori quantitas cibi aſſumitur in cœna hora moræ cibi in ſtomacho ipſius cœnæ erit. 12. horarum, & has duas concluſiones voluit Auicen. cum dixit. Et quantitas quidem æqualis remanentiæ cibi in ſtomacho, & egeſtionis eius eſt ſub his duobus terminis claudens tempus prandij, quod eſt. x. horarum. & cœnæ ꝙ eſt. 12. horarum. & hoc ſuppoſito ꝙ maior quantitas cibi ſumatur in cœna. Nam vbi eſſet contrarium forte tempus eſſet variandum. Vnde aduertendum ꝙ tardius, & citius cibus digeritur ſiue egreditur ſecundum maiorẽ, & minorem quãtitatem aſſumptorum. Ad hoc etiam cõcurrit fortitudo, & debilitas digeſtiuæ naturalis. vnde in quibuſdam citius & in quibuſdam tardius deſcendit, & tu conſidera. Item nota ꝙ fortaſſe Aui. per ly æqualis remanentiæ intellexit, quia remanentia temperate exponendo æqualis, id eſt temperate. Poſtremo aduertẽdum pro ampliori declaratione, ꝙ illud quod eſt debet intelligi ab hora compræhenſionis cibi vſq; ad eius exitum totalem de ſtomacho, vnde credendum eſt cibum paulatine egredi. nam ſi cibus fuerit vniformis, tunc pars quæ in fundo eſt, quæ eſt perfecte digeſta ægreditur. & alia quæ non eſt ita perfecte digeſta deſcendendo ſuccedit in loco primæ, vbi perfectius coquit̃, & ſic etiam deſcendit vt prima, & tertia ſequitur ſecundam, ita ꝙ pylorus ſtat apertus continue, & virtus retentiua retinet cibum ne deſcendat. ꝙ ſi fuerit difformis ſubtile prius totum digeritur, et maxime ſi fuerit p̃miſſum, & aperitur pylorus ne corrũpatur in rpe, quo expectatur digeſtio groſſi, deinde clauditur donec groſſum coctionem perfectam recipit, hoc aũt natura prudens fecit ſic a deo optimo dotata. Et non credas vt aliqui ꝙ cum cibus groſſus eſt cum ſubtili ꝙ oĩa in ſtomacho bulliant ſimul & in ſtomacho fiat ciborum reuolutio quemadmodum in lebete. & ita ẽt opinatur Gentilis. conſidera. Non enim hic. Conciliatorẽ extollo neq; accuſo, vt non videar nimium prolixus. Item ſi alicubi reperitur auctoritas aliq̃ ꝙ pylorus aperitur vſq; ad perfectam cibi digeſtionẽ expone cibi tãgentis fundum ſtomachi. Et hic nota tex. Aui. prima quarti. de cura putridarũ inquit. Et prouide ne occurrat paroxyſmo, niſi ventrem habeat vacuum. Et de cura phlegmaticæ, rubrica, bdeguar inquit. Et hora cibi eſt poſt poxyſmi teporẽ, & eradicationẽ eius, & añ poxyſmũ ad min. 4. horis. Itaq; ex his vr̃ cõcludi poſſe ꝙ ſtomachꝰ in ſpatio. 4. horarũ a cibo vacuus remaneat. & tu cõſidera.

*Gentilis notatur.*

DVBITATVR vtrum myrobalani citrini cõferant in principio apatum calidorum ſtomachi. ꝙ ſic arguitur, quia ſtomachũ confortant, infrigidant, choliam ſoluunt. ergo. Pro iſto Sera. trac. 2. 4. ca. & Raſis. 9. Almã. 2. Ad oppoſitum Aui. Pro dubio dicendum ꝙ talis apata aut ſunt de materia furioſa, aut non. Concluſiones. Prima ꝙ materia exiſtente furioſa debet cum myrobalanis fieri euacuatio. nam confortant infrigidando, & cum hoc materiam exoluendo ſubito educit quod eſt in tali caſu neceſſarium. Nam lenitiua, vt caſia & huiuſmodi eo caſu non cõplent euacuationem quęſita. Hanc concluſionẽ ſenſit Aui. cum inquit. Et qñq; vtimur in ea quidem myrobalanis. Ego vero non declino ad hoc niſi ſint apata in via dubitationis, cuiuſmodi ſunt illa quæ ſunt de materia furioſa. Secunda ꝙ materia non exiſtente furioſa ſufficiũt lenitiua, & nocẽt myrobal. patet concluſio. qm̃ in tali caſu materia dat inducias, & ideo ſine nocumento, & præcedente digeſtione põt fieri euacuatio cum ſolis lenitiuis. nam myrobalani ponuntur medicina ſatis fortis. vnde prima quarti. de cura tertianę purg. Et non auſcultes ſermones illius qui cõcedit in principio ſolutiua fortia vt myrobalani. Tertia concluſio ꝙ raro eis vtimur in apoſtematibus ſtomachi. patet concluſio. quia raro accidit ꝙ apoſtemata ſtomachi ſint furioſa, vnde Aui. magis contentabatur puris lenitiuis in cura eorum. Quid autem dicendum ſit ad dubium patet. vnde ſi alicubi vt in Serapione & alibi reperitur ꝙ ſtyptica conferant intelligi habet ea ad extra, & non ad intra. exhibendo, & tu conſidera.

DVBITATVR vtrum phlegma, & ſanguis poſſint facere vomitum, Reſpondetur ꝙ ſic. poſſunt enim eſſe præternaturales. & hoc omni die videmus. Sed dubium eſt quare cum de ſanguine & phlegmate plus ſit in ſtomacho q̃ de alijs humoribus quare vomitus non eſt ſemper ſanguineus, aut phlegmaticus. Dicendum ꝙ hoc eſt, quia apti ſunt ſtomachum nutrire, & ideo ipſos retinet. Conſidera multa occurrentia circa hoc &c.

POSTREMO VOLO hic aliqua pauca rememorare & vtilia ſuper aliquas rubricas huius capituli, nã ſtomachus eſt membrum multum cuſtodiẽdum propter eius nobilitatem, & vtilitatem vt in principio.

SVPER rubrica de difficultate tranſglutiẽdi. Lac vbi lapides igniti ſunt extincti in meri paſſionibus et vlceribus maxime competit, & non debent multoties extingui lapides, ſed ſemel tm̃, ne lac multum exiccetur. & debet dari calidum temperatum ne ſua frigiditate noceat.

SVPER rubrica de debilitate appetitus. Notabilis debilitas, aut ablatio in morbis chronicis eſt malum ſignũ, quia ex hoc iudicatur ꝙ mala complexio eſt æquata,

virtus attractiua per ſe non confortatur ſtypticis ſed per accidens pro quanto abſtergunt, mundificãt, & virtutem coadunant, in omnibus membris eſt virtus appetitiua naturalis. In ſtomacho vero vltra hanc animalis, & accidit vt quandoq; naturalis vincat animalem quandoq; econtra. Stomachus nutritur ſanguine, qui eſt in venis eius extrinſecis, & intrinſecis, & ſanguine delato ad ipſum per ramos venæ portæ, meſeraicæ enim ad deportandũ cibum ſunt finaliter inuẽtę, vt Aui. de vomitu. vt ibi clare patet.

SVPER rubrica de bulimo. ꝙ licet cibaria groſſa plus ſedent appetitum, nihilominus plus competunt ſubtilia in bulimo, quia virtus eſt debilis. Itẽ quia citius tranſit ad membra.

SVPER rubrica de ſiti, ꝙ ablatio ſenſus in ſtomacho poſsit eſſe ſignum mortale, non ſic in alijs membris, cauſa quoniam actio ſtomachi eſt toti neceſſaria, non ſic aliarum partium. Item nota ꝙ aqua frigida per ſe non ſedat ſitim ſed cõmixta cum aceto aut vino magis. nã per ſe oppilat et ꝓhibet ſeipſam penetrare in poroſitates membrorum quæ omnia remouentur ex commixtione ipſius cum aliquo iſtorum.

APHORISMI.

*De Meri, ac diſpoſitione ſtomachi.*

Ex. j. Sectione. xv. Aphor.

Ventres hyeme, & uere natura calidiſsimi ſunt, & ſomni longiſsimi, quare per ea tempora alimenta copioſiora ſunt exhibenda, etenim tunc calor innatus, plurimus eſt, vnde & pluribus egent alimentis, indicio ſunt ætates, & athletæ.

xviij. Apho.

Aeſtate, & autumno cibos difficillime ferunt hyeme facillime, ſecundum locum ver habet.

Ex. ij. Sect. xxxiij. Aphor.

In quouis morbo mente conſtare, & bene ſe habere ad illa quæ offeruntur, bonum, contra vero ſe habere malũ.

*De difficultate tranſglutiendi.*

Ex. iiij. Sect. xxxiiij. Apho.

Si à febre habito, tumore nõ exiſtente in faucibus, ſtrangulatio repente ſuperuenerit, letale.

xxxv. Apho.

Si à febre habito collum peruertitur, & vix poteſt deuotare, ſine vllo tumore, letale eſt.

*De dolore ſtomachi.*

Ex. iiij. Sect. lxv. Apho.

In febribus circa uentriculum, & fortis æſtus, & cordis motſus, vel dolor, malum.

*De Siti.*

Ex. ij. Sect. xxj. Aphor.

Famem thorexis, id eſt vini potio ſoluit.

Ex. v. Sect. xxvij. Apho.

Qui noctu bibere appetunt, his admodum ſitientibus, ſi ſuperdormierint, bonum.

*De diſpoſitionibus myrach, & hypochondriorum.*

Ex. iiij. Sect. lxxiij. Apho.

* ὑπο/χόνδρια. idest, hypochondria. Quibus * ilia ſuſpenſa murmurantia, lumborum dolore ſuperueniente, ijs alium humectantur, niſi flatus erumpant, aut urinę multitudo ꝓueniat, hæc vero in febribus.

*De Vomitu.*

Ex. j. Sect. ij. Apho.

In perturbationibus ventris, & vomitibus ſpontaneis, ſi talia purgentur qualia purgari oportet, coofert, & leuiter ferunt, ſin minus contra. Sic & vaſorum inanitio, ſi talis fiat qualis fieri debet, cõfert, & bene tolerãt, ſin minus, contra, inſpicere itaq; oportet, & Regionẽ, & Tempus, & Aetatem, & Morbos, in quibus conueniat, aut non.

Ex. iiij. Sect. vij. Apho.

Vomentes vero difficulter, & mediocriter bene carnoſos, per inferiora, cauentes æſtatem.

xxij. Aphor.

Morbis quibuslibet incipientibus ſi atra bilis, vel ſupra, vel infra exierit, letale.

Ex. vj. Sect. xv. Apho.

A longo alui profluuio habito, ſpontaneus vomitus ſuperueniens morbum ſoluit.

Ex. vij. Sect. x. Apho.

Ab ileo vomitus, ſingultus, deſipientia, vel conuulſio, malum.

*De Singultu.*

Ex. v. Sect. iiij. Apho.

Ex ſuperflua purgatione, cõuulſio, aut ſingultus ſuperueniens, malum.

Ex. vj. Sect. xiij. Apho.

A ſingultu habitum ſternutatio ſuperueniens liberat.

Ex. vij. Sect. xvij. Apho.

In hepatis inflammatione ſingultus, malum.

## De diſpoſitionibus hepatis continens Rubricas. xiij. Capitulum. XIIII.

*De anatomia, deſcriptione, & complexione hepatis. De canonibus uniuerſalibus in curando ipſum, & de iuuantibus, & nocentibus ei.* Rubrica. I.

HEpar eſt membrũ principale ut quaſi ſemper in dextro latere ſub coſtis ſuperioribus locatum in homine maius ꝗ̃ in cęteris animalibus eiuſdem quãtitatis figura tanquã lunari figuratum, quinq; vel quatuor pennulis ſiue additamentis diſtinctũ ſecundũ partem eius concauam ſtomachum amplectens, ſm gibboſam vero diaphragmati, & dorſo alligatũ ex parte carnea dominante, & pãniculis inuoluentibus, & ſuſpendẽtibus, venis quoq; per ſubſtantiã eius ad modum retis diſperſis conſtitutum ſanguinis, & humorũ naturalium organum primo productiuũ. Ex qua deſcriptione primo colligitur quæ ſit hepatis cõplexio cum dicitur ex parte carnea. Dicitur membrum principale, quia eſt minera virtutis naturalis, eſt enim ſpiritus naturalis ad cõſeruationẽ indiuidui neceſſario cõcurrentis productiuum. Dicit̃ vt quaſi, quia monſtruoſe qñq; eſt repertum hominẽ habere in dextro ſplenem, & in ſiniſtro hepar. vt. ij. de hiſtorijs. xxij. cap. Dicitur ſub coſtis, nam in mortuo multo plus ſub coſtis collocatur ꝗ̃ in viuo, & cauſa qm̃ membra ſpiritualia euanuerunt & hepar aſcendit, vt ita dicam ad replendum vacuitatẽ. Et ideo ſi cupis eius ſitũ melius videre trahas eum inferius. Dicitur in homine maius. Nam hoc fecit natura vt in eo præceteris ſanguinis multitudo abundaret propter motus corporeos & animales multos ipſum reſoluẽtes cum ſit maxime reſolubilis. Dicitur figura, eſt enim talis figuræ. nã habet gibboſitatẽ, & concauitatẽ, & extẽditur & ſtomachum amplexet̃. Vnde talis figura cauſatur ex quo accidit ꝙ apoſtema in gibbo eius factum figurã habet lunarem. Dicitur quinq; &c. nam nõ ſemper apparent quinq; ſed qñq; quatuor tantũ. vt primo col. &. j. Alman. cap. de forma hepatis. Dicitur ſm partẽ eius concauã qm̃ hepar ſuis pẽnulis tanquã digitis ſtomachum amplectitur ad digeſtionẽ cõplendam. Dicitur ex parte carnea, eſt enim ſicut ſanguis coagulatus. Dicit̃ & pãniculis, habet enim primũ panniculõ inuoluentẽ ipſum ei ſenſum dantẽ, & qui paruos villos diuiſus per eius ſubſtantiã ſpargit̃, habet & pãniculum ipſum diaphragmati & dorſo ſuſpendentẽ, & ꝓpter hoc qñ eſt apoſtema in hepate contingit dolor in diaphragmate, & pectore. Dicit̃ venis, propter quod ſcd'm ꝙ à gibbo hepatis oritur vena Hepar minera virtutis natural.

chilis,

à concauo vero vena portæ quæ habet .xiij. ramos, quorū quinq; ingrediunt̄ hepar & diuiduntur in minimas venas, vt chilus in hepate receptus p ipſas diſperſus, quaſi ad minima diuidatur vt à calore hepatis fere vniformiter attingatur, & melius in ſanguinē & humores trāſmutet̄, reliqui autem octo rami hepar egrediunt̄ ad nutrimentum deferē dum ſtomacho ſpleni. çirbo inteſtinis. vnde non curo hîc me de eis multum extendere. Vena autē chilis eſt vena magna cuius ortus ad ſenſum à multis credit̄ ſiue iudicat̄ eſſe à corde. Et hęc diuidit̄ in duas partes, quarum vna aſcēdit ſuperius verſus collum & alia deſcendit verſus caudā, quę cū in directo renum deuenit ab ipſa ramificant̄ venæ duę dictę emulgentes, quarum vna vadit ad renē dextrum, altera ad ſiniſtrum. Dicitur ſanguinis & humorum primo productiuum. i. principaliſſimum ſm ſententiā Gal. Vel dicitur primo in ordine ad differentiā cordis quod eſt ſanguinis vltimo perfectiuum. Ex quibus completa habet̄ deſcriptio & eius cōplexio. Eſt enim carneū cōplexione. ſ. calidum & humidum, recedit tamen à medio generis plus per receſſum caliditatis q̄ humiditatis. Nam in latitudine membrorum calidorum obtinet quartum gradum. In latitudine vero humidorum inferiorem gradum, prima primi. de complexionibus mēbrorum, & primo complexionum. relinquo theoricis.

ANTEQVAM aggrediaris curam diſpoſitionū hepatis prius ſtude in cognoſcēdo malitiā eius, nā error factus in mēbro principali ſpāliter vt eſt hepar ioir perſvenas eius cōmunicat̄, & pro curanda malitia eius qualitercunq; ſit oportet hoc multoties præmittere canones.

Quorum primus eſt vt ſemper attēdatur cōſeruator cōplexionis naturalis ipſius, quam prius noſcere ſtudeas, vt per ipſius cognitionē valeas elongationē non naturalis ab ea cōprehēdere. Nam cum curabis malitiam hepatis, & eā reduxeris vſq; ad naturalē pcipitur ibi ſtare. vnde Aui. x. de ſermone vniuerſali curationis ipſius hepatis. Et ppter hoc oportet vt ſcias quātitatem cōplexionis naturalis hepatis & curas ita vt cum reduxeris ipſum ad eam ſtes. qūo autem hoc fiet ſi eā non cognoſces? Ex illo infertur q cum medicinis hepati applicandis debent ſemper calida hepatica cōmiſceri in maiori, & minori quantitate ſm q exigit diſpoſitio vt de corde dictum eſt.

Secundus q nimiū calida euitentur cum ſint mēbrum carneum reſolubile, ne & virtus reſoluatur. Item & nimiū frigida ne etiā debilitetur, & in hydropē cadat, aut fortem oppilationem, nam ſemper timēda eſt eius oppilatio cū ſic humorum fons. Item & omnium ſtyptica ne addant in oppilationem. Item quia fortis ſtypticitas non abſoluitur à ſiccitate forti, quæ eſt lima caloris. vnde in mala complexione calida ſic plus nocerent. *Hepar humorum fons.*

Tertius q conſideres tēpus exhibitionis medicaminū qd' eſt qn̄ hepar iam diſtribuit ſanguinem mēbris, nam tunc ſtomachus eſt vacuus, & viæ medicinæ inter ipſum, & hepar ſunt mundæ, & apertæ, & ideo tūc trāſeunt abſq; nocumento. Quòd ſi continget ante hoc tēpus dari tunc indigeſta ſecum ad hepar trahēt, vnde grande ſequet̄ nocumentum. ppter quod errant qui in cibis faciunt vti multum appetitiuis. Et ex iſto infert̄ q etiam epithemata, & infrigidātia, aut calefaciētia debent eo tp̄e, & ſecurius applicari, & non ante. qn̄ ſequet̄ ex illo nocumentū vt facile cōprehendit̄. Tēpus autē maxime pportionatū eſt tēpus matutinū per horas tres ante cibi aſſumptionem. Et hîc conſidera de his qui exhibent bis in die ſyru. & hic canon maxime verificatur quando intendimus aperire.

Quartus q aperitiua & reſolutiua adminiſtrata in oppilatiōibus materialibus hepatis nō debēt abſolui à ſtypticitate, & cōfortātibus niſi fortis fuerit oppilatio & ſuꝑflua.

Quintus q medicinæ hepaticæ optimæ terant̄, & ſubtilis ſint ſubſtantiæ, ſiue frigidæ ſint, ſiue calidæ, quatenus ad illud peruenire poſſint.

Sextus q medicinæ in cura diſpoſitionis hepatis eligantur contrariæ, & cum hoc ſi poſſibile eſt quæ à pprietate operentur. nam hæc duo ſimul plus operabuntur q̄ alterum tm̄. & ideo endiuia maxime confert hepati calefacto eo q vtroq; modo operet̄ à qualitate. ſ. manifeſta, quia frigiditate, & à caliditate occulta, quia à proprietate.

Septimus q cū in exhibitione cōtinuata tribus aut quatuor diebus medicinæ ipſæ aperitiuę, qn̄q; humores diſproportionem acuendo. ſ. illos aut aliter alterādo debes poſt earum talē exhibitionē vt lenitiuis naturæ etiā alteratis vt ipſa diſpoſitio egebit. aqua enim radicū humores acuit ex eius vſu vt ſupra. Item & qn̄q; adurēdo humores generat̄ melācholia, nā ipſa, & ſimilia reſoluunt, & exiccant.

Nota itaq; pro canone octauo q poſt earū vſum vti debes cum lenitiuis, & ſy. etiā materiā aduſtā reſpiciētibus. cuiuſmodi ſunt thimus, & epithemus, & hic canon eſt in vſu, & in experientia bonus, & efficax inuentus. vt Gentilis. xiiij. tertij. de ſermone vniuerſalis curæ hepatis in fine inquit. Non enim timeas ſimul cū radicibus aut ſyru. admiſcere thimum, aut epithemum, ſenę, aut aſſodili experimento didicimus, & rationi conuenit.

Nonus q non pigriteris in ſuccurrēdo malitiæ hepatis, qn̄ faciliter fit impreſſio eius in hepate ſi fuerit modicum cōtinuata. Et rō qn̄ eſt mēbrum in cōpoſitione debile vt patet ex diffinitione poſita de eo. Item cōtinue laborat in generando humores ex quorū malitia contingit hominē ante terminū naturalē mori. quod autē faciliter patiat̄ declarāt infectiones quę in eo inueniunt in aīalibus mortuis i macello. q aūt ſimiles ſic i alijs nō reperiunt̄ viſceribus.

Decimus q euites puocātia vrinā cū opus eſt ſolutione vētris, & ecōuerſo. nam ſm q materia in alio, & in alio loco eius eſt, qa. ſ. in cōcauitate, aut gibbo oportet appropriata per cōuenientē regionē ducētia applicare. In ſumma itaq; hepar cuſtodire in ſua ſanitate & ab eo ægritudinem remouere ſummopere oportet. Eſt enim mēbrū principale, & pro toto laborans continue. Vt ergo hæc oīa facilius adimpleantur omnia aut quaſi omnia in genere ſubſcribam ei nociua, atq; iuuantia.

EX REBVS nocētibus ſunt acceptio cibi ſuper cibum, error in ordine de quo ſupra, & oīa cibi mala digeſtio, & ſunt hęc in ſumma de maxime nociuis hepati. Aui. potus aquę frigidę ſubito factus, & ieiuno, & poſt balneū, & coitum. ſic enim calor eius extinguit̄, vt patet conſideranti. Item cum corpus calet, & ſi non ſit ieiunum cum de ea bibatur in multa quātitate, nam velox, & ſubita aquæ attractio ad hepar qn̄q; perducit ad hydropē. & cū hepar fuerit inflāmatum nō detur aqua ſine vino. Aui. Et ſit eius deglutitio paulatina, & nō impetuoſa. Et viſcoſa hepati nocent ea ex parte qua faciunt oppilationem. ſed de hoc in dubijs, & frumentum eſt ex ſumma eorū in quibus eſt viſcoſitas, per ampliua viſcoſa & dulcia, quia ad hepar indigeſta trahuntur. Vnde vinum dulce oppilat hepar, qn̄ trahitur ab ipſo non gradatim, & cum ſua fece groſſa qn̄ ab ipſo multum diligitur, & contrarium facit in pulmone. nā ad eum nō peruenit cum ſua fece. Item concurrit ad hoc, qn̄ poroſitates pulmonis ſunt latiores valde. Et ex his inferri debet q quæ adminiſtrātur in diſpoſitione hepatis non debent eſſe viſcoſa, & ſpecialiter dulcia, qn̄ ſua viſcoſitate impeditur eorū penetratio, immo debent eſſe liqda, currentia, & ſubtilia, quod correlarium eſt cōtra illos qui ſy. in diſpoſitione hepatis vſq; ad mellis ſpiſſitudinem decoquunt. Gentilis. nocet & hepati oīs cibus violētæ virtutis, quis exceſſiue calidus, aut exceſſiue frigidus. cibus groſſæ ſubſtantiæ, & præcipue viſcoſus, vt ſupra. Immūditia emunctoriorum ſuorum. Oppilatio totius cutis ex immunditia. Fames mēbrorum ppinquorum. oppilatio oīs in via ad eum. Item & ad membra poſt ipſum, qn̄ illa humiditas ſic retenta calorē naturalem conculcat. Item oīs fluxus imoderatus, et maxime ſanguinis. Itē ſanguinis *Viſcoſa hepati inimica*

indebita,

indebita, & inſolita retentio. Item nimia abſtinentia a cibo, & potu, balneum poſt cibum, nimius vrinæ fluxus. Item in diabete, omne accidens animi immoderatum. Vigilia ſuperflua. oĩs percuſſio facta in regione eius, propter paruam eius coopertura. Omnis inceſſus veloa propter appendentiam eius, legumimbus vii. Longus vſus diureticorum præcipue fortium. Omne mali ſanguinis generatiuum. Item ſpecialiter nocent medicinæ laxatiuæ fortes ſcammonea. elleborus. diagrydium, euphorbium, lacticinia lapis laçuli. armenus & huiuſmodi. Item aloes. Vnde Meſ. de aloe ẽt dicunt quidam q̃ lædit epar aliq̃ñ ipſum & videtur quod ſit illud pp apertionem quã efficit in venis, verum rectificatio acquiritur ei vt conferat epati. Itẽ nocet & longus vſus infrigidentium etiã in febre ex cholæ accenſione. Itẽ continuus vſus iacendi ſuper latus dextrũ.

EX MEDICINIS conferentibus ſunt quæ hñt amaritudinẽ in qua eſt aptio cũ ſtypticitate qua epar ipſum confortatur, vt abſinthium, tataſcon & huiuſmodi. Et dictum eſt qua &c. quia in omni amaritudine non eſt ſtypticitas talis. vt in aloe & ſimilibus, de quibus ſupra. Item omnia ẽt aperitiua ſtypticitatem participantia, boni odoris, ſpiritibus conformia, & putrefactionem prohibentia, vt ſunt cinnamomum, extremitates ſquinanti. myrrha & huiuſmodi, de quibus infra. Item oĩa mundificatiua, et abſtergentia non viſcoſa. vt aqua hordei ſaltem in diſpoſitione calida eius. Item ea in quibus eſt maturatio, et lenificatio cum ſtypticitate, vt eſt crocus. Item dulcia ſuauia ſtypticitate participantia, vt paſſulæ. Item & talia penetratiua, vt vinum non groſſum, ſed ſubtilis ſubſtãtię, odoriferum, ẽt dulce, & non multum, ſpecialiter vbi non ſit caliditas prohibens. Item aromatica ſtypticitate, & confortatione participantia, vt phiſtici qui ſunt in diſpoſitione epatis frigida iuuatiui valde. Non enim in exemplis me eatendo, qm̃ in cura malæ complexionis epatis ponam iuuantia, nocentia calida, & frigida ad ſpecialia deſcendens. Poſtremo confert regimen contrarium ſupra ſcripto ſumptum ex parte quantitatis, ẽt qualitatis, & ordinis cibi, & potus. vt quod cibaria ſint debitæ quantitatis, qualitatis, debito ordine aſſumentur. Similiter de potu, & de cæteris dictis in de nocentibus epati in genere ſupra. & ſic hæc in generali ſufficiant.

*De mala complexione calida, & frigida epatis cum materia.* Rubrica. II.

ANteq̃ ad eam curãdam accedas oportet vt primo ſcias vltra canones poſitos quos reuidere debes q̃ regimen ex parte cibi multum attendatur ex parte quantitatis. vt q̃ non ſit diæta groſſa ſed tenuis & nõ multum, & hoc indicatione ſumpta ab ea. ſecundo q̃ pro eius remotione abſtineatur a rebus frigidis & hu. multum in quibus parum aut nihil exiſtit ſtypticitatis, vt eſt aqua, lactuca. portulaca. cucumer. cucurbita. tertio q̃ infrigidantia ſint abſterſione, apertione, ac ſtypticitate participãtia. cuiuſmodi eſt aqua hordei, endiuia ſylueſtris, et hortulana quæ ambæ ſunt vltimæ in hac intentione. Aui. Quarto. q̃ cum contingat aliq̃ñ propter eius magnum feruorem aſſumere ſtupefacientia q̃ illis vtaris remiſſis, & non in vltimo. Vnde Aui. & oportet vt caueatur in ea ſtupefactio vltima. Et infra et q̃nq̃ eſt neceſſarium in potu ſumere ſtupefacientia, & confectiones opiatas, & recipiẽtes iuſquiamũ, vt philoniũ, & ego abhorreo illud cũ inuenitur abeo aliud.

CAVSÆ autem male complexionis epatis, aut eſt exterior aut interior. ſi exterior, ſic eſt aut aer calidus exceſſiue, aut exercitium, & motus fortis, aut longa balneatio in balneo calido ſulphureo, aluminoſo & huiuſmodi. pp qđ ſemper timere debent de ſui epatis calefactione qui hñtes epar calidum ad balnea naturalia accedũt, aut potus pharmaci valde calidi, aut vini potus, aut vſus rerum calidarũ & hæ ſunt primitię. Interior autem eſt aut per eſſentiam, aut per cõitatem. Si per eſſentiam, ſic aut eſt cholera ipſa in eo multiplicata & generata, aut ſan. ipſe, aut ſanguis cholę admixtus, aut phlegma ſalſum. Si per cõitatem, aut ex defectu chyſtis fellis non attrahentis choleram ad ſe, et ex conſequenti purgantis ipſum indebite cholera, aut mala complexio cordis calida vt in ſe. accidit incẽſiuis. aut mala cõplexio ſtomachi calida ea aſ̃ate, vel q̃uolibet aliter: & ſiſ̃r cerebri apoſtemati, vel rõne totius: vel aſ̃atis exiſtentis in membris alijs ſibi propinquis, aut rõne caliditatis renum & huiuſmodi.

SIGNA demõſtratiua. primo male complexionis calidæ ſitis vehementis quæ non extinguitur potu aquæ. vt ea quę a pulmone vel ſtomacho venit, quia exceſſiua caliditas epatis eam reſoluit, & magis extinguitur cũ emplaſtris. Gentilis. paucitas appetitus. Inflammatio, vrinæ tinctura. Pulſus velocitas, & frequentia febris. Lędi à calidis, iuuaria frigidis. Corporis extenuatio ſiue conſumptio. & ad hanc aliq̃ñ cum ſit fortis eliquatur ſubſtantia epatis. Item dyſenteria maxime q̃ñ eſt ab humoribus acutis ſtypticitas ventris abſq̃ grauitate & dolore in lateribus, quia ex forti reſolutione & exiccatione reſoluuntur, & minorãtur feces, & eſt vna ea cauſis ẽt principalibus. ſtypticitas ventris. ſecundo apho. commẽ. 20. Vomitus vſq̃ citrinus, rubeus, aut viridis. Egeſtiões cholericæ. Aſperitas linguę. Item illa ſignificant ætas. complexio regimẽ præteritum. coloris mutatio ad citrinum. aer, conſuetudo & huiuſmodi. & maxime apparent q̃ñ talis caliditas non eſt exceſſiua ſed media. q̃ ſi fuerit exceſſiua generabit melancoliam, per aduſtionem, & tunc fiet mania, & huiuſmodi ægritudines melancolicę, & ẽt contingit fluxus ventris vſq̃ ad ſyncopim cum caſu appetitus debilitata virtute epatis pp exceſſiuam caliditatem, & accidit ex ea q̃nq̃ aduſtio in ſanguine, & eſt egeſtio, ſicut fex vini q̃nq̃ aduritur epar, et egreditur cum egeſtione aliquod groſſum, quod eſt de carnoſitate epatis iam putrefacta.

Demonſtratiua male complexionis eius frigidæ ſunt albedo labiorum, et linguę, phlegmatis multitudo, paucitas ſitis, corruptio coloris, & exitus materiæ, quæ q̃nq̃ denigratur declinans ad viriditatem. & q̃nq̃ fit citrina ad colorem phiſtici declinãs, & q̃nq̃ phlegmatica groſſa propter frigiditatem, & eſt fames cum paruitate digeſtionis, & aliquando eſt cum fluxu non perſeuerante, & cum prolongatẽ ſequitur eam fe. & q̃nq̃ eſt fluxus ſimilis loturæ carnium. & ipſam ſignificant ętas, conſuetudo, regionem præteritũ, vt quia bibit aquam frigidam in ieiunio aut poſt balneũ, aut poſt coitum, nam epar inflammatum tunc cum auiditate ſugit ipſam.

Male vero complexionis ſiccæ demonſtratiua ſunt, ſiccitas oris & linguæ, pulſus duritiis, & q̃nq̃ denigratur color corporis. Quod ſi fuerit cum cholera aut melancolia, & ſcies ex his quæ de ipſis ſæpe dicta ſunt, & erit vrina tenuis, & egeſtio ſicca.

Malæ vero complexiõis hu. ſignificat ſpiſſitudo vrinę, & egeſtio hu. pulſus mollis, mollities linguæ, iflatio faciei, & oculorum, mollities carnis, hypochõdriorum paruitas, ſitis, niſi vbi aderit caliditas conſumens, albedo coloris. et q̃nq̃ eſt cum ea citrinitas pauca, et cum humiditate erit frigiditas vehemens dominante tñ humiditate color ad viriditatem declinat. & color eſt ea rebus quæ ſignificant ſm plurimum diſpoſitionẽ epatis, eſt enim epaticus ſecundũ plurimum decliuis ad citrinitatem, & albedinem, & q̃nq̃ declinat ad viriditatem, & fuſcitatem. Auicen. ſed de hoc in ſequenti rubrica: & plumbinus ſignificat ſuper ſtomatichum.

PROGNOSTICA hæc ſi perſeuerabunt ad cacheſiam perducunt corpus & tandem ad hydropem.

CVRA Canones. Pro cura male complexionis calidæ ponantur canones, quibus proportionales debent poni de cura malæ complexionis frigidæ etiam cum materia.

Ordinatio

Ordinatio diætę. Materiæ digeſtio ſi eſt neceſſaria. Euacuatio ipſius materiæ. Remotio malæ complexionis infixæ. Hepatis confortatio. Accidentium remotio.

Diæta vt ſæpe dictũ eſt debet tendere ad contrariũ cauſæ. nam aer debet declinare ad frigidum. vt ſi non ſit talis fiat talis particulariter in camera ſternẽdo folia ſalicis, vitis, ſpargendo aquã cum aceto. Itẽ cibaria ſint olera frigida vt blitis, lactuca, endiuia, ſpinachia, & huiuſmodi. ſuſcula hordei non ſpiſſa ſed ſubtilta & vniuerſaliter cibaria frigida ſimplicia & compoſita, de quibus, ſupra. ij. & iij. tractatu ad quæ recurras. Item virtute exiſtente debili detur caro gallinę, perdicis, & hmõi ex carnibus laudatis tẽperatis, aut declinantibus ad frigidum, de quibus al. locis. ꝙ ſi non inueniuntur, tales alterentur, quæ inueniũtur cum ſucco vel vino granatorum, berberis, aut agreſta, & aceto paſſulato. Item fiant gelatioæ ex eis abſq; ſpeciebus.

Item dentur piſces petroſi cum agreſta, piſces etiã maritimi laudati. Et de his omnibus & fructibus tertio tract. & tu ibi. Etiam ſuper ſedeo à longa narratione talium, qm̃ ſtatim in perficiẽdo quartum caoonem factam de multis talibus mentionẽ. Sed hic aduerte ꝙ Auic. cõmendat carnes lymaciarum, quę tamen ſunt multũ viſcoſæ. Propter quod ſcito ꝙ licet lymaciæ à proprietate hepati cõferant, tamen noo videnẽ cõferre hepati oppilato, aut apoſtemato. Et ad Auic. dic ꝙ intelligit de hepate extenuato quod requirit nutrimentũ, & extenuationem. Et io aliis caſibus credo eas noo multũ cõferre. Potus ſit aqua hordei. nam Auic. Et io aqua hordei ſunt omnes iſtæ proprietates quæ ſupple requirunẽ in potu conuenienti ad hoc. Itẽ aqua ſimplex decocta cum modico vini granatorũ. Et ſis inemor canonis. ꝙ habẽtes inflammationem hepatis non debent bibere aquã ſine vino. Abſtineat ab exercitio, & ab omni re habente calefacere. Menſuret ſomnum & vigilias.

Studeat in beneficio ventris cum rebus frigidis remittentibus malam complexionem. De quibus in cõplemento quarti canonis. Abſtineat ab ira, tra, & ab omni tali accidente habente inflammare.

Pro complemento ſecundi nota, quia dicitẽ ſi eſt neceſſaria quia aliquãdo peccat ſanguis ſolus cui non debeẽ digeſtio ſed ſtatim euacuatio de cura putridarum. Auic. Itẽ aliquando ſanguis cui miſcetur cholera, qui etiam non expectatur à digeſtione euacuari debet per phlebotomiam. poſt quã competit etiam digeſtio, & euacuatio debita facta cum thamarindis, aqua fructuũ, & huiuſmodi. ꝓ quibus quarto tractatu. Quòd ſi fuerit cholera ipſa ſola digeratur & euacueẽ cum appropriatis ei, ut quarto tractatu. Quòd ſi fuerit phlegma ſalſum recurre alleg. tractatu pro eius digeſtiuis. Et hic nota ꝙ digeſtiua debent iulepizari iuxta canonem quintum ex generalibus, & correlarium, illa tamen vide de rebus nocentibus hepati.

Pro tertio dicendum primo ꝙ materia peccans ſi noo fuerit ſanguis, aut ſanguini admixta euacuetur cum euacuantibus choleram de quibus. iiij. tracta. Sed hic nota ꝙ infuſiones ex reubarbaro, & huiuſmodi. aqua fructuũ &c. ſunt maxime cõuenĩẽtes vnde ſicut de digeſtiuis dictum eſt intelligatur etiam de euacuatiuis. nam liquida hoc caſu ſunt maxime cõuenientia. melius enim penetrant. Item & ſi fuerint frigida remouent malam cõplexionem. vnde pilulæ hoc caſu non ſunt ita cõuenientes. Tu itaq; ex cõpoſitis tractatu. iiij. cõpone. Sed de phlebotomia dicemus an ſemper cõpetat in omni mala complexione calida hepatis ꝓpter canonem vniuerſalem ſæpe allegatũ. quarta primi. de phlebotomia. Caue &c. Dicendum ꝙ in omni tali cõſentiente uirtute, & cæteris vbi non ſit prohibens, vt eſſet humorꝫ penuria. & huiuſmodi cõpetit phlebotomia ſaltẽ euẽtatiua. nam ex tali remittiẽ multum caliditatis exceſſus vt patet intelligenti. Canon vero intelligatur de euacuatiua io qua foret tanta euacuatio ꝙ frenum cholerę ei nõ dominaretur. Quòd ſi corpus fuerit plethoricũ non eſt hæſitandum. eſt enim phlebotomia euacuatio vniuerſalis humorum multitudinẽ reſpiciens quarta primi. all. capi. hãc ſententiã credo voluerunt Halys-Sera. Viaticus & cæteri, qui ſtatim in principio faciũt phlebotomiã in mala complexione ca. hepatis. Vnde aliqui qui negligũt facere phlebotomiam cum ſanguinis abundantia magnum inducũt periculũ. neceſſe eſt enim aut putreſcere materiam, aut fiat vulnus, aut in ſclirofim incurabilem conuertatur.

In perficiendo quartũ prius enumerabo frigida hepati cõuenientia & eius talẽ diſcraſiam remouẽtia, & ſunt acetum, agreſta, atriplex, acetoſitas citri, berberis, cerptũ ſandalinum. Meſ. ij. antidotarij, & eſt vſuale cucurbita, camphora, ſed in modica quãtitate emplaſtrũ de fumo terræ. ſecũda antidotarij Meſ. endiuia hepatica, granata acetoſa. iulep viol. hordeũ, ptiſana eius. aqua eius. oleum roſ. populeon Nic. & calorẽ mirabiliter mitigat portulaca, lactuca, roſa: ſemperuiua, ſandali, ſy. aceto. ſimplex. ſolatrum, ſpodiũ, thamarindi, trochiſci de ſandalis. de ſpodio. de camphora. de berberis. vnguentũ ro. viol. Ex laudatis cõpoſitis ad extra ſunt. ℞. aquarũ endiuiæ, hepaticæ, roſarũ, abſinthij. ana. ℥. ij. ſpecierũ ceroti ſandalini. ℥. ſ. miſce, & cũ petia duplicata apponatur hepati in æſtate frigidũ in hyeme calidum, & in tẽporibus medijs medio modo. Et ſuccis herbarũ dictarum. vt lactucæ, ſolatri, & hmõi cũ aceto. Itẽ cum aquis miſcẽdo ſuccos pul. & hmõi. Emplaſtrum ℞. ſuc. portulacæ, oleorum roſ. de abſinthio, de ſpica, violati. ana. ℥. j. ſuc. ſolatri, ſucci abſinthij abſq; reſidentia. ana. ℥. ſ. ſandalorꝫ alborum. ʒ. ſ. ſquinanti, cyperi. ana. ʒ. j. ſeminum frigidorꝫ maiorũ. ʒ. ij. ſeminũ papaueris. ʒ. ſ. camphoræ. ℈. j. ſ. cum modico farinæ hordei. fiat emplaſtrum, ex quibus potes facere vnguentũ cum cera. Aliud ℞. olei roſ. & olei viol. de ſpica. ana. ℥. ſ. pulueris ceruſſæ. de qua io dubijs. ſpodij, ſquinanti, ſandalorum al. ana. ʒ. ſ. aceti. ℥. ſ. ceræ &c. fac vnguentum. Petia iotincta in aqua violarum. & oleo roſ. aceto pauco eſt medicina ſingularis in extingẽdo hepatis inflãmationem. Item vnguentũ populeon eſt mirabile ad hoc. Sed hic aduerte ꝙ in eo ingrediunẽ ſtupefaciẽtia, propter quod nota ꝙ dictũ eſt in quarto notabili ſupra in principio primæ rubricæ. debet enim eſſe poſtremũ remediũ. Vnde nota hic ꝙ vbi fuerit in eo oppilatio debemus abſtinere ab opiatis. Item à frigidis multũ ſtypticis. Itẽ non oportet frequẽtare in infrigidando hepar medicinas frigidas cũ quibus eſt ſtypticitas. vnde Aui. Et nõ oportet quidẽ vt de iſtis medicinis ſumanẽ ille frequenter, in quibus eſt cũ infrigidatione ſtypticitas ꝓpter illud quod eſt in ipſis de vi faciẽdi accidere in ipſis oppilationẽ. Itẽ nota ꝙ nenuphar eſt iuuatiuum valde in hoc ſiue ſit oleũ eius ſiue aqua ſublimationis, ſiue aqua decoctionis, ſiue ſuccus eius cum farina hordei emplaſtratus, eſt ex iuuatiuis ualde, & laudatis. vnde addatur modicum aceti. Ad intra oxyzaccara. iulep vio. roſ. ſyrup. de endiuia ſimplex factus, ſcilicet ex aqua endiuiæ & zucchard. ſy. eius cõpoſitus factus, ſcilicet cũ ſeminibus cõibus, & modico aceti datus cũ aqua hordei. Item ſyru. nenupharinus. ſy. de acetoſitate citri. Itẽ ex datis potes cõficere decoctiones & ſy. valentes. ſed tibi ſufficiant hęc, & illa quæ de digeſtiuis choleræ dicta ſunt ſupra. iiij. tracta. & tu ibi. Poſtremo nota ꝙ ſi mala cõplexio calida fuerit antiquata, & maxime naturalis vbi ſuſpicatur ꝙ ex diuerſitate actiua caloris ſubtile ſm partem ſit reſolutũ, & ſm partem ingroſſatum. vbi dubitatur de futura oppilatione debent cũ frigidis cõmiſceri calida hepatica aperitiua, vt cum cicorea, eupatoriũ, ſpica & hmõi. Et forte hunc canonem intellexit Auic immediate all. loco. ꝙ ſi cõtingat etiã in ea ſic antiquata fieri phlebotomiam. fiat, ſed in modica quãtitate. Iuxta illud Auic. prima quarti de cura putridarum. Cumq; poſtpoſueris phlebotomiã non eſt amplius ad eam intentio ſupple ad euacuandã tantam quãtitatem, quanta euacuari debeat in principio. Et quod dictũ eſt de

mala

mala cõplexione calida cum materia antiquata intelligas etiam de illa quæ eſt ſine materia, quoniam ex diuturnitate tẽporis cõplexio innata hepati debilitata eſt, quapropter timendũ ne ex vſu infrigidantium ſolum corrumpatur.

Quinti complementum quære in rubrica ſequenti.

Accidentia vero quæ hepati accidere cõſueuerũt ſunt debilitas, dolor apoſtema & hmõi. ad quæ ſequuntur poſtea aliæ malæ diſpoſitiones, vt hydropiſis, cazeſia, dyſenteria, hepatica & huiuſmodi. de qbus omnibus infra ſuis ſpecialibus rubricis.

CVRA In mala complexione frigida etiã cum materia proportionales canones ſerua.

Ex parte ordinationis diętæ, digeſtionis, euacuationis, & cæterorũ. nam dięta debet tendere ad contrariorũ cauſæ, quæ aũt ſint contraria huic malę cõplexioni habes ſupra tractã. ij. & iij. Sed hic nota ꝙ multũ debes timere oppilationẽ in quam faciliter incurrit hepar ex mala cõplexione, & ideo cibaria ſint apertiua, propter quod multũ laudantur ſemina maiora calida, vt vſus eorũ. Vnde Auic. Calefacientia nota ſunt vehementis iuuamenti. Secundo nota ꝙ quia ex mala cõplexiõe frigida hepatis cõſueuit ſuperuenire ventris lubricitas. hinc Aui. & alij multum laudãt ſtyptica, vt caules ter coctos, panẽ aſſatũ & hmõi. Itẽ laudantur ab Auic. ventres anſerũ aſſati ſed ſecũdo canone magis laudantur ventres gallinarũ. Valent etiã carnes laudatæ, & tẽperatæ, & leues declinantes ad calidũ tertio tract. & tu ibi. Itẽ à proprietate carnes lymaciarũ, ſed conditę cum ſeminibus calidis maioribus. Itẽ valet cinnamomum. Itẽ piper. Ex fructibus laudantur phiſtici, & amygdalæ. à quibus tamẽ ſe abſtineãt, qm̃ aſſerunt eſſe difficilis digeſtionis. hñt tñ phiſtici proprietatẽ cũ hepate, vtantur paſſulis qm̃ hepar iuuãt ẽt à proprietate. ſed alia euitẽt dulcia apta oppilationẽ inducere. Vinũ ſit albũ, vel ſaltem aurelũ ooo vinoſum ſed mediocre. tua tñ intereſt mẽſurare gradũ caloris in patientẽ qm̃ ſi fuerit febriens oportet plus moderari. ſi nõ minus, & cõſidera ẽt ætatẽ, cõplexionẽ totius, & hepatis viſupra. Abſtineãt à vino groſſo, turbido, multum, dulci & ab omni re diffcilis digeſtionis, piſcibus, cibarijs groſſis, carnibus groſſis, à cibis viſcoſis, à frigidis, multum humidis, & groſſis.

De digeſtione & euacuatione. dic proportionabiliter vt ſupra de calida, & pro his ad quartũ tractatũ recurre.

Pro remotione malæ cõplexionis ſcito vt ſupra ꝙ pro ea calida quæ intus, & extra applicãtur remouet quæ ſunt hepati cõferẽtia, vt ſunt ameos, apiũ, aqua radicũ cinamomum. cyperi. cõdıtũ de citro. cõfectio diagalangæ Meſ. diacurcuma, electu. de gẽmis, fœniculus, garyophylli. laurus, melegetæ, naſturciũ, nux muſ. oxymel cõpoſitũ. prp. ruta. ſy. de thymo. de epithimo, de eupatorio, theriaca, trochiſci de lacca. de capparibus, de eupatorio, hyſſopus, zinzi. conditum. Itẽ & cõferũt aſſatũ, bethonica, dtatrioo pipereõN. ficus, phiſtici, hepar lupi, nepeta, ſy. d' abſinthio, ſaluia. Nã vt patet ex his quædã ꝑ interius quædã ꝑ exterius applicari poſſunt. Laudatur tñ ad extra epithema ex rebus iã dictis vt. ℞. ſuc. de eupatorio, ſiue reſidentia. ℥. ij. ſ. aquæ abſinthij. ℥. xij. cinnamo. ʒ. iiij. aceti. ℥. ij. Itẽ valet emplm̃ de meliloto. Item. ℞. farinæ hordei. ℥. ij. florũ meliloti. camomillæ. añ. M. ſ. mucillaginis altheæ. ʒ. v. cyperi, ſquinanti, maſti. ſpicę, añ. ʒ. i. ſandalorũ ru. calami aro. eupatorij, abſinthij. añ. ℈. ij. ſpodij. ℈. j. croci. ℈. ſ. aceti. ℥. ſ. olei. roſ. ℥. i. olei de abſinthio, olei nardini. ana. ℥. ij. ficuum ſiccarũ numero quatuor, paſſularũ. ℥. ſ. fac emplaſtrum. Ad intra iam poſita ſunt multa quæ tibi ſufficere debẽt. Sed nota hic primo ꝙ hęc mala cõplexio cũ materia incipiendo à calida qñqꝫ eſt calida & ſic. & qñqꝫ ca. & hu. & ideo oportet vt moderẽtur à te quæ ſcripta ſunt, vt in calida et ſic. exhibere frig. et hu. moderate vt ſupra. Vñ Aui. de regimine malæ cõplexionis ca. & ſic. Vtatur hñs eam cibis frigidis & herbis frigidis & hu. & propriè endiuia, & euitet ea in quibus eſt frigus & ſiccitas vehemens. Et nota ꝙ hic laudaẽ ab Aui. lac aſininũ cũ ſuc. tabarçet, quod intellige maxime in cõſumptis ex nimia hepatis ſiccitate. In calida vero & hu. vtere frigidis & ſic. Vñ Aui. de hoc adminiſtrentur infrigidãtia in quibus eſt ſtypticitas, & exiccatio aliqua ex cibis & medicinis. Quod ſi fuerit oppilatio & materia ſint etiã apertiua ſubtiliatiua. In frigida vero & hu. da proporportionabiliter, quia calidis & ſic. vnde Aui. Adminiſtrẽtur ex cibis & medicinis ea in qbus ſunt ſtypticitas, & caliditas: & ſubtiliatio, & exiccatio, & de his exẽpla plurima poſui. In frigida vero & ſicca adminiſtrentur calida humectãtia, quæ tñ non recedãt à ſiccitate propter facilẽ lapſum hepatis ad humidũ. Vñ Aui. vt nõ adueniat vlterius ſinis in mollificatione. i. vt hepar nõ mollificetur. Et quod dictũ eſt de mala complexione eius cũ materia proportionabiliter intellige de ea abſqꝫ materia quę ſolis alteratiuis curatur de quibus ſupra actum eſt ad plenum.

POSTREMO addo. vi. in ſumma a quodã bene collecta in curatione hepatis conſideranda, quę tñ ſi bene conſiderentur ſupra tacta fuerũt. ſed ſic repetita placebũt.

Primũ attractio quæ eſt in hepate nobilis & neceſſaria ꝓ oĩbus membris, quæ dici debet vniuerſalis attractio. vnde cauendũ eſt inquantum poſſumus ne demus lædentia operationẽ eius. Secũdũ eſt forma. vñ cũ hepar anguſtas habeat venas ab exhibitione oppilantiũ abſtinẽdũ eſt, ſed vti magis apertiuis. Tertiũ eſt locus. nã cũ ſit in profundo ſituatũ oportet augere medicinã in quantitate, ne in via deficiat medicamẽ. vt exemplificat Aui. quarta primi. primo. cap. de medicinis pulmonia. Quartũ eſt cõplexio naturalis. nã nunqꝫ aut infrigidantia, aut calefacientia applicabimus, aut ab eorũ applicatiõe ceſſabimus, niſi prius eius cõplexio naturalis nobis nota fuerit. Quintum eſt colligantia eius. Vnde quia habet colligantiã cũ diaphragmate renibus, inteſtinis, &c̃. vt ſupra in principio cap. debemus etiã abſtinere ab exhibitiõe eorũ, quæ lędunt ſua colligãtia ne ex hoc dãnũ patiatur. Sextũ eſt ſenſus in eo debilis. & ideo licet parũ ſentiat abſtinendum eſt à medicinis multũ fortibus. ſed præter has conſidera mẽbri ſubſtantiam, de qua in principio cap.

De paruitate hepatis. Rubrica. III.

QVandoqꝫ contingit ꝙ homo accipit cibum temperatę quantitatis & tamen corpus propterea debilitatur, imo accidit ex eo fluxus hepaticus, dolor grauatiuus, vẽtoſitas plurima & hmõi. & hoc ideo qm̃ hepar eſt paruũ non potens amplecti, & regulare chilum tranſmiſſum ei à ſtomacho, vnde quod ẽt attrahit nõ poteſt etiam bene digerere propter eius paruitatem. et tũc accidit debilitas ex ſucceſſione temporis in operationibus eius digeſtiua. ſ. attractatiua. vnde ſequuntur quæ dicta ſunt.

SIGNA demõſtratiua ſunt quia facile oppilatur & in eo generatur ventoſitas plurima, & grauatur à cibo etiam tẽperato, ꝙ ſi pauco vtatur cibo corpus ipſum debilitatur eo, qm̃ plurimo indigeret & continuatur debilitas digeſtionis propter eius paruitatẽ & multiplicatur oppilatio, & ex ſignis magis certis eſt breuitas digitorum.

CVRA canones. In quo caſu ſic eſſe cognoſcis, tũc rege talem cum cibis paucæ quantitatis & plurimi nutrimenti, & velocis penetrationis, & ſepares, cibum in die naturali in pluribus vicibus. vt diſpoſitio ipſa, ætas, conſuetudo, virtus &c̃. tuo iudicio exigebit eũqꝫ tenebis mundum cũ medicinis ſolutiuis leuibus. vt ſupra diureticis, & hepatis mundificatiuis. Item & cum apertiuis, & ſubtiliatiuis, ne in eo cadat oppilatio. Pro etiam ampliori documento de compoſitione hepatis recurre ſupra ad ea quæ de ſtomachi paruitate ſcripta fuerunt, & ſic hæc dicta pro nunc ſufficiant.

**De debilitate hepatis. Rubrica. IIII.**

DEbilitas hepatis duobus modis cõſiderari poteſt. Vno modo vt alios morbos eius de neceſſitate ſequit.nec addit aliquid ſupra eos. In curatione, qa intẽtionem aliqualẽ vt verbi gratia adhuc recedente mala complexione hepatis remanet exolutio, ẽt reſolutio aliqua quæ requirunt intentionem aliã ſupra malã cõplexionem iam deletã. ſm primũ modum non debet fieri capitulum ſpeciale, ſed bene ſm ſecundum modũ. Ex quo patet diſſolutio dubij ſic in principio ca. moueri ſoliti. Debilitas hepatis eſt læſio virtutis & actiõis naturalis ipſius ablata. ſ. diminuta vel corrupta, qua læduntur aut omnes eius virtutes, aut earum aliqua tantum, cuius

CAVSA ſm plurimum eſt mala complexio frigida. Vnde Aui. de cura debilitatis hepatis. Et plurimũ quidem debilitas hepatis eſt propter frig? aliqd. Sed hic nota ꝙ & hepar dicitur infrigidari per reſolutionem caloris innati à caliditate, & exceſſiua. Dicitur omnis, quia tũc appellaẽ vſis debilitas. Cũ aũt eſt ſm aliquã earũ tm̃ tunc appellatur particularis. vnde Aui. & qñq; non eſt vniuerſalis debilitas, immo eſt ſm aliquam quatuor virtutum.

Et dicitur ſm plurimũ quia etiã alijs qualitatibus contingere poteſt. ſed vt videmus hepatici ſm plurimum declinant ad citrinitatem, & ad albedinẽ: & ad albedinẽ magis, nam talis albedo ſignificat frigiditatem, & citrinitas caliditatem. & cum caliditas aut frigiditas exceſſiue intenditur, ad viriditatem declinat, aut fuſcedinẽ. hoc aũt propter aduſtionem. Item vt dictũ eſt à frigiditate & hu. ac ſiccitate accidere poteſt, & cũ materia, & abſq; materia.

Contingit etiã debilitas ipſius qñq; ex cauſa ſui, qñq; ex cauſa quæ eſt in alio membro. vt verbi gratia. quia chyſtis fellis non attrahit cholerã, aut ſplen melãcoliam, aut renes non attrahunt aquoſitatem, aut veſica. vnde hæ humiditates in hepate retentæ, debilitatem in eo inducunt.

Aut quia matrix nimiũ trahit de ſanguine, vt in nimio fluxu menſtruoꝝ, aut quia parum attrahit, quia menſtrua retinẽtur, vnde & retẽta ſuperflue in hepe ipſum debilitãt. Accidit ex vitio ſtomachi. vt cũ nõ mandat ad ipſum chilum bonæ digeſtionis, quia eſt debiliter digeſtus aut etiã corruptus. Item ex nocumento inteſtinoꝝ, vt verbi gratia accidit oppilatio in duodeno ex humoribus viſcoſis, vnde nõ tranſit cholera ad inteſtina. propter quod virtus expulſiua ab ea nõ ſtimulatur. vnde feces retinẽtur. & accidit hoc mõ colera qñq;, & qñq; iliaca paſſio. ſed I caſu ex tali oppilatione cholera regurgitat ad hepar. Item & quia inteſtina ſunt plena, & quia plena & pp oppilationem nõ recipiũt ſanguinẽ ab hepate, quare ex his duabus cauſis debilitatur, vt in ictericia eſt videre. Contingit & qñq; vitio ſpiritualium, vt à mala cõplexione ca. eorum hepati cõicata, quod & tuſſis, & anhelitus malitia oſtendit. Aut ab humore non calido quod grauitas declarat. Item & à mala cõplexione ca. à toto eleuata, vt in febribus. Itẽ cõmunitate cerebri cõicante aut materiã, aut malã complexionem ipſi, ſicut & ſpiritualia. Similiter ex parte compoſitionis, quia in eo adeſt apoſtema ſanguineũ aut eryſipelas, item vlcus, aut ſciſſura, aut oppilatio & huiuſmodi.

Et in ſumma ſcito ꝙ debilitas totalis hepatis aggregat debilitatem oĩum virtutum eius. Aui. Et aduerte ꝙ attractiua, & digeſtiua, vt plurimum debilitatur à frigore, qm̃ à caliditate non exceſſiua iuuatur. nam ab exceſſiua debilitatur cum omnis immoderata qualitas &c̃. propter quod dixi vt plurimum, & retentiua, quia à ſiccitate iuuatur, & expulſiua à ſiccitate, qm̃ ab humiditate confortatur.

SIGNA demonſtratiua, cum vides colorem alicuius ſm ſemitam ſanitatis extima hepar eius ægritudinẽ non habere, vnde color immediatius ſuper diſpoſitionem hepatis ſignificat. hepar tribuit colorem humoribus, qui deinde colorant cutem. Mediatius autẽ ſuper ſtomachũ, quia præparat hepati. Et hæc tria attende ne decipiaris.

Primum ſumptum ex parte ſignificatoris: quia debet eſſe expertus. Secundum ꝙ non ſit color ex cauſa extrinſeca cauſatus: vt à ſole & hmõi. Tertiũ ꝙ colori cutis humores correſpondeant. vt primo apho. cõmẽto ſecundo. Color inquit corporis dñantiã humoꝝ ſignat, niſi intus accubuerint. Sunt itaq; ſigna debilitatem eius oſtendentia. Color declinans ad citrinitatem, vel albedinẽ, vel viriditatẽ, & qñq; ad fuſcedinem, qñq; excedit vt in præceden. rubrica. Vrina citrina vel pallida groſſa vel ſubtilis, & ſedimen multum aut paucum ſm diuerſitatẽ cauſarum, vt infra ſtatim. Dolor leuis ſub hypochondrio, & quandoq; extenſus vſq; ad crura. Quòd ſi ſpecialiter & principaliter ex debilitate eius compræhendetur ex exitu ſanguinis in phlobotomia, quia erit aquoſus multũ, & tõ facies in eis inflatur, & oculi, quia mẽbris non vnitur. propterea quia chilus in hepate non eſt bene digeſtus quẽ mẽbra reſpuunt. vt infra de cachexia, & hydrope. Egeſtio & vrina ſm plurimum eſt vt lotura carnis, qm̃ non ſeparaẽ aquoſitas à ſanguine, & in habente cõplexionem ca. tranſit ad virulentum propter augmentum caliditatis, & intellige ꝙ ſimul ſit lotiuus & virulentus, quia ſubſtantia ſubtilis per eliquationem. nam primo per augmentum caliditatis debet eſſe cholericus. Secundo virulentus. Tertio lotiuus & hic eſt locus ſpeculationis, deinde ſit ſicut fex vini per aduſtionem, ſed in complexione frigida eſt fluxus lotiuus ſicut ſanguis congelatus. vnde mala cõplexio calida humores emittit aduſtos, & frigida groſſos tardi motus: & ſiccitas paucos groſſos & humida aquoſos. Fluxus quidem ablutiuus ſignat debilitatem digeſtionis non multum intenſam, albus non purus cum vrina alba tranſlucente ſignat ꝙ digeſtio eſt omnino ablata. vnde tũc apparet egeſtio album cum tẽdentia ad albedinẽ. ꝙ ſi fuerit purus ſignat ꝙ attractiua eſt debilis valde, & ſi egrediuntur res diuerſę ſignificatur ꝙ corrupta eſt digeſtio. & vrina ſigñat magis ſuper digeſtiuã, & egeſtio ſup attractiuã.

SIGNA quando per cõitatẽ ſit vt qñ ex cholera, tunc color eſt vt icterici maxime quando eſt oppilatio inter fel & inteſtina, & eſt cũ ea egeſtio alba. Quòd ſi fuerit cõitate ſplenis ſcitur per nocumenta eius ex parte complexionis cõpõnis & hmõi. & quia in exeuntibus vincit nigredo. Si ex ſtomacho ſcitur per nocumentum ſtomachi & malitiã digeſtionis eius. Quæ eſt ex inteſtinis cognoſcitur, quia in eis eſt punctura, multiplicatio ventoſitatis, rugitus, & per colicam & hmõi. Quòd ſi fuerit ex renibus aut veſica ſcitur per alterationem in eis & in vrina, & quia declinat ad cachexiam, & ad hydropen. Illã vero quæ eſt parte pectoris ſignificat malitia anhelitus, tuſſis, ſicca. & qñq; percipit habens eam grauitatem in ſuſpenſorijs quia in pãniculis appendẽtibus hepar diaphragmati, & coſtis. Debilitatur & hepar cõmunitate cordis, & totius vt in febribus; vt notum eſt. Fit & debilitas eius in hepate, vlceribus eius, & huiuſmodi. quorũ ſigna ſuis requirantur rubricis.

Debilitatem attractiuæ ſignificat egeſtio chiloſa niſi ſit propter meſeraicarum oppilationẽ, ſed ſignum diſtinctiuum eſt, qm̃ in oppilatione earum cito ægreditur egeſtio ipſa, & eſt groſſior propter ſubtile chili ab hepate attractum groſſo nequiente penetrare, & eſt minoris quantitatis, & debilitas corporis quæ conſequitur eſt certum ſignum cum his de debilitate attractiuæ.

Retentiuæ debilitatem ſignificat feſtina excluſio cibi, qm̃ ad debilitatẽ vnius ſequitur fortitudo alterius, & ecõuerſo. non ſic expulſo cibo ſit ſuperfluitatum minoratio egeſtionis & vrinæ, & minoratur tinctura ſuperfluitatũ, quia nulla vel pauca generatur cholera. Item ſequitur vẽtris ſtypticitas, quia cholera non ſtimulat. & ſic longa fecum retentio, ad quam qñq; ſequitur colica. Item minoratur melancholia, & ſic non euigilatur appetitus. Item

debilitatur

debilitatur ſtomachi digeſtiua. Item et ſanguis generatur aquoſus, quia non bene digeſtus, quia non debito retinetur tempore, & fit hydrops vt infra.

PROGNOSTICA perducit ad hydropen ſi perſeuerabit, & q̃nq; ad colicã phlegmaticã maxime q̃n erit ex debilitate retentiuæ.

CVRA canonis. In cura itaq; debilitatis hepatis prius lege cañ. vſes poſitos. ſ. in principio ca. de cura. eius nam vt ibi ſcriptũ eſt, oportet te prius conſiderare cõplexionẽ eius, & calida & fri. quæ applicari debent cum non debeant eſſe exceſſiua, vt ibi.

Secundo quia ſcriptum eſt vt plurimũ debilitatẽ eius à frigido fieri, qđ vt dictum eſt debet ſane intelligi: q̃m exceſſiua caliditas p viã reſolutionis exceſſiue in mẽbro frigiditatẽ inducit: vt notum eſt. Debet iõ medicus vt plurimum, primo inſiſtere cũ calefaciẽtibus moderate & aperitiuis leuibus, & maturatiuis, vt Aui. quia cum calefacientibus iuuantibus ad cibo℞ maturationem quia digeſtionem. nam medicinæ maturatiuæ ad digeſtionem iuuant quinto de ſimplici medicina. & quinto coll'.

Tertio. q in caſu in quo admoniſtramus lenitiua debemus admiſcere ſtyptica, vt ſupra in principio ca. nã ſemp̃ attendẽdum confortationi hepatis. vñ Aui. Et p̃lm cura eius eſt cum calefactione, cum apertione, & maturatione, et lenificatione p̃mixta cum ſtypticitate confortãte. Sed hic cañ. moderandus eſt, vt Aui. pau℞ infra inquit. Et cum aliquid te vocat ad reſoluendum. tunc non euacues ipſum à ſtypticitate ſiue ſit in apoſtematibus ſiue oppilationibus aut aliis niſi ſit illic complexio ſicca valde.

Quarto ſcias q cura debilitatis hepatis fit altero duo℞ modorum, aut per medicinas confortatiuas, & aromaticas alteratiuas, aut per medicinas euacuatiuas. de quibus omnibus infra.

Quinto. q vbi fuit debilitas ex parte retentionis materiæ in hepate tu debes aut phlobotomare maxime ſi materia fuerit ſanguinea aut ſanguini mixta, de quo magis de apoſtematibus eius, aut euacuare cum ſolutiuis, vt reubarbaro, aut agarico, cum directiuis ipſo℞ ſolutiuo℞ ad hepat, vt aqua hepaticæ, endiuiæ, abſinthij, eupatorij, & huiuſmodi. q ſi fuerit oppilatio cũ deoppilatiuis, de quibus in ſeq. rub. q ſi fuerit fluxus hepaticus &c̃. de ipſo infra. Et hic aduerte errorem quem Aui. hic tangit. &. 14. tertij. ca. de cura fluxus hepatici.

Sexto q vinũ aromaticũ eſt cõueniens valde in debilitate hepatis niſi fuerit ſupercalefactio, aut aliquod aliud quod prohibeat ex eis quorum rememoratio præterijt.

Septimo. q vaporationes, & embrochę hepati ſpecialiter infrigidato fiãt cũ vino odorifero ſtyptico. vñ Auic. Et ex vaporationibus eſt vt medicinæ aromaticæ notæ decoquantur in vino odorifero ſtyptico.

Octauo. q emplaſtra epithemata, & vnctiones ſunt vehementer conuenientia in hoc loco. nam occurrunt parti gibboſæ hepatis, vnde illam confortantes & cõuenienter calefacientes excitant eã vt à concauo trahant.

Nono & vltimo, q cum debilitas hepatis ex cauſis proueniat, quarũ cura, aut poſita eſt, aut ponetur. Tu pro cura eius debes recurrere ad rubricas ſpãles ſupra aut infra poſitas tibi ac tuo propoſito deſeruientes. Sed ne in totum hic vacuus recedas ponã aliqua ſimplicia ac compoſita hepatis debilitati ſubuenientia domeſtica ac familiaria ſatis. Sed nota q ſimilis ſiue proportionalis eſt cura hepaticæ curę debilitatis ſtomachi, propter quod & tu ad rubricã de debilitate ſtomachi recurre & lege Simplicia, abſinthiuʒ, acorus, aloe, ameos, amygdala, apiũ, berberis, calamus aro. Carnes tẽperatæ leues cũ aceto, caſſia lignea, cicorea, cinnamomũ, citonia, citrum, crocus, cuſcute, endiuia, eupatoriũ, hepar lupi. & a proprietate fœniculus, phyſticus, folium, fumus terræ: garyophil', granata acetoſa, & vinum eorum, lacca, lignuʒ aloes, liquiritia macis, maſtix, melegete, myrobalani citrini, nux muſc. oleum nardinũ, maſticinũ, roſatũ, de abſinthio, de phiſticis paſſulæ. & in eis includunt multas intentiones in hepatis confortatione in fluxu hepatico & hmõi. Reubarbaru℞, roſmarinus, rubea, ſandali, ſerapinũ, ſpica, ſpinachia, ſquinãtũ, ςucchar℞.

Ex cõpoſitis vſualibus eſt aromaticum roſ. deſcriptione Gab'. Conduũ de citro, diarodon, abbatis, dialacca, diacurcu. diacitoniten. emplaſtrũ diaphœnicon Meſ. 11. and doł. Pilulæ de agarico, pilulæ ſtomaticæ, pilulæ turbithatę, pilulę de eupatorio. Syrupus de abſinthio, oxiςaccara. ſyr. de fumo ter. ſyr. de endiuia, de biſantijs. ſyr. acetoſus ſimplex. ſyr. de eupa. & eſt propri' inceptiõi hydropiſis. Theriaca magna, triphera minor. Trochiſci đ eupatorio, de roſis, de abſinthio, de lacca, de berberis, de reubar. Itẽ ℞. paſſula℞ enucł. ʒ. v. croci. ℈. i. calami aro. ℈. i. ſ. bdellij iudaici. ℈. ij. cinnamomi. ℈. ſ. caſſiæ ligneæ. gra. v. ſpicę. ℈. j. ʒ. j. ſquinanti. ʒ. j. myrrę. ʒ. j. ſ. gummi albotin. ʒ. j. ſ. radicis ſpinæ indę. ʒ j. ſ. loco cuius poni poteſt xylocaratar vt Simon Ianueñ. mellis. ʒ. viij. vini q̃ntum ſufficit. & eſt Aui. de inceñ. Gał. multũ laudatũ. Itẽ in mala cõplexiõe gida. ℞. cyperi maſticis, ſpicę, calami aro. ſquinãti, croci, myrrhę. ana. ℥. ſ. diſſoluantur maſtix, & crocus in vino, & cũ alijs miſce. & fac emplaſtrum. Euaporatio ad idẽ, & eſt conferẽs valde, vt ℞. cinnamomi, caſiæ. ana. ℥. ſ. ſpicæ. ʒ. j. ſucci abſinthij, eupatorij. ana. ʒ. v. bulliant in vino odorifero ſtyptico in quo ſint cõmixtę tortellæ, & addatur olei de neryden. ʒ. j. & cum lana infuſa fiat eupatorio.

In cauſa vero calida. ℞. radicum endiuię. M. j. ſandalo℞ ambo℞, ſpodij. ana. ʒ. ij. cuſcutæ, flo℞ abſinthij. ana. ʒ. ſ. bulliant in aqua roſ. cum ſucco granato℞ muςorũ vel pauci aceti, & prædicto modo fiat eupatorio. Ad idem. ℞. ſandał. al. & ru. ana. ʒ. j. terantur, & puluerięẽtur, & miſceãtur cum aqua ro. & aliquantulũ aceti: & ſit aceti ad aquaʒ roſaceã proportio ſubquintupla, & addantur camphoræ gra. iiij. & multa conſimilia ex te formare poteris ſm caſum imminentẽ. Itẽ ſpẽs aut cerotũ ſandalinum deſcrip. Meſ. eſt cõueniens valde & vſuale noſtro tp̃e. & hæc ſunt ad extra applicãda. Ad intra vero procede cum ſy. elec. trochiſ. &c̃. de quibus ſcriptum eſt, & cum aquis ſimplicium iam memoratarũ. Item aduerte per ſigna in qua virtute eſt ipſum hepar debilitatũ, aut in digeſtiua, aut attractiua, & hmõi. q̃m ſm aliã & aliã oportet te aliter & aliter occurrere, quia aut cum calidis aut cum hu. nam à qua qualitate virtus quæcunq; ſit hepatis confortetur iam poſitum eſt. ideo ſtude.

## *De oppilatione hepatis.* Rub. V.

OPpilatione hepatis eſt prohibitio tranſitus nutrimenti humoris boni aut ſuperflui de loco ad locũ in venis aut partibus eius in concauo eius vt plurimum contingens. Cuius cauſa materialis ſm plurimũ eſt groſſities multitudo, aut viſcoſitas humoris, aut repletio facta ex eo. Dicitur nutrimenti propter chiluʒ. Dicitur humoris boni propter ſanguinem ipſum. Dicitur ſuperflui propter alias humiditates. Dicitur in venis &c. Propter q ſciendum q oppilatio cõtingit in venis hepatis paruis & magnis. In magnis quidem vt in vena portæ, & ramis eius groſſis & hoc eſt ſm plurimũ. & ideo dictũ eſt in cõcauo eius. nam ad concauũ primo peruenit chilus, in quo dimittit fœcem ſuam, & ab ea aliqualiter purgatus tranſit ad gibbũ hinc accidit in eo magis q̃ĩ cõuexo oppilatio. raro autem accidit in ramis groſſis venę chilis oppilatio, ſunt. n. latiores valde. In paruis vero quia in paruis venæ portæ, & proprie in capitibus ipſarũ vbi occurrunt capitibus paruaru venaru venę chilis, & hoc ideo quia ſunt ibi anguſtiores ſiue ſtrictiores. & hoc eſt frequentius. Conſimiliter in partibus eius dupliciter contingit oppilatio, aut quia in partibus per quas tranſeunt ſuperfluitates ſiue humores aliq à ſanguine ad membra alia. ſicut accidit in

icteritia

ícteritia citri, aut nigra, aut quia in partibus eius per quas tranſit de parte in partẽ nutrimentum & ſanguis. & hic eſt rarius quã oppilationẽ oſtendit groſſities ſubſtantiæ eius cuʒ duritie, & extenuatio corporis totius quod eſt cõe ſignum oĩum. Dictũ eſt cuius cã ſm plurimũ, qm̃ etiaʒ ab alijs cauſis contingere põt quæ ſunt materiales: ſed efficiẽtes vt debilitas digeſtiuæ expulſiuę: quæ quidem debilitas ſequitur aut malam complexionem calidam aut frigidam, aut apoſtema. Item ventoſitas groſſa ex debilitate digeſtiuæ generata poteſt eſſe cauſa oppilationis.

CAVSÆ & vt clarius aperiantur hæc ſcito q̃ triplex eſt oppilatio, coarctatoria, attenuatoria, & carnoſa ſiue verrucalis. Coarctatorię cauſa cõiuncta humor groſſus, viſcoſus, vt ſupra primitiua malitia regiminis, aqua turbida groſſa, cibus groſſus, cibus aut potus nimiuʒ dulcis, de quibus & alijs actum eſt in principio ca. Attenuatoriæ cauſa eſt duplex. Intrinſeca quia aut naturaliter talis propter quod fortificata eſt attractiua, & debilitata eſt expulſiua. Aut quia apoſtema eſt comprimens, & attenuãs, vt mala cõplexio frigida acquiſita ex vſu rerũ infrigidantiũ, vt eſt potus nimius aquę frigidæ, & rei põticę, ſeu ſtypticæ, vt ſunt neſpila granata & hmõi. Itẽ vſus boliar. aut aquæ luminoſæ, & maxime poſt exercitium: nam hęc oĩa ſua malitia impreſſa congregant partes viarum & ductuum. vñ cõſequitur oppilatio attenuatoria. Extrinſeca vero, vt cõpreſſio facta ab extra ex caſu vel percuſſione

Carnoſæ vero cauſa eſt caro, vel veruca, aut puſtulę, ſiue bothor, aut caro cicatricis orta in lateribus ſeu parietibus viarum. ſed hæc oppilatio rariſſime accidit. Vnde aduerte ad Aui. hic inquit. Quòd autẽ dicitur de ortu carnis, aut pororum, aut permanentia alicuius rei abſq; humore groſſo eſt longinquum, & parum, & rarũ valde. & illud ideo qm̃ orificia venarum ſunt neruoſa ſuper quorũ ſubſtantia nihil oritur. & ſi oritur nõ cõicat omnibus ſm cõparationẽ vnam. i. ęqualem, quia hoc veriſimiliter ſolum in magnis contingere extimari debet. Dicitur repletio facta in eo, quia humor qñq; eſt multus abſolute, vt plethoria, qñq; non abſolute, ſed in comparatione ad membruʒ in quo eſt. vnde dictũ eſt multitudo reſpectu primi, & repletio reſpectu ſecundi. nã qñq; eſt humor multus & replens reſpectu viarũ hepatis qui non eſt replens aut aptus replere, nec eſt multus reſpectu viarũ, quę ſunt poſt hepar.

Item aduertendũ q̃ qñq; dicimus hepar eſſe oppilatum, & tñ oppilatio non eſt in venis eius intrinſecis, vt poris eius, ſed eſt in venis extrinſecis. vt verbi gratia. qñ accidit oppilatio in venis meſeraicis. nam ſicut hepar dicitur oppilatum qñ non poteſt tranſmittere nutrimentũ per vias ſuas ad membra alia. ſimiliter dicitur oppilatum qñ à mẽbris debitis propter oppilationẽ nõ poteſt recipere nutrimentum debitũ. & hæc oppilatio erit extrinſeca, & eo caſu conſequitur fluxus hepaticus. de quo infra ſuo loco. Itẽ cauſæ debilitatis hepatis, de quibus in pręcedenti rubrica poſſunt eſſe cauſæ oppilationis hepatis, vt qñ chyſtis non trahit choleram debite, aut ſplen melancoliã propter debilitatẽ attractiuæ ipſorũ. Et cõſimiliter retentio menſtruorum & multitudo mẽbri, aut aliquid hmõi. Tu itaq; glomera hæc cum illis, & ſpeculare. Poſtremo ſcito q̃ oppilatio hepatis eſt mater ægritudinuʒ eius. nã ſicut mater prębet nutrimentũ puero, ſic oppilatio ægritudini ipſius, & hanc oppilationem quidam vocauerũt euphraſim, quidam ſcliroſim, quidam duritiem hepatis, ſed de nominibus à medico non eſt diſceptandum, vt ſæpe allegatũ eſt.

SIGNA demonſtratiua. Color citrinus vel pallidus in toto diffuſus, qm̃ propter oppilationẽ viarum ſanguis ad cutim venit tantũmodo ſubtilis. dico aut propter choleram, aut propter phlegma aquoſuʒ ipſum ſubtiliãs. Grauitas in hypochondrio dextro, vel in toto quæ ſecuta eſt ad plethoriam propter oppilationẽ cauſatam. Impedimentum in anhelitu per cõſitatem in motu, & maxime in aſcendendo. & eſt hæc diſpoſitio ſm plurimũ abſq; feb. quia per venas & arterias ad hepar terminatas euentatur materia. & ideo non putreſit. Fluxus vẽtris, quia materia regurgitat cum penetrare non poſſit. Vrinæ multitudo, & ſubtilitas propter ſubtile aqueum multiplicatum in digeſtione. & hoc ſi ariditas hepatis aut totius nõ obſtabit. erit quidem oppilatio eius, quandoq; ſm poros eius, quandoq; ſm venas eius.

Signa diſtinctiua ſunt, qm̃ in oppilatione eius prædicta ſequũtur ſigna à principio, & corporis extenuatio, ſed in oppilatione pororuʒ talia non ſunt in principio, immo in principio ſanguis in maiori quantitate per venas ad cutim venit, quia ille qui debet tranſire ad poros eius vadit cum eo, qui per venas, & tunc cauſatur color rubeus in cute. Quòd ſi fuerit oppilatio in poris per quos expelluntur humores, vt ſunt cholera, & melancoIia, tunc in cute apparebit color citrinus vel niger.

Signa demõſtratiua qñ eſt oppilatio in magnis venis, qm̃ p̃dicta fortiora ſunt, & maiora, et in paruis debiliora.

Signum aũt diſtinctiuum qñ eſt oppilatio in vena portæ, aut ramis eius, & in vena chilis eſt, qm̃ ad oppilationẽ venæ portę, & ramis eius, ſequitur fluxus chiloſus, niſi fuerit propter debilitatẽ attractiuæ. Et ſigna eius poſita ſunt in præcedenti rub. ſtante. n. tali oppilatione chilus non attrahitur ad ſubſtantiam carnoſam hepatis vt in ſanguinẽ, & alios conuertatur humores, quare redit ad inteſtina nulla apparente alteratione in eo. Item in tali oppilatione in hypochondrio dextro non percipitur durities aut groſſities. Quòd ſi fuerit oppilatio in vena chilis, et ramis ei⁹, tunc ſequitur fluxus ſanguinis, & humorum in hepate generatorum, & in eius ſymma qui propter oppilationẽ in chili nõ poſſunt penetrare ad membra corporis, & ſpecialiter quantum ad partem groſſam eorum. vnde tales humores regurgitant ad portam: deinde ad meſeraicas, deinde ad inteſtina. Item fit vrina ſubtilis cum tinctura propter debilitatem digeſtiuæ multiplicans aquoſitatem. Itẽ ſentitur durities ſiue groſſities in hypochondrio dextro. & cauſa, quoniam illud quod expulſum eſt ad hepar cum in ipſo comprahenditur raro expellitur ad digeſtionem ſecundo Auicen.

Signa ſi fuerit oppilatio coarctatoria corporea, tunc illam oſtendit plethoria, regimen præteritum, apparentia humorũ viſcoſorum, cacochymia ipſa debilitas digeſtiuæ quæ ventoſitatem multiplicauit. Item durities aut loci groſſities, egeſtiones, vrina, & huiuſmodi. in quibus humores apparebunt. Quòd ſi fuerit incorporea illud declarabit præaſſumptio rei oppilantis ſua mala qualitate, vt ſicut eſſet potus aquarum conſtipantium valde.

Signa ſi fuerit attenuatoria interior & diſpõnes, tunc ſignũ erit diuturnitas paſſionis à principio gñationis apparẽs cũ fortitudine retentiuæ, & debilitate expulſiuæ. Qđ ſi fuerit cã perficiens eã, tũc illud erit aut apoſtema, cuius ſigna ponentur ſua rub. aut præaſſumptio rei oppilantis.

Quòd ſi fuerit ex cauſa extrinſeca ut ſtrictura lumborũ ſicut accidit in fatuis iuuenibus qui volũt dominabꝰ placere portando diploides ſtrictas. vnde paulatim fit aggregatio materiæ & incuruatio eius in hepate. ſcitur illud relatione infirmi.

Signa ſi cauſa fuerit carnoſa aut bothoroſa ſigna apparebunt apoſtematis aut bothor. Quòd ſi fuerit propter carnem additam, aut propter verrucã in eo natã, tunc nõ erit oppilatio vniuerſalis in omnibus his hepatis, ſed partialis propter quod oppilatio nõ erit multa & magna, propter quod & ſigna erunt debilia, & cum hoc erit paruitas iuuamenti aperitiuorum approximatorum illi.

In ſumma quatuor ponuntur ſigna principalia oppilationis hepatis. Primũ color faciei mutatus à naturali. q̃ ſi fuerit cũ calore, tũc talis color erit citrinus cũ ſiti, vrina tincta, pulſu ſpiſſo, & hmõi quæ caliditatẽ manifeſtant, de

quibus

quibua ſupra ſæpe. q ſi color ad liuedinem vel ad albedinem declinauerit erit cũ cauſa frigida vt ſi ad albedinẽ cũ phlegmate, ſi ad liuedinẽ, & fuſcũ cum melancolia cũ priuatione ſitis, labiorũ albedine, vel liuedine, vrina alba, uel liuida & hmõi. quæ phlegma, aut melancoliaꝫ declarant.

Secundum ſignum eſt ab exeuntibus ſumptũ, quia vrina ſubtilis & cauſa dicta eſt egeſtio humida ſicut ptiſana fœtulenta aliquãdo ſanguinea, vt dictũ eſt, maxime qñ oppilatio eſt in ſymma hepatis, q ſi fuerit in gibbo egeſtio erit ſicca, ſi in vtraq; parte partim erit ſicca partim hu. Tertio grauitas in hypochondrio dextro pcepta iuxta hepatis regionem. Quartum difficultaa anhelitus cum grauida aſcendit. Quod ſi acciderit ex ventoſitate groſſa nõ mutabitue facies à ſuo colore, ſimiliter neque egeſtiones, neq; vrina, ſed percipietur dolor ſiue grauitas aut extenſio cum mutabilitate.

PROGNOSTICA oppilatio hepatis quę eſt in diſpoſitione naturali antiquata, et in ſcliroſim reducta, curaꝫ non habet & ſi habet difficilis eſt valde maxime cũ eſt compoſita, ſimplex autẽ accidentalis, & recens curabilis eſt. Oppilatio hepatis ferè eſt matee omnium ægritudinũ quæ accidunt ei. Oppilatio hepatis ſi perdurabit prędicat futurã hydropem apoſtema, aut febrem, aut colicaꝫ, aut iliacam, aut fluxum, & ſimilia. Sunt itaq; eiua oppilationes diligentiſſime remouendæ.

CVRA canones. Primus q cuꝫ cauſa oppilationia ſm plurimũ ſit groſſities, aut humoris viſcoſitas. Medicinæ oppilationi conferentes debent eſſe ſm plurimum abſterſiuæ, ſubtiliatiuæ, aperitiuæ, de quibus exempla poſita ſupra, & infra ponentur. Et dicitur ſm plurimum, qm̃ vt dictũ eſt, quãdoq; fit à multitudine, & repletione, quia retentione ſanguinis & huiuſmodi. vt mutilatio, retentione hæmorrhoidarum menſtruorum, quibua caſibus competuot medicinæ ſolutiuæ.

Propter quod ponitur ſecundus canon, q medicinæ ſolutiuæ talium medicinaꝝ debẽt eſſe medicinæ benedictę, & non laborioſæ. vnde Auic. Et illę in quibus eſt ſolutio ventris tẽperata. & hoc maxime intelligitur ante digeſtionem materiæ, qm̃ tanta cõmotio in mẽbro principali nõ digeſta materia grande infert nocumentum, vt notiꝫ eſt. Solutiua autẽ cõuenientia ad hunc caſum. vbi oportet vt ſolutio fiat, non oportet vt adminiſtrentur eis fortia niſi vehemens eſt neceſſitas, Imo oportet q ſint leuia, qm̃ materia eſt in eo quod eſt proximum medicinæ, quia. ſ. eſt in membro quod eſt proximum viæ. i. loco, unde medicina euacuat. Et qm̃ membro ſi virtuoſum eſt ſufficit quodlibet adiutorium ad expellendum. naꝫ ſupponitur iã hepar eſſe forte. Ex quibus infertur q medicinæ ſolutiuæ à ſtomacho euacuant, & ſimiliter ab inteſtinis debẽt eſſe leues.

Ex quo infertur q digeſta materia ad laborioſas accedere poſſumus, moderate tamẽ, quod totum conſiſtit in pura diſcretione medici.

Tertius canon. & eſt ſatis correlarius ſecundi. q ẽt vbi opus eſt diureticis in principio ſic materia exiſtente cruda non debemus vti fortibus aperitiuis, qm̃ ex ipſis prohibetur digeſtio. nã educunt partes ſubtiles, & groſſæ remanent, quæ groſſæ iuuabuntur in earum digeſtione ab ipſis ſubtilibus. vñ Aui. Et ſi nõ vr̃ in vrina manifeſtũ ſedimẽ & ſignũ decoctionis, nõ oportet vt in potu dentur fortia.

Quartus canon. q materia oppilãte exñte in gibbo debemus adminiſtrare aperitiua. ipſa vero exiſtẽte in cõcauo ſolutiua ventris. vnde Aui. Cũq; oppilatio eſt in latere concauo adminiſtra ea quę ventrem ſoluant, & ſi eſt in latere gibboſo adminiſtra ea quæ ſunt diuretica.

Quintus canon. q licet dictum ſit ſtyptica competere in oppilatione hepatis ratione raritatis ſubſtantiæ eius, nihilominus debemus abſtinere à multum ſtypticis, & magna eorum quantitate, vnde mediocria quantum ſunt ſtyptica in parua quantitate ſunt exhibenda.

Sextus. q multum eſt conſideranda hora exhibitionis medicinarum hepati conferentium. de quo ſupra in canonibus generalibus in principio capituli.

Septimus q in oppilatione antiqua ex materia ſanguinea, maxime cõpetit phlobotomia. ex alijs vero humoribus pharmacia. ex mixtiõe uero ipſoꝝ cũ ſanguine vtrũq;. ſ. phlobotomia, & pharmacia. Sed nota q in omni oppilatione antiqua hepatis cõpetit phlobothomia ſaluatellæ virtute, & alijs conſentientibus, & eſt medicina expertorum iuuamẽtoꝝ, de quo experientiam habui. vñ Auic. Et qñ antiquatur oppilatio indiget phlobothomia baſilicæ, & ſolutione.

Octauo habe pro can̄. q antiqua & ad ſcliroſim deducta curam non habet aut difficulter. Et ideo diligenter aduerte à promiſſione ſanitatis. nam ægritudines ſic in membris principalibus cõfirmatę curam raro recipiunt. Item talis cõſueuit annuntiare hydropem. Et pro cura horũ oppilationum ſequar diuiſionem trimembrem de eis datam initium faciens à coarctatoria.

CVRA coarctatoriæ hos ſeruat can̄. Primus ordinatio dietæ. Secundus digeſtio materię. Tertius euacuatio eiuſdem. Quartus eſt confortatio mẽbri oppilati, quia hepatis. Quintua eſt conſideratio partis oppilatæ. Sextus eſt accidentium correctio.

Primus cõpletur declinando ad calidũ cõtrariũ cauſę, nam oportet vt ſibi caueat oppilatus ab aere groſſo, loco valloſo, & hmõi. à cibarijs groſſę ſubſtantiæ, aut viſcoſę. de quibus ſupra. vt ſunt carnes vaccinę, bouinæ, pedes eorum, paſtillicia, panis açimus viſcoſus abſq; ſale, vinum groſſum dulce, & ab omni dulci viſcoſo, & dactilis, à riço, millio cocto, & breuiter ab omni eo quod hepati nocet. de quibus in principio capituli. vt intromittere indigeſtum ſuper digeſtũ. Et hic nota q Aui. laudat hic alcandaros ſiue candaruſiuꝫ. Et Gal̃. primo regiminis acutoꝝ. cõmẽto. 19. de eo inquit. Et nocet et in cuius hepate eſt oppilatio, propter quod exponatur Aui. & eius dictũ eſt verum vbi virtua fuerit fortis, & oppilatio parua. Gal̃. vero intelligit ubi oppilatio fuerit magna, & virtus debilis. Gẽtilis. laudat hic Aui. vinum antiquum, ſubtile, purum, ſparagum, cappares, & hmõi. de quibus in ſeq. can̄. ſtatim.

Secundus canon perficitur cuꝫ digeſtiuis, ſubtiliatiuis, aperitiuis, inciſiuis, calidis aut frigidis aut temperatis, vt ipſa exigit diſpoſitio. Vt eſt ſyru. acetoſus ſimplex, aut cõpoſitus, ſyru. de biſantijs acetoſis, ſyru. ſquilliticus de eupatorio, & hmõi. de quibus ſupra. 4. tract. Et vt doctior ſias hic ſubſcribam ſimplicia quædã frigida cal̃. ac tẽperata propoſito noſtro conuenientiſſima poſt quæ ponã cõpoſita magiſtralia certa, & vtilia. Frigida ſunt endiuia, Semina
hepatica, ſemina quatuor frigida, melonis. ſ. cucurbitæ, ci- quatuor
trulli, & cucumeris, Semina minora, vt ſcariolæ, lactucę, frigida
endiuiæ, & portulacæ, blitis ſumus terræ, plantago, lactu quæ.
ca, cicorea. Calida ſunt, abſinthiũ, fœniculus, agaricus, medicina propria eſt ad hoc aniſum, apium, camedreos, camepitheos, cappares: cicer rub. cubebe, cuſcote, & eſt ſingularis, phiſtici, meu, origanum, petroſillum, porrum, praſſium, raffanus, eupatoriũ, roſmarinus, ςinçiber, vinũ. Temperata capillua veñ. lupulus, & lupinus eſt his proximus. de quo Auic. Aequalitati autẽ vicini ſunt lupini, ipſi nanq; ſunt medicina melior qua perficitur operatio hepatis abſq; calefactione aut infrigidatione. Ex quibus põtes componere vt decet propoſito tuo calida aut frigida faciendo decoctiones, ſyrupos, confectiones, & huiuſmodi.

Subſcribã m̃ cõpoſita vſualia, & aliqua non vſualia, ſed cõuenietiſſima, & ſcio tibi grata. Et ex compoſitis ſunt, throchiſci de reubarbaro, de eupatorio, de aniſo, de lacca, de diarodon, de capparibus, de cãphora, theriaca, dialacca, diacurcuma, diaciminum. Item ex deoppilantibus compoſitis, quædam ſunt ſolutiua. quædam non. Exemplum primarum. confectio de reubarbaro. cum ſcamonea,

turbith præparatū: vt Meſ. pilulę de Serap. pilulę ſtomaticæ, de agarico, Item ſuffuſ de turbith & ſpodio poſitum .v. canon. Auicē. Item ℞. hierepigræ ſimplicis. ℥. ſ. agarici. ʒ. j. da cum aqua polypodij, abſinthij, apij, aniſi, aſſari, maſticis, ana. ʒ. j. & eſt Serap. doſis minuatur ut videbitur. hæc enim doſis eſt conueniens in iuuene robuſto, & forti. Sit autem agaricus primo in oxymelle infuſus per horas. vj. Ad idem pilulæ de reubarbaro, tua tamē intereſt inueſtigare cauſam an ſit ex humore frigido vel calido, quoniam in alio, & alio alia, & alia. Ex non ſolutiuis. ℞. ſquillæ capillorum ve. amygdalarū amararū fœnugræci, extremitatum abſinthij. ana. decoquātur in aqua ad conſumptionem tertiæ partis, de qua decoctione accipiantur tempore hyemis. ℥. iiij. vſque ad quinq; cum melle dulcorato. In æſtate vero cum zuccharo duarum coctionum. Ad idem ℞. eupatorij, lupulorum, epaticæ, ſcolopendriæ cū radice. ana. M. j. calamenti fluuialis, & campeſtris, tubeaē tinctorū, pulegij. ana. M. j. corticum ſummitatum tamariſci. ℥. j. corticum radicis capparis, & ſalicis. ana. ℥. j. quinq; radicum cōmunium. ana. ℥. j. laccæ lotæ. ℥. ſ. ſeminum bruſci, ſparagi. ana. ℥. j. paſſularū enucleatarum. ℥. j. ariſtol. longæ & rot. abſinthij, ameos, nigellæ, dauci, acori. ana. ʒ. j. cicoreę. M. j. ſeminum cōmunium. ℥. ij. zucchari lib. ij. fiat ſyrupus. Item ex his rebus conficiꝰ poſſunt embrochę, & emplaſtra cum farina lupinorū quę quantum valeat ſcis ex dictis Auicē. ſupra in princ. capituli. Emplaſtrum cōferens valde hepatis oppilationi ex cauſa frigida à qua eſt ſm plurimum. ℞. abſinthij, ameos, maſti. amoniaci, fœnugræci. croci. ana. & cum oleo de neriden, & farina lupinorum fac emplaſtrum. Volo in præſenti hæc tibi ſufficere, quoniam multa habuiſti ex quibus plurima componere potes. Et hic nota ꝙ quando frigida aperitiua non proſunt in aperiendo in cauſa calida. da calida, moderate tamen quoniam maius erit iuuamentum quod ſequetur ex apertione quàm nocumentum quod ſequitur ex ſupercalefactione. nam ipſa ſupercalefactio faciliter remouebitur. Nota ſecundo ꝙ cum cauſa fuerit ignota ꝙ procedatur cum temperatis dictis aut cum calidis & frigidis adinuicem confractis.

Tertius cōpletur cum adminiſtratione euacuantiū. verbi gratia. ſi fuerit in cauſa multitudo ſanguinis, & in toto plethoria, fiat phlebotomia ex nigra primo. & ſi cā particularis exigit. deinde fiat phlebotomia ex baſilica virtute conſtante, ætate, & cæteris conſentientibus. ꝙ ſi non fuerit plethoria fiat ex baſilica euacuatio tantū, aut per aliud phlebotomiæ ꝓportionale. vt verbi gratia. per apertionē hæmorrhoidarū, aut per prouocationē menſtruorū in mulieribus, aut in quibus nullū iſtorum poſſibile eſt fieri per ſcarificationē tibiarum. Vnde nota ꝙ vt eſt ſupra notatum Auic. hic de phlebotomia inquit. Et quādo antiquaꝰ oppilatio indiget phlebotomia baſilicæ, & ſolutione. De phlebotomia tñ hic fienda apertius loquunꝰ authores alij. Vnde in viatico. ſi oppilatio ex calido baſilicam in manu dextrā minue, vel venam quæ eſt inter pollicem, & indicem vt ſanguis trahatur ſm tenorem virtutis. Si ex ablatis inſtrumentis phlebotomemus ambas venas in cruribus & ſi eſt ex inciſione aliquorū membrorū pręcipimus phlebotomari. Serap. cōfert oppilationi vehemēti præcedenti extractio ſanguinis. & cōfert quādoq; phlebotomia ex iūctura dextra cū menſura intentionis phlebotomię. In panthegni. ſi hepar oppleꝰ ex ſanguine groſſo decurrente ab hepate ad membra auferamus ſanguinē de baſilica manus dextræ, vel de vena quæ eſt inter pollicem, & indicē. Alij præcipiunt de vena inter medium & auricularem, & hi habuerunt intentionē magis ad euacuandum. Quòd ſi non cōpetit phlebotomia ſed pharmacia tu debes attēdere canonem ſcd'm poſitum ſupra de medicinis ſolutiuis in hoc ca. & eligere cōuenientes propoſito tuo. & de his habuiſti exēpla plura in pręcedenti cañ. & habes in. iiij. trac. ſupra & tu ibi. Hæc autē euacuatio per phlebotomiā, aut pharmaciā maxime & proprie cōuenit materia exiſtēte in cōcauo hepatis. Quòd ſi fuerit oppilatio in gibbo adminiſtra diuretica. Vnde Auic. Cum oppilatio eſt in latere cōcauo adminiſtra ea quæ ventrem ſoluant, & ſi eſt in latere gibboſo adminiſtra ea quæ ſunt diuretica. Et ſubdit. & melius eſt vt præmittas eis illa quæ incidunt, & aperiunt, & abſtergunt. & tu nota. Et ſummatim dixerūt quidam ꝙ medicina oppilationis hepatis debet eſſe abſterſiua virtutis, aperitiua, ac lenitiua. Et recolligēdo has duas intentiones in materia oppilante viſcoſa da prius incidentia, in materia aduſta da infrigidātia deoppilatiua &c. deinde ſolutiua propoſito deſeruientia.

Compleatur quartus cum confortantibus intus & extra calidis aut frigidis vt ipſa exigit diſpoſitio. Nam tu ex datis ſupra compone ſm canones. nam ex datis fac emplaſtrum, embrochas, cōfectiones, unctiones, ſyru. decoctiones, electuaria, pilulas, trochiſcos, & hmōi. quæ hepar habeant confortare, vt ℞. ſpicę. ʒ. j. abſinthij. ʒ. ſ. puluerizentur, & conficiantur cum melle. fac ſi vis elect. aut trochiſcos. nā hoc medicamen Serapio mirabiliter extollit. inquit ibi. Spicæ ineſt virtus fortis in hmōi ægritudinibus, immo poſſibile eſt vt curetur cum ea hepar, quod infrigidatum eſt & induratū, & non eſt nocumentum trochiſcorum dictorū in hoc paruum diacurcuma, dialacca deſcriptione Meſ. & ꝑcipue in cauſa frigida ſunt iuuatiua valde. Item recurre ſupra de debilitate hepatis.

Et ex dictis patet quinti complementum. nam quando materia eſt in cōcauo da ſolutiua. Et talia in hoc caſu ſunt conuēnientiora in forma aliqualiter dura. Et eſt forma electuarij, pilularum, & huiuſmodi. Quando vero in gibbo da prouocantia, & talia ſunt cōuenientia ſub forma liquida, & ſubtili propter anguſtiam viarum in parte gibboſa.

Et hic nota ꝙ cum dantur talia aperitiua, vt citius fiat tranſitus eorum ad vias vrinales, debemus cōmiſcere aliquid de ſemine raphani, aut radicis eius. nā prohibet trāſitum velocem eorum conuertendo ſe ad os ſtomachi. Et eſt canon Auic. in hoc primo capitulo.

Sextus ſuccurrēt accidentibus euenire conſuetis, vt ſunt hydrops, fluxus hepaticus, ictericia, arefactio, & huiuſmodi. quorum cura ſuis perſcrutetur capitulis.

CVRA itaq; attenuatoriæ cauſa exiſtēte interiori, vt quia apoſtema & hmōi eſt cura apoſtematis. Quòd ſi fuerit exterior hos duos cañ. ſerua. Primus remoueaꝰ cauſa & introducantur aperitiua temperatę caliditatis, & humiditatis cōtemperātia malam cōplexionem impreſſam. & hæc remotio fiat cum ſimplicibus & cōpoſitis dictis. Et ex laudatis eſt ſerum caprinum cum decoctione abſinthij & heupatorij, & maxime in frigida cauſa. Item aqua cicerum. Item cuſcutę, decoctio radicum ſeminū cum floribus boraginis, bugloſſæ, lupullorum, & huiuſmodi.

CVRA in carnoſa ſeruentur, & bothoroſa hi canones. Reſolutio primo ſi ea compleri poteſt, ꝙ ſi non, ſaniatio. Deinde eruptio. inquit Senex. Quibus in vrinali via puſtulæ naſcuntur ſanie facta & erupta ſolutio fit ſicut & in propoſito. Quòd ſi contingat ipſam eſſe carnoſam, & verrucoſam incurabilis eſt, vt ab oali. Tu tamen tenta cum extenuantibus, exiccantibus, ſubtiliantibus, eam exterminare quæ ſunt aperitiua, de quibus plura ſupra, & elige fortia. Sed cōſidera ꝙ cum eis ponas aliquando mollificatiua ne rem indures. vbi autem oppilatio quæcunque fuerit ſit ex cōmunitate alterius membri, quia ſcilicet ex retentione menſtruorum, hæmorrhoidarū fluxus alterius conſueti tunc phlebotomia prouoca, vt ſupra. Quòd ſi fuerit naturalis, quoniam venæ naturaliter ſunt anguſtæ, tunc te conuerte ad regimen, quia da cibum ſubtilis ſubſtantiæ non oppilatiuum & in modica quantitate, & partire eum in pluribus vicibus in eodem die, vt virtus, & ætas expoſtulāt. Et in ſumma ſit regimen eius vt

illius qui habet hepar paruum. de quo ſupra. Poſtremo ſcito q̄ ſplen oppilat̄ propter humorū groſſitiē, renes ꝓpter ſtricturam meatuū, hepar vero propter multitudinē humorum, & anguſtiam viarum, & ſpecialiter in parte ſuperiori. Oppilatio vero renum eſt diuturnior propter viꝫ longinquitatē, hepatis vero periculoſior propter membri nobilitatē. Item ſcito q̄ hepar oppilat̄ vt plurimum ex phlegmate. Sec̄do ex melancholia. Tertio ex ſanguine, raro ex cholera, & nunquā ex humoribus calidis niſi cū eis cōmiſceantur frigidi. Et hæc pro nunc de iſto ſufficiant.

*De dolore hepatis, & eius inflatione.* Rubrica. VI.

DOlor hepatis eſt eius triſtis ſenſatio ſubito & materialiter in partes pāniculi ipſm cooperiētis impriмens. Cuius cauſa ſm plurimum eſt mala cōplexio calida. Et dicit̄ in partes, quia per illum ſentit, vt ſupra in princ. capituli. Et dicitur ſm plurimum, quoniā frigida phlegmatica raro faciunt accidere dolorem. Aui. Itē quia fit quandoq; ab apoſtemate calido, quandoq; frigido, ſed raro, q̄nq; à ventoſitate extenſiua, q̄nq; ab oppilatione, q̄nq; ex motu critico humorum, q̄nq; ex debilitate eius & non tollerat illud quod ad ipſum venit de cibo.

SIGNA demonſtratiua cū dolor hepatis fiat aut à mala cōplexione, aut à ventoſitate extendente ab oppilatione, aut ab apoſtemate quod eſt ſm plurimum calidū, & raro frigidū. Et horū ſigna poſita ſunt, aut infra ſtatim ſuis rubricis ponentur. hinc de illis faciliter pertranſeo.

Signa ſi ſit ex motu critico humorū cognoſcitur, quia fit ſubitus, & apparet per ſeceſſum ſi ſit in concauo. Et per vrinam ſi ſit in gibbo.

Signa ſi fuerit ex debilitate iam poſita ſunt. nā in eo caſu nō tolerat illud quod ad ipſum venit ex cibo, immo eo lædıtur. propterea q̄ abhorret eum.

Signa demonſtratiua vētoſitatis in hepate ſunt tēſio in hypochondrio dextro quæ minuitur & cōmouetur hora digeſtionis cibi. Et ſedat̄ per cōpreſſionē fortem factam cū manibus ſuper ipſm rugitus in ilijs ex parte dextra. Et nō eſt cum eo feb. Vnde Auic. Et dolor vehemens valde non fit niſi ex apoſtemate calido aut ex ventoſitate. Quapropter q̄n non eſt feb. & dolor eſt vehemens, tunc cauſa eſt uentoſitas. & ideo cui feb. ſuperuenit ſoluit eū, habuiſti ſupra de inflāmatione ſtomachi, & ibi recurras q̄m multū tibi cōferunt etiā ex parte ſignorum cauſarū, & curæ. Nā inuenies cōfectiones, electuaria, & hmōi, tuo conferentia propoſito. Et tu ex datis in princ. capituli compone.

PROGNOSTICA. cum dolor hepatis eſt cū feb. & eſt vehemens valde ſuſpica q̄ ex hepate ſit. Hippo. in capſa eburnea. Quando accidit dolor hepatis cum pruritu vehementi in camaduati, & poſteriori parte hepatis, & pollici pedis, & apparet bothor in * villo ſimilis fabæ, moritur æger in quinto ante ortum ſolis. Auicē. Et illi cui accidit hoc accidit difficultas vrinæ propter oppilationē cum diſtillatione, quoniam eſt in lacerto. Dico ergo cauſa eius eſt, quoniam eſt aquoſitas maligna quæ expellitur in vrina penetrans aliquo modorum penetrationis in extremitates, & facit accidere caliditas eius et bauracitas ipſius pruritum vehementem.

* al's, collo, ſeu cum arabib' al chafa, q̄ſi incipit dixerim' at conſulant Auicennā ſtudioſi. 9. cap. 2. tractatu. 14. fen. 3. can.

CVRA. de mala autē complexione eius doloris cauſatiua dicat̄ intantū q̄ ipſa eſt aut cum materia aut abſq;. Si cum materia oportet attēdere hos cañ. Ordinatio digeſtę. Digeſtio euacuatio materię. Qualitatis impreſſæ remotio. Quòd ſi fuerit per cōnatem ab alio membro addatur quintus canon membri cōmunicantis rectificatio. Vltimus accidentiū correctio. Cū quibus vero hi omnes ꝑficiant̄ tam apertū eſt ex ꝑdictis ſimplicibus & compoſitis ſupra hepar cōfortātibus & eius malā diſcraſiā remouētibus. Tu tamē ſis ſemper memor vtı ſupra. de cōſeruanda hepatis naturali cōplexione. Quæ autē materiam talē digerant aut euacuent iam pluries poſitū fuit. Itē & in præcedenti rubrica memorare aliter operandū cum materia fuerit in gibbo, & aliter cum fuerit in cōcauo. primū requirit aperitiua. Itē nota q̄ eius dolor vehemens ualde nō fit niſi ab hepate vel vētoſitate. Quòd ſi fuerit abſq; feb. eſt à vētoſitate. Aui. Et ut tibi complaceam magis hic memorabo aliqua in dolore eius cōmendata valēt ſumme trochiſci de reubarbaro maxime vbi fuerit oppilatio. Item diacurcuma in eodem caſu habent, & ſemina calida aperitiua in cauſa frigida, & in ventoſitate, in calida ſemina frigida maiora & minora, ſpica, eupatoriū & eius ſyru. in cauſa frigida emplaſtrum de meliloto tamen vbi fuerit durities & ſuſpicio de cauſa frig. non vltra me extendo, quoniam pleoum de opportunis hoc loco te feci.

INFLATIO hepatis eſt tumor aeris in eo ꝓpter reclusionem ventorum inſpiſſatorum, aut vētoſitatis inſpiſſatę ſub panniculis eius retentorum. Cuius retentionis cauſa eſt, aut ipſorum multitudo, aut meatuum oppilatio. horum enim vaporum, aut ventoſitatum generatiua cauſa eſt, aut debilitas virtutis digeſtiuæ eius, aut aptitudo materiæ cibalis tranſeundi in vaporem & ventum, aut ipſius humoris proprietas. In cuius cura ante poſitionē canonum, oportet locum cui & hęc cōmunicatur inflatio cōſiderare. nam q̄nq; cōcatur inteſtinis, q̄nq; diaphragmati, aut q̄nq; pectori, aut dorſo. Et ſm aliam & aliā cōmunicationē oportet alia & alia adhibere, vt ſtatim exemplificabo. Hunc tū canonē generalem prius auſculta q̄ cura huius diſpoſitionis ꝓxima eſt curæ oppilationis, q̄m ſimiliter cum calefactiuis, ſubtiliatiuis, reſolutiuis, vt in illa procedere oportet. Item attende ſi eſt in gibbo, quia tunc operare cum diureticis, ſi in ſymmo cum clyſteribus, & reſolutiuis, vt ſupra. Ordineturq; diæta, vt ibi. & deuitet aquam frigidam puram, bibat vinum purū in tenuoio. Auic. ij. ſi dolor extendit̄ ad inteſtina, ſolue ventrē, deinde vtere reſolutiuis. q̄ ſi ad pectus vel dorſum aſcenderit prius adminiſtra diuretica. deinde reſolutiua, quoniam ſignum eſt in parte gibboſa. Hunc tamen canonem intellige. ſi per applicationem euaporatiuorum dolor hoc motus fecerit, aut ſi etiam ex ſe ſine applicatione alicuius rei hoc contigerit. Tertio adminiſtrentur euaporatiua, aut fomentationes ex rebus appropriatis, de quibus ſupra ſatis, aut ſacculos ex eiſdē, aut emplaſtra ex maſtice, ſquinanto, been, cum oleo de ſpica & huiuſmodi. vt ſupra. Nota tamen q̄ ſi humor eſt in cauſa inflationis ante applicationem remediorum, quia euaporatiuorum, materiam ex qua opinatur ipſam vētoſitatem fieri euacua. Item cum cautela. hæc calida hepati approximes. nam faciliter in inflammationem labetetur.

*De apoſtematibus hepatis ulceribus. & ſciſſuris etiam a caſu, & percuſſione.* Rubrica. VII.

APoſtema hepatis eſt tumor eius præter naturā per ſe incipiens in partibus eius ſm plurimum, quia in gibbo, aut cōcauo, & raro in velaminibus, venis, & panniculo[illegible] rariſsime in tota eius ſubſtantia contingens. Cu[illegible]s cau[illegible] [illegible]terialia, aut eſt ſanguis, aut phlegma, aut cholera, aut me[illegible]cholia, aut ventoſitas collocando ventoſitatem ſub cauſa materiali largo modo de cauſa materiali. & tu conſidera. aut chilus in eo retentus, & putrefactus, quāuis ſit rariſsime contingens. Et dicitur per ſe, quoniam cum apoſtema ad aliam ſequitur ægritudinē, & non eſt per ſe incipiens, à medicis dicitur exitura. Cooſimiliter cum aliqua ægritudo in apoſtema terminatur illud proprie exitura appellatur. Et dicitur raro, quoniam talia ſunt membra neruoſa non apta recipere materiā multam ex qua apoſtema fiat. Dicitur rariſsime, quoniā tale rariſsime apparet, & cum accidit interficit. Dicit̄ cuius cā materialis ad differētiā cauſarū agentiū, & qui eis aoneᴄtuntur, vt ſunt exceſsiua caliditas eius, & præcipue in febribus adurentibus perſeuerans. Et dicit̄ præcipue, q̄m & ſine

Exitura quid ꝓprie.

& ſine feb. idem accidere poteſt, vt patet. Similiter frigiditas digeſtionē eius prohibens & expulſionē. vnde non poteſt digerere neq; ſuperfluū euacuare. ꝙ remanens tandem apoſtema in eo facit. Itē ſic aggregati penetrant in partes eius apoſtema cauſantes, ſiue ſint phlegmatici, ſiue cholerici. Vnde & cholerę multitudo eſt cauſa oppilationis, vt ſupra de oppilatione hepatis, & tandē cauſa apoſtematis calidi. Vnde breuiter cauſa vtplurimū eſt eius oppilatio ꝓhibēs nutrimentū per ſubſtantiā eius diffundi, & ſuperfluitates ex eo expelli, & proprias, & illas quas conſueuit. q̄nq; ab alijs membris recipere. Ex quibus poteſt patere cauſa quare aliquādo in ægritudinibus apparēt egeſtiones multæ dato ꝙ infirmi parū comedant. nanq; hepar recipiens has ſuperfluitates ab alijs membris quandoq; mittit ad ſtomachū cum quo colligantiā habet, & per illam viā ad inteſtina. Itē quia cibus ad hepar penetrare non poteſt, & tunc multiplicantur, & minoratur vrina. Itē facit ad apoſtema hepatis fortis attractio, cum attrahat plus q̄ oporteat. Item adiuuat ad hoc multum vſus cibariorū groſſorum & difficilis digeſtionis, & caliditatis multæ. de quibus ſupra. iij. tractatu. Item vſus aquarum groſſarum. Item aer groſſus & omnia talia quæ ad oppilationem pręparant. de quibus in Rubrica de oppilatione. Itē percuſſio aut caſus ſuper ipſum factus. Nam humores ex his in eo colliguntur, putreſiunt, & apoſtema cauſant, aut ſanguineum ſi humor ſtuans fuerit ſanguineus, aut eryſipelā dum fuerit cholericus, aut durum ſi fuerit melancholicus, aut molle ſi fuerit phlegma. Quandoq; accidit apoſtema hepatis cōmunitate ſtomachi, vt cum corrūpitur in eo digeſtio. Similiter cōmunitate aliorum membrorū vt viſcerum, inteſtinorum, aut ſplenis. Nā cum hæc membra nō attrahūt quod debent ſunt cauſa aggregationis humorum ſuperfluorū in ipſo corpore per modum dictū generaſ apoſtema. Et ſcito ꝙ apoſtema qđ accidit in velaminibus eius vtplurimum eſt ventoſum, aut aquoſum genitum ea vaporibus per viā indigeſtionis multiplicatis, & peruentis ad velamen frigiditate velaminis in aquā cōuerſis. Quemadmodum accidit de vaporibus in materiā catarrhalem frigiditate cerebri & ſuorum velaminū conuerſis. Quod autem in ſubſtantia eius reperitur vtplurimum eſt ſanguineum aut cholericum, & raro phlegmaticum, aut melancholicum. Scito etiam ꝙ apoſtematum hepatis quoddā ſit in gibbo. Quoddā in ſymmo. Quoddam in lacerto qui eſt ſupra hepar. Et quoddam in venis meſeraicis. Quoddā in toto. Et horū quoddā eſt uētoſum. Quoddam humoroſum ſanguineum, cholericū, phlegmaticum, vel melancholicum. Et horum quoddam terminatſ inſenſibiliter, quoddā per ſaniem, quoddā in duritiem, & ſclirosim terminatur. de quibus ſigna ponentur.

SIGNA demonſtratiua & cōia ſunt dolor, & grauitas, inſeparabilis in hypochōdrio dextro cum extēſione vſq; ad furculā, & attractio furcule ad inferiora ꝓpter attractionē ſuſpenſoriorum ad inferius febris continua malitia decubitus ſuper latus dextrum, & potiſſime quando apoſtema eſt calidum, & in gibbo. Itē & male decumbūt ſuper latus ſiniſtrū. decūbunt ergo ſupine quia ſuper dorſum, & adhuc male. Quòd ſi apoſtema fuerit magnū cōmunicatur pectori, & accidit tuſſis ſicca. Itē vomitus ſingultus. Item alteratio coloris faciei & formæ quia inflammatur, & calor tendit ad citrinum vel pallidum & vrina in colorem charopos vergens ſpiſſa obumbrata in ſuperficie conſtrictis manifeſte liuens ſuperius cum ſpuma citrina vel alba vel rubea, egeſtio chiloſa, virulenta.

Signa demonſtratiua loci apoſtematis ſunt, q̄m ſi fuerit in velamine, tunc erit grauedo cū dolore acuto humerum, & proprie apud cōpreſſionem tactus. Febris premitſ, & maxime ſi fuerit cholericum. Et pulſus quaſi ſerrinus, q̄m arteriæ ſunt diffuſæ in pāniculo eius. Et cum fuerit ventoſum ſiue aquoſum toleratur abſq; impedimento multo niſi fuerit magnum valde. Quòd ſi fuerit in gibbo eius facile eſt cognoſcere ipſum Serap. præcipue ſi fuerit magnum, & lacerti repleti. Nam in hypochondrio dextro apparet durities, & tumor. Et hic aduerte quoniam in hoc cōmunicat apoſtema lacertorum ventris. Sed ſignum diſtinctiuum eſt, quoniam tumor apoſtematis hepatis eſt figuræ rotundæ lunaris vel ſemicircularis. Sed lacertorum tumor eſt oblongus, vel quadrangulus procedens ſm̄ ſitum lacertorum ad modum caudæ muris maxime q̄n eſt in longitudinalibus. Quòd ſi fuerit in tranſuerſalibus hercle apparet oblōgus in modum crucis. Item ex alio differunt, quia cum videſ myrach declinare ad teneritatem, tunc nō eſt apoſtema lacertorum, ſed hepatis. Et eſt apoſtema gibbi cum tuſſi ſicca ea cōſtrictione anhelitus, & proprie cum fortiter anhelare vult cōmunitate ad diaphragma, & pulmonē. Et minoratur in gibbo ſingultus, ſed augmentatur in concauo. Si vero fuerit in ſymmo eius, tunc non ſentitur durities neq; tumor in dextro hypochondrio, niſi eſſet valde magnū, & grauitas eius minor, & dolor eius maior propter compreſſionem, & licet in hoc cōmunicet apoſtemati meſeraicarum eſt minor, & eſt cum tenſione magna, & profunda verſus ſtomachum, & ventrē. Et egeſtio eſt chiloſa propter oppilationem, & debilitatem earum. & ſubtilis propter debilitatem ſtomachi in digeſtione. Et ſiquidem erit feb. minor & leuior q̄ in eo quod eſt in hepate. In apoſtemate vero hepatis eſt econtra. Item ex ſubſequentibus. Nam ſi poſt aliquos dies egrediatur aliquod ſpumoſum, quod ſit ad rubedinem & citrinitatem declinās erit ab hepate. in apoſtemate autem cōprehendente totum omnia hæc ſigna, cōcurrunt ſimul.

Signa vētoſi, quia vt ſupra alteraſ facies, & color, & informa ꝓpter debilitatē hepatis. Item cum eo non eſt feb. Item applicatione calidorum iuuatur ſtatim. Itē quieſcit aliquando, ita vt dolor multum remittatur, ſed in principio dolor eſt vehemens, & extenſiuus, & ambulatiuus, & compreſſione manus facta videtur iuuari.

Signa ſanguinei ſunt vrina ſpiſſa, pulſus magnus, latus, mollis, color faciei rubeus, fuſcedini mixtus, venæ plenæ, dolor ſub coſtis aggrauatiuus cum pulſatione, & motu, habitudo carnoſa ſanguinea, regimen præteritum ſanguinis multiplicatiuum, feb. inſeparabilis, dulcedo ſaliuæ, linguæ nigredo, ſitis non vehemens, tuſſis non multum ſicca, ſingultus ſi apoſtema fuerit magnum. Vnde Auicen. Quapropter non accidit ſingultus, niſi cum apoſtema fuerit magnum comprimēs os ſtomachi quæ ſigna addas cum omnibus dictis, & pariformiter cum ſignis deſcendis ſtatim de eo.

Signa cholerici, vrina rubea, acuta cum aliquali ſpiſſitudine, pulſus velox, durus, diuerſus, febris acuta, & maxime quando eſt in carnoſitate, ſitis vehemens, amaritudo oris, color faciei citrinus, & totius corporis. & minoratur appetitus, & accidunt ſingultus, nauſea vomitus, cholericus in primis. deinde vt flos æris. poſtea nigrum. Et accidit frigus extremitatum, nigredo linguæ, ſyncopis, & ꝓprie cum eſt in concauitate, & malitia anhelitus, & dolore extenſus ad dorſum, & ad furculam, & mordicatio, & proprie cum eſt in gibboſitate. Et hic adde reliqua ſigna cōmunia de apoſtemate hepatis. dicta ſupra.

Signa phlegmatici ſunt febris inſeparabilis, lenta. occulta, & defectio appetitus cum nauſea, & ſingultus ſi magnū eſt abſque ſiti, vrina citrina, pallida, ſpiſſa. pulſus paruus, mollis, tuſſis, aliq̄n color totius albus, vel liuidus, habitudo mollis, pinguis, tumor ſenſibilis cum duritie, grauitate, dolore, & reliquis ſignis cōmunibus de eo poſitis.

Signa melāncholici corruptio coloris totius, & faciei tendentis ad palliditatem vel citrinitatem cum duritie in loco notabili quibuſq; eſt vehementia feb. & eſt tuſſis abſq; nauſea & vomitu cum vrina glauca ſubtili pulſu parūper duro ſtricto. Conſiderenturq; reliqua melancholiā deno-

tantia, vt ætas, complexio, habitudo, regimen preteritum & huiuſmodi. Scito ꝙ nauſea, abominatio, deſiderij ablatio, & huiuſmodi. conſueuerunt venire in apoſtemate hepatis quãdo ipſum eſt magnum, & proprie calidum. Et hic aduerte ꝙ apoſtema hoc cõmunicat cum pleuriſi in multis accidentibus. Sed differt ab eo quoniam in pleuriſi febris eſt acutior dolor acutus lateris malitia anhelitus maior eſt cum pleuriſi ſemper tuſsis ſicca primo. deinde humida cum maturatur, & eſt pulſus vt ſupra de ea, in apoſtemate hepatis poſt tuſsim ſiccam non ſequitur humida, & dolor eſt ſub coſtis, & dolor alteratur, & pulſus non fit ſerratus valde.

Signa quãdo apoſtema venit ad ſaniationem, qm̃ accidentia primo emerguntur. deinde facta ſanie remittuntur, & cum rũpitur accidit oppilatio, & exitus puris, & ſaniei per egeſtionem ſi fuerit in ſymmo, vel per urinam ſi fuerit in gibbo, & cum fuerit alba. & ſequit̃ alleuiatio bona eſt, ſi vero cęnoſi, & ſit fœtens, & ſequitur debilitas mala eſt, aliquando autem per vomitum ſanies ipſa emittitur.

Signa reſolutionis, quia de die in diem alleuiatur infirmus et corpus redit ad diſpoſitionẽ ſuã in colore appetitu, & reliqs bonis diſpoſitionibus febris remittitur. Sic etiam durities, & grauitas, & dolor, & hmõi. & reliq̃ accidentia.

Signa indurati, quia ſentit̃ manifeſte durities, & corrũpit̃ color, & appetitus minoratur, & difficultas anhelitus, & grauitas abſq; febre cõmunicat in apoſtemate duro.

PROGNOSTICA cum apoſtemati hepatis ſociat̃ fluxus ventris mortale. Aui. Quãdo apoſtema hepatis calidũ permutat̃ ad ſplenẽ bonum, ſed qñ permutat̃ ad hepar malũ. Omne apoſtema criticum ſi eſt in latere gibboſo hepatis eſt eius criſis cum ſudore aut ꝓuocatione aut fluxu ſanguinis, & ſi eſt in latere cõcauo facit criſim cum ſudore per vomitum aut ſeceſſum. Quidã ſunt qui ex hac egritudine cito moriũtur propter reſolutionem naturæ. Serap. Et hi ſunt habẽtes apoſtema calidum, quidã qui tempore longiori viuunt, vt patientes apoſtema frigidum. Apoſtema hepatis aut interficit, aut terminatur in exituram alicuius membri, aut reſoluitur, aut ſanatur, aut induratur. Omne apoſtema hepatis calidum vel frigidum faciens oppilationem eſt cauſa generationis aquoſi ſanguinis, & tandem hydropiſis. vt infra de hydrope.

Apoſtema quod eſt in gibbo peius eſt quàm quod in ſymma. Apoſtema durum hepatis niſi velociter medicetur peſsimum eſt, quoniam infra diem. xiiij. cauſat hydropiſim. Et certe omne apoſtema eius niſi ſuccurratur in hydropem terminatur.

CVRA cañ. & qm̃ omne apoſtema hepatis quodcunq; fuerit, aut ex quacunq; cauſa ducatur ad apoſtema calidum, aut frigidum vel ventoſum. hinc ponam primo curationẽ apoſtematis calidi. ſcd'o frigidi. tertio ventoſi.

Et antequã te intromittas in cura eius ſiue ſit calidũ aut frigidum. primo conſidera nunquid ſit curabile aut non. Quòd ſi fuerit incurabile ne nomen mali medici ſubeas eius curã omnino poſtponas, aut ita prudenter agas cum amicis infirmi, & alijs ciuibus, ꝙ ſciant te ſic intromittere ob infirmi conſolationem, & in angulis ciuitatis prędica eius curę impoſsibilitatẽ. Quòd ex ſignis hoc ſignificãtibus eſt perduratio longa duritiei, & lapideitatis ipſius. Serap. Vnde Auic. de cura apoſtematum durorũ. Nõ euadit aliquis ex apoſtemate duro quieſcente confirmato. & illi qui ſanantur ſunt qui curãtur in initio ſui. Et alibi quãdo apoſtema fit cancer minoratur ſpes in eo. Et Gale. ad Glauconem, dum apoſtemata in hepate inueteraſcũt nunquam curari poterunt, neq; ego curaui, neq; alios vidi facere omnis huiuſmodi patiẽs futurus eſt hydropicus. eſto itaq; circa hæc ſollicitus. Nam in cura apoſtematis eius maior eſt adhibenda diligentia q̃ in aliqua eius ægritudine. primo quia in apoſtemate ſunt omnia genera morborum, & ſic periculoſior omni alia eius ægritudine ſimplici. Scd'o propter multa accidentia periculoſa vt ſunt febria cõtinua, dolor, & huiuſmodi. vt ſupra. Tertio quia eius operatio ſanguifica eſt neceſſaria toti corpori quę magis ex apoſtemate lædit̃ q̃ ex aliqua alia ægritudine eius.

Quarto quia membrum notabile egregium virtutis nutritiuæ principium, ſecundum medicum, quare virtus ex ipſo apoſtemate magis læditur.

Poſtquã autem viſum eſt ꝙ apoſtema eſt curãbile attende hos canones generales.

Primo ꝙ apoſtema hepatis habet quatuor tẽpora quẽadmodum apoſtema aliorũ membrorũ, in quibus oportet medicum diuerſa adminiſtrare. Nam quæ in principio competunt non competunt in declinatione, & econtra, ita de alijs pariformiter dicendum.

Secundo ꝙ & licet in principio apoſtematum, & falſẽ calidorum competant repercuſsiua ex canone generali, tñ repcuſsiua exhibita in principio apoſtematis hepatis debent eſſe aliter aſſociata q̃ repercuſsiua in alijs apoſtematibus adminiſtrata. debent etenim cũ ſubtiliatiuis, & aperitiuis, & reſolutiuis cõmiſceri. vnde Auic. de cura calidi apoſtematis hepatis inquit. O q̃ velociter reſpondet durities huic membro, & propter hoc oportet vt ſint permixta cum reſolutiuis, & infra. quapropter oportet vt incipias à regimine reſolutionis materiæ in hac ægritudine plus q̃ ſit via, & inceptio etiã alijs apoſtematibus timendo lapideitatem, & duritiem. Sed hunc canonem corrige ex notatis de cura cholerici.

Tertio ꝙ ſuperflue ſtyptica non debent adminiſtrari. Vnde Auic. & epithematũ quidẽ frigidorũ adminiſtratio ſuperflua qñq; perducit ad duritiem. An autẽ hepati magis ſtyptica competant q̃ ſtomacho dicetur in dubijs.

Quarto reſolutiua pura non debent adminiſtrari, ſed debent cum eis ſtyptica virtutem, & membrũ conforrantia cõmiſceri, ne incidamus in errorem talis medici qui cũ reſolutiuis ſic ꝓceſsit in apoſtemate hepatis nephy: quod eum ad mortem perduxit, vt Gal. xiij. therapeu. xij. cap. Et nota de reſolutiuis, quoniã nõ debent eſſe fortia, neq; mordicatiua, ne addant in apoſtema. vnde Aui. quoniã adminiſtrans reſolutionem non adminiſtres eam ex genere eorum vnde mordicant, & cõmouent apoſtema.

Quinto debes attendere latus apoſtematis, quoniam ſi fuerit in gibbo oportet procedere cum aperitiuis, & vrinam prouocantibus, & abſtinere à ſolutiuis ventris, econuerſo. ſi fuerit in cõcauitate. vnde Aui. euacua ergo ex apoſtemate, quod eſt in cõcauitate ex latere ſolutionis vẽtris, & illud quod eſt in gibboſitate ex latere prouocationis.

Sexto ꝙ in apoſtemate hepatis ſollicitetur æger ad beneficium ventris, & non ſuperflue. vnde Aui. & caue ne dimittas naturam remanere ſtrictam. in hoc enim eſt nocumentum magnum & non dimittas eam eſſe ſolutã ſuperflue ne cadat virtus, imo tibi ineſt vt ſoluas conſtrictam cum æqualitate, & cõſtringas ſolutam cum æqualitate.

Septimo. quòd vt ſupra dictum eſt in principio capituli. ꝙ hepar eſt membrum valde paſsibile inter cætera, & ſicut velociter conuertitur in lapideitatem, ita velociter recepit reſolutionem.

Octauo ꝙ aqua hordei nõ competit in apoſtemate hepatis propter eius dulcedinem, quoniam oppilat. & conſimiliter neq; mellicratum, ſed bene aqua ſimplex cocta, ſed de his in dubio, & pulchre.

Nono ꝙ mordicatiua, & ſtyptica ſunt magis apta nocere cõcauitati q̃ gibboſitati, & cauſa, qm̃ occurrunt cõcauitati, & ſunt in principio fortia, ſed antequã veniãt ad gibboſitatẽ refranguntur, & de eorum virtute remittitur, & nõ ſunt ita apta lædere. ad quod etiam facit, quoniam obuiet in gibboſitate exterius orificijs ſinus extremi eius.

IN CVRA itaq; calidi ſanguinei hi obſeruentur canones.

Primus cũ ægrotanti occurris imediate fac phlebotomiam,

miam,& hoc in principio ex baſilica ſi potes. ſi nō, ex nigra. ſi nō, ex cephalica. Auic. Licet cuidam placuerit de ſaphena eiuſdem lateris, de quo in dubijs, & extrahe ſanguinis quantitatem magnam. & hoc niſi fuerit indicatio fortis ad cōtrarium ſumpta, aut ab ætate, aut tenore virtutis, aut ex aliqua tali cauſa. Nam illis cōſentientibus non dubites φ ſi tantam vt optas in vnica vice extrahere poteris non eam partire debes. vnde Auicē. phlebotoma ergo in primis & non hæſites. in hoc caſu non eſt prohibitio fortis & extrahe ſanguinem abundantem. Vnde Alexander. qui negligunt facere phlebotomiam in paſſione hepatis cuius ſanguis abundat magnū inducunt periculum, neceſſe eſt enim putreſcente materia aut vulnus faciat aut in ſcliroſim inſanabilem conuertatur. Et in hoc caſu laudauerunt multi phlebotomiam vſque ad syncopim. iuxta illud Senis. tertio Aphor. primæ particulæ. & vbi oportet vſq; ad defectionem ducere. Super quo verbo Gale. in cōmento inquit. In dolore ergo maximo nulla medicina eſt hac defectione perfectior. Sis tamen attentus φ materia exiſtente in fluxu debet fieri in parte oppoſita. ſi vero non, ex eadem. Et nota quòd phlebotomia in apoſtemate hepatis pluries & magis competit quàm in alio apoſtemate, & ſpecialiter quādo fuerit ex ſanguine. Nam cum materia indicet de ſui euacuatione quæ non niſi phlebotomia apte compleri poteſt, hinc cum etiam non videatur virtutem poſſe ſuſtinere tantam euacuationem in vna vice neceſſario oportebit replicare. Quòd ſi phlebotomia fieri non poſſit, quia ætas aut aliquod aliud impedimentū obſtaret fac ei proportionabile, vt quia prouoca hæmorrhoidas. de quarū prouocatione habetur infra ſuo loco aut fluxum ſanguinis narīū. de quo ſupra quinto cap. aut aliquod tale vt ventoſas cum ſcarificatione ſub hypochondrijs. hic autem canon ſic poſitus eſt in primis, & ſi ordinatio diætæ deberet eum præcedere vt comprehendatur eius maxima neceſſitas, ne contingat medicum in hoc fore negligentem.

Aliud eſt ordinatio diætæ quæ debet eſſe declinans ad frigidum & humidum. dum tamen non ſit ex glutinoſis, viſcoſis, oppilatiuis, vt ſunt dulcia pręcipue à quibus abſtinere debent. vnde Auic. & oportet ut deuitet dulcia in quantum poteſt paſtillicia & huiuſmodi. Quid ſit de ptiſana dicendū habetur in dubijs de aqua hordei. vnde Serap. hepar indiget cibis, & potibus, & medicinis aperitiuis non viſcoſis, ſed ſubtilibus non mordicatiuis, quia mordicatiua ſtimulant membrum apoſtematum, neque dulcia quia oppilant, neq; ſtypticis & ponticis. ſimiliter vt aqua granatorum. Quæ autem ſint in ægritudine ſanguinea conuenientia habes in. iij. tract. & ꝛu ibi.

Facta autē phlebotomia ordinataq; diæta, tūc procede ad applicationē repercuſsiuorum quæ non debent eſſe ſpoliata à ſtypticis aromaticis propter nobilitatem membri, & ab aperitiuis, ſubtiliatiuis, reſolutiuis, vt hic ante in canon. ij. Quæ autem ſunt frigida repercuſsiua, ſtyptica, & aromatica habes ſupra de cura malæ cōplexionis hepatis cum materia. & ꝛu ibi. quæ autem ſint aperitiua, ſubtiliatiua &c. cōuenientia habes de cura male cōplexionis frigidæ hepatis & de debilitate. & ꝛu ibi. Medicamētum ad hoc eſt. ℞. ſandalis rub. ʒ. ij. ſucci ſemperuiuę, ſucci ſolatri. ana. ℥. iiij. aquæ roſ. ℥. iij. ſpicæ, ſquinanti, ana. ʒ. j. cyperi. ʒ. ſ. aceti parū miſce & intingatur pecia duplicata, & ſic ſuper hæpar tempore calido frigida applicetur. tempore vero frigido tepida reiteretur frequenter mane & ſero ante cibum & meridie. tu tamen cañ. ante hos mente habe. Itē ℞. olentū roſ. de ſpica uiolati. ana. ℥. ij. ſandalis rub. ʒ. ij. aceti. ℥. j. fac vt dictum eſt. Ad intra autem applica vt infra de cura cholerici. Tranſacto autē principio, quia in augmento miſceātur hæc dicta & conſimilia & vigorentur reſolutiua, & ſtyptica, & frigida repercuſsiua debilitētur, & tu compone ex habitis in allegatis locis. In ſtatu vero æquētur, ita tamen φ reſolutiua ſaltem aliqualiter vincāt propter applicationem membri φ etiā addatur, quoniam in declinatione reſolutiua debent omnino & potenter vincere, quæ tamen non expolient à ſtypticis confortantibus ne incidamus in errorem à tali medicina. de quo ſupra.

Et nota φ in ſtatu cōpetit phlebotomia iterum de baſilica dextra de qua quandoq; euacuatur materia ipſa tota. Quòd ſi nō euacuatur tunc cum reſpicientibus ſanguinē. vt ſupra. iiij. tract. hoc tamen totum ſcriptum eſt de quatuor tēporibus ipſius apoſtematis, vt proceſſus ſit magis cōtinuato ſermone. Tamē antequā ſic ad hæc tēpora deueniat, cadit tēpus magnū in quo qdē oportet medicum vti digeſtiuis alteratiuis, & euacuatiuis. Vt uerbi gratia. in caſu dei oxyzaccara, aut ſyru. acetoſus ſimplex, aut vinum granatorum cum aqua endiuiæ, nenupharis, ſolatri, ſemperuiuæ, acetoſæ, & hmōi. quæ cōtinent in tract. iiij. de digeſtiuis ſanguinis & alteratiuis. & ꝛu ibi. Euacuantia etiā habētur ibi vt ſunt tamarindi, reubarbarum, caſia, pruna, & quæ ex his fiūt vt diaprunis. Et ſtude iuxta canonem in ſoluendo ventrem cum modis. vt dictum eſt in cañ. ipſo de his. Reſoluentia autem materiæ apoſtematis ſi nō veniret ad ſaniem, adminiſtra intus & extra, & quæ ſint talia habuiſti allegatis locis. Quòd ſi deuenerit ad ſaniem quid agendum dicetur dum expediero cholericum, phlegmaticum, & melancholicum, & de ſanguineo actum eſt.

CVRA cholerici. cōſimiliter cū occurreris fac phlebotomiam minorem multo φ̄ in ſanguineo. & hæc phlebotomia deuitat canonem generalem. Caue ne egrum. iiij. primi de phlebotomia. propterea quia rariſsimum eſt φ cholera illa non ſit ſanguini admixta propter naturā membri ipſius, & expedit primo canon. vt ſupra.

Ordinet diæta vnde debet declinare ad frigidum & humidū, & magis φ̄ in eo φ eſt à ſanguine. Itē debent vitari inflāmabilia & oua pręcipue niſi in caſu magnæ debilitatis quo non poſſet æger ex alio reſtaurari, ſed ſint alterata, qui autē hoc in caſu conueniant, require ſupra tract. iij.

Item cōpetunt frigida, & ſtyptica in principio vt vinū granatorum, berberis, agreſte, & huiuſmodi. quę cū carne comedi debent. Item ſunt & potu cōuenientes vnde aqua endiuiæ cum vino granatorum conueniret.

Tertia eſt adminiſtratio repercuſsiuorū in principio, & hoc ad extra & ad intra.

Et nota φ ſi apoſtema fuerit in gibbo diuretica frigida etiā nota ſunt cōuenientia, & epithemata, & cōſimiliter emplaſtra. Si vero in cōcauo ſolutiua, lenitiua, frigida, cuiuſmodi eſt aqua fructuū, thamarindi, pruna, caſia, & hmōi. cum quibus etiā dari poteſt reubarbarum, ſaltē eius infuſionem, ſuccus roſ. & hmōi. Talia enim ſolutiua nō debēt eſſe multū fortia ne agitēt materiā ex cuius agitatione poſſet ſequi timor perditionis ægri. cōueniunt etiā aperitiua, & frigida ſi apoſtema eſt in concauo, ſed non ita directe. ex qbus habe duos cañ. qui ſunt digeſtio, & euacuatio. & de his digeſtiuis & ſolutiuis habes. iiij. tract. & ꝛu ibi. Digeſtiones autē iſtæ, & euacuationes debent iterari, & frequētari, & phlebotomia minorari. In apoſtemate vero econtra. ſupple ſanguineo. Canon φ ſtatim à principio in apoſtemate cholerico, cū ſit qd valde acutū debemus eūare per ventrē aut per vrinā ſm locū apoſtematis. Iuxta illud Senis. x. aph. iiij. ſection. Medicari in valde acutis, ſi materia turget eadē die, tardare. n. in talibus malū eſt, & debet fieri eūatio cum medicina fatis alti gradus & altioris φ̄ in ſanguineo. Itē qui cōiunguntur eia debent eſſe altioris frigiditatis φ̄ in ſanguineo. An phlebotomia præcedere debeat pharmaciā alibi dicetur. ſed credo φ phlebotomia debet pcedere. Canon φ repcuſsiua in hoc quæ fit in principio debet eſſe cū magis frigidis φ̄ in ſanguineo, propter quod nota φ principiū eſt duplex. principiās & principiatū ſiue perfectū. In primo cōpetunt pura frigida. vnde Aui. docet infrigidare repercuſsiua cum niue. In ſecundo competunt

mixta iuxta caſi.ſi.ſupra qui corruptionem cepit ab hoc. Ita in ſumma in cauſa calida frigida ſint plura calidis. In frigido uero ecōtra.immo vt infra. Canon ꝙ inceſſanter ſolēt in primo principio frigida adminiſtrari donec æger frigiditatem ſentiat,& non dubites.nam hic non eſt timor de lapideitate materiæ propter ſubtilitatē.ſed bene eſt dubitandum de inflāmatione magis.& ideo audacter Auic. docebat eum niue infrigidare. Canon ꝙ fiat proportionabiliter in alijs temporibus,vt dictū eſt de temporibus. in de ſanguineo. Item nota ꝙ clyſteria ſunt conuenientiſsima in his duobus caſibus,ſed debent eſſe leuia & lenitiua ne fiat agitatio fortis in materia, ſaluo ꝙ ſi eſſet in fine, & aliquid duritiei remanſerit conſentiente virtute cōpetunt fortia.& tu conſidera.

CVRA frigidi phlegmatici, oportet attendere intentiones cōſimiles his quæ de cura cholerici dicta ſunt,quia ſcilicet proportionabiliter ſuo modo. nam in principio oportet facere phlebotomiā diuerſiuam,dico diuerſiuam qm̄ ratione materiæ non cōpetit euacuatiua, ſed bene ratione fluxus eius. Nam omne apoſtema vbicunq; fit ſemper fit ex curſu materiæ per venas ad locū apoſtemoſum, phlebotomia nanq; oēm materiā in venis contentā & per venas currentē æqualiter minuit & proportionabiliter. vt Galenus ſcd'o regiminis acutorum ſuper illo verbo. ſi dolor per calefactorum alleuiatus non fuit & ad furculam aſcendit, phlebotomia namq; non ſic verenda eſt vt pharmacia. vt Gale.in eodem. Et ſi adducitur in contrarium Canon quarta primi,caue ne ægrum. Reſponde de euacuatiua materiæ.

Ordineturq; diæta declinans ad calidum & ſicc.& moderate,'& ſit ex rebus ſubtiliatiuis non oppilatiuis & huiuſmodi.Nam diæta hæc eſt proportionabilis diætæ quæ eſt conueniens in oppilatione hepatis,de qua ſupra.

TERTIVS eſt adminiſtratio repercuſsiuorum. Circa quem canonē nota ꝙ in principio principiante de quo in præcedentibus,quia ſcilicet nōdum cōprehenditur neq; creditur ꝙ aliquid de materia fluxerit ad locum debemus vti repercuſsiuis frigidis mixtis cum aliquibus calidis,vt ſupra in canone,& hoc vt membrū iuuet,& cōfortetur ne recipiat materiā quæ credit̄ ad eum locū poſſe peruenire. Si autē iam tale tranſiuit principiū & aliquid de materia fluxerit,tunc iuxta doctrinā Auic.non competunt frigida repercuſsiua,ſed calida ſtypticis mixta,ſubtiliatiuis, aperitiuis, abſterſiuis, de quibus dabitur exemplum. Et hic canon declaratur ex tribus,ex natura materiæ peccantis.ex natura membri ad alia quædā membra comparati. Tertio ex natura ipſius loci. Ex parte materiæ qm̄ cum ſic frigida phlegmatica non eſt apta repelli ꝓpter viſcoſitatem & adhærentiā ſuam. Nam & frigidis magis cōſtringet,& adhærebitur membro. Ex parte membri quoniā materia ab eo nō ſic per expreſsionē eius eſt apta exprimi ſicut cerebrū & caro quæ ſunt membra mollia. Ex parte loci vel ſitus, nam ſi conſideramus hepar poſitum ſub membro carnoſo,cerebrum autē inter oſſa recludi,vnde quia hepar nō habet tantū defenſaculū prouenit citius frigida cum ſua virtute ad hepar q̄ ad cerebrū quod ab oſſe multū defendit.Propter quod concludendū vt prius ꝙ in principio cōpetunt ſubtiliatiua. vnde Auic. Et oportet vt ſit virtus in eo ſtyptica cōfortans & aromatica, verbi gratia,ſicut eſſet ſpica,coſtus nux muſcata,calamētū,calamus aromaticus,ſemina calida,poliū, ſiſeleos & hmōi. Itē abſinthium. Itē ℞.abſinthij puluerizati,cyperi,gallarū cupreſſi,capparorū,ſquināti,maſtic.ia,myrrhæ.ana. cū farina ſeminis lini fac emplaſtrū addito modico aceti,& uino inquātum conuenit vel fac pulueres bullire in aqua prius quaſi vſq; ad ſpiſsitudinē & cum illa adiecto vino fac emplaſtrum, nam in iſtis oportet te moderari ex feb.& alijs iuuantibus. Item aliqui ſuccum abſinthij in eo lanā ſuccidam infuſam & tepefactam hepati pro repercuſsiuo applicant. Sed nota ꝙ repercuſsiua non debent continuari quia timet̄ de lapideitate materię repentina propter ipſius materiæ habilitatem. Cōſimiliter intelligendū eſt de melancolico. Canon ꝙ oportet multum ſollicitare in curando ſubito tale apoſtema quoniā faciliter confirmatur qui canon etiam ſatis intellectus eſt ſupra.

Facta autē repercuſsione ſollicitetur euacuatio frequēs nunc cum pharmaco appropriato lenito, & leui nūc cum clyſteribus etiam non multum fortibus, nunc cum ſuppoſitorijs, nunc cum diureticis, & maxime quando materia ſit in gibboſitate. Item ſollicitare ad digeſtionem materiæ,& econuerſo ad paulatinam,& frequentatam euacuationem ſemper cum lenitiuis, mollificatiuis, vt eſt caſia, manna, tamarindi, reubarbarum his,procedaturq; deinde cum reſolutiuis plus & minus ſecundum temporis exigentiam vt plus in declinatione, & minus in augmento, & eo modo in ſtatu, & habes ſupra quæ ſunt illa, & recipe gratiora tibi.

Cura in frigido melancholico. Procedatur vt de phlegmatico dictum eſt quantū eſt ex parte phlebotomię. Sed minor competit diuerſio quæ non placuit Gordonio, vt fieret ex latere oppoſito dicens ꝙ fiat ex baſilica eiuſdem lateris,& cauſa quoniā ibi eſt ſufficiens oppoſitio quæ eſt ſurſum & deorſum,ꝙ ſi fieret ex parte oppoſitā tunc eſſet duplex oppoſitio iam dicta,& alia quæ eſt de ſiniſtro ad dextrum,phlebotomando non debemus pertranſire duas diametros. vt Auic.quarta primi, de phlebotomia,ꝙ deinde à repugnante exponi poſſet ꝙ intellexit de euacuatiuis:& hic canon Gordonij reſpicit ea quæ ſupra dicta ſunt de phlebotomia in calido.

De repercuſsione autem dicatur vt dictū eſt in de phlegmatico ſi cum hoc addantur mollificatiua.

Secundo ꝙ ſollicitetur purgatio humorum groſſorum peccātium, & cum quibus fiat habeatur quarto tractatu, & ſit purgatio frequentata & leuis præcedentibus etiam digeſtiuis appropriatis, de quibus allegato loco. & non oportet vt ſis audax ad ſoluendum ventrem cum rebus vehementis caliditatis, & faciat læſionem etiam addat in nocumento Auic.& laudatur in hoc caſu maxime terbentina quando eſt in gibbo.

Tertio oportet præſertim attendere deoppilationi hepatis,nā ſi non fieret deoppilatio materia cibalis nō haberet tranſitum ad alia membra, & ſic tolleretur maximum iuuamentum. Quarto quia aperitiua,& reſolutiua nō poſſent penetrare in materiam durā. Ideo oportet immediate ſuccurrere ei cū mollificatiuis. Itē quia ſi non fieret mollificatio reſolueretur ſubtile & durum in petram conuerteretur. Quinto non expolientur talia à ſtypticis confortantibus hepar vt ſupra, ſed moderate, & mollificantia ſunt ficus pingues,mucillagines,pinguedines & huiuſmodi,de qbus infra. Itē aperitiua,& oppilatiua,& huiuſmodi habuiſti ſupra de oppilatione hepatis,fiuntq; in ſuis tēporibus ꝓportionabiliter, vt dictum eſt de tēporibus aliorum. Sexto tamen ꝙ iacere ſuper latus dextrum eſt ex eis quæ valde conferunt ad reſolutionem eius. Auic. quod intellige etiā de reſolutione calidorū, ſed tu bene conſidera.

Nota ꝙ hepar frequentius apoſtematur de ſanguine quātum eſt ex abundantia eius. Velocius ex cholera quātum eſt ex eius penetratione. Et ex phlegmate plus quantum eſt ex eius adherentia : licet videatur Raſi ꝙ nō fiat in hepate apoſtema phlegmaticum. Nec Serapion quarto tractatu explicitam ponit curam de eo, fortaſſe comprehendens ea ſub cura apoſtematis duri, ſed de his conſidera. Et de melancholia plus quantum eſt ex eius groſsitie. Vnde in ſumma frequentius ex ſanguine, ſecundo ex cholera, tertio ex phlegmate, quarto ex melancholia. Et quoniam eædem intentiones habendæ ſunt in apoſtemate iam indurato quæ habentur in melancholico hinc ſimul ponam antidota valentia in vtroque caſu reſolutiua,ſcilicet

tiua, ſcilicet aperitiua, mollificatiua, ſiue lenitiua & huiuſmodi. Si prius tamen dixero ꝙ in apoſtematibus calidis ſecure adminiſtra ſuccos herbarum iam dictarũ, de quibus tandem aliquid in fine, & hæc in principio cum repercutere intendis, ſi vero apoſtema ipſum ad ſtatum peruenerit qualecunq; fuerit non reſoluetur, ad quam reſolutionem debet medicus omnino intendere.

CVRA. ſi ad collectionẽ iam deuenit ꝙ cõprehendiẽ ex eius ꝓlongatione vſq; in diem quadrageſimam vel circa, quia citius aut tardius ſm materię diſpoſitionem in qualitate, & quãtitate cum perſeuerantia fe. & doloris qui dolor in principio eſt remiſſius, poſtea in augmento intenditur cum alijs accidentibus feb. ſcilicet & pulſatione, & hmõi. nunc ſtude ad has complendas intẽtiones quæ ſunt quatuor, ſcilicet maturatio ſiue ſuppuratio, eius eruptio, erupti mundificatio, incarnatio ſiue conſolidatio.

Et ad euidentiã primi ꝓpter iuuenes eſt ſciẽdũ ꝙ ſoppuratio idem importat ꝙ materiei ſaniatio, quãdoq; importat puram emanationẽ. Nam ergo prima intentio vt maturetur apoſtema, & procuretur eius ſaniei euacuatio quæ verba intellexit princeps in proprio cap. Cum ergo percipis apoſtema iam collectum, & induratum quod tactu comprehenditur, tunc iuxta primã intentionem procede cum maturatiuis intus & extra applicatis quæ ſunt mollificatiua, cuiuſmodi ſunt medullæ adipes, grana pini, ſemen lini, fœnugræcũ, althea, paſſulæ pingues, ficus, gummi albotin, apozima ex coſto. eupatorio, amygdalæ dulces & huiuſmodi, quæ non debent abſolui à rebus hepar cõfortantibus: vt ſupra in canonibus. & eſt iſte canon etiã Gale. primo prognoſticorum, in cõmento illius verbi, ꝙ ſi tranſeunt diẽ vigeſimum. dicit enim ꝙ omne apoſtema poſtquã nõ interficit ſubito aut non reſoluiẽ totaliter, aut reſoluitur ſubtile, & groſſum etiã manet, aut cõuertitur in ſaniem vincẽte calore naturali immutante, aut cõuertiẽ in venenũ vincẽte calore accidentali in cõuerſione. Sed cõplendo hunc canonem tres alios notato qui ſunt. Primus vt primo procedas cum aperitiuis ſubtiliatiuis ſm ꝙ materia exigit, quia aliter in calido, aliter in frigido vt virtus mollificatiui poſsit penetrare. Secũa ꝙ vt ꝓmittas ſubtiliatiua calefaciẽtia incidentia humorẽ groſſum, etiã viſcoſum & frigidum, & eſt eius materia. Tertius vt leniatur vẽter & lenia teneaẽ, vt ex hoc habilius egrediaẽ, & reſoluatur humor, quare materia minoreẽ, & natura reddatur fortior. Itẽ fiat lenitio cum caſia, manna, aqua fructuum, & hmõi: & non fiat tranſitus ad fortia vt ſupra. Item fiat cum clyſteribus lenitiuis notis, & non fortibus, & eſt hic canõ magis proprius qñ materia eſt in cõcauo. Tamẽ ꝓpter eãm aſsignatã quia minorãdo materiã eſt etiã practicãdus materia exiſtẽte in gibbo & eſt. vij. Itẽ medicinæ valentes ante maturationẽ quę bibuntẽ in hoc caſu ſunt lac. aſininũ cum zuccharo ru. & aqua radicũ cum paſſulis, & ficubus, capillis veneris, & decoctio dactylorũ cũ fœnugræco, & decoctio polij in ieiuno & ſyru. de hyſſopo & hmõi ex q̃bus tuo mõ cõpone. Sed oportet vt attendas qñ aliter operandũ eſt in calido aliter in frigido. & do exemplum in calido. ℞. farinæ hordei. ℥. j. ſeminis lini, fœnu-

Malua- græci. ana. ℥. ſ. cyperi & ſquinanti, ana. ʒ. ij. amoniaci. ʒ. iij.
uiſc⁹ vt terbẽtinæ. ℥. j. maluauiſci cocti, & à ligno mũdati, & piſta-
ſpareẽ. ti. ℥. iij. oleorũ maſticini ro. ana. ℥. j. fac emplaſtrũ & eſt placẽtini. Ad idem farina hordei decocta in oleo violato & butyro recẽti. Itẽ mica panis trita cũ oleo violato, & vitellis ouorũ in butyro recenti. In frigido. ℞. bdellij, taſine pini, oppoponaci, amoniaci, ana. ℥. ſ. cyperi, acori, cappari, ſquinanti. ana. ʒ. ſ. farinæ ſeminis lini, & fœnugræci, ana. ℥. iij. maluauiſci præparati vt ſupra lib. j. olei de ſpica. ʒ. ij. terbentinæ lib. ſ. diſſoluantur gummæ in vino, & cũ diſſolutę fuerint adda terbentinam, & ponãtur omnia in mortario, & incorporentur cum piſtello. Ad idẽ valet emplaſtrũ de meliloto Meſ. ij. diſtin. item diaquilon eiuſdem, & ex ſimilibus cõpone. Sed nota ꝙ ſimilia emplaſtra non debẽt applicari niſi cum apoſtemata veniunt ad ſtatum, & nõ ſperaẽ eorum reſolutio. Sed exiſtimatur eius durities futura, & collectio, & cõuerſio ſuæ materiei in ſaniem, ꝙ ſi non crederetur ipſam debere ſaniari, ſed ſic duram remanere, & forſaſſe ad cancrum venire vtere mollificatiuis prius, & longo tempore, deinde reſolutiuis vt infra. Item ſcito ꝙ apoſtemata hepatis raro veniunt ad ſaniem, ita ꝙ mundificentẽ cum ſalute infirmi, imo ſm plurimum & quaſi ſemꝑ tales moriuntẽ eo ꝙ natura in tam nobili membro ꝓpter neceſsitatẽ in ſuis operationibus ad totum ſaniẽ ex vlcere longo tẽpore nõ poteſt tolerare, & cũ talis diſpoſitio neq; per naturã neq; beneficio medicinali breui tẽpore curari, & remoueri poſsit, ſequiẽ ex neceſsitate mors, & tu cõſidera. Sed ſi ad ſaniem deuenerit ꝙ cõprehendes ex remiſsione feb. & doloris. Iuxta illud Senis ij. aphor. Cum pus conficitur. & ex apparentia aliquali ſaniei egreſſæ per vomitum, aut vrinã, aut ſeceſſum & per rigorem ſuperuenientẽ tunc conare ad auxiliandum naturæ ad eius expulſionem per regionem cõuenientem. Vt ꝙ ſi fuerit in gibbo per vrinam, in cõcauo per ſeceſſum &c. Complebis ſecundam intentionem.

Erumpentis autem ſaniosũ apoſtema, & appropriata ſunt illa in quibus eſt ſubtiliatio cum conſortatione, vt ſcabioſa. & ſuccus eius, abſinthium, crocus, ſpica, naſturcium, radix peoniæ, radix rubeæ, ſuccus eupatorij, radix centaureæ, oleum de neride, oleum de lilio. Itẽ emplaſtrũ ex farina hordei, baurac, & ſimo columbino, calamento, vel albotini piẽ, & ſimilibus. Dormire ſuper hepar, deambulare vt poſsibile eſt.

Cumq; fuerit eruptum, & ſanies apparuerit manifeſta, tunc oportet vt inſiſtas cum mundificatiuis. In calido cũ aqua mellis facta ſm artẽ in qua facta fuerit emulſio ſeminum frigidorum maiorũ, & maxime ſi fuerit in gibbo, & hic nota ꝙ diuretica non debent fortia adminiſtrari ne ſequatur excoriatio in via vrinæ ex ipſis ſimul cum ſanie corrodente, vnde des mundificatiua per regionem ad quã declinat ſanies, & ipſam in acuitate remitte ne vias laedat. Item aqua hordei, item valet ptiſana hordei comeſta, item ſemen atriplicis, lactucæ cum zuccharo datum in aqua hordei. Quòd ſi fuerit in concauo da diaprunis, caſiam, reubarbarum, mannam cum huiuſmodi. conducentibus ea ad hepar ex frigidis hepaticis, vt eſt endiuia, & huiuſmodi de quibus ſupra. In frigido vero cõſimiliter cum appropriatis calidis, ut eſt aqua mellis cum fœniculo, cum zuccharo rub. & alijs abſterſiuis calidis, de quibus quarto tractatu. Quòd ſi fuerit in cõcauo da agaricum, ſenæ, & huiuſmodi, electuarium indum.

Facta autem mundificatione quòd comprehendes ex remiſsione accidentium, & quia non amplius ſanies apparet tunc procede ad conſolidandum, & incarnandum, & ſic complebis quartã & vltimam intentionem. Conſolidatiuum ad extra Recipe ſpice. ʒ. iij. aloes. ℥. ij. maſticis. ℥. j. puluerizentur & cum aqua pluuiali aut fontis incorporetur, & applica calidum. Ad intra recipe ſanguinis draconis, thuris. ana. ʒ. ſ. ſeminis endiuiæ, apij, maſticis. ana. ʒ. j. ſumatur cum aqua mellis calida in maturitois, & cibetur cum ſtypticis, & ſi alia incarnatiua plus placent da cum appropriatis hepati, & conſidera locum. Scito enim quòd medicinæ aperitiuæ primo veniunt ad concauum, deinde ad gibbum vadunt: & ideo in concauo quando fit neceſſaria conſolidatio etiam valent, vnde da cum eis conglutinatiua vt habeant cauſam remanendi ad conglutinandum, vt eſt dragacantum, amilum & huiuſmodi cum eis, & conſimiliter, ad extra applica vt placet, de quibus quarto tractatu. Item ſi ſanies finaliter peruenitet ad ſpatium ventris, tunc fiat inciſio apud inguina & diſcooperiatur lacertus, ideo vt appareat ſyphac interius nominatum meſenterion, deinde Syphac
quid.

fiat in eo foramen & ponatur in eō caoniella per quā currat pus paulatim, deinde cum emplaſtris conſolidabis. Sed curam hanc magis chirurgicis reliqui. Sed nota ꝙ ſtatim & ſollicite attendendum eſt ad apertionē apoſtematis, vt ſubito euacuetur ſanies, nā ſi cōtinet ſtatim corrodit ad intra, & membra lædit nobilia, vnde ſequitur mors; vt fortaſſe cōtingit in rizoleto. Electuarium ad saniē inducendum. ℞. farinæ orobi rubei. dragacāti infuſi in ſapa. ana. ʒ. j. dactylorum mundatorum, & nouorum ſi haberi poſſunt ℥. ij. croci. ʒ. ſ. mellis quod ſufficit. Itē vtatur cataplaſmate ex ſemine lini, fœnogræ. nitro, & ſale, ſtercore columbino, prius tamen decoctis radicibus altheæ, cētaurea, & abſinthio, & ſemper ſis memor cōfortare ipſum, & ſicut dictum eſt ſi hæc remedia nō proſunt deueniendum eſt ad opus chirurgicum. Itē ſcito ꝙ omne aperitiuum quod eſt ponticum, ſiue ſtypticum cum aliquali amaritudine iuuat ad duritiē hepatis, ſplenis, & ſtomachi, ſiue ſit decoctum in aqua ſiue vino, vt taraſacon. abſinthium, ſpica, & hmōi. vnde ſequit ꝙ ſpicæ puluis bibitus cum vrina capræ hepatis materiā educit. Itē & à proprietate hepar lupi ſiccum cum vino. Item dialacca, theriaca, philoniū & hmōi. Itē fomentetur hepar induratū cum lana ſucida infuſa in oleo irino in quo decocta fuerit centaurea, & radix aphodillorum. Itē ad idem. ℞. caricarū infuſarum in lixiuio, & aceto, centaureæ puluerizatæ & cribratæ, abſinthij, nitri, ſalis, ſinapi, ceræ, adipis anſerini, gallinacei, diſſoluenda ſint duplum ad terenda. Item medulla cerui cum ammoniaco, bdellio, & dentur continue potiones appropriatæ, quia diureticæ, aut ſolutiuæ, ſiue lenitiuæ. Et breuiter in ſumma recollige ꝙ in principio apoſtematū hepatis maxime calidoꝝ vtere repercuſsiuis etiā fortibus vſq; ad ſuccos infrigidatos replicādo ſæpe cum ſucco ſemperuiui, ſolatri, & huiuſmodi. ſuccus endiuię eſt appropriatus valde. Itē ſuccus ſcariolæ, & ſic etiā per os dentur repercuſsiua frigida. In augmento vero utendum eſt reſolutiuis mixtis, vt ſupra. In ſtatu autē repercuſsiuis cum reſolutiuis in parua quātitate, & ſint æqualia. Quòd ſi comprehenditur ipſum debere reſolui proſequere cum reſolutiuis etiā ſi non, oon. ſed ꝙ ad duritiem, & collectionē deuenitur, tunc in duritie vtere mollificatiuis prius, deinde reſolutiuis ſi ad collectionē & ad ſaniem, tunc vtere maturatiuis ſaniatiuis, & alijs ex intentionibus quatuor ex iam dictis. In frigido itaq; ſuo modo procede, ſed in principio repercuſsiua in frigido debent eſſe mixta cum reſolutiuis vt ſupra. In augmento autem reſolutiua non tamē pura, & cōſimiliter in ſtatu ſi deueniunt ad duritiem mollifica, deinde reſolue. Si ad collectionē ſanioſam ſit venturum matura vt dictum eſt, ſed poſtremo nota ꝙ phlebotomia, vt ſupra debet replicari in calido etiam in ſtatu, & ſimilr ſi vt ſupra in frigido, ſed multo magis in calido & ſpecialiter in ſanguineo. Item & pro cura completa decurre ad ea quæ de apoſtemate ſtomachi dicta ſunt.

C V R A. Aliquando autē accidit ꝙ apoſtemantur lacerti ſub diaphragmate in longum, & trāſuerſum extenſi, & extimatur ꝙ ſit apoſtema & non eſt, vnde decipit medicus, & tunc ꝓcedendum eſt præciſe ſicut in apoſtemate hepatis, ſed magis in hoc caſu vtendum eſt localibus qm̄ multū plures ꝓſunt, diſtinguentia tamen ſigna habentur, qm̄ in exteriori non eſt debilitata virtus vt in interiori. Nec pulſus tanta varietas. nec vrinæ nec fœcum tāta permutatio, & forma apoſtematis apparet aliquando longa aliquando tranſuerſalis. In hepatico vero ſemicirculariter, ſed de ſignis amplius.

C V R A. Accidit etiam apoſtema in meſeraicis, & illud curatur cum medicinis quibus curant apoſtemata in cōcauitate hepatis, verum oportet in apoſtemate hepatis cautius agere in applicatione ſtypticorū, & reſoluentium, & repercuſsiuorū propter particulam patientē, nā fortiora applicari poſſunt, & debent in apoſtemate meſeraicarū ꝙ in apoſtemate hepatis. vnde Auic. audacia ad repercutiendum materiā in primis & ad reſoluēdum eam in meſeraicis eſt fortior, & non timetur ex ſtypticis, & reſolutio quidē timetur ex apoſtemate hepatis. Exemplum ad reſoluendum hepatis apoſtema, & meſeraicarum, & lacertorum. ℞. ſtoracis, ceræ. ana. ʒ. j. olei maſticini, ro. ana. ℥. ſ. vini. ʒ. xxij. liquefiat cera, & omnia miſce. Aliud reſolutiuum & cōfortatiuum. ℞. croci. ʒ. ij. bdellij, ℥. j. ſordis vteoli. ℥. ſ. amoniaci, ſpicæ romanæ, carpobalſami. ana. ℥. j. olei liliorū quātum ſufficit, & miſce. Aliud & præcipue cum apoſtema duritiei eſt ꝓximū, valet etiā in doloribus ſplenis & renū. ℞. ſquillæ aſſatæ, lilij celeſtis, aſſari, & dauci, ſeminis apij, aniſi, ſpicæ, caſiæ, caſtorei, calamenti, montani, & fluuialis cimini, acori, piretri, piperis longi, nucis muſcatæ, amomi, apij, euphorbij, & ſeminis altheæ, & ſticados, polij, ſiſeleos, ſeminis rutæ, ſeminis fœniculi, corticū radicis capparis, ariſtolochiæ ro. cinnamomi electi, zinziberis, baccarum lauri, ſeminis iuſquiami albi, coſti, ameos, ſeminis carui omnium partē. j. conficiant cū melle deſpumato. Et ſcito ꝙ tale emplaſtrum nō eſt applicandū niſi poſtquā fuerint applicata ſufficiēter emplaſtra mollificatiua ꝙ ex his & paucioribus conficere potes vt libet.

C V R A. Quid autē agendum ſit in eo ꝙ eſt ex ventoſitate patet intelligenti, nam localia prius conferunt reſolutiua, cōfortatiua. vt ſupra & fortaſſe oportebit uti euacuatiuis, digeſtiuis, & quādoq; phlebotomia permaxime ubi dolor fuerit intenſus valde ad prohibendum fluxū humorum ex dolore ad locū. Conſimiliter ſi fuerit ex chilo corrupto, & retento conforta ſtomachum hepar maxime vigorando expulſiuam eius. Nam breuibus clauſi curā horum cum iam ex dictis dependeat, & tu conſidera.

C V R A. Accidit autē vt apoſtema in hepate ex caſu vel percuſsione. Accidit & qñq; etiā remotio alicuius pēnulę eius à ſuo ſitu. Accidit & ab eo ſanguinis emanatio, quādoq; in eo ſanguinis aggregatio, & retentio equidem ex caſu. Quādoq; contuſio ſola in quibus caſibus oportet, eidem ſuccurrere. In primo itaq; caſu quādo apoſtema in hepate contingit ex caſu vel percuſsione ſiue timet futurum ex caſu fac phlebotomiā ex eodem latere ut placuit Gordonio, ſed credo tutius eſſe ex oppoſito, & extrahatur ſanguinis quātitas condecens vt virtus, & ætas, & cætera cōſentiunt, vt dictum eſt ſupra. Deinde ꝓcede cum repercuſsiuis frigidis, deinde ꝓcede vt dictum eſt de cura apoſtematis ſm ꝙ exiſtimas materiā fluxam eſſe q; ſi ſanguis egreditur ponant ſtyptica cum eis, & recurre ad ea quæ dicta ſunt ſupra de fluxu ſanguinis narium, itē de ſputo ſanguinis ꝙ ſi fuerit ſanguis aggregatus, & retentus tua intereſt vt ſanguinem mortuū reſoluas, & mumia proprietatē habet in hoc. Quia ſi pennula remota à ſitu ſuo fuerit, oportet ꝙ reſtaurator erigat patientem, & pectus ſtringat pręparet ad reductionem, quod reſtauratoribus relinquo.

Medicamen cōferēs in principio cum eſt illic caliditas aut timet curſus ſanguinis. ℞. reubarbari, balauſtiorū, ſan. draconis, & aluminis iameni æquales partes, & doſ. eius eſt aureus. i. cū aqua citoniorū, & oportet vt det in die pluries ſaltē quater. Aliud ad idē quod repercutit cū reſolutione aliqua, & confortatione. ℞. carabę, meliloti. ana. ʒ. x. roſ. ʒ. v. achaciæ. ʒ. iiij. luti armeni. ʒ. vij. nucis cupreſsi triginta octo, conficiant cū aqua arnogloſſæ, & fiant trochiſci vniuſ aur. & adminiſtrent vt ſupra. Puluis valens ad percuſsionē hepatis, & caneri. ℞. balauſtiarū. violarū, myrti. boli ar. amili. ana. ʒ. iij. ſang. draconis, reubarbari, lactis. ana. ʒ. j. ſ. doſis eſt ʒ. j. cum decoctione ro. maſticis, & arnogloſſæ. Medicamen Aſclepiadis ad idem expertum. ℞. camepiteos, & praſsij, ſeminis apij montani, gentianę, ſeminis agnicaſti, fellis vrſi, ſeminis cucumeris, ſcolopendriæ, radicis oppoponaci, rubeæ, ſeminis caulis, ariſtolochię, piperis, ſpicę idę, coſti, ſeminis apij, croci, herbę iudaicę. polij, apij, eupatorij, granorū iuniperi. an. partes ęquales terantur.

ſerantur,& cum melle coo‌ficiantur, doſis pondus aoella‑næ cum vino, & pro complemēto curæ lege quæ ſcripta ſunt ſupra de apoſtematæ ſtomachi, qm̄ erit vtile valde.

C V R A De ſciſſura autem,& inciſione hepatis dicatur cum Hippocrate ſexta apho.apho. 18. ꝙ moritur ille cuius diſrūpitur hepar. Auic. idē & maxime qñ diſruptio eſt magna cōmunicata corpori eius,& venis, qñ autez eſt vulnus non ſic cōicatum & paruū ſpes eſt ſalutis. Auicē. & cura eius eſt cum medicinis ſtypticis, conglutinatiuis, vt ſupra de ſputo ſanguinis, illa accipe, & dirige cum appropriatis ipſi hepati frigidis, ad idem confert dare in potu.ʒ.ij.ro. cum aqua frigida. Item idez operatur puluis balauſtiatum, & ſic de alijs ſtypticis, emplaſtra etiam ex eiſdem ad extra applicata cooferunt potenter,& tu bene conſidera hæc ſingula.

### De Cachexia. Rubrica. VIII.

Κaχεξία græcis, nr̃is non ineleganter malꝰ corpis habitus nũcupat̃

CAchexia eſt mala corporis diſpoſitio à debilitate digeſtiuę hepatis perueniens cum nō ſuperfluit ob quam ſanguis malus generatur nō aptus membris vniri ex quo malus in toto color peruenit ad albedinem, & citrinitatem declinans, ac tumor in palpebris, & facie, & quādoq; in toto, ita vt fiat ſicut maſſa. Cuius cauſa eſt mala cōplexio calida, aut frigida hepatis, materialis, aut immaterialis, vt ſupra de debilitate hepatis,& tu ibi. Et dicitur cachexia græce, latine mala habitudo. Simon. à cachos malum & xios habitudo. Dicitur à debilitate digeſtiuæ, quoniam non poteſt eſſe cachexia, ſimiliter nec hydrops abſq; malitia hepatis, ut quinto interiorum, & primo prognoſticorum, cōmento primo. Ex quo infertur ꝙ ſi ex corruptione cibi contingeret corporis mala diſpoſitio,& tumor in palpebris, vt in ſuperflue comedētibus qñq; accidit, illa non debet dici cachexia. Itē debilitas iſta poteſt eſſe,& diminuta,& corrupta,& ablata, vt eſt poſſibile ſtante virtute eius,& à qualibet iſtarum cōtingere poteſt cachexia. Dicituȝ cum nō ſuperfluit ad differentiam hydropiſis, & ſpecialiter hypoſarcæ. Natura cum natura, ſeu virtus ipſa ita debilitatur, vt non poſſit ſequeſtrare phlegma ipſum, aut aquam à ſanguine, & tranſeat cum ipſo ſanguine ad membra,& in ipſis vacuitatibus aggregetur, ſequitur alia res differens à cachexia in quarto in toto genere præter naturam. Ex quibus infert ꝙ cachexia eſt diſpoſitio præuia, an autem cachexia præcedit neceſſario omnem ſpeciem hydropiſis dicetur in dubiis. Dicitur ob quam generatur ſanguis crudus non digeſtus,& ad membra pulſus,& in vacuitatibus eoꝝ receptus non ingrediens eoꝝ ſubſtantiaȝ propter eius malitiā, factuſq; ineptum nutrimentum ibi remanet, & per ſucceſſionem quantitatis ad qualitatem ſequitur tumor, & maxime non facta reſolutione, aut aliunde euacuatione eiuſdē inepti nutrimenti. Color albus accidit ex cruditate ipſiꝰ humoris citrinitaſq;, membra non nutrita aliqua accidentali caliditate capiuntur, vnde inflammatur ſubtile, quod eſt in ſanguine. Tumor in palpebris, quia facies,& palpebrę ſunt membra humida,& ideo materiam illam cito recipiunt. Quòd autem ſint membra faciei rara, & humida habetur. 1. proble. problemate. Sed diceres propter raritatem materiæ debere cito euaporare, dicendum ꝙ materia non eſt apta cum ſit ſanguis crudus,& virtus membrorū debilis, pedes autem,& manus inflātur cum ſint membra remota à fonte caloris,& maxime cōtingit in pedibus, vt in ſequenti rub. declarabitur. Fit autem ſicut maſſa ad modum Aui. quia ad modū paſtæ. Et dicitur cuius cauſa & tu recurre ſupra de debilitate hepatis. Sed ſcito ꝙ mala hepatis diſpoſitio,& ſpāliter eius frigiditas eſt vna ex potiſſimis cauſis. & ſubdit Auic. & quandoq; accidit cachexia propter aggregationē aquę in pulmone,& fit forma patientis cauſa ſimilis formæ hydropis. Et hic de cauſis & ſatis.

S I G N A demonſtratiua cōia ſunt in modo coloris ad albedinem,& citrinitatē. Inflatio palpebrarum, & extremitatum manus,& pedum,& qñq; ſpargitur in totū vt in deſcriptione dictum eſt,& remanet ueſtigiū poſt cōpreſſionē factā cū digitis. Appetitus fortis ſaltem in principio propter phlegma acre licet qñq; debilitet. Creſcit qñq; ſitis propter debilitatem digeſtionis, vnde in proceſſu multiplicantur ſuperfluitates viſcoſæ. Et natura prima remanet in retentione, & reſolutione ſm ordines. Et fiunt ſyncopes qñq;,& vigiliæ, & qñq; non. Et minorat vrina,& ſudor. Et fit inflatio in myrach. Et vētoſitas multiplicatur. Et inflantur teſticuli qñq;. Et ſi vltra tunc accidunt difficulter curantur. Et qñq; accidit in gingiuis caliditas,& pruritus propter vaporem corruptum aſcendentem,& fit corpus debile mollificatum,& iſta ſigna addas cum poſitis in deſcriptione eius ad complemētum ſignorum demonſtratiuorum.

Signa ſi fuerit ex corruptione complexionis calidæ tūc aderit ſitis caliditas extremorū quæ ſentitur in plantis manuum,& pedū aliquando cum fe. aliqñ abſq; fe. & ventris ſiccitas multa, & paruitas appetitus, & aſperitas linguæ abſq; grauitate, & rubedo vrinæ abſque dolore forti ſub coſtis dextri lateris.

Quòd ſi fuerit propter corruptionē complexionis frigidæ aderit ſolutio ventris cum mollitie corporis, & corruptio coloris cum tumore faciei ſi paruitas ſitis,& appetitus,& reliqua ſigna frigidæ cōplexionis hepatis, de quibus ſupra ad quę,& pro ea quæ de calida recurre. Sed vltimo ſcito ꝙ remiſſa ſigna in hydrope poſita ſunt etiā cachexiæ, vt etiam in ſequenti dicetur rubrica.

P R O G N O S T I C A cachexia eſt via in hydropem,& ideo ſollicita eius curam.

C V R A canonica ordinatio dietę. Digeſtio materię. Euacuatio eius. Confortatio hepatis,& præcipue digeſtiuæ eius. Confortatio ſtomachi. Confortatio aliorum mēbroꝝ vt materia in eis non retineatur ſiue generetur. Exiccatio generatæ humiditatis aut in membris multiplicatę.

Primus completur cum diæta declinante ad contrariū cauſæ, qm̄ qñq; materia eſt calida, qñq; frigida, vñ in lite modera, vt oportet, cibus enim eorum ſit ſuauis confortatiuus naturæ, aromaticus vt ſunt carnes perdicū, faſianorum, pullorum,& huiuſmodi temperatę, de quibus ſupra tertio tract. aromatizatę cum garyophilis, cinnamomo, maſtice, croco, coriandro, citonijs,& in parua quantitate granatis dulcibus. Item ſint appetitus prouocatiui & humiditatis illarum inciſiui, vt ſynapis, nucea, porrū, & alia quæ currunt curſu eoꝝ abſq; multiplicatione plurima eorū ne ſui acuitate ſanguinem corrūpant, his itaq; & alijs te vti oportet ſm exigentiam materiæ,& cauſæ. Nā in cauſa calida conferunt frigida participantia aromaticitate non viſcoſa, vnde competunt piſces petroſi, & alij de aquis mundis,& bonis laudati, & condiantur cum aceto agreſto myrto vino granatorum berberꝝ, & hmōi. Vinum ſit album odoriferum temperatū cū aqua ſcariolę endiuiæ aut cum aqua decoctionis lactucarꝝ ſcariolę. Et minoretur potus aquæ. Auic. Exercitiū ſit temperatū et pręcipue poſt euacuationes factas. Et quia balneum eſt de annexis exercitio in eo tantum dicatur ꝙ confert valde maxime naturale ſulphureum, aut aluminoſuȝ, & maxime in cauſa frigida ad conſumandas illas. Quòd ſi deſint fiant cum aqua maris. Aui. balneū vero aquæ dulcis non confert & præcipue balneando ſe, ſed in eo ſudando tñ nō noceret. Tua.n. intereſt moderari, qm̄ oīa ſcribi nō poſſunt. Non oīa ſcribi poſſunt.

Nam in frigida cauſa diæta debet declinare ad calidū, ut verbi gratia, vinum ſit odoriferū, clarum, album, et aliter ponticum abſq; aqua. Item confert allium coctum, ficus ſiccæ, nuces, carnes arietinæ aſſatæ frixæ, petroſellinus, fœniculus, aniſum,& oua ſorbilia, condita cum pipere, cardamomo, garyophilis, nuce muſcata. Item ſynapiſmuȝ & huiuſmodi.

Secundus compleatur cum digeſtiuis appropriatis valentibus contra humores cholericos viſcoſitate participãtes, & præcipue in cauſa calida, verbi gratia. acetoſus ſimplex, oxymel ſimplex: cum decoctione endiuiæ ſcariolæ acetoſæ & huiuſmodi: de quibus. iiij. tract. Sed quæres quomodo in iſtis multiplicantur humores cholerici. Dicendum ꝙ licet præſentes non aggregentur humores colerici: tamen ex occurrẽtibus inflammãtibus poſſunt in eis aggregari.

Tertius habet compleri per euacuantia, ubi nota ꝙ euacuatio fit aut per phlobotomiã. Aut per pharmaciã, Aut per prouocantia. Aut per clyſteria. Aut per vomitum. De phlobotomia Aui. Euitent phlobotomiam quantum poſſibile eſt, & ſi fuerit neceſſaria propter repletionem ſanguinis aude ſuper eam cũ menſura, & partire in diebus tribus aut quatuor. Et cum plus eſt neceſſaria phlobotomia eſt quando cauſa eſt in retentione ſanguinis hemorrhoidarum, & menſtruorum, & melius quidem eſt vt euacuatio fiat cum eis in primis quæ mundificant ſanguinẽ ſicut hiera, et ſimilibus, deinde ſi non ſufficit extrahe ſanguinẽ paucum. De ſolutiuo vero dicatur primo ꝙ ſtudium debet eſſe in cauendo ne ſtomachus à ſolutiuo lędatur, quoniam vt dictum eſt eius debilitas eſt quãq; cauſa cachexiæ. Secundo ꝙ euacuatio fiat reiterata: & paulatina in calida cuz hiera ſimplici, & eſt medicina ſingularis, ipſa enĩ educit ſuperfluitates abſq; humiditatibus innatis, vnde Aui. Non permittas ipſa fieri, ſed reitera euacuationez. Tertio ꝙ in cã frigida euacuationes paulatinæ magis cõtineantur, vt prohibeatur generatio ſuperfluitatum, quæ debent eſſe fortes debiles iuxta tenorem virtutis. Quòd ſi debiles non ſufficiunt oportet in cauſa iſta trãſire de debili ad fortẽ, vt verbi gratia, in principio cum hiera cõmixta Gal. colloquintidata. Quòd ſi non ſufficit detur ſicut elleborus niger, quia medicina fortis. Vnde Auic. Et quãq; indiget eis quæ ſunt ſicut elleborus niger, laudantur hoc caſu pilulę fœtidæ, & ſtomaticæ, alkindi, reubarbarum, turbith, & huiuſmodi. Et agaricus eſt conuenientiſſimus, quia aperit oppilationes mirabiliter. Vñ ſcito ꝙ licet dicatur ꝙ cachexia fiat à materia calida, tamen ſemper eſt præſentia humoris frigidi oppilantis. Et propter hoc oportet in digeſtiuis vti aperitiuis, & mũdificatiuis, & materiã frigidam educentibus. vnde Aui. Neceſſe eſt vt euacues cum eis quæ ducunt humores ſolutione ventris, & aperiunt oppilationes. Quare ſolutiua ſint aromatica ſiue cum aromaticis mixta cuiuſmodi ſunt xyloaloes crudum, & ſimilia, poſt autem, ſolutiones his vtere prouocatiuis oppilationes aperiẽtibus.

Clyſteria conſimiliter ſint ſubtiliatiua, reſolutiua aperitiua & humiditatuz peccantium eductiua, ex quibus autẽ hæc fieri habent, ſcis & de eis in ſequenti rubrica, & infra de icteritia ad plenũ. Vomitus aũt eis multum confert, ſed fiat cũ cautela, & ſit factus ante cibũ, & ſi oportet tranſeas de debili ad forte, vt de raphano ad id quod eſt ſicut elleborus, de quo ſupra de vomitu.

Quartus completur cum his quę dicta ſunt ſupra de debilitate hepatis. & tu ibi.

Quintus perficitur cum dictis ſupra de debilitate ſtomachi.

Sextus impletur cum euacuatiuis reſolutiuis, diaphoreticis, exiccatiuis, cuiuſmodi ſunt exercitiuz. balnea ſulphurea, & cum habentibus virtutem confortandi membra ad extra applicatis, vt ſunt vnctiones ex oleo de maſtice, de ſpica & huiuſmodi.

Ex quibus completur ſeptimus, & tu conſidera.

Et vt copioſior ſim addam hic aliqua multum conferẽtia in cachexia quæ ſunt aperitiua exiccantia ſubtiliatiua aromatica quæ intus & extra applicari poterunt, & ſunt ſpica, cinnamomũ, abſinthiũ, eupatoriũ, ſemen vrticæ, camepitheos, diacurcuma, dialacca. Et ex cõpoſitis quæ cõferunt eis valde ſunt ſy. de abſinthio in ieiunio, quo in mala ſtomachi diſpõne vſus eſt Cermiſonus, & de eo vidi experientiã nobilem maxime quoniam fuit continuatus. Item valet ſyr. de eupatorio, ſy. de fumo terrę, triphera minor, trochiſci de diarodon maxime in cauſa calida, trochiſci de roſis de eupatorio, & vrina in ieiunio potata, qua etiam libẽter vtebatur Cermiſonus in hoc caſu. Emplaſtrum in cã calida conferens hepati eidem applicatum. ℞. abſinthij, ſolatri, acetoſæ, florũ camomillæ. ana. & cum farina hordei, & ſucco eupatorij fiat emplaſtrum. In cauſa frigida. ℞. aſſari, abſinthij, cyperi, cappari, acori, farinæ lupinorũ. ana M. j. terantur: & piſtentur, & incorporentur cum oleo de ſpica, aut de ſemine lini. valet & in caſu iſto diatrionpipereon.

De hydrope. Rub. IX.

Hydrops eſt paſſio aquoſa propter grandem errorẽ ũs pu[?]
digeſtiuæ hepatis immediate cõtingens. Cuius cã græcis,
eſt materia ipſa frigida membrorum ingrediẽs ad noſtris
oia membra apparentia aut nutricatio ꝙ maxime tumere aqua in-
faciens, vnde hydropiſis dicta eſt ab hydrops græce, lati- ter cutẽ
ne aqua, et piſis paſſio quia aquoſa paſſio. Ex quo videtur vocitat.

inferri ꝙ hæc deſcriptio ſoli competat aſcliti, propter quod credo dicendũ ꝙ quia aſclites eſt paſſio vulgo magis nota. auctores deſcripſerũt eã præſertim, iũ in eius deſcriptione etiam aliæ duæ cõpræhenduntur ſpecies, de quibus infra quæ ſunt hypoſarca, & tympanites vt ſtatim declarabitur. Item aduertendũ ꝙ tympanites & ſi præſertim, & magis fiat à vẽtoſitate, nõ tñ abſoluitur ab aquoſitate, vñ Raſis in diuiſionibus, tympanites fit ex aggregatiõe aquę paucę quę deſcẽdit in ventrẽ, & vẽtoſitatis plurimę. Conſimiliter hypoſarca quoniam aquoſitas in quanto ſuperfluens ſiue phlegma indigeſtũ quod tenet locũ aquæ tranſit cuz ipſo ſanguine ad membra oĩa manifeſta, vt patet, & ſic patet primo ꝙ genus deſcriptionis cõpetit oĩbus ſpeciebus eius. Item per hoc ꝙ dicitur oĩa mẽbra apparentia comprænhenditur hypoſarca, per verbũ nutricationis cõpræhenditur tympanites, & etiam aſclites. Dicitur propter grandẽ, & propter minorẽ aliæ ęgritudines hepatis, & malæ cõplexionis cõſurgunt, vt. 3. colli. Dicitur digeſtiuę. Nã ſicut feb. eſt paſſio cordis, ita hydrops hepatis, & nũquã accidit hydrops abſq; ęgritudine hepatis, propterea Aui. Nam hydrops eſt defectus nutrimenti corporis totius, hepar autẽ eſt eius principium, quia ſine eius defectu fieri nõ poteſt, patitur tamen in quadã plus & in quadã minus, vñ ſexto de accidenti, & morbo, in aſclite præſertim patitur hepar. In tympanitate ſtomachus ſimul cuz hepate, in hypoſarca vero hepati, tertia digeſtiõe mẽbrorũ. ſ. cũ ipſo hepate, ex debilitate autem digeſtiuæ hepatis hęc triplex materia generatur, & quælibet eſt diminute decocta ſiue digeſta aquoſitas, ventoſitas, & phlegma crudũ quæ ad mẽbra cum ſanguine trãſit. Et dictũ eſt immediate quoniam alia membra poſſunt eſſe cauſa mediata factiua hydropiſis, ut verbi gratia, apoſtema, aut mala cõplexio ſeu diſpoſitio ſtomachi, propter quã cibus indigeſtus, & aquoſus tranſit ad hepar, ſed de his & alijs cauſis dicetur ſtatim. Dicitur cuius cã. Sed dubitatur an à cã calida fieri poſſit hydropiſis ꝙ Aui. de hydrope inquit: & cõplexiones ſunt inflammantes, & faciunt hydropiſim plures illis cũ gradatione reſolutionis caloris, & quarto apho. cõmento. 11. in fine hydropiſis autez naſcitur ex cauſis frigidioribus, hoc autẽ in calidioribus, impoſſibile. n. eſt ſine calore in groſſitiem mutari illos humores. Propter quod dicenduz ꝙ hydropiſis habet vel habere poteſt duplicez cauſam vnã immediatam aliã mediatã, cauſa aũt mediata dicitur mala cõplexio ſeu eius diſpoſitio mala, & hæc põt eſſe frigida, & calida, vt allegatum eſt, & infra dicetur. Immediata aũt eſt ipſa materia cruda quæ mẽbra inflat ſcilicet aquoſitas vel phlegma crudum vel ipſa ventoſitas & quælibet iſtarũ eſt frigida per priuationẽ caliditatis naturalis, licet

contingat

contingat etiam quandoq; à caliditate accidentali caleſieri ſub ingrediente caliditas talis ſequitur q̃ maxime ad differentiam cachexiæ in qua non eſt tantus tumor, vt ſupra de ea.

C A V S Æ. Et proſequens de cauſis dico q̄ hydropiſis habet cauſas cões, & proprias, cauſæ autem cõmunes quandoq; materialis, localis, efficiens, formalis, & finalis. Materialis eſt aquoſitas ipſa ſiue phlegma aquoſum, vel ventoſitas ipſa. Localis vero eſt locus vacuus qui eſt inter çirbum, & ſyphac, aut membrorũ totius corporis ſpõgioſitas. Efficiens diuiditur in coniunctã, antecedentẽ, & primitiuã, & coniuncta diuidit̃ in imediatã & mediatã ut ſupra. Immediata eſt aquoſitas uel vẽtoſitas, mediata eſt hepatis debilitas a qua immediate prouenit, quæ quidem mediata cõtinue generat immediatam & multiplicat. Antecedens vero eſt mala complexio hepatis, & aliorum mẽbrorum ſiue mala eorũ cõpoſitio concurrens ad digeſtionis notabile nocumentum. Formalis eſt ſua eſſentia per notificationem ipſius habita. Finalis vero, vt deſtruat hepar, & ad interitum perducat, q̄ vt plurimum cõtingit quando antiquatur, & confirmat̃, & proprie aſcites, deinde tympanites, deinde hypoſarcha, & eſt minus mala, ſed de hoc in dubijs. Cauſa eniz primitiua eſt omnis cauſa in digeſtione hepatis inducens nocumentum, & maius q̃ cachexia, vt ſunt omnia illa de quibus ſupra, de cachexia, & de debilitate ſtomachi de quibus aliquid infra. Sed vt hic clarius habeantur quæ ſcio q̄ ſemper expectas dicaz. vna cum duce meo q̄ omnis cauſa hydropiſis eſt aut propria aut cõicata. Propria vt mala complexio frigida, aut calida eius exceſſiua reſoluens, vt ſupra, aut paruitas eius, aut apoſtema calidum, aut frigidũ, aut durũ oppilans orificiũ venæ chilis aſcendentis, & deſcendentis, qm̃ tunc pp oppilationem prohibetur tranſitus aquoſitatis quæ retenta in locum vacuũ, iam dictũ tanq̃ quid nociuum tranſmittitur, & ibi tumorem facit. Cõitatis etiam accidit digeſtiuę hepatis debilitas primo à toto, vt cũ ſanguis totus ſuperflue caleſit aut infrigidatur, ita vt in hepate grande ſequatur nocumentum. Secũdo à ſtomacho, quia à frigiditate eius, & præcipue cuz frigiditas illa ſuccedit fluxui ſanguinolento. Tertio ex oppilatione meſeraicarũ vnde hepar debilitetur non recipiens nutrimentũ. Quarto cõitate ſplenis, vt cum magnificatur ex repletione melancholię attractæ ab hepate vltra debitũ naturale. Nam cum ſplen attrahit ab hepate de melãcolia plus q̃ debeat debilitatur hepar. Itẽ quia cõicat hepati propter frigiditatẽ melancholiæ multæ multã frigiditatẽ, cũ etiaz ipſe ſit frigidus, hinc debilitat̃ hepar, & prohibetur generare ſanguinez bonũ. Item apoſtemata in ſplene dura aut mollia, calida aut frigida ad hoc pducunt, unde ſcito q̄ ſicut melancholia multa cũ ad cerebrũ peruenit ſuam operationẽ lædit, ita cũ ad hepar venit nocere põt, & tu conſidera. Iteꝫ cõitate renũ, quia propter eorũ frigiditatem exceſſiua, aut caliditatẽ aut propter oppilationes in eis, aut apoſtema ſiue duritiẽ, quare non attrahunt aquoſitatẽ quæ remanens funditur ad locum vacuũ. Qñq; vitio inteſtinorũ & ægritudinũ eorũ, & proprie ✠ orbi, ſiue monoculi, qñ. ſ. de ſperantur ad frigidum, et frigiditas illa hepatis cõicatur. Et nota q̄ orbus eſt magis propinquus hepati q̃ ieiunus, cũ ad latus dextrũ declinet ieiunus, tñ colligantiã maiorem habet cũ hepate propter meſeraicas q̃ cũ aliquo alio, cũ de meſeraicis magis ad ieiunũ veniant, vnde in ſumma cõitate propinquitas magis orbus, vt Auic. cõitate alligationis magis ieiunus, & hoc voluit Gal. quinto de interioribus. vij. cap. dũ inquit. aliqñ accidit quoddã mẽbrũ qđ cõplexionem habet frigidam, cuius frigiditas vſq; ad hepar penetrat ſicut ſtomachi, & ſplenis omniũ inteſtinorũ, & magis ieiuni. Item nota q̄ non ſolum accidit hepati læſio cõmunitate inteſtinorũ, quia propter malã cõplexionẽ, ſed ẽt propter dolores eoruꝫ ex punctura creatos, & ex raſura ex cholica

* τῷ κῶλον græcè, latinè cęcum, vel recto. dicitur monoculum, ſeu barbaris orbum inteſtinũ appellatur.

vehementia doloris & frequentata, quare debilitatur hepar, & ego vidi aliquos colicos ad hydropen perueniſſe. Qñq; accidit vitio matricis cõplexionali, vt frigiditate eius, aut caliditate exceſſiua hepatis cõicata, & ob dolorẽ in ea fortem tñ aut menſtruorũ retentionem. Item cõitate ſicteris, ut propter retentionẽ ſanguinis hemorroidalis, Item cõitate pulmonis, aut diaphragmatis ob malã cõplexionẽ apoſtema dolorem, & huiuſmodi, vt vlcus. Et ſcito q̄ inteſtina per cõitatem lędunt hepar in concauo. renes autẽ, & veſica, & membra anhelitus in gibboſitate.

Et ex cauſis cõicãtibus ſm plurimuz perducentibus ad hydropen ſunt cauſæ, quę ſunt in renibus, orbo, ſplene, meſeraicis, et ſtomacho. Et Aui. in narrãdo malitiã hydropiſis ſic ſuas ſpẽs ordinat. In ſupremo malitię ponit aſcitẽ poſtea ponit tympanitẽ. Vltio uero qs in infimo gradu malitiæ ponit hypoſarchã, & de his in dubijs. Sed hic aduerte dictũ Aui. Et hõ de quo vehementius timetur cũ aduenit ei hydropiſis eſt ille cuius cõplexio eſt calida & ſicca, non enim ægrotat per cõtrarium ſuæ cõplexionis niſi propter reꝫ magnam. Iuxta illud Senis xxxiiij. apho. ij. ſectionis. In morbis minus periclitatur & cæ. Et vt cognoſcas maiorem aut minorem eius malitiã debes inueſtigare an tumor primo inceperit in pedibus aut in dorſo, aut renibus, aut alchatin, aut in femore, aut ex inteſtinis. Nam ex hoc comprehendes membrũ qđ cõicauit malitiam ſuã hepati & qđ adhuc cõicat, vt verbi gratia, ſi inceperit in alcharin, aut fœmore fuit vitio inteſtini groſſi, aut matricis. Si in colico incipiet in renibus, ſi I pedibus eſt aſcites. Nam ventoſitas aſcendit, & aquoſitas deſcendit & eſt q̄ à renibus, aut à toto, & ita de alijs conſidera. De cauſis autem primitiuis allegata ſunt loca ad quæ recurrere debes, ſed vt abundantius habeas de eis ſubſcribam aliqua. Nam hæc eſt fortis ægritudo, & periculoſa ac maximi honoris cum medicus, ſanatur, propter quod non miraberis ſi pro ea curanda cognoſcẽdaq; parum prolixus fuero, cũ in hac parte ducem etiam ſequar qui prolixus fuit. & ex ipſis ſunt caſus percuſſio ac hepatis contuſio, nimia caliditas aut frigiditas hepati ab extrinſeco occurrens. Nam nimia caliditas reſoluens calidum naturale eius eſt cauſa hydropiſis, propter quod vſus rerum exceſſiuæ calidarũ ad ipſam perducit. Ego autem vidi quandã mulierẽ quę ſem per cũ prandebat aut cęnabat comedebat cuꝫ omni bolo panis aut carnis piper ſiue aromatica fortia quæ facta eſt cachetica, & tandem niſi mora eius ſubito occurriſſet credo facta fuiſſet hydropica. Item vſus potus aquæ frigidæ in ieiunio quo multum vtuntur dominæ. Item poſt exercitium forte poſt coitum poſt balneum calidũ. Item ſuperflue humectãs, & ſuperflue exiccans poſt liquefactionem. Nam ſuperflue humiduꝫ obtundit & ſuperflue ſiccũ humidũ naturale conſumit, ad cuius conſumptionẽ, ſequitur etiam conſumptio caloris innati. Item euacuationes ſuperflue per ſudorem, per vrinam, per ſeceſſum, per hemorrhoidas. Item menſtruorum & nocibilior euacuationum eſt euacuatio ſanguinis Auic. & vidi mulierẽ ad hydropem perueniſſe aſciticam ex nimio menſtruorũ fluxu. Item, quia vt dictum eſt q̄ contingere poteſt ex oppilatione: hinc cibaria oppilatiua, groſſa, viſcoſa ſunt inſpecia. Item etiam ventoſa propter tympanitez prima quarti, dẽ fe. colerica tertiana non pura, qñq; durat circiter medietatem anni, & quandoq; perducit ad mollitiem. i. ad hydropem. Item accidit quandoq; poſt fe. longas in quibus hepar debilitatur. Item in feb. acutis in quibus diſſoluitur calor hepatis multum & ex conſequenti digeſtiua debilitat̃. Vnde hic Auic. audi & deterior quidem hydropiſis eſt illa quæ eſt cum ægritudine acuta. Item nimius ſomnus, vnde vide ſupra de nauſeatiua ſatietate, nimia vigilia, coitus ſuperfluus, nimia accidentia calorem exterminantia. Et in ſumma epilogando, hydrops aut eſt propter ſuperfluitatem humiditatum retentarũ præter naturaꝫ, aut propter

malam

malam compoſitionem eius, aut propter malam complexionem ipſius, aut eidem ab alio membro communicatũ.

Et iuxta hęc aduerte q̃ qũ ſupfluitates cõſuetæ alicui corpori longo tẽpore retinentur, vt ſunt ſudor plurimus vrina plurima, & hmõi. ſignificant futuram hydropem. Et ſcito q̃ hydropiſis quæ accidit propter duritiem ſplenis eſt magis ſalua q̃ eueniens propter duritiem hepatis Aui. Et qm̃ ex particulari doctrina quæ dabitur de vnaquaq; ſpẽ eius oĩa clarius aperiẽtur hinc ab ampliori enarratione ſu perſedeo. De ſpeciebus autẽ eius diuerſificati ſunt auctores noſtri de quo in dubijs, ſed pro nunc ducem meum ſequar tantummodo tres ponendo, iuxta. ſ. communis ſcholæ doctrinam.

S I G N A demonſtratiua corruptio coloris ad citrinum, uel pallidum & in ea quę eſt ea ſplene color eſt ad viriditatem, & nigredinẽ decliuis tumor pedũ, & eſt in oĩ hydrope cõe ſignum propter debilitatem caloris innati. Inflatio oculoꝝ, & aliarum extremitatũ, maxime in aſclite, & hypoſarca. Sitis clamoſa à qua omnes ſpecies non euacuantur. Aui. quia in ſtomacho, & in alijs mẽbris collecta eſt aquoſitas nitroſa quæ exiccat. Secundo. quia propter conſtrictionem factã in ſpiritualibus accidit inflammatio exiccans. Tertio quia potus aquę non penetrat ad membra exiccantur propter oppilationem. Paucitas appetitus ſm plurimum. Conſtrictio anhelitus. Minoratio vrinæ, & proprie in aſclite. Rubedo etiã vrinæ propter impotẽtiam ſequeſtrationis à ſanguine & cholera, & ideo non eſt ex tinctura eius iudicandum in hepate malã cõplexionem calidã, & hydropem eſſe à cauſa calida ſicut neq; per albedinem non ſemper iudicatur frigiditas, vt in phreneſi. Et accidit in hydrope bothor quod eruptum mittat aquam citrinam. Et q̃nq; multiplicatur egeſtio ſanguinolenta & proprie in hypoſarca, & tympanite. Et breuiter ſigna cõia hydropiſis, & cõia cachexiæ, ſunt euſdẽ ſpeciei ſed inquanto differunt, ſicut de cauſis dictũ eſt, parua etenim & remiſſa demonſtrant cachexiam, & magna, & aucta hydropem.

Signa demonſtrantia hydropem à propria hepatis paſſione peruenire ſunt diſpoſitiones in eo incipientes, & perdurantes.

S I G N A ſi talis fuerit mala complexio calida aut ægritudo acuta ipſum debilitãs ſignificabunt illã in phlegmatico feb. lẽta ſiue tepida quia ephemera ſitis oris amaritudo citrinitas coloris, caſus appetitus, vomitus, cholericus, viridis, citrinus, vrina citrina, non tñ neceſſario propter cauſam dictam. Quòd ſi caliditas fuerit liquefaciẽs apparebit in urina liquefactio, & in egeſtione, quia antecedit egeſtio lauatiua, & virulẽta, & incipit ex partibus iliorum, & alchatim, & ætas, complexio, habitudo, regimen, & huiuſmodi multum faciunt, vt patet ad ipſam malã cõplexionem cognoſcendam, & raro fit hydrops à cauſa calida, & conſimilia ſigna conſueuerunt apparere in acutis ægritudinibus.

Quòd ſi fuerit mala complexio frigida erit cum priuatione ſignorum iam dictorum quantum eſt merito ipſius, & tunc color declinabit ad albedinem. Et ſi aderit vomitus erit phlegmaticus & huiuſmodi, ut ſupra de mala complexione frigida hepatis, & tu ibi pro complemento horum.

Signa, ſi cauſa fuerit oppilatio tunc præcedẽt ſigna oppilationis iam dicta ſigna. Si ſolutio cõtinuitatis & apoſtema durum cognoſcitur per ſigna eius, & fluxum ventris ſanguinolentum qui ſequitur eam & paucitatem appetitus cibi.

S I G N A. ſi fuerit apoſtema calidũ in cauſa cõſtringitur natura, & apparent ſigna apoſtematis calidi dicta.

Si ex apoſtemate hepatis venerit ſtringitur urina, & nõ egerunt niſi modicum, et cũ anguſtia, apoſtemãtur pedes, tuſſis, & ſine ſputo, cadit appetitus, & fiunt apoſtemata in latere dextro, & ſiniſtro, quæ occultantur deinde apparẽt.

Sed ſi ex ſplene color erit ad viriditatẽ decliuis, & ægritudo antecedens in ſplenæ, & non cadit appetitus.

Si ex renibus nõ cadit appetitus, vt in ea quæ eſt ex apoſtematæ hepatis. Et præceſſerunt ægritudines renũ, vt dolores vltra appetitum & huiuſmodi.

Si ex ſtomacho erit diarrhæa continua, quia frigiditas cõtcata ſtomacho non poteſt bona fieri digeſtio, vnde cibus remanet crudus, & grauans expellitur. Item contingit quando etiã frigiditas cõtcatur meſeraicis. Vnde eo caſu per ipſum fluxũ non detumeſcit ventoſitas, eſt enim ſicut hepaticus contingens merito oppilationis meſeraicorum.

Si fuerit defectu iliorũ tunc incipit tumor in pedibus, et accidit fluxus ſanguinolentus qui non reſoluitur neq; egeditur cum eo aqua.

Si ex pulmone vel diaphragmatæ, tunc tuſſis plurima eſt & ſicca cum conſtrictione ventris, & facto ex hoc frigido corde, pedes plus alijs membris inflantur, & talis hydrops conſueuit venire in autumno.

Si vitio viſcerum, quia inteſtinoꝝ aut veſicæ, tunc fluxus ventris corruptiones, frequentes mordicationes inteſtinorum, dolor colicus, cholerica egeſtio. Itẽ ex inteſtinis phlegma acre poſſidetur. Item veſica paſſa eſt apoſtema aut vlcus.

Quòd ſi fuerit vitio matricis, tunc illud comprehenditur per ægritudines quæ in ea præceſſerunt, quod etiã de omnibus alijs intelligere debes ea parte dolorum apoſtematum vlcerum malæ complexionis, & huiuſmodi.

P R O G N O S T I C A. Cum prẹter ſolitum ſuperfluitates longo tempore quæ expelli conſueuerunt retineantur ſicut eſt ſudor, egeſtio, vrina, & huiuſmodi tunc ſuſpica de futura cachexia. Et prẹter ſolitum mala faciei coloratio. Intenſio appetitus aliquando, & aliquando eius remiſſio, cum ſic perſeuerant nuntiat hydropem futuram. Omnis hydrops cum acuta feb. mala. Si hydropem ſequitur febrem continuam vix aut nunq̃ euadit. Si hydropem ſequitur apoſtema durum, nunq̃ curatur, niſi forte in principio ſtante obedientia infirmi, & debita diligentia à medico adhibita alijs particularibus cõcurrẽtibus. Quãdo hydropi ea applicantur remedia conuenientia & patiens ſentit ſe alleuiatum, & poſt tres aut quatuor dies iterũ grauatur, vt prius & hoc fit frequẽter talis nõ curabitur, quid ergo dicendũ ſi nullo modo ſentiet ſe alleuiatũ, certe deterius. Fluxus ventris ueniens hydropico, ſine alleuiatione mortale, nam aliquãdo poterit natura per vias vrinæ, aut ſeceſſum hydropicoꝝ aquam euacuare, Fœtor ſputi, ſudoris, anhelitus, & eoꝝ quæ à corpore egrediuntur in hydrope mortale. Fœtor totius mortale. Quãdo in hydropico eſt egeſtio ſicut caro ſanguinis coagulati proximus eſt morti. Vrina bicolor vt eſt liuens ſuperius & inferius rufa. aut cũ eſt nigra inferius & rubæa ſuperius mortale. Dyſpnia, & anhelitus difficultas, & ventris fluxus, in hydrope ſignificat mortem infra tres dies vel circa venturã.

Hydrops quæ ab hepate deterior q̃ quæ eſt à ſplene, vel ab alio mẽbro. Vlcera in hydrope non curantur. Si melãcholiæ ſuperuenerit hydrops curatur melancholis propter humectationẽ. Omnis fluxus cũ admixtione ſanguinis poſt hydropem mortale, quia ex hoc aquoſitas non expellitur. Haly. orĩ hydropiſis ſpecies hypoſarca ex acutis morbis cũ hepatis calefit cõplexio, & eius diſſoluitur virtus nec ſanguinem generare põt, hæc aũt ſpecies curari non poteſt, quia patiens non audet vti calefaciẽtibus, quia febrem augent, nec infrigidantibus quia infrigidãt hydropicũ, & ideo quæ eſt à mala cõplexione calida vix aut nũquã curatur, & hoc raro venit. Cum venter tñ tumet ita vt hydropicus ad tuſſim perueniat ſiccam, tunc appropinquat morti. Cum in hydropico multiplicatur vrina, & minuitur ſitis, tunc ſpes eſt habenda ſatis. Cum applicantur remedia & ſequitur alleuiatio & perdurat ſperãdũ. Quando natura per ſe expellit aquoſitatem ex hydropi-

tõ ſpes eſt ſalutis. Multa alia prognoſtica habes infra in ſine capituli in apho. & tu ibi.

CVRA. canones. poſt aũt cauſas generales, & ſigna cõſequẽs eſt vt canones ponamus vniuerſales, deinde ad particulares in pticularibus rubricis deueniamus. Vbi ſciendũ primo ꝙ horũ canonũ ponẽdorum quidam ſe tenent ex parte regiminis in ſex rebus nõ naturalibus, quidã ex parte euacuationis, quidam ex parte confortationis virtutis, in quibus tribus ſcilicet in ordinatione diætę, euacuatione, & virtutis confortatione conſiſtit cura hydropiſis præſentis.

EX PARTE diætę primo aer declinet ad calidũ, & ſiccum quem tua intereſt moderari exiſte febre. Item & cauſa hydropiſis exiſtente calida q̃ de cæteris. Cibus ſit paucus ſubtilis. vnde Aui. Minoratio cibi, & eius ſubtiliatio valde eſt melior cura. abſtineat ſi poteſt à pane frumenti propter viſcoſitatem eius & opilationem, & pane vtatur de ſpelta, aut hordeaceo, quia ſimila eius cum ſeminibus calidis facta in cauſa frigida, in calida cum ſeminibus frigidis minoribus. Itẽ miſceatur farina ciceris rubei cũ eo. Item valet ius gallinæ. aggregat enim & prouocat, & hepar rectificat ſpecialiter cauſa frigida aqua ciceris ius galli decrepiti, ius caulium, oleum omphacinũ. Et hic nota ꝙ aliquibus non placet vſus brodiorũ niſi poſt pharmacum, & tu conſidera. Nam Aui. illa poſuit. Ex carnibus eligantur temperatę, & facilis digeſtionis de quibus tertio tractatu, vt ſunt hædorum capriolorũ volatilium laudatorum & ſint aſſatę hepar lupi, & eſt conferens valde quod dabis in vis cibi aut medicinę, præparando ipſum cum aromatibus conuenientibus vt eſt cynnamomũ macis & hmõi, aut faciendo electuariũ, aut cõfectionẽ ſolios ipſm exiccando. Et ex oleribus ſint endiuia, apiũ, ſicla, fumus terræ, ruta, calamentũ, ſaluia, capparus, ſynapis, abſtineat à fabis, faſeolis, cicere albo. Fructus ſint vt phiſtici, auellanæ, amygdalæ præcipue amarę, & dactylus & aliquãdo paſſula ficus ſiccæ, & tua. vt ſupra intereſt moderari qñ adeſt fe. & qñ cã eſt calida, & quando nõ cõſidera &c. De potu. Aui. Vino non appropinquet calidã habens hydropiſim. In frigida vero bibatur vinum ſubtile antiquum, & parum, & non in ieiunio, neq; cum cibo, neq; poſt cibum niſi in hora in qua ſentit deſcenſum cibi à ſtomacho. De aqua vero audi ducem. regimen ipſius eſt prohibitio a viſione aquę ne dum a potu ipſius quãtũ poſſibile eſt, & ſi non eſt excuſatio quin ipſam potet, bibatur poſt cibum aliquali ſpatio, & permixta cum vino aut alijs, & tua intereſt moderari in frigida calida iuxta cõſuetudinem, virtutem, ætatẽ, vt ſupra. De ſomno & vigilia, ſit vigilia prolixior ſomno, ipſa. n. magis competit, vt infra. De exercitio dicatur ꝙ eo vtantur fortiſſime, vt virtus tolerat ante cibum. Et quia balneum eſt de his annexis dicatur ꝙ balneum igneum, aereũ, ſulphureum, aluminoſum, & huiuſmodi conuenit & potenter vt infra. Nã laudatur ſpecialiter in hypoſarca ſi ponatur patiens in clibano ad tolerandam capite ad extra tento vt refrigeretur cor & ſitis non infeſtet multum: conſimiliter balnea naturalia ſulphurea, aluminoſa in quæ debet ingredi bis in die ad minus & in eis ſtare vſq; ad tolerantiam virtutis & ſi poſſibile eſt ei vt ſtet in eis per longitudinem diei faciat. Aui. Et tempore quo ſteti apud balnea Aponi Paudę cũ comite carmignola vidi quendam ſteiſſe in balneo per decem dies continuos à quo nunq; egrediebatur, & in eo dormiebat, vnde cutis tota exterior pedum, & manuum decidit. Et aqua maris, etiam eſt iuuatiua loco balnei. Itẽ ſi non ſunt præſentes thermæ naturales, fac artificiales cũ decoctione ſulphuris, aluminis, ſalis, calcis, ſynapis, & huiuſmodi. Et in adminiſtratione balnei, conſidera ætatem, complexionem, virtutem, regionem, aeris qualitatem. Se non repleat in principio. continuas, vel quaſi continuas euacuationes habeat. Et laudantur clyſteria extrahẽtia aquam facta cum his quæ aquam extrahunt, vt infra, & ſimiliter collyria, ſiue ſuppoſitoria, ex pulueribus eorum, vt collyrium ex puluere ireos, melle, & ſale, vel ſalgemma. ſed de his magis in ſpeciali infra.

EX PARTE euacuationis, nota ꝙ euacuatio hic fieri poteſt, aut pharmacia, & cum his quæ infra applicantur per inferius ſumuntur ad ipſius aquæ extractionem, aut per phlebotomiam, aut per ꝓuocãtia, aut ad extra applicata reſoluentia, & ſinientia materiam, vt faciunt quæ ad intra applicantur, vt per vomitum. Et antequam hęc ponantur cum ſuis canonibus pono ducis aliqua verba, in quibus in genere comprehenduntur hæc inquit. Canon communis in cura eorũ eſt exiccatio, & extractio ſuperfluitatum, & ſi non cum alio ſaltem cum ſtatione in ſole vbi non eſt ventoſitas, & calefaciẽdo ad ignem accenſum ex lignis exiccatiuis, & comedere cum menſura, & dimittere aquam, & aperire poros, & prouocatio ſequens, & ſolutione ventris educente aquoſitatem ſubtilem, cum facilitate, & frequentia, & expectatio ſuper ſitim. Tu itaque antequam ad exhibendum pharmacum procedas. Primo nota hos canones. Primus vt ſolutiua quæ dari debent, debent omnino eſſe ſpoliata à nocumento epatis, ꝙ ſi autem contingeret talia dari oportet ꝙ optime conſolentur, & rectificentur. Ex quibus infertur ꝙ cum aloe ſit ſolum hepati nocens non debet dari medicina aloetica. Infertur ſecundo ꝙ trochiſci aloetici non conueniunt. ſtude in habendo tuo propoſito ſi potes quæ non indigeant rectificatione. Secũdus. ꝙ euacuatiões nõ ſint ſubitæ ſed interuallatæ, nam ſubito factæ interficiunt. Aui. volo dicere ꝙ non debent eſſe tales ꝙ ſubito tota materia educatur, vt infra de inciſione, quia vt dicit Aui. mortales ſunt, ſed debẽt eſſe paulatine, & interpollate, propter quod dantur hydropicis paruæ doſes. Tertius. ꝙ in cauſa calida non des euacuantia choleram, nam cholera exiccat aquoſitatem, ſed tamen da, quæ aquoſitatem euacuant, nam ſi euacuabis choleram oportebit te poſtea euacuare aquam & ſic duplicabis euacuationem, & ſic in virtute contingeret nocumentum grande niſi abundantia choleræ te inuitaret ad eam faciendam. Quartus, ꝙ inter duas euacuationes dentur aperientia oppilationes, & confortantia hepar, calida aut frigida, vt exigit diſpoſitio, de quibus infra. Quintus. quòd ſi adeſt fe. detur ſolutiuum hora qua non eſt fe. aut hora quietiori. Sextus ꝙ in die ſolutionis vtantur brodijs, de quibus ſupra cum aromatibus confortantibus ſtomachum & hepar de clyſterijs idem. De phlebotomia inquit dux, phlebotomia vero oportet vt deuitet omnis hydropyſim habens quantũ eſt niſi illi qui patiuntur hydropiſim ex retentione ſanguinis, vt mẽſtrui & huiuſmodi ſupra. Item ſi fuerit apoſtema vel collectio ad apoſtema in hepate, tunc in principio rei competit diuerſiua. Item & tertio ſi fuerit dolor in latere ſiniſtro tunc in primis fac phlebotomiam. Item & quarto vbi eſſet repletio ſeu plethoria, deinde procede ad curam hydropiſis. De diureticis dicendum. Primo ꝙ diuretica debent adminiſtrari in quibus eſt virtus exiccatiua, vnde Auic. Omnia diuretica conferunt eis, & hoc ideo quia aperiunt & exiccant aquã. Secundo ꝙ nulla eadem cõtinuentur ſed tranſeatur de vno ad aliud, vt verbi gratia, de petroſellino ad ameos, de ameos ad fœniculum, ad aſſarum, ad apium, ad ſiler montanum & huiuſmodi. nã ab eo quod conſuetum eſt natura nõ patitur. Tertio ꝙ fiat eorum optima tritura vt velociter perueniat ad latus gibboſitatis. Quarto ꝙ cum adminiſtraueris diuretica fortia tu adminiſtres iura pinguia, vt gallinę & huiuſmodi, vt non excorientur viæ vrinales. De applicatis ad extra vt ſunt emplaſtra dicendum ꝙ in emplaſtris reſolutiuis, & exiccatiuis, de quibus infra non debent multiplicari ſtyptica, nã & ſi membra confortant opilando prohibent reſolutionem, & ideo de ſtypticis ponatur cum talibus parua

Aloe hepati inimicus.

Natura à conſuetis nõ patitur.

quantitas

quantitas, nam ſic faciendo confortatur virtus myrach, & totum redditur ſuſceptibilius reſolutionis. De vomitu inquit Auic. & ex eis quæ conferunt eis eſt vomitus, & proprie factus ante cibum etiam ꝙ poteſt ipſum de tertio in tertium, aut de quarto in quartum, aut de quinto ad quintum, ipſe enim iuuat æque valde.

EX PARTE quidem confortationis virtutis, & ſpecialiter digeſtiuæ hepatis eos canones lege q ſupra poſui ſunt de debilitate hepatis, & pro nunc tm̄ cum Auic. Dicatur conſeruatio virtutis & cōfortatio eius cum bene redolentibus aromaticis, & olfactionibus ſuauibus, & odoribus ciborum confortantium, & confortatio ipſoꝝ cum aromatico vino, & non eſt multiplicatio potus vini in eo laudabilis. Expeditis generalibus conſequens eſt vt ad particulares curas ipſarum ſpẽrum deueniatur initium faciens ab aſclite tanquam à deteriori iuxta Auic. ſententiā de quo in dubijs vt patebit.

## De Aſclite. Rubrica. X.

ἀσκίτης græcis, latinis vtricularis, barbaris vniuerſaliter adiectiuo aſcitis nomen patet.

ASclites eſt ſpecies hydropiſis in qua ſuperiora extenuant̃ & venter & inferiora tument ꝓpter aquoſitatem in magna quantitate in eis concluſam ob hepatis digeſtiuæ debilitatem. Cuius cā ſm plurimū eſt complexio mala frigida. Dicitur in qua ad differentiam hypoſarcæ vt ſupra. Dicit̃ in magna quantitate propter tympanitem in qua eſt multa ventoſitas, & pauca aquoſitas, vt Raſ. in diuiſionibus vt ſupra. Dr̃ ab hepatis qm̄ ſi eſſet ex alia cā non eſſet hydropis ſpẽs cū hydrops ſit hepatis propria paſſio ſicut feb. cordis. Dicitur cuius cauſa. nam & qñq; à cauſa calida fieri contingit, vt ſupra dictum fuit, quæ tñ cā calida de per accñs videbitur infrigidare reſoluẽdo calorem naturalem hepatis pp quod & dr̃ aſclites ab aſclichon græcæ, latine vter plenus re fluida.

Modus autem generationis eius dictus eſt & particularius dicetur, nam cum accidit debilitas ſuperflua in hepate accidit in virtute eius immutatiua & ſequeſtratiua error propter quod humores mali generantur & ſuperfluitas aquoſa multa quæ non ſeparatur ſiue ab illis non ſequeſtrata remanet in venis, & poroſitatibus hepatis p̄ter naturam, & in vacuitatibus membrorum circūadiacentium, & cum multiplicatur grauans virtutem ipſam irritat ad eius expulſionem tanquā quid nociuū, & quia debilis facta in expellendo ſi ſequeſtrando ipſam mittit ad locum vacuum ſibi propinquum inter myrach & ſyphac, quia inter zirbum, & ſyphac, & ibi collecta ventrem inflat, & aſclitem creat. Ad remotiora vero loca non mittit ꝓptea debilitatem eius. Item quia attractiua membrorum & ſimiliter retentiua eam non iuuat in attrahendo & retineodo propria quia incōueniens facta eſt eis, vnde magis inſurgit expulſiua eorum ad expellendam eam aquoſitatem ad locum vnde venit, & ideo hepar ſic recipiens exonerat ſemper aliam à priori quia in ventrem mittit. Ex quibus apparet intellectus eorum qui dicunt hydropē eſſe errorem hepatis.

Hydrops error hepatis.

CAVSÆ. & breuiter pro nunc de cauſis eius ſic dicam, ꝙ cauſa primitiua factiua eius ē omnis res talis quæ apta eſt hepar debilitare, vt dictū eſt ex parte aeris, cibi, & potus, & aliarum rerum non naturalium de quibus dictum eſt ſupra in de hydrope, & tu ibi. Antecedens vero materia eſt complexio calida vel frigida, quę vincit caliditatē naturalem hepatis. Item & mala compoſitio, vel oppilatio de cuius cauſis, & ſignis ſupra dictum eſt.

Coniuncta vero eſt ipſa aquoſitas propulſa vi naturæ, aut per viam reſudationis clauſa ſm plurimum eius inter zirbum, & ſyphac intrinſecum, & redundat ad intrinſecā ſuperficiem, & immutat, & ſuper ſyphac intrinſecum, & tu in omnibus his recurre ſupra de hydrope.

SIGNA demonſtratiua aſclitis ſunt grauitas ſenſibilis in vētre, & eius tumor manifeſtus, & apparet vt plurimum talis tumor in pedibus, deinde in cruribus & ſic ad ventrem. Et cum percutitur venter ſonus auditur ſicut ſonus aquæ commotæ, etiam in cōmotione facta in eo cū manu ſentitur aquæ motus & tactus eius eſt ſicut tactus vtri pleni, & non ſicut inflati. Et non magnificantur membra omnia ſicut in hypoſarca, ſed collum & extrema prę ter pedes extenuantur, immo cum in eo tument manus, eſt ſignum maximum. Et eſt in cute corporis, & membrorum tenſio, ſicut tenſio cutis humidæ extenſæ. Et apoſtemantur multotiens teſticuli, & ſimiliter virga, & creſcit aliquaodo burſa eorum ad quantitatem incredibilem, vt aliquando vidi. Et pulſus eius eſt paruus, frequens, decliuis ad duritiem propter extenſionem velaminis, & aliqñ declinat ad mollitiem propter ſuperfluam humiditatem.

Et ſit eius vrina plurimum colorata propter impotentiam ſequeſtrationis, vt ſupra, & aliquando antecedit eam icteritia citrina, vel nigra. Et quando accidit vitio inteſtinorum eſt cum fluxu vētris. Et ſi vitio hepatis & ſpecialiter apoſtematio eſt cum ſtrictura ventris, vt in præcedenti rubrica. Et vrina minoratur magis in aſclite q̃i in alijs. Et accidunt in latere dextro, & ſiniſtro apoſtemata occulta magis in aſclite, deinde manifeſtantur, & in aſclite eſt maior ſitis propter oppilationem, quia aquę ad membra penetrare non poſſunt. Item cum fit impreſſio digitorum aut in pede, aut in tibijs remanet concauitas quę paulatim reſurgit, & eſt ſignum quod in principio viſitationis medicus facere debet vt oſtendat.

PROGNOSTICA. quando aſclites eſt veniens ſubito poſt lapidem renum exeūtem cum priuatione cauſarū in hepate & reliquis mēbris, tunc ſcias ꝙ vna duarum viarum, & quia pororum veterum eſt diſrupta.

Aſclites deterior eſt alijs ſpeciebus. Si cum aſclite vrina eſt rubea, parua eſt habenda fiducia. Quando vrina fuerit rubea, ſiue multa tincta ĩ aſclite, & fuerit pauca in quātitate ſæpe iniūcta cum debilitate virtutis mortem ſignificat, & etiam eſt idem ſignificatiua in alijs.

CVRA. Canones: & pro cura eius nota ꝙ non differt hydropiſis a caçeſia niſi in quanto: vt ſupra ꝙ regimē eius erit ſicut regimen caçeſie, & ideo tu ibi. Secundo ꝙ cura eius conſiſtit particulariter loquendo in his quinq; canonibus qui ſunt ordinatio diætæ, digeſtio, euacuatio. confortatio hepatis aut membri communicantis ſiquid cōmunicat. Correctio accidentium.

ORDINATIO diætæ debet cōſiderari ſm exigentiam cauſæ, ꝙ ſi fuerit frigiditas calefaciens &c. Si caliditas cum caliditas hoc agit finaliter inducendo frigiditatem, quia reſolutionem caliditatis innatæ oportet vt moderentur calida aliqualiter habito reſpectu ad caliditatem præter naturam, & ad materiam ipſam. In primo caſu, quia cauſa exiſtente frigida regimen aūt ſit calidum, exiccatiuum ex parte aeris, & cæteroꝝ, & detur cibaria facilis digeſtionis laudabilis chimi, vt ſunt caro pullorum, perdicū, faſianorum, turturum, arietum iuuenum, auicularum montanarum, vt turdorum, merulorum & huiuſmodi, caprioli, & conueniunt magis aſſatæ q̃i elixæ, imo multum ſunt hoc caſu humida euitanda, & brodialia p̄cipue niſi in die medicinæ, vñ Gal. vt inquit Auic. Et non conceſſi ei vt vteretur iure omnino niſi in die ĩ quo in potu medicinam ei tribuere volui, in illo enim die præmiſſi ne vulnerentur viæ vrinales, vt ſupra. Q. ſi Aui. laudauit intelligatur his caſibus etiam debili exiſtente virtute quo caſu maxime conueniunt. Item piſces parui laudati cum pipere, & aniſo, & hmōi raro. panis ſit vt ſupra cū ſeminibus calidis quo vtatur in parua, quantitate. Item conuenit biſcoctus cum ſeminibus, ex oleribus conueniunt calida, vt ſaluia, mētha, calamētū, apium, petroſyllinum, cum quibus etiā cōmiſceant̃ frigida hepar reſpiciētia, vt endiuia, cicorea, & hmōi. Item cōuenit rapa, & aſſata magis. Item cepæ, allium coctum damus. Ex fructibus vitentur omnes

omnes humidi exceptis generaliter dulcibus. conueniunt phiſtici nuces, vt ſupra. Exercitium factũ in terra plana arenoſa, quia ſi laborioſe incedat vt ad ſudorẽ prouocetur quo ꝓuocato cõtinue ſe abſtergat ꝓp dubiũ oppilationis: nam æque eis nocet ſic oppilatio. & ideo aperientia intus & extra applicata ſunt eis cõuenientiſſima. Item equitatio facta huc illuc, eſt eis iuuatiua valde. ſed melius & iuuantius eſt exercitium pedeſtre. & ſcito ꝙ exercitiũ eſt de melioribus in hoc caſu ei qui hoc põt. Vinum ſit ſubtile, antiquum, album de quo bibat vt ſupra. Sed hic nota conſuetudinem, quã neceſſario oportet dari ægris noſtris, & p̃cipue aliquibus, quibus ſi datur detur in modica quãtitate. ꝙ ſi contingit eos randẽ ſitire, & ante aut poſt cibũ detur aceti mediæ fortitudinis cũ aqua cõmixtũ cum quo colluat os & gargarizet aut ipſum acetum lymphatum cum quo cõmiſceatur aliquid vini, & colluat et gargarizet. hoc enim ſitim mirabiliter minuit, & tollit. aliqui enim ſaltẽ ꝓp debilitatẽ virtutis & conſuetudinem concedũt vinum cum cibo, & dant album lymphatũ cõpetenter vel purũ, vt exigit diſpoſitio. & hoc quia aliqñ eſt cum fe. ad quam oportet etiã conſiderationem hr̃e. Vinum hebulatum, aut cum ſene ſubtile odoriferum multũ laudãt, euitetur oĩno dulce, & groſſum quidã ferrum ignitũ in vino ipſo poſtq̃ fuit lymphatum extinguũt, & aqua calibeata inter cęteras ſi qua cõpetit eſt melior. In cauſa vero calida incipiẽdo cõiter à potu dictũ eſt ſupra authoritate Aui. vino aũt nõ appropinquet. Tñ ꝓp cauſas aſſignatas quidam moderni dant vinum albũ multum lymphatum cum aqua calibeata. ſed potus eorum erit melior ex aqua diureticis frigidis, & calidis cõmixtis, vt videbitur expedire. verbi g. ſicut eſſent aquæ endiuiæ, alkekengi cum aqua lupulorum, fœniculi, & hmõi. Item pro pauperibus fiant decoctiones ex eiſdem rebus cũ zuccharo. Item pro diuitibus potus fiant delectabiles, quia longa. tu conſidera. Sed memorare, ut ſupra ꝙ expectatio ſuper ſitim in omni cã eſt de maxime iuuantibus, et p̃cipue cã exiſtẽte frigida. Gẽtilis &c. de aſclite concedit ꝓp conſuetudinem vinũ in modica quantitate etiam cũ cibo ſumptum & lymphatũ, vt decet. In ſumma ſi dimitti põt aut ſumi poſt cibũ, vt ſupra melius & canonicum. Placentinus etiã cõcedit vinũ maxime virtute exiſtente debili odoriferum clarũ optimũ in ſapore lymphatum tñmodo minus & magis ſm vinoſitatem. Et propter ſequentia aduerte canonẽ quem hydrope exñte a cauſa calida aut cũ ea exñte fe. tu debes attendere ad vtrũq; & non ad alterum tñ. vñ Aui. Si conſideraueris latus aquoſitatis tñ erit error, itaq; vt coniungas inter duo regimina cũ facilitate, & inde tñ in eis quæ reſtant & reſiſtunt vincenti, & eſt ſententia Serap. quarto trac. octauo ca. ꝓp quod ea exñte calida exhibentur frigida, vt aqua ſolatri, alkekengi, taraxacon, mixta tñ cum calidis, vt apij, & hmõi. vnde dãtur atriplex, ſpinachia, malua & huiuſmodi. Item lens cum aceto & croco pauco. Item dentur carnes tẽperatæ, & ad frigidũ declinãtes naturaliter vel arte de quibus ſupra tertio tract. Et hic nota de carnibus ſerpentum. & pro dictis etiam ꝙ ipſarum vſus maxime commendatur. multiq; in eis ſperant dũmodo p̃parentur ſm artẽ. ego eas abhorreo. Ingeniati tamen ſunt quidam propter excellentiam ipſarum nutrire pullos vel gallinas ex eis ſic præparatis. deinde illos pullos adminiſtrare. tu conſidera. Oportet itaq; vt diæta deuiet à latere caliditatis, dummodo remaneat ſiccitas ad quæ agenda ſtude, & bene conſidera. et in his ſic breuiter poſitis terminatur complementum primi canonis. tu tamen relege quæ poſita ſunt in principio rubricæ, quæ ſe tenent ex parte diætæ pro eius complemento maiori.

SECVNDVS eſt digeſtio & maxime qñ eſt neceſſaria. vnde digeſtiua debent cõplexionem & ꝓprietate aptare materiã ad expulſionem qualia ſunt cã frigida. ſyru. de praſſio. ſyrup. de calamento, de eupatorio, oxymel ſquilliticum. Et in cauſa cal. ſyr. de fumo terræ, de endiuia, de abſinthio ſi cum eo miſceatur aliquid remittens, vt iulep viol. Item oxymel ſimplex. Item acetoſus ſimplex. Itẽ acetoſus commixtus etiam fractus. Et ex magiſtralibus & eſt Gent. in cauſa calida. ℞. eupatorij, capil. ve. ſcolopendriæ, endiuiæ, epaticæ. ana. M. j. radicum fœniculi, petroſilli, ſparagi, liquiritiæ, tamariſci, corticum ſalicis medianæ. ana. ℥. i. paſſularum, capparorum, ſeminis portulacæ. ana. ʒ. iij. ſandalorum alborum & rub. ana. ʒ. ij. zucchari albiſſimi. lib. i. fiat ſyr. In cauſa frigida. ℞. eupatorij, origani, endiuiæ, ſcolopendriæ, meliſſæ. ana. M. i. radicum apij petroſi. ana. ℥. i. tamariſci, cuſcutæ, paſſularum, ſquinanti, cinnamomi. ana. ʒ. ſ. pulueris zucchari. lib. ſ. fiat ſyr. Et vt tibi gratior fiat ponam multa iuuantia et nocentia ex quibus per te conficere poteris ſyrupos eſia, & alia, vt placebit, non tamen deſinam à ponendo experta ſimplicia et cõpoſita. Cõferentia ſunt, abſinthium, agaricus, agrippa, vnguentum Nic. Alkekengi & confectio eius. Meſ. tertia antido. Aniſum, apium, Aqua lactia de qua hæſitatur cũ videatur addere in aquoſitatem, et cauſare tumorem. de quo infra. Baucia, & ſemen eius, bethonica, calamentum, calamus aromaticus, camedreos, camepitheos, cantarides. de quibus infra. Cepæ, cucumer aſininus. de quo īfra. Cuſcutæ in cauſa calida. Halyabbas, cicotea, dialacca. Meſ. Diacucurma eiuſdem. Diatriõpipereon Nic. Hebulus & decoctio radicis eius fiat ad remouendum tumorem pedum, elleborus. de quo infra eupatorium, endiuia, emplaſtrũ Ariſtarci, Andromaci. ſecunda diſt. Meſ. fœniculus, ficus ſiccæ, fumus terræ, karabæ, kebuli, lac aſininum, caprinum, de lacte camellarũ nihil quoniam eo caremus, an lac competat dicetur in dubijs, lactuca, lentes, limaciæ. de quibus infra, meu, mezereon, myrobalani, myrtus, origanum, paſtinacha, perdices, petroſellinum, praſſium, pilulæ de reubarbaro, pilulæ de agarico, reubarbarum, roſmarinus, ruta, ſanſucus, ſambucus, ſynapis, ſquilla. ſquinãtium, triaca, triphera, ferruginata, trochiſci de lacca, trochiſci de reubarbaro, trochiſci de ligno aloes, vitis ſylueſtris, vrina, vnguentum arthanitæ magnũ Meſ. vt antidota, hypericon, hyſſopus, ireos, zuccharum. Ex nocentibus ſunt acetum continuando ipſum inducit hydropem. Bouinæ carnes, lentes non excorticatæ, mezereon, qa hepar deſtruũt, et aloe quia hepati nocet. Vnde & quæ hepatis cõplexionem deſtruunt ſunt nocentia hoc caſu. de quibus in principio rubricæ ad plenum actum eſt.

TERTIVS qui eſt euacuatio cõpletur, vt dictũ fuit phlebotomia, ſolutione ventris, vomitu, prouocatione ſudoris, ꝓuocatione vrinæ, inciſione, applicatione cauteriorum, vel ſetonum. Item reſolutione materiæ facta cũ his quæ ad extra applicantur, vt emplaſtra, balnea, & huiuſmodi. de quibus omnia particularia ponam exempla multa & experta. Vnde hic nota ꝙ circa hanc euacuationem oportet medicũ eſſe diligentẽ, quia factũ totũ conſiſtit in euacuando aquã, conuenitq; fieri abſq; notabili læſiõe virtutis. Sed anteq̃ ad eã ponẽdã deſcendã te admoneo ꝙ hæc ęgritudo eſt difficillimæ curæ, & pauci repetiuntur qui reportent honorẽ. & ideo ſtes attentus ne confidas aut promittas, bene ſcito ꝙ qñ aſclites fuerit cum febre, & virtute debili & vrina eius fuerit rubea, & minuta cum difficultate ꝙ male & fortaſſe nunquã curabitur. ſed de his in de ſignis prognoſticis. Et expediendo de phlebotomia dr̃ ꝙ non cõpetit niſi cũ cã eſt calida retentione ſanguinis fluere conſueti, ſignis repletionis apparentibus, & pręcipue in principio dũ virtus eſt fortis, & phlegma, & aquoſitas nõ vincunt in ſanguine, oportet gradatim & cũ tepiditate ꝓcedere. In fine vero cũ ſit ecõtra negẽt ne ſubtrahat nutrimẽtũ, & faciat excreſcere aquoſitatẽ, ventoſitatẽ, vel phlegma. In hypoſarca magis cõpetit, in aſclite minus. In tympanite mediocriter. ait Gal. Cũ humor ẽ parũ à natura ſanguis diſtans phlebotomia addãt. cũ vero plus

verentius

veterentius, cum vero plurimum negetur. manifeſtum autē ꝙ phlegma eſt a natura ſanguinis parum diſtans a quo videtur fieri ventoſitas mediocriter cum à phlegmate generet. De ſolutione vētris multi multa posūt, & ego experta recitabo. tu tñ noli obliuiſci canonum qui ſupra poſiti ſunt attēdēdi circa exhibitionē pharmaci. In caſu iſto laudauerunt quidā ſuccū ireos. de quo habui experientiā verā & eſt ſecretū aliquorū. ℞. ſucci ireos non expectata reſidētia. ʒ. i. ſ. aquæ mellis. ℥. i. ſ. & aſcellabit patiens inter quinq; & octo vices vel circa, raro aſcendi ad. ℥. ſ. quāuis dicat Meſ. à. ʒ. ij. vſq; ad ſex. nam ſi aggregantur hi duo termini cōſurgunt octo. cuius medietas erit doſis cōis, quia. ʒ. iiij. & ſi ſeci fuit in corpore iuuenili robuſto & forti. conſiderata ergo ætatem, virtutis tenorē, & hmōi. anteq̃ hæc fortia exhibeas, & in quibuſdā dabā. ʒ. j. tm̄. & ideo conſideretur tenor virtutis, ætas, corporis diſpoſitio, & hmōi. & aduerte locū ortus ireos, qm̄ natum in loco humido nō eſt eius fortitudinis cum eo quod oritur in ſicco, quare montanū fortius, ꝓpter quod in doſi ea loco ſūendi eſt diuerſitas. & tu bene cōſidera. Alij mundant a cortice & dant ſuccū facta reſidentia. Item valet decoctio facta ex radice ireos mūdata à cortice & ſyrupizata cum zuccha. Aliud de quo experientiā habui & honorem. ℞. ſucci cucumeris aſinini ꝑparati ſꝫm artem. vt infra. ℈. ſ. uſq; ad vnum. & hoc in corpore forti vel ſicut conſueuit ſine pondere ad quantitatem vnius pilulæ rōnabilis, ita ꝙ ſeptem faciat. ʒ. des in aurora ſꝫm horam ſolutiuorū quæ appellantur cum cuſtodia. vt in primo tract. & aſſumant brodia vna die, vt ſupra. Modus autē ꝑparandi eſt vt ſuccus eius extrahatur qñ citrineſcit circa finem Auguſti. & exiccetur ad ſolem, vt fit de aloe, & cum ſpeciebus alephanginis conſolidetur & ſit ſpecierum ad ſuccū proportio æqualis alios modos habes à Meſ. proprio cap. Quidam aūt dant ſuccum ſic exiccatum ad quantitatē ciceris magni. & poſt eius aſſumptionem dant immediate. ℥. iij. vini decoctionis reubarbari et mellis ſanat omnem hydropem. hæc operatio non habet locum niſi in forti, robuſto, & eſt opus ſapientis & experti medici. Et nota vt ſupra ꝙ iſte euacuationes debent reiterari & non eſſe ſubitæ, & fortes. vnde fiant euacuatio de quinto in quintū, aut de quarto in quartū, aut de ſexto, vt tuæ prudentiæ videbitur, habito reſpectu ad ætatem, virtutē, & in tpe medio dentur apiritiua oppilationū & confortantia hepar ſicut ſunt trochiſci de reubarbaro, de abſinthio, & hmōi. de quibus ſupra de hepatis oppilatione, & te hortor vt non des ſolutiuū in hoc caſu oīno abſolutū à rebus hepar confortātibus iuxta canonem ſupra,

*Cucumeris aſinini ſuccus ut ꝑparādus.*

Euacuatiuū aliud. ℞. lac eſulæ, & miſceatur cum zucchаro & lacte ficuum, vt totū inſpiſſet, & fiant pilulæ de quibus dentur duæ, aut tres ad quantitatem ciceris poſt quarū aſſumptionē immediate detur rob agreſte, vel berberis, vel aliquod tale, & vtatur brodio per diem ante, & in die aſſumptionis hoc eſt etiā efficax & expertū, & ſecretum.

Alij moti ratione purgant cum medicinis prouocantibus, & ſoluentibus ſimul inquirentes prouocantia magis cōpetere in eductione aquæ q̃ ſolutiua moti hac ratione. Nam cum omnis hydrops, et ſpecialiter aſclites de qua ſermo, non fiat niſi ex materia quam natura ad loca urinę nō poſſit expellere vel in qua natura ſequeſtrationem facere non potuit, immo remanet in hepate, & partibus nutritiuorū tam diu ꝙ penetrat inter myrach & ſyphac intrinſecū & ſic inflatur venter, & fit hydropiſis. patet ꝙ per cauſam narratā, & per illud quod dictum fuit in principio ꝙ medicinæ vrinā ꝓuocantes cum ſolutione vētris ſunt oībus alijs in hac paſſione meliores. & hoc dicūt per eos fuiſſe expertum. Pilulę amplexantes has intentiones. ℞. reubarbari. ʒ. ij. turbith, agarici, colloquintidæ, zinzib. ana. ʒ. i. ſeminis enduiæ, lactucæ, endiuiæ, cicoreæ, apij. ana. ʒ. ſ. informentur cum ſucco lactucæ. doſis eſt. ʒ. i. ſ. vſq; ad duas. Dabant inter ſolutiones diacucurma cum zucchаro roſ. veteri, & aliquando puluerem hepatis lupi deſiccati cum vino cocto vel decoctione paſſularum, quoniam hoc de ꝓprietate hanc curat paſſionem. & doſis erit. ʒ. ij. & deinde ponebant emplaſtra & alia ſuo loco dicēda, & hoc maxime quando cum hydrope aderat feb. vbi vero cum hydrope non cōiungebatur feb. neq; caliditas exceſſiua dabant pilulas fœtidas, & cum illis purgabāt. Qui ſi pilulas accipere non poterat dabant hanc medicinā. ℞. reubarbari pulueriʒati. ʒ. ij. ſuper ipſum fundantur. ℥. iiij. aquæ decoctionis ſeminis apij, ſeminū cyperi, capparorū acori, lactucæ, ſcariolę ſeminis cicoreæ, oxymellis commixti. ℥. ij. dabāt i matutinis. Ad idē. ℞. turbith. ʒ. i. zinzi. zucchari. ana. ℈. ij. ſcamoneę electæ. gra. ij. terant & cū vino incorporentur fiat trochiſcus detur in matutinis. facit aſcellare quinquies vel circa, accipiat ſemel in hebdomada vel bis, ſi videtur, poſt vero omni die accipiatur ad quantitatem nucis ante prandium & ante cenam diacurcuma maior. poſt cuius aſſumptionem bibat modicū vini aromatici, & continuetur. ex cuius continuatione, & acceptione trochiſci curatus eſt dñs Azo de Guidonibus de Parma cum approximatione tñ emplaſtrorū, & aliorum, vt infra ſuo loco Item ad idem. ℞. eupatorij, cuſcutæ, paſſularū, liquiritiæ, myrobalanorum kebulorum. ana. ℥. ſ. radicū fœniculi, apij, capparorum, tamariſci, agarici. ana. ℥. i. fiat decoctio, & coletur & in colatura apponatur pulpæ caſſiæ lig. ſ. zucchari. ℥. iiij. reducatur ad ſpiſſitudinem mellis. deinde addantur reubarbari, turbith. ana. ʒ. iiij. foliorum mezereon infuſorū in aceto. ʒ. ij. diagrydij. zinzib. ſpicæ. ana. ℈. ij. fiat elium. doſis eſt. ℥. ſ. de quo patiens ſumat bis in hebdō. poſt cuius aſſumptionem bibat modicum vini lymphati diebus medijs. Sumat de diacurcuma ad quantitatem auellanæ cum vino pauco aromatico. vt ſupra. Cum hoc regimine curatus eſt puer qui paſſus fuerat hydropem vltra annum. & fuit cura Gent. Item pilulæ de ſerapino, & pilulæ de mezereon maiores, & ſunt vltimę in aſclite Aui. inquit dicas qñ aſſumitur de radice cucumeris aſinini ad quantitatem anoloxat ad minus, & de radice eius quatuor chiſt laxat choleram, et phlegma & in corporibus hydropicorum proprie & abſq; nocumento, quod inferatur ſtomacho. Et accipiatur de radice eius lib. ſ. & teratur in duobus chiſt vini aromatici, & miſceatur & detur hydropico omni die. iij. anoloxat. Item reubarum ſolum, vt Meſ. vt ſupra. & pilulæ eius. Item ſuccus corticis medianæ ſambuci. Item inter alia euforbium confectio de mezereon Meſ. & ex his & habitis confice libet ſatis volo de ſolutiuis actum eſſe, ſi tantum dixero, vt alias ꝙ oportet vt dirigantur ad membra peccantia, et cōicantia vt ad ſplenē & hmōi. cum appropriatis ea membra reſpicientibus. & hæc bene conſidera, qm̄ etiam oportet te in ſolutiuis variare. De vomitiuis facilibus & fortibus iam actum eſt ſupra de vomitu & ſubuerſione. & tu ibi. ſed tñ conſueuerunt ſolutiua iam poſita etiam vomitū prouocare. vnde ſi vis facere vomitionem hic ad propoſitum da ex ſuccis dictis. deinde paulopoſt imponat pennā in ore aut digitum & vomat & ingemare. Prouocantia ſudorem pñt eſſe ad intus & extra admiñſtrāda. ad extra qñ non eſt feb. vt. ℞. vnguenti aragon, aut dialtæa, & inūge ipſum, & cum pannis calidis appoſitis ad renes & ilia & hmōi. Ad intra da aquam aniſi, aut fœniculi cum vino aromatico mixtam calidam ad quantitatem cyati boni in ieiuno, & applica pannos calidos et coopertas. Item & da zinzib. conditum, aut theriacam cum vino calido & cooperias patiētem pannis. Quòd ſi febris aderit cuta hæc calida & da remiſſiora, vt. ℞. camomillam, melilotum, ſemina frigida ex quibus ſacculum impleas quem bullire facias in aqua, & exprime, & ſic expreſſum appli. ilijs. Item pannos calidos in extremis. Item veſicā ꝑneam aqua calida plenam. Item & lateres calidos in extremis. Adminiſtranda eſt aqua hordei in qua decoctū ſit aliquid

fœniculi

fœniculi aut aniſi & ſit calida. deinde cooperias ægrum pānis cum cæteris dictis,& ſudorem prouocabis.Sed aduerte ꝙ hæc prouocātia dari debēt poſt euacuationē cum ſolutiuis & forti exiſtente virtute. Item exercitiū eſt optimum prouocatiuum ſudoris, & maxime in hypoſarca.

Prouocantia vrinam iam ſupradicta ſunt.ſed hic aduerte inquit Auicen.De diureticis conferentibus ad hoc, non oportet vt vnum ſolū adhibeatur : immo fiat permutatio de quibuſdam ad quędā,ſicut petroſellinum,ameos, calamentum,& aſſarum,& fœniculum,& ſemen apij, & ſiler, camepitheos:ameos,ſpica, daucus.meu, radix paſtinachę ſylueſtris,alkekengi.& oportet vt fiat eorum tritura vt uelociter perueniat ad partem gibboſitatis.& hæc omnia ſupra in canonibus generalibus à diureticis. & ut ibi. quæ diuretica adminiſtrabis, aut in decoctionibus, aut cū aqꝫ appropriatis, aut ſyrupis, aut ſub forma pilularum, trochiſcorum, vt placebit. Item incipe à debilibus & procede gradatim ad fortiora, & de ſimplici ad cōpoſita, & ſis memor de iuribus.& tu allegato loco. De inciſione vero dicendum primo ꝙ omnia alia prius tentanda ſunt q̄ ferrum, immo hoc debet eſſe ultimū & maxime cum res poſita eſt in deſperatione. vnde Auicē. Et oportet vt non audeat fieri donec poſsibile eſt cura alia, Secundo ꝙ corpus cui fit ſit forte. nam debile deficeret. Vnde Auicen. Scias ꝙ parum proficit niſi in corpore valde forti cum potens eſt tolerare exercitium tēperatum, & ſitim, & minorationem cibi. Tertio ꝙ cum ſit extractio aquæ, ꝙ fiat paulatim,& per interualla ne ex ſubita euacuatiōe euacuetur ſpiritus & deficiat virtus. Vnde Auic.quod ſubitum eſt mortale eſt. vnde.xxvij.Aphor.vj.Section. Quicunq; ſupp urati,aut aquam intercutem patientes uruntur, aut ſecant,ſi pus,aut aqua uniuerſim effluxerit, omnes moriuntur, Quarto medicus cōtinue teneat digitos ſuper artariā cū pulſus debilitari cœperit retineat aqua. Quinto ꝙ nō amplius ꝓuocet cum tali euacuatione & maxime in fine qū nō multum aquę remāſit. ſed cōuenientius euacuabitur per medicinas ſolutiuas faciles aquā educētes, vt eſt reubarbarū,& pilulę eius. Et in ſumma ut ſcribit Cōciliator differētia.cxcix.oportet medicū antequā ad inciſionē ueniat ſumere indicationē ex parte ſubiecti quod curat, & ex parte diſpoſitionis ipſius, ſubiecti quidē qm̄ multū virtus debet eſſe fortis,corpus carnoſum, iuuenile, non ab alia ægritudine ꝓſtratum, poſt ſalutis cum medicinis alijs deſperationem potens abſtinentiā tolerare ac exercitium. Ex parte quidē diſpoſitionis, quia in hydrope competit vina ſiue aſclitici. non autē in hypoſarca, ſiue tympanariā, cum non ſit etiā aquoſitas tāta in eo cōtenta ut nō poſsint ſeruiētes cōprimendo latera ipſius eam ad inferiora ſummia expellere. Modi autem extractionis aquę per inciſionem ponunt plures,& eſt inciſio propria aſclitico. Et primus & famoſus eſt, aſcliticus ſtet erectus aut ſuper ſedem eleuatus ut tendantur uētralia. tuncq; miniſtri ſuſtētantes, ipſum latera uētris deorſum cōprimant. & cōſideretur an hydropiſis ſit ab inteſtinis,uel renibus,hepate, vel ſplene. Quòd ſi quidē ab inteſtinis per tres digitos ſcd'm latum ſub vmbilico directe facienda eſt inciſio. Si vero ab hepate à leua fiat inciſio. Si à ſplene taliter à dextra vt eductio accidat per contrarium. Nam tunc poterit iacere ſuper partem minus doloroſam, & ſic iacendo non iacebit ſuper foramen. nam aqua non debet fluere niſi ſecundū voluntatem tuam. Deinde pellis eleuetur ad ſuperiora, ita vt accidat inciſio ꝙ ea perforetur in alio loco quàm myrach & ſyphac. propterea ut ipſa cooperiat deſcēdens foramen poſtea cum euenit in ingreſſu pororum uritidum in ueſicam, unde urina non retrocedit. cum etiā quis pedibus ſuſpendatur. ſerpunt enim inter unam eius tunicam & reliquā. In ruptura uero cannula imponatur metallina aut argentea ſubtilis,& euacuet de aqua quantum robur tolerat virtutis & pulſus iudicabit. ut ſupra. Quidam inciſionem faciunt in burſa teſticulorum. deinde aquam paulatim extrahunt. Quidā in oleo. Quidam acubus multis pungunt. vnde aqua reſudationes habet multas. Quidā ut ſeptimo practicæ Halyabbas.& ſcd'm Albucaſim. reputantes cauteria ipſa ruptura minus periculoſa faciunt quatuor cauteria circa vmbilicum. vnū ſuper ſtomachum, & aliud ſuper hepar. & unum ſuper ſplenē, & duo ſuper dorſa ſuper ſpatulas.& unum in directo pectoris,& reliqua in directo ſtomachi.& ſit quātitas profunditatis cauterij propinqua ſpiſsitudini cutis. deinde dimittātur longo tēpore aperta, vt aqua valeat paulatim transfluere, regantur q; regimine proprio. ꝙ ſi virtus fuerit debilis cauteria fiant pauciora, & per vices & uirtus conſeruetur inquātum poſsibile eſt. Sed multi præeligunt inciſionē propter afflictionem coēturæ quæ ſequitur ad ignē. Ego vero poſui cauteria potētialia ſub clauiculis pedum ex utroq; latere. deinde cum phlebotomo aperui & per illam uiam euacuaui magnam aquoſitatis quātitatem. Et iuxta primum modum inciſionis poſitum pono unū particulare magis. uode ſuppoſitis quæ dicta ſunt de erectione infirmi modo miniſtrorum, & loco inciſionis eleuetur pellis fortiter ad ſuperiora per ſpatium unius digiti uel circa. deinde cum raſorio vel ſpatumine incide, vt dictum eſt. donec ad uacuum ueniat. unde aqua libere ſatis egrediātur. & tunc antequam aliquid notabile de aqua exeat pellem dimittas,vt claudat vulnus ſyphac, vt prohibeat vt aqua non exeat. deinde cū mica panis aſſati in uino infuſa reſocilles ægrum. deinde pellem eleua & ad ſuperiora trahas, vt cannulam metallinam ſubtilem imponere poſsis per quam dimitte tātum de qua egredi, quantum uirtus tolerabit. vt ſupra. Et recordare ꝙ melius eſt infra ſubſiſtere, & cum extraxeris de aqua quātum videbitur, tunc extrahe cannulam,& dimitte pellem cooperire foramen ſyphac & liga,& non remittatur uſq; ad diem ſequentē in quo tempore conforta, & nutrias patientē cū cibarijs electis. altera uero die operabere ut in prima & in altera cōſimiliter,& ſic ſemper de die in diem procedendo, donec maxima pars aquæ fuerit conſumpta, quod cum factum fuerit conſolida, & reſolue reſiduū. vt ſupra dictū eſt. cum ſolutiuis & exiccatiuis & reſolutiuis deſicca & extermina. Quidam uero comprimunt aquam ad inferiora. vt ſupra cum manibus. poſtea cum faſcia magna & cum pilis magnis factis de ſtupa ponendo vnam ſuper ſtomachum aliam retro ex oppoſito. & duas à lateribus fortiter infaſciando & ſtringendo premunt aquam,& expreſſam ſic ad inferiora tenēt. deinde faciunt infirmū ſedere ſuper cathedram altā & perforāt cum phlebotomo ſub vmbilico per tres digitos uētrem in uno loco faciendo foramen ſatis paruum. deinde iuxta ipſum foramen per duos digitos ex utroq; latere faciunt duo foramina cōſimilia. & hoc penetrando ultra cutem parum, & egreditur indubie aqua, & dimittunt aquam exire ſic paulatim, & vidi mulierem cui factum fuit hoc quæ erat valde tumida. & inflata, detumefacta fuit in duobus diebus. & uixit ſic detumefacta. xv. diebus vel circa & ſic mortua fuit.& certe opinor, quoniā miſercula & paupercula erat ꝙ forte hoc ei accidit ex malo regimine, & quoniam ei non ſuccurſum fuit cum regimine reſumptiuo. ætatis erat. xxxij. annorum uel circa, non tamen multum robuſta. hic idem barbitonſor aliam hydropicam curauit cum his ſciſsionibus,& ſcrutatus eſt ſuper omnem hydropem deiode.& certe hic modus non eſt ex toto uituperandus.& bene cōſidera. Nō me enim vltra extendo, qm̄ pauci hac uia inciſionis ſiue bezeluica euadūt. Tu itaq; ad euacuationes redi.& cum eis ſi potes cura. & hanc conſulo dimitte. Hic audi caſum mirabilem, quædam anus quinquaginta annorum hydropica iam annis ſex. & aſclitica dum pertranſiret ambones ſiue paſſus noſtros lapideos ſuper vnū eorū cecidit. & apertus eſt uenter eius & eſt reſſa eſt aquoſitas quaſi tota, remanſit vt mortua. ſtetitq; in

hoſpitali pluribus diebus & tandem curata eſt ab hydrope. Hæc autẽ experientia videtur contra can̄. ſupraposiſitos ante de inciſione. quidã itaq; cum medicina. quidã procedunt cum cauterijs. vt ſupra. Sed nota ꝙ cauteria non debẽt poni niſi paucificata aqua multum per ſolutiua. Item poſt dies tres vel quatuor, poſtquam ſolutiuum aſſumpſit & in ieiuno, & eſt ſententia Auicen. de cura aſclitis. & ſunt cauteria remedia propria aſclitico. tympanitico vero nullo modo competiũt, hypoſartico vero medio modo. Et ſi autem de inciſione te intromittere volueris, quod non conſulo, proteſtare parentibus periculum quia mortem. Nam Paduę accidit meo tempore ꝙ dum collegium medicorũ determinauit Dominũ Ioãnem Ludouicum vtriuſq; iuris doctorem famoſiſſimum aſcliticũ hac cura inciſionis curari poſſe ad actum deuenit & mortuus eſt in manibus eorũ, poſt ſcilicet inciſionẽ per mediã horam. nã erat ætatis. lx. annorũ. tu itaq; dimitte. Sed de iſta inciſione dicetur aliquid in dubijs. Dicit Guil. ꝙ quoſdam vidit liberari qui per fortem fricationem, aut ſcalpellationẽ ventrẽ vulnerauerũt, & egreſſa eſt aqua paulatim. & poſtea confortauerunt hepar, &c. vt decuit, quoniam ſi ſic non fieret rediret morbus. Item quidam ponunt veſicatoria, vti cantarides, flammulam, vel pedẽ ceruinũ, &c. ſuper tibias in tribus locis, vel quatuor, & veſicatur locus, & poſt inciſionem veſicarum egreditur aqua multa. & ego feci & certe multum cõtulit, tenebam loca veſicarum inciſa, & vncta cum butyro. De ſetonibus vero dicendum ꝙ quidã ingeniantur ponere ſetonẽ in burſis teſticulorũ vt per ea loca fluat aqua. hic etiam modus non eſt ex toto irrationabilis, & eſt ſatis ſecurus, & fieri poteſt amplectere ſi placet. In reſoluendo materiam aquoſam ingeniantẽ aliqui iuxta ſententiã Aui. & aliorũ auctorum ponere ægrum in loco vbi ſol multũ percutiat, & tempore, ſcilicet magni æſtus in quo loco non flet ventus, & iis corpus diſponunt vt ſolus venter à ſole percutiatur defendendo caput & pectus ſm partem neceſſariam. Sed nota verbum Aui. quia dicit & ſi non alio ſaltẽ cũ ſtatione in ſole, qm̄ ex hoc verbo videtẽ velle ꝙ vbi alia proſunt remedia hoc perſpiciẽdũ eſt relinquendumq; ruſticis. Emplaſtrationes in hoc caſu multũ cõmendantẽ, & debent eſſe ex rebus reſolutiuis, & exiccatiuis, & non multũ ſtypticis, qm̄ ſtyptica oppilant, & obturant meatus, per quos trãſire debet materia reſoluenda. ſtyptica tamen cum eis ponantur in modica quãtitate quæ, ſcilicet conſeruent virtutẽ myrach vt ſunt thus, ſpica, cyperi, & huiuſmodi. Item debent applicari poſt euacuationes & nõ ante, quia parũ proficerent. Et ex his experta eſt emplaſtratio cum ſtercore vaccino, & eſt remedium apud modernos factum. & ſi Auic. etiã pro experto ponat. Itẽ emplaſtramus cũ ſtercore caprarum non paſcentium herbã minutam ꝓpter aquoſitatem eius. nã in groſſa nõ eſt tanta humiditas proportionalis. Emplaſtrum bonum ad hoc eſt Auicẽ. ℞. gũmi pini, & ceræ, & hyſſopi humidæ, picis, & gummi albotin, ana. aur. iij. ſtoracis, maſticis, aloæ, croci, cimarum, abſinthij, amoniaci. ana. aur. j. caſtorei, amomi, ſulphuris, oſtracorum. ana. aur. v. ſtercoris columbini, ſpumæ maris, limaciarum cum teſta piſtatarum. ana. ʒ. iij. lilij cœleſtis. ʒ. iiij. baurach rubri. ʒ. j. permiſceantur cum oleo de camomilla, & fac emplaſtrũ. Emplaſtrum Gale. vt recitat Auic. cum quo & alijs curauit aſcliticum. ℞. ceræ rubeæ, & farinæ hordei, & milij, & ſtercoris vaccini, & caprioi, cineris quercus, & vitis, & baurach, & ſulphuris. ana. miſceantur omnia cum aceto. tu tamen doſa vt placet. Ad idẽ. ℞. calcis viuæ, nitri, ireos, cordumeni, ſulphuris, amoniaci, baccarum lauri, ſtaphiſagriæ, ſtercoris columbini, terantur, & diſtemperentur cum vrina. reſoluit aquam mirabiliter ſuperinunctum. Ad idem. ℞. fimũ columbinũ, farinã, hordei, & acetũ, & adde modicum ſandaracæ. & ſi apparet rubor adde ſemina cõm oleũ roſ. fac emplaſtrum.

*Sol in aſcite optimũ remediũ, at ruſticis relinquendũ.*

*Caprarũ ſterc⁹ vt eligẽdum.*

Credo totum ſtat in euacuãdo, & ſummatim recolligendo, reſolutiua ſunt fricationes multæ, & aſperæ, baurach, ſal, ſalnitrũ, ſpuma maris, ſpõgia, ſulphur, et ſimilia. fit etiã cum rubificantibus, vt vrtica, praſsia, ſtaphiſagria, & ſimilibus, camomilla, melilotum, fœniculus, anethum, calamentum, laurus, ſtercus vaccinũ, caprinũ, limaciæ cõbuſtæ cum corticibus ſuis litæ. de quibus ſtatim. Sepelire in arena & in ea reuolui, & ſub ſole ſtare, vel iuxta, ſeu clibanum intrare calidum ſufficiẽter. de quo actum eſt in primo can̄. generali qui eſt de ordinatione diætę. & de clyſterijs ibidẽ, & exercitia tẽperata ꝓut poterit ſuſtinere exiccãtia vt à cibo ꝓpter potu, & hmõi. & ſic multa habes ex quibus conficere potes. & ideo ſtude. Et hic intellige ꝙ clyſteria vt loco allegato debẽt eſſe ex decoctionibus rerum educẽtium aquã, vt ſemen vrticæ & hmõi. Itẽ valent radices, & ſemina aperitiua agaricus, ireos, cucumer aſininus, & hmõi. de qbus actũ ſupra qbus clyſterijs debes vti interpolatis diebus habito reſpectu ad virtutẽ & adalia.

De limacijs nota ꝙ limaciæ à proprietate hepar confortant, & ex qualitate valent contra inflãmationẽ hepatis. vt vndecimo de ſimplici medicina. Terantur autẽ cum ſuis teſtis & emplaſtretẽ venter & cum exiccatæ fuerint remoueantẽ, mirabiliter exiccant ſuperfluitates membrorum, & pręcipue hydropicorũ. Itẽ & eſt expertum emplaſtrũ factum ex elleboro nigro, ſic in aceto bullito cum furfure farinæ hordei addendo illud de puluere cinnamomi.

QVARTVS cõpleatur per ea quæ dicta ſunt ſupra de debilitate hepatis, & de mala complexione eius. & tu ibi. vbi emplaſtra vnctiones, epithemata, & hmõi inuenies. Confortatio membri mandantis fiat cũ his quæ ſunt illi membro propria ſuis locis quærenda.

ET CONSIMILITER de accidẽtiũ correctione dicatur. ſuis etenim quærantur locis eorum accidentium correctiua. tamen qm̄ à ſiti multum moleſtãtur, aduerte ꝙ ſi tolerare poſſunt vt ſcia, præſtantiſſimũ quidem. ſi non. colluant cum vino granatorum aut cum vino. quoniam melius eſt ꝗ̃ cum aqua, cum calidis, cum aceto, vt ſupra. cum ſuccis fructuum ſtypticorum. cum ſyru. ad hoc deputatis faciendo potus conuenientes eis & delectabiles. hæc enim conſidera ſingula.

*De hypoſarcha, ſeu Anaſarca, uel Leucophlegmatia. Rubrica. XI.*

HYpoſarca eſt ſpecies hydropiſis in qua omnia tument membra. & eius tumor in facie. primo manifeſtatur propter phlegma ſiue aquoſitatẽ phlegmaticam ſanguini cõmixtam, & cum eo ad membra omnia perambulantẽ. vnde accidit vt ſanguis ipſe membris fiat nutrimentum incõuenĩẽs à membris reiectum. vnde ſic in poroſitatibus membrorũ remanẽs & aliũde nõ euacuatus per continuã ſucceſſionẽ etiã membris fiat nutrimentum ipſius tumorẽ facit. Cuius cauſa eſt corruptio in digeſtione tertia declinat ad cruditatẽ & aquoſitatẽ et phlegmaticitatem. Auic. aut cauſa liquefaciens corpus & humores. nã cum humores ſubito eliquãtur & in magna quantitate nõ poſſunt extra educi, ſed in membris remanentes faciunt ea tumere. & iſte modus fit ſubito, quia cauſa ſua eſt valde acuta, quia caliditas eliquans. Item ſi non fieret ſubito ſed paulatim eliquatio, tunc ſicut materiæ paulatim eliquarentur, ita extra educerentur.

CAVSÆ. de cauſis eius dicatur proportionaliter vt de aſclite. nam ſatis apertę fuerunt in Rubrica de hydropeam primitiuæ, ꝗ̃ antecedens, & coniunctæ. Primitiuæ vero ſunt omnes illæ extrinſecæ debilitatis hepatis factiuæ, vt ibi. Antecedens vero eſt corruptio digeſtionis ꝗ eſt in membris, quę nõ poteſt rectificare ſanguinẽ, neq; humores q veniunt ꝑ venas ad mẽbra, & ita remanẽt crudi, aquoſi. phlegmatici, nõ adhęrentes mẽbris, vt Rubrica de hydrope. Cõiũcta uero eſt humor ipſe phlegmaticus,

ſtus aquoſus, vt quia ſanguis aquoſus & alius phlegmaticus humor ſemicoctus.

SIGNA demõſtratiua inflatio in toto corpore & in extremis membris in facie & ꝓprie in oculis, & tumet facies vt ea quæ mortuorum & eſt ad albedinẽ declinans; & poſt cõpreſſionem cum digitis factam remanet fouea, neq; eſt venter, neq; vmbilicus, neq; ſumen inflata vt in aſclite & tympanite. Et ſequitur iam ſm plurimum fluxus ſanguinolentus, & lenitas naturæ tẽdens ad albedinem. & pulſus eſt magnus, mollis magis q̃ in alijs propter diffuſionem humiditatis in membris, & bracchijs.

PROGNOSTICA eſt minus mala cæteris ſpeciebus hydropiſis, & magis apta ſanari, et maxime quę à cauſa frigida fit. Quãdo pruritus accidit in naſo, & cum hoc apparuerit mollities in facie aut in manu eius ſiniſtra, tunc moritur in ſecunda, aut tertia die. Diarrhœa ſuperueniens fortis in hypoſarca ſoluit ægritudinẽ. Hipp. Et alia prognoſtica. require in Aphor. in fine capituli.

CVRA canones. Sed aute canonum poſitiones ſcito ꝙ hypoſarca eſt minus mala ſpecies hydropiſis facilius curabilis de qua rariſsime quia moritur ſi diligentiam & curam de ſe habuerit. Item ſcito canones ſuprapoſitos in generali, & in ſpeciali quo ad ſex res non naturales de aſclite eſſe, hic etiam collocandos moderandosq; vt tua noſcet prudentia. Canones. Ordinatio diætæ. Digeſtio materiæ. Euacuatio eiuſdem. Cõfortatio hepatis aut membri alterius ſi ſit tale hepati nocumentum communicans. Accidentium correctio.

De primo ſatis actum eſt ſupra. Vnde vtatur cibarijs, & carnibus, & hmõi, vt ſupra fructibus vt ficubus ſiccis nucibus phiſticis. Itẽ & ſi feb. non ſit vtatur oleo cocto.

De potu vt ſupra quidã laudant in hac vinum vetus & forte. vnde Raſ. in diuiſionibus dẽ viniũ purũ & maxime ex cã frigida. tu tñ hæc omnia, & alias nõ naturales res moderare debes ſm ꝙ exigit diſpoſitio præſens vt ſi fe. adest aut nõ. apoſtema, aut nõ. & canones ꝓportionales de aſcliſe hic intellige, vt ſcriptum eſt. vnde Auic. de cura eius in fine. & cibatio hypoſarchæ frigidæ & calidæ & toleratio ſitis eius eſt ſicut in aſcliti frigida & calida. Et laudatur vſus aromatum ex pipere, zinzib. cinnamomo, & hmõi: in ferculis qñ feb. nõ adeſt quæ moderare debes ſtãte feb.

De exercitio inquit Aui. & in hydropiſi quidẽ & ꝓprie hypoſarca adeſt exercitiũ incipiens primum reſupinãdo: deinde incedendo ſupra dorſum alij. Quod intelligi habet ꝙ horũ exercitium gradatim fieri habet, quia procede de minori ad maiorem gradatim. Nam minor labor eſt portari ſupine ſup dorſo animalis. & minor ſuper dorſum cũ ventre, & minor ambulare ſuper terrã arenoſam leuẽ; hæc nõ ſunt exercitia cõſueta, ſcilicet duo. prima ideo tanquã ſyluestria omittanẽ. Deambulatio autẽ fiat fortis aut debilis. & ſimiliter equitatio ſm tenorẽ virtutis aſcẽſus, & deſcenſus ſcalarum, aut montiũ eſt exercitium moliũ debilitans. credo ꝙ fortibus non incõuenirer. tu conſidera. De ſomno, & vigilia dicatur ꝙ vigilia eſt magis reſolutiua. & ideo ſomno vtatur vt decet virtuti. Non repleantur, ut ſupra de aſclite. ventrem lubricum teneat. & à malis animi accidentibus vt poteſt ſe defendat.

Secundus compleatur cum digeſtiuis appropriatis calidis aut frigidis aperitiuis vt exigit diſpoſitio. de quibus quarto tract. vt eſt ſyru. de biſancijs, de endiuia, de abſinthio, de eupatorio, & huiuſmodi.

Tertius perficiẽ ꝓportionabiliter vt de aſclite dictum eſt. qa ſolutione vẽtris, phlebotomia, diureticorũ, & aperitiuorũ vſu, reſolutiuis, ſudatarijs, balneis & hmõi. de quibus oĩbus ſuo ordine dicendũ. Et primo de reſolutiois. ꝓpter qđ nota ꝙ ſolutiua ſunt magis appropriata aſcliti, & phlebotomia hypoſarchę. vnde Auic. & phlebotomia quidẽ vehemẽtius eſt proportionalis hypoſarcæ q̃ aſcliti.

Solutiua hoc caſu cõuenientia ſunt, & illa quæ in aſclite ſcripta ſunt. & tu ibi. Sed vt vberior ſias pono hoc ſolutiuũ tale. ℞. agarici collognthidæ, mezereon, turbith, ameos, amomi, ſeminũ, fœniculi, apij. ana. ʒ. j. reubarbari. ʒ. ij. fiant pilulæ cum ſucco abſinthij. doſis eſt. ʒ. j. vel minus ſm virtutis tenorẽ, & recipiat de eis bis vel ſemel in hebdomada ſm virtutẽ patiẽtis. Ad idem. ℞. ſcamoneæ correctæ. gra. iij. turbith. ʒ. j. zinzi. zucchari. ana. ʒ. ſ. fiant trochiſci cum vino detur vnus in matutinis cum vino. Laudanẽ in hoc caſu multum ab Auic. pilulę de reubarbaro. Vnde Placentinus ſe laudat multos curaſſe cum reubar. Inquit. Indubitanter credat omnis homo ꝙ ſolum cũ exhibitione. ʒ. ij. reubarbari puluerizati, cribrati, & electi mixti cum. ℥. ij. oxymellis compoſiti. &. ℥. ij. vel. iij. aquæ decoctionis lactucæ, ſcariolæ, & radicum fœniculi multos curauimus cũ obſeruatione diætæ cõuenientis. & non dabam niſi de tertio in tertiũ de quarto in quartũ ſm virtutẽ. & in debilibus non dabã niſi. ʒ. j. diebus vero quibus nõ accipiebãt reubarbarum. dabam ante prandiũ & ante cenã. ℥. j. ſ. oxymellis ſquilliici, vel compoſiti cum aqua decoctionis lactucarum, ſcariolæ, radicũ fœniculi, & ſpecialiter infirmus erat ſine feb. Quãdo vero fe. aderat dabã ſyr. cõpoſitum vel mel roſ. cum eiſdẽ aquis. Si vero habebat fluxum ventris dabã ſyrupum de citonijs cum eadem aqua. vel ſyr. de agreſta, vel reubarbarum ſemel in hebdomada, vel bis ſm virtutẽ, & dabam cibaria confortantia. Emplaſtra cõſimiliter. et nõ trãſibat quãtitas reubarbari. ʒ. j. & ponit hunc modũ pro experto. tu tñ multa habes, ſupra in aſclite. & illa modera vt videbiẽ, qm̃ ſolutiua ſunt in hypoſarca cõuenientia, vt dictũ. De phlebotomia vero dicendũ ꝙ in hypoſarca facta à cauſa calida, & fuerit facta retentio ſanguinis conſueti egredi per hæmorrhoidas, aut fluxũ menſtruorum. & hmõi fac phlebotomiã. Item ſi videanẽ ſigna repletionis & ſis audacior in hac ſpecie ſup phlebotomiã ipſam, vt dictum eſt ſibi multũ proportionalis. Sed cõſidera tẽpus hydropis ætatẽ patiẽtis, & virtutem, qm̃ maxime ipſa cõpetit in principio dum virtus eſt fortis, & phlegma, & aquoſitas in ſanguine nõ vincũt multum & ꝓuidere oportet gradatim ꝓcedere itrea cũ tepiditate. In fine vero omnino negeẽ ne ſubtrahat nutrimentum, & faciat excreſcere aquoſitatẽ ventoſitatẽ, vel phlegma. De ętate uero dixit Placeñ. ꝙ ſi mulier trãſiuit. xxxvj. annos nõ debet fieri phlebotomia, ſi vir. lx. ſimiliter fieri nõ debet. hæc autẽ moderare oportet ſm habitudinẽ, conſuetudinẽ, fortitudinem. & to cõſidera. & quæ vltra dicta ſunt ſupra de phlebotomia hic repetas. Diuretica autẽ, & aperitiua prædicta. ſupra in aſclite adminiſtrentur hic in quibus eſt ſubtiliatio, & exiccatio Auic. & cõmendantur ab Aui. hoc loco trochiſci de eupatorio, de iunipero in aq̃ radicũ & in ſyr. acetoſo etiã ſeminibus. tu tñ modera ſm caliditatẽ & frigiditatẽ & hmõi. Reſolutiua eadẽ in aſclite cõpetunt & hic. Itẽ poſitio in ſole, vt ſupra. Supra arenã, ſcilicet caput defendaẽ ne ſuperueniat ægritudo cerebralis. Emplaſtra & alia quęre ibi. & tu ea modera vt decet. Cõſimiliter vtaẽ ſudatorijs: & fiat abſterſio cõtinua: vt melius egrediaẽ. & deinde inunctio cum oleo cucumeris aſinini, & ſimilibus habẽtimus multum aperire poroſitates cutis. De balneis ſatis dictũ eſt fiat proportionaliter vt dictum eſt. ſed hic addẽ modus. nã cum naturalia haberi nõ poſſunt aut cõmode infirmus ad ea tranſire non valeat faciat ordinare tinam habentẽ duos fundos, quorum ſecundus ſit eleuatus à primo per vnam ſpanſam magnam vel per pedem vnum & ſit perforatus. Super quem iaceat patiẽs cooperta tina & balneum fiat ex aqua ſalſa decoctionis calamenti, origani, camomillæ, rutæ, ſauinæ, hyſſopi. & proijciantur lapides igniti in ea vt maior quantitas fumorum eleuetur. Item vt aquæ ipſius humiditas conſumatur. ꝙ ſi pauper foret fac in maſtello magno, & ponaẽ caldaria ſiue cacabus plena aqua decoctionis harũ rerum cõſimilium. & ſi oportet propter caliditatẽ tempera cum

Maſtellus uenetia, ac parauis ligneum uas iſtar

frigidis, vt viola, endiuia, nenuphar, & huiuſmodi. & ſtet ſuper paruo ſcanno intus maſtellum ne aquã tangat, deinde fomentatio tibiarum fiat vt dictum eſt cum cataplaſmatione foliorum vrticæ tepidorum. quære ſupra de aſclite.

## De tympanite. Rubrica. XII.

τυμπανία, atque τυμπανίτης Græcis Latinis Tympania, atque tympanites nominatur.

TYmpanites eſt ſpecies hydropiſis in qua venter tumens reſonat & membra omnia gracilãtur, in qua non apparet pedũ tumefactio vt in alijs. cuius cauſa eſt vtplurimum corruptio digeſtionis primæ. Nam ſi chilus bonus. & bene digeſtus mittitur hepati. tunc in hepate, aut eſt mala complexio calida, aut frigida. ſi calida ex chilo bono generabit humorem calidum, quia cholericũ. Si frigida frigidum & non ventũ. ꝙ ſi in ſtomacho malus generabitur chilus eius malitiam hepar corrigere non poterit, tunc caliditas hepatis exceſsiua aget in ipſm & in ventum vel vaporem conuertet. & dicitur vtplurimũ, qm̃ & abſq; corruptione digeſtiuæ ſtomachi poteſt tympanites contingere, vt Aui. Nã cũ hepar factũ eſt exceſsiue calidũ, tunc eius caliditas inflãmata vltra modũ agit, vt calor, nõ vt calor naturalis ſed elemẽtalis, vnde in materiã agit non ipſam cõuertendo in humorem, ſed reſoluendo eam in vaporẽ & uentum, & ſic tympanites cauſatẽ. Et in ſumma qñ hepar habet malã cõplexionem calidã & ſtomachus frigidam, tũc vere cauſatur tympanites. Poteſt etiã corruptio cõtingere ex vehemẽtia caliditatis ſtomachi, vt patet. ſed vtplurimũ fit à frigido. Itẽ ad ipſam cauſandam tanquàm cauſa concurrit cibus ventoſus, frigidus & humidus ſui natura aptus in ventum conuerti. idem reſonat ad differentiam hypoſarcæ, & aſclitis in quibus venter obtumeſcit ꝓpter aquoſitatem, & hæc reſonat propter ventũ. idẽ non apparet, qm̃ in ea non eſt materia apta in ea deſcendere.

CAVSÆ. de cauſis eius ita dicatẽ ꝙ cauſa antecedẽs eſt mala cõplexio frigida aut calida excedens quæ ſtomachũ debilitat, ita ꝙ chilũ incõueniens nutrimentum membrorum minime mutat, vt ſupra de hydrope. Cõiuncta vero eſt ventoſitas quæ à cibis reſoluitur cũ calor eſt debilis factus ꝓpter frigiditatẽ, ita ꝙ cibos rectificare neq; mutare poteſt in debitum chilũ, ſed maxima pars in ventum cõuertitẽ, aut propter caliditatem exceſsiuam, qua & ſtomachus diſtemperatur. vnde in ventum reſoluitur maxima pars cibi qui in nutrimentum bonũ accidere deberet vt cõtingit in febrientibus. nõ enim totũ in vaporem ſeu ventũ cõuertitẽ. ſed vt dictũ eſt maxima pars. alia autẽ pars cibi in ſubſtantiã conuertitẽ humidã quæ diuiditur in vtilem, & in aquoſam quæ aquoſa ſimul cum ventoſitate ad loca inconſueta tranſmittitẽ, quia inter zirbum & ſyphac. Ex quo apparet ꝙ in tympanite eſt ventoſitas mixta cum aquoſitate vincẽs ipſam aquoſitatem in quanto.

Infertur ſecundo. ꝙ cauſa priuatiua eſt omnis res extrinſeca venti multiplicatiua. Et dictum eſt ad loca inconſueta, quia cum ad loca tranſmittitur conſueta extra à natura propellitur, vt per inferius aut per ſuperius.

SIGNA demonſtratiua. Egreſsio plurima vmbilici, & tenſio in myrach in modum tympani, & chordæ. Et membrorũ arefactio cum aſperitate. & cũ percutitur venter manu reſonat, vt vter inflatus & non plenus aqua. & eſt primũ ſignum familiare quo vtuntur medici.

Et patiens appetit eructuare, & alleuiatur per eructuationẽ, & per exitum ventoſitatis per inferius. Et non inflantẽ pedes, vt in alijs. Et eſt eius pulſus longior q̃ aliorum. & non eſt debilis cum in eo ſit tanta debilitas quẽad modum in alijs, cum virtus qualitate ſua non ſic lædatur,

Et eius vrina eſt alba, aut tincta propter apoſtema, aut ꝓpter caliditatẽ multiplicatã in hepate ex recluſione choleræ quæ non mandatẽ ad ſua loca. & hæc eſt vna ex cauſis antecedentibus quæ ꝓueniunt vitio hepatis. & aliqñ eius vrina non eſt multũ tincta, ſed habens ampullas magnas, & groſſas, neq; ſentitur grauitas vt in aſclite.

PROGNOSTICA. Tympanites in malitia media eſt inter hypoſarcam & aſclitem. eſt tamen dura ad ſanandũ, & longa. Cum tympanites prolongatur, ita vt cõfirmetẽ, curationẽ non ſuſcipit. quod quidẽ de alijs intelligere debes. In tympanite ſiquidẽ percutiatẽ venter manu, & reſonat ſicut tympanum malum. Eruptio ventoſitatis per os & anum ſi ſit continua & multa bonum.

CVRA canones. Ordinatio diætę. Digeſtio materię. Euacuatio eiuſdem. Cõfortatio ſtomachi ſi proprie fuerit in cauſa, vt eſt ſm plurimum. Confortatio hepatis. Adminiſtratio diureticorum. Adminiſtratio reſolutiuorum.

Primus perficitur abſtinendo ab vſu rerum aptarum in ventum conuerti ſicut ſunt caſtaneæ, oleta, lac, fructus recentes, legumina, piſces, laganę, & huiuſmodi quæ ſunt apta ventoſari. vel de quibus. iij. tract. Vtatur cibis ſiccis facilis digeſtionis, vtatur carnibus caſtrati iuuenis, hædi, pullorum, faſianorum, perdicum, auiũ degentiũ in pratis, & arboribus. & vtplurimum ſint aſſatę aut elixæ. & aliqñ cum cinamomo, fœniculo, petroſyllino, cum vino granatorum aut agreſta aut berberis cõditæ, ut diſpoſitio exigit. & tu modera. Item vitella ouorũ cum eiſdẽ condimentis. Itẽ fœrculũ ex petroſyllino, fœniculo, & hmõi. addẽdo frigida ſi diſpoſitio exigit. & cibaria ipſa condiantẽ cũ aromatibus frigidis aut calidis ſtomachi, & hepatis confortatiuis vt diſpoſitio ipſa exigit. de qbus de ſtomacho & hepate habuiſti. De potu autẽ dicendũ ꝙ ei conuenit potus poſitus. ſupra de inflatione ſtomachi & hepatis. & tu ibi. Itẽ vini albi, odoriferi, & lymphati in cauſa calida & lymphetur cum aqua decoctionis aniſi, fœniculi, ameos, amomi, meliloti, camomille, apij: vel cũ aqua decoctionis horum. & in cauſa frigida nõ exiſtente feb. poteſt bibere. vinum p̄dictũ abſq; lymphatione. Itẽ & aqua decoctionis aniſi, fœniculi, maſticis, cimini, & hmõi. Carnes ut ſupra comedat quæ ſint laudatæ, & facilis digeſtionis, & magis conuenium aſſatæ, ſed etiam de elixis comedat, & cum cibarijs vtatur aromaticis ſtomachum, & hepar confortantibus calidis. & minus calidis. vt diſpoſitio ipſa exigit vt ſunt piper, cinnamomum. garyophylus, carui, fœniculus, nux muſc. & hmõi. de quibus ſuis Rubricis. Itẽ & cũ his & ſimilibus. ſi cauſa calida fuerit ponãt agreſte, berbere, vinũ granatorum, de fructibus, & alijs dicatẽ, & de aſclite. In ſumma competit cibi minoratio. Nullo modo in die dormiat, ſed vt poteſt vigilet. Cõuenit maxime exercitiũ, & balnea ſicca, & reſoluentia cum aquis nitroſis facta. & ſunt de vltimis de quibus omnibus de aſclite. Vnde ſtudium debet eſſe in vſu eorum quæ ventoſitatem reſoluũt. & ideo cũ pane ponantẽ ſemina aniſi, & cum potu conſiſt, maxime qñ oportebit lymphare ipſum, vt dictum eſt.

Scd's perficitẽ cum digeſtione materiæ ſi ibi eſt ex qua vẽtus generetẽ, & digeſtiua debẽt eſſe appropriata aperitiua, & non multũ. Nã ſuperfluitas in eis perducit ad generationem vaporum multorum. Auicen. quidem maxime de valde calidis intelligetur, & tu illa quære tract. iiij. Itẽ & dicta de aſclite, & hypoſarca etiam cõferunt in tympanite. Itẽ tu compone ex calidis frigidis aperitiuis cõfortãtibus hepar & ſtomachum. de quibus ad plenum ſuis locis.

Pro tertio ſcito ꝙ phlebotomia nõ ingreditẽ in hoc caſu niſi raro, immo melius eſt vt ſoluatẽ cum facilitate. Auic. Nõ enim eſt materia tympanitis in venis hinc nõ cõpetit phlebotomia, ſed vbi eſſet apoſtema in hepate calidũ aut in hepate ipſo inflatio ex ſanguine cõpeteret. conſidera. Itẽ qm̃ materia vẽtoſa eſt quæ ſolutio non educitẽ, non debet ſolutio vltra multiplicari, neq; eſſe fortis ſed facilis. Vnde Auic. Et oportet vt nõ adſit multiplicatio ſolutiuorũ. Itẽ etiã quia diuretica ſunt ſub euacuatione cõprehenſa. Nota Auic. inquit. Oportet vt adminiſtrentẽ diuretica ſi non ſit ſuperfluitas in eis, vt dictũ eſt. & ſic tres cañ. ex dictis collige. Euacuatio autẽ q̃ in hoc caſu cõpetit eſt euacuatio materię huiuſ phlegmaticę q̃ eſt vel eſſe põt materia vẽtoſitatis, &

tatis,& ita complebitur per ea quæ ſuperius adminiſtrabunt,aut per inferius,per ſuperius vero vt pilulę,electuaria,ſucci,potiones,alię per inferius,vt clyſteria,ſuppoſitoria,& hmõi. Pilulæ ad hoc. ℞.ſeminum aniſi,apij,maſticis.ana. ℈. ij.ariſtol. acori, gentianæ, ſalis indi, ſerapini. ana.℈.j.aloes.ʒ.iij fiant pilulæ cum vino. reſoluunt enim ventoſitates groſſas, & vaporoſas. Ad idem. ℞.reubarbari.ʒ.ij. carui: ameos: camomillę.ana. ʒ.j. colloquintidæ, turbith, ſcammoneæ correctæ.ana.ʒ.ſ.confice cum ſucco eupatorij detur.ʒ.j.ſemel in hebdomada. Et videtur ꝙ ſplen ſit in cauſa & ꝙ humor melancholicus aliqualiter peccet, cõmiſce cum his ſenæ, polypodium aut aliquod tale, vt lapis lazuli. quod materiam melancholicam euacuet. Conſimiliter dicatur ſuo modo de euacuatiuis aliorum humorum. Clyſteria in hoc caſu multũ conferunt, ſed ea variare oportet ſcd'm varietatem cauſæ. In cauſa calida. ℞.florum camomillæ,melliloti, aniſi,fœniculi, tribulorum.ana.M.j.cõtundantur:& in aqua bulliant,colenturq;, & de illa colatura accipiat.lib.j. & addantur. ℥.iij. olei de camomilla, de anetho,aut de lilijs albis.&.ʒ.ij.ſalis cõmunis.hoc enim reſoluit,& nõ calefacit. Ad idem. ℞.fœniculi,camomillæ, mellilori, ſeminis endiuiæ, cicoreæ,lactucæ, ſeminis portulacæ,cyperi.ana.M.j.contundantur & bulliant,vt dictum eſt.& colaturæ addantur.℥.iij.zucchari rub.&.℥.iij.olei camomillæ, aut anethini,aut liliorum vt ſupra.& ſupponatur tepidum reſoluit & caliditatem alterat & vrinã prouocat. In cauſa vero frigida cõmendatur maxime ab Auic.clyſter ex oleo rutaceo ſolo,aut cum baurach. Ad idem. ℞.ameos, carui, ſiſeleos, ſeminis fœniculi.ana.℥. ſ.melliloti,camomillæ, centaureę. ana.M.j.colloquintidæ,agarici.ana.ʒ.ij.piſtentur,& bulliant,& colaturæ addantur.℥.iij.olei de anetho,aut camomillæ,aut de lilijs.&.ʒ.j.zucchari rub.mellis ſi in eo non ventoſatur. ana. ʒ.iij. Ad idem. ℞. centaureæ maioris, herbæ fœniculi , eupatorij , camomillæ , melliloti , ſeminum endiuiæ, cicoreæ, lactucæ. ana. M.j. colloquintidæ. ʒ.iij.bulliantur,& colaturæ addantur.℥.iij.de oleis nucis dictis, aut de ſpica, & ſalis. ℥. ſ. fiat ſicut de alijs. Item conferunt & ſuppoſitoria ex rebus ſic carminantibus, & melle confecta.& laudatum ab Auicẽ.℞. ciminiʼ baurach, folia rutę fiat ex eis collyrium cum melle,tuq; per te ex ſimilibus compone.

Quarti cõplemẽtum quære ſupra de debilitate digeſtiuæ ſtomachi.& rubrica de debilitate hepatis. & illa quæ tibi videbunt tuo propoſito congruentia recipe. Sed ne vacuus recedas hoc loco ſup hepar in cauſa calida. ℞.ſandalorum roſarũ.ana.ʒ.j.ſucci abſinthij ſolatri.ana. ℥.j.farinæ hordei.℥. ſ.aceti parum,& fac emplaſtrum.& ex cõſimilibus frigidis de quibus ſupra allegatis locis ſiue rubricis. In cauſa frigida.℞.ſucci abſinthij.eupatorij, ſolatri. ana.℥.ij.ſandalorum alb.& ru.ana.ʒ.j.nucis cupreſſi, maſticis,ſpicę,aniſi.ana.ʒ.j.& cum farina lupinorũ, & aqua endiuię,& abſinthij.ana.quantum ſufficit.fac emplaſtrũ.

Quintus cõpletur cum reſoluẽtibus ventũ intus & extra applicatis.& hic nota canonem ꝙ vnctuoſa & oleaginoſa exterius inungendo euitentur,qm̃ oppilant & reſolutionẽ prohibent. Ad intra adminiſtra pulueres, electuaria,confectiones,potiones ventũ carminantia,vt ſunt diaciminum,diagalanga,zinzib.cõditum, acorus conditus. & eſt conferens theriaca antiqua cum vino decoctionis ameos,cimini, vel cinnamomi in aurora ſumpta. & ea quidam ſæpe in ſuis tympaniticibus vtebatur , & bene habes multa conſimilia,ſupra de frigiditate. Et hic ſcito ꝙ ſy.de abſinthio eſt ſingularis medicina,qua quaſi continue horis debitis debet patiens vti.Item aromaticũ garyophyllatum.Meſ. Ad extra adminiſtrentur ſacculi carminatiui cum milio,ſale,aniſo, & huiuſmodi. Itẽ ſpongiæ prius infuſæ in aqua decoctionis rerum carminantium. Itẽ balnea nitroſa,ſalſa,ſicca. Item emplaſtratio cum fece vaccarum,vt ſupra de aſclite. Itẽ emplaſtratio cũ rebus carminantibus & reſoluentibus. de quibus ſupra pluries & ſpecialiter in.iij.tract.vbi de his. Vltimo hic ſcito ꝙ camedreos,& ſiſeleos,& origanum de proprietate ſanant tympanitem. tu itaq; his vtere in puluere, aut confectione: aut in electuario: aut ſyru.

D E C O R R E C T I O N E accidentium ſcias ꝙ ſitis tolerantia in hac eſt conuenientiſſima medicina. tu tamen age vt de aſclite dictum eſt, pluraq; ibi ſcripta hic ſunt replicanda, quæ ſcio te tuo facili iudicio bene cognoſcere. ideo conſidera.

*De doloribus hypochondriorum.* Rubrica. XIII.

HYpochondrium locus ſub coſtis ſic dictus ab hypos quod eſt ſub.& condros coſta.cui loco dolores accidunt diuerſi, extenſiui, ſcilicet mordicatiui, ventoſi, & huiuſmodi. Quorum cauſa aliquando eſt ab hepate, quandoq; à diaphragmate, quandoq; à ſplene, quãdoq; ab hepate intrinſeco, quandoq; ab extrinſeco exiſtente in membris carnoſis quæ accidunt in coſtis,& non eſt tumor in eis.& quandoq; accidunt in febribus,& maxime in peſtilẽtialibus propter defectum virtutis, quia fit euaporatio abſq; reſolutione. fiunt quandoq; in criſibus natura expellente materiã ad illa loca. Credo ꝙ & fiãt vitio matricis à qua eleuatur ventoſitas illis coniuncta, & ego habui dominam ſic patiẽtem ob frigiditatem matricis. Item nota ꝙ aliquando dolor eſt paruus & aſcendẽs & materia declinat ad caput. Quòd ſi contingit tunc criſim expecta illic per fluxum ſanguinis narium aut aliter quomodolibet. Quòd ſi dolor deſcẽdit ad ſumen & ad inguina cum punctura, tunc criſim expecta per vrinam.

Si vero deſcendit ad alcatim & deorſum cum ſolutione ventris, iuxta illud Senis quarta Aphor. Quibuſcunque hypochondria ſuſpenſa fuerint. Et quandoq; tenduntur hypochondria, & myrach propter ſiccitatem ſequentem malitiam cõplexionis aut apoſtemata intrinſeca. Et tenſio quidem hypochondriorum multiplicatur in feb. peſtilentialibus. Auic.& cauſa dicta eſt. Sed hic nota ꝙ Auicen. hoc loco non poſuit ſigna quoniam manifeſta ſunt, neque poſuit curam, cum cura pendeat ex curis ſuarum cauſarũ. de quibus actum eſt ſuis rubricis. & tu require loca prognoſtica. quęre in fine capituli in Aphor.

D V B I A.

DVbitatur circa capitulum vtrum nutrimentũ viſcoſum noceat hepati. Quòd ſic Auicen. in litera. Quòd nõ. Ariſt.ij.problematum problem.ij. Itẽ frumentum laudatur ſuper hordeum, quia viſcoſitatẽ habet. Dicendum viſcoſitas in frumento eſt duplex, quędã multa quia ipſum eſt conglutinoſum,adhærẽs,oppilatiuũ, vt ea quæ in frumento cocto, & eſt hæc nociua hepati & alijs membris, quia oppilatiua ꝙ ſi cõceditur frumentũ à medicis illud eſt nõ habens viſcoſitatem ſicut eſt far. alia eſt viſcoſitas moderata vel temperata. quia vnũ granum alteri cõparatur, quia ſcilicet eſt magis aptum nutrire. & hoc per debitã præparationẽ artificialem. & hoc loco frumentum habet viſcoſitatem ſupra hordeum, cum ſcilicet decenter præparat. & hoc voluit Ari. allegato loco dum inquit. propter quod cibus qui eſt ex tritico magis conuenit corporibus & magis nutritiuus ꝙ q ex hordeo. & ſubdit, aut quia moderatã habet viſcoſitatẽ. oportet enim cibum habere hoc. cõglutinari enim & ſolidari corpori.

D V B I T A T V R vtrũ hepati ſupercalefacto poſſit ceruſſa conuenienter applicari etiã cum alijs infrigidãtibus appropriatis cum endiuia & hmõi. Quòd nõ: quia ipſa eſt groſſarũ partium & ſtyptica non potẽs penetrare. Item eſt venenoſa. Itẽ aromaticitatẽ non habet. vt ea quæ ſupra membra principalia poni debent. quarta primi. primo cap. Item à nullo authore ponitur. Oppoſitũ videtur ex quodam dicto Auic. ſcd'o canone de endiuia inquit.

aqua eius,& ceruſſa, & aceto eſt mirabile epithema in infrigidando eũ,cuius infrigidatio quæritur. De hac quæſtione reperiuntur duæ poſitiones cõtrariæ motæ ex adductis. Sed reſpondendo vt videtur. ponuntur iſtę cõcluſiones. Prima q̃ ſola non debet adminiſtrari, quoniam plus nocebit calefaciẽdo per accidens q̃ infrigidando per ſe. Secunda q̃ cũ alijs poterit iuuare quæ portabunt virtutẽ eius ad intra. Tertia q̃ melius eſt cum alijs aromaticis operari.conſidera.

DVBITATVR vtrum aqua hordei cõpetat in apoſtematibus hepatis. Quòd ſic arguitur, quia in cura oppilationum hepatis & apoſtematũ calidorum indigemus aperientibus,infrigidantibus,abſtergentibus,confortantibus.ſed aqua hordei eſt hmõi,vt de mala cõplexione hepatis Auic.ergo.Item Auic.de cura eius.Medicinæ cõuenientes hepati ſunt aqua endiuiæ,& aqua hordei. Itẽ Serapio.iiij.tract.ij.cap.illud ergo quod ꝯuenit regimen ſanum eſt aqua hordei. Itẽ Raſ.in diuiſionibus de cura apoſtematum calidorũ hepatis eſt contentus aqua hordei. Itẽ xiij.therapeu.cõcedit ptiſanam.ergo multo magis aquam hordei.idem Halyab. Oppoſitum Auicẽ.inquit de cura apoſtematis calidi ſanguinei.& aqua quidem hordei q̃uis abſtergat ſine mordicatiõe.tñ eſt dulcis,& dulce facit in-

Auicẽnę locus reſtitutus.

currere oppilationes. Ad queſtionẽ reſpondit Gent.q̃ litera eſt corrupta,& vult ſtare aqua mellis.ſic enim loquif Serap.alleg.loco.& Gal.xiij.therapeu.vt ſupra. Aliter q̃ aqua hordei eſt duplex.prima quæ fit ex hordeo excorticato,& aqua vſq; ad apertionẽ excluſiue. alia ex hordeo fracto decocto multum in modum ferculi. Prima compe-

Hordei aqua duplex.

tit,quia eſt infrigidatiua,abſterſiua, penetratiua. & de iſta non loquitur Auic. Secunda non competit,quia eſt dulcis nutritiua. vnde aduerte q̃ exhibita hæc quę ptiſana vocatur bis in die eſt multum cõueniens nutrimentum in caſu. Quantæ enim excellentiæ ſit ptiſana.vide primo regi.acutorum Hippo.& Gale.ſed ſi daretur loco potus quo multum indigent ſic patientes,& cũ multa eius quantitate oppilaret non cõuenit.nam eius dulcedo plus facit ad nutricationem ſic in die bis data q̃ facit ad oppilationem. eius contrarium contingeret ſi in multa daretur quantitate.

DVBITATVR an apoſtema factum in gibbo ſit deterius quàm factum in concauo aut econtra.quòd illud in concauo Galen.quinto de interioribus.ſeptimo capit.& phlegmones in concauo hepatis deteriores quàm ſi eſſent in gibbo. Oppoſitum Auicẽ. Dicendum q̃ alijs partibus ſi comparentur ratione eſſentiæ nullum eſt altero deterius,quia eſſentia eſt eadem. Sed ratione notabilitatis læſæ actionis ſic deterius eſt quod in gibbo,quoniam gibbus hepatis eſt pars nobilior. ratione vero accidentium quod eſt in gibbo, licet ſecundum quid accidentia concaui ſint deteriora per cõmunitatem ad ſtomachum. Nam apoſtema concaui lędit digeſtiuam,& ſtomachum, ſed gibbi lædit pectus, & ſpiritualia, modo abſolute deterius eſt nocumentum ſpiritualium. ſed nota q̃ raro accidit nocumentum in vna parte hepatis qui in paruo tẽpore alteri cõmunicetur per membrum eſſe vnum & non diuerſum vt eſt cerebrum.

DVBITATVR vtrum apoſtema pãniculi vel quod eſt in venis hepatis ſit prauioris feb. Auicen.prima quarti. de febribus apoſtematum inquit. febres quæ ſunt in membris carnoſis ſunt vehementiores, & earum quæ ſunt etiam in panniculis,& eorum ſimilibus,ſunt debiliores. Oppoſitũ Auic. Hic videtur q̃ feb. dicif maior aut minor dupliciter. vel rõne eſſentię,vel rõne accidentium. rõne eſſentię,quia calor putredinalis eſt maior vel minor. vnde in membris carnoſis calor putredinalis eſt maior quãtitatiue,quia in eis ſit aggregatio plurimæ materię, & citius putreſit ꝓpter caliditatẽ loci. Rõne vero accidentium,quæ ſunt in panniculis prauiores ſunt,vt notum eſt. & ſic tollitur apparẽs cõtradictio hic. & in prima quarti.

DVBITATVR an fluxus ventris in apoſtemate hepatis ſit mortalis.q̃ non,quia fluxus in apoſtemate lateris, quia in pleuriſi non eſt mortalis ſed bonus. Auicen. decima tertij.de ſignis malis & bonis in pleuriſi.ergo cõſequentia videtur tenere ex ſimilitudine. Item talis diminuit materiam apoſtematis.ergo. Oppoſitũ Auicẽ.hic.

Rñdetur q̃ talis fluxus aut accidit ab extrinſeco, vt corruptione ciborum. & hic non vituperatur vituperio magno. Aut ex cauſa intrinſeca, & tunc aut eſt in principio aut in proceſſu.ſi in principio ponif concluſio hęc.Quòd veniens in principio propter exuberationem materiæ eſt malus, & mortalis.patet,quia ſignificat naturam ſuccumbere, materia exiſtente multa. Secunda q̃ veniens propter fortitudinem naturæ laudabilis eſt ſaltem per viam cauſæ quia alleuiat. Tertia q̃ factus in proceſſu citrinus poſt ſigna digeſtionis eſt bonus. Quarta q̃ factus completa debilitate hepatis eſt mortalis. Auicen. autem intellexit de primo in prima concluſione. Ad rationes patet ſolutio intelligenti.

DVBITATVR. Vtrum in apoſtematibus calidis hepatis ſtypticiora competãt q̃ in apoſtematibus calidis ſtomachi.q̃ ſic arguitur,quia quanto membrum eſt nobilius,tanto magis defendi debet q̃ in eo apoſtema nõ generetur, ſed prohibitio apoſtematum fit cum approximatione ſtypticorum. ergo.patet cõſequentia cum antecedente intelligenti.Et confirmaf,quia hepar eſt ab ore magis diſtans,& ratione ſitus debẽtur ſibi fortiora iuxta cañ. Auic.quarta primi.j.cap.ergo.Item maiori indiget confortatione cum ſit membrũ magis nobile q̃ ſtomachus. ſed illud fit cum magis ſtypticis.ergo. Oppoſitum Aui. decimatertia tertij. tracta.iiij.cap.j.Et ſumitur ratio talis ex Auic.quoniam ex magis ſtypticis hepatis apoſtemati approximatis grande & maius nocumẽtum expectamus; non ſic de ſtomacho. Nam primo hepar velocius correſpõdet duritiei. & eſt modus loquẽdi Aui.& ſtyptica to-

Mos loquendi Auicennæ.

cunẽdo indurant. ſtomachus vero nõ ſic velociter correſpondet duritiæ, quoniam eſt neruoſus,carnoſus in quo materia non ſic apta eſt profundari. Item ad hoc facit, quia ab hepate educi debent ſuperfluitates, vt cholericæ ad inteſtina, & melancholicæ ad ſplenem quæ per talia ſtyptica retinentur, & augmentarẽt apoſtema. ideo Auic. xiij. tertij. de cura apoſtematis calidi ſanguinei ꝓhibet granata dulcia,& Gal.xiij.therapeu.licet Raſ.in diuiſionibus concedat. quæ contradictio tollitur per hoc q̃ Auicẽ.intellexit pura, ſed alteri mixta non negaſſet.conſidera. Ex quibus patet ſolutio ad argumenta. nam plus nocetur hepar per indurationẽ quæ ſequitur talium applicationem, & augmentum maius in apoſtemate q̃ iuuamẽtum quod ſequitur ex repulſa. conſidera. Ad ſecundum q̃ licet ita eſſet ratione ſitus ſaltem de his quæ per os ingrediuntur,tamen debent eſſe admixta reſolutiuis. Ad tertium neganda eſt conſequentia.conſidera.

DVBITATVR. Vtrum in apoſtemate ſanguineo competat phlebotomia pedis magis quàm bracchij. q̃ magis pedis arguitur, quoniam per ipſam fit maior diuerſio.& tractio materiæ ad membra ignobiliora. ergo: Cõfirmatur.inquit Auic.intentio in hac phlebotomia eſt diuerſio,ſed diuerſio & repulſio melius fit per hanc q̃ per illam bracchij.ergo. Præterea.Quoniã inqt Auic.quarta primi.de phlebotomia.nã non oportet vt in duas diametros ꝓlongationẽ facias, ſed in phlebotomando bracchiũ hoc fit,nõ ſic ſi ex pede.ergo.Nã in eo quę eſt ex bracchio eſt primo diametri latitudinalis quæ eſt ſcḋm bracchiũ & lõgitudinalis.nã baſilica ramificatur à vena aſcẽdente iuxta furculã.erit ergo diametri longitudinalis furcula ad hepar.In phlebotomia vero pedis ſolũ longitudinalis. Item ſanguis cum ſit quid graue facilius ad inferiora deſcendit.

Oppoſitũ Auic.allegato cap.inquit.phlebotoma ſi tibi poſſibile eſt ex baſilica.et ſi nõ,ex nigra.& ſi nõ,ex cephalica.Ad

lica. Ad argumenta patet ſolutio intelligenti. nam baſilica directius hepar reſpicit quàm ſaphena. Item ſic baſilicam phlebotomando ad intentionem fit per vnam diametrum tantum. conſidera.

DVBITATVR. Vtrũ cachexia præcedat oẽm ſpeciem hydropiſis. Quòd non, quia in aſclite & tympanite materia nõ expandit̃ ad totũ ſed ſolum in hypoſarca, ergo. Oppoſitum videtur ſentire Aui. qui abſolute dicit antecedens hydropem. Reſponſio ſumitur ex hac diſtinctione, quoniã aut hydrops ſubito fit ſicut accidit to apoſtematibus magnis aut febribus aut ruptura quarundam viarum vrinæ, vt colligitur ex mente Auic. de aſclite. aut ſucceſsiue, & paulatine. ꝙ ſi fit ſubito non neceſſario præcedit hydropem, quia ſubito earum cauſa aggregat̃ in loco vacuo ventris, vt ſupra. Quòd ſi paulatine nũc dicitur ipſam neceſſario præcedere hydropem, & cauſa qm̃ tunc adeſt cachexia qñ adſunt ſuę cauſæ, ſed in principio hydropis adſunt ſuæ cauſæ. ergo. De hypoſarca non eſt dubium vt ex earum deſcriptionibus. de tympanite & aſclite declaratur. Nã cum hæ ægritudines incipiunt virtus hepatis non ſic debilis quin ſanguinem malum quem generet ad membra pellat, & quia virtus hepatis & membrorũ debilis eſt remanet ibi non cõuerſus, ſed mollificans, laxans, & tumorem inducens, & ſic facit cachexiam. & per hoc ſoluitur ad rationem in contrarium. Dixit Dyous hic ꝙ cachexia pręcedit omnẽ hydropẽ, quia in ea ſemper eſt debilitas digeſtionis quæ cum eſt in hepate ſolum, tunc aqua generatur, & aſclites cõſequenter. Cum in digeſtiua membrorum eſt debilitas cum hoc generatur hypoſarca, cum in ſtomacho tympanites. conſidera. Et pro clariori doctrina eorũ quæ dicta ſunt de hydrope. hic in ſumma recolligendo ſcito ꝙ cum adeſt debilitas digeſtiuæ hepatis & cõmunicatur ei debilitas digeſtionis primæ, ꝙ tũc cauſatur tympanites, quoniã cibus ex defectu digeſtiuæ ſtomachi eſt aptus euaporare, & in ventum conuerti. Si vero adeſt digeſtiuæ hepatis debilitas, & ei cõicatur debilitas digeſtiuæ tertiæ, quia membrorum generatur hypoſarca, quoniam materia phlegmatica cõgregatur circa illa, quia virtus digeſtiua membrorum debilitata agens in nutrimentum ſibi vnitum ipſum in materiam phlegmaticam cõuertit, & in aquoſam. Quãdo vero digeſtiua hepatis ſolum debilitatur tunc fit aſclites. nam tunc acquirit nutrimentum aptitudinem vt conuertatur in aquam & congregata in ventrem mittitur, & aſclitem cauſat.

DVBITATVR quæ ſpecies eſt deterior. Et videtur ꝙ hypoſarca, quoniam eſt morbus magis cõmunis lædens nutritiuam omnium membrorum in quã omnes ordinantur operationes naturales. Quòd autẽ tympanites arguitur, quoniã illa eſt ſpecies deterior, cuius materia magis diſtat ab humoris naturalitate. hæc autẽ eſt uentoſitas. & confirmatur authoritate Theodori Priſciani libro .v. vbi dixit. Malignior enim hydropiſis eſt tympanites. & tertio colleget. primo cap. & quia hepar vbi de tympanite dixit. & hæc ſpecies eſt difficilior ad curandum. Oppoſitum vult Auic. ponens aſclitem eſſe deteriorem tympanite. Poſtea hypoſarcam. Et probatur ratione quoniam illa eſt deterior quę à deterioribus cauſis prouenit & cum peioribus accidentibus talis eſt aſclites. ergo. probatur minor quia cum vehementiori ſiti grauedine & accidentibus ſuffocationis & ſyncopis propter aquam replentem concauitatem ventris. & aliquando ad ſpiritualia reſudantem, & propter aſcenſum corruptorũ vaporum ad membra. & ſic apparet ꝙ cum deterioribus accidentibus peruenit. Sed ꝙ à cauſis deterioribus proueniat probat̃, quoniam vtplurimũ ex apoſtematibus hepatis aut malignis febribus aut alijs cauſis maxime debilitantibus. Nam cauſa cõiuncta vt eſt debilitas hepatis eſt à frigiditate & nunquam à caliditate, niſi pro quanto caliditas ſi ab ea prouenit frigiditate in hepate producit per viam retentionis & extinctionis caliditatis hepatis. vnde cum dicitur aſclites fit à caliditate verum eſt mediate. immediate vero à frigiditate. ventoſitas vero quæ fit in tympanite non à tanta prouenit frigiditate, ſed à calido diminuto euaporante. Sed dubitatur quæ facit hypoſarcã adhuc eſt minor iſtis, quia generatur phlegma crudum, minor itaq; eſt frigiditas hepatis quæ generat phlegma crudum quàm ventum vel aquoſitatem. Quòd autem etiam per viam curationis hypoſarca ſit minus mala, probatur, quoniam materia eſt magis ſparſa apta magis per ſolutiuũ reduci quàm illa quæ eſt in ventre clauſa, etiam quia ſparſa minus lædit quàm ipſa ſit in vnum coarthata, & hæc cõcluſio tenetur quaſi ab omnibus authoribus noſtris. ꝙ ſi quis dicta Auer. bene conſiderabit, videbit ipſum huic quæſtioni non aduerſari, ſed cum Auicen. & alijs conuenire. Nam cum dixit, & hæc ſpecies magis videtur loqui de aſclite quàm de tympanite, conſidera. Vnde in ſumma pronuntiandum ꝙ deterior ſpecies eſt aſclites quàm tympanites, vt voluit ordo Auicẽ. in litera. Ad rationes, ad primam dicitur ꝙ extenſiue deterior eſt hypoſarca, ſed non intenſiue ſicut feb. ephemera extenſiue eſt deterior quàm ſquinantia, aut phreneſis, aut ſolutio continuitatis, hæc tamen intenſiue deteriora, vt patet. Ad ſecundũ negetur aſſumptum. & cauſa patet ex dictis. ad authoritatem dici poteſt ꝙ tympanites eſt malignior reſpectu euacuationis materiæ fiendæ, quoniam in alijs ſpeciebus materia peccans melius ac facilius euacuatur, conſidera. Quidam hanc difficultatem hoc modo denotauit dicens quòd aſclites eſt deterior tympanite reſpectu cauſæ antecedentis in hepate, quæ cauſa eſt oppilatio ad quam ſequitur ſupercalefactio in hepate ex præſentia choleræ groſſæ quæ propter oppilationem ad loca debita tranſmitti non potuit, vnde inſurgunt duæ intentiones contrariæ immediate. Prima vt vtatur calidis aperitiuis propter oppilationem. Secunda vt vtatur frigidis propter inflammationem, & hic eſt grauius, & difficilius quàm in cura vti frigidis tantum aut calidis tantum. Si vero aſclites conſideratur quantum ad cauſam coniunctam tantum quæ eſt aquoſitas, tunc ponitur concluſio ꝙ ipſa eſt facilis curæ maxime quando eius cura intenditur cum reſolutiuis euacuatiuis &c. quia tunc non ſunt intentiones contrariæ, ſed cum ſimplicibus tantum procedimus, vt cum calidis tantum. In tympanite vero etiam intentiones reperiuntur contrariæ, nam ratione cauſæ coniunctæ tympanites eſt deterior. præterea quia in tympanite. vt ſupra eſt ventoſitas mixta cum humiditate, contra quam humiditatem ſi cum reſolutiuis procedemus, quæ calida ſint agendo in ipſam humiditatem mixtam vẽtoſitati eam in vaporem & ventum conuertent, & ſic augebitur morbus. ſi vero frigidis aut remiſſe calidis, tunc non reſoluetur vnquam ventoſitas. Si vero ſcd'm cauſam antecedentem conſiderabitur quæ eſt mala ſtomachi digeſtio, tunc cura facilis erit, cum ad ſolam ſtomachi confortationem medicus laborabit nullo ei contradicente. Et ex his verbis tollunt contradictionem apparentẽ inter antiquos, quoniam aliqui enuntiauerunt aſclitem deteriorem, aliqui vero tympanitem. dicit ergo. qui dicunt aſclitem deteriorem, intellexerunt quo ad cauſam coniunctam, & hæc omnia reſpectu curationis fiendæ. & ex iſtis infero ſm hunc virum ꝙ abſolute reſponderi poteſt quærenti quæ abſolute eſt deterior an aſclites, an tympanites, ſed ſecundum primum modum poſitum ſic, tu itaq; conſidera.

DVBITATVR de lacte vtrum in aſclite competat ꝙ non quoniam frigidum eſt, & aquoſum, vnde ſic videtur augere materiã aſclitis. Oppoſitum. Auic. inquit, & non reſpicias ad illud quod dicit̃ in ipſo ex hoc ꝙ decipiuntur ſophiſtæ, & dicitur ꝙ natura lactis eſt contraria hydropiſi, immo ſcias ꝙ hoc medicamen eſt iuuatiuũ per illud quod eſt in eo de abſterſione, & eſt cõueniens per id

quod eſt in eo de proprietate. Et infra, immo ſciās ꝙ hoc lac eſt vehementis iuuamenti. Propter hoc nota ꝙ lac camellarum, & caprarū, & proprie arabicarum, & impinguatarū eſt maxime conueniens, vt ponit ipſe Auic. & eſt aſsignata ratio. vnde licet q̄nq; medicina ſit cōtraria rōne qualitatis ſuæ, tamen confert plus proprietate q̄ qualitate læ dat ſicut endiuia in diſpoſitionibus hepatis, & ſcamonea in calidis, ſic de lacte dicendum, & ſic ſoluitur ad motiuum ſophiſticorū. & Auic. in hoc tm̄ proceſsit vt auſus ſit dicere, ꝙ ſi homo ipſo aſsidue vteretur loco aquæ & cibi ſanaretur per ipſum. & ſubdit ꝙ iam expertū fuit in quibuſdam qui peruenerint ad terras arabum, & perduxit eos neceſsitas ad illud, & ſanati ſunt. Ego autem vſq; modo non inueni modernos neq; in multis antiquis legi ꝙ hoc modo curæ proceſſerint, fortaſſe lac illud dictū proprietatem reſpicit ex mutato quā non reſpicit lac noſtrū, itaq; ego non eſſem auſus date in tanta quantitate propter infamiam quam incurrere dubitarem ſicut huiuſmodi rei nō expers. conſidera Auic. magnam notam facit de eo, tu ibi recurre. De bezel remedio præſumptuoſorum ad præſens tibi nihil oſi vt cum Cōciliatore noſtro te conſules, cuius ſententiam ſupra ſcripſi de aſcite.

APHORISMI.

*De Hepate, ac eius dolore.*

Ex. vij. Sectione. lij, Aphor.

Quicunq; hepar circumdolent, ijs febris ſuperueniens ſoluit dolorem.

*De apoſtematibus hepatis, & ſolutione continui.*

Ex. v. Sectione. lviij. Aphor.

Recto inteſtino, aut vtero inflammationē patiente, vrinæ ſtillicidium accidit, & renibus purulentis vrinæ aduenit ſtillicidium, Hepati autem inflammationem patienti ſingultus aduenit.

Ex. vj. Sect. xviij. Aphor.

Veſica diſciſſa, aut cerebro, aut corde, aut ſepto trāſuerſo, aut aliquo ex tenuioribus inteſtinis, aut vētriculo, aut iecore, letale eſt.

Ex. vij. Sect. xlvj. Aphor.

Quorum hepar ſuppuratum aduritur, ſi pus purum fluxerit, & album, euadunt, in tunica enim ijs pus cōtinetur, ſi vero qualis amurca fluat, pereunt.

*De Hydrope.*

Ex. iij. Sect. xxij. Aphor.

Autumno vero, & plurimi æſtiui morbi fiūt, & febres quartanæ, & erraticæ, & lienes, aquæ, inter cutem, &c.

Ex. vj. Sect. viij. Aphor.

Aqua intercute laborantibus, vlcera in corpore facta, difficulter ſanantur.

xiiij. Aphor.

Ab aqua intercute habito, ſi aqua per uenas in uentrem defluxerit, ſoluitur morbus.

xxvij. Aphor.

Quicunq; ſuppurati, aut aquam inter cutem patientes vruntur, aut ſecantur, ſi pus aut aqua uniuerſim effluxerit, omnes moriuntur.

xxxv. Aphor.

Aqua intercute laborantibus, tuſsis ſuperueniēs malū.

xliij. Aphor.

Quicunq; lienoſi difficultate inteſtinorum capiuntur, ijs ſuperueniente longa difficultate inteſtinorū, aqua intercus, aut leuitas inteſtinorum aduenit, & moriuntur.

Ex. vij. Sect. v. Aphor.

A furore difficultas inteſtinorū, vel aqua intercus, vel mentis alienatio, bonum.

xlviij. Aphor.

Aqua intercute laborans, ſi à tuſsi habeatur, deſperatus eſt.

lvj. Aphor.

Quibus hepar aqua plenum in omentum eruperit, ijs uenter aqua repletur, & moriuntur.

*De Hypochondrijs.*

Ex. iiij. Sect. lxiiij. Aphor.

Quibus in febribus morbus regius ſeptimo, vel nono, uel undecimo, uel quartodecimo ſuperuenerit, bonum, niſi dextrum * ilium obduruerit, ſi vero non non bonum.

* ὑποχόνδριον idest hypochōdrium [illegible] in verſiōe Leoniceni obſeruandum.

lxxiij. Aphor.

Quibus ilia ſuſpenſa murmurantia, lumborum dolore ſuperueniente, ijs alui humectātur, niſi flatus erumpant, aut vrinæ multitudo proueniat, hæc vero in febribus.

Ex. v. Sect. lxiij. Aphor.

Lac dare caput dolentibus malum, malum uero, & febricitantibus, & quibus ilia ſuſpenſa murmurant, &c.

Ex. vj. Sect. xl. Aphor.

Quibus dolor circa ilium fit abſq; inflammatione, his febris ſuperueniens, morbum ſoluit.

## De diſpoſitionibus fellis, & ſplenis. Continens Rubricas. ix. Capitulum. XV.

*De deſcriptione, complexione, & anatomia tam fellis, quàm ſplenis.* Rubrica. I.

FEl eſt chyſtis ſiue veſicula quædam figuræ oblongæ cum quadam rotunditate ex tunica vna neruoſa & collo vno contexta in cōcauo hepatis, & in media pēnula eius ad latus ſtomachi collocata in receptaculum choleræ, & in euigilatione expulſiuæ inteſtinorum finaliter ordinata, ex qua declaratione pro parte ſui magna apparet ipſius chyſtis fellis anatomia. chyſtis Græce, Latine veſica. ſed vt tibi magis ſatisfaciā, aduerte ꝙ licet dicā collo vno, nihilominus hoc collū colla ſeu ramos habet. Hoc itaq; collū initiū habet in medio hepatis & ortū, nā cum in medio hepatis cōpleatur digeſtio humorū conueniens fuit vt ibi eſſet ꝙ colligeret ſuperfluitatē à qua ſanguis depurat̄ tempore cōpletæ digeſtionis, & maxime locus ſuperfluitatis, quæ eſt multa apta ſtimulare virtutē & ſanguinē inficere, quod dico ꝓpter ſplenē. ſed tu diceres, quare & ſplen ibi nō collocatus fuit. Credo dicendum ꝙ hoc non fecit natura, qm̄ materia melancholica debuit eſſe multæ quātitatis, & pro ſui receptaculo indigebat membro magno quod cum hepate ſtare non potuiſſet vt chyſtis fellis q̄ paruiſsima eſt hepar non grauās. & ex iſtis apparet quomodo collū chyſtis in medio hepatis ortū recipit cholerā ab hepate. Deinde iſtud collū extendit̄ ad certā diſtantiā ſic vnum & poſtea bifurcatur, & vnus ramus penetrat in medium hepatis uel ab eo orit̄, per quē ramū collum magnā partē choleræ ab hepate recipit, & tandem veſica ipſa. Alter vero ramus deſcendit ad duodenum, & hic bifurcatur in ramum paruū & magnū. paruus vadit ad fundum ſtomachi portans cholerā inter duas tunicas ad cōfortandū digeſtionē. Magnus vero vadit ad inteſtinum duodenum portans magnam partē choleræ vt euigilet expulſiuā inteſtinorum. Nota tamē hoc ꝙ eſt verum vt in pluribus, & raro in paucioribus. Nā aliquando reperit̄ ecōtra ſicut in illo qui erat phlegmaticus, & euomebat cholerā omni die, vt. ij. techni. & quod dictū eſt, habet ꝑcipue locū in animalibus rationalibus, in viuentibus autē ex rapto vel de rapina eſt econtra, quoniā oportuit adiuuare multum digeſtionē in eis cū ex carnibus crudis viuant, quapropter fæces in eis albæ ſunt, & in hominibus citrinæ. ex qbus omnibus collige primo deſcriptionem fellis, ſecundo cōplexionem, tertio anatomiā. & quoniā dux noſter cōiunctim cauſas ponit oppilationum chyſtis, & ſplenis, quæ oppilationes præcipue ſunt malæ diſpoſitionis ipſius chyſtis factiuæ. hic ego ipſum ſequens poſt declarationem fellis ponam declarationem ſplenis,

deinde

deinde ſuo loco de diſpoſitione fellis pertractabo.

ANATOMIA SPLENIS Vnde ſplen eſt membrum rarum, ſpongioſum, quadrangulare, ſiue loogum, multum arterioſum, & venoſum, panniculis ſubtiliſſimis à ſyphac ortis inuolutum, in ſiniſtro latere collocatum, cum parte eius concaua ſtomacho adhærens & cum connexa dorſo & ſyphac alligatum, in receptaculum melancholiæ à natura finaliter ordinatum. Et dicitur rarum vt facile ſuſcipiat ægritudines melancholicas quæ ipſum ingrediuntur. Aui. Quadrangularem propter figuram ſtomachi, cuius cõcauitatem circunſtantem in parte ſiniſtra habet ſplen implere multum arterioſum, vt in parte ſiniſtra ſtomachus ab his arterijs multum caleſieret. Item vt ſanguis groſſus qui nutritiuus eſt ſplenis ſubtilietur, & digeratur, & venoſum quoniam plenus eſt venis per quas colligãtiam habet cum multis membris, vt cum hepate, ſtomacho, meſenterio, & zirbo. debet enim recipere ſanguinem melancholicum cuius venæ ſunt loca. Nam à vena concaua hepatis peruenit vena magna ad ſplenem à qua deſcendit vnus ramus in medio tranſitus eius inferius ad nutriendum meſenterion, & portans ſanguinem aquoſiorem & humidiorem. primo quando iſta vena approximat ſpleni. vnus ramus ramificatur ab ea qui vadit ad nutriendũ partem inferiorem ſiniſtram ſtomachi, poſtea vero peruenit ad ſplenem & concauitatẽ eius, & ramificatur in duos ramos. ſ. inferiorem & ſuperiorem. inferior deſcendit inferius ad nutriendum zirbum quantum ad partem ſiniſtrã. Superior vero tranſiens per concauitatem ſplenis ramificatur in duos, quorũ primus peruenit ad partem ſuperiorem ſiniſtram nutriendum. Alter vero circa orificiũ peruenit ſtomachi ad portandum melancholiam quæ ꝓmul gedo profluit ad os ſtomachi vt incitet appetitum. Item recipit melancholiam ab hepate mediante collo continuato cum concauitate hepatis vbi cõtinuatur collum fellis, & expellit ipſam cum collo orto ex interiore eius cætera clara ſunt. ex quibus apparet deſcriptio, anatomia, & complexio, quæ complexio, & ſi ponatur calida reſpectu cutis, tamen merito componentium, quia arteriarum venarum & panniculorum frigida eſt, & ſicca. Et ex his colligitur primo, cauſa quare accidũt lepra, morphea, cancer, varices, elephantia, & huiuſmodi. ægritudines melancholicæ in corpore humano. hæc contingunt defectu ſplenis non mũdificantis hepar ab humore melancholico ad quẽ attrahendũ, & ex cõſequenti hepar ipſum mundificandũ à natura finaliter eſt ordinatum. Apparet ſecundo, quare apoſtematur ſplen. nam eius virtute expulſiua debili exiſtente retinetur melancholia ipſa quam ad ſe expellere debuiſſet, & mittere ad os ſtomachi, & ad alia loca, quæ collecta tandem in apoſtema conuertitur.

Apparet tertio, quare quandoq; augeẽ ſanies, quia plus in quantitate de melancholia per venam dictam ad os ſtomachi trammittitur ꝗ̃ cõſueuit hoc dicto cum non ſuperfluit, nam cum ſuperfluit ſua grauitate tendit deorſum ad inteſtina, & inducit excoriationẽ, & præcipue quando eſt aceroſa, propterea nota quare dyſenteria ſi à felle nigro inchoauit, mortale, apho. quarta. Apparet quarto q̃re ingroſſatio ſplenis eſt cauſa arefactiõis corporalis, nam ſic inducit aſclitem, vt ſupra de cauſis aſclitis. Et ſcito ꝙ euacuatio melancholicæ abſq; feb. ſignificat debilitatem contentiuæ eius, & fortitudinem expulſiuæ, & cum multiplicatur eius retentio eſt ecõtra. Aui. & conſequens de diſpoſitionibus fellis, vt ſupra præmiſſum eſt, dico ꝙ licet fel pati poſſit malã complexionem, malam compoſitionẽ, ſolutionem continuitatis, & apoſtema, quãuis raro fiat in eo apoſtema, nihilominus Aui. de cura horum mentionẽ nõ fecit, volens vt ꝙ notitia iam data de diſpoſitionibus hepatis innoteſcat nobis modus procedendi in cura harũ diſpoſitionum iam dictarum. Si contingeret fel ipſum aliquam ex ipſis aliquo modo pati, cum in modo curæ à cura diſpoſitionum hepatis non differant, ſed ſecus de ſplene vt infra, quam etiam doctrinam cæteri ſeruauerunt. procedit nãq; Aui. immediate ad practicandum de ipſa icteritia, & primo de citrina quæ accidit ex cauſis cõtingentibus, etiam ipſo felle, vt ſtatum infra apparebit.

## De icteritia citrina. Rubrica. II.

ICteritia citrina eſt alteratio corporis fæda ad citrinitatem tendens propter curſum humoris citrini ad cutem, & quæ ſequuntur ipſam ſine putredine. Et dicitẽ icteritia ab aue viridem habente colorem quæ gibbus dicitur, ab aliquibus pendiluca. ſuſpendit enim nidum ingenioſe ſub nuce, & modo icteris. dicta. iuxta illud. Carpe viator iter ſub arbore concinit icter. hæc conciliator: differentia. lxxviij. Dicitur fœda &c. vt quidam quoniam, & ſi flegma ſic ad cutem propelleretur, vt cholera ipſa non defedaretur corpus colore fœdo. Vnde hic ſoluitur problema quare non reperitur icteritia alba proueniens ex tertio humore. ſ. a phlegmate ſicut a melancholia, & cholera, cũ ad cutem nõ ſit minus ꝓpellibile ꝗ̃ melãcholia. Vnde notandum ꝙ phlegma naturale tranſit cum ſanguine & ab eo non ſeparatur, ꝙ ſi contingeret eum ſeparari, ipſum tamen nõ poſſet ſine eo per totum corpus expandi propter eius groſſitiem, & viſcoſitatẽ. & hoc dico in multa quantitate. nam in pauca poteſt defedare cutem in morphea alba quæ accidit vitio tertiæ digeſtionis, & icteritia ſecundæ. Et ſi contingat phlema ſuperexcreſcere & cum ſanguine mitti ad totum, tunc reddit corpus pallidum & plumbei coloris. Quòd ſi hic color non ſit naturalis tamen fœdus dici non debet, vt eſt color ictericorũ, cũ nõ ſit à naturali multũ diſtans, ut ictericorũ, ꝓp quod nõ cauſabit icteritiam, qa nõ cauſabit colorẽ fœdũ ad intellectũ datũ. Q. ſi quis proteruus vellet tandem hoc concedere habet ponere icteritiæ ſpecies quatuor, videlicet citrinam, nigram viridem, quæ ex commixtione vtriuſq; ſit humoris, & albam, quæ res ab authoribus non eſt inuenta. Nam ſolum tres icteritię ſpecies album omnino ſubticentes. Dicitẽ ad citrinitatem ad differentiam nigrę, de qua poſt dicetur, ſine putredine ad declarandũ ꝙ de ratione choleræ ſic ſparſæ non eſt cauſare febrem. Quòd ſi contingat ipſam putrefieri faciet tertianam. Aui. Sed forte dicet aliquis contingit tertianam continuam terminari per icteritiam, vt patet, & tamen ad cutem erit pulſa talis cholera iam actu putrida. ergo. Pro iſto itaq; notandum ꝙ icteritia ab alijs differt, quoniam in icteritia non critica cholera admiſcetur ſanguini, vt infra, & non ſolum ad partes cutaneas propellitur, vt i critica, ſed ad maſculos & ad partes alias carneas ſub cute exiſtentes & intrinſecas: quapropter neceſſarium aſt ſi putrefieret ꝙ febrem generaret tertianam. In critica vero cholera non eſt ſanguini admixta ſed ab eo ſeparata, expulſiua ad partes cutis exteriores, propter qđ accidit, vt ex eius diſtantia à corde febrem nõ cauſet, quare diffinitionem de non critica ab Aui. datam eſſe intelligas.

CAVSÆ. de cauſis icteritiæ citrinæ, dicendum ꝙ licet duo ſint membra à quorum nocumento accidat icteritia principaliter, hepar. ſ. & fel, tamen quia ſermo in præſenti eſt de citrina ſolum, ideo de ipſa prius, quõ. ſ. à nocumento hepatis proueniat. Ab hepate quidem, quia à mala complexione eius calida valde, Aut malitia cõpoſitionis eius. Aut debilitate virtutis ſequeſtratiuæ, & expulſiuæ eiuſdem. A mala quidem cõplexione vt cum ſuperflue caleſit à rebus ſupercalefaciẽtibus ipſum, aut propter apoſtema eius calidum, aut ex vſu rerũ calidarum cuiuſmodi ſunt dulcia, pinguia, vina potentia, aromatica, & huiuſmodi apta in choleram faciliter tranſmutari, aut exercitium forte, ꝓpter quod ſucceſſit priuatio ſudoris, & reſpirationis, & phlebotomię propter quod in eo incenſus eſt ſanguis, & in venis & totus qui in choleram mutatus ipſa ſic ſuperfluente corpus totum defœdat, & icteritiã cauſat, &

tunc

ἴκτερος græcis, latinis bilis effuſio, arquatum regium arquatur, tũ Aurigo recentioribus autẽ icteritia nominatum.

tunc dicunt vulgares ꝙ talis eſt ſupercalefactus, nam ſanguis ex multo calore conuertitur in choleram ſaltem ſm̃ eius partem ſubtilem & vnctuoſam. Idem contingit ex ſtatione in balneo calido multum, conſimiliter contingere poteſt ex ſtatione ſub ſole, & tu conſidera, & hic per ſe agunt. Dico de per ſe q̄m de per accidens frigiditas hoc facere poſſet conſtipando poros, & fortificādo calorem ad intra, ita vt ſequatur eorum cognitio, & ſupercalefactio, quare cum cōmouentur venti ſeptētrionales in æſtate frigida icteritis cauſatur. vt Aui. Conſimiliter ſi ꝓpter frigiditatem ſudor retineatur conſuetus, nam materia ſudoris ob caliditatem intrinſecam, ſic per frigiditatem retentam in materiā cholericam cōuertiť, & facile cum ſit ꝓna ad hæc cum ſit aquoſitas ſanguinis cui pus cholericū admixtum eſt ſecundo canonis. Et dictum eſt principaliter, q̄m ēt vt declaratum eſt à toto contingere pōt ſanguine ſupcalefacto in toto per modos qui iā expreſſi ſunt. Item ex morſu animaliū venenoſorum, vt eſt tyrus, ueſpa groſſa, & ſic de alijs. Nam à caliditate veneni ſupercaleſit valde, ita vt etiā ſanguis totus corrumpatur, & ad materiam choleræ deducitur, & ſparſus icteritiam cauſat. Idē operantur medicinæ venenoſæ bibitæ, vt fel leopardi, & viperarum, & maxime cū ſunt tales ꝙ non interficiūt. Nam venenum ſm̃ plurimū apparet ſubito. Accidit itaq; ex ſupercalefactione hepatis choleram multiplicari, & ſua multitudine ſanguine ſuperuincēte ſic corpus defœdare, ad cuius ēt multiplicationem maxime operať materia multum chiloſa ad ipſum ſic calefactum tranſmiſſa, apta. ſ. in choleram ēt ipſam conuerti. Item contingit ſanguinem hæmorrhoidalem, aut menſtruorū retentum regurgitare ad hepar & ipſum diſtemperare ad calidū, vnde in eo ſequiť ebulitio, & eius quidē tranſmiſſio eſt in choleram conuerſio. quare. Item & ſupercaleſit hepar facta nimia euacuatione ſanguinis iuxta illud quarta primi, de phlebotomia. Caue ne ægrum ad alterū. Ex quibus oīb us patere poteſt q̄ño etiam in febribus & maxime cholericis cōtingere poteſt icteritia, quæ aliq̄n apparet in febribus ante ſeptimū, q̄nq; in ſeptimo, & tu quarta apho. A mala autē compoſitione q̄m ex oppilatione cōtingente in meatu per quem cholera ab hepate mittitur ad fel ſeu chyſtim, aut ex oppilatione contingēte in ſubſtātia eius ante dictum meatum, vt ex apoſtemate, vel alia cauſa, aut ex oppilatione exiſtente in vijs, quia in venis quæ ſunt inter hepar & corpus ipſum, vnde contingit ꝙ ſubtile cholericum tranſit, & non groſſum ſanguineū, et ſic corpus defœdatur in colore multa cholera, ſua ſubtilitate tranſeunte cum pauco ſanguine.

A debilitate vero virtutis, q̄m virtus ſequeſtratiua ē debilis, & expulſiua ſimiliter, quare cholera in hepate generata in eo remanet & ipſum diſcraſiat ad calidum, vñ ſanguis primo multum à cholera inficitur, deinde hepatis caliditate ſuperflua ipſius ſanguinis pars magna in cholerā conuertitur, vt ſupra quare accidit icteritis. Et ſi quærať quare in diſpoſitionibus hepatis non pertractatum eſt de icteritia cū ab ipſo vel cauſa eius frequēter veniat. Dicendum primo ꝙ hoc ideo Auic. & cæteri quos ſecutus ſum fecerunt vt eſſent breuiloqui, nec vt de re ipſa in aliquo loco imperfectē ſcriberent, cum autē icteritia ſit magis propria felli, q̄ hepati, vt Halyabas ex cauſa eius vt frequentius eueniens tardauerunt vſq; ad locum de diſpoſitionibus fellis pertractare de ea vt cōpletius de ipſa & inſimul, & non ſparſa haberetur notitia.

Secundum membrum eſt fel quod & pati poteſt malā complexionē, malam cōpoſitionem, & virtutis fortitudinem, & debilitatē. Calefieri enim pōt à cauſis conſimilibus quibus hepar & ſua caliditate cholera ipſa ignita poteſt & ſanguinem ignire, hepar calefacere, & cætera quæ poſſunt eſſe cauſæ icteritiæ, vt ſupra. Item pōt pati apoſtema calidum, quod eſt raro. Malam cōpoſitionem quia oppilationem. ſ. aut in collo cōmuni, aut in meatu qui eſt ad duodenum, & ad inteſtina, aut in meatu qui eſt ad ſtomachum, aut in vtroq; ſimul, & ſigna diſtinctiua ponentur. Accidit & q̄nq; oppilatio in meatu ad inteſtina ꝓpter phlegma viſcoſum exiſtens in inteſtinis ante faciem ipſius meatus ſicut in colica frequenter, in quo & accidit ut exiſtimo ex forti dolore hepar & choleram inflāmante.

Accidit & q̄nq; icteritia in colica & non eſt colica cauſa icteritiæ, ſed ambæ cōmunicant in cauſa vna, & eſt oppilatio p̄terita quæ peruenit ad meatū fellis anteq; accideret colica & ꝓhibet cholerā effundi ad inteſtina, & abluere ea, poſtq̄ ergo prohibita fuit ad hoc vt effunderetur ad inteſtina, & non fuerunt abluta, & multiplicatæ ſunt in eis humiditates, & cōmouent colicam, & accidit vt cholera redeat ad corpus quare cōmouet icteritiam. A debilitate virtutis eius & p̄cipue attractiue cum non attrahit ab hepate, vt debet & cholera remanet ī hepate et fit icteritia per modū qui dictus eſt, & maxime hoc accidit q̄n ei cōmunicat debilitas expulſiuæ hepatis. A fortitudine attractiuæ, vt quia chyſtis impletur multum & à cholera multum extenditur, vnde virtus deinde debilitatur, & quia ex tali repletione fit oppilatio in via inteſtinorum accidit vt virtus ſic debilitata amplius non trahat, & tūc cholera regurgitans icteritiam cauſat. Item à fortitudine retentiuæ fellis, vt cum accidit ꝙ retineatur cholera multa in chyſti ad ipſum tranſmiſſa ſubito eius multitudine, vel alia cauſa, quare accidit oppilatio in meatu tranſitus choleræ ab hepate ad chyſtim, vnde cholera deinde in hepate retinetur, & icteritiam cauſat.

QVIDAM dixerunt ipſam fieri cōitate inteſtinorum, & maxime colon q̄n in eo aggregatur cholera plurima & nō egreditur ab eo, nec per ſolutionem vel alio modo, vnde natura retinet choleram in chyſti cum eius tranſmiſſio in inteſtinis nō ſit neceſſaria, ſed hoc longinquum Aui. & parum eueniens, ideo non me extendo. De critica aūt dicatur ꝙ cauſa eius eſt fortitudo virtutis expulſiuæ choleram expellentis tanq; nocumētum, ꝙ ſi ſit in die critica cum ſignis bonis bonum. ſi in die nō critica & ſignis digeſtionis non apparētibus malum, iuxta apho. 62. quartę particulę. Quibuſcunq; in febribus.

ET IN ſumma omnes cauſæ icteritiæ ad tres reducuntur. Aut ad malam cōplexionem calidam vel frigidā cum apoſtemate, vel ſine apoſtemate. Aut ad oppilationem. Aut ad debilitatem virtutis hepatis & fellis.

SIGNA demonſtratiua eius quæ eſt ex vehementia caliditatis hepatis in ſeipſo ſunt color citrinus cōtinue apparens & in albis oculorum ſemper, & non accidit eis magnum nocumentum, niſi cum ſuperfluit, & valde amplę ſunt venæ eorum & manifeſte, & non albeſcit egeſtio in ea ſicut in illa quæ fit ex oppilatione, immo quandoq; tingitur plus ſolito, & vrina in eis eſt ſemper tincta aut incenſa valde cum ſpuma crocea, & non ſentitur grauitas in latere dextro ſicut in oppilatiua, ſed magis inflāmatio, & caliditas, & multiplicatur ſitis, & minoratur appetitus, & exiccatur corpus, & raro fit ſubito. Quōd ſi fuerit cauſa inflammationis choleræ in ipſo felle, tunc aſſiduatur citrinitas, deinde fit facies nigra ſola, q̄n. ſ. inflammatio vlterius procedit. Nam cholera quæ ad ſuperiora tranſmittitur calidior, & ideo cum facies ſit membrum humidum ſplendidius & lucidius cæteris, & calidum exceſſiuū agēs in humidum denigrat, prima primi, de humoribus, hinc non eſt tñ ita nigra ſicut in ſplenetico. Albificatur lingua, quia cholera in felle retinetur & non uadit ad ſtomachum & inteſtina, macreſit corpus, quia hepar à cholera inflammatum ſanguinem conſumit nutricationi aptum. Stypticitas ventris q̄m cholera ſic inflammata feces exiccat, albeſcit vrina, & fit ſubtilis ex retentione choleræ. Quōd ſi fuerit caliditas totius, tunc totum corpus ad tactum ſentitur calidum, & accidit pruritus, & minoratur appetitus ad res dulces groſſas, & augetur ad acetoſas, & egeſtio nō

variatur

variatur in colore cum debita ſubſtantia, & ſimiliter vrina, & ſentiuntur venæ calidæ in colore alteratæ, & nõ ſentitur læſio in hepate, & felle, quia grauitas & huiuſmodi. vt in oppilatione, & aliqñ eſt egeſtio tincta, & non reperitur aliquod ſingulare ſignum de malitia complexionis hepatis, & non fit ſubito ſicut illa quæ eſt ex oppilatione viæ ab hepate ad chyſtim. Quòd ſi fuerit multitudine exuberantis choleræ, tunc aderit vomitus cholericus, ſolutio vẽtris, & vrina rubea, ſpiſſa, aut viridis, & icteritia remanebit in eodem ſtatu, & multotiens erit abſq; feb. Quòd ſi fuerit ꝓpter apoſtema calidum ſigna ꝙ ad ipſam ſequitur fe. continua, dolor intrinſecus in latere dextro, & ꝙ vrina eſt rubea, ſpiſſa, aut viridis, & pulſus diuerſus, & velox, & frequens, cum quadam aſperitate quam facit in pulpis digitorum tangentium: & ꝙ regimen ꝓceſſit ex rebus calidis aſſumptis, & hmõi: pro quibus omnibus completius habendis recurre ad ea quæ de apoſtemate calido hepatis dicta ſunt, & ſimiliter ſi ex frigido acciderit.

Signa demonſtratiua icteritiæ, quæ eſt ex oppilatione variantur ſm variam oppilationem. Quæ quidem oppilatio in ſumma triplex eſt ex parte loci diuerſificata. Nam aliqñ eſt oppilatio in orificio chyſtis ꝙ adhæret hepati, et in ipſo hepate. Secundo in orificio chyſtis per quod cholera tranſmittitur in inteſtina. Tertio in orificio per quod cholera tranſmittitur ſtomacho. Signa primæ oppilationis ſunt grauitas in latere dextro ex retentione materiæ, & grauedo in myrach, & dolor, & inflatio apud cibum, & pruritus in toto, leuitas ſomni ſuper latus ſiniſtrum, & ꝙ egeſtio fit alba paulatim, & ꝙ vrina ẽt paulatim fit alba, & hic habet locum cũ hepar retinet propter ſui debilitatem totam cholerã, ita ꝙ nihil de ea cum vrina tranſmittit, aut quia virtus hepatis diſcretiua non facit illam ſeparationem in ſuperfluitatibus, ita ꝙ tota cholera in hepate retinetur, & in venis, & cum humoribus, ita ꝙ nihil cum vrina & egeſtione tranſmittitur, ſed qñ cholera in hepate retenta mandat̃ cum vrina, ꝙ ſæpe fit in hac oppilatione, tũc vrina eſt turbida, ſpiſſa, rubea, & eſt infirmus abſq; vomitu, & oris amaritudĩe, eo ꝙ nihil aut quaſi nihil de cholera ad ſtomachum tranſmittitur. Signa ſecundæ oppilationis & ſpecialiter qñ non eſt in hepate nocumentum aut ex parte ꝓteriti vel præſentis, ſed ſolum ex retentione choleræ ſunt, quia talis icteritia ſubito fit, ſubito, fit oris amaritudo vehementior q̃ in icteritia, quæ fit propter debilitatem attractiuæ corporis fellis, de qua infra. Et eſt egeſtio ſimilis egeſtioni canum, cum difficultate exitus eius, & intenditur ipſa icteritia, ꝙ ſi acciderit hic oppilatio cum debilitate hepatis, non potentis à ſe expellere ſuperfluitates, vel cũ debilitate ſequeſtratiuæ eius, tũc cum his ſignis erit vrina citrina remiſſa. Quòd ſi prædicta duo non aderſit, fiet vrina valde tincta, & ſpiſſa propter duplicationẽ choleræ quæ mittitur cũ vrina quæ ad inteſtina mandari cõſueuerat & modo non mandat̃, & apparet aliqñ vomitus choleræ. Q. ſi oppilationis talis cauſa fuerit humor groſſus, tunc illud ſignificat regimen ꝓteritum ex parte ciboꝝ & potuum groſſorũ, viſcoſorũ, melancholicorum, terreſtrium, & huiuſmodi. habitudo, ætas, cõplexio, & hmõi. Q. ſi cauſa fuerit naſcẽtia alicuius rei, aut ſcæuatio ſignificabit illud aſſiduatio icteritiæ, & aſſiduatio ſignoꝝ oppilationis, & paruitas iuuamẽti in adminiſtratiõe aperitiuorũ ex clyſterijs, & alijs. Signa tertiæ ſunt ꝙ vrinæ digeſtio groſſę, rubeę, ſicut bolus armenus, aut vrina eſt ſpiſſa, crocea, & egeſtio tincta ꝓp multitudinẽ effuſionis cholerę ad inteſtina & ꝙ infirmus nullam oĩno oris amaritudinem percipit, & ſine vomitu oĩno. Cõtingit & has oppilationes cauſari à frigiditate extrinſeca quando eſt exceſſiua, & vſu rerum frigidarum oppilãtium: de quibus oportet ſtare iudicio infirmorum vel aſtantium.

Signa qñ eſt ex debilitate virtutis expulſiuæ aut diſcretiuæ hepatis, quia non eſt tinctura vrinę vehemens valde ſicut in oppilatis, & non albificatur egeſtio in totum, & non ſentitur grauitas quæ eſt in oppilatione, & qñq; aſſociantur ei egeſtio ſanguinolenta, & ſigna debilitatis hepatis, de quibus ſupra.

Signa ſi fuerit debilitate ipſius fellis, quia attractiuæ eius ſunt, quia eſt nauſea, vehemẽs vomitus cholerę abſq; grauitate in hepate, & amaritudo fortis, & fit paulatim, & in eius generatione fit color egeſtionum inter album & citrinum, & vrina eſt tincta valde cum non fit ibi debilitas expulſiuæ.

Signa venenoſæ ſignificant. Motus, ſi eſt ab animali. Quòd ſi ex veneno ſignificat ipſam, præterea ſanitas, & bonitas humorum, & ꝙ facta eſt ſubito poſtea, nam venenum ſubito ſpargitur, & eſt abſque alteratione egeſtionum ad albedinem.

Signa ſi eſt à vermibus, ſigna vermium apparent, de quibus in ſequenti ca.

Signa criticæ, quia fit poſt febres acutas habentes criſes, & ſunt cum ea ſigna alia criſis, vt nauſea ſubuerſio vomitus cholericus inſtantia vigiliarum ſitis paruitas appetitus amaritudo oris, paruitas anhelitus, ſiccitas naturæ, et hmõi. Et hoc poſtremo ſcito ꝙ pulſus i icteritia eſt ꝑuus propter debilitatem virtutis, ſed nõ vehemens, quoniam cholera eſt leuis calida, durus propter vehementiam ſiccitatis, non velox qm̃ virtus nõ eſt cum illa fortitudine ꝓpter malitiam cõplexionis, & ſigna malæ hepatis complexionis require ſupra qñ tibi neceſſarium iudicabis.

Signa ſi fuerit communitate alicuius membri vt inteſtinorum vt in colica apparere conſueuit, aut matricis vt apparet aliquando in dominabus cupientibus prolem quæ regimine calido vtũtur ex parte rerum calidarum matrici applicatarum ſcitur narratione infirmi, etiam ex parte diſpoſitionis malæ ipſorum membrorum.

PROGNOSTICA in pluribus icteritijs citrina, & nigra tingitur vrina, & quanto magis vrina eſt plus tincta, eſt acutior, & magis ſignificatiua ſanitatis hepatis & virtutis eius. Aui. Malitiam autem, & bonitatem criticæ ſignificant ſigna bona aut mala. quæ cum criſi communicantur, de quibus ſtatim. Quia qñ fit in febre acuta ante ſeptimum, aut non in die critica malum, & quarto apho. vt infra in apho. Nam ſic ſignificat aut debilitatem virtutis, aut multitudinem materiæ quam regulare nõ poteſt virtus, vnde in ſeptimo. & vndecimo, bona ſi dextrũ hypochondrium nõ durũ fiat, & ſi fit cum digeſtione materiæ, etiam ſecunda quarti de iudicijs icteritiæ. Icteritia ante ſeptimum eſt mala, niſi ſuccurrat ei fluxus quẽadmodum quidam exiſtimauerunt, & eſt ſm conſiderationẽ.

Cum autem accidit icteritia in feb. et fe. nõ ſoluitur poſt eius apparitionem, tunc eſt ſm ſemitam ſymptomatis & non criſis de tali icteritia ante ſeptimum, ait Viaticus medicum nõ ſe debere intromittere, nam raro curat̃. Si icteritia facta non curatur, nec reſoluitur eius materia, timor eſt in ea & in pluribus eorum fit mora ſubita niſi virtus fuerit fortis. Cum hepar eſt in icteritia durum eſt ſignum malum, & apud quoſdam incurabilis, & ita cum ea commoriuntur. Icteritia in qua vrina eſt ſimilis orobo cũ qua eſt profundatio in ventre & feb. tremor debilis, debilitas in locutione interficit vſq; ad. xiiij. Icterici non inflantur valde, ꝓpterea quia de cholera fit icteritia, & non ex ventoſitate, aut aquoſitate. Quòd ſi inflantur malum, anteq̃ multum inflentur moriuntur. unde ſi eis ſuperueniat inflatio & non reſoluatur, moriuntur. Icteritiæ hæmorrhoides innatæ, bonum, qm̃ per illam viam natura euacuat. Signa mortalia. In icteritia, immenſio croceitatis in corpore Remiſſio vrinæ ſine aliquali alleuiatione. Inſomnietas. Ablatio appetitus. Mollificatio neruorum linguam mouentium, ita ꝙ vix loqui poſſint. Et horum contraria ſunt bona. Icteritia quæ venit ex creſcentia alicuius rei facientis oppilationem, vt ſupra non videtur ad

curandum

curandum poſſibilis.

C V R A Canones. Primus ordinatio diætæ. Secūdus abſciſio cauſæ. Tertius remotio accidentis, quia citrinitatis quæ eſt in cute, & oculis.

P R I M V S completur cum regimine ad contrariū cauſæ declinante, vt ꝙ ſi fuerit ex mala cōplexione inflāmante cum extinctiuis choleræ, ex parte ciborū & potuū, & aliorū, vt ſyruporum & hmōi. de quibus omnibus tertio, & quarto tractatu, & vt fieri poteſt habeant etiā vim aperiendi, vnde aqua hordei aqua cicoreę & hmōi ſunt cōuenientia, ꝙ ſi fuerit ex oppilatione dentur deoppilatiua in via cibi & potus, malam ē cōplexionem vt poſſibile eſt reſpicientia. Item euitet nauſeatiua ſacietas et crapula à cibis oppilantibus ſe abſtineat, de quibus quarto tractatu, & cōſimiliter de alijs ſuo modo. Et laudat multum caro ericij iniecteritia pp̄ ,ꝓuocationis ſuæ multitudinē ſiue fortitudinē, & mūdificationis, cōuenientiæ eius ad hepar.

S E C V N D I canonis complementū habetur ex complemento omniū cauſarum quia earum omniū remotione à quibus ꝓuenit icteritia, vt ſeriatim dictum eſt in principio rubricæ, vnde ſic per ordinem etiam procedit.

In cura itaqꝫ factæ a mala complexione calida vt ſupra oportet medicum diligenter attendere ſi icteritia eſt cum feb. aut non. Q. ſi fuerit cum fe. fortia debent infrigidātia & humectantia approximari, & quo ad vnam & plures applicationes. ſi vero non, cum remiſſioribus. Exemplū vt in primo caſu cum nenufare. Exemplū ſecundi: vt cum endiuia: vnde in primo caſu cum talibus ad ſecundum & tertiū declinantibus. Et in ſecundo cum talibus, in primo de quibus ſupra tertio & quarto tractatu. Secūdo ꝙ ſtatim fiat phlebotomia, nō exiſtimo in omni icteritia phlebotomiā competere, & maxime in non critica, qm̄ in tali eſt ſemper admixtio choleræ cum ſanguine, vt patet in declaratione deſcriptionis icteritiæ ſuperius poſitæ, & maxime feb. exiſtente continua, qm̄ ſignum eſt ꝙ materia ea maxima ſui parte eſt ad intra venas comprehenſa, vnde et Placentinus fiat phlebotomia in omni icteritia de ſaluatella manus dextræ ſiue fuerit cum fe. ſiue non, poſtq̄ vrina infirmi viſa fuerit ſpiſſa cholerica vel colorati multū, q̄uis ſpiſſa nō fuerit, quia vtilis erit valde. Nominat Aui. baſilicam vel ſaluatellam & ſubdit. Venarum quæ ſunt ſub lingua ea ſo ꝙ narrauerunt quidam, & ſi non fuerit illud, tunc ventoſatio ſuper locū hepatis ſub ſpatula dextra, aut ſub eo in ſpatio quod eſt ſub coſtis. Sed pro his vide quæ ſcripta ſunt de cura malæ cōplexionis calidæ epatis ſupra. Poſtremo hic nota de phlebotomia, litera Auic. de cura icteritiæ inquit. Si eſt illic repletio ſanguinea aut cholerica cū euacuatione ambarū in principio rei ſanguinis quidem per phlebotomiam ſicut ea baſilica, & choleræ, per ſolutionem vētris, quaſi velit ꝙ prius debemus facere phlebotomiam, deinde ſolutionem, maxime cum in principio ſit repletio ſanguinea, quia ſanguinis mali choleræ cōmixti, conſidera. Et anteqū procedatur ad alium canonem hic particularem, quia dictū eſt ꝙ debent adminiſtrari frigida & humida fortia & minus fortia hinc talia enumerabo conuenientia. Et ſunt, acetoſa, alchechēgi, atriplex, bleta, capill⁹ veneris, cucurbita, cucurbita, cucumer diarodon, endiuia, epatica, cicorea, lactuca, lupulus & ſi pur temperatus, hordeum, aqua eius, roſæ ſuccus, ſcariola, ſemina cōmunia frigida maiora & minora, thamarindi, triaſandali, trochiſci de eupatorio, de roſis, de berberis. Viola. ſyrupus de fumo terræ, acetoſus ſimplex, & alij, vt ſupra de ſyru. choleræ, tractatu quarto ad quos ſyrupos recurre etiam pro digeſtiuis & ſic completur canon hic particulariter expectatus qui eſt digeſtio. Aduerte tñ ſi opus eſt operatione, aut non, aut ſola infrigidatione, qm̄ ad te attinet hic adinuicem cōponere. Alius canon eſt, euacuatio completur cū euacuatiuis choleræ directis ad hepar cum reſpicientibus hepar, de quibus ſatis ad plenū hic & ſupra de malitia hepatis calida, laudatur tñ caſia fiſtula, fumus terræ myrobalani citrini, ſcammonea. Item Auic. exhibet aloen. Contra. inimicus eſt hepati, ergo. Dicēdum primo ꝙ non eſt dandus ſolus, ſed bene cum alijs, vt Auic. Item vituperauit eū in aſclite, quia timor eſt in eo de multa ſanguinis eductione quod non in alijs hepati paſſionibus ſic timendum. Alius eſt hepatis confortatio, & remotio malæ qualitatis eius qui completur, vt ſupra cum his quæ de mala cōplexione hepatis calida & debilitate eius ad quas rubricas recurre. Alius ꝙ caliditas exiſtente in toto vltra ea quę dicta ſunt, & maxime exhibitis infrigidatiuis et extinctiuis intus & extra, fac patientem ſedere in balneo actu calido & non multum in quo bullita ſint ex infrigidantibus notis & dictis vt ſunt viola, atriplex, malua, folia ſalicis, & huiuſmodi. dico actu calido, qm̄ actu frigida nocent vñ Aui. aqua vero frigida actu, & illa in qua ſunt virtutes medicinarum conſtipantiū prohibent reſolutionem icteritiæ, & in ſumma Aui. laudat * prohibitionem trochiſcorū frigidorū ad intra, dicit ſe habuiſſe experientiam. Item & applicationem emplaſtrorum ad extra multum frigidorum.

* Alibi (& rectius) exhibitionē, vt videre ē apud ipſum Auicen. capite de cura icteritiæ citrinæ, quo in loco & cōpoſitiones trochiſcorū frigidorū explicatā reliquit.

Sed rediens ad ordinationem eorū dico ꝙ ſi à mala cōplexione cum materia, aut ſine cura dicta eſt, & habita ſupra de mala cōplexione hepatis. Si ex vſu rerum calidarū euenerit dimittantur, et cōſimiliter ſi ex occurſu balnei ſolis, & huiuſmodi fugiat, & abſtineat, & ſi quia ex ſupercalefactione eueniēs & ſucceſſerit priuatio ſudoris, vt ſupra fiat phlebotomia, &c. vt dictum eſt. Quod ſi comprehēdetis oppilationē vtere de oppilatiuis, vt infra calidis aut frigidis, vt exigit diſpoſitio. Si propter apoſtema calidū hepatis, & fuerit illic repletio magna fac phlebotomiā de ſaluatella manus contrariæ, ꝙ ſi ibi non fuerit repletio ex eadem fiat manu. Fiat digeſtio, euacuatio, applicatio emplaſtrorum, vt ſupra de apoſtemate calido hepatis. Si ꝓpter retentionem ſanguinis hemorrhoidalis aut mēſtruoſi, tunc cura eſt apertio et ꝓuocatio, de quibus infra ſuo loco, & tu ibi. Tu tñ interim attende ad digeſtionē, euacuationem, confortationem epatis, & ipſius alterationem, & tūc ſua exigit diſpoſitio. Si à veneno inquit Aui. veneno ſæ autem cura eſt theriaca, & mithridatum, deinde bibat aquam malorum acetoſorum & granatorum & ſuccū endiuię, & portulacā, & mucilaginem pſylij, & almi berberis, & oīa in quibus eſt infrigidatio cum virtute theriacæ; & in ipſa quidem cauſa capertum fuit in principio cui accidit, & proprie cum venenum eſt ebibitum ut bibat lac, & aſſidue cum oleo amygdal. Aui. deinde fiat clyſterizatio, & cūo decens cum reubarbaro. Gal. cum aūt ad me uenerit qui punctus à tyro & cām paſſionis narrauit, iniunxi eum ſumere theriacā. & poſt paululū in, naturalē rediję colorem. Si vero à mala fuerit cōpoſitione, quia oppilatiōe hepatis, & fuerit oppilatio carnoſa, vel ex naſcētia alicuius rei ad intra, nō exiſtimo ꝙ ei ſit medicina. Aui. Quidā tñ exiſtimauerunt ꝙ ſic, & laudauerūt hoc medicamē. ℞. ſucci portulacæ, foliorū raphani, & aqua foliorum acetoſæ, omniū ſm̄ exiſtimationē, & fac bullire oīa ſimul, & colentur, & ponatur quantū illud eſt de ſucco acetoſæ cū aliquantulo orobi contriti, & detur ex eo in potu aliquid cū ſemine raphani, & ſemine melonis excorticati, & mixtis cum quarta amborū coſti, & myrrhæ.

In facta vero ea oppilatione in meatu per quem cholera ad chyſtim mittitur, tunc ſeruentur canones dicti ſupra de oppilatione hepatis ea phlebotomia ꝓuocatione ſi fuerit in parte gibboſa & ventris euacuatione ſi fuerit in concauitate, & medicina propria eſt reubarbarum; & agaricus, & tu bene conſidera an ſit feb. aut non, qa oportet medicamina moderare plus, & minus ſm̄ ꝙ exigit diſpoſitio. Nam cum cholera nō faciat oppilationem fortem niſi propter eius groſſitiem, quæ quidem groſſities ab humore frigido eſt, hinc oportet & in caſu calido adminiſtrare,

& contemperare

& contéperare vt oportet, ſed calida talia nõ debent eſſe conſtipatiua, & exiccatiua multũ, quĩ conſtiparent meatũ & oppilationẽ fortẽ facerent. Sed quia ſupra habuiſti frigida cõuenientia, nũc ponã calida, & ſunt abſinthiũ, alliũ, aſſarum, bethonica, calamentum, camedreos, camomilla, cartamus, caulis, ciminũ, cubebę, cuſcutę, & eſt efficax medicina, eupatorium, fœniculus, marrubium, & eſt ſingulare, vt infra, mentha, origanum, raphanus, ſparagus, ſemina calida, ſy. de bizantijs, & alij aperitiui, de quibus quarto tractatu, tamariſcus, theriaca, triphera, trochiſci cum reubarbaro, de eupatorio, de lacca, vrina hominis, & maxime in ſplenetica, & alia huiuſmodi ſupra de oppilatione hepatis, vnde Auic. in oppilatiua vero illud quod cõicat omni oppilationi. In cura oppilationis prædictæ in cap. hepatis, tu itaq; collige q̃ cum ad digeſtionem humorũ talis facientis oppilationem deueneris, oportet te vti digeſtiuis calidis ſubtiliatiuis inciſiuis apitiuis. Si vero fuerit febris, vt verbi. gr̃a. ſy. de biſantijs. Et ſi oppilatio fortior fuerit ſy. de eupatorio aut oxymelle compoſito, & huiuſmodi. Quòd ſi fuerit feb. oportet te hic moderare cum frigidis & appropriatis aperitiuis, de quibus ſupra quarto tractatu, ut ſunt ſy. acetoſus ſimplex de endiuia. Itẽ et oxymel valet oxyzaccara, & in omnibus his aquas, aut decoctiones adiungas appropriatas, & tuo propoſito conuenientes. Poſt digeſtiuum des euacuatiuum ex agarico, reubarbaro, & magis laudo infuſiones eorũ. Item ex ſcamonea. item ex aloe, ut ſupra item cum electuarijs de pſylio Meſ. pilulis, & huiuſmodi ſolutiuis, de quibus quarto tractatu, & tu ibi. Cõuenit & caſia cum aliquo ex dictis ſolutiuis. In fine autem capituli aliquas ponam deſcriptiones, ideo nunc ſuperſedeo. Tertio procedatur ad confortationem hepatis per adminiſtrata intus & extra, vt de oppilatione hepatis dictum eſt. Q. ſi fuerit ex oppilatione facta ante meatũ, vel ex oppilatione cõtingente in venis hepatis procedatur, vt de oppilatione dictum eſt. Q. ſi fuerit ex debilitate virtutis hepatis cura dicta eſt ſupra, tu ibi, vnde Auic. Si autem cauſa fuerit debilitas in hepate & felle curetur cum regimine prædicto in debilitate hepatis. In facta à mala complexione, aut cõpoſitione, quia oppilatione fellis, oportet primo attendere in eius mala complexione illa omnia quæ de mala cõplexione hepatis dicta ſunt, nam illa ſunt propoſito pertinentia propter affinitatẽ horũ membrorũ adinuicem, ſed ꝓpter qualitatẽ humoris oportet te alleuare medicamina in gradu frigiditatis & humiditatis, ſed cum his ſemper quæ cõplexionẽ naturalẽ hepatis conſeruent. In facta vero propter oppilationẽ chyſtis, attende primo oppilationis locũ, humoris oppilãtis ſubſtãtiã, & ipſius diuturnitatẽ. Nã qñ oppilatio eſt in collo cõi, tũc ipſa eſt fortior oppilatione quæ eſt ad inteſtina, & hęc fortior ea quæ eſt ad ſtomachum, & oĩbus fortior eſt quæ eſt ex apoſtemate. Auic. nam in fortiori fortiora debentur deoppilatiua alijs partibus, vnde procede cum canonibus ſupra qui ſunt digeſtio, & euacuatio. Sed vtere lenificatiuis aperientibus primo, vt eſt malua, lactuca, endiuia, atriplex, acetoſa, viola, ſemina cõia frigida maiora, & huiuſmodi. præparant enim & hæc ſimilia multũ materiã, vt egrediatur, & facilior fiat apertio, deinde procedatur cum his quæ hæpar alterãt ex electuarijs ſy. embrochis, vnctionibus & hmõi, vt ſupra de mala cõplexiõe hepatis, vt ipſa exigit diſpoſitio. Et hic nota canonẽ, & eſt Gal. inquit, cum cor, et hepar eſt frigidũ, totũ corpus eſt frigidũ: qui poſitus eſt vt ſciatur facilius infrigidare. Secundus q̃ hæc paulatim ſiue frigida ſiue calida ipſi hepati applicent, vt altas. non. n. ſubitas tolerat mutationes. ſecunda apho. 51, apho. Laudantur ſyrupi deoppilatiui calidi frigidi, de quibus ſupra & ſimiliter ſimilia. Itẽ & ſolutiua dicta. Et qñ de euacuatione agitur, notandum q̃ hic intelligi habẽt & debent canones ſupra poſiti de euacuatiõe, ſiue fiat p phlebotomiã, ſiue per ſolutionem ventris. Itẽ maxime cõmendatur in oppilatione vomitus. vñ Serapio & cõfert in hac ſpẽ icteritiæ vomitus, fortaſſe. n. aperiẽ oppilatio pp motum ipſius ĩpetuoſum. Vñ Aui. Et euacuatio cũ vomitu, nã ipſe eſt iuuatiuus in omni icteritia. Et paulũ ĩfra. Et ſcias q̃ qñ incipit cum ſolutione, & non efficit impreſſionem, tunc tibi ineſt vti uomitibus fortibus, deinde ſolutiuo forti. Tũ & interim eſt aduertere ſi adeſt fe. vel nõ, qñ oportet hic moderare in qualitatibus ſuis vt ſupra. Item cõferunt clyſteria maxime oppilatione exiſtente in via tranſitus choleræ ad inteſtina. Ex apitiuis calidis frigidis vt exigit diſpoſitio, & hic numerata ſunt ſæpe. Item contingit vt ſupra apparere icteritiã pp oppilationem contingentẽ à phlegmate viſcoſo, vt ſupra, tunc eo modo vt dictũ eſt ꝓcede cũ aperitiuis calidis inciſiuis & hmõi. habẽdo ſemper reſpectũ ad colicam. Q. ſi fuerit icteritia ex ſiccitate prouenięs & contractione, & illud eſt ex eis q̃ ſignificat corpus, tunc adminiſtrabis lenificatiua ex ſubtiliantibus cholerã, ſicut mucillagines ſebeſtẽ, & ſimilia cũ oleo amygdalino. Q. ſi contingeret icteritia cõitate inteſtinorũ, qa colon cura dicta eſt, & ex habitis cõprehẽdi põt faciliter, conſidera. Quòd ſi fuerit retentione menſtruorũ, aut hæmorrhoidarũ cura quærat in ꝓprijs rubricis. De critica aũt dicendũ q̃ in ipſa nihil agendum eſt iuxta illud Senis. xx. aph. j. ſectionis, quę iudicãtur & iudicata ſunt integre, neq; mouere, neq; nouare aliquid, ſiue medicamentis, ſiue aliter irritando, ſed ſinere. Quòd ſane intelligendum eſt. Nam ſi natura nõ cõplete operetur, iuuanda eſt cum aperitiuis notis & dictis, & purgeẽ ſi expedit cũ reubarbaro, & ſimilibus. Placuit tñ principi q̃ aliquid agendũ ſit cũ lauatiuis, & diureticis mundificatiuis, vnde aqua hordei eſt maxime cõueniens ad intra ſi diſpoſitio tolerat. inquit. vltra fortaſſe non indiget ſolutione ventris, & fortaſſe ſufficit balneum ſolum, quę credo intellexit cum ad eius remotionem intenti ſumus ſaltem ſuperficialẽm, ſed de hoc infra. De diuturna ſeu chronica inquit Auic. & quando chronica fit icteritia oppilatiua tunc neceſſarium eſt ſumere diacurcuma, aut theriacam, & ſimilia ex eis quę aperiũt cum fortitudine, & ſimiliter dialacca.

Et nota hic q̃ multæ icteriæ quæ non debent à medico intromitti, niſi cũ magna excuſatione p̃cedente, qñ vt plurimum terminantur ad mortẽ. Prima eſt apparens in fe. ante ſeptimũ & ante ſignũ digeſtionis: quæ quidẽ non curatur niſi forti valde exiſtente virtute. item niſi de ventre multa exiuerit humiditas & ſudor ventris fluxus & hmõi. ſed iſta indigent extractione. Secunda vt Auic. quæ non reſoluit neq; curat eius materia: vt in pluribus aſſociatur Tertia. Hippo. ſexta apho. apho. quadrageſimo ſecũdo. ſi cum icteritia durũ hepar fuerit malum. Quarta cum vrina patientis eſt ſicut ſimilitudo orobi: profundatio in ventre: febris & tremor debilis: & debilitas in locutione ea liquefactione: & iſta interficit vſq; ad. 14.

TERTIVS canon cõplet cũ his quę materiã cholericã in poris & ſubſtantia cutis imbibitam reſoluunt, & abſtergunt: & lauãt: & ſic ipſam ſm colorẽ naturalem diminuunt. Et iſtę quidẽ reperiunt in quadruplici manerie: qñ earũ quędã ſunt quæ ſunt potabiles: quædam lauatiuæ: quædã ſternutatiuæ: & hę faciunt plurimũ iuuamentũ ſuꝑ icteritię oculorũ & faciei. Quædã ſunt ſicut regimen cõe: vt quia tota ſternutatiuę: de quibus oĩbus ſeriatim. Item & hæc ẽt ſubdiuidi pñt: qñ ipſarũ aliquę agunt à proprietate alię vero à qualitate manifeſta ſiue à cõplexione. Exẽplum primi: vt ſunt caſſia lignea: nux cupreſſi: lumbrici terreſtres exiccati: radix acetoſę: & hmõi. de quibus infra. Exemplũ ſecũdi: vt exercitiũ temperatũ, fricationes, camomilla, ireos, & huiuſmodi. de q̃bus omnibus ſtatim. Medicinę autem potabiles: aut medicinę cholerę eductiuę p viã vrinę, aut per viam ſudoris, aut educatiuę eius p ſeceſſum. Et pp nõ multiplicare verba ad exẽpla venio, potus domeſticus & iuuatiuus valde eſt. ℞. aquę cuſcutę. ℥. iiij. ſeminis

minis ſpñ.ʒ.ſ.zucchari tabarzet.ʒ.ij.bibaſ tribus vl' quatuor mane & vltra ſi expedit & ſit calida, & eſt iuuatiua valde. Ad idem ℞.radicis acetoſæ.ʒ.i.ſ.aquæ cuſcutæ ℥.iiij.cum zucchare detur & ambulet patiens vt caleſiat ex potu & ſitiat. Aliud.℞.lũbricos terrenos exſiccatos,& ds ad bibendum cum aqua cuſcutę vel acetoſæ & zucchato,& eſt expertum. Quidam dant cũ vino,& hæc medicamina debent continuari vt videſ. Ad idem granũ altęæ cum vino datum mirabiliter aperit,vel cum ouo ſorbili. Item brodiũ cicerũ cum ſucco fœniculi & apij. Aqua decoctio piloſellę cum modico vini ſtatim curant ictericiã.

Ex ſolutiuis potatis & expertis ſunt pilulę hę.℞.aloes.ʒ.ſ.ſcamoneæ danich.ꝫ.ſalis naptici.ʒ.vnius quartam, rubeę no-ſtotum,agarici.ana.ʒ.ſ.fiant pilulæ & ſumanſ cũ aqua de ſeminibus,valent & ſolutiua iã ſupra enumerata.

Medicinę aũt ſudatiuę dictę ſupra de cura hepatis q̃ actu calide dari debent, vt verbi grã, aquã calidã cum pauco vino vinoſo & ſubtili. Itẽ cũ aliqua cõfectione calida,aut cũ modico theriacę,& hmõi. Lauatiuę vero,& ſi ſic primi facie videntur reſpicere ſolũ faciem & membra exteriora,tñ de eis hic agam vt breuiloquus efficiar, vt reſpiciunt totum:& ſic cõprehendã ẽt quartam maneriem earum ſm regimen commune, vt ſupra. Lauatiuę faciei ſunt medicinæ abſterſiuę & etiam reſolutiue. Exempla ſunt lotio cum acetoſitate citri. Item fricatio cum aqua acetoſæ, aqua fabarũ,item aqua cucumeris,aqua cum aceto & modico abſyothij in eo bulliti. Item emulſio ſeminum conuenit cum aqua acetoſellę facta vel alia conſimilis virtutis, item decoctio camomillę cum aqua ro.& aceto albo. itẽ decoctio facta ex ordeo capillis veneris eupatorio in aceto albo, & ſit tepidum. Et quia hoc loco volo ſuffumigia tenere locum lotionis hinc de eis expertis agam.℞.cortices fabarum,abſynthium & paleas,hordei, & bulliãt in aceto,& ſuffumigationem accipiant.expertũ, balnea naturalia. Itẽ balnea aquę dulcis,in quibus decoctę ſint herbę, & alia appropriata,vt eſt atriplex,malua, endiuia, capillĩ veneris,cuſcutæ,anethũ,& ſimilia,ſunt multũ conferentia. Ponaſ aũt in tina patiens, & vt quidã perſuadẽt ſit idutus camiſiã nouã de canape nõ dealbatã,qm̃ cõferens valde ad exiccandũ malum colorẽ. Et dentur per os prouocatiua nõ multũ calida & mingat in ea,q̃ ſi minxerit erit curatio eius, qm̃ ægreditur multũ de materia, & extrahatur cũ cautela ne frigus capiat,ponaſ ad lectũ,& bene cooperiaſ, vt dormiat & ſudet. Et ex potibus ei cõuenientibus ſunt ℞.ſparagi.M.j.granorũ ciceris pugillũ.i.coquaſ in aqua, & vaſe vitreo, & ſumatur mixto cum vino ſi non eſt feb. Quòd ſi fuerit bibaſ ſola,& calida. Itẽ cõueniũt potus ſupra poſiti aperitiui domeſtici, in oculis aũt ponatur aqua fœniculi,chelidoniæ,rutæ ,ſed prius fiat ſuffumigium dictum. Item ſuffumigentur oculi cum decoctione carniũ vaccarum in aqua , deinde in agulis oculi ponantur duæ guttæ mali granati,deinde decoque ſub cineribus malum marcianum , & ipſum inuolutũ in ſtupa madefacta aqua ro.ſuperpone oculis. Laudat Aui.cõtinuatã ablutionem oculorum cum aqua ro.aqua coriandri,quod debet intelligi in principio qñ volumus ꝓhibere aduentũ humoris citrini ad oculum. Sed cũ volumus reſoluere oportet ad alias trãſire,vt ſupra et ſi hæ aquæ reſoluant,ſed debiliter.

Sternuatiua aũt excutiunt materiam ab oculis & facie per nares quæ debẽt cõſiderari dupliciter ſm q̃ diſpõ exigit, quia ſit calida aut frigida. vnde vtere eis ſic in ſua complexione diuerſificatis,nam eorũ quędã frigida,vt ſuccus blitis,ſuccus ſemperuiuę,& hmõi. Ex calidis,ſuccus cucumeris aſinini,& ſuccus foliorum naſturtij , ſuccus ciclaminia ſolus vel infuſus in lacte mulieris per noctẽ, deinde colaſ, & exprimatur,& tepidus attrahatur. Et conſimiliter conferunt caputpurgia tu itaq̃ ex dictis compone vt videbitur,licet ſciã non oporteret vt tñ tibi complaceam aliqua in ictericia conuenientia addã,ſy.℞.ſcolopendriæ,linguæ ceruinę,endiuiæ,hepaticę,abſynthij,cicoreę.ana.M.ſ.cuſcutę.℥.j.ſeminum cõium frigidorũ, florũ boraginis, bugloſſæ.ana.M.j.capillorũ ve.radicum fœniculi,petroſilli,ſparagi,bruſci.ana.M.ſ.& cum zucchare fiat ſy. qui aromatizetur cum iſto puluere.℞.ſpicę folij lacce caſſiæ ligneæ.ʒ.ij.ligentur in panno lineo in ſy. Aliud & eſt experimentum Placentini,inquit experimentum quod probamus contra oẽm ictericiam de oppilatione in quo non reperitur aliqua deceptio.℞.praſij viridis,hortulani libr.ſ.piſtentur bene & perfecte decoquantur in li.vij.vini albi donec quinta pars remaneat,& coletur,& de tali colatura ſumat patiens in aurora.℥.iiij.omni mane & ante cœnã.℥.iij.curabitur ictericus in paucis diebus cum obſeruatione diætæ,quidam addunt ꝓpter amaritudinẽ lib.ij. mellis in decoctione & non nocet,confortat appetitum, & aſcellare facit. Aqua decoctionis polytrichi per ſe multum valet,ſimiliter adianti. Item & ſi fiat eorũ decoctio cum vino. Poſtremo ſcito q̃ patientes ictericiam iuuanſ per cõſiderationem ſiue aſpectũ in rebus citrinis, illud enim mouet naturam ad expellendũ materiã citrinã totam ad cutẽ, quare alleuiatur adiutorium curationis in ea,ego vero nõ ſum ex illis qui negẽt hmõi curationes,ſicut negant plurimi eorum qui philoſophantur. Aui.& tu conſidera.

### De ictericia nigra. Rubrica. III.

Ctericia nigra deſcribitur ſicut ictericia citrina & non differunt niſi quia vbi in citrina dicitur ad citrinitatẽ tendens in hac dicatur ad nigredinem propter curſum humoris nigri ad cutem. & nota omnes particulas vt ibi, & proportionabiliter declara. Nam ſicut cholera citrina cum putrefit tertianam cauſat,ſic nigra quartanam, & cõſimiliter de alijs. Et dicitur ad nigredinem ad differentiã citrinæ,& ſimiliter propter curſum humorum nigrorum qui eſt eius cauſa.

C A V S Æ .de cauſis eius dicendõ q̃ proportionabiliter generatur quẽadmodũ citrina. Qm̃ fit ab oppilatione. A mala cõplexione. Qñq; a virtute ipſa. Qñq; ꝓpter multitudinẽ. Qñq; ꝓpter retentionẽ ut citrina. Ab oppilatione qdẽ & primo uõ apoſtemoſa, qm̃ accidit oppilatio in collo qđ eſt trãſitus melãcholiæ de hepate ad ſplenẽ,& tũc cauſaſ de ictericia nigra hepatica,de q̃ ſtatim ab Auic. ſic dicta. Quòd ſi accidat oppilatio in collo qđ eſt in ſplene per quod mundificatur ſplen à melancholia, vnde ipſa regurgitans, & cum ſanguine tranſiens ictericiam , cauſat dictã ictericia nigra ſplenetica. Item poſſet cõtingere oppilatio in venta ſplenis,vnde ſanguinem groſſum non recipientes ipſe groſſus melãcholicus regurgitans et ſanguinem per totum ſpergeodum ad nigredinem inficiens ictericiam cauſabit nigram, ſed leuem , alrarum cõparatione:

Item ab oppilatione apoſtemoſa. A mala aũt cõplexione ictericia cauſatur nigra,& præſertim à mala cõplexiõe hepatis qñ excedit, ita vt ſanguinem adurat,& ad nigredinem conuertat,& facit hoc mõ multiplicare melancholiã in corpore,& hæc eſt proprie nigra hepatica. Q. ſi cum hac fuerit oppilatio in collo tranſitus melãcholiæ ad ſplenẽ,tũc res cõpleta erit,quia propriiſſime dicetur nigra hepatica. Et quibus patet q̃ aliqua ictericia nigra dr̃ hepatica large,aliqua ꝓpriiſſime. Qñq; cauſatur à mala cõplexione frigida, vt quia frigiditate hepatis exceſſiua ſanguis niger fiat. Ex quibus apparet q̃ à toto dupliciter põt contingere ictericia. Pmo ob caliditatẽ exceſſiuã in toto exiſtentẽ,vnde ſanguis aduritur & nigreſcit, ſicut accidit eis qui longã morã contrahunt in ſole , ſicut apparet in itinerantibus longo tp̃e per ſolẽ, vt his qui vadunt ad ſanctum Iacobũ. Secundo à mala frigiditate in toto exiñte ſanguinẽ cõturbãte,& nigrefaciẽte, vt apparet in his qui ſunt ſanguinei tp̃e imenſi hyemis. Et cum vides ictericiã aut citrinã,aut nigrã cauſari ꝓpter corpus totũ ſuſpicare de hydrope quis corruptio ſit in venis tñ,nam hæſitandũ eſt

ne talis

æ talis corruptio hepati, quia principali cætera cōſicent.

Et à uirtute quidem, quia debilitate aut fortitudine: vt ſupra de citrina. Conſiſt à multitudine uel retentione, & tu cōſidera ꝓportionabiliter. Hæ aūt choleræ, q̄ñ cōiunguntur & faciunt icteritiā mediā magis aut minus altero participantē extremoꝝ, & eſt q̄ñq; cum nocumento in vtroq; ipſoꝝ membroꝝ, q̄ñq; in altero tm̄ accidit, & q̄ñq; vt hęc icteritia nigra ſit, ſicut criſis ægritudinis ſpleois, & q̄ ſimilanſ eis quæcunq; nō reminiſcitur natura tēdens ad partē excuſſionis ꝑꝑ cauſam nociuā. Et proportinabilitec ſummatim de cauſis eius dici poteſt quod de citrina dicebaſ. Quoniam omnes ſuæ cauſæ reduci habent ad tres ad malam complexionem cū apoſtemate, aut abſq; apoſtemate. Ad oppilationem. Et tertio ad virtutis debilitatem.

S I G N A demōſtratiua icteritiæ nigræ ſunt color faciei niger & totius & magis q̄ in citrina, quoniā nigreſcit ex aduſtione. Item vrina nigra, et egeſtiones nigræ. Et q̄ñq; egreditur in egeſtione fex nigra, & eſt ſignum forte.

Signa ſi fuerit cū oppilatione viæ inter hepar, & ſplenē, tunc aderit grauitas durities aut tumoc, vel inflatio, ſplenis, & pondus ſub coſtis, & latere ſiniſtro. Et ſi hæc ſecūdum plurimum per ſe incipiens, licet aliquando eam antecedat citrina quod eſt raro, & citrina nunq̄ ſit à ſplene, ſed bene nigra ſit ab hepate, & q̄ñq; eſt myrach extenſum cum grauedine, & dolore eſt ſm plurimum cum ſtypticitate ventris, & cum ea ſunt aliq̄ mala accidentia, vt triſtitia varietas ſine cauſa & huiuſmodi, & q̄ñq; egreditur color niger. Item adeſt difficultas dormiendi ſuper latus ſiniſtrum egeſtiones nigræ, & vrina ut dictum eſt. Q. ſi fuerit vitio oppilationis choleræ, vel hepatis antecedit icteritia citrina, vel viridis, & dolor lateris dextri ſub coſtis, & grauitas, & vrina citrina vel viridis antecedit nigram, quæ in iſta nigra icteritia vitio hepatis apparere ſolet.

Q. ſi fuerit peopter apoſtema aderunt ſigna apoſtematis, de quibus infra ſua rubrica. Et factæ ab hepate ſigna quia priua in hepate apparuerunt ſigna nocumenti eius, & eo tempore ſplen eſt ſaluus niſi per communitatem hepatis fuerit læſus, & non eſt nigredo pura ſicut in ſplenetica, & in vrina non apparet digeſtio.

Signa. ſi fuerit vitio malæ complexionis calidæ, & ſiccæ erit nigredo ad citrinitatē decliuis. Quòd ſi fuerit vitio caliditatis cum humiditate erit citrinitas cum rubedine. Quòd ſi fuerit vitio frigiditatis & ſiccitatis & frigiditas fuerit dominans declinabit color ad viriditatem, ſi ſiccitas dominans tendet ad nigredinem. Quòd ſi fuerit cū frigiditate & humiditate, humiditate vincente declinabit coloc ad citrinitatem quandam & fiſticitatem. Q. ſi fuerit frigiditas vincens declinabit ad viriditatem. Color autem ſplenetice noo variatur, ſed vnus eſt Auic.

P R O G N O S T I C A nigra eſt ſalubrior citrina, ſed citrina alijs paribus citius curatur, de reliquis vt de citrina conſidera.

C V R A canones in cura itaq; icteritiæ ꝓcedendū eſt cum canonibua ꝓportionalibus regulis, quę de cura icteritiæ citrinæ dictæ ſunt. vnde Auic. Ipſam aūt icteritiam citrinam cura cum eis quibus curas ipſam icteritiam citrinam & cum eis quæ fortiora ſunt. Fortiora itaq; in hac exhibenda ſunt, vt in ſequenti rubrica. Tu tamen aduerte ne nimium calida aut ſubtiliatiua, aut multū fortia aperitiua exhibeas, ne propter raritatem ſuæ ſubſtantiæ multum lædatur, & debilitetur, numquid raritas membri conſideranda ſit in exhibitione medicinæ. quarta primi, primo cap̄. ad modum eius, peocede itaq; primo cū regimine in propoſito cauſæ, quia contrario illi. Secundo exhibe digeſtiua ſibi conuenientia ex calidis, aut frigidia ſupra quarto tractatu, & vt copioſior ſia ponam in ſequenti rubrica multa talia ſimplicia & compoſita. Tertio procede ad euacuationē cum phlebotomia ſi expedit cū ſolutiuis, & clyſteribus, nam clyſteria hoc caſu multū cōmendanſ. Itē cū diuerſiuis cōfortatiuis, vt res ipſa expoſtulat.

V nde oedinatim procedens iuxta ſeriem caoſarum, dicendum primo q̄ in facta ex oppilatione, vtendū eſt apertiuis in via cibi, & potus in digeſtiuis, vt ſupra de citrina quæ ſint ſubtiliatiua aperitiua ſplenem, & humorem melancholicum reſpicientia, vt ſupra quarto tractatu. De euacuatione dicendum primo iuxta illa quæ dixi de citrina, quidem in principio competit phlebotoma de ſaluatella, aut baſilica ſiniſtræ manus, licet Aui. videatur æqualiter moderare, & artare hoc dictum meum cum dixi. In illa autem quæ ſplenetica eſt conſidera an illic ſit repletio ſanguinea plurima, quate phlebotoma baſilicam ſiniſtrā & ſaluatellam poſt eam in de cura citrinæ. vt ſupra. In oppilatiua vero illud quod cōicat omni oppilationi eſt cura oppilationis ꝓdictæ in capitulo hepatis ex phlebotomia, & prouocatione. conſidera. De euacuatiuis per ſeceſſum aut per vomitum dic proportionabiliter, vt ſupra de citrina. Nam hic accipe ſolutiua melancholiæ: de q̄bus quarto tractatu, tuo propoſito congruentia ſimplicia, aut compoſita, de quibus etiam in ſequentibus rubricis. Clyſteria hoc loco maxime commendantur. ℞. aquam decoctionis pororum, caulis, ſiclæ, ſenæ, epithimi, polypodij, ſquinanti, cuſcutæ, & aliorum, & ſic ſplenem reſpiciētium, de quibus in ſequēti rubrica, & cum oleo de capparibus, vel de oliuis cum ſale, addendo etiam diaſenæ, & huiuſmodi.

Ad extra & ad intra applicētur ſplenem reſpicientia.

Item tertio confortetur ſplen cum applicatis intus et extra. ſy. cōfectionibus, electuarijs, & huiuſmodi emplaſtria vnguentis, fomentationibus, & huiuſmodi de oppilatiuis & aliter attenuatiuis, vt exigit diſpoſitio, de quibus omnibus ſuta rubricis ſtatim ponēdis de ipſo ſplene & diſpoſitionibus eius, & dictum eſt vt exigit diſpoſitio, quoniā aliter oportet procedere in calida, aliter in frigida, aliter exiſtente feb. & aliter non exiſtēte, vt proportionaliter de citrina dictum eſt.

Expeditus de ſplene quantū ad eius deſcriptionē, anatomiā, et particularē diſpōnē eius, q̄ eſt icteritia nigra, aggredioc cū dei gratia alias ipſius diſpoſitiones, de quibus vt de alijs hepatis proportionaliter agendum eſt.

De *mala cōplexione ſplenis.* Rub. IIII.

ET antequā aliud dicam de cura eius præmittam ea quæ ſuoi ſpleni conferentia & nocentia, calida & frigida, vt his notis facilius in eiua perfectam curam perueniamus. Et attende prius q̄ vt dicetur infra, curæ diſpoſitionum ſplenis noo ſunt negligendæ, quoniam cito figontur, & cauſa dicetur.

N O C E N T I A ſpleni ſunt oīa frigida, nam ipſa ſua noo naturali frigiditate membris etiam vicinis nocēt. Omnia groſſa quoniam ſunt apta nimis ingroſſare materiam eius quæ ex ſe groſſa eſt, item oppilationem inducere, item omnia conſtrictiua, & fortitec ſtyptica, & pontica, propter quod in medicinis ſplenis aceto vtimue. Omnia vētoſa quia faciliter in eo fumus, & vapor, includitur. Et omnia quæ propter groſſitiem, & viſcoſitatē ſunt apta nocere hepati, ut paſtillitia dulcia, groſſa, lac. de quo in dubijs. Coitus poſt cibum, & ſimiliter balneum poſt eum. Crapula & maxime nocturna. Omnis emuoctoriorū immunditis, & ſpecialiter ſiniſtri inguinis. Omnis mala diſpoſitio membroeum affinium. Quælibet fortis ventris concuſſio. Omne quod humores in coepore ingroſſat, vt febris longa, & ſpecialiter quartana. Omne qd' melancholiā ſupare facit vt nimia ſolitudo, triſtitia, & hmōi. Aqua frigida & vſus eius q̄ ēt hepaticis, iliacis, colicis nocet. Oīs poroꝝ corporis oppilatio. Vinū acidū, ponticū, uinū groſſum, muſtū, panis azimus, aſſa, frixa, piſces, pinguia, ſalſa. Vnctoſa q̄ inflāmata in melancholiā aduſtā cōuertuntur ex qua poſtea generatur lepra, ꝑꝑ quod io Alemania multi repertunt leproſi ex vſu butyri. Legumina, olera, caſeus

Germani cur ut plrimū lepeoſi.

maxime

maxime antiquus ſalitus. Caro bouina, porcellorum: aues aquaticę, neſpilla, perſica, coctana, fructus immaturi. Omnes fructus aquoſi. Et rapa quam in generatiōe habes hæc à Mundino vituperatur. Ficus groſſæ. Splen cuiuslibet animalis, licet omne membrum ſibi ſimile cōfortet. item aer groſſus, paludoſus, autūnalis, & maxime quando ęſtas præceſſit calida, quæ omnium adurit humores.

CONFERENTIA aūt ſunt his oppoſita. Vñ cōferunt aperientia, diuretica, ſubtiliātia valde, de quibus infra in ſpāli canone, mollificantia, uentoſitatē cōſumētia, ſanguinē à melācholia mūdificātia. Et deſcēdēdo ad ſpālia pro oī parte ponēt primo calida cōferētia, deinde frigida. Calida ſūt abſynthiū, acorus, agaricus, amoniacū, apiū, agrimonia, ariſtolochia, aſſa, bethonica, camedreos, capparus, caules, ciclamen, cyperus, coſtum, diacucurma, diatrionpipereon, ebulus, hędera, hædus, elleborus, epithimus, gluten albotin, lacca, lapatiū, lapis lazuli, lapis armenus, leotiſcus, liliū, mel, mentha, mercurialis, naſturcium, nux muſcata, oua, origanū, oleum amygdalarū, paſſulæ, paſtinacha, peonia, politricū, pulegiū, praſſium, pulmo vulpis, raphanus, rucha, radix, capparorū & eſt ſingulare, radix geneſtræ, ſaluia, ſandaraca, ſinæ, ſerpillum, ſyru. de calamento, de ſticados, ſyru. de abſynthio, ſcolopēdria, ſanguis hirci, ſpica, ſquilla, tamariſcus, trifera ferruginea, thimus, trochiſci de abſynthio, trochiſci de capparibus, vrina hoīs

Vrina poru mirabilis.

& ter in die ſumpta eſt mirabilis. Vinū extinctiōis auri, et eſt optimū. Vrtica, hiera, hyſſopus, ireos. Frigida, acetū, acetū ſquilliticū de cōplexione eius dupl'r ſicut de ſyru. aceto ſo ſimplici, alchechengi, aqua ferrata, bleta, coralli, cornu cerui vſtum, lactuca, aſini, morus, myrobalani omnes, vitis, viola, & huiuſmodi. de quibus etiam compoſitis.

QVIBVS ſic poſitis attende canones hos.

Primus ꝙ non parua diligentia ſollicitēs curā diſpoſitionum ſplenis nec pro paruo reputetur, vt ſupra & cauſa quoniam cito in eo ęgritudines firmantur, & duritiem, & oppilationē cauſant ꝓpter ſubſtantiæ eius liquiditatem. Item quia mēbris frigidis circundatur. Item & ante macrā, coopertura. Itē qm̄ eius nocumētū ſtatim cōicatur hepati, vt ſupra de cauſis hydropiſis. Item & toti faciliter.

Secundus ꝙ vaſa ſplenetici ſint de tamariſco ſi haberi poteſt, vel ſaltem fruſta ponātur in vaſe fixa quod intellige de uaſis cibi & potus, idem erit ſi erunt de fraxino, quia de radice eius, vel de geneſtra, vel de ſalice.

Tertius, ꝙ nunquā vtaris diureticis maxime ſplene exiſtente duro vel oppilato ut applices remollientia extra, & intus exhibendo. Item nec exhibeas ſolutiua ante diureticorum, & remollientium vſum. Item nec ad extra applicabis reſolutiua niſi remollitiua præceſſerint. Item nota ꝙ ſicut reubarbarum eſt medicina propria hepati, ita & lapis lazuli, & armenus ſpleni.

Quartus ꝙ licet cura ſplenis ſit proxima, & ſimilis curæ hepatis, nihilominus differunt. primo ex parte fortitudinis, & debilitatis penetrationis & non penetrationis medicinæ. nam fortiores debentur ſpleni, & penetrabiliores, immo admiſceri debent cum his quæ faciunt eas penetrare. & ideo vt plurimum medicinis ſplenis commiſcemus acetum maxime quando ad extra applicantur. Medicinæ nāq; ſplenis debent eſſe fortiores ad intra ꝙ̄ ad extra propter ſitum ſplenis magis in profundo ꝙ̄ ſit hepar. Secundo ſi ad intra et ſint alteratiuæ etiam quia diſtantia maior vel via longior. Tertio. ſ. gratia euacuationis, quia humor magis ineptus euacuationi. Tu tamē caue ſic in principio applicare. & ſic ſemper menti habeas quòd ſplen eſt membrum faciliter diſſolubile cum ſit quædam ſanguinis turbulentia in ſpiſſitudinem reducta.

Acetū ſplenis medicaminib⁹.

Splenis deſcriptio.

Quintus ꝙ cū medicinis ſplenis ꝗ ad intra ſumūtur, ponanē cōſeruātia virtutē medicinarū eius vt aliqd̄ viſcoſum vel gūmi & ſi nō cōferret ex ſe ipſis ſpleni ne ꝓpter longitudinē viæ amittatur virtus medicinarum. ſicut in theriaca ponimus opium quinto cañ. primo capitulo.

Sextus ꝙ ſplem medicinas acutas, vt eſt acetū applicamus. nō ſic aūt ſecure hepati, Imo tales nō debent applicari niſi magna exiſtēte neceſſitate. Itē ſplenis ſecurius applicamus ei appropriata, & confortantia, & ſtypticātia ꝙ̄ hepati. Nā hepati ita fortiter ſtyptica nō ſunt applicanda ſed leuiora multū, quia in hepate magis timemus oppilationē ꝙ̄ in ſplene propter vias fortiter anguſtiores in hepate.

Septimus ꝙ magna exiſtēte repletione ſanguinis melancholici facere debemus phlebotomiā de baſilica nigra, quia ſaluatella eſt nimis parua. Itē ſi maior fuerit abundātia diuertēdo & euacuādo à ſuperioribus fac de ſaphena. Q. ſi timeremus de periculo capitis fac de venis guidez. quas vſq; modo non vidi phlebotomare. & tu conſidera.

CAVSÆ præmiſſis his generalibus anteꝙ̄ deueniamus ad curam ipſius malæ cōplexionis oportet eius cauſas à quibus euenire poterit enuntiare. deinceps uero, & de ea diſtinctionem ponemus. Splen nāq; ſm plurimū patitur à mala complexione frigida quæ aliquando eſt materialis. aliqñ abſq; materia. Cuius cauſa aut materia fuit. aut nimius potus aquæ frigidæ, & ſpāliter in febribus. aut ſtatio in ea. aut ſuper lapides frigidos. aut vſus rerum frigidarum. aut nimius ſanguinis fluxus. aut exercitiū forte, ad quod ſecuta eſt reſolutio fortis, propter quod ſplen eſt infrigidatus. aut prolixitas ægritudinis. Et ſi cum materia aut eius cauſa eſt phlegma. aut melancholia. & horū ſigna comprehenduntur ex effectibus ipſorum humorū de quibus ſtatim. Patitur & à mala cōplexione calida ſine materia & cum materia. Abſq; materia. vt ſunt cibariorum, & potuum calidorū & hm̄. & quia præceſſit ægritudo calefactionem inducēs. Si cum materia aut ſanguinea, aut cholerica, & ſigna dicenda demonſtrant.

SIGNA demōſtratiua caliditatis eius ſunt ſitis. inflatio percepta in latere ſiniſtro, & corruptio coloris declinantis ad nigredinem cum claritate, & conturbatio albedinis oculorum, cum caſu appetitus, & eius vrina eſt ſpiſſa colorata & reliqua talia ſignificantia caliditatē de quibus ſæpe. Frigiditatis autem ſigna ſunt conuerſio coloris ad nigredinem cum obſcuritate, & turbatio albuginis oculorum cum liuiditate vel plumbeitate, & caſus appetitus. eo ꝙ nihil de melancholia mandatur ori ſtomachi vt ipſum confortetur vt cōſueuit, quia nihil attrahit ſplen de melancholia ab hepate ꝓpter debilitatem eius, & ꝙ locus circa ſplen eſt frigidus tactu, & vrina apparet turbida, ſed clara ſuperius. Siccitatis ſigna ſunt durities, & debilitas corporis, & groſſitudo ſanguinis, & vehementia nigredinis coloris. Humiditatis autem leuitas lateris ſiniſtri, mollities corporis, groſſitudo, ſanguinis nigredo trahens ad albedinem plumbeam.

PROGNOSTICA plurimæ ęgritudines ſpleneticæ autūnales ſunt & fiūt in his qui multā aquā bibunt frigidam in feb. & in his qui lōgas paſſi ſunt ægritudines. Qñ ſplen impinguat corpus extenuatur. nam ex eo ſic lęditur virtus hepatis quare minoratur ſanguis. Extenuatio ſplenis ſignificat humorum bonitatem. In ægritudibus ſplenis augetur appetitus, & quandoq; deſtruitur maxime quando eſt melancholia ſuperexcedens. Aegritudo ſplenis fit in re multarum ægritudinum peſtilentiarū quæ ex venenoſa melancholia generātur. Vrina nigra ſiue ſanguinea nigra in fine ægritudinum ſplenis bona. Et de prognoſticis latius quære in ſequenti Rubrica.

CVRA canones. & ꝓcedens ad curam poſt canones generales ſic poſitos ponēdæ ſunt regulæ particulares quibus perficitur cura cuiuſcunq; malæ cōplexionis ſplenis. & propter hoc nota ꝙ dictum eſt cura diſpoſitionū, fellis eſt ſimilis curæ diſpoſitionū hepatis. Vñ Aui. cura eſt ꝓxima curationibus hepatis. Et ideo canones hic ponantur de cura malæ complexionis fellis ſimiles illis.

Primo itaq; ordina dietā calidā aut frigidā ut exigit diſpoſitio.

ſpoſitio

ſpoſitio, aduertens continue ad ipſius naturalem complexionem ſeruandam & compoſitionem eius.

Secundo digeras ſi materialis eſt vt exigit humor. Si vero ſola ſufficiũt alteratiua. de digeſtiuis non oportet ꝓlixare. nam talia apertius materiã ipſam melancholicam vel phlegmaticam de quibus ſupra de ſoda. & quarto tractatu ſunt conuenientia.

Et cõſimiliter euacuãtia materiam melancholicã phlegmaticam aut cholericam, vt poſtulat materia peccans.

Quibus peractis applica ad extra aut ad intra remolliẽtia primo, deinde reſoluentia. In cauſa frigida digeras cũ oxymelle de radicibus. Item cum oxymelle ſquilitico.

Euacuatur cum agarico, ſenæ, vt infra in rubricis ſequẽtibus, & cum euacuatiuis melancholiæ. ſupra quarto tractatu dentur trochiſci appropriati de capparibus, de eupatorio. vt infra. Sacelletur ſplen cum ſacculo ex milio aſſato ſale, auena. & ſi vis adde ex alijs appropriatis vt eſt piretrom, coſtum & huiuſmodi. Item per os detur lingua ceruina cum vino. xxx. diebus & multum, ac potẽter facit in extenuando ſplenem. Item fiant emplaſtra ex dictis. Tu tamen ſis memor canonum ſuprapoſitorũ. Vbi autẽ materia fuerit melancholica emplaſtra cum optima dialthea. item cum farina lini, butyro, & iterũ per os dabis diuretica cum remollitiuis mixta, vt eſt malua, melilotũ, brancha vrſina, lac amygdalarum, butyrũ & hmõi. cumq; materia fuerit remollita, aut membrũ ipſum, tũc ſecurius da digeſtiua diuretica. & euacuatiua. deinde cum ſolutiuis melancholiæ, ſupra. iiij. tracta. & de phlebotomia age vt ſupra dictum eſt. Poſt autem has operationes fac eſtuarium ex calidis diureticis, & poſt ipſum ſi vidẽt phlebotoma ex ſaphena, vel ex ſaluatella. & in ſumma procede cum cõfortantibus reſoluentibus, vt de hepate dictũ fuit.

Et ſicut dictũ eſt in cauſa frigida, ita ꝓportionabiliter age in cauſa calida. Vnde ſi fuerit apparẽs vitium ſanguinis per ſigna phlebotoma, de qua iñ phlebotomia dixi ſupra quid mihi videbatur. Deinde euacua cum mundificantibus ſanguinẽ à melancholia, & vtere diureticis frigidis. Quòd ſi fuerit materia cholerica da oxyzaccarã cũ ſyr. de radicibus, & localia. reprimatur in ſua caliditate. & euacua cum reubarbaro, myrobalanis, cũ tamariſcis, boraginis, & ſimilium decoctione. Deinde ingredi facias balneum ex folijs vinearum, maluæ, violarum, hepaticæ, ſcolopendriæ, ſalicis, tormentella, abſinthio, & radicibus fœniculi. Item poſt exitum da aquam endiuiæ, ſcolopendriæ cum pauco zucchari, & ſi opus eſt phlebotomia fac de baſilica ſiniſtræ manus, vel de ſaluatella. Applica deinde intus & extra infrigidantia & cõfortantia ex electuarijs confectionibus, emplaſtris, vnctionibus. Quòd ſi adhuc videtur experire applica ſanguiſugas ſupra ſplenem. Itẽ ventoſas cum ſcarificatione. Et quoniã rariſſimum eſt ꝙ ſplen patiatur malam cõplexionem ſine materia, & malã cum materia quin ibi ſit duritiesaut apoſtema ſiue tumor. cum etiã Auic. de cura male complexionis eius non fecerit mentionem magnam, & fortaſſe propter hanc cauſam hinc ſuperſedeo à multa remediorum narratione. Nam de his multa in ſequentibus rubricis. Sufficiãt itaq; tibi hæc in principio de ipſa.

De apoſtematibus ſplenis. Rubrica. V.

ET licet nomen apoſtematis ſe ad omnẽ extendat collectionẽ, in qua apparet tumor. & inflatio in mẽbro. ſiue ſit à ventoſitate. ſiue ab aquoſitate. ſiue fuerit ab humore. Hic tamen per apoſtema ſplenis intelligo collectionem in eo factam cum apparentia tumoris vel inflammationis ab humoribus per venas ad ipſum membrum fluentibus ibiq; cũ infectione ſanguinis manentibus. Cuius cauſa ſm plurimũ eſt materia melancholica groſſa & ſic patet eius deſcriptio. Et ad ipſum raro ſequit̃ feb. cuius contrariũ eſt in apãte hepatis ꝓpter nobilitatẽ eius & ortũ veniatũ ab eo. Nam accidentia apãtis calidi raro in ſplene reperiunt̃. & ſi accidit ei apoſtema calidũ ſtatim feſtinat ad duritiẽ qm̃ ſanguis qui peruenit ad eum vt nutriat̃, eſt ſanguis ſpiſſus qui induiat̃. Vnde apoſtemata ſplenis ſunt ſm plurimum dura, licet in quibuſdã horis ſint mollia, & calida et accidẽtia ſunt ſm plurimum ſanguinea, rariſſime autem accidunt cholerica, qm̃ ſi cholera ſuperabundat ad chyſtin & non ad ſplenen mitit̃. Et ei raro accidunt phlegmatica mollia, quod ſi ſit hoc eſt quia phlegma groſſum aggregatum in hepate per viã indigeſtionis per poros occultos ad ipm̃ tranſmittit̃ retineturq; & cauſat tumorem à quo etiã phlegmate qñq; cauſatur apãa ventoſum in ſplene ipſo phlegmate ventoſato à diminuta caliditate ſplenis, & loco vno aggregato, ſeu clauſo. Quòd ſi contingat talem ventoſitatẽ ſic generatã etiã per loca vacua ſplenis diffundi, cauſatur inde inflatio vẽtoſa, quæ omnia addita ſunt ad dicendorum clariorem doctrinam. Tu tamen ſcito ꝙ ſm plurimum abſolute tale apoſtema eſt melancholicum ex inferiori parte ſplenis propter grauitatẽ humoris. deinde phlegmaticum. raro cholericum. Reſpicit apoſtema ſplenis quatuor figuras. Prima eſt rotũda vt quãdo eius materia eſt in cuſpide eius. Scd'a eſt lata vt quãdo eſt materia ſm planitiem ſplenis. Tertia eſt longa groſſa quando eſt materia ſecundum lõgum ſplenis, & eſt multa. Quarta eſt longa ſubtilis, quãdo eſt materia collecta ſecundum longum ſplenis, & eſt pauca.

CAVSÆ. & licet in modo cauſarum eius ſit procedendum eo modo ꝓportionabiliter vt de apoſtemate hepatis, tamen vt tibi complaceam aliqua ſic narrabo. Nam aer groſſus ſicut paludoſus, aer autũnalis, & maxime quãdo præceſſit æſtas calida multum, quæ humores multum aduſſit. Nam ſicut carbones igniti cum extinguuntur à fabro efficiuntur terrei nigri, ita & humores æſtatis à frigiditate autumnali. Et Auicen. plurimæ quidem ægritudines ſplenis ſunt autumnales. Nam cum autumnus humores incineret. ſecunda prima. & plurimæ ægritudines ſplenis per incinerationem melancholiæ generentur. ſequitur.

Item vſus multæ aquæ frigidæ in febribus conſtipantibus materiam in ſplene. Item rerum multiplicantiũ melancholiã. de quibus ſupra de his quæ nocent ſpleni. & tu ibi. Itẽ longitudo quartanæ. & etiã alterius feb. in qua pars groſſa terreſtris ꝓpter indebitam cũonem, aut propter debilitatem virtutis tranſmiſſa fuerit ad ſplenẽ. Vnde à caſu, percuſſione, oppilatione mala cõplexione, & hmõi accidit apoſtema, vt in de cauſis apoſtematis hepatis dictum eſt. Sed nota ꝙ multiplicatio phlebotomiæ, & maxime cum euacuatur ab eo eſt cauſa generationis apãtis. Et ſicut apãa ſplenis permutari poteſt ad apãa hepatis ita econtra, & eſt illud plurimum reſpectu permutationis ſplenis.

SIGNA demonſtratiua doloe, & grauitas in latere ſiniſtro percepta, qui quidem doloe extenditur vſq; ad diaphragma maxime qñ apoſtema eſt magnum, & nõ aliter cõitate ipſius ad diaphragma quæ cõitas non eſt multum propinqua. vt notat ſenſus in anatomia. Et quandoq; aſcendit vſq; ad furculam & ad humerum ſiniſtrum propter cõmunitatem ſplenis ad furculam per ſuſpenſoria. vt in anatomia dictum eſt.

Signa ſi accidat apoſtema in parte inferiori ſplenis, tũc ſubtiliatur ſanguis eo ꝙ fex eius in fundo ſplenis reſidet & eſt proportionabile. ſicut quãdo vinum turbidum clareſcit, & ideo apparet ſubtilitate eius. quia caliditas in eo tũc vincit rubedo in pedibus, & genubus.

Signa ſi apoſtema fuerit calidum cholericum, tunc erit inflãmatio magna, ſitis fortis, & grauitas minor, & doloe fortis, & color tendit ad rubedinem, & febris eſt intenſa, cum tuſſi, & vrina erit tincta. & de tertio in tertiũ magis grauabitur patiẽs, & alba oculorũ citrina erunt. regimen, ætas, complexio, & huiuſmodi notentur quæ declarant.

Quòd ſi fuerit frigidum phlegmaticũ erunt ſigna dicta

apoſtematis cum lenitatē tactus, & cum albedine coloris in quo eſt parum nigredinis, & cum grauitate notabili. & tumor maior ſiue groſsities alijs partbus, & vrina erit pallida & cutis tota, priuatio ſitis & ad cibum eſt appetitus & quotidie febriunt febre lenta hoc eſt non intenſa, & augetur circa ſolis occaſum. Itē declarat illud regimen, ætas, compleaio, & huiuſmodi.

Quòd ſi fuerit melancholicum ſentit tactus duritiem, groſsitiē, cum grauitate. Color eſt liuidus, viridis. Et vrina tendit ad nigrum. Et in toto eſt dominium melancholiæ. Et febriunt, & de quarto in quartum magis moleſtantur. Item declarant illud regimen præteritum, habitudo, complexio, ætas. & hoc magis accidit ſpleni propter groſsitiem ipſius humoris.

Quòd ſi fuerit ſanguineum erit inflāmatio, & minor q̃ in colica & ſitis minor. Et vrina tincta ad rubedinem obſcuram. Et dolor ſatis intenſus. Et grauitas maior q̃ in colico. Et tumor maior & cum quadam leuitate. Et color tendit ad rubedinem, cum fuſcedine declinanti. Et feb. erit continua & non recipiens in hora diei notabilem excreſcentiam. niſi in aurora diei vſque ad tertias, ſitietque ſatis intenſe. Et erit cum duritie ventris & corporis extenuatione. Illud etiam declarabunt regimen præteritum, complexio, habitudo & huiuſmodi. quæ ſuper ſanguinē ſignificant. Et conſimiliter pro alijs diſcurre per ſigna eorum. de quibus in principio operis.

P R O G N O S T I C A. Splenetici vehementiorē habent appetitū quàm alij. ſed vomitus in eis eſt difficilis valde, & ſunt ventre ſtyptici ſm plurimum, & indigent in vomitu & ſolutione ventris cum medicinis. Auicen. Hipp. in augmento ſplenis macreſcit corpus. Paſsio ſplenis ſiue calida ſiue frigida inueterata non bene curatur, & dicitur inueterata quæ annum tranſiuit. Quando regio ſplenis digitis tangitur, & ita dura inuenitur ꝙ compreſsioni nullo modo cedit incurabilis eſt viaticus. Paſsio ſplenis in principio antequam dureſcat facile curatur. ſed neglecta ita vt in oppilationem tranſeat, aut in apoſtema dura ſit ad ſanandum, & longa. & ideo non negligas eius curam. Qui frequenter coryzam incurrunt nō fiunt ſplenetici, eo ꝙ coryza eſt ex materia ſubtili aquoſa locus eſt conſiderationis Auicen. Vrina cum reſidentia multa & fece in declinatione ſpleneticæ paſsionis bonum. Vrina alba, & tenuis ſi in paſsionibus ſplenis continuauerit mala multum. Si alicui ſplenetico continuantur medicamina propria, & non remediatur regimen malum ſignificat. Fluxus ſanguinis in parte ſiniſtra in apoſtematibus ſplenis poteſt eſſe ſignum bonum. Fluxus vētris ſanguineus in apoſtematibus ſplenis bonum. Diarrhœa breuis in paſsione ſplenis bonum. Vrina in qua eſt fœx viſcoſa aliquando eſt ad bonū aliquando ad malum. Apoſtema ſplenis aliquando terminatē per apoſtema ſub aure.

Et phlebotomia plurima apoſtemat ſplenen. Et ego uidi dominū hepatum tigurenſem apoſtema ſplenis ob hāc cauſam incurriſſe. facta tamē fuit phlebotomia ſemper ex latere ſiniſtro. Autūnus eſt ſpleneticis inimicus, qa multus humor melancholicus propter incinerationē quā fecit in eo multiplicatur. Apoſtema ſplenis quādoq; terminatē fluxu, ſanguinis narīū. Hipp. in libello de morte feſtina, qui habet dolorem in ſplene, & currit ex eo ſanguis nr. & apparēt in corpore eius vlcera non lædentia moriet in die ſcd'o. & ſi nō cadat appetitus eius. Et quādoq; accidit nigredo ſplenis cum ſolutione digeſtionū, licet q̃nq; ſequātur magnitudinē eius nocumenta plurima, & in materiā, & ſm virtutem ſplenis. Et quādo apoſtema ſplenis mutatur ad apoſtema hepatis malū, quod ſi ſit econtra bonū.

Et quia ſæpe facta eſt mentio de vrina nigra hic nota in practica vtile. ꝙ qñ vrina nigra eſt à renibus ſemper emittitur nigra, non præcedente aliquo motu. ſed cum mingitē nigra ꝑpter exercitium, & motum ipſam indicat à ſplene eſſe. nam propter ipſum motum ſubtiliatur melancholia, & ad vrinales vias per collum ad hepar in cōcauitate hepatis exiſtens tranſmittitur. & ſic tingitur vrina, & de ipſa etiam aliquid in præcedenti Rubrica. & tu ibi. Vrina qñō tingatur.

C V R A canones. & antequā te intromittas de cura eius bene cōſidera, quoniam nō ſic de facili curatur, & maxime quando durities eſt cōfirmata quod comprehenditē ex tactu, quoniam ſi tactu cōprimendo non dolet, ſignum ꝙ ibi amplius non eſt ſenſus. ꝙ ſi dolet ſpes eſt ꝙ non eſt tanta læſio, cum ſenſatio nō fiat niſi per partes in quas remanſit aliquid de bona complexione cum ſenſus fiat per mediū bonæ cōplexionis quarto colliget, vnde inueterata aut nunquā curatur, aut cum maxima difficultate, & multi ſe intromiſerunt & deluſi remāſerunt. Poſtremo ſcito ꝙ magnitudo ſplenis inducit maciē primo. qm̄ ſplen ſua frigiditate debilitat virtutem hepatis digeſtiuā, vnde malus inde generatur ſanguis. Item quia attrahit ad ſe de ſanguine illius infirmi. & eſt plurimum propter magnitudinem ſuam Auic. Extenuatio quidem ſignificat bonitatem humorum, & pinguedo eius malitiam humorum. Auicē. Et tu ea dictis hic & ſupra in alijs rubricis collige verificationem iſtorum verſum.

Cor ſapit, pulmo loquitur, fel commouet iram,
Splen ridere facit, cogit amare iecur.

Et nota ꝙ iecur eſt in auibus proprie.

Canones. Primus. ꝙ in cura apoſtematum ſplenis cōſimiles canones obſeruare debemus quos ſeruauimus in cura apoſtematum hepatis, quia in calido procedendo proportionabiliter vt ibi. & in frigido ſuo modo.

Scd's ꝙ licet dictum ſit de cura apoſtematis hepatis ꝙ ꝑpter laſsitudinē & debilitatē oporteat approximare ſtyptica, & quādoq; ab eis abſtinere, ꝑpter timorem oppilationis tamen in apoſtematibus ſplenis nō eſt tantus timor in eorum approximatione. & propter membri ignobilitatem vt dictum fuit, & ꝑpter viarum eius maiorem latitudinem. & hic canon eſt etiā in ſupraſcriptis memoratus.

Tertius ꝙ calida ſpleni applicata applicentur cū cautela ne apoſtema ad duritiem permutetē. qui canon eſt etiam aduertendus in apoſtemate hepatis vt ſupra. quoniā fortaſſe eſt vtrobiq; æqualis timor conſiderando immediatum finem ad quem perducit inflāmatio qui eſt durities, licet magis verenda ſit durities hepatis q̃ ſplenis. primo prognoſticorum. commentoquinto.

Quartus ꝙ applicanda in princ. apoſtematibus calidis ſplenis debent eſſe inciſiua & calida caliditate temperata participantia ſtypticitatem & frigiditatem primū ꝑpter humorum groſsitiē. Secundum ꝑpter ipſius cōplexionē. quia melancholicus. Tertium vt prohibeatē fluxus. Quartum vt reſiſtatē inflāmationi, & hęc in alumine reperiuntē, in principio uero apoſtematum frigidorum hæc modera.

Quintus, vt etiā ſupra, ꝙ in his medicinis cōmiſceamus acetū, qm̄ oportet eas eſſe multum penetrantes vt ſupra.

Sextus. ꝙ ſaltē cum venis ad opus, & pręcipue in principio apoſtematū eius calidorū phlebotomiā facias baſilicę ſiniſtræ. deinde dentur in potu ſucci, & aquæ prædictæ in ægritudinę hepatis. & ex conferentibus in hoc caſu ſplenis ſunt aqua ſalicis. aqua capillorū veneris, a qua portulacæ. & harum rerum frigidarum. de quibus ſupra in de conferentibus frigidis ipſi ſpleni. & tu conſidera.

Septimus ꝙ non ſis oblitus curare, & digerere vt ſupra de apoſtemate hepatis, & interim ꝙ curas cum particularibus noli obliuiſci vniuerſalium vt ſupra de apoſtemate hepatis. Et in ſumma procede in principio cū repercuſſiuis, in augmento cum ipſis reſolutiuis repercuſsiuis vincentibus, & noli obliuiſci eius quod dictum eſt de mollificatiuis ne apoſtema ſclirotizetur. In ſtatu vero vtriſque reſolutiuis vincētibus. In declinatione vero reſolutiuis ſolis quæ non abſoluas à mollificatiuis plus & minus vt videbitur expedire.

Cura ſi

CVRA ſi apoſtema non curabiť ſed tandem ad duritiem venit tunc prius mollifica deinde reſolue, & hæc adinuicem cõmiſce vt videbitur expedire. Etiam mollificatiua adiutus exhibendo. vt violas, maluas, decoctiones earum, brodia, & huiuſmodi. Et ego tibi multa talia & plurima in apoſtemate duro valentia narrabo mollificatiua, & reſolutiua, & vtrunque facientia. Et à mollificatiuis incipio, quoniam ad ea attendere maxime debes. & ad alia quæ ſcripta ſunt, ſupra de apoſtemate duro hepatis. Nec cures niſi prius illa relegas. Mollificatiuum valens contra omnem duritiem eius & oppilationem. ℞. medullæ vituli, cerui, axungiæ, gallinæ, anatis, pinguedinis porci recentis, olei amygdalarũ dulc. olei ſiſamini. ana. miſceatur cum cera, & inũgatur ſplenis regio. Aliud ℞. farinæ hordei. ſeminis lini, fœnugræci, ficcus ſiccæ, vuę paſſæ per noctem ſtent in aceto. deinde ebulliant & colentur, & colaturæ, addatur cera, & oleum. Item malua, biſmalua, brancha vrſina, radices lilij, cepæ, ſquillæ in vino, & oleo putreſcant, decoquanť, & colentur, & colaturæ addať cera, & oleum. Itẽ radicis maluæ, biſmaluæ, liliorum, ſquillæ, ſeminum lini. fœnugræci, ficcus ſiccæ, paſſularum abſq; arillis ſtent in aceto per noctem, & diem, & aliquando cõquaſſentur. deinde bulliant, & coquantur, & colenť, & colaturæ eius addatur ſuccus fœniculi, apij, petroſellini, leuiſtici, bryoniæ, corticum ſambuci. Itẽ radices ebuli, bruſci, ſparagi. Item ſcolopendria, & capillus vene. iſta ſimul fortiter terantur, & miſceãtur poſt eorum omnem decoctionem. & addantur butyrum, & dialthæa, æqualiter, & bene incorporẽtur, & in vltimis addatur cera, & oleum, & hoc vt cõprehendis eſt forte, & efficax remedium in mollificando reſoluendo & aperiendo. Sed nota hic pro dictis, & dicẽdis vt ſupra de apoſtemate hepatis. & ad ea loca recurre. Quòd oportet medicum conſiderare ſi adeſt fe. aut non, qm̃ hic ſic calida oportet moderare qui ſit ibi canon cõſiderandus ſemꝑ in diſpoſitionibus membrorũ aliorum, nec negligas eum. & cõſimiliter nõ negligať febris. vnde tuę intereſt prudentię hic temperate danda. Sublime valde reſoluens, & mollificãs, & ad delendas ſcrophulas multũ valens. ℞. amoniaci. ʒ. iiij. diſſoluatur in decoctione anethi, & camomillæ. deinde cũ radicibus capparorum incorporentur pilulæ & da eis. ʒ. ij. cum decoctione carui. Itẽ ad idem valet emplaſtrum de meliloto Meſ. Item emplaſtrum oribaſij diſtin. xj. Meſ.

Item emplaſtrum diaquilon Meſ. cuius initium emplaſtrum diaquilon. cuius iuuamentum notatum eſt ad apoſtemata dura, & ad duritiem ſplenis. Vnguentũ mollificans & reſoluens omnem ſplenis duritiem & oppilationem aperiens. ℞. ſucci eupatorij, abſinthij, cicoreæ, aceti. ana. ℥. ij. amoniaci, oppoponaci, bdellij, ſerapini. ana. ℥. ſ. pinguedinis anſeris, gallinę, anatis. ana. ℥. j. diſſoluanť gummę in aceto & ſuccis & poſt diſſolutionẽ reducantur omnia ad ignem. & diſſoluãtur & addanť pinguedines, & diſſoluantur cum eis, & poſt diſſolutionem coletur totũ, & reponatur. Ad idem. ℞. radicum maluæ, biſmaluæ, radicum liliorum, cepę, ſquillæ, ſemen lini, fœnugræci, caricarum pinguium, paſſularũ abſq; arillis. ana. ℥. ſ. infundanť in aceto per noctẽ. poſtea bulliant in aqua camomillæ lento igne. deinde omnia in ſacculo ponanť, & ſuperponãtur. mirabiliter duritiem ſplenis remouet. Item vnguentum dialtheæ, axungiæ anatis. medullæ vituli, butyri ſine ſale. ana. ℥. j. olei amygd. dulc. ℥. iiij. ceræ quãtum ſufficit. aceti parum. fac vnguentum. Dixit Dioſ. ciclamẽ ſm omnem modum adminiſtrationis eius applicatũ ſpleni eſt medicina probatiſſima & experta in ſedando oppilationẽ mollificat. & attenuat ſplenẽ inter omnia alia. Item medicamen probatum. ℞. ſuccum ciclaminis tantundẽ aceti mellis & ceræ bulliant ad ſpiſsitudinem mellis, & valet etiam in antiquis paſsionibus ſplenis. Ad idem & eſt efficax ſatis, ℞. mucillaginis maluauiſci, fœnugræci. ana. lib. j. cepæ liliorum. ℥. ſ. amoniaci, bdellij, galbani, ſerapini. ana. ℥. j. diſſoluantur gummæ in aceto acetoſo. deinde. ℞. coſti. cyperi, ireos, farinę lupinorum, tamariſci. aceti. ana. ʒ. ij. ſucci ciclaminis. ℥. ij. adipis gallinę, anſeris, medullę bouis. ana. ℥. ſ. olei camomil. anethi, & olei liliorum quantum ſufficit. fac vnguentum. Poſtremo hic bene aduerte ꝙ ſicut dictum eſt ſupra conſidera qualitatem apoſtematis ſi fuerit calidum vel frigidum, quoniam aliter in alio & alio operandum. vt de apoſtemate hepatis dictum clare fuit. & tu ibi. Item & non tedet replicare euacua. & digeras vt decet, nec euacuationem aliquo modo poſtponas, imo eam ſollicita & frequenta vt decet. Quæ autem ſint talia dicta ſunt, & dicentur de oppilatione in ſequẽti Rubrica, vbi & digeſtiua trochiſcos, confectiones, & talia ponẽtur ſolutiuã &c. Et nota ꝙ quidam delectantur in euaporatiuo, ſiue embrocha, loquendo de embrocha large facta cum aceto forti vt ſpongia, vel filtrum ponendo in aceto ipſo calido, & facta expreſsione ſuperponendo. ſ hoc videtur conferre maxime in principio & magis in oppilatione vt infra. & in cauſa calida. Et quandoq; addunt in ebullitione aceti camomillam, roſas, melilotũ, abſinthiũ, calamentum, aſſarum, capparos, rutam & huiuſmodi. & maxime quãdo eſt durities ſplenis ſucceſsione ſplenis. ſed hoc videť magis conferre in augmẽto, tu itaq; ex dictis de apoſtemate hepatis quid agẽdum in hoc comprehende.

CVRA ſi peruenit ad ſuppurationẽ, quia ad ſaniem & eius aperturam fac conſimiliter vt de apoſtemate hepatis ad ſuppurationẽ peruento dictum eſt. Quãdoq; enim immo quaſi frequẽter ita euenit ꝙ ſplen non patitur abſq; paſsione hepatis. itaq; vtrunq; ſimiliter patitur, quo caſu diligenter diſtingue in his quę dicta ſunt hic & ſupra. nam ſi ſplen patitur cum calefactione hepatis dietã ordina temperatam. & magis inſiſte cum localibus, ꝗ̃ cum datis ore, quoniam recepta aut erunt calida & ſic hepati nocebunt. aut frigida, & ſic ſpleni nocebunt. aut temperata & ſic neutrum videbuntur iuuare. tu itaq; cõſidera. Et omnino nõ cures apoſtema ſplenis niſi relegas ſupra quę dicta ſunt de apoſtemate hepatis ex parte diætæ, & aliorum.

CVRA apoſtematis frigidi de quo dicatur cũ Auic. Cura eius eſt illa quæ temperata eſt ex cura duri cum euacuatione phlegmatis, & melancholiæ, phlegma enim eius melancholicum eſt. Et emplaſtra accepta ex meliloto, & anetho, & calamo aromatico, & ruta ſicca, & alijs. Auicẽ. & ſic bene ſingula conſideres.

### De oppilatione ſplenis, & eius duritie. Rubrica. VI.

OPpilatio ſplenis eſt ægritudo officialis in vijs, & poris eius contingens.

CAVSA cuius ſecundum plurimum eſt humor melancholicus. Nam cum accidit in poris eius oppilatio, prohibet tranſire melancholiam ad eum. vnde ſanguis non depuratus ab ea efficitur incõueniens nutrimentum etiã pro toto, & cũ talis humor remanet obſtructiua in venis eius & non pertrãſit cauſat duritiem, & hæc quidem oppilatio eſt coartatoria. Ex quo apparet primo ꝙ ex eadem cauſa ſit oppilatio coartatoria & durities. Infertur ſecundo ꝙ cura ambarum ſub eadem Rubrica cõuenienter reponuntur. nam durities eſt effectus conſequẽs ad oppilationem, & ſic accidens eius. vt infra in canonibus particularibus. Quòd ſi in eo contingat carnoſa, non eſt ſpes curæ. Attenuatoria quidem cõtingere poteſt ex ſiccitate punctione choleræ, ventoſitate vicinorũ apoſtematũ & hmõi. Sed coartatoriæ cauſa eſt humor vel materia. vnde in ſumma oppilationis ſplenis cauſæ ſunt aut vẽtoſitates, aut apoſtema, aut humor, vt ſupra ꝑ omnia ſicut de oppilatione hepatis dictũ eſt, & oppilatio ipſa ꝑparat ad duritiẽ vt ſupra. Et nota ꝙ inter oppilationẽ ſplenis, & apoſtema eſt differentia: qm̃ in oppilatione omnes pori

ſunt clauſi, & repletuũ, & nõn cum multa diſtenſione doloris, & ſine ſolutione cõtinuitatis. In apoſtemate uero materia eſt magis in vno loco aggregata, & cum diſtenſione doloris, & ſolutione continuitatis, & in cupum magis eleuatur. Tu itaq; conſidera quæ de oppilatione hepatis dicta ſunt, quoniam illa ſunt tibi hoc loco cõmoda, & neceſſaria. De cauſis autem primitiuis oppilationis lactiuis dictum eſt ſupra de mala complexione ſplenis. Item & de cauſis oppilatiotũ completæ, ad quæ loca tu omnino recurre.

SIGNA demonſtratiua & diſtinctiua oppilationũ pororũ ſunt ſi quidem oppilatio fuerit in poro per quẽ trahit ſplen melancholiam erit in ſplene extenuatio, & etiã ſi in vtroq; poro fuerit adhuc maior conſequetur extenuatio, & corpus erit extenuatum propter ſanguinis impuritatem, & maiorem infectionem. & erit defectio appetitus, & ſigna ſumpta ex parte nigredinis vrinæ, egeſtionum, & huiuſmodi. vt de mala complexione eius actum eſt. cum his apparebunt. & ſpecialiter ſigna quæ de icteritia nigra ſcripta ſunt. Quòd ſi fuerit oppilatio in poro per quem mittit melãcholiam ad ſtomachum erit in ſplene groſsities, & durities cum grauedine. Et nota q́ ſplen eſt membrum rarum mollis ſubſtantiæ. quod ſi ſit durum hoc eſt propter humoris melancholici naturam, & erit defectio appetitus. & vrina nigra erit, ſed egeſtio quaſi conſueta..

PROGNOSTICA. Oppilatiões ſplenis præparant corpus ad diuerſas ægritudines, vt ad icteritiam nigram, ad hydropen, & ad apoſtemata, & ideo eas ſolliciie curabis.

CVRA vniuerſalis. Canones.

Primus q́ cura oppilationũ ſpleniaeſt eadem cum cura oppilationum hepatis, & in re & in intentione, nã quãdoq; cum eiſdem, qñq; cum fortioribus medicaminibus, vt dicetur procedere debemus: & fortiora quibus hoc loco vtimur, etiam quãmaxime valent in incidendo ſubtiliando humores groſſos, qui ſunt in pectore & pulmone. & in maturando & educẽdo ſaniẽ ab eo. & ad ſpuendum, vt Gal. Et medicinę fortes in oppilatione ſplenis ſunt ſicut radix & cortex capparorum, radix tamariſci, ſcolopendria, cortex ſalicis vel fraxini, ſquilla, & huiuſmodi. de q́bus etiam ſupra.

Scd's q́ vt dictũ eſt ſupra. & de cura oppilationis hepatis nõ ſunt tales medicinæ fortes adminiſtrãdę ſine cautela, ne ex earum nimia reſolutione ſequatur petrificatio.

Tertius q́ non obliuiſcaris lenientium & remollientiũ humorem, quia talia præparant ad eius faciliorem expulſionem. q́ ſi eis non indigueris vtere tẽperate calidis, ſubtiliatiuis, cuiuſmodi ſunt thamariſcus, & ſcolopendria, & ſic de alijs, vt ſupra.

Quartus. q́ ſi potes ſtes contentuain adminiſtratione ſimplicium. q́ ſi nõ, vtere compoſitis. Nam & ſimplices, & compoſitæ debent eſſe calidæ, & ſtypticæ, & non multum calidæ. vnde ſimplicia in quibus eſt amaritudo cum ſtypticis ſunt hoc caſu conuenientia, vt abſinthium & huiuſmodi. & hic nota q́ reperiuntur medicinæ quæ etiam ſua conferunt proprietate, vt ſtatim dicetur.

Quintus quando oppilatio eſt debilis ſufficit nobis regimen ſubtiliatiuum pro eius cura.

Sextus q́ regimen impinguatiuum qñq; ſufficit pro cura durities ſplenis generando ſanguinem bdnum & humidum, quo refrangitur groſſum oppilans, & duritiem cauſans. ſed tale regimen nõ debet eſſe ex rebus oppilantibus, & ſanguinem groſſum generantibus.

Septimus canon eſt vt prius per inferiora tentemus remouere oppilationem, & duritiem. deinde cum talia non ſufficiunt q́ emplaſtra & alia ad extra applicata. & hunc canonem credo voluit Auic. cum dixit. Et quandoq; peruenit durities ſplenis ad hoc vt non ſufficiat in curatione eius adiutorium cum iaquæ bibitur abſq; eis cum quibus ſit emplaſtrum ei.

CVRA particularis Canones particulares. Ordinatio diætæ. Digeſtio materiæ. Euacuatio. Oppilatio. Remotio. Confortatio ſplenis. Accidentium correctio.

Primus completur declinando ad cõtrarium cauſæ. & cũ aere ſubtili cibis, & potibus lenibus pinguibus ex iuribus carnibus præparatia cum ſubtiliatiuis calefactiuis non multum, ſed temperate vt cappari cum aceto & huiuſmodi. vinũ ſit ſubtile album. aut bibatur aqua in qua extinctum ſit multoties ferrum.

Scd's perficiẽ cum digeſtiuis calefactiuis ſubtiliatiuis inciſiuis, cuiuſmodi ſunt oxymel cõpoſitum. ſyru. de radicibus de bizãtijs. Itẽ ſyr. de fumo terrę. & eſt facilis ſye. de calamento. ſyru. de eupatorio & eſt forte. Item. ℞. abſinthij, radicis ireos, centaureæ minoris, ſcolopendriæ, radicis capparorum & fructus eius. fructus thamariſci, atq; eupatorij, hyſſopi montani. an. ℥. j. ariſtologiæ vtriuſq;, corticũ fraxini, dipiami, florum camomillæ, aniſi, ellebori nigri. ana. ℥. ſ. maſticis, ſerapini, galbani, opoponaci, lapidis lazuli pręparati ſquamæ ferri, myrrhæ electæ, gũmi hederę, laudãi. ana, ℥. ſ. garyophyllorũ, cubebę, macis, galliæ, cinnamomi. ana. ʒ. ij. aromatizetẽ ſyrupus. & in fine addaẽ epithimi ſcenę agarici. ana. ʒ. ij. ſucci radicis ebulorum, ſucci cucumeris aſinini. ana. lib. ſ. magnetis. ℥. ſ. aceti ℥. ij. zucchari lib. ij. deẽ cum aqua ſcolopendriæ qñ itur dot mitũ. & eſt Conciliatoris. rectificat enim ſplenẽ, & eſt potens oĩno in remouẽdo antiquas oppilationes etiam duras ſplenis. & valet in omni oppilatione forti nutritiuorũ. & eſt vltimũ meo iudicio. De digeſtiuis ſatis habes de oppilatione hepatis ibi recurre. et da illã cum aquis apertiuis ſpleni appropriatis, vt de hepate dictum eſt. Et hic ſubiungã aliud. & tibi ſufficiet. ℞. epithymi, corticis radicis capparorũ. ſalicis, raſuræ ireos, ſcolopendriæ, fructus thamariſci. ana. decoquantur in aceto. deinde colentur. & cũ zucchato fiat ſyr. acetoſus mellinus. doſis ſit. ℥. ſ. vſq; ad. j. & dicitur q́ eſt ita mirabilis q́ ſi porcus eo vteretur pluribus diebus non reperiretur in eo ſplen. Splenis mirãdũ remediũ

Tertius capit expeditionẽ ab eo in quo eſt dictũ de euacuatione ſiẽda in oppilatione hepatis, & tu ibi. Sed tñ hoc tm̃ dico q́ primo in oppilatione, & durtie ſplenis ſtante peccato ſanguinis mixti cũ melãcholia. primo phlebotomanda eſt baſilica ſiniſtra, deinde ſaluatella. Secundo q́ ſi non fuerit talis mixtio adhuc cõpetit phlebotomia cũ cõferat in omni oppilatione. vt ſupra de icteritia. unde in his diſpoſitionibus primo incipe à phlebotomia. deinde da pharmaciã euacuantẽ humorem melãcholicũ. Et ſenæ eſt medicina ꝓpria. & hanc ſñiam credo voluit Aui. de curationibus ſplenis cum inquit ad principiũ. Et qñq; indiges vt cõſequaris eã. ſ. phlebotomiã cũ euacuatione per ea quę educũt melancholiã. de q́bus dictũ eſt in cap. icteritiæ nigrę, quaſi dicat facta primo phlebotomia quã primo facere debes, ſi nõ ſanaĩ p illã, indiges vt cõſequaris eã. & hãc diſpõnẽ tolerat Gẽtilis noſter cõſidera. Itẽ ꝓuoca menſtra, & hæmorrhoides. Nã ſenex noſter. xlviij. Aphor. vj. Sect. Lienoſis difficultas inteſtinorũ ſuperueniẽs bonũ. Itidem & xj. Apho. eiuſdẽ Sect. Atra bile vexatis, & renum paſsionibus hęmorrhoides ſuperuenientes bonũ. De ſoluentibus choletã nigrã habes in. iij. tract. & tu ibi. Sed ſenæ eſt medicina ꝓpria. Item agaricus. Item epithymum, lapis lazuli & hmõi. & tu ibi. Nam etiam ſunt poſita compoſita quæ cum reſpicientibua ſplenem dabis.

Facta itaq; euacuatione procede ad quartũ qui eſt apertio oppilationis ad quã apertionẽ etiã ſequiẽ duritiei remiſsio. Et prius cum exhibitis ad intra. vt ſupra in canone. deinde cum applicatis ad extra. Et quę hoc agunt ſunt medicinæ aperitiuæ, inciſiuæ, ſubtiliatiuæ, & abſterſiuę, & reperiuntur in duplici differentia. quoniam quædã magiã à qualitate manifeſta. quædam à proprietate magis.

A cōplexione. quia reperiātur calidi atia amaræ, ſtypticæ, confortatiuæ. vt ſupra. Et harum quædam leues. quædam fortes. Leues ſunt ſicut Camedreos, Camepitheos, Ciclamē, Succus caulium domeſticarum, Aniſum, Acorus, Agnus caſtus, Scolopendria, Canabis. Polium, Spargus, Nil. Acetoſa, Bupatorium, Bedeguar. Fœniculus, Aſſæ, Spica, Calamentum, & ſimiles. Fortes ſunt. Naſturciū, Volubilis, Semen raphani, Sinapis, Praſsium. Iuniperus. Fructus, rubea tinctorum quæ vt fertur aperit & mundificat à proprietate ſola. oxymel ſquilliticum, & eſt ſquilla vltima. Tu itaque in leui leuibus & in forti fortibus vtere. Medicinæ autē appropriatæ tales ſunt ſicut ſumach, Semen portulacæ, Corallus, Cucurbita, & emplaſtrum eius maxime in cauſa calida. Cuſcutæ, & ſemen eius, Fructus tamariſci, Atriplex, Pulmo vulpis, Splen aſini ſyluestris, & maxime cum dantur cum ſy. acetoſo. Item vrina ſplenetici bibita, & eſt mirabilia ſi continuetur eius potus. & eſt remedium Cermiſoni. Scolopendria etiam à proprietate, ſed talia multa habita ſunt ſupra, ideoque ea non proſequor. Accedens ad compoſita deoppilatiua, & duritiem ſplenis remouentia magnifice valet oxymel factum cum decoctione foliorum ſcolopendriæ. xv. diebus continuis ſumptum. Trochiſci de capparibus, de eupatorio, de abſinthio valent in oppilatione ſplenis magnifice. Item. ℞. rubeæ. ʒ. iij. corticis radicis capparorum, ariſto. long. ireos. ana. ʒ. ſ. terantur & conficiantur cum oxymelle & fiant trochiſci, & dentur cum aqua abſinthij. Item medicamen de veſpertilione Auicen. & eſt ſanum, & expertum. & breuiter ex aperitiuis, & alijs opportunis elige ex datis, & ſyr. & alijs hic poſitis, & ſupra rubrica de oppilatione hepatis iam ex parte eorum quæ ad intra quàm eorum quæ ad extra applicantur, ex calidis quidem in cauſa frigida, & ex frigidis in cauſa calida, vt cum ſpongia infuſa in aceto calido, & expreſſa, & ſuperpoſita vt ſupra.

Confortatur ſplen cum applicatis ad intra & ad extra ſecum calidis, & frigidis iam poſitis vt exigit diſpoſitio. & tu quidem ſimplicia cōpoſita habuiſti hic in rubrica iſta & ſupra de debilitate hepatis, & aliquid dicetur infra de ſplenis debilitate: & tu ibi.

Sextus qui eſt accidentium correctio perficitur cum duobus ad præſens cum remotione, ſcilicet duritiei quæ eſt accidens conſequens oppilationes, & cum remotione dolorum. Si autem alia ſunt accidentia illa quærantur ſuis proprijs rubricis.

DE DVRITIE, quia in Rubrica dictū eſt etiā de duritie, ideo hic primo ponam aliqua & pauca de cura ipſius duritiei, cū magna pars immo quaſi tota dependeat ex his quæ dicta ſunt de apoſtemate ſplenis. Secū'o ſubjungam rubricā de dolore ipſius. volo namque vt tibi ſufficiat ſi ea tantūmodo enumerabo quæ duritiei ſplenis ſunt cōuenientia. Et horum quædā ſimplicia. quædam compoſita. Et primo quędā operantur à complexione, quædam à proprietate. A complexione ſunt mollificātia humida, & temperata calida. & vnctuoſa, vt fœnugræcum, ſemen lini, caricæ, althea, mucillagines, earum radices, maluæ, philicis, liliorum alborum. oleum amygd. dul. amararum, de lilio, hyſſopus humida, & ſimilia multa. de quibus ſupra de apoſtemate ſplenis: & tu ibi. Vnctuoſa. vt pinguedines & adipes omnes ꝓpriè gallinæ anſeris anatis porci & vituli & medullæ ipſorum & alia conſimilia. vt de apoſtemate actū eſt. hæc enim inuncta mollificant & extenuando reſoluunt, & hæc ſufficiant.

*De dolore ſplenis.* Rubrica. VII.

CVjuslibet doloris talis cauſa eſt. aut uentoſitas, aut inflatio à mala cōplexione, aut apoſtema magnū, aut ſolutio cōtinuitatis. Iam de mala cōplexione & apoſtemate expediti ſumus. De ſolutione cōtinuitatis habe ꝓpoſitionabiliter vt de hepate. nā ad chirurgicū. De inflatione autē aut ventoſitate dicetur in ſequēti Rubrica, ꝓpter quæ hæc ſufficiant. Nā in dolore procede cum anodinis calidis, aut frigidis vt diſpoſitio exigit. Et aduerte hic Auicē. inquit, & non fiat phlebotomia quāuis indicet eam cōmunitas medicorum. niſi apud neceſſitatem paucam, quia raro accidit talis neceſſitas phlebotomandi. vt cū de apoſtemate futuro dubiū eſſet propter intenſionem dolorū. conſidera de ſignis. vt ſupra, in rubrica de cauſis eius, vt infra in ſequenti rubrica.

*De uentoſitate & inflatione ſplenis.* Rub. VIII.

INflatio ſplenis vt Auicē. eſt. vt in ipſa ſentiatur tenſio, duritiei, & eminentia abſque grauitate, & apoſtemate. & cum premitur planatur locus abſque dolore, & ſentitur rugitus, & eructuatio ſiue ventoſitatis commotio, & aliquando detumeſcit locus. & aliquando tumeſcit, & in paucis horis.

CAVSÆ. & ex cauſis primitiuis ſunt aeris frigiditas, cibi & potus ventoſi ſplenem debilitantes, & cætera ſumpta ex parte ſex rerum non naturalium pro quibus videbitur in ſequēti Rubrica. Nam ſm plurimum cauſa eius eſt mala complexio, & raro calida.

SIGNA. & ſigna malarum complexionum iam poſita ſunt ſupra & tu ibi.

CVRA. Canones. Primus ꝙ medicinæ cōuenientes duritiei ſplenis ſunt etiā cōuenientes inflationi, qm̄ oportet ipſas eſſe aperitiuas, reſolutiuas, abſterſiuas. cuius oppoſitum eſt de medicinis apoſtemati eius. nā ſtypticitas facit ad reſolutionē ventoſitatis & eius excluſionē vt patet intelligenti. Et intellige hic ꝙ virtus reſolutiua in eis abſolute debet vincere virtutem ſtypticam, vt patet per exempla Auicē. vt eſt ruta, ciminū, & hm̄oi. ſed in cōparatione ad eas quæ debent in apoſtemate debet ſtypticitas earum plus obtinere ſuper uirtutem reſolutiuam cum quo ſtat ꝙ abſolute ſtypticitas ſuccumbat in eis vt patet.

Secundus. ꝙ reperiuntur medicinæ magis propriæ, & in ipſa magis operantes, id eſt quæ ſunt ipſi inflationi appropriatæ, & ſi in duritiæ, & eminentia cōueniant, & ſunt agnus caſtus, ciminum, ruta, ſemen vrticæ, ameos, & illis ſimilia. Auicē. Et ex reſoluentibus inflationem eſt ventoſa ignita ſuper ſplenem poſita.

Tertius. eſt ordinatio diætę, & ex parte rerum etiā ſpleni nocentiū. de quibus ſupra. Itē abſtineat ab aqua frigida inquantū poteſt, & ab omni quod eſt vētoſitatis multiplicatiuū. ſed potet vinum album, ſubtile, antiquum, tendens parum ad amarum, ſicut eſt vinum quod diu ſtetit in vaſe aromatico, uel cum reſina apto, poſt cuius aſſumptionem non dormiat, niſi fuerit ei ventoſitati alleuiatus. Et quādo repletio ventris eius cōmouet dolorem nocte, vel die cōprimat ipſum faciēdo compreſſionem & ingenium faciat ad egeſtionem & dormiat quod ſuper illud non conforterur fomentetur ſplen cum reſolutiuis.

Quartus eſt digeſtio ſi eſt ibi materia digeſtione indigens, quod eſt ſm plurimum cum quibus habuiſti.

Quintus eſt euacuatio materiæ melancholicę peccātis, quia plurima fuerit, & cū qbus fieri habeat ſcis ex dictis.

Sextus eſt cōfortatio ipſius, & tu omnia ſcio à domino cognoſcis. In reſolutione inflationis valet. ℞. agni caſti, ameos, corticum radicis capparorum, rutæ ſiccæ, acori. ana. ʒ. j. ſumatur ex eis. ʒ. j. ſ. vſque ad. ij. cum vino antiquo, & conſimiliter decoctiones ex rebus ei appropriatis. Itē ſumme valet diaciminū, & appropriatū. Itē diacurcuma. Itē trochiſci de capparibus de quibus dicit ꝙ tantam uim habent ꝙ ſplenem attenuant, ꝙ ſi porcellus eis vteretur reperiretur tēpore mortis ꝙ non haberet ſplenē. & tu ſcis rides. Item thyriaca. Itē mithridatū cū decoctione ameos, carui, amomi, origani, & talium carminantiū ventoſitatem, & appropriatorum ſpleni. Ad extra vero emplaſtra

valent reſoluentia de quibus in de oppilatione ſplenis, vt facta cum ruta, cimino, & hmōi alijs habentibus vim reſoluendi, & confortandi ſplenem. Item euaporatio facta cum ſpongis, aut filtro ex decoctione rutę, corticum capparorū, agni caſti, tamariſco, ſcolopendria, ſulphure, nucē cupreſsi, & hmōi in aceto. Ex quibus poteſt conficere cerotum & talia vt libet. & nota ꝙ balnea ſulphurea conueniunt cæteris etiam valentibus. ſed magis hæc in quorum applicatione conſideranda eſt hepatis caliditas. Et hæc de iſto ſufficiant.

De debilitate ſplenis. Rubrica. IX.

DEbilitatē ſplenis intelligūt authores ꝙ ſplen deficit ab attractione melācholiæ quæ eſt eius officiū propriū. Nā com non attrahit melancholiam ipſa remanet in hepate, & ſic ſanguinē inficit, & reddit ipſum inconuenientem pro nutrimento membrorum.

C A V S Æ. eius cauſa eſt mala complexio calida aut frigida ſicca vel humida.

S I G N A demonſtratiua, qm̄ debilitas ſplenis non peruenit niſi à malitia cōplexionis, cōpoſitionis, aut ſolutionis continuitatis. de quibus omnibus iam ſigna poſita ſunt. hinc ab eorum replicatione ſuperſedeo, & tu ea ſi vis require rubricis, & ſcito ꝙ proportionabilis eſt debilitas ſplenis debilitati hepatis. & ideo quæ de debilitate hepatis ſcripta ſunt relege, quia multum conferent.

C V R A canones. Ordinatio diætæ abſtinendo & ab his quæ ſplem nocent. de quibus ſupra de cura malæ complexionis in principio, & tu ibi.

Scd'ſ eſt digeſtio ſi mala complexio eſt cum materia.

Tertius eſt euacuatio eiuſdē, qui canones ſunt iam cōpleti ſupra de mala complexione. ſed nota in cauſa calida competit quandoq; phlebotomia ſaluatellæ ſiniſtræ, & tu conſidera.

Quartus eſt confortatio ſplenis, vt diſpoſitio exigit cū alteratiuis intus & extra. Vt verbi gratia. ſi mala complexio fuerit calida confortetur cum oleo ro. mixto cum cappare, & cypero, acoro, ſucco eupatorij, endiuiæ, cicoreæ, lactucæ, abſinthij, cum aliquantulo aceti. Item ponaṫ ventoſa magna ſuper ip̄m abſq; ſcarificatione & teneretē. multa quidem talia habuiſti ſupra alteratiua ad quæ recurras.

In cauſa frigida cōfortetur cum calidis, vt verbi gratia. ℞. ſuc. abſinthij. ℥. iij. aceti. ℥. ij. amoniaci. ℥. j. bdellij, opoponaci, ſerapini. ana. ℥. ſ. olei oliuarum. ℥. ij. diſſoluanṫ gummæ in aceto & ſucco abſinthij, & poſtea ad ignē reducantur cum oleo ſucco & aceto. & cum omnia diſſoluta fuerint adde ceram, & ſic omnibus liquefactis cola per ſtamineā. & de hoc vnguento omni die vngatur, calefacit ſplenem, & ip̄m confortat, & remouet ipſius debilitatem.

Stamiea ueneris, ac patauis cribrū nominaṫ.

Ad idē valet vt ſupra ventoſa magna de quo in dubijs. Item ex datis de mala complexione cōpoſitione. & tu ibi.

D V B I A.

DVbitatur circa capitulum vtrum vētoſatio ſuper ſplenem conferat in ictericia nigra. quia Gal. in libello de cura ictericiæ inquit. In eis autem quæ à ſplene nihil prodeſt ventoſa. Pro dubio dicendum ꝙ appoſitio ventoſæ aut eſt gratia euacuationis fiendæ. aut materiæ attrahendæ. quia melancholiæ quā ex ſe trahere non poteſt. Si gratia attractionis ſic conferi ſine ſcarificatione, vt docuit Auicē. Si gratia euacuationis non confert multum, quia ſplen non habet ibi alligantiam mulram. vnde ibidem Gal. ſplen nullum habet commune cum renibus, vel multum ab eis diſtat.

D V B I T A T V R quare Auicē. videṫ vituperare omne genus lactis pręter lac camellarū in ſplenis duritie, cum cōtrarium ponat ſcd'o canone cap. de lacte. vbi plurima genera lactis cōmendat in hac duritie. Propter qđ dicendū ꝙ in duritie ſplenis aut eſt oppilatio in venis meſeraicis, & partibus ſplenis & hepatis, de qua multum timetur. & tunc omnia genera lactis nocent, quia addunt in oppilatione præter lac camellarum quia eſt valde aperitiuū. & habet in hoc proprietatem occultam quam habet forſan non ex ſpecie animalis, ſed ex comeſtione herbarū quas paſcuntur. Si autem ſolum ad lenificādum duritiem intendimus non timentes de oppilatione, tunc plurima genera lactis conueniunt. & ſic patet.

D V B I T A T V R vltimo vtrū materia exiſtente in ſplene cōueniens ſit deriuare materiam per vias vrinæ. Quòd ſic Auic. cū vtaṫ multū aperitiuis, vt ſupra. Quòd non Gal. xiij. therapeu. vbi ponit ꝙ pars euacuationis ſplenis ſit vētri non autē partes renum, aut veſicæ. Cōcluſio prima. ꝙ regulariter operādo materia in ſplene cōtenta nō eſt per vias vrinæ euacuanda patet. oā ſi materia eſt in cōcauo hepatis ipſa regulariter eſt per ventrē euacuanda. vt ſupra de hepate. & omnes volunt authores. Sed materia q̄ eſt in ſplene nō poteſt euacuari per vias vrinæ, niſi prius veniat ad cōcauum hepatis quo caſu facilius per ſeceſſum curabitur æger. Itē quia materia groſſa melius ac facilius per ſeceſſum q̄ per vias vrinę educiṫ. Itē hoc idem confirmat alligatio ſplenis ad meſeraicas quæ ad inteſtina veniunt. Scd'a cōcluſio. ꝙ qn̄q; vt naturæ tentanti educere per vias vrinæ non poteſt danda ſunt diuretica, vt materis ſplenis per illas vias ducatur ſperātes iuuare naturam.

Et ad rationes dicendum ꝙ Auic. eas dat non vt diureticæ ſunt, ſed vt ſunt viarum ſplenis aperitiuæ. vnde acetum illis miſcetur. vnde in ſumma ſi natura tentat debet medicus iuuare, ſed non tamen debet incipere ipſe medicus, & ſi dicatur natura hoc facit aliquādo; ergo & medicus debet facere. negetur conſequentia. ſicut non ſequitur natura tentat euacuare ſanie per vrinam, immo aliquādo euacuat. ergo & medicus.

A P H O R I S M I.

De Ictericia.

Ex. iiij. Sectione. lxij. Aphor.

Quibus in febribus morbus regius ante diem ſeptimū accidit malum.

lxiiij. Aphor.

Quibus in febribus morbus regius ſeptimo, vel nono, uel undecimo, vel quartodecimo ſuperuenerit, bonū, niſi dextrum ilium obduruerit, ſi vero non, non bonum.

Ex. v. Sect. lxxij. Aphor.

Qui regio morbo laborant, non multum ventoſi ſunt.

Ex. vj. Sect. xlij. Apor.

Morbo regio laborantibus ſi fiat hepar durū, malum.

De Splene.

Ex. iij. Sect. xxij. Aphor.

Autumno vero, & plurimi æſtiui morbi ſiūt, & febres quartanæ, & lienes, &c.

Ex. vj. Sect. xliij. Aphor.

Quicunq; lienoſi difficultate inteſtinorū capiuntur, his ſuperueniente longa difficultate inteſtinorum, aqua intercus, aut leuitas inteſtinorum aduenit, & moriuntur.

xlviij. Aphor.

Lienoſis difficultas inteſtinorum ſuperueniēs, malum.

## De ægritudinibus inteſtinorum, continens Rubricas. xxiij. Capitulum. XVI.

*De diuiſione fluxuum omnium modorum, & de ſignis prognoſticis eorum in uniuerſali.* Rubrica. I.

QVoniam membra de quibus actum eſt in præcedentibus cōſueuerunt materias diuerſas ad inteſtina in notabili quantitate tranſmittere. vnde fluxus cauſaṫ qui tā ex parte diuerſitatis membrorū q̄ ex parte diuerſitatis materierū diuerſas ſortiuus eſt denominationes.

tationes.etiā ab inteſtinis ipſis membris diuerſis, & male egreſsis cōſequēs putauit etiā ducē in magna parte ſecutus, vt de fluxu qualicūq; per inteſtina facto in pſentiarū agat.

Et membra quæ mittere conſueuerunt materias tales ad inteſtina ſunt cerebrū ſtomachus hepar, & ſplen. vnde dictus eſt fluxus cerebralis. aut ſtomachalis, aut epaticus. aut ſpleneticus. Quòd ſi ab inteſtinis fuerit inteſtinalis dicit.

Itē alius dicit ſtercoralis. alius oppilatiuus. Alius à ſpiſsitudine cutis factus, & ſm hos ordines de ipſis vt melius valuero pertractabo. Et qm̄ quādoq; accidit fluxus errore medicinæ quādoq; vi naturę vt criticus, ſiue ſympthomaticus. Item liquefactiuus ſic ab Auic. dictus. hinc poſt ipſorum curam ponā etiam fluxus medicinalis & critici & liquefactiui modum. Et ſic in ſumma erit cura poſita vndecim modorum fluxus ſaltem ſimplicium. Poſt quos in fine ponam curam compoſiti. quia cholerici qui eo dictus eſt compoſitus: quia duabus ſimul fit euacuationibus. vt infra de eo.

S I G N A prognoſtica cum ſciētia prognoſticationis pcedat ſcientiā curationis. hinc ergo prius ponā ſigna prognoſtica de fluxu ipſo in uniuerſali. deinde vnicuiq; rubricę particularia particularibus accōmodabo. Signum pgnoſticum fluxus critici eſt quia ipſum virtus bene fert & cōfert & vi ipſius naturæ fit. Fluxus qui venit ſubito & repente poſt longam ægritudinem eſt mortalis, quoniā magnam, & ſubitam ſignificat corruptionē. Fluxus ducens hydropem mortalis. Fluxus cum admixtione ſanguinis poſt hydropē mortalis. Omnis fluxus ventris qui eſt primo ſicut aqua deinde ſicut unguētum malus. Inqt Hippo. ſolutio ventris groſſa melancholica non ſanatur.

Omnis fluxus vētris qui venit poſt vlcus melancholicū eſt mortalis. Omnis fluxus in fine morborum mortalis.

Omnis fluxus vlceroſus perforans vtplurimū mortalis.

Fluxus vētris ppter vlcera inteſtinorū ſuperiorū vtplurimū icurabilis. Omnis fluxus veniēs ſtatim in principio morbi ſuſpectus eſt habendus. Nā fit aut ppter debilitatē virtutis, aut ppter exuberantē materiā. Omnis fluxus cū pulſu vermiculoſo, & formicante qui non confortatur per cibos nec per medicamina mortalis. Omnis fluxus qui venit poſt aliquā ægritudinē, & tn̄ adhuc remanet ęgritudo, aut non minuit vel eſt cum mala tolerantia mortalis.

Omnis fluxus ventris qui fit poſt ægritudinem venientē accedens ſubito eſt ſignificatio mortis, qm̄ ſignificat eruptionē ſubitam. Auic. Omnis fluxus prolixus in ſenibus mortalis. In omni fluxu ventris caſus appetitus malus.

Si in fluxibus apparent puſtulæ, & ſubito delitieſcūt, malum. In ventris fluxibus cum dolor aduenit circa vmbilicum & partes inferiores, & ſtatim ſequitur egeſtio procul dubio cauſa eſt in inferioribus inteſtinis. Quòd ſi fuerit ecōuerſo eſt in ſupioribus, ſi io loco medio erit in medijs. Si fluxus ſequens ſuperfluitatem moleſtam non alleuiatur niſi ad modicum tēpus inquantū perturbat inteſtina & diu durabit mortale. Et omnis fluxus ventris cum punctura, ſpaſmo, vomitu, ſingultu, permixtione rationis eſt mortalis. Vnde Auic. & ſingultus cum accidit habentibus fluxum ventris & proprie habentibus teneſmum eſt ſignificatio mali. ſignificat ſiccitatem facientem interfectionem. Et cum cibatur habens ventrem debilem, & non additur pulſus eius non cures eum. Et habens ventrem debilem moritur paulatim, & cum caſu pulſus eius, & ſi eſt formicans, aut vermicularis, & eſt cum hoc & intelligit. deinde deſtruitur pulſus eius ipſo viuo, deinde moritur. Omnis fluxus ventris poſt egeſtionem ſubito eſt malus. Hippo. Auicen. Mutationes egeſtionum in fluxu quandoq; bonæ quandoq; malæ. Et pro his reliquis recurre ad Aphor. infra in fine capituli. Vbi plures ponuntur Aphor. prognoſtici de fluxu. Omnis fluxus ventris ad quam ſequitur alleuiatio ſiue fuerit cum feb. ſiue abſq; feb. ſiue ſit accidens ſiue ægritudo. ſiue ſit medicinalis eſt ſignum ſuper bonū futurum. Quòd ſi ad ipſum nō ſequitur alleuiatio, neq; in parte neq; in toto eſt ſignificatio mala & timenda. Quòd ſi in augmento conſtringitur cum debilitate virtutis eſt in proximo mors expectanda. nam talis conſtrictio ſignificat q̄ natura in ſua operatione deficit, & q̄ nullum poſsit continere accidens etiā habet q̄ propter hoc nihil expellitur, & q̄ accidēs ipſum intrinſeca principalia deſtruet. Inquit & quandoq; fit cum hydropiſi egeſtio ſanguinolenta quæ nō abſcinditur neq; ſanatur, quoniā non ſolutione educitur aquoſitas, immo ſolutione educitur illud quod debilitat corpus. Et quādoq; perducunt vlcera inteſtinorum, & excoriatio ad hydropeſim. Et ſic hæc in generali ſufficiant.

### De fluxu cerebrali. Rubrica. II.

FLuxus cerebralis eſt fluxus cauſat⁹ ex deſcenſu multę humiditatis à cerebro ad ſtomachū, & de ſtomacho ad inteſtina ipſis membris nō exiſtētibus neceſſario nocitiuis q̄ quidē humiditas ſm plurimum eſt phlegmatica viſcoſa. Et dicitur ſm plurimum, qm̄ ab alia humiditate nō viſcoſa etiā ſalſa cauſari nō incōuenit. Et qm̄ cura huius magna ſui ex parte depēdet à cura catarrhi ſupius to v. cap. poſita hic leuiter de eo hic pertranſibo, ſolūmodo tangens aliquos canones, ſed prius eius ſigna ponamus.

S I G N A demonſtratiua quando cerebrum læſum eſt ex parte malæ cōplexionis eius frigidæ & humidæ. & hoc ſm plurimū. aut calidæ & humidæ, & raro, & hic fluxus habet periodos, & fit poſt ſomnum longum magis eo quod hora ſomni generat & retinet tunc materia, & poſt ſomnū aggregata fluit ad inteſtina, & in eius deſcenſu ſentit ſe patiēs deglutire aliquid. ſentit q; deinde ſtomachi grauedinē vel dolorem, & ſecum educit pro parte cibū indigeſtum ſi in ſtomacho ipſum inuenit, & accidit ſicut in lubricitate inteſtinorū. ſed ab ea differt, quia lubricitas ventris non habet horas de ſe diſtinctas quibus creſcat & minuatur ſicut cerebralis. immo non accidit niſi aſſumpto cibo. ſed cerebralis apparet abſque cibi aſſumptione, & poſt cibum. Nec in ipſa lubricitate apparet nocumentum in cerebro ſicut in cerebrali. in quo apparent ſigna catarrhi, & corruptio cerebri. apparet & in cerebrali diuerſitas digeſtionum, & ſunt cum ſpuma & retinetur venter in vigilia, & ſecundum plurimum ſunt egeſtiones phlegmaticæ. vnde Hipp. xxx. Apho. vij. Sectionis, Quibus in alui pfluuija excremēta ſpumoſa ſunt, ijs ea capite pituita fluit.

P R O G N O S T I C A nullus fluxus criticus eſt reſtringendus ſi non ſuperfluit qui cognoſcitur, quoniam cōfert & bene fertur. nam ſi reſtringatur periculū eſt mortis & vtplurimū reſtringi non debet niſi vſq; ad dies tres. Fluxus cerebri corpus præparat ad multas malas ægritudines. vt ſupra de catarrho. & ibi.

C V R A canones. Ordinatio diætæ. Digeſtio. Euacuatio. Diuerſio. Siſtio. ſtomachi & inteſtinorū cōfortatio.

Diæta ordinetur in cōtrarium cauſæ ex parte omnium rerum non naturaliū. vt ex parte aeris qui multum cōtrariandus eſt in diſpoſitionibus capitis, ga ei ſubito & abſq; interuallo occurrit. vt q̄ declinet ad calidum non exceſſiuum ne materiam eliquet, & ad ſiccum, & abſtineat à frigido frigiditatem exprimendo, vt aqua de ſpongia fluxus augeatur, & ſit cibus leuis digeſtionis, non ſtypticus, abſterſiuus, vt ptiſana hordei, panis modicū furfureus in brodio pulli, & huiuſmodi. Ex carnibus carnes temperatæ, leuis digeſtionis, euitet lac, caſeum, & alia phlegmatis multiplicatiua. Item in potu aquam zuccharatā bibat, & abſtineat à vino, niſi propter conſuetudinem detur aureum lymphatum cum aqua chalybeata ſimul & nō plus, non dormiat ſuper collum, & cum excitatur à ſomno eſt ei neceſſarium vt vtatur vomitu. Auic. de reliquis quære ſupra de catarrho.

Secūdus completur cum digeſtiuis calefactiuis leuiter

abſterſiuis & non ſtypticis: ne materia in loco incunietur & finaliter augmentum faciat in fluxu. & abſtineat ab inciſiuis multum: & multum aperitiuis. vt ſupra de catarrho. verbi gratia. pone ſy. de ſticados ℥. ſ. cum. ℥. j. mellis roſ. colati: & alia ſi uis quære allegato loco.

Tertius perficitur ſi ex multa materia cum pilulis appropriatis datis in principio ante ſyr. loco minoratiui. deinde da ſyr. aliquibus diebus. deinde pilulas: & ſunt hoc caſu medicina magis conueniens: & tu elige ex dictis de catarrho ſi fuerit pauca digere prius: deinde euacua. q ſi patiens aliquando ſentit grauitatem ſtomachi cum ſurgit à ſomno. & poſt faciat vomitum audacter. Item utere enematibus ex rebus lenientibus & non ſtypticantibus venerem.

Diuertatur catarrhus poſt multas euacuationes trahendo materiã per nares. Itẽ cum uentoſis. Itẽ maſticando maſticẽ, piretrũ, & hmõi leue: caputpurgium fit ex aqua decoctionis camomillæ aut ſublimationis maioranæ. Item euacuetur diuertendo humorẽ per ſuperiora. vt dictum eſt, & vt poſsibile eſt. eſt enim magni iuuamenti, fiant fricationes cum pannis aſperis. Item abradatur caput & adminiſtrentur rubificantia cauterizantia.

Siſtitur catarrhus cum appoſitione ſacculi ſupra caput. vt ℞. flor. camomillæ, ſticados. ana. M. ſ. maioranæ, corticum citri, folliculorum ſenæ. ana. ʒ. iij. macis, nucis muſc. ana. ʒ. j. garyophyllorum. ʒ. j. ſ. bethonicę. quartam. M. j. puluerizentur & fiat ſacculus poſitus ſupra priorem partẽ capitis circa cõmiſſuram coronalem. Item quandoq; ponitur cauterium. vt ſupra de catarrho.

Quibus peractis ueni ad ſtomachum cõfortandum & inteſtina, quibus membris nunquam applicabis ſtyptica niſi ceſſante fluxu, & ipſis membris prius bene mundificatis ne augmentetur timor, & tunc applica ſtyptica, calida, aromatica ad calidum declinãtia quæ habebuntur ſtatim in ſequenti rubrica. & tu ea require.

*De fluxu ſtomachali, puta de lienteria.* Rub. III.

Antiri ſpi a. Græci, Romanis vero le uitas, ſiue lęuor inteſtinorũ appellatur.

QVoniã ſtomachus principaliter à natura creatus eſt, ut cibum retineat & retinendo decoquat. hinc oportuit in partibus eius interioribus ipſum eſſe aſperum, quoniã ex aſperitate remanet, cũ aſperitas ſit inæqualitas ſuperficiei ſm corpus durum propter quod rugatus eſt in tunica ſua interiori. Cum autẽ accidit vt eius ſuperficies lenis fiat debilitatur cõtentiua vnde cibus egreditur indigeſtus. Cauſatur q; inde fluxus lienteria dictus.

Ex quibus colligi poteſt quare talẽ fluxum Auic. lenitatem & lubricitatem appellauit. nam cum lenitate ſtomachus lubricat cibũ vt patet. Ex quo infert ſecundo quare caſsia nocet ſtomacho, & inteſtinis debilibus. & lubricis. vt Meſ. de caſsia. Deſcribitur autem lienteria à Gal. vj. Aphor. cõmen. j. Lienteria eſt velox exitus cibi, & potus in eiſdẽ qualitatibus quibus comeſti ſunt. Et ſubdit, breuius poteſt diffiniri. Lienteria nihil aliud eſt q̃ ciborũ indigeſtio, quibus ægritudinibus nulla mutatio virtutis digeſtiuę inuenitur in eis, neq; colore, liquore, odore, neq; in vlla qualitate. Heleni uero diffiniuerunt q eſt leuitas inteſtinorum. nã lienteria dicta eſt à lieno quod eſt lenire. quã cum lenit pars interior ſtomachi ſtatim deficit cõtentiua & ex conſequenti digeſtiua non imprimit in cibum, quia cito lubricat. nec ſtat tempore debito, & ſic indigeſtus. Alij dicunt à lien quod lenire & teron quod eſt ineſtinũ. ſed hæc nõ eſt completa ut patet. Stet itaq; diffinitio Gal. & addatur illi. cuius

C A V S A ſcdm plurimum eſt mala cõplexio frigida, ſed plerunq; ab alijs cauſis contingere poteſt. ut verbi gratia. ſicut cibi ipſius, & potus diſpoſitio iuuans ad eius diſpoſitionẽ ante cõplementũ digeſtionis, quia ſit groſſæ ſubſtantiæ grauis aut ſubtilis, quia facile aduretur & pungit, & naturã moleſtat. vt cepæ, aut liquidus fluxibilis aut mucillaginoſę lubricitatis, aut errogẽte ſubſtantiæ, vt lac quod corrumpitur aut moleſtat uirtutẽ expulſiuam. Aut quia eſt acutæ qualitatis, ut piper, ſinapis, eruca. Vel uenenoſæ, vt ſpecies fungorum, maluæ, uel magnæ quantitatis reſpectu cõtentiuæ non reſpectu expulſiuæ. Vel quia multarum ſuperfluitatũ. Aut quia inordinate ſumptus. Aut quia præceſsit lubricus acutus, & ſecutus eſt ſtypticus qualis eſt diæta alexãdrina. Aut quia groſſus præcedit & ſecutus eſt ſubtilis facilis digeſtionis, quia corrũpitur, & corrumpit reliquos. quare natura irritatur ad expellẽdum. Aut intemperate ſumptus. Aut ſupra indigeſtũ, quia vtrunq; corrumpitur, vnde natura ſtimulatur ad expellendũ. Aut quia ſuper cibum ſumpſit aquã multã frigidam quæ ipſm cito deponit. Aut quia fortẽ motum corporis, aut animæ ſuper cibũ aſſumptũ fecit equitando, ſaltando, coeundo, vel iraſcendo. Aut fit propter caſum vel percuſsionẽ humores in corpore perturbantes. Item fit q̃nq; à mala cõplexione calida ſine materia, & hoc raro. & eſt quãdo immoderata eſt iuxta illud Gal. ij. Aphor. cõmen. xxij. omnis Immoderata qualitas. & talis inquit Auic. mortificat uirtutẽ cõtentiuã, & hoc apparere cõſueuit in ꝓpinquis morti. Itẽ à mala cõplexione calida cum materia, q̃m talis eſt acuta mordicatiua ſtimulãs. vt ſupra de cibo. Itẽ q̃nq; ab vlceribus ſtomachi quæ lædunt ex occurſu primo cibi. & potus. vnde virtus nociua quærit expellere à ſe & expellit & fluxum cauſat lientericum. Itẽ mala complexio humida materialis phlegmatica mucillaginoſa reddens ſtomachũ lubricum, & in eo aggregata faciens cibũ lubricare. Aut mala cõplexio frigida paralyticũ faciens, & prohibẽs ſtomachũ, & uillos ſupra cibũ, aut ei aliunde cõicat. vt à cerebro catarrhus, aut ab hepate, aut à ſplene ipſis mittẽtibus ſuꝑfluitates ſuas ad ſtomachũ, aut à matrice, aut à toto, aut via criſis, aut ab inteſtinis, aut oppilatione meſaraicarũ & ſigna dicent. Item q̃nq; fit ab aere epidimiali ventorum malitia. influxu ſtellarũ, aut coniunctione. aſpectus capitis & caudæ draconis, & aliorum planetarum in ſignis ſuis.

Et nota q lienteria. ut dictum eſt. proprie dicitur paſsio inteſtinorũ à lien quod eſt lenitio & teron inteſtinum, & licet ita ſit tamen eſt etiam paſsio ſtomachi, quia eius lenitio, immo principaliter à nobis ei attribuit. nec cõuenit duorum membrorum diuerſorum eandẽ eſſe paſsionem, & tu cõſidera qui via ſpeculari in reliquis ægritudinibus corporis & particularium eius. vt feb. hydrops & hmõi.

Sed nota q debet dici ægritudo principaliter ſtomachi, & inteſtinorum cõuer. nam cibus in inteſtinis ſaltem ſuperioribus prędigeſtus in ſtomacho digeſtionem aliqualem recipit. Auic. vt infra de inteſtinis.

S I G N A demonſtratiua fluxus ſtomachalis nõ habet periodum vt cerebralis, & magis fit de die q̃ de nocte, & in hoc differt ab epatico. Sed diſtinctiua ſigna inter ipſm & epaticum ponentur in ſequenti rubrica. & tu ibi.

Signa ſi fuerit ob debilitatẽ digeſtiuæ egreditur cibus indigeſtus in ea, ſcilicet qualitate & quantitate, quibus aſſumitur maxime quando eſt multum debilis. Quòd ſi cum digeſtiua eſſet debilitata expulſiua, tunc uelociter extra emittitur & non egreditur eius quamplurima quantitas ſubito ſed paulatim, & eſt ſecundum plurimum perueniens à mala cõplexione frigida. & ideo ſigna mala complexionis frigidæ ſtomachi ibi apparent. de quibus in ſua rub. Quòd ſi contigerit non propter debilitatem digeſtiuæ ſed retentiuæ. tunc illud quod egreditur nõ eſt ex toto indigeſtum, ſed digeſtionem habet ſm moram cibi in ſtomacho. Quòd ſi acciderit propter debilitatem lubricantem ſtomachum. tunc cum cibo egrediuntur humiditates mucoſæ, & fluxus erit albus cum multitudine ſputi & priuatione ſitis.

Signa ſi fuerit propter lubricitatẽ vlceroſam aut bothoroſam tunc ſigna erunt vlcerum ſtomachi ex vomitu cruricali, & bothor apparebunt in ore & aderit ibi dolor, vt ſupra de ſignis ulcerum, & bothor ſtomachi, & tu ibi.

Prognoſtica

PROGNOSTICA. Eructatio ſuperueniēs in lienteria bonum. Hip. Lienteria quæ fit ex præcedēti dyſenteria. vt. ſ. cauſa dyſenteriæ. vt quia propter vulnera ad cicatrizationem venientia liniantur inteſtina incurabilis, quia impoſſibile eſt villos renaſci quorum aſperitate retētiua viget. Hip. Illi qui lubricitatem inteſtinorum habēt vomitus eſt malus, & hoc iudicium occultam habet cauſam. Auic. Et in libro mortis feſtinæ. cum apparet in lubricitate inteſtinorum ſuper coſtam aliquid ſimile ciceri prouocatur vrina, & multiplicaſ moriſ æger in ipſa hora. Et infra ſtatim in fine de ea quæ ex cauſa calida venit.

CVRA. Canones. Primus ordinatio diætæ. Secūdus alteratio. Tertius digeſtio. Quartus euacuatio. Quintus diuerſio. Sextus ſtomachi confortatio, & exaſperationis inductio. Septimus accidentium correctio.

Primus ordinetur ex parte ſex rerum non naturalium aliter, & aliter vt diſpoſitio ipſa exigit. Quòd ſi fuerit ex parte mali regiminis & cibariorum diuerſitate. de quibus actum eſt rectifica regimen & alia deinde auferas cibaria. & ſit contentus vno cibo & participet aliquali ſtypticitate, & ſimiliter potus. Et dentur ſtomachi confortatiua intus & extra, vt rerum exigit diſpoſitio. Quòd ſi venerit à calida abſq; materia procede cum alteratiuis frigidis ſtomachum confortantibus ex parte medicinarum, & rerum ſex non naturalium quarum notitiam ad modum habere debes ex dictis de ſtomacho in cauſa calida. & tu ibi. Sed pro his dictis & ſequētibus, memorare canōes Aui. ſupra poſiti. & ponitur. xiij. tertij. tractatu primo de canonibus vniuerſalibus inquit. Et oportet vt non auferas in curationibus ſtomachi, aut caliditatis eius aliquid vehementia frigiditatis, & proprie in eo qui non conſuetus eſt ea ſcilicet aqua frigida. Nā actu vehementer frigida euites & vte refrigidis, boni odoris, aliqualiter ſtypticis. vt eſt aqua ro. rob rerum frigidarum. ſy. frigidus & ſtypticus. ſy. ro. myrtinus & hmōi. Epithematibus frigidis. Vnctionibus frigidis, & alijs cōſimilibus. de quibus actum eſt ſupra. c. de ſtomacho in particularibus Rubricis ex cauſa calida. Et hæc intentio maxime habenda eſt ſola qñ talis complexio eſt iam facta ſeu non depēdens. Quòd ſi fuerit ſiens nō cōmunicata ſibi ab alio membro vt eſt hepar aut quæ aliquod tale. vt ſupra, & tunc adde aliam quæ eſt mēbri mādātis rectificatio, quibus aut qualibus ſiat habuiſti Rubricis ſuis. Quòd ſi fuerit cum materia ordina vt ſupra. diætam ex parte aeris. nam declinet ad frigidum arte, vel natura ipſa. & non ſit multum diſtemperatus ne ex eo noceaſ cerebro & alijs. De cibis vero conueniunt hi qui in cholerica diſpoſitione participant etiam ſtypticitate nō multa, immo & ſi ſint humidi non nocent, qñ cholera in caſu nocet ſtimulando. & de his ſupra tertio tract. Item conueniunt maxime gelatinæ cum aceto, & cum ſucco granatorum, vel vino agreſte, & talia. Item ex potu conuenit vinum ru. pauciferum, ſiue aquoſum.

Digeſtio ſiat cū ſyrup. acetoſo de pomis roſato. Item et myrtino Item his violatus. Item de endiuia, et ſyrupus de papauere & tales. de quibus. 4. tracta.

Euacuetur autem cum euacuantibus choleram, de quibus trac. quarto tu tñ da leuia ſubtiliatiua & liquida ſi potes, nam myrobal. cum decoctione aquæ fructuum eſt cōueniens valde, & tu multa in de ſtomacho habuiſti. vnde Auic. Et oportet vt educatur humor cum facilitate. Item in caſu vomitus eſt conueniens ſi faciliter fieri poterit, & cum quibus habuiſti de vomitu cholerico. nam Aui. ipſum laudat in cauſa frigida qđ eſt fortius. vt infra. Et poſt has euacuationes da rob fructuū ſtypticorū. Aui. i. ſtyptica frigida ſtomachū confortātia remouētia impreſſionē caliditatis materiæ ſi qua fuit, aut eſt & relaxatione tunicæ.

Diuerſiones ſiant cum ventoſis ligationibus, & alijs de quibus de ſodai & alijs locis frequenter.

Sextus compleatur cum frigidis ſtypticis ſtomachum confortantibus de quibus ſupra de mala complexione ſtomachi calida materiali. Sed hic nota canonem Auic. 13. tertij. trac. j. de cura malæ complexionis calidæ. Cūq; emplaſtras ſtomachum caue ne velamen infrigidetur aut hepar tali infrigidatione qua eorum operationes noceantur, multotiens aūt accidit inde nocumentum, & frigus in hepate. Quòd ſi perceperis aliud horum, tunc ſuccurre ei cū oleo calefacto effuſo ſuper locum ſupra de abſynthio, maſtice, vel ſpica habes loco allegato ea quæ ad intus & extra applicantur intentionē ipſam perficiunt. & tu ibi. Laudat Aui. ſauich, hordei, lentes excorticatas, deinde acetoſa. Item laudatur zuccharum ro. datum cum puluere coriandrorum. nam coriandrum hoc caſu vim magnam habet. nam coriandrum eſt fortis impreſſionis in retinendo cibos in ſtomacho. 13. tertij. trac. ſecundo, & ſecundo capi. &. 16. de cura fluxus abſq; excoriatiōe. Item ſy. myrtinus cui aliquid ſpodij miſcetur. Item athanaſia cum vino granatorum. & nota q̄ granatum acetoſum, licet choleram reprimat, tamen nocet ſtomacho, magis vero ſtomachū confortat dulce, lenit, & pectus mundificat. Item embrochatio facta cum ſpongia ex decoctione ro. balauſtiarum, menthæ, ſumach in aceto, & ſæpe replicatur, & tu cōſimilia loco allegato require, & infra de dyſenteria vbi multa & multa habebis.

De correctione accidentium dicaſ q̄ talia requirantur locis ſuis. Poſtremo ſcito q̄ hæc lienteria pro paruo non eſt habenda. nam ſi eius tardabitur cura perducit ægrum ad dyſenteriam, & hydropem. Serapio.

CVRA. In ea quæ eſt a cauſa frigida conſimiliter procede. Primo diætam ordina ad calidum declinātem plus & minus vt diſpoſitio exigit ex parte. ſ. rerum nō naturalium. Deinde ſi ſit mala complexio frigida ſola cum alterantibus ſolum procede calidis & calidioribus. vt ſupra de mala complexione frigida ſtomachi abſq; materia, & ſtatim diceſ de mala cōplxone cum materia. Et ſis memor canonis hic immediate poſiti. Auic. Et iuxta illū, habe hunc aliū. q̄ approximatio calidū ita ſiat ne hepar lædaſ, aut cor, quod ſi fuerit independens ſufficit quod dictum eſt. Si dependens ab aliquo membro rectifica illud prius, vt dictū eſt de calida. Quòd ſi fuerit independens, ſed foueatur talis mala complexio à frigiditate vicinorum, tunc rectifica vicina deinde ſtomachum. Vnde hic ſcias vt ſupra de calida aerem conſtitue calidum cum aromaticis calidis, aut ſtuffa. modo quo infra de peſte dicetur ex thure, ligno, aloes, iunipero, & huiuſmodi. Cibaria ſint condita, zinziber, garyophyl. & huiuſmodi. Vinum aromaticū lymphatum, aut non, vt diſpoſitio exigit. Vitet ſomnum diurnum, repletionem, triſtitiam, & hmōi mala accidētia. Et nota hic q̄ inquit Aui. de cura malæ cōplexionis frigidæ. Et ſcias q̄ calefactio extremorum perducit ad calefactionem ſtomachi ex proximo, & ſicut calefactio extremorū perducit, ita & infrigidatio ad infrigidationem, quare pedes ſpāliter calidi tenendi ſunt. Quòd ſi fuerit mala complexio materialis frigida & fuerit dependens ex influxu ad ſtomachum tunc rege illum fluxum regendo mandantia.

Q. ſi fuerit totum corpus euacua, deinde pone ſtyptica in locis intermedijs per quæ fluit materia ad ſtomachum niſi materia repelleretur ad principale, quia à principalibus veniret. Q. ſi fuerit natans euacuabis vomitu & leni, vt cum oxymelle & aqua raphani, & aqua hordei, & aqua mellis & huiuſmodi. vnde Aui. & adminiſtretur vomitus in omni ſeptimana. Q. ſi humor in fundo ſtomachi magis natat ſiue grauaret da leue ſolutiuum. vt hieram, aut pilulas de hiera cū agarico cōfortatas. Q. ſi humor fuerit aquoſus euacua, & etiam confert vomitus leniſ & confortatio & adminiſtratio exiccantium intus & extra. Q. ſi materia fuerit viſcoſa da incidentia & ſubtiliātia, vt oxymel ſimplex de duabus radicibus, & ſquillæ, & huiuſmodi. vt ſupra, deinde euacua vomitu vel ſeceſſu ſm

matrtiæ

materiæ inclinationem, & corporis ipſi ſatiſfactis cum regulis poſitis de vomitu ſupra. Q. ſi fuerit materia in ſtomacho congeſta eodem modo præparetur, & euacuetur, deinde theriaca, mithridatum, zinziber conditum, cinnamomū aromaticum, garyophylatum, diagalāga, electuariū de gēmis deſcriptione Meſ. Item confectio de diamuſco dulci. Itē aqua ardens, et ſic de multis alijs ſupra de mala cōplexiōe frigida ſtōachi materiali et imateriali. Conſimiliter ad extra applica eiuſdem intētionis. vt puluinar ex pennis molli, aut portando de cimatura ſcarlati ante & retro. Item. ℞. cinnamomi, garyophylis. ana. ʒ. iij. maſticis, corticis thuris. ana. ʒ. i. ſ. bulliant in. ij. cyatis vini maluatici ad cōſumptionem quartæ partis. deinde infundatur dicta cimatura in iſta decoctiōe & exiccētur: & ſuper ſtomacho tenatur. Emplaſtra vnctiones fac & applica de quibus ſupra ad plenum loco allegato. & tu ibi.

C V R A ſi in cauſa fuerit mala cōplexio humida, tūc vt ſupra cōſidera ſi eſt in fluxu, aut fluxa cōicatur, aut nō, & tunc proportionabiliter age vt de frigida dictū eſt, conſtipando, replendo, digerendo, euacuando cum vomitu, ſi natus fuerit, & ſi nō per ſeceſſum. Item declinet aer ad ſiccum & reliqua dicta ex carnibus ſiccis cū præparatiōe ad ſiccum cū aromatibus & hmōi. temperatis in actiuis, vt diſpoſitio cōplexio, & cætera exigūt. In potu aqua chalybeata multū valet ter aut quater extincta. Et in caſu iſto multum valent myrobalani kebuli conditi zinziber conditum acorus conditus & huiuſmodi. de quibus de mala cōplexione humida ſtomachi. Q. ſi fuerit materia congeſta in ſtomacho operare digerendo euacuando vomitu vel ſeceſſu, ſi materia fuerit phlegma acetoſū digeras, euacua. Cōmendat Aui. hoc caſu diacalamentū Meſue. Item ſi phlegma foret frigidius diatrionpipereon, quod ſi humor peccans fuerit cōmixtus medicaminibus commixtis vtere. Si vero fuerit mala complexio paralyticans fiant fricationes moderatæ circa ventrem, & applicentur moderate calida, vnde ſtudium totum ſit in reducendo calorem confortando ipſum in temperate talibus.

C V R A. Si fuerit fluxus ex debilitate contentiuæ, & raritate texturæ conforta cum ſtypticis. vt ſupra de debilitate ſtomachi.

C V R A ſi fuerit ex vlceratione ſtomachi conforta cū his de quibus ſupra de vlceratione ſtomachi, & huic ſollicita, qm̄ cū inueteratur non recipit curā vt puto. Item lienteria quæ dyſenteriam ſequitur redditur incurabilis.

C V R A. Si fuerit ex catarrho cura vt dictum eſt hic ante de fluxu.

C V R A ſi fuerit propter res ſiue cauſas primitiuas ſuperius dictas, tunc cura remouere illa & introducere contraria eis ex iam dictis & allegatis in locis ſuis. Emplaſtrum efficax & expertum ad frigiditatem ſtomachi & humiditatem ad fluxum phlegmaticum ad lienteriā. ℞. ligni aloes, abſynthij, gummi ara. maſticis, cyperi, coſti, zinz. ana. ℥. ſ. calami aromatici, olibani, aloes. ana. ʒ. iij. cimarū ſambuci. ℥. j. mēthæ ſiccæ, cimini torrefacti, raſæ liquidæ, laudani, terbentinæ. ana. ℥. j. garyophylorum, macis. cinnamomi, ſpicæ, nucis muſ. galāgæ, ſquinanti. ana. ʒ. j. ſ. ceræ albæ. ℥. j. ſpodij, balauſtiæ, ſandalorū alborū, & rubeorū, gallarū. ana. ʒ. j. confice cum puluere ca. ve. & incorpora cum mixa aromatica & eſt Gent. & tu conſidera.

*De fluxu hepatico. Rubrica.* IIII.

FLuxus hepaticus in præſentiarum ſic diſtinguitur. Quoniā alius eſt chyloſus, alius nō chyloſus. Chyloſus eſt fluxus quo chylus in ſubſtantia ſua vniformis ſm plurimū egreditur vitio hepatis, aut meſaraicarū contingens de quo fluxu eſto ſollicitus, & attētus, eſt enim vtplurimum contingens aliorū reſpectu in quo & frequētius medici decipiuntur, & in quo contingit eos multum errare adminiſtrando ſtyptica vbi aperitiua ſunt opportuna. vt infra. & hoc perducit eos ad errorem maximum Aui. 16. tertij. de cura hepatici. Et dictum eſt ſm plurimū qm̄ aliquando in inteſtinis inuenit humores, fæces, aut aliquod tale quod eius ſubſtantiam, & etiā colorem variat.

Sed dices quomodo factus vitio meſaraicarum eſt hepaticus. Dicendum quòd omnis fluxus in hepate veniens ſiue fuerit cum vitio eius ſiue abſque vitio eius dicitur hepaticus, modo hepar deficit in attrahendo chylum, & quia non potuit attrahere ſecutus eſt ille fluxus. Quòd ſi attraxiſſet non fuiſſet ſecutus, & ideo dicitur hepaticus.

Ex his habentur in generali duæ cauſæ talis fluxus chyloſi. Prima ſumpta eſt ab hepate, ſiue eius vitio, quia eſt ibi alia cauſa, q̄uis ab eo præſente fiat denominatio. vt. ſ. qm̄ eſt ex oppilatione meſaraicarum vel earum debilitate. Secunda eſt ab hepate ipſo qm̄ nocumentum eſt in eo. Et ſequendo primā dico q talis oppilationis cauſa eſt ſm plurimum humor groſſus oppilās, aut apoſtema. dicitur ſm plurimū, qm̄ etiam non inconuenit in eis fieri oppilationem carnoſam, aut attenuatoriam, licet rariſſime accidit. Quòd ſi fuerit carnoſa credo q curam non recipiat. vt ſupra. de oppilatione hepatis. Cum itaq; contingit oppilatio in meſaraica, aut apoſtema, tunc chylus non peruenit ad hepar, quia per meſaraicas chylus ad hepar venit & nō per aliam viam, vnde in eo loco alteratus & factus diſconueniens virtuti ad extra per inteſtina emittitur, & ſic fluxus cauſatur chyloſus dictus hepaticus. Cōſimiliter ſi debilitata eſt attractiua meſaraicarū, propter quod res modica chyloſa attrahitur, & magna eius pars non attracta remaneat, et quia hepati principaliter cōuenit attractio chyli & meſaraicæ parum, hinc talis fluxus hepati aſcribitur. vnde Aui. attractio dignior eſt hepati non meſaraicæ. Nā attractio meſaraicarum non eſt attractio de qua curetur.

Accidit autem talis fluxus ex hepatis nocumento, quia. ſ. propter oppilationem eius, aut per apoſtema in eo, aut propter debilitatem attractiuæ ipſius. Quō autem accidat fluxus ex his cauſis iam apertum eſt. Et nota q qn̄q; ſit chyloſus ex vehementia appetitus. vt in canone. & tu conſidera. Non chyloſus vero ſit vitio hepatis & diuerſitatem non paruam recipit, & à ſubſtantia eius quod egreditur, et à cauſa propter quam expellitur. A ſubſtantia quidem, qm̄ alius dicitur phlegmaticus. Alius cholericus, Quidā melancholicus, Quidā ſanguineus, Quidā virulentus, Et eſt alius fœtidus, alius nō fœtidus. Et alius qui eſt res nigra groſſa, quæ eſt ſubſtantia carnis hepatis, ſm alios ſanguis congelatus, vnde hāc itaq; clariorem & expeditiorem dedi diuiſionem, licet alijs nominibus ab auctoribus nominetur. Nā & pro rei ipſius apertione, ſcito q aquoſus nominatus ſub phlegmatico cōprehenditur et ſimiliter ablutiuus, niger ſubtilis ſicut fel nigrum, & niger ſicut fæx ſanguinis, & niger ſicut fæx vini ſub melancholico comprehenditur. A cauſa vero qm̄ ipſorum ſic diuerſorum diuerſæ ſunt cauſæ. Et cauſa quidem aquoſi eſt debilitas magna digeſtiuæ ſiue alteratiuæ virtutis eius, & maior q̄ in ablutiuo, qm̄ talis eſt ſimilis ſanguini aſclitici, ad quod et facit vſus aquæ frigidæ & ſimiliū. De quibus autē cauſis debilitentur virtutes hepatis habuiſti ſupra de hepate. Digeſtiua à frigiditate magis. Et retentiua à caliditate. Ablutiuus ſiue lotiuus eſt ſimilis loturæ carnis. Et generatur ex debilitate digeſtiuæ, & ſequeſtratiuæ hepatis, qm̄ non poteſt hepar ſanguinem ab aquoſitate debite ſequeſtrare, vnde aquoſitas tingitur, & cā in eo eſt debilior q̄ in aquoſo, & hæc ſub hepatica dyſenteria collocatur principaliter. de quo infra de dyſenteria hepatica. Cauſa vero cholerici eſt multitudo choleræ, aut fortitudo expulſiuæ. nā propter choleræ exuberātiam irritatur virtus ad expellendū.

Cauſæ vero virulēti fluxus eſt aduſtio ſanguinis, & aliorum humorū in hepate, & qn̄q; ita intenditur, vt etiam in corpore ipſius accidat aduſtio poſt humorum aduſtionē. ſit etiam eruptione apoſtematis in eo vel eius reſudatiōe.

In aſſignando diuerſitates nigri ſcito φ tres gradus poſiti ſunt. Primus eſt ſicut fæx vini. Secundus eſt ſicut fel nigrum. Tertius eſt ſicut melancholia naturalis. Cauſa primi eſt eruptio adubellati in profundo ſubſtantiæ eius, & dicitur in profundo, qm̄ ſi eſſet in panniculo non eſſet fœculenta, ſed alba egõ, aut propter uehementẽ caliditatẽ corrumpentem, & aſſantem ſanguinem. vnde quia corruptus à corpore non trahitur, & remanens ingroſſatur, & aduritur, & nigreſit, & derelictus à natura, & corruptus fœtet valde. Et dicitur hæc egõ melancholica à melancholia naturali quæ eſt fæx ſanguinis ex tribus, ſubſtantia, colore, et fœtore. Nam prima eſt cum nigredine ſua participans luciditate propter aduſtionẽ. ſecunda vero quia melancholia naturalis eſt nigra, obſcura. & ideo dixit Aui. φ prima eſt minoris nigredinis ex parte ſubſtantiæ, quia prima eſt compoſita. ſecunda vero pura. Fœtore vero quia prima plus fœtet, quia naturæ magis contraria, & ex conſequenti ab ea magis derelicta. et huius cauſa eſt eius ſuperfluitas in quãto, aut leuis alteratio. & nota φ etiam generatur melancholia fœculenta per congelationem quæ non eſt lucida, nec fœtida, & hanc cõſueuit præcedere fluxus lotiuus, & continuatur tempore longo. Q. ſi etiam præcedat talẽ genitam per viam aduſtionis nõ perſeuerat, ſed ſtatim apparet aduſtin propter actiuitatem caliditatis, eſt ita differentia poſita vera de tali per aduſtionem & non per congelationem cauſata. Cauſa ſecundi eſt qñ humores vltima incenſione incenduntur, et ſubtilior pars ipſorum trãſit in hanc melancholiam & groſſior in fœculentam. vnde Aui. prima primi. de humoribus, dixit melancholiam acrem ebullientem à qua muſcæ fugiunt generari ex ſubtiliori parte melancholiæ. Et ſic patent eorum trium cauſę.

Et ſi quæritur cum qñq; aduratur ſubſtantia hepatis in quo comprehendam differentiam ipſius ſic aduſti à melãcholia genita per aduſtionem ſanguinis. Dicitur φ ex parte ſubſtantiæ, quia pars illa eſt groſſior valde, & ex alijs quæ per te ſcio comprehendis. Sanguinis puri fluxus ab hepate cauſa eſt, aut fortitudo expulſiuæ expellentis quod ſuperfluum eſt de eo, & non permittit cum remanet donec inuiſibiliter reſoluatur, aut per alia loca mittaẽ. aut aſt ſolutio continui in hepate facta non inconueniẽt φ fiat à debilitate contentiue, ſed eſt raro. Nam cum debilitatur contẽtiua hepatis etiam propter ipſam debilitatem ſimul cum ſanguine veniunt alij humores. vnde ſanguis nõ eſt purus. ſed propter illam cauſam in colore & ſubſtãtia variatur. & tu conſidera.

S I G N A demonſtratiua fluxus hepatici ſunt color faciei fœdus ad citrinitatem, liuiditatem, viriditatem, vel fuſcedinem declinans. Nam. 14. tertij. de oppilatione hepatis. Medicus quidem expertus cognoſcit hepaticum & ſtomaticum omnem per colorem ſuum non egens cum eo ſignificatione alia. Et fluxus hepaticus eſt de nocte magis infeſtans q̃ de die & præcipue in hyeme, & econtra eſt in ſtomaticho vt ſupra. qm̄ ex ſecunda eſt digeſtione. qua ex re multum temporis trãſit anteq̃ extra mittatur. Item tantum magis reuocato calore natura magis tentat quod ei graue eſt ad extra expellere. Et differt in eo ab alio, qm̄ in hepatico egreditur quid chyloſum æquale tn̄ quo tam ſtomachus impreſſit quod ei inerat & remanſit impreſſio in ipſo, & quod ex ſtomachali egreditur eſt indigeſtum et inæquale. Item hepaticus eſt abſq; dolore, licet ſub hypochondrio dextro ſentiat grauitatem & eſt plurimus in quantitate continua. ſed ſtomatichus non ſic, immo cũ eo ſentitur nocumentum plurimũ in ſtomacho & aggrauatio. Item hepaticus habet periodum. neque eſt ita continuus vt ſtomachalis & inteſtinalis interponens etiam notabile ſpatium inter aſcellas ipſas. Nam materia illa nõ eſt vt in cæteris ita ſuperflus neq; tanto retenta tempore quo putrefieri potuerit, ideoq; naturam non tantum ſtimulat & propterea non eſt materia illa fœtida, interpollat enim quandoq;. x. diebus qñq;. xx. deinde reuertitur non ſic ſtomachalis, ſed eſt paulatinus, & omni die nõ faciens interpollationem. & ideo de perfecta cura hepatici non ita cito te ſecures. Quandoq; egreditur aliquid indigeſtum non propter ſtomachum ſolũmodo, immo propter cõtitatem hepatis etiam ad ſtomachum. vnde pertinet ad ſtomachũ vel proportionaliter, qm̄ nocumentum eſt in operatione eius. Auic. Et qñ egeſtio chyloſa eſt ex oppilatione venarum hepatis tunc et admiſcetur aliquid rubedinis propter alterationem quam recipit in meſaraicis, & vtplurimum materia hæc chyloſa non eſt fæci cõmixta, & apparet debilitas hepatis in vrina & alijs non autem ſic qñ ex oppilatione meſaraicarum. Q. ſi fuerit oppilatione meſaraicarum tunc egõ erit alba, aut ad citrinum declinans propter caliditatem vehementẽ adurentem partes ſubtiles ex qua aduſtione color peruenit citrinus, & eſt citius egrediens, & in his differt hic ſecundus a primo.

Signa fluxus hepatici, cholerici ſunt ſatis nota ex ipſa egeſtione cholerica. Nam ipſa eſt multum tincta. ſimiliter & vrina maxime qñ eſt exuberãtia choleræ in hepate, & pro tunc non ſentitur nocumentum in ſtomacho neq; in alio mẽbro quod ſuſpectum habeatur, neq; in inteſtinis, licet qñq; in extremitate fieri ſentiatur ab ipſa caliditas, et ſicut ardor propter caliditatem ipſius choleræ acutam, ipſum etiam declarant ſigna caliditatis hepatis ex parte regiminis & aliarum rerum non naturalium ſumpta, & omnium aliorum caliditatem hepatis ſignificantium. de quibus ſupra de mala cõplexione hepatis calida. & tu ibi. Q. ſi fuerit cum caliditate aduſtio ipſa apparebit in egeſtione & erunt accidentia intenſiora ex parte ſitis, ariditatis linguę, magnitudinis pulſus, coloris, & huiuſmodi. Aui. ſigna nõ poſuit de eo, qm̄ iam volebat ea eſſe nobis nota ex dictis ſuis in Rubrica allegata.

Quòd ſi fuerit phlegmaticus ſimiliter ſigna apparebũt phlegmatis ex parte dictorum ꝓportionabiliter in de cholerico actum eſt, & ſub phlegmatico cõprehẽdatur aquoſus & ablutiuus, & ſigna ablutiui ſolum ſunt ſigna debilitatis hepatis ſequeſtratiuæ dicta ſupra de debilitate hepatis. vnde tunc egeſtio eſt ſicut lotura carnis, & eſt cum eo paucitas vrinæ. Signa autem aquoſi ſunt eadem quæ dicta ſunt in ablutiuo, ſed fortiora. nam egeſtiones ſunt ſicut ſanguis aſclitici, & eſt cũ paucitate vrinæ, ſed de his in dyſenteria hepatica. vnde vt dictum eſt cã fortior eſt in eo.

Sanguinei vero ſigna ſunt, quia ſanguis qui ſic ab hepate venit aut propter oppilationem venæ portæ, aut propter rupturam venæ eſt ſanguis purus non aquoſus, non ablutiuus, veniens in quãtitate, & ſubito, & abſq; dolore, & in hoc differt ab eo qui eſt ab inteſtinis, & interpollationem facit duobus aut tribus diebus vel plus vt ſupra, & ſæpe puenit hic fluxus his quibus reſtrictæ ſunt euacuationes ſolitæ ſanguineæ, vt hæmorrhoidarum, mẽſtruorum, fluxus ſanguinis narium, & hmõi. aut quia mutilatus eſt vt etiam in mutilato, & fit ſubito & eſt multus in quantitate & periodicat, quia natura expectat nouam aggregationẽ. vt infra. & perſuadent eius ſignificationem ætas, complexio, conſuetudo, regimen pręteritũ ſanguineũ & huiuſmodi. Et ſi fuerit ab hæmorrhoidibus extrinſecus ſenſus declarat. ſi ab intrinſeco aliquis ſentitur dolor in expreſſione & ſanguis eſt niger in principio. & eſt diuiſus vel ſeparatus à digeſtione. Sanguis autẽ qui ab hepate venit primo abſque permixtione eius cum egeſtione. deinde in fine aliquid permiſceẽ cũ eo, ſed in eo qui eſt ab inteſtinis eſt per mixtio, & cauſa ſatis nota eſt, & infra diceẽ de dyſenteria.

Q. ſi fuerit à toto aderunt ſigna ex non exiſtentibus ſignis ſuper hepatis diſpoſitione ſignificantibus, hoc tamen raro venit, accidit autem in magna plethoria.

Signa melancholici ſunt, quia apparet in egeſtionibus nigredo quæ aliquando eſt ſicut nigredo fæcis vini nigri cum qua ſunt ſigna debilitatis, & oppilationis ſplenis, &

regimen præcedens multiplicans melancholiam in hepate, & ſanguinem corruptione, et inflatione hepatis, ut in fe. apparet peſtilentialibus. Q. ſi fuerit abſq; fe. quia à frigiditate euenerit, tunc erit paucæ nigredinis, groſſæ ſubſtantiæ, pauci fœtoris, contraria in eo qui à caliditate, & præcedunt egeſtiones, & vrinæ cholericæ, & virides, & mixtæ, & nigredo egeſtionum quæ ex retentione eſt minor præcedens abſq; nocumento hepatis, aliqñ eſt talis nigredo ſicut fel nigrum, & tunc erit caliditas, & inflammatio fortis in hepate cum ſignis debilitatis ſplenis, & oppilationis, & regimen præcedens calidum melancholicum, & quod ſuper terram funditur ebullit ſicut acetum, & fugiunt ab eo muſcæ, & eſt valde lucidum, acris odoris, & ardorem facit in recto, ſed in nigredine quæ eſt vt fæx vini nihil horum apparet. Q. ſi fuerit nigredo melãcholię naturalis, quia egeſtio ſic fæx ſanguinis, tunc erunt oppilationes in ſplene cum debilitate eius præcedente a cum dominio melancholiæ in hepate; & ſanguine, & eſt nigredo minor & abſq; malo odore. & differt à ſplenetico melãcholico, quoniam in illo non eſt apparens oppilatio in ſplene, & ſaltem in poro ad quem trahitur, ſed ſola malitia regiminis multiplicat melancholiam, & cum circunſtantibus ſimilibus. Et quandoq; eſt oppilatio in poro expulſionis. vnde ſplen retinet melancholiam, quam attraxit quãdo ſequitur fluxus melancholicus, & quãdoq; vomitus, & talis eſt maior propter moram quam contraxit.

Signa virulenti ſunt inflãmatio apparens non adurens ſed liquefaciens, & egreditur egeſtio quæ eſt ſimilis virulentiæ quę exit ex apoſtemate calido ſub cute ſubtilis cęlato, & apparet in quibuſdam puſtulis groſſis calidis natis in tibijs & brachijs. Quòd ſi intus erit ex vlcere in alio loco q̃ in hepate pręcedit feb. q; ſi incipiet ab hepate nõ erit feb. ſaltem in principio.

Signa fœtidi ſunt ſigna fœtoris cũ pceſſione cauſæ corruptiõis, vt eſt putredo humoris vlceris, vł apoſtematis.

Signa rei nigræ groſſæ quę eſt aut hepatis ſubſtãtia, aut ſanguis coagulatus ex re ipſa manifeſta ſunt. Repeririuntur præter hos nominatos æruginoſus, & ſanioſus quos ſub virulento collocare poterimus.

Signa æruginoſi viriditas in egeſtiõe ſicut æris ærugo, multa hepatis inflammatio, & corporis totius adurentia, & regimen præcedens calidum, & qñ pcedit inflammatio adurens hepar hypoſtaſis eſt orobina, & orobus tamẽ eſt fragilis, & rubeus, & tendens ad nigredinem ad differentiã eius qui eſt ex renibus.

Signa ſanioſi nota ſunt. Egreditur enim ſanies ex apertione apoſtematis uel ex vlceribus, & cum hoc ſunt dolor fœtor, q; ſi vlcus fuerit corroſiuum, quod egreditur eſt tẽdens ad nigredinem. Reperitur, & fœculentus quem ſub melancholico collocabimus. nam qñ egeſtio eſt fœculẽta, & eſt talis caliditas hepatis, tunc aſſimilatur ſanguini aduſto, & antecedit eam liquefactio mẽbrorũ, et humorum, & fluxus ventris virulẽtus, & ſitis, & paucitas appetitus, & eſt vrina rubea valde, & eſt cum ea quandoq; feb. qñq; .ſ. cordis hepatis inflammatio cõicatur, & eius egeſtio, ſicut egeſtio fe. peſtilentialis in vehementia fœtoris groſſitudine, & tinctura coloris, & in fine eius egreditur ſicut ſanguis niger, & quandoq; fœculenta talis eſt à frigiditate, tũc eſt color ſanguinis in ſeipſo putrefacti, & non ſicut caro liquefacta, & eſt cũ paucitate fœtoris & cũ paucitate nigredinis, & minoris caloris q̃ in ea quę eſt à caliditate, q; ſi cũ fuerit humiditas, aut ſiccitas apparebunt ſigna ſiccitatis, aut humiditatis ex parte ſiũ & aliorum.

PROGNOSTICA. quando in fluxu longo ſiue ſit fœculentus ſiue virulentus egreditur in fine quid nigrum parum habet ſpei. & cauſa, quia ſignificat vltimam membrorum conſumptionem, aut cauſarum in inteſtinis. Verum in eo caſu aliqñ conferunt medicinæ, fortes ſtypticæ, conglutinatiuæ parum, quia illud alleuiant remittẽdo corroſionem. Quandoq; fluxus hepaticus fit æruginoſus ſubtilis. deinde augmentatur diſpoſitio, & cum hoc fit groſſus ſicut fæx, & eſt cum raſura inteſtinorum & diuerſitate coloris à principio propter diſſolutionem ſubſtãtiæ hepatis, quem cum natura diu pati non poſſit ſignum eſt curæ mortis. Et quia dictum eſt de fluxu nigro, & cum projicitur ſuper terram, ideo hic ponitur ſignum prognoſticum tale. Cum in fluxu ventris ſtatim in principio apparet egeſtio ex cholera aduſta vel melãcholia aduſta quę proiecta ſuper terram ebullit ſicut acetum, aut quia ab ea muſcæ fugiunt eſt mortale.

Fluxus hepaticus perducit ad debilitatem, & debilitas vt ſupra ad cachexiam, cachexia ad hydropẽ, hydrops ſo[?]taſſis ad mortem.

CVRA. Canones in curando fluxum hepaticũ oportet te eundem ordinem ſeruare, qui in cura aliorum accidẽtium poſitus eſt, & hic fuit ſm ordinem ſuarum cauſarũ, & quia iam remouentia cauſas illas in hepate exiſtentes cũ ſuis canonibus poſita ſunt ſupra in rubricis de hepate. iõ tu ad illas recurre, vbi multa hac plurima propoſito noſtro vtilia inuenies inquirente Aui. 16. tertij. de cura fluxus hepatici in principio. Iam ſciuiſti cauſas hepatici & ſciuiſti curationem cuiuſcunq; cauſæ, oportet ergo vt redeas ad illud, & cures malitiam cõplexionis eius, & apoſtema ipſius, & debilitatem, & oppilationem, & repletionẽ eius, ſcilicet vnũquodq; cum eo quod dicitur in capitulo ſuo, Nam cum tu feceris illud tunc iam curaſti. Sed ne in totũ hoc loco à me vacuus recedas aliqua expediendo, & rememorando breuia ſubiungam.

In primis te admonẽs q; in fluxu tali oppilatiuo in principio rei à ſtypticis omnino abſtineas. Cuius oppoſitum faciunt imperiti cõfortantes oppilationem, & committentes errorem maximum.

Secundo q; ſic non faciliter confidas de cura eius, vt cũ videris patientem ſtetiſſe. x. diebus abſq; fluxu quod credas & iudices eum curatum. Nam ſic contingit te errare, quoniam habet hic morbus periodos, & quandoq; periodicat in termino viginti dierum.

Tertio q; in principio tu vtaris euacuantibus oppilationem, quia humorem oppilantem. cum quibus vero fiat, dictum eſt de oppilatione hepatis, & infra aliquid. vnde etiam propter groſſitiem & viſcoſitatem humoris te oportet trãſire ad ſolutiuũ forte, Itẽ euacua cũ enematibus attrahẽtibus, & aperientibus. Item confert vomitus. vnde Aui. 16. tertij. de cura fluxus oppilatiui, & vomitus eſt ex rebus magis iuuatiuis ad illud.

Quarto q; poſt talẽ euacuationẽ, & nõ ante vtatur aperitiuis per os, de quibus infra, & ſupra allegato loco.

Quinto conferunt fricationes etiam ventris cum mantili aſpero. Et in ſumma ſequendo intentiones habendas. Ordinetur primo diæta. Secundo euacuetur materia oppilationis. Tertio aperiantur oppilationes. Quarto confortẽtur viæ cũ ſtypticis. Quinto fiant fricationes, & vt tibi cõplaceã ſic ſatis ſerioſe ponam aliqua quæ erunt ſicut verbi gratia. vtilia & ſufficientia ſatis noſtro propoſito.

CVRA. In facto ex oppilatione & ex debilitate attractiue meſeraicarum & hepatis. Conuenit cibus facilis digeſtionis, vt pullinę carnes, perdicum, & huiuſmodi. & cibus partiaẽ in pluribus vicibus, vt facilius penetret, & ſint cum cibarijs poſita aperitiua, vt exigit diſpoſitio, calidiora. ſ. & minus calida. vt ciminum, fœniculus, & huiuſmodi. Item hoc caſu melius conuenit panis furfureus cum aniſo, aut ſimili conditus, & quidam verentur panẽ, quia addit in oppilationem. ꝯra. Item conuenit theriaca metridatum, diaciminum, & aliæ cõfectiones calidæ. de quibus loco allegato, & hæc maxime intelligantur quãdo oppilatio eſſet in cauſa calida abſq; materia, quod raro cõtingit. Q. ſi illic fuerit materia digeratur & euacuetur cũ digeſtiuis & euacuatiuis poſitis ſupra allegato loco. Et ex

fructibus conueniunt paſſulæ pingues,auellanæ ſiccæ & huiuſmodi. euitet frigidos & humidos. Inungatur cum oleis calidis,reſolutiuis,participantibus ſtypticitatem,vt ſunt de ſpica maſtice & huiuſmodi.et hoc poſt euacuationes. Conferunt fricationes extremorum hypochondriorum & maxime dextri.

C V R A ſi fuerit lotius,quia ſicut lotura carnis,& per uenerit a debilitate contentiuæ abſq; materia ſtatim conforta hepar cum ſtypticis intus & extra,& in hoc caſu euitetur aperitiua. Q. ſi talis debilitas eſſet propter caliditatem tñ tunc attendatur cum infrigidantibus & ad ſtyptica declinantibus ex parte cibi & potus & aliorũ, & de iſto magis infra ſuo loco.ſ.de dyſenteria hepatica. Q. ſi eſſet debilitas propter euacuationem ſuperfluam adminiſtrentur ſtyptica in actiuis temperata. Quòd ſi humiditas mala materialis eſſet in cauſa euacua, digeras vt expedit.& deinde applica intus & extra exiccantia. Quòd ſi forte egeſtio lotiua propter debilitatem digeſtiuæ eius cõfortationi intendatur.quæ ſint talia habuiſti ſupra allegato loco.& q; cõmuniter digeſtiua & alteratiua debilitant propter debilitatem caliditatis intendatur exhibitioni cibi & potus facilis digeſtionis.Et hic nota Auic.inquit.Et iam laudatæ fuerunt paſſulæ pingues in hoc cap.ita q; quidam extimauerũt q; ipſæ ſanant fluxum lotiuum difficilẽ, & nos quidem iam experti ſumus illud & fuit res non longinqua ab eo quod dixerunt. Et ſi egeſtio fuerit cholerica intendas digeſtioni cum ſyrupo endiuiæ,aut ro.aut ſiſi infrigidatiuo & ingroſſatiuo humoris caliditatiſq; eius remiſſiuo. deinde euacuetur cum reubarbaro, tamarindis, aqua fructuum,agarico,caſia,manna, myrobalanis citrinis,electuario de ſucco ro. & huiuſmodi. Epithemetur deinde hepar ad intra adminiſtrentur infrigidantia & hepar confortantia.vt ſupra allegato loco.vñ ex confectionibus valent triaſanda.diacorallus,diarodon,& huiuſmodi. It conferunt clyſteria infrigidatiua lauatiua ex aqua hordei, & huiuſmodi.

Paſſulæ rũ mirauit?.

C V R A in virulenio propter aduſtionem ſanguinis, & ſi fuerit cum eo cholera fiat vt dictum eſt de cholerico. ſaluo q; hic conueniunt intenſiora frigida, & inunctiones frigidæ fiant ſpinæ applicãdo etiam hepati epithemata. vt ſupra. Quòd ſi fuerit propter apertionem apoſtematis, utere abſterſiuis,lauatiuis p ſuperius & inferius, vt ſupra de apoſtemate hepatis. Quòd ſi fuerit propter reſudationem eius conſimiliter procedatur cum aqua hordei. poſt autem cõfortationem hepatis cum adminiſtratis intus & extra. vt triaſandalis epithematibus. de quibus omnibus plene ſupra allegato loco. Si propter vlcera putrida fiat mundificatio cum abſterſiuis,deinde tranſi ad confortationem cum aqua abſynthij.endiuiæ,cum triaſandalis,cũ ſpeciebus diarodon ipſo. Deinde inunge locum cum oleo roſ. cum ſandalis,& modico ſpodio. Quòd ſi fuerit egeſtio fœculenta propter aduſtionem ſanguinis,tunc digere, euacua,altera,conforta,vt ſupra. Quòd ſi contigerit pp vehementẽ caliditatẽ venarũ poſt hepar exiſtẽtiũ ſiue ante ſiue fuerint aſcẽdentes ſiue deſcẽdẽtes, ſimiliter ſeruetur regimen,& ſimili modo procede ſi fuerit in arterijs. Quòd ſi cum tali caliditate eſſet peccatum choleræ feruentis ſua caliditate non erit malum ſi phlebotomaueris vbi nullũ ſit prohibens. Quòd ſi fieri non poſſet euacua,digeras,altera,conforta vt ſupra,& cum hoc conforta cor cũ epithematibus frigidis. de quibus. 11.cap. Item inunge ſpinam cũ oleo roſ.in quo etiã pone ſpecies ceroti ſandalini,& ſimilia addito medico aceti. & per omnia te habeas in adminiſtratione aliarum ſex rerum non naturalium.

C V R A. Si fluxus hepaticus erit melancholicus euacua, digeras cum appropriatis eo modo quo dictum eſt de cholerico.

C V R A ſi fuerit phlegmaticus & affuerint ſigna frigiditatis attende euacuationi cum myrobalanis,agarico & huiuſmodi.epithema,cõforta,vt ſupra.& ſint cibaria & potus calidi ſubtiles & inungatur ſplen confortando ipſum cum oleo de capparis,aut anethino,& ſimilibus.Item conferũt enemata.q; ſi apparuerint ſigna aduſtiõis da ſy.de epithymo cum ſyru.de endiuia & ſimilia.

C V R A. Si fuerit ex ſanguinis puri ſuperabundantia fac phlebotomiam copioſam, ſi virtus ætas &c. tolerant, deinde conforta,altera,vt dictum eſt,& de iſto magis infra de dyſenteria hepatica.

C V R A ſi fuerit à ſolutione continuitatis ab extrinſeco facta,relinquo chirurgico.

*De fluxu ſplenetico.* Rubrica. V.

CRedere debes q; fluxus ſplenetici cauſæ ſunt proportionatæ,& ſimiles cauſis fluxus hepatici. vnde apoſtema ſplenis,aut propter eius aperturam,aut reſudationem,ſimiliter & oppilatio & apertio eius, debilitas contentiuæ eius,fortitudo expulſiuæ,exuberantia melancholiæ,& regurgitatio eius ad venas ſunt fluxus ſplenetici cauſæ.& de his omnibus dictum eſt ſupra in proprijs rubricis,& tu ad illas recurre.

S I G N A demõſtratiua fluxus ſplenetici ſunt nigredo egeſtionum abſq; nocumento percepto in hepate ſaltẽ ſenſibili multum niſi per cõtactum,ſed in ſplene ſentitur et percipitur nocumentum ex parte apoſtematis, oppilationis, debilitatis virtutis & hmõi. de qbus omnibus ſigna habita ſunt.& tu ibi.

P R O G N O S T I C A ut infra.& ſi perſeuerabit fluxus ſpleneticus ducet ad hydropem. vt ſupra de hydro.

C V R A. Canones.primus & generalis.inqt Aui.Oportet vt intendas in ipſo curã ſplenis, & cauſam eius cognoſcas,& opponas per illud quod eſt neceſſarium in eo, particulares ſunt,ordinatio diætæ, digeſtio, euacuatio, confortatio.vt ſupra de hepate.

Diæta namq; ordinetur ſm cauſæ diſpoſitionem.

Digeratur materia cũ digeſtiuis appropriatis melãcholię,vt decet propoſito de quibus ſupra quarto cap̃.Itẽ vtere ſubtiliatiuis etiam materia exiſtente groſſa.ſed de his ad plenum de oppilatione ſplenis.

Item conſimiliter euacua, maxime quando eſt exuberantia melancholiæ cum decoctione epythemi & ſimilibus.& tu ibi. Sed hic nota quod quandoq; neceſſaria eſt phlebotomia, & maxime quando materia melancholica regurgitat ad venas.

Item ſtante plenitudine materiæ, diuertatur materia p ventoſas poſitas ſupra ſplenem abſq; ſcarificatione,& maxime quando materia melancholica cauſat talem fluxum ex motu & diffuſione eius ad ſtomachum qui multotiens ſufficit.Item valet fricatio.vt ſupra de hepate.

Confortetur.vt ſupra de ſplene ſm neceſſitatem cauſæ, tu itaq; procede adaptando canones cauſis proportionatis,vt dictum eſt.Laudantur hic epithimus,folliculi ſenæ myrobalani indi,diaſenæ pro euacuatiuo. Item cõmendatur hoc cõditũ.℞.zedoariæ,charabę,ſpodij,aſſarij been rub.rutæ,rizi.ana.℥.ſ.aſſentur,& cũ melle ro.fiat conditum.& hoc ſaltẽ ſi confortare volueris.& ſic conſidera.

*De diarrhæa fluxu inteſtinali humoroſo abſq; excoriatione.* Rubrica. VI.

ET quia accidit fluxus inteſtinalis abſq; excoriatione indifferenter ex quatuor humoribus hinc quidã dictus phlegmaticus,quidam cholericus. inde melancholicus,quidam ſanguineus,quidam mixtus altero ipſorum magis,aut minus participans,ſed omnia talis habitus vt eſt ſpẽs quæ repoſita eſt ſub hoc genere diarrhæa,q̃uis aliquid dicant q; ſanguineus ſub diarrhæa non comprehẽdatur,quos in præſentiarum ſequor ne fiet occupatio noſtra in multiplicatione nominum.Sit itaq; diarrhæa omnis fluxus inteſtinalis non ſanguineus,non lientericus,non dyſentericus

Diarrhœa græcis,noſtris diarrhea, atq; alui profluuiũ nuncupatur.

dyſentericus, ꝙ ſi vis ipſum etiam à cholerico diſtinguere adde nec cholericus. nam ſpecialem rubricam faciam de cholerica.

CAVSA autẽ diarrhœæ eſt, aut mala cõplexio immaterialis talis per eſſentiam, aut per colligãtiam, aut materialis à cauſa primitiua proueniẽs. vt ex parte cibi & potus, quia quantitate ſuperfluunt. vnde accidit receptaculis laxitas, & motus eorum quæ in eis continetur. vnde talia aſſumunt hunc decurſum, ſiue fluxum coadiuuante virtute generatiua, quæ ſe exonerare quærit. Item & qualitate, vt quia mordicatiuũ. vt piperata nimium ſalſa, acrumina, aut quia nimium corrumpũtur ut ſunt melones, acucumerea, cucurbita, quæ ſimul cum humoribus extra mittũtur, aut quia minus fluida, & lubrica vt ſunt pinguia, aut quia quod debet præponi poſtponitur, vnde in ſtomacho corrumpitur, & corruptum expellitur. Aut fit propter repletionem totius, aut venarum, aut quia materia eſt in inteſtinis congeſta, & aggregata, aut ad ipſa inteſtina ab alijs mẽbris tranſmiſſa. ut ſunt cerebrum, ſtomachus, hepar, ſplen.

Aut fit proptee paucitatem reſolutionis corporis: ꝑpter ꝙ multitudo humorum, & humiditatũ regurgitat ad ventrem, & tunc eſt multitudo carnis, & corporis ſpiſſitudo, paucitas appetitus, longitudo quietis, & eſt cauſa aperiens cauſam eius qui fit à toto. Aut fit ex paralyſi muſculorũ ani ad cuius partis laxitatem ſequitur ꝙ ſuperiora etiã nõ continent, quod in eis remanere debet, tunc exitus voluntarius, & īſenſibilis, & ꝓcedit ſm plurimum percuſſio, atque caſus. Et in ſumma omnis diarrhæa, aut eſt ea cholera, aut eſt ex phlegmate, aut melancholia, aut ex his mixtis, vt dictum eſt. Item aut eſt cum fe. aut abſq; fe. Nam cum eſt cum fe. oportet calida approximare, moderate vt ſcia. Itẽ ſcito ꝙ aliqñ licet raro à matrice mittitur materia aquoſa quam natura reſeruauit tempore impregnationis ad inteſtina per ramos ab hepate ad eam venientes. vnde etiã debilitatur hepar, & mulier fit hydropica. ſed fit ex eis quæ raro veniunt, & bene conſidera. Item aliquaodo eſt naturalis, aliquando violenta.

SIGNA demonſtratiua ſunt ſi ea materia fuerit calida ardor, & punctura in ſicteri percepta, color citrinus cum ſubſtantia fluida & non viſcoſa, ſitis, oris amaritudo habitudo, ætas, conſuetudo, cõplexio, regimen, vrina tincta & huiuſmodi choleram ſignificãtia, de quibus in principio operis. Q. ſi materia fuerit frigida, tunc ſigna apparebunt quaſi contraria ex parte coloris egeſtionum vrinę & huiuſmodi. Item ex parte regiminis, ætatis, complexionis citrina & viridis facta & huiuſmodi. quibus allegato loco. Sed hic aduerte ꝙ vt ſupra de vomitu aliqñ materia exiens eſt citrina aut viridis, & tamen eſt frigida & nõ calida, & maxime qñ ſubſtantia exeũtium eſt viſcoſa, ſunt enim ſicut aqua multa permixta & viriditas ſuper frigiditatem ſignificat. vt ſecundo caſu tertio capitulo.

Signa quando eſt à toto, quia in toto eſt plethoria, vel cachexia cum forti virtute abſq; paſſione alicuius membri, quod poſſit haberi ſuſpectum in hoc caſu. Q. ſi fuerit ex cerebro exeuntia erunt ſpumoſa & ampulloſa & patiens cõſueuit pati catarrhum. Item habet caput valde humidum & huiuſmodi. Quòd ſi ex ſtomacho tunc aderũt ſigna debilitatis digeſtiuæ ſtomachi, aut alterius virtutis de quibus ſua rubrica. Q. ſi fuerit ex hepate tunc egeſtio erit ſubtilis alba aquoſa mali odoris. Q. ſi fuerit ex ſplene erit egeſtio nigra cum nocumẽto percepto in ſplene cuius nocumenti ſigna iam poſita ſunt ſupra ſua Rubrica, & tu ibi. Q. ſi fuerit aggregatione humiditatum in inteſtinis, tũc in eis percipietur caliditas punctio dolor grauitas frigiditas & hmõi ſm ꝙ materia erit calida aut frigida, ex frigida apparebũt frigida, ex calida calida. Q. ſi ex alijs acciderit cauſis ſigna tibi ſufficiãt de cauſis poſita.

Signa diarrhoeę tempore quo corpus eſt infirmum, & fit via criſis de intentione naturæ ſunt, quia fit cum virtute forti reſpectu morbi, bonitate appetitus, leuitate expulſionis, & ꝙ præceſſerũt ſigna digeſtionis, & in egeſtionibus ſiue exeuntibus, & in die indicatiõis ſigna apparuerũt bona, & eſt cũ alleuiatione infirmi facta. Q. ſi fuerit tempore ſanitatis facta tunc ſufficit ſola alleuiatio, & melioratio cum bonitate digeſtionis & huiuſmodi. & ad hoc declarandum ꝙ ipſa eſt de intentione naturæ.

Signa ſi non fuerit naturalis ſed violenta corpore exiſtẽte ſano aut infirmo, tunc ante eius aduentum non apparebunt ſigna digeſtionis, vel diminutę digeſtionis in aliquo die indicationis, aut critico, aut aduenit cum deſtructione appetitus & digeſtionis ad ipſum ſequitur laxitas & grauitas & nõ leuitas aliquo modo, & his adapta. η. aph. primæ ſect. In perturbationibus ventris, & vomitibus ſpontaneis &c.

PROGNOSTICA diarrhœa ſic in principio morborum eueniens ſuſpecta eſt habenda, & maxime qñ eſt violenta, & ad ipſam non ſequitur leuitas, ſed potius grauitas, loquor de ea quæ fit vi materiæ, cõſidera. Quære in fine prognoſtica de diarrhœa in apho. omitto hic gratia breuitatis.

CVRA. Canones. Primus. ꝙ ſollicitãda eſt cura fluxus iſtius, qm̃ ſi accidit aut error, aut negligentia cito ad ipſum ſequitur malus morbus. vt dyſenteria, teneſmus, lienteria, aut defectio alicuius principalis membri, aut totius perturbatio, vt fe. & huiuſmodi.

Secundus ꝙ in omni fluxu ſunt habendæ duæ intentiones vna ad cauſam, reliqua ad fluxum, quæ ſunt hoc modo diſcernendæ, ꝙ quandocũq; fluxus intolerabiliter excedit ſiue ſit ſymptomaticus, ſiue à natura ipſa factus prius eſt minuendus, aut ſiſtendus. deinde ad cauſam eius deueniendum eſt. Si vero non fuerit talis tende prius ad cauſam vel humoris totius euacuationem, & circa ipſum fluxum procede cum mitigãtibus leuiter impetum eius & cum membrum corroborantibus & remota cauſa ſit tota intẽtio in conſtringendo ipſum & confortando membra, & corpus ſm vnumquemq; modum vt dicetur.

Tertius cõſidera locũ materiæ, qm̃ ſi fuerit in parte ſuperiori intende vomitui, nam vomitus ſimiliter eſt in hac paſſione melior q̃ euacuatio per ſeceſſum.

Quartus canon, ꝙ cura diarrhęæ eſt proxima curę lienteriæ, & deſcendendo ad curas particularium cauſarũ ponam particulares canones vt docebit.

CVRA. In facta itaq; à mala complexione immateriali tali per eſſentiam. Intentio debet eſſe remotio cauſæ cum his quæ ei ſe opponunt ea calidis aut frigidis, vt requirit diſpõ. ſtypticis confortantibus inteſtina, de quibus ſupra. 11. cap. de ſtomacho. & infra Rubrica de fluxu cũ excoriatione eorum applicatorum per ſuperius, & inferius. ſm ꝙ alteratio eſt magis in īferioribus aut ſuperioribus. Vnde hic laudatur multum menta in cauſa frigida, & ſuccus granatorum acetoſorum et muzorum in cauſa calida, vnde & maxime laudantur ſeſſiones, vel tinæ cum rebus ſtypticis & calidis vel frigidis vt ipſa exigit diſpoſitio. Et qm̃ hæc melius & apertius habebuntur ea dicẽdis ſtatim de tali cum materia huic clariori determinatione ſuperſedeo. Quòd ſi fuerit per colligantiã talis rectificetur membrum tale vt decet. cuius rectificationẽ habes in ſuis iam poſitis rubricis.

CVRA ſi fuerit à mala complexione materiali ex cã primitiua quia quantitate abſtinentia cibi & potus quies ſomnus & huiuſmodi. & cõfortetur ſtomachus rebus ſtypticis, confortatiuis, in ſubſtantia ſiccis.

CVRA. Si fuerit ex qualitate. quia mordicatione & huiuſmodi. Dentur cibaria viſcoſa humida non aquoſa, ſed glutinoſa procurãdo ꝙ bene digerantur, vt ſunt ſuſcula, hordei, ſiue ptiſana, & amilum coctum, & vtantur quiete, ſomno, & alijs huiuſmodi ordinationem ſiue eorũ acuitatem mitigantibus.

C V R A. Si fuerit ex corruptione ciborũ illos dimittat, & introducatur regimen ex parte cibi, & potus ſtomachi, & inteſtinorum confortatiuum. Q. ſi videtur quicq́ euacuandum euacuetur. Item da ſyrupos, confectiones, & huiuſmodi confortantia, & ad extra applica. vt infra de ta li facta vitio humorum.

C V R A. Si fuerit propter lubricitatem cibi da ſtypticа, exaſperãtia, vt vinum ponticum, introducas quietem, & ſomnũ. Nã ſomnus eſt ex melioribus rebus ei q hẽt fluxum ventris. 16. tertij. de cura fluxus Aut. abſolute.

C V R A ſi fuerit errore ordinis, mutetur ordo.

C V R A in facto ex repletione totius, aut venarum, tunc introduc abſtinẽtiam, et euacua eum phlebotomia, aut cum pharmacia, & pluries ſi potes, deinde applica confortantia intus & extra, introduc ſomnum, & quietem & hmõi. vt infra ſtatim de vnoquoq; ſpãliter phlegmatico, cholerico, aut melancho. Nam cum horũ ſic ſpãlium cura poſita erit. aperta eſt cura indifferenter cuiuſcunq; talis fluxus à quacũq; cauſa prouenerit. Et ideo ne res in longum abſq; neceſſitate protrahantur deſcendam ad eorum particularem curam initium faciens à phlegmatico.

C V R A In phlegmatico itaq; inteſtinali diſtinguere oportet, qm̃ aut eſt propterea quoniã phlegmatica materia aliunde ad inteſtina uenit, aut eſt in ipſis inteſtinis ſic aggregata, & congeſta. Membra autem conſueta mittere ſunt cerebrum à quo ſi venerit rege. vt ſupra de fluxu cerebrali. Nam prius bene euacua, deinde ſtyptica conforta.

Item, & ſtomachus à quo ſi contingat inde ſi effuſum eſt ſibi aliunde, & tunc rege mandans, vt ſupra. & ſtomachũ vomitu munda. Q. ſi fuerit in eo congeſtum euacua per vomitum. nam diuertentia multum conferunt vt in canonibus poſitis in principio capituli, & maxime vomitus. xv. apho. vi. ſectionis a longo alui profluuio habito, ſpontaneus vomitus ſuperueniens, morbum ſoluit. quod intelligi debet quando materia eſt habilitata per vomitum educibilis, & nota q cum prouocantia euacuarent diuertẽdo quibus & aliqui utuntur hoc caſu, tñ nũq; illud fieri debet maxime materia exiſtente in hepate ſua groſſitie, uel viſcoſitate propter illas vias educi. vt tertio de ingenio. Q. ſi hepar fuerit in cauſa rege hepar & euacua vt videtur expedire, deinde cõforta. Q. ſi phlegma fuerit in inteſtinis cõgeſtum non educatur vomitu, qm̃ non eſt habile per illã viam educi, vnde Aui. de cura fluxus inteſtinalis abſq; excoriatione. vnde euacuatio materiæ ægritudinis huius cũ vomitu ẽ difficilis, & mala, & raro euacuat vomit⁹ phlegma deſcendens ad inteſtina, & eſt ſnia Gal. quarta apho. cõ cõmen. 22. quibuſcunq; ventres lienterici fiunt. ſed educatur clyſteri, aut pharmaco per ſuperius exhibito. Nam ſi fuerit in inferioribus adminiſtra per inferius habẽtia vim mundificandi abſtergendi calefaciendi, et confortandi inteſtina quæ calida debent moderari ſi febris aderit. Vñ clyſter ſit cõmune in hoc caſu. ℞. hordei excorticati. M. j. pugillum medium furfurũ furmenti. fiat decoctio in aqua in qua ſolue mellis ro. ℥. i. ſ. vel circa olei camomilli. ℥. iij. hieræpigræ. ℥. ſ. & ſimiliter ex alijs abſterſiuis calidis conſice. Poſt vero mundificationem & abſterſionem completam quæ nõ fit per vnicam applicationem, ſed per plures competit clyſter conſtrictiuum ex calidis declinantibus ad ſtypticum. vt verbi gratia. ℞. cimini, aniſi, ameos. ana. M. j. naſturcij. M. ſ. florum camomillæ. M. j. partes duas. corticum thuris, nuchum cupreſſi. ana. ʒ. iij. bulliant in vino ſtyptico, aut aqua ciſternę. Item recurre ad ea quę dicẽtur de cura fluxus, quod ſequitur aſſumptionem pharmaci. Item conueniunt vnctiones, epithemata, ſacellationes, balnea, & hmõi fienda infra vmbilicũ. Sacculus. ℞. meligę ſiue ſurgi, aut ſagenæ. M. ij. furfurum, florum camomillæ florum taſſi barbaſſi, nuchum cupreſſi ſubtiliſſime puluerizatarũ. ana. M. j. torreſiat aliqualiter in ſartagine, & ponantur in ſacculo & ſuperſedeat patiens vſq; ad perceptam frigiditatem, & tunc recalæfiat ſacculus, aut duo fiant, & erit commodius. Cibetur cibis cũ aromatibus conditis paucis tñ. Item vtatur potu non mero aquoſo aliqualiter ſtypticato ne negligatur ſe. Si vero phlegma fuerit in ſuperioribus inteſtino debet eſſe euacuatio exhibita per ſuperius, vt verbi gratia cum infuſione agarici, caſia, aut manna. Item cum myrobalanis kebulis, emblicis, & hmõi. Q. ſi fuerit facta euacuatio ſatis completa tuo iudicio, & quæris per ſolutiuũ ſtypticationẽ da myrobalanos vſtulatos, & puluerizatos. Sed nota q non eſt tutũ dare ſic in principio hæc vſtulata, & maxĩe materia exñte multa qa timeẽ inculcatio materię, & multi errant dantes ſic ſtatim michletã, & alia cõſtrictiua, & poſt euacuationem confert theriaca antiqua cum vino aliqualiter potenti, confortat enim ſpm̃, & calorem, & naturam iuuat. Itẽ confert. ℞. ro. ſpicæ, coſti. ana. ʒ. j. florum roriſmarini, nucis muſ. calami aromatici, cardamomi, garyophylorum. ana. ℈. ij. gra. v. cyperi. ʒ. iij. trium piperũ. ana. ʒ. ij. g. ʒ. xij. zinz. ʒ. ſ. myrobalanorum emblicorum, & belliricorum & indorũ. ana. ʒ. j. ℈. i. ſ. granorum myrti balauſtiarũ, thuris, corticum, citri, fructus tamariſci. ana. ʒ. j. bulliant cum bono vino antiquo ebullitione vna. deinde bulliant ebullitione alia cum ſucco citoniorũ. & doſis ſit. ʒ. iij. cum ſy. de citonijs Meſ. Hæc eſt confectio de alchechengi cõferẽs ad ſolutionem naturæ & ad vomitũ ex phlegmate, & malitia digeſtionis & confortat appetitum, & ſpergit ventoſitatem. Item conuenit diacitonitẽ cum ſpẽbus non exiſtẽte ſe. Ordinetur diæta cum ſtypticis poſt purgationes.

Item fiant vnctiones, ceroiaria, emplaſtra, electuaria, & alia vt ſupra & infra de dyſenteria. Q. ſi fuerit vitreum da prius incidentia, & ſubtiliatiua, & abſtergentia vt mel ro. colatum cum acetoſo ſimplici, aut oxymel ſimplex cũ aqs appropriatis aromaticis, cũ cinnamomo, garyophyl. & hmõi. vt videbitur expedire, & ſis attentus ſi adeſt feb. Deinde euacua cũ agarico, & alijs ſolutiuis phlegmatis vt trei ſupra. 4. cap. Ordina diætam, cõforta intus, & extra. vt ſupra et infra rubrica ſequẽti, eodẽq; mõ opare ſi phlegma mucilaginoſum fuerit. Q. ſi fuerit aquoſum da abſtergẽs, & ingroſſans vt mel ro. colatũ cũ decoctione maſticis, & cinnamomi, deinde eũa vt ſupra & cõforta. deinde cum ſtypticãtibus fortioribus aquoſo phlegmate alijs mẽbris relaxãte intus & extra operando vt dictum eſt.

C V R A in diarrhœa cholerica attende. ut ſupra ſi materia eſt ab alio membro ad inteſtina tranſmiſſa, vt puta ſi ab hepate, & tunc diſcurre ſi eſt multa aut pauca. q ſi multa euacua cũ infuſione reubarbari nec remaneat veſtigiũ ſtypticitatis, q ſi pauca da reubarbarũ in ſubſtãtia vſtulatum, aut non, vt videbitur expedire. Et conſimiliter dẽcatur de myrobalanis citrinis, & cum his pone caſiã, vel manna ſaltem in principio qñ non expectamus ſtypticitatem. Vt verbi gratia. ℞. reubar. ʒ. iij. infundatur in aqua endiuiæ. ℥. v. deinde fiat fortis expreſſio & cum illis diſſolue ℥. j. caſiæ, aut mannæ, Et conſimiliter agas cum myrobalanis citrinis, & cum aquis alijs vt tibi videbitur. vt verbi gratia. ℞. myrobalanorum citrinorum. ʒ. i. ſ. puluerizẽtur & dentur cũ caſia. Q. ſi cupis ſtypticare da ea vſtulata. Vtere deinde diarodon abbatis deſcriptione Meſ. ante cibum ſero & mane à. ʒ. ij. vſq; ad. ℥. ſ. confortat ſtomachum & hepar debilitatũ, & maxime in cauſa calida. Item valent tria ſandali deſcriptione Ni. Item zuccharum ro. Item confectio de gemmis abſq; ſpẽbus deſcriptione Meſ. Item. ℞. zucchari ro. ℥. i. ſ. bugloſſati. ℥. ſ. margaritarum electuarij de gemmis. ℥. iij. miſce et da cum aqua calibeata. Itẽ diacitonitẽ abſq; ſpẽbus. Item ſy. myrtinus & hmõi de quibus plene in ſequenti rubrica. Et qñ hepar eſt in cauſa attendatur ei cum vnguẽtis, & alijs ad intra remittendo eius caliditatem exceſſiuam. vt verbi gratia. ℞. olei ro. ℥. i. ſ. ſandalorum alborum. ℈. ij. cum cera & modico aceti fac vnguentum. Item debet inungi vẽter totus ex

conſimili

conſimili vnguento. vt dicetur de cura fluxus vi pharmaci infra. Item valent hi trochiſci. ℞. ro. ſpodij. ʒ. ij. berberum, ſeminum acetoſæ. ana. ʒ. j. ℈. ij. hypoquiſtidos, gũmi ara. thuris, ſeminum myrti, coriandrorum ꝑparatoꝝ. ana. ʒ. i. ſ. omnia aſſentur, deinde puluerizẽtur, & fiant trochiſci cum mũa citoniorum detur vnus. ʒ. j. cum vino citoniorum. Quod ſi fuerit cholera in inteſtinis effuſa, & non fluens, tunc ſi erit in inferioribus quod cõprehendis ex dolore mordicatione & hmõi. tunc utere clyſteribus alterantibus, & abſtergentibus, & educentibus materiã. vt verbi grã. ℞. aquę decoctionis hordei excorticati. lꝫ. j. ol. ro. ℥. iiij. caſiæ, hieræpigræ. ana. ℥. ſ. Et ſi vis magis lenire non erit malum ſi addas vitellum oui. j. aut. ij. Q. ſi voles confortare ſolum imponi facias clyſtere ex ſolo oleo ro. poſt aũt imponas clyſteria conſtrictiua de quibus in ſequenti Rubrica. Item & vnctiones, ſacellationes, emplaſtra, & huiuſmodi. de quibus oĩbus infra in ſequenti Rubrica. Vnde in ſumma in hoc caſu. Primo ordina diætam. Secundo abſterge, & mũdifica. Tertio euacua, euacuatiuis derelinquẽtibus virtutẽ ſtypticã in inteſtinis, aut non relinquentibus, vt videbitur expedire iuxta ea quæ dicta ſunt. Quarto confortãtibus ſolis vtere quæ habent virtutem nõ multum ſtypticam. Vltimo vtere ſtypticis multum. Et conſimiles canones teneas in prædictis, & ſequentibus in rubrica iſta. Vnde pone ꝙ materia ſit in ſuperioribus inteſtinis. Prius ordina diætam quæ ſe opponit choleræ. Secundo ſi ęgritudo dabit inducias, & ꝙ non erit multa administra aquam hordei factam ſm artem cum melle rosato. Deinde tertio loco euacua cũ reubarbaro, aut cũ myrobalanis in infuſione aut ſubſtantia vſtulata, aut non, vt videbitur expedire, & ſi videbitur poſſibile ꝙ fiat vomitus & faciliter, & non dubitabis de virtute, de vlceratione oris, & partium eius fac. nam erit vtilis valde. Item ſi videris in principio ꝙ cholera ſit ſanguini admixta phlebotoma baſilicam cæteris conſentientibus. Quarto da ſy. myrtinum cum aqua plantaginis, vel cum aqua acetoſellæ. vltimo adminiſtra ſtyptica fortia, de quibus in ſeqñti rubrica. Et dictum fuit ſi materia non erit multa, quia eo caſu potes immediate tranſire ad euacuatiuũ, & memorare eius quod dictum eſt. ꝙ aliqñ oportet lenire. vñ da caſiam, mãna. vt uerbi grã. ℞. caſiæ, mãnæ. ana. ℥. j. aquę zucchari vel hordei. ℥. vi. & poſtea adminiſtra ſtyptica debilia, & fortia, vt docebit. Sed nota ꝙ cõſequẽter facta euacuatione completa debẽt adminiſtrari cibaria frigida, ſtyptica ex ſuccis & alijs. vt in ſequenti rubrica.

CVRA vbi humor fuerit melãcholicus tu debes cõſimiliter attendere an ſit inteſtinis à membro alio trãſmiſſus. aut nõ. Q. ſi ſit cum illud ſm plurimũ ſit ſplen. tunc conſidera ſi prius mittit ad ſtomachũ, deinde à ſtomacho ad inteſtina, aut prio mittit in inteſtinis, aut vtrũq; ſimul facit, quibus peractis & nota ipſum humorem ſi eſt melancholia naturalis ad bonum intellectum, an ꝑternaturã frigida, vel aduſta. Quòd ſi fuerit primum & fuerit mixtio melancholiæ cum ſanguine, phlebotoma baſilicam ſiniſtram. deinde cum ventoſis diuerte eas ponendo ſplene ne mittat, & confortaſ os ſtomachi ne recipiat, & ſimiliter ſi ad inteſtina primo. deinde ſi dat inducias digere cum digeſtiuis ſupra quarto trac. deinde euacua cum myrobalanis indis decoctione epithymi & conſimilium. Item vomitu maxime ſi erit ad ſtomachum tranſmiſſa, modum aũt regendi ſtomachum in caſu iſto habuiſti ſupra de vomitu melancholico. & tu ibi. Si vero ad inteſtina prius omittę vomitum: vt ſupra de phlegmate, & tentes cum clyſteribus euacuationẽ. Q. ſi fuerit aduſta euacua ꝑ ſuperius, aut inferius, vt videbitur per pharmaca leuia timendo excoriationẽ, & declinet regimen aliud ad humidum, & in actiuis tẽperatũ, & ſint cibaria, & potus leuis digeſtionis, vt ſanguinẽ clarũ, & mundũ generent. Q. ſi hepar fuerit membrũ mittens regaꝭ hepar. vt ſupra de fluxu hepatico phlebotomando, pharmacãdo, digerendo, confortando, ſtypticando, & alia hmõi faciendo, vt decebit. de quibus exẽpla habuiſti infra in ſequenti rubrica, & tu locis ſuis require. Poſtremo nota dictũ Aui. 16. tertij. de ſolutiõe vẽtris oĩum modoꝝ. Q. ſi fluxus cholericus durabit duab⁹ hebdomadis inducit ulcerationẽ. ꝙ ſi fuerit baurachius id facit infra mẽſem. Si vero meſicus in. 60. die ad plurimũ, et cã qm̃ cholera eſt acuti motus melia tardi. phlegma aũt medio mõ. Si uero cũ chola ſit hũor acut⁹ erit effectus eiꝰ Humorum motus.
in. 14. Phlegmatis vero falſi motus ẽ ꝓlixior: qa circa. 30. meſiſ adhuc plus. & iõ in. 40. hęc aũt dicta ſane intelligantur, qa iſti non ſunt termini ꝑciſi, ſed ꝓpinquiſſimi, & vt plurimũ veniẽtes, & tu bene cõſidera hęc ſingula poſita.

*De flu. ſang. non excoriatiuo altero ab hepatico.* Rubrica, VII.

CONtingit vt per inteſtina ſanguis fluat. ſicut dictũ eſt de alijs humoribus etiam abſq; excoriatione de quo fluxu ſanguineo agetur in pręſenti rubrica per omnia ꝑterq; de eo qui eſt ab hepate qui dictus eſt dyſenteria hepatica. nam de ipſo in ſequenti rubrica vt clarius, ac diſtinctius de eo loquar.

CAVSÆ. Accidit aũt fluxus ſanguineus qñq; à toto vt cum eſt repletio totius, & maxime ſanguinea, & natura ſe deonerare quærit. vnde per venas meſeraicas ad inteſtina ſanguinem mittit ex alijs locis. Item quandoq; accidit ex ſanguine à ſtomacho veniente pro quo lege ſupra 13. c. de vomitu ſanguinis. nã ſicut per ſuperius natura eũ trãſmittit, ita & per inferius qñq;. Tertio ꝓuenit ex apertura venaꝝ inteſtinorum, & hic eſt paucus in cõparatione alterius fluxus ex alijs locis venientis. Q. ſi fuerit ex venis gracilium adhuc erit minor. Fit & apertura venarũ hepatis, ſed venæ eius paruæ vt plurimum ſunt quæ franguntur, in genere autem raro. Et hæc apertura fit, aut quia vena ſcinditur & dicitur riſis, aut quia corroditur, et dicĩẽ diabroſis, aut quia frangitur & dicitur anaſtomoſis. Itẽ & quarto accidit ex ſicteri, quia ex venis hæmorrhoidalibus ad ipſum terminatis, aut ex corpore eius ꝑꝑ ſolutionẽ continuitatis in eo accidentis. Item & contingit ratione conſtrictionis, ſiue retentionis eius ſanguinis qui fluere cõſueuerat, ſicut in retentione menſtruoꝝ, hęmorrhoidaꝝ & hmõi. nã ſanguis talis ad hepar regurgitans tanq; ſupfluus expelliꝭ qñq; ad inteſtina, & fluxũ cauſat, & põt reduci ad illũ qui eſt à toto. Et dr̃ qñq; qm̃ aliqñ per nares, aut ꝑ os emittitur, & interdum eſt cauſa fracturę venæ in pectore, & ex cõſequenti phthiſis. vt ſupra de phthiſi. Itẽ & qñ accidit ex ſanguine retento non conuerſo in nutrimentũ particularis membri. ut conſueuerat ſicut in mutilato. Item contingit, & quandoq; ſanguineus via criſis.

SIGNA demõſtratiua eius iã pro parte dicta ſunt in rubrica de fluxu hepatico. nã cũ ẽ ab hepate ẽ plurimus & abſq; dolore, quod dico reſpectu eius qui eſt ab inteſtinis qui eſt cum dolore & eſt paucus. Itẽ hepaticus eſt turbulentus ſiue turbatus vt plurimum. Nam non eſt veriſimile ꝙ inteſtina, & venæ ſint ita mundæ ꝙ ſanguinẽ tranſeuntem non inficiat. Item eſt aliquãdo globoſus, niger, & maxime quãdo aliqualiter tardat in inteſtinis, quia extra ſubito non emittitur. Item in principio non eſt abſq; permixtione cum fæce, ſed in vltimis eſt aliquãdo aliqd fecis commixtum. Item qui eſt inteſtinalis eſt quaſi continuus, hepaticus vero interpolatus ſentitur cum hoc grauitas in hypochondrio dextro, aut aliquod tale ſuper hepatis malam diſpoſitionem ſignificans, de quibus ad plenũ ſupra. Et pro differentia eius ad illum qui eſt ex hæmorrhoidibus lege infra ſequenti. c. de hæmorrhoidibus.

Signa ſi fuerit à toto ſignificabunt illud repletio, & plethoria dimiſſio exercitij cõſueti, quies multa, multus vſus carnium & vini & hoꝝ ſanguinem multiplicãtium, mutilatio membri præcedẽs retentio ſanguinis euacuare aliunde conſuetis

de conſuetis

de conſueti abſq; alia oppilatione. vt hæmorrhoidarum, menſtruorum, ſanguinis narium, & huiuſmodi.

Signa ſi fuerit à ſtomacho, tūc ſequit̃ ad ipſum excoriatio doloroſa, aut fluxus frequens. Itē deinde deſtructio appetitus & ſubuerſio ſtomachi, & in fine perducit ad abraſionem & exitum corticum, & interficit multoties, & ſunt cum his ſtomachi malæ diſpoſitiones ex parte cōplexionis, & compoſitionis quas diligenter debes attendere, & rationabiliter debet eſſe multū cōmixtus hic ſanguis cum fæcibus, & humiditatibus quæ in ventre reperiuntur, vt infra de dyſenteria, & tu recurre ſupra ad ea quę de vomitu ſanguineo dicta ſunt.

Signa. ſi fuerit via criſis aderunt ſigna eius, quia ad ipſum ſequitur alleuiatio, & huiuſmodi, vt infra de fluxu critico. De prognoſticis non aliter ꝗ̃ vt ſupra.

C V R A canones in prouenīēte à toto & ſimilr̃ ab aliis locis habe mēti canonē generalē, vt ſupra in princ. capituli. Q. fluxus nullus cohibēdus eſt niſi pducat ad debilitatem, vel creditur à medico ꝙ perducat. Quo præmiſſo.

Io facto à toto ordina diætā primo ꝗ debet eſſe tenuis. Q. ſi tñ oporteret cibare ꝓpter appetitum, aut aliquod tale da tale in quātitate multa, & pauca in qualitate. vt ſunt olera & hmōi. Itē abſtineat à vino vt poteſt, aut lymphet bene. & cætera agat vt ſupra de augmētatione lactis. & tu ibi. nē quærat reſolutionem fieri, aut exercitio, aut fricationibus & huiuſmodi. ſed de his etiam infra.

Secundo euacua diuertendo, quia faciēdo phlebotomiā nigræ ſi haberi poteſt, aut baſilicæ copioſiorem vt tolerabit virtus, & cætera, aut per aliquod tale, aut per aptionem hæmorrhoidarum, aut eductionem menſtruorū, & maxime quādo retentio talis ſanguinis fuit in cauſa.

Tertio adminiſtrentur quæ inſpiſſant & ſanguinem infrigidant. de quibus in ſequentibus rubr.

Quarto coanguſtentur viæ cum ſtypticis, vt cum ſucco plantaginis & eſt efficax, aut cum achacia & hmōi. de quibus de dyſenteria inteſtinorum.

Quinto corrigatur accidens vt ſi aliqua fuerit impreſſio in inteſtinis facta remoueatur cum euacuantibus ſi eſt opportunum ſiue cum alterantibus confortantibus, & ſtypticitantibus cuiuſmodi ſunt ſanguis draconis, charabe, lapis ematitis, cū ſucco plantaginis, cōſolida, cauda equina, & huiuſmodi.

C V R A vero eius qui à ſtomacho eſt ſupra de vomitu ſanguineo & illud cum eo ꝙ nūc dictum eſt. & ſtatim dicetur de inteſtinis, ſufficit tibi ad plenum pro cura eius.

C V R A in eo qui fit ex apertura venarum inteſtinorum. Canones. Primus ꝙ nō ſis negligens, ſed ſollicitus & promptus ne de nō excoriatiuo efficiat̃ excoriatiuus. vnde Auic. Et in illo qui accidit ex ruptura venarū inteſtinorū quīcq; pducit ad excoriationem feſtine. Scd's eſt ordinatio diętæ. Tertius eſt euacuatio cum diuerſione. Quartus eſt adminiſtratio ſtypticantium, & venas conſolidantium.

Scd's perficit̃ primo in regulādo aerē. vt ꝙ decliner paruper ad frigiditatē, & ſiccitatē arte aut natura. nā aer pluuies eſt cā fluxus. xvj. tertij. de fluxu omniū modorum ₰ j. & cum fuerit hyems ſicca cibus & potus ſimiliter declinent ad ſtypticum, & vim habeat cibus aliqualis conglutinationis. Vnde conueniunt ex carnibus hædinæ, vitulinæ, & maxime partes neruoſæ, vt pedes. Item porcellorum pedes, & roſtrum ſiue grugnum porci non contradicente virtute, aut feb. Itē capriolinæ. Itē pullinæ, perdices, aues minutæ, & hmōi. & ex eis & extremitatibus eorū fieri poſſunt cum agreſta geladorcia, aut cum ſucco berberis, vel acetoſitate citri vel granatorum muzorum, uel acetoſorum ponendo in eis diadragacantum. Item cōueniunt piſces, vt tincæ bonæ aquæ, anguillæ, & piſces laudati nō ſalſi de quibus bonis. Item ex eis fiant gelatinæ. Item conueniunt oua de quibus infra de dyſenteria inteſtinorum. Item caſeus recens non ſalitus, aut antiquus primo in aqua elixus, deinde torrefactus aliquantulum, deinde cibario mixtus, hoc tamen non eſt in vſu cōmuni. Item ex granis conueniunt lentes poſt earum debitam coctionem. Item rizum, pannicum, milium cum dictis carnibus. Panis ſit non ſalitus. Itē modici fermenti. Item cōuenit & azimus de flore farinæ factus ſi in modica quantitate. Item valent tortellæ. Vinum ſit pauciferum, ſtypticum, nigrum, aut ponticum. Item lymphetur ſi oportuerit cum aqua ciſternæ calibeata aut plantaginis. Vitet repletionem inquantum poteſt immo abſtineat, & eſt abſtinentia à cibo ſingularis, quoniam membra retinendo humorea ſunt cauſa abſciſſionis fluxus, & fæces expellantur cum clyſteri lenitiuo nō ſurgat ad aſcellam, vt infra de dyſenteria inteſtinorum. nam motus ad aſcellam eſt frequenter cauſa mortis. ſecunda quarti. de cauſis mortis.

Iaceat in lecto, & extenſus dormiat vt poteſt. nam dormire eſt ex eis quæ maxime iuuant eī qui habet fluxū ventris. Auicē. de fluxu omnium modorum. Vitet omnino coitum, & animo lætetur, ac nouis & talibus, quia ludis diuertatur. ſed hæc omnia recipiunt complementum ex his quæ dicentur de dyſenteria inteſtinali.

Tertius cōpletur cum euōnibus ꝗ fiunt à phlebotomia, aut aliis his ꝓportionalibus. vt verbi gratia. de phlebotomia pone primo ꝙ fluxus talis ſit ex apertura venarū inteſtinorū ſuperiorū, tūc phlebotoma baſilicā, aut ſaluatellā dextræ partis, aut ſiniſtræ ſm locū aperturæ, quia magis declinat ad dextrum ꝗ̃ ad ſiniſtrum. ꝙ ſi apparuerit in toto repletio primo phlebotoma nigrā. deinde alias cum ꝓportionalibus vero vt ponēdo ventoſas cū ſcarificatione ſuper nates circa finem lumborum. Item etiā ponendo ſine ſcarificatione circa loca dicta circa vmbilicum, circa hypochondrium dextrū, aut ſiniſtrum. Itē fiant ligationes extremorum, fricationes ſuperiorum, effuſio aquæ frigidæ ſuper brachia, & hmōi, quæ ſunt euacuationes diuerſæ nō ſimpliciter; ſed ſm quid. nam materiā mouent de loco dato, quā tamen non ducunt ad extra. Quòd ſi fuerit in venis inferiorum tu fac in diuertendo & mouendo materiā ad ſuperiora per phlebotomiā & alia. vt nunc dictum eſt de fluxu ex aperitione in inteſtinis ſuperioribus. Differunt tamen hi duo ex parte approximationis ſtypticantium, & ſolidantium. nam in primo caſu talis per ſuperius adminiſtrari debēt. & in ſecundo per inferius. vnde clyſteria hoc caſu magis laudantur. vnde Auic. xvj. tertij de cura fluxus ſanguinei abſque excoriatione. Et ſcias ꝙ potata conſtrictius conuenientiora ſunt ei qui ex inteſtinis ſuperioribus & quæ ſequuntur ea & quæ ſunt ſuper ea, & clyſteria ſunt conuenientiora ei qui eſt ex inteſtinis inferioribus. Q. ſi fuerit apertura in mediis vtere vtriſque. vnde Auicen. & in eo qui eſt inter illa rectius eſt vt aggregentur vtræq; euacuationes.

Perficitur itaq; quartus cum ſtypticis conglutinatiuis de quibus infra de fluxu ex pharmaco, & de dyſenteria inteſtinali. & ne vacuus diſcedas in totum aliqua rememorabo primo ex ſyru. myrtino, de citoniis, miua citoniorū. Item ſyru. factus ex ſucco plantaginis, & zucchero roſ.

Item. ℞. vt formam habeas cōponendi vt expedit foliorum plātaginis. M. j. ſeminum eius. ʒ. iij. anteræ, myrti, ſumach. ana. ʒ. ij. ſ. barbæ hircinæ. ʒ. ij. ſeminū acetoſæ. ʒ. j. ſ. burſæ paſtoris quartam. M. j. ſorbarum, neſpillorū, berberis, glandium recentium. ana. ʒ. ij. ſ. bulliant in duabus libris aquæ ad conſumptionem tertiæ partis, deinde colentur, & colaturæ addantur. ℥. ij. vini citoniorum, & berberis. ℥. j. deinde. ℞. ſanguinis dra. corallorum ru. terræ ſigillatæ, lapidis ematitis. ana. ʒ. j. puluerizentur ſubtiliter, & cum zucchoro fac ſyrupū clarificatum cum albumine oui de quo dent̃, ℥, ij. cū aqua calibeata. Itē conuenit iulepro. Itē aquæ ſublimationis, plātaginis, virgę paſtoris, acetoſellę, portulacę & hmōi: de quibus allegatis locis infra. Itē cōpetit miua citoniorū, pirorum immaturorū, & alia

huiuſmodi. Itē zuccharum ro. antiquum datū cum aliquo ex iam dictis cōſtrictiuis. vt. ℥. j. ſ. cum ſang. dra. lapidis ematitis. & hmōi. ℈. ij. ſ. cum aqua chalybeata, ſucco granatorum, & hmōi. Itē trochiſci de carabe, de terra ſigillata. Meſ. Item trochiſci Aui. de balauſtijs in. v. & trochiſci de balauſtijs Alm in. in. ix. Q. ſi opus fuerit clyſterijs, confert clyſter cōſtrictiuum. ix. Almanſ. ℞. panici excorticati, lentium excorticatarum, roſarum ſiccarum, balauſtiarum cupularum glandiū. ana. M. j. coquanť in tribus libris aq̄ ad cōſumptionem medietatis, & colenť, deinde ſumantur ceruſſæ, cinerum papiri. ana. ʒ. j. boli ar. ʒ. ſ. & fac clyſtere. Aliud ad idem. ℞. plantaginis, barbæ hircinæ, virgæ paſtoris, ſiue corigiolę. ana. M. j. ſumach, myrti. ana. M. ſ. bulliant in duabus lib. aquæ ad cōſumptionē medietatis, deinde. ℞. farinæ volatilis molendini milij. ana. ℥. ſ. corallorum rub. ematitis. ana. ℈. ij, terræ ſigillatæ. ℈. iiij. & pulueriza. & fac clyſter cum. ℥. j. ſ. olei myrtini. Aliud ad idem. ℞. aquæ plantaginis, portulacæ, burſæ paſtoris. ana. ℥. iiij. trochiſci de carabe puluerizati. ʒ. iij. olei citoniorū. ℥. j. ſ. boli arm. gummi ara. ana. ʒ. j. ſ. vitella duo ouorum aſſatorum, & fac clyſter, & ſi in his appones aliquid de ſeuo hircino melius erit, vt infra. Item ad extra applicenť ſacculi & hmōi. nā non cōtradicente caliditate ſemper apparēte ſigno frigoris applicetur hic ſacculus. ℞. ſpicæ ſquinanti, ameos. ana. ʒ. iij. menthæ, roſ. ru. dactylorū, paſſularū myrtorum ſufficienter tritorum. ana. ℥. ſ. florum camomillæ. ana. M. j. ponanť in ſacculo, & calefactus ſuper locū ponatur.

Itē ex frigidis cōpone. ℞. ſandalorū amborum, corallorum ru. ana. ʒ. j. roſ. ru. M. j. myrtorū. M. ſ. balauſtiarū, ſe. tamariſci, aut cheræ quartā. M. j. miſceanť & fiat ſacculus. Cōſimiliter fac vnctiones ex frigidis aut calidis, & cū frigidis mixtis ex oleis, & alijs rebus, vt infra ex fluxu de pharmaco. Item collige hic cerotaria conſtrictiua, vt infra in ſequentibus rubricis. Item quæ dicta ſunt ſupra de fluxu ſanguinis narium conueniunt exceptis cauſticationibus.

C V R A in facto ex apertione hæmorrhoidarum ſiſteris recurre ad ea quæ de hæmorrhoidibus infra ſuo loco. Q. ſi fuerit ex ſolutione primo mundifica locum, deinde ſuperpone cōſtrictiua. Q. ſi non ceſſabit fac ægrum ſedere in aqua frigida in æſtate, & in hyeme in aere ſter frigido, & potet aquam frigidam Auic. & fac eum uti ſorbitionibus conſtrictiuis, rob. & ſyru. conſtrictiuis. conferūt hoc caſu ſacculi. & alia ſic ſicteri applicata ſuper quæ etiā patiens debet ſedere.

C V R A ſi fuerit ex retētione ſanguinis menſtrui, aut hæmorrhoidarū procureť eorū membrorum apertio, vt venarum matricis, & hæmorrhoidarū. nā hæc eſt cura eius.

C V R A ſi fuerit ex plenitudine vt in mutilato euacua, & fac ſicut de eo qui eſt à toto dictum eſt.

C V R A ſi fuerit via criſis ſi non ſuperfluit non eſt prohibendus. ſi ſic, fac vt dictū eſt attendendo ex qua parte. Poſtremo nota φ in hoc caſu aliquādo narcotica ſunt vtilia, & neceſſaria, & tu illa adminiſtra cum cautela, & it more, & in vltimis ve ſæpe rememoratum eſt. nā decimaſexta tertij. de cura fluxus omnium modorum ad medeū, & quocunq; modo ſit non oportet vt adminiſtrenť, quādiu excuſatio ab eis poteſt eſſe.

## De dyſenteria hepatica. Rubrica. VIII.

DIcit conciliator differentia. cciij. Et ſciendū vt nomen deſignat diſsinteria eſt fluxus cum inteſtinorum raſura, ſciſsionem nāq; denotat inteſtinalem, enteron enim inteſtinum, inde enteria, ideſt inteſtinalis, & quidem dyſenteria, ideſt diuerſa ſciſsio inteſtinorū, & grece dyſenteria dicitur vulnus inteſtinorum ex quibus apparet φ ex vi vocabuli hepati attribui non debet dyſenteria proprie, ſed metaphorice magis. nam ſicut in primo eſt ſanguinis egreſsio, ita & in hepatico fluxu ſit dictio cū quo rariſsime excoriatio intercidit. Eſt itaq; dyſenteria hepatica fluxus vētris ſanguinolētus ſm plurimum abſq; inteſtinorum excoriatione à debilitate cōtentiuæ hepatis, ſiue ſequeſtratiue cōtingens. Et dicitur ſcd'm plurimum, qm̄ aliquando ſit à debilitate digeſtiuæ, item & fortitudine expulſiuæ cholera ſtimulante. vnde rumpuntur venæ & ſanguis egreditur. Itē & dictum eſt ſm plurimum, qm̄ aliquādo ipſum fluxum hepaticum antecedit, aut ſequitur inteſtinorum excoriatio acuitate ſanguinis ipſius per ſe, vel ratione humoris ſecum commixti.

E T D I F F E R T hepatica ab inteſtinali, qm̄ in hepatica egreditur ſanguis cum impetu, & ſubito, & cum magna quātitate velut lotura carnis, & ſit cum interuallo, & corporis extenuatione. Qui vero eſt ab inteſtinis, eſt in pauca quantitate. Fit ſanguinis egreſsio cum mucoſitate quandoq;, quandoq; eſt ſanguis purus nimis vt eſt egrediens à venis. Item aliquādo ſanguis egreſſus in hepatica eſt ſanguis purus cui non admiſcetur egreſsio, & aliquando eſt gibboſus, & in fruſta magna emiſſus. nam cum deſcendit à membro calido veniens ad inteſtina eorum frigiditate globatur, & in hepatico ſentitur dolor hypochondrij dextri, licet non ſemper φ cum ſentiť eſt certius ſignū. item ſentitur grauitas in hypochondrijs, & in inteſtinis nullus dolor. neq; tortio, ſed in inteſtinali ſentitur dolor, tortio, arſura, & maxime in aſcellando, & ſemper cum ſanguine aliquod feculentū, aut humoroſum, aut aliquod tale aliud à ſanguine emittiť, & hepatica habet periodos. nam nō cōtinuat vt inteſtinalis. Et differt hepatica à ſtomachali, etiā qm̄ hepatica eſt chyloſa æqualis, in qua iam operatus eſt ſtomachus, in ea vero quæ ſtomachi nequaquam. Cōciliator. Et nota φ dyſenteria hepatica dupliciter accipitur. Vno modo quidem cōiter pro fluxu cuiuſcunq; humiditatis ad Auic. vt ſupra de fluxu hepatico prætacto per hepar tranſeunte diuiſa cōtra ſtomachalem. Aliter ꝓprius, & maxime pro illo cuius initium eſt à ſanguine loturæ carnis ſimili. de quo ſermo pſens hic conciliatur. Et hic fluxus qñq; incidit abſq; feb. qñq; non tpe præcedente in quo ſanguis corrumpiť ſm hepar cauſa feb. quā medici cōtemnunt experti, ita vt totaliter videatur eis qñq; vt patiens ſit laborans abſq; feb. & licet hic fluxus ſub rubrica fluxus hepatici collocari potuiſſet, vt ſub lotiuo, aut aquoſo, nihilominus huic fluxui hepatico particulari placuit rubricam ſpecialem aſsignare cum ſit inter cæteros non bene notus. & magis periculoſus.

P R O G N O S T I C A. Nam in principio grauiter curať, inueteratus vero nunquā. Quòd ſi ſenibus accidit mortalis. vnde Halyab. vij. praticæ, hepaticæ dyſenteriæ medela cura perdifficilis eſt, & perpauci liberanť ab ea tñ, & dicitur propter medicorum iuſtitiam. & ſubdit. multi etenim parum hepatis cognoſcunt debilitatē eiuſq; cauſam. vnde quinto interiorum Gal. inquit ſe cognouiſſe quoſdam quibus dyſenteria inerat hepatica ex hepatis debilitate cauſata. & perierunt ex pauca curatione. horum autem notitia, & ad ſummā huius ægritudinis curam ſcribunt authores ſuccinctā tanquā in ipſiua parum confidentes ſalute. Conciliator allegata differentia. Item vt dictū eſt quandoq; cauſatur ab humore acuto excoriante inteſtina, & tunc creditur φ ſit inteſtinalis, & attenditur inteſtinis, & non prouideť hepati & male, quia interim moritur æger, & ideo bene aduerte ad ſigna & modū ſignorū qui poſitus eſt. Itē aduerte φ aliqñ ex inteſtinali ſit hepatica per cōparationē meſaraicarum ad inteſtina, & maxime qñ dyſenteria prolongatur. ſit qñq; ab ipſis meſaraicis, & hāc imperiti negligunt credentes, φ ſit inteſtinalis. Et quoniam de ſignis ipſis ſatis dictum eſſe mihi viſum ſit, ideo de eis nihil vltra, & ſigna aquoſi vel lotiui. de quibus etiā huic loco affirmare nō erit vtile. nam & ſimpliciter ex cura horum habetur cura eius, conſidera.

C V R A. Canones. ordiatio dietę. cōfortatio hepatis. Dieta nāq; ordinari debet ſi eſt ex debilitate digeſtiuæ, vt ſit

vt ſit facilis digeſtionis. boni chymi cum quæ ponantur confortantia digeſtiua hepatis calida, aut frigida, vt exigit diſpoſitio, vt ſupra.xiij.cap.de debilitate hepatis. De diæta Conciliator. quidam vero modernorũ in hac præcipiunt paſsione tenuem non eſſe diætam exhibendã, cuius quidem cõtrarium indicat Auic. inquiẽs in inceptione aſcellationis hepaticæ plurimum eſt vt nõ appropinquet panis, qa hepar non recipit ipſm, imo rectius eſt vt ſit cõtẽtus aqua ſauic. in die bis, aut adhuc diæta nõ tenuis laborẽ cauſat in hepate, naturã etiam diſtrahit à morbi regimine.

SECVNDVS cõpleatur ex cõfortantibus ſi fuerit ex fortitudine expulſiuæ dentur quæ remittunt acuitatem intus & extra applicando frigidum nõ multũ, ſtyptica hepar reſpicientia à proprietate. de quibus.xiiij.cap. ad plenum. Q. ſi fuerit ex debilitate contentiuæ cum ipſa poſsit debilitari à caliditate, & frigiditate exceſsiua cum omnis immoderata qualitas deijciat actum propriæ virtutis. ſecunda Aphor. cõmento.ij. dentur frigida aut calida, ut exigit diſpoſitio ea, intus & extra adminiſtrando ſyrupos, electuaria, epithemata, & hmõi. de quibus ad plenum allegato cap. Ex quibus infero q nõ ſemper dari debet lignum aloes in dyſenteria omni hepatica, vt quidã faciunt. nã cã exiſtente frigida dandũ eſt, & eſt ſingulare remediũ à Serapione multũ cõmendatũ. In calida vero minime niſi cum frigidis. Q. ſi cognoſces cum ea eſſe inteſtinalem etiã tunc tua intereſt cõponere ex iam allegatis dicẽdis in ſequẽti rubrica, & nota q cum epithemata multum cõmendentur in caſu iſto tu debes multum cõſiderare q in hepate etiam in toto non ſit repletio. Medicamen bonum in dyſenteria hepatica à cauſa frigida ſuppoſita diæta. & q corpus non ſit repletum. ℞. ſpodij, raſuræ eboris. ana.℥.j. aluminis ſciſsi, ſeminũ canapis. ana.ʒ.ſ. ro. ru. margaritarum, corallorũ amborum, ſandalorum, carabæ, ſang. drag. ambre. ana.ʒ.ij. cõfice cum ſyru. myrtino. & fac trociſcos: & dentur cum lacte cocto diſtemperati & attende q nõ ſit oppilatio. Et ſi dicat iſta ſtyptica ſunt multũ fortia: & medicamen hoc eſt multum frigidũ, quare etiã non videt cõpetere. Nã cum hepar ſit ſanguis cõgelatus. prima primi. videt ex approximatione rei tã frigidæ multũ debilitari, & oppilari cũ faciliter oppilet propter anguſtiam meatuum. Propter hoc nota & vtile multum Conciliatoris noſtri dictũ. Inquit differẽtia. ccij. hepar nãq & ſtomachus vt eorũ robur cuſtodiatur pro cæteris laborantes egẽt ſemp ſtypticis vigorari, vt edocẽt prearguta. q ſi qd caloris dñto in hepate materia ſubtilis dominet calida ſeu ſanguis ſubtilis loturę carnis ſimilis, qui tandẽ in fecẽ ſolet æruginoſam cõuerti ſic opus eſt frigidis contẽperatis malam cõplexionem calidam remittentibus, & ſtypticis cõmenſuratis. vt hepar vigoretur & ſanguis inſpiſſetur ſubtilis, nõ tamen adeo ſtypticantibus. vt q delapſum iã prohibeatur deſcendere. nã retentum excoriationẽ cauſaret & putrefactionẽ. vnde credo q dato q Auic. ſic loquatur. ut infra de fluxu oppilatiuo, ſpecialiter tamen etiam hæc verba intelligenda ſunt in omni fluxu eius habito reſpectu ad cumplexionem hepatis naturalem ſpecialiter. Inquit. xvj. tertij de cura fluxus hepatici. Et multoties quidẽ ſunt inſipiẽs hepar in hac aſcellatione expone oppilatiua cũ inſpiſſantibus hepatis ſanguinẽ extinguẽtibus hepar per hoc q ſunt frigida, & in hoc eſt mors, & ſucceſsio putrefactiõis. vnde nota illud verbum multum per hoc q ſunt frigida. Nã nimium frigida nõ ſunt hepati applicãda. iiij. primi. ſ. cap. & tu cõſidera. Valet in hoc caſu ſpecialr & multum vſus paſſularum. Nam Auic. allegato loco. Et tam laudatę fuerunt paſſæ pingues in hoc capitulo, ita q quidã extimauerũt q ipſę ſanant fluxum lotiuum difficilem, & nos qdẽ iã experti fuimus illud, & fuit res nõ longinqua ab eo qđ. dixerunt. Et non recedens à Conciliatore. Inquit. & ad ſummũ huius egritudinis curam ſcribunt authores ſuccinctã tanquã in ipſius parũ confidentes ſalute, quæ cã etiam aſsignari põt, quare Aui. parũ locutus eſt de cura feb. peſtilẽtialis. Sed exiſtimo cum hic fluxus ſit à debilitate hepatis veniens, cuius cura ab authoribus ample poſita fuit. vt ſupra. xiiij. cap. q fortaſſe ſuccincte dixerũt remittẽtes nos ad illum locum ad quẽ & tu recurre pro ampliori antidotorum notitia. Nam conſiderare habes: vt ſupra q cauſa debilitatis eſt mala complexio calida vel frigida materialis aut immaterialis, tũc alteratum cõtrarijs appropriatis intus & extra, aut euacua vt decet, vt plene ſcriptum eſt allegata cap. Dixit Cõciliator hanc paſsionẽ maxime vigere in partibus gallicanis, & in confinibus. vt ipſe vidit.

## *De dyſenteria inteſtinali.* Rubrica. IX.

Dyſenteris proprie Grecis, Latinis cauſtrario, vel difficultas inteſtinorũ, aut uno verbo tormen vocitatur.

DYſenteria eſt fluxus vẽtris cum excoriatione vnius aut plurimum quinq inteſtinorum cõtingens. Nã dyſenteria inteſtinorũ excoriatio, vulneratio, ſiue vlceratio ſunt ſynonyma, vt in Rubrica præcedenti. Et dicitur quinq ad differentiã teneſmi, qui eſt propria paſſio ſexti. quia recti ſicut dyſenteria eſt aliorum quinq, propter qđ nota q inteſtina ſunt ſex, quorũ tria ſunt ſuperiora. Et primum in ordine eſt duodenum ſic dictum, qm̃ vt in pluribus eſt. xij. digitorum ad quod peruenit cannalis quædã à chyſti portans choleram. Scđm eſt ieiunum ſic dictum, qm̃ vacuum eſt ſcđo, quia ad eum venit multa cholera per cannalẽ terminatũ ad duodenum cum quo terminationẽ habet. Tertium eſt ileon ſic dictũ, quia circa ilia locum habet, & eſt reuolutum & eius iuuamentum eſt vt retineat ſuccũ, vt q vtile eſt poſsit exugeri, & ad ipſm plures veniunt meſaraicæ q̃ ad aliquod aliorum, & ideo in eo eſt maior virtus digeſtiua q̃ in alijs. Quartum eſt primum de inferioribus dictũ monoculum ſic dictũ, non quia vnum tm̃ habeat orificium, ſed quia eius orificia duo nõ ſunt oppoſita locata, ſed qm̃ iuxta ſemipoſita ac ſi eſſet vnum, & infra hęc eſt latitudo quędã in modum ſacci, propter quod dictus eſt ſaccus cuius iuuamentum eſt vt plenitem retineat ſuccum & pręparet ipſum in inferioribus, vt cum in eis fuerit ſi digeſtum per venas meſaraicas in eis exiſtentes attrahatur ad hepar. vnde monoculus nõ habet meſaraicã quæ habeat magnitudinem. Aui. & recipit ſuccus in monoculo initium fœcale nõ pręſente, ſed ex conſequenti. Sed fex cõpletur in colon quod eſt ſcđm ex groſsis, & quintum in ordine ſic dictum, qm̃ plura habet cellula ſeu cellulas in quibus fex formam recipit, & locaẽ iuxta renẽ ſiniſtrum, quare frequẽter ex parte loci non diſcernitur inter dolorẽ renalem, & colicũ, & licet ſit de inferioribus, tamen locatur ſupra ſtomachum, & cooperit à zirbo cooperiente ſtomachum ipſm, vt cum accidat fœces in eo contentas indurari poſsint præparari expulſioni mediante humiditate zirbi, & quia in tali ſitu plus de cholera venit ad ſtimulandum virtutẽ ad expellendum fœcea. vnde ad ipſm plus de cholera peruenit & debet peruenire, ideo forſitan dyſenteria in eo vt frequentius accidit. hæc autẽ inteſtina ſunt cõtinua, & in rei veritate eſt vnum recipiens diuerſas denominationes ſm locum & variã figuram, & nõ fecit natura vnum inteſtinũ rectum, ſed multum inuolutũ in homine, vt fecit in alijs animalibus vt cibus contineret in ſtomacho & inteſtinis alias homo eſſet in cõtinua aſcellatione, & aſſumptione cibi propter eius rectitudinem, & omnia inteſtina habent duas tunicas, & ſunt dorſo alligata. De ſexto vero inteſtino dicetur in de teneſmo.

Inteſtinorũ numerꝰ, ac ordo.

ET ANTEQVAM procedã ad cauſas, & curam eius ſpecialem ſtatui præ alijs primo ponere quędam generalia de fluxu ventris huic propoſito vtilia. Nec volo vt audax liuor me mordeat ſi prolixus fuero, quoniã nõ timebo replicare vbi opus erit, aut ampliare tanta ſunt mihi viſa diebus noſtris, q̃ maxime neceſſaria doctrina aperta, & clara de cura eius cũ quaſi omni anno multi ac plurimi hoc peſtifero morbo moriantur.

Sit itaq primus canon. q in fluxu ventris dyſenterico

tu debes vti his de quibus rubrica infra de fluxu ex ſuperfluitate pharmaci. & tu ibi.

Secundus ꝙ in tali fluxu neceſſaria ſunt ſtyptica materiam ingroſſantia, & conglutinationem facientia, vt ſunt gũmi arabicum, dragacantum, carabe, & huiuſmodi.

Tertius ꝙ q̃nq; neceſſaria eſt diuerſio materiæ fluxum facientis, & eſt vtilis valde, vt cũ materia fluens ad inteſtina diuertẽ cum prouocatiuis ad vias vrinæ, ſed hic cõſidera ne de lebete cadas in patellã ne. ſ. inducaꝰ viarum vrinæ excoriatio. Item confert vomitus, & eſt ſecurior, ſed bene cõſidera eius facilitatem & modum. vt ſupra de vomitu. Itẽ & ſudoris prouocatio, rarificatio pororũ. hæc enim materiã ad cõtrarium ducunt, in cuius contrario ductu ſemper bene conſidera. Item huic propoſito cõferunt fricationes & vnctiones in exterioribus factæ. Itẽ poſitio ventoſæ ſupra ventrẽ ſupra ſumen ſcilicet ſi ex parte fuerit ſuperiorum. infra vero ſi ex inferioribus de quo infra.

Quartus ꝙ ſtante mala cõplexione calida adminiſtrentur frigida ſtyptica. & mala complexione exiſtente frigi. adminiſtrentur cal. ſtyptica.

Quintus ꝙ cum vtplurimũ debilitetur retentiua q̃; digeſtiua hic vtplurimum vtaꝰ frigidis cum retentiua frigiditate roboretur. ꝙ ſi digeſtiua fuerit debilis vtetur calidis. vt ſupra. xiij cap. de mala digeſtione. & hoc ubi fuerit ex frigiditate. hæc enim omnia iuxta ſecundum canonem debent ſtypticitatem participare.

Sextus. ꝙ cum talia per intus adminiſtrantur, maxime frigida ſtyptica, exterius tu debes approximare omnia q̃ poros dilatant, & ſudare faciant.

Septimus. ꝙ dormire eſt ex rebus magis iuuatiuis ei q̃ habet fluxum ventris. Auicenna. & ideo ſtude, vt arte, vel beneficio naturæ dormiat.

Octauus. ꝙ licet acetoſa, & ſtyptica in fluxu competãt, tamen ſtante tuſsi dimittas illa, q̃m augendo tuſsim augmentareꝰ fluxus ex motu. Itẽ & ſomnus impediretur multum qui multum eſt in hoc caſu neceſſarius, ſed conueniũt ei ſicut myrtus, maſtix, & huiuſmodi. vt infra, & dentur electuaria pectus lenificantia facta ex papauere, dragacanto gummi arabico & huiuſmodi.

Nonus. ꝙ liquida & ſorbitiones vt poſsibile eſt euitentur ſi non fuerint ſtypticitatis participantia, vt ſauich hordei, & huiuſmodi.

Decimus. ꝙ in adminiſtrando medicinas ventris cõſtipatiuas debes incipere à ſingularibus ſi talia inuenis tuo propoſito deſeruientia. ꝙ ſi non, tranſeas ad compoſita, & eſt hic canon ſatis generalis in cura aliarum diſpoſitionum ſumptus ab Auic. hoc loco. & hoc caſu primo cap. in principio, & circa finem.

Vndecimus. ꝙ cum ſitis cõſueuit in fluxu ægrũ moleſtare debes abſtinere ab exhibitione rerum dulcium. Nã dulcia multoties nocet commouentia ſitim. Auic.

Duodecimus. ꝙ licet narcotica ſint q̃nq; neceſſaria ingroſſando materiã, prohibendo triſtem ſenſationẽ faciendo dormire prolongando acceſſum ad aſcellam, nihilominus non adminiſtrentur quandiu ab eis abſtineri poterit, vt ſupra. Vbi nota ꝙ corpore exiſtente debili nullo modo debent adminiſtrari. vnde Auic. de cura fluxus omniũ modorum. ꝙ ſi neceſſaria fuerit eoꝝ, ſcilicet narcoticorũ adminiſtratio non exhibeantur ei, cuius infrigidatur corpus. & debilitaꝰ virtus, & apparet illud in pulſu, cuius cõtrarium his temporibus multi ex modernis facere præſumunt, & eo deterius ac periculoſius agunt quo virtus humana eſt magis defecta ab eo quod conſueuerat.

Tertiusdecimus. ꝙ ſi tandẽ neceſſaria erunt narcotica, tũc cũ eis miſceanꝰ q̃ malitiã eoꝝ corrigũt, vt crocus, caſtoreũ, caſia lignea, & hmõi. inq̃t Aui. allegato loco ſe vidiſſe qui ſuppoſuit ſibi collyriũ ex opio, & mortuus fuit.

Quartusdecimus. ꝙ in adminiſtrãdo opiata prius tentemus cum eis ad extra in emplaſtris, & hmõi. ſecundo in collyrijs. tertio & cum timore cum ebibitis. ꝙ ſi facimus collyria, ligemus ea cum filo, vt poſsint ad noſtrã voluntatem extrahi, & de his infra ſuo loco.

Decimuſquintus, ꝙ ſi poſsibile eſt patiens non moueaꝰ ad aſcellam, ſed ſic in lecto iacens egerat, ne ex motu augmentetur fluxus. nam quies facit ad retentionem, & conſolidationem, motus autem ꝓhibet, & ideo vlcera pulmonis male conſolidantur. nam & motus infirmi ad aſcellã eſt cauſa quandoq; mortis eius, vt ſecunda quarti. de ſpeciebus mortis quæ accidit in horis febrium.

Sextusdecimus. ꝙ cibi eorũ debẽt eſſe abſoluti ab omni mordicatione ſalſedine ſaltẽ plurima acetoſitate acuta, ne moueant expulſiuã, cuiuſmodi eſt lac decoctũ cum lapidibus ignitis, aut cũ ferro vel chalybe ignito, & lac vaccinũ eſt fortius conſtans, ſed caprinum eſt magis temperatum & magis conuenit calefactis, & eſt magis ſtypticũ, & lac acetoſum eſt melius calefactis q̃; nõ acetoſum, & de his particularius infra in canone particulari.

Decimuſſeptimus. ꝙ quæ dantur in potu ſint actu frigida niſi prohibeat oppilatio, aut apoſtema.

Decimusoctauus. ꝙ vinum vitetur vt poſsibile eſt. ſi autem virtus fuerit requirens ipſum vt viuificetur, tunc ſit nigrum, ſtyptici ſaporis, & parum.

Decimusnonus. ꝙ aqua pluuialis eſt eis maxime cõueniens ꝓpter ſtypticitatẽ eius. Itẽ quia velociter ab hepate trahitur, & cito reſoluitur, & non relinquit in chylo humiditatem & loco huius vtimur chalybeata, vt infra.

Vigeſimus. ꝙ cibus eorum ſit paucæ quantitatis, & nõ plurium ſpecierum, & ſi id fieri poteſt nõ comedat niſi ſemel in die. Nam abſtinentia talis reddit membra auara ad retinendum humores ne fluant, ſed in hoc oportet medicũ eſſe diſcretum, & conſiderare tenorẽ virtutis, conſuetudinem, & huiuſmodi. vt non debellet cum dominabus.

Vigeſimusprimus. ꝙ ante cibi aſſumptionẽ aliq̃d ſtypticum accipiaꝰ ſuccoſum, vt ſuccus citonij, aut granatoꝝ acetoſorum non cõtradicente tuſsi, vt ſupra. viij. canone. poſt cuius aſſumptionẽ non bibant, & maxime cum non curant, aut ſi tamen cupiunt bibere, bibant aquam.

Vigeſimuſſecũdus. ꝙ fructus oẽs q̃uis ſint ſtyptici vitentur niſi cũ ſtomachus refugit cibum. Auic. quidẽ maxime de crudis intelligendũ eſt. nã ſunt facile corruptibiles.

Vigeſimustertius. ꝙ eoꝝ ſtomachus emplaſtretur frigidis ſtypticis aut calidis, vt exigit diſpoſitio.

Vigeſimusquartus. ꝙ licet q̃nq; neceſſarium ſit infrigidare, tñ nõ debes multum infrigidare niſi vehemens fuerit neceſsitas. vnde Aui. in princ. capituli de cura excoriationis. Et oportet vt nõ ſit error in excoriatione fortaſſe non eſt illa q̃ indigeat eo in quo virtus vehemẽs & eſt in adminiſtratiõe eius pnicies, & eſt ipſa infrigidatio vehemẽs, & expono vt adminiſtrare narcotica, & dare melones Indos, & lactucã, & portulacã ſunt ſufficiẽtes in cura, & cã vt exiſtimo, q̃m oĩs ĩmoderata q̃litas eijcit actũ ꝓprie virtutis.

Vigeſimusquintus, ꝙ licet medicinę cauterizatiuę ſint conſolidatiuæ, & exiccatiuæ, vt arſenicum & huiuſmodi, vt infra. tamẽ quia in earum adminiſtratione eſt periculũ ne vlcerent. ideo vt poſsimus ab eis abſtinendum.

Vigeſimuſſextus, ꝙ vt dictum eſt de epatica ſi materia fuerit in ſuperioribus da ebibita, & ſunt conuenientiora. Si vero in inferioribus adminiſtra clyſteria, & ſi in medijs cum vtriſq; operare. Auic.

CAVSÆ his itaq; preambulis poſitis vt promiſſum eſt. Venio ad poſitionẽ cauſarũ dyſenteriæ, & ipſius curam ſpecialem. Deſcribatur itaq; de nouo dyſenteria. & ſic. Dyſenteria eſt fluxus ventris cum intrinſeca excoriatione vnius vel plurium quinq; inteſtinorum cõtingens, cuius cauſa ſm plurimum eſt materia cholerica acuta in eis collecta, vel ab alijs membris ad ea tranſmiſſa. Et dicitur ſm plurimum, quia etiã ab alijs poteſt cõtingere cauſis, vt dicetur. Sed primo ſcito ꝙ cauſæ fluxus eius ad

inuicem

inuicem cōmunicant hoc modo, qm̄ aut eius cauſa eſt debilitas cōtentiuæ, aut digeſtiuæ, aut expulſiuæ, aut fortitudo eius, cuius debilitatis aut fortitudinis cauſa eſt, aut mala cōplexio immaterialis, aut materialis. Et cum de cauſis fluxus membrorum mittētium ad inteſtina actum ſit, cōſequēs duxi de cauſis fluxus inteſtinalis hic ſpāliter agēdum eſſe, & in hac parte ſequor Conciliatorē, q̄a aut à cauſis fit extrinſecis & exterioribus, aut ab interioribus. Exteriores quidē eſſe poſſunt, aut cibi ſua durities in ſuo inceſſu abradentes ſiue excoriantes, aut ſua acuitate. Idem facientes vt cepæ, ſquilliticum, cibi ſalſi, aut ventoſitate rei aſſumptæ, aut pharmaci mala qualitate, vt eſt pulpa colloquintidæ, aut eius effrenatione, vt fecum acuitate. Interiores vero ſunt, aut melancholia, & proprie aduſta ſubtilis. nam groſſa non aduſta feculenta raro & tarde excoriationē facit. Aut humor ſanguineus cholericus acutus, aut phlegma ſalſum, aut venarum inteſtinorum ſciſſura ex ſanguinis acuitate aut eius acuitate nimia quantitate, aut vehementia fixionis viſcoſitatis. cum enim eradicatur vlcerat. vt in paſſione veſicæ quandoq; contingit, ad quod pauci reſpiciunt, vt infra de ea. Aut apoſtematis ruptura in inteſtinis exiſtens, aut alibi à quo emanat ſanies, ſeu virulentia acuta, mordicatiua maxime cum ip̄a calidum fuerit. ab his enim vlcera cauſanť in inteſtinis à quibus ſi ſordida fuerint egreditur ſordidum ſanioſum. ſi vero munda non ſic, ſed hæc apertius in de ſignis. Sunt & quidam qui aſſerunt dyſenteriā à cholera praſſina, & æruginoſa contingere poſſe, quibus fidem non adhibeo. Nam Cōciliator differentia. ccj. inquit. non tamen aliquē auctēticum reperio ſcribentē ex his dyſenteriā cauſari cum ab Iſaac. 5. fe. negeť ab ipſis morbos generari. mox enim foras emittunť, aut corpus corrūpunt iut experientia oſtēdit. conſidera. Q. ſi diciť omni die, vt ſupra à medicinalis fluxus eſt à cholera praſſina lege quę ſcripta ſunt ſupra. tract. iiij. de digeſtiuis praſſinæ. & diciť intrinſeca, qm̄ intrinſeca excoriatio eſt excoriatio membranæ inteſtinorum, & hic p̄prie fluxum cauſat dyſentericum, ſuperficialis vero non. Propter qď nota q vt Conciliator differentia. ccij. dyſenteria eſt triplex. Vna quidē cum pinguedo quædam ſup̄ inteſtina exiſtens extra mittiť. Alia qua membrana ſuperficialis interior ipſorum educiť. Tertia uero cū ſubſtātia abradiť inteſtini. Aphor. apparēt. iiij. & hęc iuxta rōnē vocabuli appellať dyſenteria p̄prie. Vnde in prima exeūt mucoſitates pinguoſę cū ſtercoribus, & diciť mucoſa. In ſcd'a uero cortices qdē et diciť corachia. In tertia ſubſtātia vel fruſtū inteſtini, vt Gal. allegata particula. cōmē. xxvj. & vocať corticalis. Et diciť vnius vel plurium ad differētiā teneſmi, vt ſupra in princ. Rubricę. Et anteq̄ꝫ puenias ad curā ipſius, ſcito q cum dyſenteria frequenter accidit feb. Cuius euētus eſt aut ex cōmotione humorum ſpiritus inflāmante, & eſt ephemera aut ex putreſcentia humorum ipſorꝫ cōmotorum, quia in motu non regulantur vel retinenť, & intranſpirabiles fiunt, & eſt putrida, & hæc ſimiliter eſt mala, quia facit morbi cōpoſitionē. & additionē, eius cura eſt periculoſa & praua, quia fortaſſe quod feb. cōfert, fluxui nocet, & ecōuerſo. Nam febres humores diſſoluendo, ſubtiliando, & acuendo, vias aperiendo, virtutem & membra debilitando etiā mittentia & quę ſunt in cauſam fluxus addit, ideo oportet ſtudium diligens adhiberi cum ſit cauſa eius conſeruans, & augens, vt dictum eſt, cōtraria requirit feb. ad ea quæ requirit fluxus. nam feb. indicat de humidis, vt hic dyſenteria vero de ſiccis & conſolidatiuis. Sed dices quid agere debeo, an prius fluxui. an febri attendere? Dicendum iuxta doctrinam Gal. & aliorum q prius attendendum eſt magis ſuſpecto, & periculoſo altero nō neglecto, miſcendo adinuicem quæ vtrūq; reſpiciunt. Quod ſi timor videretur æqualis, tūc prius attende fluxui cum ſit principalior in cauſando, & feb. poſterior, & quia ſine curatione feb. fluxus curari non poſſet

Item eo curato feb. aut ceſſabit, aut non. ſi ſic bene. ſi non, tunc feb. melius curari poterit cū digeſtiuis, & euacuatiuis appropriatis. Et hic nota q adminiſtratio horū medicaminum ſic contrariorum poteſt tripliciter fieri. Vno modo miſcendo ſiccas cōſtipatiuas propter fluxum cum humidis propter feb. in eadem medicina cibo potu, & huiuſmodi. & hæc æqualiter miſcendo de eis, & hoc videtur illaudabile, dato q ab auctoribus ſit cōceſſum ſaltem reſpectu aliquorum modorum cum ſint aduerſantium virtutum & impedientium operationes ſtomachum grauantes, naturā inquietantes, & reddentes ſollicitā circa diſtinctionē earum. vt ſi ſimul acciperet cibus, & medicina, & in appropriationē impedientes, & diſturbantes eā non ſic tota ſolet rei intenta, vt innuit Hipp. & iuxta illud. Pluribus intentus minor eſt ad ſingula ſenſus. Scd'o modo tēporaliter, vt quia nunc ſtyptica propter fluxum, nunc humida propter feb. nunc ſtyptica in medicina ad intra p̄pter fluxum, nunc humida in cibis & potibus propter feb. Tertio localiter vt interius ſicca propter fluxum & exterius humida p̄pter feb. & epithemata cordi, & hepati ſpinæ dorſi, vt infrigidans. Gal. Q. ſi fuerit ephemera debes dubitare ne in putridam conuertatur, & ideo ſtude ad eius deſtructionem cum alteratiuis etiam humidis cordi applicatis aut aliter, & hoc ſupra & hæc quæ dicta ſunt de feb. indifferenter intelligere debes in omni fluxu.

ET ANTEQVAM deſcēdas ad curam attende prius ſi dyſenteria talis eſt curabilis, aut non. Nam quæ initium habet à melancholia aduſta quæ cum in terrā cadit ebullit ſicut fortiſſimum acetū eſt incurabilis iuxta dictum ſenis noſtri. de quo in dubijs ad plenum. & tu ibi.

Secundo. q quæ eſt à cholera rubea, furioſa, & mordicatiua, vt plurimum eſt incurabilis.

Tertio. q ſi cum fluxu pulſus apparet præter naturam formicans, vel vermiculoſus eſt mortalis, præcipue ſi per cibos aſſumptos æger non confortatur.

Quarto. q ſi poſt ægritudinē aliam, ſubito veniat dyſenteria perſeuerans mortale.

Quinto. q in dyſenteria puſtula nigra poſt aurem apparens ſiniſtram ſimilis orobo cum fortitudine ſitis mortem futuram in vigeſimo ſignificat.

Sexto. q ſi ſuperfluitates retinēťur cum grauitate ita q patiens in earum retentione grauedinē ſentiat, & in earum expulſione leuitatē, & tranquillitatem cum debilitate virtutis, & perſeuerantia mortem ſignificat.

Septimo. q ſi dyſenteria eſt cum vomitu, & nauſea ſuſpecta eſt mala.

Octauo circa vrinā circa quā pauci conſiderant vrina in dyſenteria multū tincta cum liuiditate præcipue cum petoloydibus furfuribus reſolutionibus ſuſpecta eſt, quia non poteſt eſſe ſine feb. & etiā calor conſumit ſpecialē humiditatem, & ſpecialiter ſi fuerit cum caſu virtutis appetitiuæ, defectus enim appetitiuæ in hac ægritudine peſſimum ſignū eſt. Sæpius enim cum his ſignis in hecticā cadunt, & p̄pter hoc nota q vrina in dyſenteria debet atteſtari humori peccāti & dominanti niſi ex certa cauſa alteretť, vt ſi fieret rubea vel aliter colorateť ex motu ad aſcellam, nimia vigilia, aut nimio fluxu, vnde qñcunq; liuida apparet ex perturbatione humorum quę fit cum humores diuerſorum colorum currunt vi naturę, aut vi ſymptomatis, vel ex alia cauſa. nam in tali curſu tranſeunt per hepar ad meſaraicas, & pars notabilis in eo trāſitu remanet in hepate & p̄ vias vrinę ad extra mittiť, q̄ cū ſint diuerſorꝫ colorū, & q̄a phlegma in quāto dominať, & melāncholia cholerica ſubdominať hinc liuidus īſurgit color. Et nota p̄pter mordaces q licet principalr̄ in certo fluxu peccet vnus humor q principalr̄ euacuatur, tñ cū eo ex cōſequti, et ſecūdario euacuanť alij debilitate virtutis, & maxime cōtentiuę, aut annexiōe eius cū alijs. Et in ſumma vrina coloratior debito ſuſpecta eſt, qm̄ arguit flupiem eſſe, aut ex cholera;

aut ex ſanguine aduſto, aut ex melancholia nõ naturali quę eſt cæteris ſuſpectior, vt infra in dubijs, aut diſcraſiã oſtendit febrilem in membris quæ cum fluxu mala eſt, & peſſima. nam fluxum adauget, & acuit.

Nono attẽde, ꝙ dyſenteria habet quatuor tẽpora, vt cæteri morbi materiales quę diſtingui habẽt penes accidẽtia, & penes digeſtionẽ materiæ. Ex parte quidẽ accidentiũ, vt ſupra de pleuriſi. Ex parte digeſtionis materiæ. nã cũ videmus naturã facere, & materia trahere ad naturã feces tunc eſt declinatio, & quanto fuerit ab hoc remotior erit principiũ & medio modo ſe habens ſignificat ipa media, qa augmentũ, & ſtatum, & in ꝓportionali imaginari velis, vt ſupra de pleuriſi. Et quidã cum egredit̃ ſtercus ſaltem in principio vel aliqd ex eo, tunc res eſt in principio. Qñ vero humores ſoli, tunc eſt in augmẽto. Qñ vero humores cum corticibus inteſtinoꝝ eſt ſtatus. Cũ vero incipit apparere fex res eſt in declinatione. Aliter & melius qñ cum ſanguine reſoluitur inteſtinorum vnctuoſitas vel mucoſitas, vel cum egeſtione apparet ſanguis cum hmõi pinguedine, vel exit egeſtio ſicut lotura carnis, tũc eſt principium. Augmentum vero quãdo villi inteſtinorũ abraduntur, & cum ſanguine apparent pelliculæ ſimiles raſuræ pergameni. Status eſt qñ inteſtinorum fruſta emittuntur, & in egeſtione apparent carnoſæ, & neruoſæ reſolutiones, & hæ melius apparent lauando feces, & cum æger ad hoc peruenit moritur. In principio vero curatur, & in augmẽto difficilius longe ꝙ̃ in principio magis indiget mundificatione ꝙ̃ conſtrictione.

Decimo, ꝙ qñ egrediunt̃ diuerſæ ſpẽs coloꝝ, & humorum cũ ſpuma, & pinguedine, vel ſine, & corpus non debilitat̃ nõ debet fluxus reſtringi, quod ſi fiat eſt illaudabile.

Vndecimo, ꝙ dyſenteria diſtinguit̃ tripliciter. Ex parte effectus. Ex parte diuerſitatis cauſæ materialis. Tertio ex parte varietatis loci. Ex parte quidem effectus, quia aut egeſtiones egrediuntur ſicut lotura carnis pauco ſanguine admixtæ, & hoc facilius curatur reliquis, aut cum raſura inteſtinorũ ſicut eſt raſura corticularum, & hoc difficilius, aut quia fruſta videntur exire, & hoc nunquã, & vix curatur, quia vtraqꝫ inteſtinorũ tunica eſt abrupta. Ex parte loci, qm̃ quædam eſt vitio ſuperiorum, quædã inferiorũ, quædã ex medijs vtriſqꝫ participans. Ex parte materiæ, quoniã quædam de phlegmate ſalſo, quædam de acetoſo acuto, quædam de cholera aduſta, vt ſupra.

Duodecimo, quia principaliter intentio in cura dyſenteriæ debet eſſe in fortificãdo retentiuã debilitatã, & debilitare expulſiuã victã ab acuitate humoꝝ. ꝓpter quod notandũ ꝙ quidã dixerunt in cura eius quatuor principaliter eſſe attẽdenda. Primũ eſt ſuperfluitas materiæ. Scd'm eius acuitas. Tertiũ ſuperfluitas fluxus. Quartum ſolutio cõtinuitatis inteſtinoꝝ. Cõtra primũ eſt eṽo. Cõtra ſcd'm eſt repreſſio acuitatis, Cõtra tertium eſt ſiſtio fluxus. Contra quartũ eſt cõſolidatio, cũ cura habeat ꝑ contraria fieri, ſed de his particularius ſtatim. Alij diſtinctius vt ſic dyſenteriæ debere primo eṽo humoris, repͤſſio, abſterſio, retentiuæ cõfortatio, expulſiuę debilitatio, vulnerũ conſolidatio, ſed quid de his dicendũ apparebit ſtatim. Si prius dixero cui prius debet̃ cura an cauſæ an accidenti. Propter quod ſciendũ ꝙ cũ accidens qa dolor eſt multũ fortis, & virtutẽ ꝓſternens, tunc aut per reſoluentia, aut eṽantia, aut aliter quocunqꝫ mitigãtia prius eſt ſedandus dolor & dimittendus eſt morbus, & cã vt primo regiminis acutoꝝ. Nã dolor humores ad fluxũ ꝓuocat, & reuma exacuit nec vulnera cõſolidari poſſunt niſi remoto dolore. nam vehementia accidentis peruertit quandoqꝫ curam regularẽ, vt ſeptimo colliget allegatum in principio huius operis.

S I G N A demonſtratiua. nã ſi fuerit vitio ſuperioris ſentit̃ ſupra vmbilicum dolor, punctura, grauitas, nam Hippo. vbi dolor illic ægritudo. Itẽ poſt aduẽtum doloꝝ, & hmõi nõ ſtatim ſequit̃ materiæ ipſius exitus, ſed tardatur & qñqꝫ per ſpatiũ longum vt octauũ horæ & plus.

Signa ſi fuerit ex cholera, & putrefactione accidẽtia vt punctura, dolor, erunt intẽſa, & egredietur cum egeſtione mucoſitates multum cum ea cõmiſtæ tinctæ colore citrino, & erunt ſubſtantiæ ſubtilis cũ odore choleræ, & hæc forte magis adaptari poterũt diarrhoeę. Q. ſi fuerit cũ accidentibus putrefactio, et excoriatio, tũc cũ egeſtionibus, & mucoſitatibus egrediet̃ ſanguis paucus, aut ſanies cum ipſis egeſtionibus multum cõmixtus & cum his apparebit pinguedo. Quòd ſi perdurauerit apparebunt pelliculæ inteſtinoꝝ, & minutæ, & ſi vltra magis apparebũt fruſta corporis eorum, & ſic triplex diſtinguitur dyſenteria vt dictum eſt, & erit cum ea febris, ſitis, & habitudo, ætas, cõplexio, regimen, & hmõi, quæ de ea quid iudicandum eſt maxime te iuuabũt. Et ſcito ꝙ cum dyſenteria eſt recens apparet ſanguis, & cum antiquat̃ apparet ſanies. Q. ſi materia fuerit in inferioribus, tunc dolor, punctura. excoriatio, grauitas, & hmõi. accidentia in inferioribus, vt qa ſub vmbilico percipientur. Item cum egeſtionibus ſanguis aut ſanies non erit multum cõmixtus, & erit ſanguis multus in quantitate rubeus eius qui venit à ſuperioribus. Item ſuperueniẽte dolore aut punctura ſtatim poſt ſequitur fæcum. & humiditatum exitus. Quòd ſi in medijs fuerit aut in loco medio hæc quæ dicta ſunt in medio ventris percipientur.

Signa eius quæ eſt ex melancholia punctura, dolor. vt ſupra ſm̃ locum eius & ad eius certificationẽ faciunt ætas, cõplexio, habitudo, regimen, melãcholiæ multiplicatiuũ, & hmõi, quæ ægritudo ſi antiqua fuerit non recipit curã, ſi noua curam recipit ut Alman. ſed ſm̃ Hipp. iiij. Aphor. ſiue noua ſiue antiqua non curatur dixit, vt infra de dyſenteria, ſi à felle nigro inchoauerit mortale. Conciliantur hi viri. Nam ſi dyſenteria fellea cum vlcere, & excoriatione manifeſta non curatur. Quòd ſi abſque vlcere, & manifeſta excoriatione, & ei cum diligentia cito ſuccurratur curari poterit. primum intellexit Hipp.

Signa eius quæ eſt ex phlegmate ſalſo, quia accidit poſt excoriationẽ, & non eſt in ea in egeſtione ſanies plurima, neqꝫ cholera, neqꝫ rubedo, neqꝫ viriditas, immo phlegma, & viſcoſitas, & non eſt cum multo dolore ſiue punctura, & eſt vẽtoſitas multa, & diſtinguitur locus per dolorem & alia, vt de alijs dictum eſt, & te amplius certificabunt complexio, regimen, & huiuſmodi, vt ſupra. Quòd ſi acciderit ex cauſis extrinſecis ſcitur relatione infirmi. Q. ſi à melancholia aduſta iam dictæ ſunt ſigna ſimiliter à phlegmate ſalſo. Si autem à ſciſſura venarum inteſtinorum iam dicta ſunt ſigna. Quòd ſi fuerit ex nimia fixione viſcoſitatis, nunc egreditur materia multa multũ viſcoſa, & paucus ſanguis cum ea in modum guttæ groſſæ ſanguinis. Q. ſi fuerit ex ruptura apoſtematis ſcitur illud per indicium apoſtematis præexiſtens in inteſtinis. Q. ſi aliunde acciderit nocumentum in inteſtinis ꝓpter quod dyſenteriam incurrant ſcietur illud ex nocumentis præcedentibus ac in ipſis membris actu exiſtentibus de quibus oportet curã hr̃e, vt ſupra de eis in pñti Rubrica actũ eſt,

P R O G N O S T I C A. dyſenteria in qua cortices & corpus inteſtinorum emittuntur mortalis, quia iam corroſio vſqꝫ ad extrinſecam peruenit tunicam. Illa ꝙ̃ eſt ſicut lotura carnis & nõ fuerit epatica facile curat̃. ꝙ ſi fuerit cũ raſura inteſtinoꝝ difficile. Diſenteria à groſſis veniẽs inteſtinis ſaluior, ſed ꝙ̃ à gracilibus praua, & maxime qñ eſt in ieiunio ꝓpter multitudinẽ venarũ & magnitudinẽ earũ & ſubtilitatẽ corporis eius, & curſum choleræ ad ipſm, et qa eſt ꝓximũ mẽbro nobili, ut hepati. Itẽ quia medicina non ſtat ſuper ipſm & nullum vidi euadere ab ea in eo facta. quæ vero cadit in medio, medio modo, & iu'cõſidera. Et dyſenteria veniẽs in fine fe. videlicet vt plurimũ mortalis. Quidã dixerunt. ꝙ iam in dyſenteria perforata fuerũt inteſtina, & exiuit ſtercus, & ſanatus fuit homo, &

quãuis

quāſuis hoc fuerit poſsibile credo magis ꝙ fuerit poſsibile logicum ꝗ̃ medicinale. De prognoſticis dyſenteriæ plurima poſita ſunt in rubrica hac quæ hic nõ aggregaui indulgens breuitati, & pro his recurras ad principium Rubricæ. Sed hic poſtremo ſcias ꝙ eſt ęgritudo contagioſa, & ideo ita age vt cum viſitabis dyſentericum illi de domo prædicta etiam caueant ſibi à conuerſatione cum eo, & in camera, & maxime pueri, & teneri ætate.

Dyſenteria cõtagioſa.

CVRA. Canones. & vt tibi ſatiſfactū vt cupis attende quīdecim canones particulares. Primus, ordinatio diætæ. Scd's eſt digeſtio. Tertius euacuatio. Quartus diuerſio, & abſciſio fluxus. Quintus eſt repſsio acuitatis, & malæ qualitatis. Sextus mūdificatio ſiue abſterſio. Septimus cõſtrictio, ſiue ſiſtio. Octauus conſolidatio, ſiue incarnatio. Nonus diuerſificatio medicaminum ſcd'm loca. Decimus diuerſificatio ſcd'm cauſas & ſpecies. Vndecimus diuerſificatio ſm̄ tempora. Duodecimus ſcd'm ſymptomata. Decimustertius ſcd'm fortitudinē & debilitatem. Decimusquartus curatio per medicinas. Decimusquintus erit circa quaſdam q̃ſtiones, & dubia, de quibus agetur in fine capituli. Et antequā deſcendas ad cõplendos canones nota prius. debes attēdere diſpoſitionē cauſæ facientis dyſenteriam, an ſit aliunde ad inteſtina veniens an nõ, quoniam aliter & aliter oportebit te operari. Dicitur prius diætā ordinare quæ erit conueniens in omni tali dyſenteria. Inquit Auic. de cura excoriationis inteſtinorū. Cibus vero ipſe apud neceſsitatē & apertionem debilitatis eſt ille cuius qualitas minoratī, & multiplicatur confortatio ipſius, ſicut hepar gallinæ pinguis, & parum panis de ſimila, & declinet ad azimitatē, & teſticuli gallorum, & oua q̃ aſcendunt à ſorbilibus, ſcilicet in decoctione, & deſcēdūt ab aſſatis fortibus. Et quandoq; iuuatur valde ex piſcibus aſſatis calidis, & pedibus decoctis in lacte dulci, & niſi torrefactum eſt bonum eis valde cum ſugit ipſum. Et oportet vt conſeruet virtutem eius cum rob fructuū, & cibis dictis in cap. j. & ſit ſal eius ſalgēma, & ſic torrefactū. Et oportet vt non bibat ſupple vinū niſi q̄ñ non multiplicatur caliditas. tunc enim bibat ex eo parum quod ſit nigrū ſtypticum, & aqua eius ſit aqua frigida, & ſeriatim de rebus non naturalibus loquens ab aere incipio. Aer debet eſſe tēperatus in actiuis declinans ad ſiccum clarus. lucidus. nā obſcurus adauget fluxum & tenebroſus triſtificat animā. ꝙ ſi non reperitur talis fiat arte, vt infra de peſte cū lauantibus & hmōi. ſed hic nota ꝙ aliquādo talem aerem non patitur debilitas virtutis, vt primo prognoſticorum. ideo cõſidera. In cibis eius non ſit acuitas dulcedo, ſalſedo, neque acetoſitas multa, ne ſua mordicatione euigilet expulſiuam, & maxime cum peruenit ad vlcerationē. Itē non ſit multum vnctuoſus. Itē nec humiditate multa, neq; liquidus, ne debilitet contentiuam, cuius fortificatio principaliter quærit̄. ſint enim inſipida temperati ſaporis, ac delectabilia, ac acria cibaria ſua. Item ſtyptica, vt agreſte quæ cum hoc ꝙ cõſtringunt appetitum excitant. Itē ſint ſolidæ, & ſpiſſæ ſubſtantiæ. Item frigida actu vel potētia, vt exigit diſpoſitio. Item ſint quæ adminiſtrātur cibaria in principio parū ſtyptica donec fiat euacuatio, & mūdificatio cõfortant enim naturam & membrum, & materiā effrenitare nõ permittunt, nec mundificationem impediunt. Et talia ſunt lac decoctū cum lapidibus ignitis fluuialibus donec aquoſitas eius cõſumit̄, aut ferro ſiue chalybe in eo lacte extincto, & eſt melius, q͞a in ferro eſt æqualitas ſtyptica, & confortans. Item panis infuſus in eo, & ſit quantitatis conuenientis vt digeri poſsit. Item ſorbitio ex hordeo aſſato excorticato, & nota ꝙ hordeum excorticatum à Serapione capitulo de peripneumonia appellatur candaruſium quod in caſu noſtro multum cõmendatur. Item riſum vel riſi cum lacte cocto. Item conueniunt milium fractum, panicum ſumach. Item tri. Item tortellæ. Item laganæ prius per diē in vmbra exiccatæ facta ex iſpanata. Itē lentes excorticatæ bis coctæ, & parum acetoſatæ. Item caules bis decocti. Item portulaca, acetoſa, plantago, & ſimilia ponit̄ in cibarijs coriādrum præparatum.

In carnibus non eſt magnum iuuamentum, quia addunt in cauſam cum ſint multi nutrimenti, ſed propter imbecillitatem ac cõſuetudinem hodie ægros ab eis abſtinere facere non poſſumus, & eligant̄ ſi virtus tolerat, maxime & quæ ſunt frigidæ, & ſtypticæ etiam ex volatilibus facilis digeſtionis: vt perdices, turtures & huiuſmodi, ad ſiccum declinātes, & tu ipſis ſupra. iij. tracta. & ſint aſſatæ aut elixatæ in aqua chalybeata, aut fluuiali vel de ciſterna in qua bulliant fruſta alicuius fructus ſtyptici ut ſunt coctana, neſpella, ſorba, & huiuſmodi. Item ex piſcibus petroſi, truta, temoli, & hmōi laudati ſquamoſi de aqua mundis. Itē gambari, ſiue cancri aſſati, deinde cocti in agreſta. vnde & cum carnibus da agreſte vinum granatorū, myrtellam, & huiuſmodi. Item ex fructibus ſtyptici, frigidi de quibus ſupra. iij. tract. ſed ſis memor canonis. xxij. ſupius poſiti. Et de cibo ſcias ꝙ ſi tibi eſt poſsibile cõſentiēte virtute in duobus primis diebus da ſubtilē, immo ſubtiliſsimam diætā, immo ſi foret poſsibile abſtinere deberet ab omni cibo, vt materia minoraretur, & natura redderetur auara in trāſmutando humores ſiue materiā ſi qua flueret, deinde ciba cibis paucæ ſtypticitatis, donec euacuet̄ materia, vt dictum eſt. Et nota ꝙ cibus hic debet eſſe paucæ quantitatis, & numeri niſi ſtomachus fuerit faſtidiuus quo caſu, oportet vt tua variat prudentia. Scd'o ꝙ ante cibi exhibitionē confert, & dare debes non ſubſtantiā. ſed ſuccoſitatem alicuius ſtyptici fructus, vt coctana, panem infuſum in ſucco granatorum acetoſorum & huiuſmodi. Quòd ſi natura foret, & cõſuetudo aduerſaretur, intentionis dictæ. tunc debes eo caſu dare cibos paucæ quātitatis, & multæ qualitatis qualia ſunt hepata gallinarum iuuenū, teſticuli gallorū nondum coeuntium. Item oua vt dictum eſt, & infra in complemento ſeptimi, particularium canonum. & tu ibi. nam ſtatim currimus ad confuſum, & male. & tu ſi tandē oportet ordina & præpara ſecundū intentionem. Item ſorbitio ſpiſſa facta cum lacte eſt cibus iuuatiuus & medicamē magnum. Facta autem euacuatione trāſacto principio. & adhuc aliquid materiæ fluat oportet te tranſire ad ea quæ ſtringunt, & ingroſſant humiditatem quæ currit, aut quæ ſtypticando repercutiunt, & ſtringūt vias, aut quæ exiccant. vnde ſorbitio facta ex candaruſio cū adipe gallinæ, aut anatis, aut capræ & melior eſt adeps hirci, q͞a in eo eſt uirtus exiccatiua eſt bona, ſimiliter ſorbitio facta ex amilo ſuper quā puluerizetur gummi aſſatum. Item ſorbitio ex ſauich hordei, & modico papaueris alb. cum modico amilo torrefacto. Et nota Serapionem ouum elixatum cum aceto cõmixtum ſupra quod proijciuntur grana myrti aut aliquod tale mixtum ſtypticum iuuat ad excoriationem iuuamento magno. & fortaſſe ꝓpter hæc verba viuntur ouo cum ſeminibus plantaginis dato in modo tortelli, & eſt iuuatiuum. Item ſtante debilitate virtutis non incõueniens dare oua cocta in aceto cum cortice ſuo & eſt Alexandri, & Placentini. Item oua in paſta decocta, & dura modicum. Item conuenit caſeus.

Et vltimo nota de cibo, quod cum pane, & alijs cõmiſcere debes cor confortantia præſertim ſi fuerit ex cholera praſsina, vel æruginoſa, dyſenteria ipſa propter ꝙ multi ponunt cum pane bis cocto margaritas. & tu conſidera.

De potu dicendum ꝙ aqua hordei excorticati, & torrefacti, & maxime ſi fuerit aqua ciſternæ eſt potus cõueniens. vnde audacter frequenter vtatur qui patitur dyſenteriam. item aqua plantaginis. itē aqua decoctionis plantaginis, corrigiolæ, ſcariolæ, cum zucch. roſa. veteri. item aqua hordei cum granis myrti decocta. itē cum rob aliquo ſtypticorū fructuū, & cõſimilibus. itē aqua chalybeata ſimplex cõmixta cū aliquo rob. itē pluuialis cum zucc. antiquo ro. Et in ſumma interdicat̄ vinū nā inflāmat, &

diſſoluit.& materias ad ſuperiora effumare facit. Quòd ſi virtus, ætas, & talia indicabunt vini exhibitionē detur in parua quantitate, & vinū lymphatum, & ſit nigrum, ſtypticū, & pcipue ſi nō aderit caliditas pternaturalis multa. Vnde Aui. Et oportet vt nō bibāt vinum niſi qñ nō multiplicaē caliditas, tunc enim bibāt ex eo parū qḋ ſit nigrū ſtypticū. Somnus, vt ſupra eſt ex melioribus rebus, dormiat quātum poteſt, & puocetē ſomnus, etiā ſi oportet cū narcoticis ſm doctrinā. ſupra Sōnus enim ligat virtutes aiales, & cōfortat naturales. & eſt cā quietationis humoꝝ, & ſit ſtratus eius mollis ne ex eius duritie doleat, & humores amplius in motu ponātur. De motu vero dicatur cū Gal. motis nobis mouenē omnia q̄ in nobis ſunt, & ideo quieſcat cōtinue in lecto. beneficiū habeat. vnde Senex noſter manifeſtat autē nauigatio qñq. Vnde in ſumma ſicut quies materias immobilitat ita & motus mobilitat, quare ab eo omnino abſtineat in principio. vt dictum ſiat abſtinentia, & inanitio, & maxime ſi corpus fuerit repletū. itē & inteſtina inaniantur ex materia infuſa, deinde cōfortienē, & in ſumma corpus paulatim repleaē cibis laudabilibus dictis. De accidentibus animæ, & per omnia approximentur quæ animum letificant. nam triſtitia humores agitat, permiſcet, & ſic patet complementum primi.

DE SECVNDO vero dicatur tantū q̄ vt plurimum nō aſpectatur digeſtio, ſed poteſt dari per aliquot dies oxyzaccara, vel aliquod tale digeſtiuum. Quòd ſi fuerit phlegma ſalſum, aut aliquod putreſcēs in inteſtinis, da vt exigit diſpoſitio.

DE TERTIO vero in quo bene conſiderandū eſt. dicendū q̄ ſemper anteponēdæ ſunt authoritates Aui. quarta primi. iij. cap. inquit. Qm̄ ſoluere ventrē ſupra ventris ſolutionē eſt timoroſum, & .xvj. tertij de cura fluxus. cum excoriatione. Et ſi fuerit neceſſaria eūo propter malitiā humoris, fac eā cum timore, & cautela, & ſtude vt nō ſit ſolutiuum nociuum vehementer veſtigio & vlceri, imo ſit ſicut myrobalani. Sed tu primo cum eūonem queris facere inueſtiga ſi neceſſaria fuerit, & vtilis phlebotomia, nā in principio cōſtante virtute, & cęteris cōſentientibus; vt infra vtillima inuenta eſt. Nā maxime remittit acuitatē humoꝝ. eſt enim ſingularis in remiſſione acuitatis humorum. Cūq; ad pharmacū exhibēdum cōdeſcēdis materia in principio exiſtēte multa. da medicamen non ſigillatiuū multum, ſed ſolum membroꝝ confortatiuū. vt uerbi gratia da reubarbarum non vſtulatū in ſubſtātia, aut myrobalanos. Scd'o autem vice, quia in gnta die dabis ip̄m aut myrobalanos cum vſtulatione, inter quas eūones poteris dare aliquod digeſtiuū, vt infra. Et vt magis ſequar ſeriē cārum, ſcito q̄ ea quæ aſſumptione medicinæ venenoſæ, vt arſenici, & hmōi curaē, vt infra de dyſenteria ex aſſumptione medicinæ, & ſimilr in ea q̄ eſt ex aſſumptione venenI operandū cōmiſcendo cordialis, & apponendo cum eis quæ a ꝓprietate valēt cōtra tale uenenum. ſexta quarti.

Quòd ſi fuerit à cibi acuitate & hmōi. remoueaē, & introducatur regimen oppoſitum habitū ex dictis & dicendis.

Materia itaq; dyſenteriæ, vel eſt aliunde ad inteſtina veniens, vel in eis paulatim cōgeſta: ſi primum. vel eſt totaliter fluxa; vel eſt adhuc in fluxu, vel partim in fluxu, & partim fluxa. Si vero materia fuerit in fluxu, & hepar fuerit membrum mandans, tunc primo attende regimini, vt ſupra de dyſenteria hepatica.

Quòd ſi fuerit cum repletione in toto & in hepate, tunc phlebotoma de vena magna hepatis in parte dextra conſtante virtute, & cęteris cōſentiētibus. Conſidera tñ prius ſi adeſt eūo ſanguinis recens, vt mēſtrui, & hæmorrhoidalis, & ſi ſit parua adiuua eam vt melius poteris. Quòd ſi fuerit ab hepate, & chyſti fellis materia dyſenteriæ tranſmiſſa ad inteſtina cholerica, tunc ipſam euacua cū magna aduertentia, vt allegatū eſt ex ꝓpoſitionibus duabus Aui. & cum qbus ſtatim dicā, ſed prius ſi potes ingeniare euacuare cum vomitu, & per vias vrinæ cum diureticis frigidis, vt eſt ſyru. de endiuia, ſuccus ſcariolæ, decoc. capillorum ven. cum ſeminibus frigidis excorticatis & hmōi. Si itaq; pur neceſſariū aut vtilius videbitur euacuare p pharmacū fac illud cum timore, & cautela, ne materia q̄ ſic p inteſtina educiē adaugeat excoriationē. item ne ſimilr idē opereē pharmacum ſui acuitate, & propterea dixit Auic. ſtude vt ſit ſolutiuū non vehementer nociuū veſtigio & vlceri allegato cap. & ſubdit immo ſit ſicut myrobalani.

Ex quo infertur primo, q̄ ſi poſſibile eſt ſolutiuū debet eſſe frigidæ cōplexionis. Infertur ſcd'o. q̄ licet ponatur ab authoribus q̄ reubarbaro inſit proprietas mirabilis in vlceribus inteſtinoꝝ, & fluxu ſanguinis, & ꝓprie quando daē in potu in eo quod eſt ſicut aqua arnogloſſæ cum pauco vino antiquo. vt Auic. xvj. tertij. allegato cap. nihilominus cōuenientius erit ſi cum eo miſcebitur aliquid myrobalanorū. nā tunc medicina operabiē rōne duarū qualitatum, cōſidera. Et hoc correlariū trahe ab Aui. iiij. primi iiij. cap ꝗ. j. Qñ etiā neceſſarium eſt te dare medicinam vbi decet miſcere cum ſcamonea myrobalanos. Poſt autem cū medicinā dederis non vſtulatā magis. da deinde vſtulatam magis aut minus vt videbitur expedire indicatione ſumpta à quantitate materiæ, vt verbi gratia in principio dabo ſubſtantiā reubarbari à. ℥. ij. vſq; ad. iiij. cum aqua plantaginis. Et ſequendo correlarium ſcd'm. ℞. myrobalanorum citrinorum. ℥. j. reubarbari electi. ℥. ij. teranē ſubtiliſſime: & cum aqua plantaginis dentur dulcorata, cum zucch. roſ. in ea prius infuſo & per petiam colato. Quòd ſi videretur q̄ neceſſaria adhuc eſſet euacuatio, & nō velis aliquo modo ſtypticare da infuſionē ſolutiuorū tā dictorum potes & cū his addere aliqd mānę pro nobilibus, aut caſſiæ pro aliis, & ſi doſi dare addes. ℥. j. mānę, aut caſſiæ nō erit tam magnæ doſis, ſed cōis. Euiteē itaq; ſtyptica in principio ne materia retineaē apud hepar, quod eſt membrum principale. Hac itaq; vel ſimili data da ſi videē vt ſupra digeſtiua ſy. de endiuia & ſimilia infrigidantia, aperientia, choleræ digeſtiua. de quibus. iiij. tracta. Deinde redi ad euacuationē cum ſigillātibus. vt verbi gratia. vt cū ſimilibus ſolutiuis vſtulatis. vt verbi gratia. ℞. myrobalani citrini, reubarbari. ana. ℥. ij. vſtulentur aliqualiter plus. & minus. & denē cum ſy. myrtino, & aqua plantaginis, aut aliquo ſucco ſiue rob ſtyptico, de qbus infra. Si vero hepar mandauerit materiā melancholicā aduſtā primo diligēter aduerte. ſi opus eſt phlebotomia vtere. Q. ſi nō, tunc quācitius potes mundificationi inteſtinoꝝ à fecibus attēde cum clyſteri lenitiuo ex maluis, viol. fumo terræ, & hmōi. Deinde ad ſolutiuū per os exhibendū. q̄ ſi materia fuerit multa da infuſionē. deinde ſubſtantiā nō vſtulatā, deinde vſtulatā vt ſtatim exēplificabo. Sed nota q̄ licet ita ſit regulariter ſcripta tñ fieri nō poſſunt multis ex cauſis cōtingētibus ex parte accipiētis nolentis parentum & hmōi. debilitate virtutis nimietate fluxus acuitate materiæ non dantis inducias & hmōi, ꝓpter qḋ oportet vt hic medicus ſua vtaē prudētia, ne in infamiā faciliter cadat, & ægrum interficiat, tu itaq; bene cōſidera. Euacuant talem materiā myrobalani indi, & ſunt hic ꝓpria medicina cū qbus cōmiſcēdi ſunt citrini. Et primo dabis in infuſione, aut in ſubſtātia, aut vſtulatos, vt dictum eſt de ipſis, & de reubarbaro cū aqs appropriatis, vt aqua decoctionis epithymi, fumi terræ, decoctionis ſenæ, bugloſſæ. de quibus iiij. tract. & qm̄ vt allegatū eſt ex Auic. Reubarbaro ineſt ꝓprietas in vlceribus inteſtinorum hinc poteris cum eis cōmiſcere. Item mediabis cum digeſtiuis alteratiuis appropriatis choleræ aduſtæ. de quibus quarto tracta. Quibus exhibitis redeas ad euacuandum, vt quia prius dediſti infuſionem tantum aut ſubſtantiam non vſtulatam vt exigebat diſpoſitio. da vſtulatā magis & minus vt ſupra.

Quòd ſi materia fuerit phlegmatica ſalſa, tūc poſt mundificationē cōuenientē da myrobalanos kebulos cum citrinis

mixtos

mixtos, aut infuſionem reubarbari, maxime ſi materia fuerit multa vt ſupra deinde des ſubſtãtiam eorum vt ſupra. Sed ſi videbitur inter has euacuationes mediabis cũ exhibitione ſyruporum ſiue digeſtiuorum reſpicientium materiam ſalſam. de quibus quarto trac. cum quibus commiſcebis aliquod ſtypticum vt vinum citoniorum aquæ ro. & hmõi. Et conſimiliter cum euacuatiuis vt cum reubarbaro & hmõi. miuam citoniorum & hmõi. vt mẽbra relaxentur ex euacuatione iam ꝑterita & fienda confortentur. Item valet in hoc cauſa micleata Ni. cuius doſis eſt à ℥. ij. vſq; ad ℥. v. cũ aqua fluuiali mane & ſero, & quidam eam dant cum reubarbaro & bene, & conſimiliter valet micleta Auic. in quinto trac. de ſufuſ. quarto. Quòd ſi fuerit ex viſcoſitate phlegmatis tũc vtere abſterſiuis, inciſiuis, mũdificatiuis, & educentibus ipſum, & magis valẽt enemata in caſu iſto, & nõ incõueniẽt dare agaricũ cũ mellicrato, & maxime vſtulatũ cum oportet cõſidera. & ex his facil'r eligere potes oẽm modũ opportunum in euacuãdo humorẽ peccantẽ cũ diuerſis ſimplicibus, vt tibi magis placebit.

DE QVARTO dicẽdũ ꝙ diuerſiones cões hoc loco ſunt, & conuenientes vt fricationes, ligationes, doloroſæ, lotiones brachiorũ, vt ſupra omnis vomitus. Et nota ꝙ ſecus eſt dicere ꝙ vomitus confert, & vomitus eſt ſuſpectus, vt ſupra canone ſeptimo. vñ Auic. de cura fluxus abſq; excoriatione, & oportet ut conuertas ſtudium ad retinendũ eum, & inclinandum ad contrarium partis ſi fuerit illic repletio vehemens & plurima. Et capitulo de cholerica inquit. & quandoq; neceſſarium eſt ſtringere extremitates, ex qbus cõprehendis quãtũ facit diuerſio in cura fluxus pro quibus uide canonẽ tertiũ ſupra in principio capituli. & eſt Auic. de cura fluxus omnium modorum.

QVINTVS perficitur cum medicinis oppoſitis humoribus extinguentibus eorum acutatem, ſiue ſit cholera, ſiue ſit phlegma ſalſum, ſiue ſit melancholia aduſta, vt ſunt portulaca, endiuia, plantago, & ſuccus eius, ſcariola, granata muza, acetoſa, ribes, berberis, arancium dulce, fumuſterræ. ſy. extinguẽs cholerã, de qbus quarto trac. Itẽ & confectiones frigidę poſitæ ſupra eodẽ loco, & multa talia de qbus in cõplemẽto ſeptimi canonis infra & nota ꝙ cũ talia ſint frigida & hu. & ſua humiditate relaxãtia, & in caſu indigemus ſtypticis, & tu debes illa ſic humida vt potes vitare, & vti eis ſtypticis, & ſi vteris humidis cõmiſcere ſtyptica frigida cũ eis. de quibus infra ſtatim.

ET PRO complemento ſexti ꝓmittatur ꝙ vt dictum eſt ſupra qñ vlceratio eſt in inteſtinis ſuperioribus, magis competunt ebibita. Qñ vero in inferioribus ſuppoſita, & ideo varia vt oportet & canonice. per ſuperius aũt valent primo decoctio aggregans, mundiſicantia, & abſtergentia, & in ſe aggregantia, virtutem inteſtinorum cõfortantia, qualia ſunt decoctio furfurum, hordei cum zuccha. ro. modico, aut melle ro. colato modico, vt exigit diſpoſitio. Item aqua hordei, & quidem magis laudant non excorticati. quidam oppoſitum, quibus magis adhæreo qñ. ſ. intentio eſt in abſtergendo, qm̃ virtus eius abſterſiua magis videtur eſſe in cortice eius interiori, vt Meſ. de aqua ordei de ptiſana. Item detur ipſa ſi videtur cum zuccha. ro. antiquo magis aut minus. Item decoctio furfurum frumenti maxime valet quando accidit dyſenteria viſcoſitatis phlegmatis, vt ſupra, & cum ipſa potes addere mel ro. colatum ſi videbitur expedire. Q. ſi fuerit in inferioribus, tunc impone clyſteria ex aqua hordei, vt dictum eſt cum melle roſa. colato, aut zuccha. ro. vt verbi gratia. ℞. aquæ hordei excorticati vſq; ad crepaturam excluſiue. ℥. x. mellis ro. ℥. ij. miſce. Item valet aqua mellis ro. Itẽ ſi apparet grande veſtigium caloris pone zuccharum ro. cum aqua hordei, & ſi videtur in mitigatiõe doloris pone oleũ ro. & adipem renum caprarũ, aut vitulorũ. Item & aqua decoctionis furfurũ cum modico uini ſtyptici, maxime ſi viſcoſitati, & tu ex his elige. Item ex aqua hordei, oleo ro. ſero caprino, & melle roſato colato.

CIRCA ſeptimum nota primo ꝙ conſtrictio fluxus in principio facta eſt multum periculoſa, maxime qñ materia eſt multa, vt ſupra de dyſenteria hepatica. Vnde Serapio. Oportet vt ſis ſollicitus de eſſe medicinarum ſtudio vehementi, ita vt recipiantur hora ſua quod eſt, quia medicinas dant medici quæ conſtringunt in principio. & in hoc eſt error. Et Alexander. multi indocti mos à principio dare præſumunt antidota de opio, de iuſquiamo, mandragora, papauere nigro, quia anodina & ſomnifera. ſubducuntur ergo quia venter retinetur & ſomnus fit, ſed poſtea fluxus augetur, caput grauatur, & alia. non ergo danda niſi in magna neceſſitate. Vnde ſis memor ꝓuerbij. conſilium eſt vanum poſt conſummationẽ litis. Et ideo ſic in principio noli ſtypticis multũ vti. uñ ab eis abſtine donec purgatio fuerit conuenienter facta niſi te aduocauit, & feſtine, debilitas virtutis vel aliquod tale accidens forte. nã cum deficit virtus euacuatio cohibenda eſt. primo apho. tertio cõmento. Q. ſi virtus fuerit fortis in principio memorare eius quod dictum eſt de phlobotomia ſupra quia de ipſa facienda. Secundo ſcito ꝙ cum tranſierunt dies decem vel duodecim præſumẽdum eſt ꝙ euacuatio facta ſit perfecta, & poſt talem euacuationem poteris uti ſtypticis. Tertio hic recordari uelis eius quod dictũ eſt in cañ. 1 *. ſupra circa principium capituli poſito. inquit Auic. Cũq; adminiſtras medicinas, tunc incipe à ſingularibus. ſi vero non ualent, tunc tende ad cõpoſita. Quarto ꝙ medicinæ reſtrictiuæ tam ſimplices ꝗ̃ compoſitæ debẽt eſſe exiccatiuæ, conſtipatiuæ infrigidatiuæ, inſpiſſatiuæ, & cõglutinatiuæ. hæc enim unionem & confortationem faciũt inteſtinorum quatenus materiam effuſam ad ea non retineant, ſed repellant & ab ea non noceantur, de quibus particulariter ſtatim. Quinto ꝙ ſi ulceratio ſit in ſuperioribus da per ſuperius. ſi in inferioribus adminiſtreſ per inferius ut ſupra. Medicinæ ſingulares ſiue ſimplices frigidę ſunt. achacia, hypoquiſtidos, rob de ribes, de berberis, de citonijs, & hmõi, balauſtia, galla. ro. gummi ara. lutũ ſigillatum, lutum armenum, ſpodium & proprie aſſatum, & conditum cum camphora, granata, ſumach, berberis, acetoſa, ſemen portulacæ, ſuccus eius, coriandrum, plantago, ſuccus eius, de quo uidi experientiam bibitus ſemen eius, & maxime qñ fuerit ex cholera acuta, antheræ ſiue ſemen roſ. myrtus, morum immaturũ, lac acetoſum in quo butyrum penitus non eſt. Citonium, & ſuccus eius, miua citoniorũ, glans, faba. aliqui tñ eam nõ laudant quia uentoſa & ulcus dilatat. Aqua ciſternæ, aqua extinctionis calibis, camphora, litargirum, panicum, milium, taſſus barbaſſus, & dicitur buſiri ab Aui. nenuphar, uitellum oui elixati in aceto, & non confert ſtomaticho, nec hepatico, immo nocet. Auic. decimaſexta tertij. de cura fluxus abſolute & ſecundo caſu de quo inquit. cocta ſicut ſunt in aceto ꝓhibent fluxum uentris, & dyſenteriam, & infra parum, & quæ ex eis ſunt aſſata ſupra cinerem ſine fumo conferunt dyſenterię, & ſolutioni uentris qñ comeduntur cũ liquibus ſtypticis, & aqua agreſtæ. Cornu cerui uſtũ, pira pontica, papauer al. & nigrũ, lapis ematitis. ſan. dra. charabę, agreſte, bleta & ſpecialiter nigra, corallus, corrigiola, cucurbita, & maxime ſupra umbilicum poſita, dragacantũ, lactuca, lentes, licium, neſpilla, hordeum, opium, pedes animalium, ſemperuiua, terra ſigil. & ſimilia, de quibus in compoſitis. Et ex compoſitis frigidis ſunt. trochiſci de charabe, de terra ſigillata, de ſpodio. Emplaſtrũ diaphæniconis Meſ. diſtin. 11. aon dotarij. Electuarium de ſorbis, micleta, diacitoniten abſq; ſpeciebus. Diarodon Nico. & eſt ſingularis medicina. zuccharum ro. unius anni. triſandali, manus chriſti perlatum cum lapidibus, electuarij de gemmis. Medicinæ calidæ ſimplices ſunt tortellæ, ſiue panis bis coctus, uinum nigrum ſtypticum & ſi in eo extinguitur, chalybs, uel ferrum melius, thus & cortex eius,

ciminum

Indocti medici notant.

Buſiri Auicennæ, taſſua barbaſſua uocitat.

ciminum aſſatum, anıſum aſſata, cortex citri, colophonia qua vulgus mukum vtitur, laudanum in potu datū, caſeus vetus aſſatus, aut decoctus in vino ſtyptico aut & melius decoquatur caſeus ipſe cum aqua ciſternæ, vel chalybeata bene & egredıtur lac deinde exiccetur, & tunc eius.ʒ.ſtringit & eſt fortior omni re. Auic. de cura fluxus abſolute. Coagula & ſpecialiter etiam de quo datur infantibus. gra.xv.cū aqua frigida & adultis.ʒ.j. & fortius eſt coagulum leporis. nam ipſum retinet ventrem ſtatim. inquit Aui. allegato capitulo. Et caſeus quidē vetus cuius regimen iam præterijt cum exeo in potu datur pondus.ʒ.j. eſt minoris nocumēti & fortioris operationis ꝙ̄ coagula, nucleus dactyli aduſtus vſq; ad eius nigredinem de quo datur.ʒ.ſ.ſtringit ventrē & eſt ex expertis, riſum & maxime parum vitulatum & eſt vſuale, acorus, althea qa eius decoctio clyſterizata aſſumpta cum vino ſtyptico. Item ſemen eius. Aqua piſcium ſalſorum, & maxime de anguillis, bitumen iudaicū clyſterizatum cum aqua hordei, butyrum, bdellium, calamentū, caro leporis aſſata, charta cōbuſta i clyſteri, cupreſſus, fœnugræcū, gallus quia ius eius decoctum cum ſtypticis, lignum aloes, ſemen lini vſtulatum, maſtix, nux, vſtulata, & maxime cortex eius, reubarbarum, bethonica cum vino, ruta cum caſeo & uino ſumpta, theriaca antiqua philonium magnum de quo dubitatur an ſit calidum aut frigidum. nam datur in cauſa calida, ſed de ipſo infra. adeps caprina, adeps hircina, adeps arietis, adeps porcina. Sed hic audi Auic. ſecūdo cañ. de adipe inquit. Et adeps caprina eſt magis ſtyptica, & hircina eſt vehementioris reſolutionis, & ideo vt plurimum vtimur adipe tenū caprarū. Et infra Et adeps quidem caprina fortior eſt in cura vlcerum inteſtinorum ꝙ̄ adeps porcina, et illud eſt ꝑpter velocitatem congelationis eius, ſed adeps porcina vehementius ſedat mordicationem.

Ex compoſitis calidis ſunt athanaſia Ni. anathaſia magna Meſ. diſ. ſecunda. & eſt dolorū ſedatiua vt philonium trochiſci. de eupatorio, vt theſalus capitulo herbæ iouis. Nō multiplico in his, qm̄ hic infra ponam alia vſualia magis frigida & calida. In conſtringendo itaq; ventrem vt ſæpe dictum eſt de alijs procedatur de debili ad forte. Ex quo apparet ꝙ prius ab extrinſecis alijs partibus deberemus incipere, ſed quia oportet medicum multa facere ꝑpter artis honorem, & ne famā amittat, potes & cum datis ad intra procedere ſimul cum extrinſecis vt adminiſtrando debiliora vt eſt ſyrupus myrtinus, et hmōi. vñ in ſumma fluxus paulatine cohibendus eſt, vt ſupra. Sunt ergo in genere cōplentia canonem ſtyptica adminiſtrata intus & extra fortia & debilia. Et inchoans ab his quæ ad extra facta. ſ. mundificatione conuenientı aut arte vel natura quod eſt vltra dies decem vt ſupra. Pono lotiones extremorum, & ſunt balneum particulare. vt verbi gratia. ℞. folia quercus, neſpili, philicis, vel radicem eius, mori, ſcariolæ, plantaginis, de quibus ſupra ad plenum & hmōi conſtrictiuorum, & fac ante cœnā, & ſi videtur ante prandiū cum canone ſuo ſm̄ virtutis tenorem & exigentiam. Itē fit & fomentum cū ſpongijs ex eiſdem & conſimilibus rebus addito aceto ad penetrādum magis. Item quidā candentem ferruginem extinguunt in aceto bis uel ter, & ſpongiam in aceto infuſam, & calidam ſuperponunt, & eſt ſatis efficax. Conſimilr̄ capiūt balauſtias, gallas, & hmōi. & in vino nigro imbibere faciunt, & cum ſpongia vt dictum eſt cooperiendo ventrem. Et alij faciunt patientem recipere fumum horum per embotū per inferius. Item faciunt & alij ſedere patientem in aqua decoctionis florum ta: ſ: barbaſſi, foliorum plantaginis, florum camomillæ, aneihi, foliorum quercus, balauſtiarum, & hmōi rerū ſtypticarū, & tu vt libet compone, & ordina ſm̄ canones iſ.

Ex his & conſimilibus fiunt ſacculi qui calefacti, & ſicci ſuperponūtur ano vel ſicberi, aut aliqñ vt magis placet infunduntur in vino nigro calido, aut in decoctione rerum ſtypticarum, & bene expreſſi ſupponuntur. Item qñq; facimus ſacculum ex melica decocta in vino, aut aqua ſtyptica, & facimus ægrum ſuperſedere ſi virtus eſt fortis, aut ſi debilis ſupponitur vt alij. Item aliqñ facimus ſedere patientem ſuper fundum cacabi calefacti ſuppoſita petra & calida, & eſt remedium ruſticorum noſtrorū. Item ſedere ſuper aſcerem nucis calida, aut quercus, & eſt familiare, & ſic multi & varij multa & varia ingeniātur, vt infra de teneſmo, & tu cum opus erit eos ſequere. Ruſtico rū reme dium.

De emplaſtris primo cōmendatur, & eſt apud nos hoc tempore domeſticū emplaſtrum diaphœnicon, Meſ. de quo ſupra in cōpoſitis frigidis, de quo emplaſtretur totus venter bis in die & pluries ſi videbitur expedire. Aliud ad idem. ℞. corticum thuris, balauſtiarum, myrti, maſticis, boli ar. hypoquiſtidos, acaciæ, corallum ru. nucū cupreſſi. ana.ʒ.ij. olei maſticini, myrtini ro. de ſpica, de citoniis ana.℥.j. coaguli leporis, vel equiculi ſi haberi pōt.℥.ſ. farinæ fœnugræc. hordei. ana.℥.j. vini citoniorū, vini vuarū nigri & ſtyptici. ana. quantum ſufficit ad incorporandum & addatur aceti vinoſi ad quantitatem ſextæ partis dicti vini, croci parum, & fiat emplaſtrum quo venter emplaſtretur, vt ſupra. Fit fortius ſi diſtemperetur cū ſuccis plantaginis, ſcariolæ, & talium ſtypticorum. Item ex ſuccis illis ſolis cum pauco aceti, & farina fabarum, hordei, ſiue fœnugræci fit emplaſtrū imponendo de pluribus dictorum ſtypticorum, de quibus iam actum eſt. Item aliqñ hæc omnia cū ſuccis ſic incorporantur, & cum albumine ouorū, & aceto mixto potenter conterunt in reſtringendo ſanguinem, & ego ſum expertus in fluxu menſtruorū de quo infra. & primo capitulo. & tu ibi, qm̄ huic propoſito multa inuenies vtilia. Aliud. ℞. pilorum leporis, ſeminis vrticæ, ſe. roſæ, plantaginis, ſe. balauſtiarum, ſe. perforatæ, ana. ʒ.j. ſan. dra. maſticis. ana.ʒ.iiij. terbentinæ.ʒ.ij. cōfice cum ſucco plantaginis. Aliud. ℞. ſucci menthæ balauſtiarū, albuminis ouorum, farinę hordei, ſan. dra. ap̄ ſm̄ coniecturam, deinde ſume terbētinæ, boli ar. aceti, camphoræ, maſticis, olibani, picis liquidę oīa ſimul miſce, & ponatur frigidum ſupra ventris partem à qua incipit gurgulatio ſeu dolor ventris, & ex his eiſdem conficiantur vnguenta magis aut minus ſtyptica vt apparebit. Cerotaria ex conſimilibus confecta cum pice græca, aut raſina. Et eſto memor ſi videris dyſenteriam à cholera praſſina, aut æruginoſa ꝙ cum p̄dictis ponas confortantia cor. eo ꝙ iſtæ duę choleræ ſapiunt naturam venen licet vna plus altera. Et nota ꝙ emplaſtra ſunt fortioris impreſſionis ꝙ̄ vnguenta, & cerotaria, ſed cerotaria etiā plus ipſis vnguētis. Poſtremo ꝑpter ea quæ dicta ſunt de emplaſtris ſcito ꝙ emplaſtra etiam fiunt narcotica, & maxime cum alia non conferunt. vt ſæpe allegatum eſt ex Meſ. in ſuis canonibus. diſ. tertia. cap. tertio. & cañ. ſexto. & in principio rubricæ huius. ꝑpter quod ea loca vide. unde Aui. decimaſexta tertij. allī. capitulo. In narcoticis eſt timor licet accidat, & qñq; ſint neceſſariæ. vt ſupra, & qñocunq; ſit non oportet vt adminiſtrent quādiu ab eis excuſatio eſſe poteſt. Auic. emplaſtruz ſtupefaciens, cōſtringens. ℞. opij, ſe. iuſquiami al. amborum. ana. p.j. cupularum glandiū balauſtiarū, achaciæ, thuris, myrrhæ. ana. p.v. fac emplaſtrū cū farina hordei, & decoc. corticum papaueris al. & eſt bonū, & ſi vis addere oleum myrtinum ro. citoniorum & hmōi potes, hoc ſit tibi pro exemplo. Sed hic nota vnum non obliuioni tradendum ꝙ conſimilia nō exhibeant ei cuius corpus infrigidatur, & debilitatur virtus. & apparet illud in pulſu. Auic. Item ut ſupra in primo trac. cap. 4. commiſce correctiua opij. ut caſtoreū, crocus, caſia lignea, & hmōi. Exhibentur & hæc opiata per interius, & ab hac exhibitione abſtine ut potes. exterius enim ſecurius adminiſtrātur, ut ſupra ſæpe. Sed nota ꝙ fit aliquādo clyſter ex lacte papaueris & eſt mitigatiuū, & non multū ſuſpectū opiatū.

Cum ergo de emplaſtris ſatis actum ſit quorum exēplo conficere

conficere potes vnguenta ceroṫaria, & hmõi. hinc ab eorũ deſcriptione ſupſedeo ad ea veniens quæ in multiplici manerie per interius adminiſtrari conſueuerunt. Vt ſunt trochiſci, pilulæ electuaria. ſy. rob ſiue ſuccus aquæ, cõfectiones ſolidę, clyſteria, ſuppoſitoria, & hoc ſi prius dixero cũ Aui. decimaſexta tertij. de cura fluxus abſolute. Iam enim expertum eſt ꝙ ventoſæ poſitæ ſupra vẽtrem eorũ qui habent fluxum ventris & excoriationem cũ dimittunt quatuor horis reſtringunt, & iam nos experti ſumus illud & ponitur vna magna ſuper vmbilicum, & ſi fluxus fuerit fortis ponuntur duæ aliæ laterales ſimul. Item valet balneũ. vt Meſ. de cõſolidatione. 3. cap. Item & lotio pedũ & tibiarum vſq; ad coxas. & maxime commendatur.

De trochiſcis dictum eſt. nã conferunt trochiſci de berberis i calida & datur de eis. ʒ. j. puluerizatis cum ſy. myrtino, aut alio conſtrictiuo ſiue ſit rob, ſiue ſy. aut liquor alius, vt eſt citoniorũ granatorum & hmõi. Trochiſci de terra ſigillata de bolo ar. de charabe, de balauſtijs. Roſ. 9. Almao. quorũ initiũ. trochiſci de balauſtijs qui nimie conferunt. Item trochiſci de ſpodio & hi ſunt uſuales. vñ Aui. Viaticus & multi ponunt deſcriptionem aliorũ trociſcorum vt ſunt de arſenico & hmõi. qui non ſunt ita vſuales tantũ & ſunt fortes valde quibus ego non ſum vſus. Q. ſi contingat te his vti da minori quantitate. Ex his conſimilibus conficiantur pilulę. ℞. gũmi ara. maſticis, thuris, charabę, ſang. dra. lapidis ematitis, ſe. plãtaginis, coaguli leporis, vel hædi informentur pilulę, & ſi expedit adde ſy. ro. modicum de quibus patiens accipiat duas pro vice bis in die ante cibum per duas horas.

Fiunt & dantur pilulæ conſtrictiuæ ſimul & opiatę cõſtringentes, & ſomnũ ꝓuocantes addendo iuſquiamõ, & hmõi. vt. ℞. coaguli leporis. ℈. ß. opij gra. vij. gallarum. ʒ. vij. thuris. ʒ. ß. fiant pilulæ doſ. eſt. ℈. j. vſq; ad. ʒ. mediam. Item. ℞. caſiæ ligneæ, opij, croci, coaguli hædi, thuris, balauſtiarum, antheræ, lapidis ematitis. ana. ℈. j. fiant pilulæ, & ſi opus eſt addatur ſy. myrtini quãtum ſufficit doſ. eſt. ℈. ß. & ſunt fortiores. Item. ℞. caſtorei, opij, ſtoracis liquidæ, ſe. iuſquiami al. myrthę, croci aſſati, thuris, ameos, ana. ℈. j. conficiantur cũ melle diſpumato & ſit doſ. gra. vij. dentur ante cibum vt ſupra. Item. ℞. ameos, ſe. apij, corticũ granati acetoſi, gallarum, ſauinæ. ana. ʒ. j. opij. ʒ. ß. ante cibum vt ſupra dantur bis in die. vt Aui. ſed ſis ſemper attentus in exhibitione opiatorum. vt ſupra & de his opiatis etiam dicetur in de electuarijs. Aliæ non opiatæ. ℞. antheræ, ſe. plantaginis, gallarum non perforatarum, gũmi arabici, balauſtiarum, naſturcij aſſati, coaguli leporis, vel hædi. ana. conficiantur pilulæ doſ. eſt. ℈. i. ß. vſque ad duos ante cibum ſero & mane.

De electuarijs aũt dictũ eſt, & de calidis, & de frigidis ſupra in de cõpoſitis habentibus ſtringere ventrẽ, vt eſt electuarium de ſorbis Meſ. & eſt uſuale cuius doſis eſt ab. ℥. ß. uſq; ad. j. mane & ſero ante cibum, & ſicut fit electuariũ de ſorbis. ita conficere potes electuarium de meſpillis, ſiue neſpillis cum carne eorum. & ideo vide deſcriptionẽ eius in eius antidotario diſtin. prima. Et cõſimiliter fac de carnibus citoniorum addendo magis & minus conſtrictiua & magis appropriata vt videbitur, & tu conſidera, & vehementis iuuamenti eſt electuarium de fructibus Meſ. eadem diſtinctione, & tu vide & vtere, cuius doſis eſt à. ʒ. ij. vſq; ad. ʒ. iij. cum rob. aliquo ſtyptico vt de ribes & citro & de berberis, aut cum aqua frigida chalybeata. Item. ℞. carnium citoniorum coctorũ in uino ſtyptico lib. iij. zucchari albiſſi. lib. iiij. decoque cũ facilitate, & cum decoctũ fuerit proĳce ſuper ipſum ſpodij, berberis, ſeminũ acetoſę, trium ſandalorũ, roſa. rubearũ. ana. ʒ. j. fiat electuariũ. Electuarium vſuale & expertum. ℞. zuccha. ro. antiqui quia vnius anni. ℥. i. ß. ſandalorum ru. corallorum ru. charabę. ana. ℈. ß. manus chriſti plati. ℥. ß. incorporẽtur cum vino grana. & ſi cupis fortius adde ex conſtrictiuis, de quibus dictum eſt. Item confici poteſt electuarium de moris, vt ℞. carnium mori immaturi. ℥. iiij. zucchari. lib. j. coque cũ facilitate, deinde proĳce ſtyptica calida aut fri. ut exigit diſpoſitio, & fiat electuariũ. nam qñq; opus eſt ſtypticis calidis, quod de his quæ poſita ſunt intellige. Item electuarium de granis myrti. Meſ. diſtin. prima. Electuarium quod naturam viuificat, & cor lętificat, & omnia mẽbra, & eſt bezoar exterminatiuum fluxus dyſenterici, & quorũ vita ſubiugata eſt morti defendit eos ſi deo placuerit. ℞. pulpæ citoniorũ, micæ panis prius poſitæ in aqua pluuiali vel ciſternæ, vel chalybeatæ, corticum citri. ana. ℥. j. zaphiri, hyacinti ſarduti, granatorũ fœnugræ. ana. ʒ. j. ß. zedoarię. ℈. ij. dragacanti, macis, corallorum ru. orobi, ligni aloes, aniſi, cinnamo. limaturæ eboris calami aro. macis, ſan. dra. quercus, ana. ʒ. i. ß. ambræ. ʒ. ß. auri cocti. ʒ. iiij. argenti optimi, ʒ. v. muſci gra. ij. myrrhæ. ʒ. iij. conſice cum zuccha. & aqua zedoarię da cum vino. doſis eſt pro vice. ʒ. ij. & poteſt dari pluries in die, eſt pro diuitibus. nam naturam reſtaurat proſtratam ex inopia caloris. Dantur & electuaria opiata vt theriaca noua, athanaſia deſcriptione Meſ. diſtin. prima. & athanaſia Ni. Datur & reges deſcriptione Ni. magis in ſedando dolorem. nam frigida multa & ſtyptica eius cõpoſitionem ingrediuntur. Quid de philonio dicendum habebitur in dubijs. Non ita prima facie videtur cõuenire ſicut requies, & deſcriptionẽ eorum vide. oã calidę cõplexionis à nonnullis iudicatur. hic tamen ſcito ꝙ philonium deſcriptione Meſ. prima conuenit magis cũ ſignis frigoris, & detur quantum eſt cicer, vel faba cum vino citoniorum. vel ſy. citoniorũ. doſis vero ſm ſecundam põt eſſe uſq; ad. ʒ. Aui. tñ. in de cura excoriationis vlcerum inteſtinorum inquit. philonium eſt iuuatiuũ eis etiam cum bibunt ipſum cum aqua frigida. Tu ſi cupis alias potes per te conficere addendo ſtupefacientia cũ alijs electuarijs cũ zuccha. ro. ponendo requiẽ aut theriacã nouam, aut opij aliquid, vt verbi grã. ℞. theriacę antiquę. ʒ. j. gra. ij. opij. miſce & detur cũ aqua plãtaginis. Et ſcito ꝙ doſis. harum magnarũ medicinarũ eſt cõiter. ʒ. j. vt ſupra, & maxime qñ ſunt in perfectione. Qñ vero ſunt debilitatę ab eo quod eſſe debent aut ratione tpis, aut rõne ingredientiũ & hmõi. tũc debet doſis augeri indicatione ſemp ſumpta à cõpłone, ętate, regione. de his tñ opiatis infra rubrica de fluxu medicinali. & tu ibi, vt in fine iſtius.

De ſy. ẽt a ctum eſt aliquid. nam ſy. de myrto, de ribes, de berberis, ſy. ro. iulep. ro. ſy. de citonijs, miua citoniorũ. ſy. de granatis acetoſis Meſ. de acetoſitate citri. ſy. de agreſta & eſt ꝓprium. ſy. acetoſus de ſuccis & aquis fructuum Meſ. & eſt delectabilis multum. ſimiliter ſy. acetoſus de citonijs & multos ex ſimplicibus datis potes conficere. & in Meſ. diſcurre de ſyru. acetoſis.

Ex ſuccis ſuccus ſiue rob agreſte, citoniorũ, ſuccus plãtaginis. & eſt efficax ſuccus corrigiolę, ſuccus de berberis & ſic de alijs ſimplicibus, de quibus ſupra. Nota tñ ꝙ cũ dictum ſit roſam ſtypticare, eius tamen ſuccus non ſtypticat ſed ſoluit, & iõ conſidera bene. Et ſimiliter ex his aqua vt aqua plantaginis, corrigiolæ, ro. & huiuſmodi.

Ex confectionibus eſt manus chriſti perlatum cum lapidibus. electuarium de gemmis triaſandali, triphera exere phenonis Meſ. diſt. prima. Cõfectio de citonijs Meſ. diſtin. prima. ℞. granatorũ myrti tritorum ſicut alcohol. ʒ. ij. ro. ſpodij, ſumach, trium piperum ſandalorum, balauſtiarum, gũmi aſſi. ana. ℈. ß. gra. v. granatorum, granorũ aſſatorum. ʒ. j. ℈. ß. coriandrorum pręparatorũ aſſatorum. ʒ. ß. ℈. j. ſe. acetoſæ, ſe. plantaginis, ſe. ro. ana. ℈. j. omnia puluerizent & cũ zuc. albiſſimo fiat confectio cum aqua plãtaginis. Q. ſi vis efficacius iſta omnia ponantur in ſucco agreſti myrti, & aceti, & fricentur manibus, deinde exiccẽtur, & cum miua citonioꝝ ꝓpinetur. doſis. ʒ. ij. uſq; ad. iij. cũ ſy. citoniorũ vel ex aliquo ex ſtypticis deſcriptis.

De clyſterijs habe vt ſupra ꝙ prius debens præcedere

abſterſiua

abſterſiuus. & tu illa vide in complemento Texti can̄. poſt autem abſterſiuū per ſpatium horæ vel circa debet imponi conſtrictiuum, & hoc canonice ſi fieri poteſt, quod ſi fieri non pōt, aliqñ propter inobedientiam infirmorū, etiā quia dolor multum impedit. nam ſedantia ipſum oportet præmittere. Clyſter conſtrictiuum. ℞. gallarum nō perforatarum, ſumach, boli ar. ana. ʒ. j. dragacanti, gūmi ara. ana. ℈. ij. ſucci plantaginis facta reſidentia. ℥. vj. adipis renum caprarum recentarum. ʒ. ij. vitellum oui. j. & fiat clyſter cum aqua pluuiali, vel ferrea. Aliud ad idem. ℞. butyri recentis. ℥. vj. ſan. dra. ʒ. ij. & valet in quacunq; dyſenteria inteſtinorum & in his cōiter ponitur aliquid de adipe. & tu nota quæ ſcripta ſunt de adipe circa principiū cōplementi huius canonis. Aliud ad idem. ℞. foliorū plantaginis, corrigiolæ, ſiue centinodiæ, florum taſſi barbaſſi. ana. M. j. olei ro. facti ex oliuis immaturis. ℥. iij. gūmi ara. dragacanti. ana. ℥. s. boli ar. ʒ. iij. adipes hirci vel renum caprarū vel arietis. ℥. j. bulliant herbæ in quātitate aquæ chalybeatæ ſufficienti, deinde fiat expreſſio fortis & colentur, de qua colatura accipiantur. ℥. viij. & addantur oleum & adeps diſſoluta & reliqua & totum coletur, & ſit plus q̄ tepidum & non nimis calidum imponatur. quiddam addūt hordeum excorticatū vt cum conſtrictione ſit abſterſio, ſed tu conſidera. Ad idem. ℞. ſumach, myrti, boli ar. foliorum quercus, neſpillorum, citoniorum & hmōi cōſtrictiuorum, de quibus ſupra, & cum oleo ro. aut camomillino, aut maſticis ſi videbitur, et adipe. ut ſupra fac clyſter.

Et nota q̧ quidam in omni clyſteri tali ſemper ponunt vitella ouorum aſſatorū, & mihi ſumme placet, immo quidam ſic p̄cipiunt & de eis eſt Placentinus. item & vinum ſtypticum lymphatum, iñ cum aqua plus & minus ſm̄ q̧ eſt de calore febrili plus aut minus. & certe ego vſus ſum vino tali, & ouis, & ſucceſſum eſt mihi, conſtringunt, conſolidant, & dolorem mitigant. Aliud & maxime cōmēdatum & eſt Conciliatoris nr̄i in additionibus Meſ. de quo mirabilia dicit. ℞. aquæ ciſternę. ℥. iiij. ſucci plantaginis. ℥. j. adipis pauonis. ℥. ij. ſan. dra. maſticis. ana. miſceantur. & plus q̄ tepidum ponatur vt dictū eſt. Aliud & laudatur. ℞. hordeum excorticatum cum oleo ro. pinguedine hirci furfure loto, vitello oui aſſato, ſucco portulacæ, plantaginis, & zuccha. Alij ex cupulis glandium, balauſtijs, rizo, amilo, cum ouo, adipe. vt ſupra, vt magis delectat. vñ ex datis cōponere potes vt exigit diſpoſitio. Alij cū achacia, hypoqſtidos, virga paſtoris, burſa paſtoris cum multis ex dictis cū oleo myrtino cōficiūt & addūt gūmi. vt ſupra quæ gummi ſemper ſunt ponenda ꝑpter adhærētiam medicaminum ad inteſtina & addunt terram ſigillatam quod diuerſimode cōponatur. Aliud. ℞. ſumach. ʒ. ij. tiſi torrefacti. ℥. j. amili. ℥. i. s. aro. ter. ſigil. ʒ. ij. ſucci plantaginis, mororū immaturorū, ſucci barbæ hircinæ, ſucci ſorbarum, ſucci portulacæ. ana. ℥. j. ſucci barbæ paſtoris vel virgæ, gallarum, & ſucci eius ſi habetur. ana. ℥. i. bulliant in ſufficienti quantitate aquæ extinctionis chalybis ad conſumptionem duarum partium, deinde colentur, deinde. ℞. vitelli ouorum duo in aceto cocta, olei myrtini. ℥. j. s. fiat clyſtere quod imponatᷣ. vt ſupra. Quidam ex bo. ar. ſan. dra. ceruſſa lota. & exiccata achacia, gūmi arabici, dragacanti, al hea, ſucci portulacæ, plantaginis, vitellis ouorū, oleo ro. loto in aqua plantaginis. Habes ſpero ex his ſufficienter de ipſis enematibus quæ diuerſificare oportet vt exigit diſpoſitio. Nam addere oportet qñq; calida cū frigidis magis aut minus ſm̄ q̧ humor peccans eſt magis aut minus caliditatis participans aut frigiditatis.

OCTAVVS vero cum eiſdem completur adminiſtrando vt dictum eſt, nam conſolida, plātago, corrigiola, thus, maſtix, dragacantum & hmōi. cum hoc q̧ ſunt ſiſtentia, & conſtringentia ſunt & conſolidātia. Sed reſtat videre qñ vlcus eſt antiquatum, & eſt magnum, & profundum quid agendum. & primo dicendum q̧ oportet præmittere clyſteria mundificatiua, abſterſiua, fortia ex aqua oliuarum ſalitarum, aut aqua decoctionis piſcium ſalitorū ſi patiens tolerat aut ex melle ro. colato cum aqua hordei excorticati cum pauco aquæ oliuarum. & oportet vt toleret, quia ille ardor cito tranſibit. Item aqua de citonijs, coctionis furfurum. Item clyſter ex vrina factum & ex his modera, & cōpone, vt habilius poterit tolerare infirmus.

Poſt vero tale clyſtere per ſpatium tantum q̧ infirmus ſit getatus, & ardor receſſerit, q̧ fortaſſe erit in ſpatio viijᵒ horæ. Imponantur clyſteria conſolidantia facta cum trochiſcis, de quibus ſtatim, & cum aqua plantaginis, aut vino nigro ſtyptico lymphato, vt videtur expedire propter febrilem calorem. nam ꝑpter caliditatē eorum oportet cōtemperate. vnde Aui. de cura excoriationis vlcerum inteſtinorum inquit. & qñ aggregatur fe. & debilitas, & corroſio, & fuerit caliditas, non poteſt æger ferre quæ ſunt ſicut trochiſcis vti de arſenico ſolis oportet vt diſſoluantur in aqua fructuum ſtypticorum frigidorum, ſicut agreſta, ſumach, ribes, granata, roſ. & quæ inter illa ſunt ſimilia.

Trochiſci de arſenico viatici. libro. 4. ℞. armoniaci, ſandaracæ. ana. ℥. i. s. calcis viuæ. ʒ. iij. chartæ bombacinę cōbuſtæ, achaciæ. ana. ʒ. j. fac puluerem, & fac trochiſcos cū ſucco arnogloſſæ. Et nota hæc pro ſequentibus q̧ arſenicum ceruſſa, calx, & hmōi exiccatiua in quibus eſt mordicatio debēt bene ablui, & extingui in aqua frigida, aut ſucis frigidis vt ara præcipit. & ideo ſtes hic attentus ne vlterius vlcerares. Alia deſcriptio. ℞. arſenici, ſandaracæ, fæcis aceti aſſatæ, achaciæ, gummi ara. ana. ʒ. j. calcis viuæ extinctæ, & hic in præcedenti, chartæ bomba. combuſtę, ana. ʒ. ij. aluminis, opij. ana. ʒ. i. s. fac puluerem, & cum vino fac trochiſcos, & nota quia poſitum eſt opium. Auic. allega. loco inquit. & qñq; non eſt excuſatio quin miſceatur iuſquiamum album, & opiū cum eis aūt præmittātur narcotica ſuper ea. hi enim trochiſci ſunt debiles ſatis in operatione multorū, de quibus ſtatim. Accipe ergo cū oportuerit à. ʒ. s. vſq; ad tres de his, & cum ſucco vel aqua conſtrictiua vt placebit impone clyſtere, vel cum vino lymphato, aut non, vt videbitᷣ; & non videntur in hoc caſu cōferre adipes, & pinguia, quia intēdimus exiccationi, & ſtypticitati. hi ſunt leues trochiſci, & deſcriptio prima eſt magis domeſtica. ponuntur & aliæ deſcriptiones ab Aui. allegato capſo. & fortiores, vt trochiſci de charta combuſta, quorum initium. ℞. chartæ combuſtæ. ʒ. x. & ſunt multū fortes & non adminiſtrantur niſi in corpore obtuſi ſenſus & vbi fuerit multa ſanies. Item alij quorum initium. ℞. ſumach, capitum granatorū, & hi ſunt prioribus fortiores, de quibus modicū ponimus in clyſtere. Accidit & qñq; vt inteſtinum & maxime rectum ita vlceretur q̧ ad fiſtulam venit, quo caſu oportet vt inciſione vti cauſticis ſeu cauterizationis, & hanc curam chirurgicis relinquo. Et ꝓ complemento canonis audi hic Aui. allegato caplo. etiam qñq; ſufficit febricitantibus, & debilibus, & illis quorum ſenſus non eſt fortis, cum non tolerant acuta clyſteria ſm̄ hoc regimen clyſterizentur cum aqua mellis, deinde poſt quatuor horas cū aqua ſal. deinde detur eis in potu lactū cū aceto mixtum cum aqua. ſanat enim eos. iſtud clyſter fiat paulatim per vices, & cum dolor ſit fortior, tunc ſuccurre cum oleo ro. & clyſteriza cum eo.

NONI complementum habitum eſt ex canonibus ſupra. nam ſi materia fuerit in ſuperioribus da ebibita. ſi in inferioribus ſuppoſitoria, clyſteria, vnde Serap̄. ſi vlcus eſt in ſuperioribus inteſtinis, tunc nō eſt incōueniens niſi q̧ bibatᷣ ex medicis ſimplicibus & cōpoſitis, & qñ eſt fe. & qñ non eſt feb. Si vero in inferioribus, tunc clyſtere eſt magis iuuatiuum. ſi in vtriſq; vtrunq; eſt neceſſarium. & ſi eſt vlcus in recta ſolum ſufficit lycinium.

Pro decimo habuiſti multa ſimplicia, & compoſita calida, frigida, fortia, debilia, q̄ te oportet moderare ſm̄ cān.

Vndecimus completur quādo oportet vti euacuatiuis,

vt dicum

vt dictum eſt in tertio caſ. deinde paulatine ad conſtrictiua, & conſolidatiua deuenire.

Pro duodecimo oportet recurrere ad capitula ſpecialia ipſorum ſymptomatum. ut ſi fuerit ſyncopis ad rubricam de ſyncopi. & ſic conſimiliter de alijs.

Fortiiudo & debilitas infirmi eſt multum cōſiderāda. nam aliqando ſtante multa fortitudine licet ponere infirmum in balneo ad ſudaodum vt uenter conſtringatur. vt Auic. quarta primi. ſeptimo caſ. & Meſ. de conſolatione. diſtinctione tertia. tertio capitulo. & in omnibus uirtus prius cōſideranda. 8. therapeu. 1 ∘. capitulo.

Quartidecimi complementum habitum eſt ex areolis ſupra poſitis de ſimplicibus & compoſitis in fluxu hoc appropriatis de.

Quintodecimo dicet in fine capt̃i, ut nr̃a cōſuetudo hoc modo fuit. Poſtremo nota ꝙ de ſuppoſitorijs nihil actū eſt hic nam in rubrica ſequenti ponentur plura quę magis videntur competere in teneſmo ꝙ̃ in dyſenteria, & ſi in ea quãq; cōuenıant. & tu ibi. Item pro ampliori cura eius dyſenterię recurre ad rubricam infra de fluxu medicinali vbi inuenies plura ex parte narcoticorum, & cōſtrictiuorū vtilia valde & pulchra, & maxime ſcitu neceſſaria.

*De teneſmo.* *Rubrica.* X.

τεινεσμὸς græce, latinis aſſiduus conatus, vel aſſidua egerendi cupiditas, vel vno verbo teneſmus, barbaris vero noſtri tenaſmus & ridicule nuncupatur.

TEneſmus eſt motus recti inteſtini cum pondere magno in eo percepto quo cogitur homo maximo conamine ad aſcellationem frequēter in qua nihil aut Paıum vētoſitatis mixtæ cum pauco ſanguinis defluit. Cuius cauſa ſm plurimum eſt humor viſcoſus in rugoſitatibus ītestini imbibitus. Et dr̃ teneſmus in vulgari noſtro mal de pondi ſiue de præmiti hoc eſt malum pōderis aut malum in quo ſit fortis expreſſio. Nam cum humor in rugoſitatibus recti inteſtini imbibitur. vt verbi gratia. cholericus viſcoſus. in eo abundans ipſum mordicat, ex qua mordicatione inſurgit quædā titillatio ad quam virtus expulſiua inteſtini mediante lacerto mouetur ad expellendū, & ideo inſurgit voluntas & cholera ſua ſiccitate coartante fit conatus. Ex quo infertur ꝙ maior eſt conatus humore cholerico abundāte. Q. ſi fuerit phlegma, tunc ipſum ſic imbibitum ſtimulat & ſua grauitate ponderat ſua viſcoſitate difficulter, quia tenax emittitur, & ſua frigiditate conſtringit. Ex quo infertur ꝙ maius pondus ſentitur materia exiſtēte amplius phlegmatica. Si phlegma ſalſum eodem modo vel cōſimili arbitrandū. Vnde in ſumma vt plurimum humor talis faciens teneſmū eſt viſcoſus adhærens, cui aliquid choleræ eſt admixtum. Et dr̃ recti inteſtini quia teneſmus eſt propria paſſio eius, ſicut colica coloo. & iliaca ilion. Et dr̃ pondere quia videtur patiēti vt maximum pōdus habeat quod magno cum conatu quærit deponere vt in deſcriptione. Dicitur in qua nihil. Vñ. Aui. & quãq; difficilis fit teneſmus & non eſt illic materia egrediens & non eſt niſi eleuatio ad aſcellam plurima. Cuius quãq; cauſa eſt apoſtema durum, qm̃ frigus inſeparabile, & contingit hoc in teneſmo vero. Propter quod notandum ꝙ duplex eſt teneſmus. verum & mendoſum. Vnde Aui. in principio capituli. Primū quod oportet te ſcire de diſpoſitione teneſmi eſt. an ſit teneſmus uerus, an teneſmus mendoſus. Mendoſus autem cauſatur. vt Aui. placuit ex ſola fecis ſiccæ retētione. vnde fex ſicca ſua ſiccitate exaſperat & viſcoſitate adhęret. Credo tñ ꝙ proprie dici debeat mendoſus quod à frigiditate ſit ſola, quo caſu conatur natura expellere & credit expellere & nihil expellit, ſed de nominibus à medico nō eſt diſceptandum vt ſæpe dictū eſt. In vero tñ cōiter aliquid emittitur, vt. ſ. humor viſcoſus, & ſic patet ꝙ deſcriptio eſt de vero magis. & in vtroq; accidit quãq; excoriatio, & quãdoq; non. unde fex aut humor abſq; excoriatione quãq; egredit, & de hoc in de ſignis.

V E R I autem teneſmi in ſumma. vt ab Auic. colligi poteſt, ſeptem aſſignantur cauſæ. Prima eſt frigus ſuperueniens ano, aut ex frigiditate aeris vel aquæ, vel alterius rei frigidæ. Secunda eſt ſeſſio ſuper rem frigidam, vt ſuper lapidem aut ſeſſio ſuper rem duram quæ fuit cauſa cōpreſſionis & aliqualis indurationis ſicteris. Tertia eſt apa durū, aut apa frigidū, aut calidū in inteſtino exñs. Quarta fluxus ventris. nam in dyſenteria ſæpe coniungitur teneſmus materia illa acuta deſcendente in recto retenta.

Fiſſter barbaris ſ muſculus ani claudens, quē ſphinctērem doctiores appellant.

Quinta eſt cholera aut phlegma ſalſum imbibitū. vt ſupra, aut viſcoſum. Sexta eſt vlcus & corroſio inteſtini. Item & quãq; vlcus veſicæ, & maxime qñ eſt facta in ea inciſio ꝑpter lapidem, & eſt male cōſolidata. Septima eſt ꝑpter diſpōnem hæmorrhoidarum, rhagadiarum, aut fiſtularum ani. Item & quãq; à ventoſitate groſſa interclusa inter pellicolas inteſtini quærente exitum per inferiora hæc ſpecies maxime cholicam parit. Quãq; propter acuitatem, & violentiam medicinæ ſuperius aut inferius aſſumptæ vt eſt ſcamonea, euphorbiū, & hmōi. Quæ cauſæ additæ, & ſi reduci poſſunt ad illas ſeptē, tñ pro clariori doctrina ſic expreſſæ fuerunt. Aduerte tñ vt ponit Cōſtantinus in pantechni. de eo quidem Gal'. recitat ſe vidiſſe hominem patientem teneſmum ob lapidem in inteſtinis inuētum, ex cuius emiſſione curatus fuit. hunc caſum nunquam vidi, nec aliquem ſe vidiſſe intellexi. Rectum autem inteſtinum eſt poſtremum inteſtinorum, & cōtinuatur cum inferiori parte colon, deinde deſcendit ex eo ſm rectitudinem, & continuatur cum ſicteri ſuſtentatum ſup dorſum alcatim. Aui. vnde cum extrema ſpondili ligationem habet, & eſt multum rugoſitatibus plenum.

S I G N A demonſtratiua ſunt dolor, et grauitas, aut punctura in extremitate ſicteris, ſiue longaonis percepta cum frequenti appetitu ad aſcellandum, in qua aſcellatione aut nihil emittitur, vt ſupra aut aliquod mucoſum, vt ſputum cui aliquid ſanguinis eſt admixtum aliquando, & non eſt materia hæc egrediens fæci admixta, vt in dyſenteria, & ſentit patiens in eo loco pondus à quo non videtur ſibi etiam per aſcellationem factam multum alleuari, & cum eo frequenter ventoſitatem emittit. Item & tales quaſi continue ſtarent ſuper aſcellam.

Signa ſi materia fuerit cholerica pungens illud cognoſces ex vehementia doloris, ardoris, & puncturę, vel ex eo quod egreditur, quia erit citrinum cholericum, & ꝙ præceſſit regimen cholericum, & ꝙ complexio cholerica, iuuenis habitudo, tinctura vrinæ, & ſic de alijs choleram ſignificantibus, de quibus in principio operis. Q. ſi fuerit ex phlegmate ſalſo erunt hæc accidentia remiſſiora, & erit egeſtio mucoſa ſeu mucillaginoſa cui aliquid choleræ erit admixtū, & erit maius conamen propter viſcoſitatem humorum, & grauitas ſiue pondus maior percipietur, & aderunt ſigna phlegmatis ex parte regiminis, habitudinis, cōplexionis, & hmōi, & quod ex anodinis iuuabitur calidis, & humi. abſtergentibus, de quibus infra.

Q. ſi fuerit ex apoſtemate, tunc aderunt ſigna apoſtematis. vnde in loco erit dolor continuus, & magis apud emiſſionem ſtercorum, & calor percipietur, & quandoq; feb. & exeuntia de difficili emittuntur, & ſunt cum virulētia, quandoq; nō permixta & iuuabitur ex anodinis & cōtrarijs lædetur. Item & quãq; aderit tumor manifeſtus.

Q. ſi illud erit propter rhagadias, aut alia quæ fuerint cauſa vlcerationis, tunc ꝓceſſerunt cauſæ vlcerationis, vt humores acuti vlceratiui ex parte regiminis, vel apoſtema, quod ibi apertū fuerit, vel dyſenteria, vel alius fluxus malus, vt æruginoſus, cholericus, felleus, ſalſus & hmōi: vel medicina vlceratiua, vt euphorbium, ſcamonea, & huiuſmodi. Et ideo hic attende ꝙ poſt tales medicinas fortes, & excoriatiuas facias imponi ſero eiuſdem diei ſi potes enema ex aqua hordei & hmōi abſterſiuum, & infrigidatiuum, vt docebitur in primo tractatu. Item & quandoq; præceſſit aſſumptio rei acutæ, indigeſtibilis, & durę vt vitrum. Item impoſitio cānulæ acutæ, clyſteris, &

huiuſmodi

huiuſmodi,& apparebit in his ſanies,& putredo.

Q. ſi fuerit ex hæmorrhoidibus intrinſecis ſanguis apparebit niger in exeuntibus & diſtinctus.

Q. ſi fuerit ex duritie fæcis egreſſæ, tunc illud declarabit relatio infirmi regimẽ ex parte rerũ fæces exiccãtium.

Q. ſi fuerit ex frigiditate, tunc relatio infirmi tibi faciet ad hoc. vt ſi fuerit in aere frigido in aqua frigida ſederit ſuper lapides frigidos & huiuſmodi, & quia rebus frigidis multum vſus fuit. & ꝙ à calidis vehemẽter iuuatur, & poſtremo tũc excoriatio talis inteſtini recens erit ibi ſanguis. Quod ſi fuerit vetus erit ſanguis cum ſanie vel per ſe ſanies non mixta feci.

PROGNOSTICA de ipſis nõ alr q̃ in apho.

CVRA canones. Ante eorum poſitionem nota verbum Aui. de ten. ſuo in fine. Et ad ultimum oportet ut cures ipſum curatiõe corroſionis inteſtinorum. ꝓpter quod canones de dyſenteria inteſtinali poſiti hic nobis deſeruiũt, ſed ut tibi pro poſſe complaceam quoſdam ex eiſdem replicabo cum ſuis complementis ut à me ſemper doctior recedas. Primus eſt ordinatio diætæ. Secundus eſt prohibitio curſus materiæ ad locum per euacuationem totius, aut per diuerſionem ad partem contrariã. Tertius eſt mũdificatio materiæ quæ eſt fluxa. Quartus euacuatio materiæ, & ſedatio acuitatis. Quintus conſolidatio loci cui medicamina apponi habent. Sextus eſt accidentium remiſſio. Septimus eſt conſolidatio.

Primum itaqꝫ agatur de cura veri. Et cõpletur primus canon. vt ſupra de dyſenteria cum abſtinentia à cibo per duos dies. vnde Serapio. prohibe infirmũ à cibo die vno, vel duobus donec ſinantur cauſę materiei. deinde da poſt illud parum cibi, ſicut eſt panis infuſus in lacte mulcto recente, ſed conſidera ſi adeſt febris aut non, qm̃ fe. exiſtente non videtur lac cõpetere. & Aui. inquit. Oportet vt nõ cibentur amaris, neqꝫ ſalſis valde, neqꝫ acutis, neqꝫ acetoſis valde. omnia enim iſta faciunt egeſtionem mordicatiuã, doloroſam, excoriatiuam, vnde in ſumma vt dictum eſt. ante canonis poſitionem cura huius à cura dyſenteriæ depẽdet, & tu ibi. & diætam ordina ꝓportionabiliter iuxta exigentia cauſarũ. Nam verbi grã. pone ꝙ euenerit propter choleram imbibitam declina diætam ad frigidum ex parte aeris, & aliorum. vnde da agreſte, berberis, gelatinas, lẽtem, panicum, & hmõi. infrigidatiua inſpiſſantia maxime ſi fuerit ſubtilis ſtypticantia inducas ſomnum & cætera proportionabiliter de dyſenteria. & tu ibi.

Secundus perficitur phlebotomia aut pharmacia. nam ſtante repletione ſanguinis fiat phlebotomia ex baſilica dextra vel ſiniſtra. aut ſi videbitur ex alia cauſa oportet facere eam. vt ſupra de dyſenteria: & tu ibi. ſimiliter ſi materia fuerit in fluxu euacua cum pharmacia appropriata humori magis ſtyptica, aut minus vt exigit materiæ quantitas iuxta canonem ꝓportionalem vel cõſimilem ſupra de dyſenteria poſitum. & tu ibi. & habet hic canon reſpectũ ad cauſam antecedentem quæ eſt in fluxu. diuerſio autem fiat cum vomitu, & fricatione ſuperioris.

Tertius completur cum clyſterijs mundificatiuis quæ fiunt ex hordeo, melle roſa. & huiuſmodi. vt ſupra de dyſenteria, & infra dicetur.

Quartus cum infrigidatiuis. vt eſt ſy. ro. myrtinus violatus & hmõi electuarijs aquis infrigidatiuis, clyſterijs, & cætera. pro quibus ſupra de dyſenteria.

Pro quinto. vt ſupra recurre ad ſuppoſitoria. nam ſi paſſio fuerit multum in extremis ſicteri nihil melius q̃ ſuppoſitorium. & ideo dixit Raſis in diuiſionibus. habentes vero excoriationem in ano iuuantur ſuppoſitione collyrij plus quàm reliquis curationibus, quòd ſi fuerit magis verſus ſuperiora, tunc impone clyſteria quando. ſ. credis ſuppoſitoria ad locum non poſſe peruenire.

Sextus completur ſuffumigijs ex violis, maluis, camomilla, & huiuſmodi in aqua bullitis. Item cum emplaſtris balneis, de quibus infra.

Conſolidatio fit cum enematibus conſolidatiuis & cũ farina riſi, vitellis ouorum, adipe renum caprarum, oleo ro. ſucco plantaginis, cum lycinijs ſtypticis & huiuſmodi. de quibus in de dyſenteria. Et quoniam te ad ſpecialia deſcendere cupis inſcribam ſpecialem eius curã iuxta cauſas eius ſpeciales ſupra memoratas.

CVRA. In eo quod à frigore contingit cura eſt poſt euacuationẽ, aut euacuationes neceſſarias, de quibus actũ eſt administratio localium, & præcipue vaporationũ clyſteriorum calidorum & hmõi. ano, coxę, pectini, & emunctorijs applicandorũ. propter quod nota ꝙ infrigidatio teſticulorum, natium, crurium, coxarum, pedum, inteſtinorum, & hmõi partium circunſtantium eſt cauſa infrigidationis ani. ꝓpter quod vt oportet eas partes regas regimine declinante ad calidum plus & minus vt uidebitur expedire, quodqꝫ intellige de regimine in ſex rebus oĩbus nõ naturalibus. Primo ergo adminiſtra euacuationẽ ſi expedit cum clyſteribus calidis plus & minus vt videbitur expedire. verbi grã. aſcendendo. vt primo cum oleo violarum, maturarũ, aut cum oleo camomillino anethino, aut rutaceo cũ decoctionibus ꝓportionalibus ex floribus camomillæ, anethi, rutæ, cimini, & cum furfuribus frumenti & alijs calidis. de quibus in de ſimplicibus & compoſitis de dyſenteria. Deinde ꝓcede ad euaporationem ex milio frumẽti, furfure, floribus camomillæ, & hmõi. in vino aut aqua bullita, aut cum ſpongia infuſa in eis & expreſſa loco applicata, aut fomentũ facias conſimiliter ex rebus alijs calidis tibi magis deſeruientibus. Item fiat ex eiſdem encatiſma, ſiue ſemicupium in quo ſedeat patiens, & certe experientiam habui de his ſemicupijs, & in dyſenteria & inueni mirabiliter ꝓdeſſe. Item ſedeat patiens ſuper aſſerem cupreſſi bene calidum adipe inunctum ano nudo, & cum illis tepere inceperit calium alium habeat, & ſi non habet de illo aſſere habeat de abiete, vel pecio, uel de pino. Item ponatur ciminum & colophonia ſuper prunas, & inde fumum recipiat. Item ad idem, & mirabiliter remittit dolorem. ℞. pul. foliorum hyſſopi, origani, pulegij, florum camo. ana. par. j. cribrẽtur per pannum, deinde prius inuertatur inteſtinum & applicetur & bis vel ter in die. Quidã modernorum faciunt ſedere patientem ſuper fundum cacabi calidũ nudo ano, interpoſita tñ petia linea, & hoc remediũ ſeruant ruſtici in partibus iſtis in omni teneſmo, & tu conſidera. Quidã ſacculos ex rebus calidis confectos ano calidos apponunt. quidã catullos, quidã vas æneũ plenũ aqua vel vino, vel decoctionis camomillæ, anethi, & horũ, & magis calidorũ, vt eis videtur. Quidam ex his emplaſtra. quidam vnguenta conficiunt, & ano applicãt. Nonnulli faciunt eos ingredi æſtuarium ſiccum cæteri vẽtoſas ſine ſcarificationibus natibus opponunt. Ruſticale medicamen.

CVRA. In facto ꝓpter ſeſſionem ſuꝑ rem duram ſicut ſuper ſellam equitãdo, aut aliter eſt mollificatio q̃ cõplet cum ceroiario mollitiuo ex oleo anethino, camomillino, & cæra confecto. Item valet ſpongia infuſa in oleo calido, & ano impoſita. Item ℞. olei camomillini, anethi, de ſpica, adipis gallinæ. ana. ℥. ſ. bdellij. ʒ. j. diſſoluatur bdellium in aqua decoctionis camomillæ, & fiat vnguentum. & inunge etiam circa caudam.

CVRA. In facto propter apoſtema durum rege regimine apoſtematũ durorũ, de quo regimine tertia quarti. trac. ſecundo de apoſtematibus duris, & cura eorum, & tu ibi. Sed ne oĩno vacuus diſcedas hęc pauca collige primo itaqꝫ rege ipſum ex parte ſex rerum nõ naturalium, vt ſupra exigit ipſa diſpoſitio, vt ꝙ vitentur omnia quæ habent multiplicare humorem groſſum, & melancholicum ex parte aeris cibi & potus & aliorum. & vti debet his q̃ habent generare bonum ſanguinem, vt eſt aer clarus cibi laudati facilis digeſtionis, brodalia ad pinguedinem declinantia, ſimiliter potus vinum album, ſubtile, piſces petroſi,

troſi, & laudat alij & hmõi. Secundo ex parte regiminis medicinalis. conſidera: vt ſupra de dyſenteria. an materia ſit in fluxu, an fluxa vtrum ſit tale apõa genitũ per viam cõgeſtionis an ſubito, & tũc ſm has varietates oportet te variare in cura euacuando, diuertendo cum pharmacia, phlebotomia, & alijs ſupra de dyſenteria, & ideo te ad ea loca transferas: qm̃ multa dicentur ſtatim de apõate calido quæ aperient q̃ erunt neceſſaria tibi hoc loco, hinc cauſa breuitatis omitto illa ſperans ex ſtatim dicendis te contentum eſſe. In ſic autem facto per paulatinã cõgeſtionem, & in eo indifferenter duro melãcholico intẽtio eſt mollificatio cum mediocriter calidis, & modiciſſime exiccãtibus cuiuſmodi linimẽtum Aui. decimatertia tertij. poſitũ. ca. de teneſmo ſic directum. ℞. bdellij. ʒ. ij. croci. ℈. j. alcanne ʒ. j. ſynapis. ʒ. ſ. violarum citrinarum. ℈. iiij. ceruſſæ plumbi. ʒ. j. terantur omnia ſubtiliſſime. deinde. ℞. adipis gallinæ, anatis, medullæ cruris vituli. ana. ℥. ſ. omnia adinuicẽ miſce, & cum penna illinita anum illineas, & ſit tepidum. Ad idem. ℞. oleorum ſiſamini, amygdalarum dul. ana. ℥. ij. bdellij. ʒ. j. maſticis. ʒ. ſ. diſſolue, & cum cera fac vnguentum. Ad idem butyrum cum adipe anatis loco appoſitum tepidum. Item lycinium ex ſolo adipe caprarũ.

Item conferunt clyſteria ex mollificatiuis confecta ex radice altheæ, folijs maluæ, violarum, adipe anatis, butyro. Et ſi vis linire magis impone caſiam fiſtulam. Item ex ſemine lini, fœnugræco, & huiuſmodi mollificatiuis potes cum eorum decoctione facere euaporationem & multa talia vt mollifices quæ tua iam ex probata prudẽtia inuenies. Poſtremo vt diligenter aduertas quòd ante horum adminiſtrationem ſi potes venter ſit mundus à fæcibus, nec ſint in eo exiccatæ.

C V R A ubi cauſa fuerit apõa frigidũ tunc eius regimẽ diſtingue in regimen ſex rerum nõ naturalium, & regimẽ medicinalium ꝓportionabiliter. vt ſtatim dicetur de apoſtemate calido. Vnde cum reſpicientibus materiam phlegmaticam ꝓcede ex parte diætæ, & aliorũ. vt dicetur nũc de cura apõatum calidorũ, hoc tñ non ꝑteribo ꝙ in principio adminiſtrare debes anodina, ſtiptica temperate, deinde in ſuis alijs tẽporibus miſcebis reſolutiua cũ ſtypticis ſiue cum repercuſſiuis nunc reſolutiuis vincentibus vt in declinatione, nunc ſtypticis vt in augmento, nunc ęqualiter ſe habẽtibus vt in ſtatu. Q. ſi ad emanationem virus deuenerit, tunc vtere mundificatiuis abſterſiuis cum clyſteri, aut ſuppoſitorio, deinde incarnatiuis de quibus ſupra de dyſenteria. Et ſcito ꝙ fœnugræcum, & ſemen lini, & radix altheæ in omnem modũ adminiſtrationis multum conferunt in hoc caſu. vnde quidam faciunt ex eis ſacellationem, quidam ſuffumigium, etiam cum ſpongia & hmõi. Quidam imponendo laudant vnguentum. ℞. olei ro. camomillini. ana. ℥. j. ſucci apij, ſucci caulium. ana. ℥. ſ. furfurum. ʒ. ij. ceræ modicum. & cum ægritudo procedit, quia in augmento adminiſtrant cum his fœnugræcum, & ſemen lini, & ſemper calidum apponunt, & bene.

C V R A in apõate calido qđ eſt moleſtũ valde partitẽ vt ſupra in duo regimina, in regimẽ. ſ. ſex rerũ nõ naturaliũ & in regimen medicinalium, quod magis eſt cõſiderãdũ.

Pro primo declinent aer, & cætera ad frigidum. Secundo parciter cibo vtatur, vt ſupra. vnde Aui. fiat phlebotomia ſi neceſſarium fuerit cum minoratione cibi multa, & ſit facilis digẽſtionis, paucæ, ſuperfluitatis, & nõ ſit ſtypticus. & vt dictum alteretur cum frigidis non ſtypticis. vñ conuenit ptiſana hordei, pulli alterati cum lactuca et hmõi cõ ſuſum pulli. Item quia multũ debilitatur virtus nõ obſtante feb. conueniunt oua, quia uitellus ẽt quia ſoluũt ſunt anodina, potus ſit vinũ albũ, ſubtile, lymphatum multũ, Item aqua hordei cum zuccha. vel ſimplex cocta, & cum iulep violato ro. & hmõi. & certe credo ꝙ niſi alia obſtiterint dandus eſt potus copioſe ex aqua hordei cũ zuccha. Itẽ piſces petroſi elixi. Item venter teneatur mũdus à fecibus vt poſſibile eſt. Et quies & ſomnus conueniunt. Accidẽtia vitet inſẽſa agitatiua materiæ. Coitum oĩno vitet.

Et in regimine medicinali primo videndum an apoſtema ſit per viam paulatinæ, congeſtionis an per viam defluxus. Quòd ſi per viam defluxus videndum tunc.

P R I M O mundifica inteſtina à fecibus. et apparente dñio ſanguinis vel materiæ peccantis ſanguini commixtæ tunc phlebotoma ea baſilica dextra, re alia non contradicente, immo ſi apparuit repletio talis in toto & in hepate fac primo ex nigra. & ſecundo ex baſilica, & pariformiter ſi ſplen eſſet multum repletum fac eam ex ſiniſtra, copioſior tñ fiat in hepatis repletione. cõſilr ſi retẽtio menſtruorũ, aut hæmorrhoidarũ foret in cauſa phlebotomiã fac.

Item quia diuerſio eſt ſecundus canon neceſſarius hinc ſi multa fuerit alia materia, & continue fluens conſentiente virtute & cæteris phlebotomandum erit vt dictum eſt. vnde Aui. & oportet vt curetur in initio cũ phlebotomia ſi neceſſariũ fuerit. & cõſidera, qa iã dictũ eſt. in fluxu materiæ ſemper debere conuenire phlebotomia & præcipue diuerſiua vbi videbitur ſuſpitio de apõatibus conſentiente virtute, & cæteris. Itẽ cõſequenter ad alias diuerſiones ꝓcedendũ. vt ad vomitum ſi fieri poteſt ad fricationes brachiorum, appoſitionem ventoſarum, circa alia & hmõi.

Tertius canon rectificatio mẽbrorũ interiorũ mittentium & intermediorũ qua prohibetur fluxus materiæ ad locum. hic tñ canon prima facie videt̃ eſſe ſynonymus cũ ꝑcedenti, ſed cõſidera. pone itaq; ꝙ materia ſit ſanguinea, tunc vtere frigidis & ſiccis conſtringentibus. de quibus ad plenũ in de dyſenteria. ꝙ ſi fuerit cholerica, tunc minoretur materia vomitu, aut per ſeceſſum cum reubarbaro, myrobalanis in ſubſtãtia aut infuſione. vt decebit pro quibus in dyſenteria. Item rectificetur membrũ mandans & regatur ad contrarium cauſæ, & habe mente ꝙ prius uẽter à fæcibus mundificet̃, quibus ut decebit expeditis confortamẽbra intermedia cũ vnctionibus aliqualiter frigidis, & ſtypticis. vt eſt oleum ro. myrtinum cũ emplis fomẽtationibus, de quibus ad plenũ de dyſenteria, & ut ibi, quæ non ſolum hepati aut ſpleni ſunt applicanda, verum etiam circa vmbilicum. Et vnũ leue, & vſuale eſt hoc. ℞. lambruſcæ. ro. myrti, balauſtiarum. ana. M. ſ. bulliãt in aqua fluuiali lib. ij. vſq; ad conſumptionem medietatis, deinde imponatur filtrum, & expreſſum, & ſic calidum uentri apponatur. Item ad intra tale clyſter. ℞. aquæ hordei. ℥. x. aquæ ro. ℥. ij. aquæ ſolatri. ℥. j. olei ro. ex omphacino factĩ ℥. i. ſ. albuminis oui. j. eſt forte ſatis & colligitur ab Auic. de cura eius. Ad idem. ℞. aquæ decoctionis plantaginis ℥. x. aquæ decoctionis lambruſcæ balauſtiarum. ana. ℥. iij. olei myrtini. ℥. iij. albuminis. i. Item ex oleo ro. myrtino ſolis fiat clyſter. Quidam ingeniatur ad imponẽdum ſuppoſitoria ex adipe caprarum, & huiuſmodi.

Si ſecundo modo, quia materia iam fluxa ſit ſiue in loco paulatine congeſta: & apoſtema ſit in augmento miſcẽda ſunt frigida calidis vincentibus: vt. ℞. ro. M. j. myrti. M. ſ. balauſtiarum. M. j. florũ camomillæ, melliloti. ana. M. ſ. olei camomillini. ℥. j. ro. ℥. i. ſ. adipis renum caprarum. ʒ. iij. roſæ, & cætera bulliant in aqua ciſternæ, & fiat clyſter, & in vltimis addendo ouum vnum, quia albumen cum vitello conquaſſatum. etiam poteſt cum oleo amygdalarum dulcium. Item cum oleo myrtino & hmõi. vt de dyſenteria fac ſemper per totum augmentum quòd frigida ſtyptica vincant. vnde adueniente ſtatu miſceantur calida cum frigidis æquali commixtione, cum autem ſuccedit declinatio vincant reſolutiua. vnde hoc caſu valet emplaſtrum de meliloto. Meſ. aut de fœnugræc. aut fac clyſter ex flore camomillæ, meliloti, cum oleo oliuæ, aut amygdalarum dulcium, aut fac fortius emplaſtrum factũ ex cepa alba cocta ſub cineribus, & ponatur cum rebus dictis, & fac emplaſtrum, & vnguenta confice cum ſimilibus. In ſedatiõe vero doloris vtere emplaſtro ex maluis,

flore

flore camomillæ,& huiuſmodi. Item valet & eſt expertum. Auic. maram ſiue linimentum tale ſic directum. ℞. plumbi vſti,& lauati cum aqua ro.& plantaginis. ʒ. ij. ceruſſæ præparatæ ſiue lauatæ cum aqua diſſolutionis opopanaci, litargiri. ana. ʒ. j. miſce, & cum vitello oui, & oleo ro. lineas cum penna locum doloroſum. Item conuenit emplaſtrum ex farina hordei, oleo roſ. & albumine oui,& maxime in principio, & in augmento potes addere vitellum. Item confert emplaſtrum factum ex maluis fœnugræ. meliloto,& caulibus coctis cum albu. oui, aut vitello,vt videtur expedire. Lycinium mirabile. Alex. quando dolor eſt fortis & adſunt vigiliæ. ℞. croci, myrrhæ, origani. ana. ʒ. j. opij. ʒ. ij. fiat lycinium, aut lycinia diſſoluto prius opio in vino,& inuoluantur in petiola,& ſupponantur,& ſint cum filo ligata vt extrahere poſſis cum velis. Valet & hoc idem impoſitum vuluæ ad reſtringendum ſanguinem. Et in ſumma in caſu prius mundificetur venter à fecibus cum clyſteri, vel per ſuperius quam mundificationem ſeruare debes per totam curam. deinde tranſeamus ad alia per ordinem dictum.

C V R A. Si contingit apoſtema ſaniari,& rumpi,tūc primo utere abſtergentibus mundificantibus vlcera inteſtinorum de quibus in de dyſenteria inteſtinali. deinde trāſire oportet ad incarnantia. de quibus actum eſt in præcedenti rubrica, & dicetur de cura fluxus medicinalis, laudati ſunt ſupra trochiſci de arſenico in forti corroſione inteſtinorum, ſed ſecurius operatur cum trochiſcis de charta combuſta. Auic. ſupra poſitis,& cum luto ſigillato, & ſecurius cum ſucco arnogloſſe,& eſt proprium. Item valet in forti corroſione vnguentum hoc. ℞. ceruſſæ, litargiri. ana. ʒ. ij. plumbi vſti, ſcoriæ argenti. ana. ʒ. j. ℈. j. maſticis, thuris. ana. ʒ. j. olei ro. & aceti, vini albi ſi patiens ſufferre poteſt, aut ſi vis leuius loco aceti pone vinum quantum ſufficit ad incorporandum vnum. nam plus terenda terantur ſubtiliſſime, deinde in mortario pone oleum ro. & omnia adinuicem bene incorpora, deinde addas uinum & omnia ſic ducantur donec ueniat totum in modum materiæ pinguis,& mollis. & ſi volueris plus exiccare & putrefactiones prohibere addes aloes,& menix. ana. ʒ. j. & ſecū addas de oleo ro. potes ſi vis facere clyſter, aut intingere lycinia vt placebit. Item medicamen relatum ad Nichodemum. ℞. myrrhæ, aloes, ſarcocollæ. ana. ʒ. j. mellis deſpumati. ʒ. vj. vini boni odoriferi quātum ſufficit ad hoc incorporandum. coquantur quouſq; veniant ad ſpiſſitudinē,& utere aut in clyſteribus, aut lyciniis, vt placebit. et breuiter cura huius eſt cura vlcerum inteſtinorum.

C V R A. In facto propter dyſenteriam videndum ſi cum eo eſt dyſenteria aut non. Quòd ſi ſic, cura erit vna & eadem habendo ſemper conſiderationem ad vlcus inteſtini recti defendendo eum ne vlterius vlceretur,& vlceratum conſolidetur, cum quibus autem hæc compleantur habitum eſt ſupra. & deſcribitur infra in' quibuſdam particularibus receptis. Quòd ſi non, tunc attende curæ ſecūdum quòd humor faciens ſiue nocens requirit, & tu ſtatim habebis modum, & de cholera, & phlegmate, & ſupra habuiſti de dyſenteria.

C V R A. ſi fuerit ex cholera imbibita & iam ad locū fluxa quatuor ſunt habēdæ intētiones particulares. Prima eſt alteratio,& choleræ inſpiſſatio. Secunda eſt mundificatio & cholerę reſolutio. Tertia eſt confortatio, & ſedatio doloris,& punctionis. Quarta eſt ordinatio diætæ.

Pro prima vtere alteratiuis frigidis abſterſiuis,& choleræ inſpiſſatiuis, vt eſt clyſter factū ex aqua hordei, oleo violato, zuccharo modico, & quidam addunt mucillaginem dragacanti, & videntur addere modicum mellis ro. potes: ſed conſidera bene groſſitiem,& ſubtilitatē choleræ,& de iſtis mundificatiuis habuiſti ſupra ad plenum de dyſenteria. Et poſt tale enema poteſt ſequi. vt. ℞. aqu hordei excorticatæ. ℥. xvj. olei roſ. ℥. iij. vitelli oui aliquantulum duri diſſoluti in oleo myrtino. ℥. j. adipis renum caprarum. ℥. ſ. & ſi mala complexio eſſet requirens frigidiora addere potes,& tu frigidiora ex oleis, vt eſt nenupharinum, de mandragora, de papauere. Et ex aquis vt ſolatri ro. oenuphari. vel decoctiones horum conſimiliter infeſtante mala complexione approximes frigida,& frigidiora vt videbitur expedire,& ſuffumigationibus appoſitione ſacculorum ſpongiarum infuſarum prius in decoctione rerum frigidarum. vt ſupra de dyſenteria. Et in rubrica hac dictum eſt & dicetur. Item approxima vnguenta, emplaſtra frigida, & huiuſmodi. vt verbi gratia. vnguentum. ℞. olei roſ. loti in aqua nenupharis. ℥. j. olei nenupharis, pinguedinis gallinæ recentis non ſalitæ lotæ pluries in aqua frigida. ana. ℥. ſ. ceræ albæ modicum, fac vnguentum molle.

Secunda intentio perficitur cum euacuatiuis cholerę vt cum caſſia, cum aloe, & pilulis ad hoc melius q̄ per inferius. vt ex canone ſupra.

Sedatur dolor cum anodinis euaporando clyſterizando, emplaſtrando, vt cum fœnugræco meliloto, radicæ altea, ſiſamo, camilla, vitello oui, oleo ro. vio. ſedere in aqua decoctionis harum rerum & hm̄oi. vt ſupra. de dyſenteria. ſed ſiſamum,& oleum eius clyſterizatum eſt optimum. Lycinium tamen Alman. capitulo de dyſenteria multum commendatur. ℞. thuris, opij, licij, gummi arabici. ana. ʒ. j. informetur lycinium, & ſupponatur cum filo ligatum vt extrahere poſſis. vt ſupra dictum eſt. tutius credo minorare doſim opij,& ponere. ℈. j. vſque ad. ij. vel loco eius ponatur iuſquiamus. Sed ſi volumus conſolidare, mitigare dolorem, ſomnum prouocare vt poſſumus collyrio Guilelmi. ℞. ſanguinis dra. boli armeni, ceruſæ ablutę cum aqua ro. ana. ʒ. ij. maſticis. ℥. ſ. opij, iuſquiami, croci. ana. ℈. j. corticum granatorū. ℈. i. ſ. terenda terantur,& cū vino ſtyptico, aut cōſimili fiat lycinium.

Quarto completur cum regimine tendente ad frigidū, & ad ſtypticum. de quo dictum eſt de dyſenteria, & ſit ſtypticum moderate confortans ſtomachum & viſcera; & quod ſi fuerit in fluxu intende ad digerendum ad euacuandum ad rectificandum mēbrum mittens, de quibus ſæpe actum eſt in hac,& præcedenti rubrica.

C V R A ſi à phlegmate ſalſo prouenit. Præſuppoſito regimine declinante ad tēperamentū,& ad ſtypticum confortatiuum prima intentio eſſe debet abſterſio,& mundificatio cū clyſteri facto ex ſucco foliorū ſiclæ, furfuribus, aqua hordei vio. ro. adipe caprarum & huiuſmodi.

Secunda debet eſſe euacuatio cū virtute turbith caſſia & huiuſmodi.

Tertia debet eſſe mitigatio doloris. vt. ℞. myrrhæ, thuris, maſticis, boli armeni, terræ ſigillatæ, hypoquiſtidos. ana. ʒ. j. licij. ℈. iiij. opij. ℈. ſ. croci. ʒ. j. fiat lycinium. Item fac vt ſupra aliter mitigando cū ſacculis, ſpongijs, emplaſtris, fomentis, ſeſſionibus,& huiuſmodi.

C V R A in eo quod eſt ex phlegmate viſcoſo putrefacto eſt abſtergere,& mundificare locum. Euacuare materiam. & dolorem mitigare. Quarto conſolidare ſi quid conſolidandum remanebit.

Prima intentio completur. vt Aui. cum aqua oliuarum ſalitarum cum qua fiat clyſtere: credo tñ mordicare. Aliter. ℞. ſicle violarum. ana. M. ſ. turbith. ʒ. ij. bulliant folia addatur vltimo turbith puluerizatum cū oleo camomillino adipe caprarum vt videbitur. Item mundifica cum his de quibus in de fluxu a phlegmate ſalſo.,

Euacuatur materia cum appropriatis de quibus quarto tracta. & ſi fuerit magna phlegmatis abundantia conueniunt pilulæ fœtidę minores deſcriptione Meſue.

Sedetur dolor, ut ſupra cū anodinis declinantibus ad calidum vt eſt camomilla, mellilotum, ſe. lini, altea, pinguedo, porci, gallinæ, & huiuſmodi conficiendo emplaſtra, vnguenta, cerotaria, & hm̄oi conſolidatio fiat, vt ſupra.

de dyſenteria

de dyſenteria. Collyrium mitigans dolorem leniens & maturans. ℞. bdellij. ʒ. ij. croci. ℈. j. adipis gallinę. ʒ. j. ſ. laudani. ʒ. j. cere. ʒ. ij. fiat collyrium.

Item poſt mundificationem conuenit hoc collyrium. Auic. ℞. maſticis: myrrę: ſandaracę: thuris. ana. ʒ. j. thuris: licij: laudani. ana. ʒ. ſ. ceruſę: ſangu. drac. ana. ℈. j. puluerizentur: & cum vino vel alia re liquida fiant lycinia. Iam cura poſita eſt de eo quod contingit ex ulcere & corroſione inteſtini in eo quod dictum eſt de eo prouenięte ex apoſtemate calido.

C V R A ſi fuerit ex vlcere veſicę & inciſione eius eſt mundificatio: vt ſupra: & vſu rerum ſtipticantiū: aut cum ſuffumigijs, aut cum ſeſſionibus, & huiuſmodi.

C V R A. In facto propter apoſtema ſeu fiſtulas ragadias aut hæmorrhoidas erit cura illorum infra in rubricis proprijs: & in cura diſpoſitionum ſicteris. & tu ibi.

C V R A. In facto à ventoſitate incluſa inter tunicas inteſtinorum quęrēte exitum quę in colica cōtingit: & ſunt ſigna vtrobiq; cōſimilia tunc ſuppoſitis uniuerſalibus: & feb. non exiſtente: aut veſtigio aliquo caloris ꝓcede cum vētoſitate carminantibus & exterminantibus. collyria in hoc caſu maxime. Cōferunt in hoc caſu potenter trochiſci. Raſis. ix. Almanſo. quorum deſcriptio. ℞. ſe. iuſquiami albi: aniſi: fœniculi. ana. ʒ. vj. ameos. ʒ. ij. ſ. opij. ʒ. ij. ſecurius eſt ponere à. ℈. j. ad. ʒ. ſ. ſeminis apij. ʒ. x. fiant trochiſci. pondus eſt aureus. j. & adminiſtrētur cum rob. vel ſy. vel ſucco de citonijs. & huiuſmodi multum cōmendauit Placentinus. Item confert confectio de ſtorace eiuſdem. ℞. caſtorei opij, aſſari, ſtoracis liquide: ſe. iuſquiami nigri: thuris. ana. ʒ. j. mellis quantum ſufficit. doſis etiā. ʒ. ſed nota ꝙ ſecurius eſt minorare doſim. Quòd ſi contingat ꝙ dolor non ſedetur: & patiens frequenter aſcellet: & nihil emittat hoc collyrium erit mirabile. ℞. thuris licij, cerę, gummi arabici. ana. ʒ. j. opij. ʒ. ij. fiant collyria & supponantur cum cautela, vt ſupra.

C V R A. ſi ex violentia contigerit medicine: quia, ſcilicet reliquię medicinę remanſerint in extremitate ſicteris ſiue ani: aut mala complexio calida: tunc intentio erit abſterſio & remotio eius cum clyſteri aut alia re abſtergente: vt verbi gratia. cū aqua hordei excorticati, uitello ouorum recentium & modico zucch. Item ſi ſuſpicaſ de remanentia humoris cholerici: adde oleum vio. ſi de excoriatione: adde adipem renum caprarum.

Q. ſi extimator illic eſſe ſolā malā complexionem calidam impone oleum ro. vigorans anum laxum. Itē inunge locum cum olei roſ. partibus. ij. & adipe. par. j. & penna.

C V R A ſi acciderit ꝓpter acuitatem clyſterium aut ſuppoſitorij. Similiter operare cum abſtergentibus remouentibus acuitatem ex embrochis: ſacellationibus, ſeſſionibus, vnguentis, & huiuſmodi. vt ſupra.

C V R A ſi fuerit ꝓpter cibos acutos ſalſos ordina regēmen ad cōtrariū p̄dicta conſilia operare, ſed de his infra ſtatim ad plenū in de fluxu catartici in ſequenti rubrica.

C V R A. In teneſmo mendoſo qui eſt. vt ſupra ex ſtercore exiccato ꝓcedendum eſt vt ſupra quia in p̄cedenti rubrica de excoriatione inteſtinorū. & infra de cura colicę ex retētione fęcum. nā tota intētio debet eſſe ad mollificandū fœces, ad amplificādum. & lubrificādum viā ipſarum cū rebus pinguibus vnctuoſis & maxime non exiſtente feb. ſed magis ſigno frigiditatis apparente etiā in hoc caſu ad calidum declinātibus. Vt. ℞. brodij pinguis galli decrepiti. ℥. xij. ſalis. ʒ. ij. olei anethini. ℥. ij. de ſpica. ℥. j. pinguedinis anatis. ℥. j. ſ. Itē cōuenit clyſter factum ex decoctione radicum altheæ, & ſeminum eius. Q. ſi clyſteria hæc non mouēt impone iterum cum aliquo acuente. vt eſt ſalgemma. aut aliud catarticū. Itē per os da mollificatiua vt ius pingue gallinæ cum modico zucchari, aut leuē decoctionē caulium cum dicto iure ex carnibus pinguibus. Item da oleum oliuarum clarum vnius anni odoriferum circa ℥. iiij. & ſi nō poteſt ſumere per os ſolum cōmiſce cū brodio caulis, aut bletis, aut matrum violarum. Itē etiā ſupponaſ per clyſter ſolum. itē ponaſ patiens in tina olei &c. vt infra de colica ex retētione fœcum. & tu ibi. Docet tamē Auic. in hoc caſu dare pilulas de bdellio aut gluten albotin, ſed talia nō ſunt multum in vſu. Daſ tñ à quibuſdā terbētina, caſia, diacaſia fiſtulatū cū odore turbith & hmōi. Et ponunt quidā modicum de ſcāmonea, ſiue diagrydio.

Si vero fuerint cum hoc ſigna caloris fiant clyſteria ex decoctione matrum violarum, maluarum, ſpinachiarum cum oleo vio. nenupharino, adipe gallinæ. Itē per os decoctionē harum cōſidera. Centrum galli ſiue ſclarea comeſta aut ſuppoſita eſt vltimum in teneſmo. Quidam vna nocte paſſus fuit teneſmum. ſubito decem vicibus recepit virgā paſtorum, maluam, plātaginem, & fecit bullire, deinde recepit fumum & liberatus fuit. Et nota ꝙ frequenter plus valet proprietas occulta ꝙ̄ manifeſta, & ideo ars medicinæ &c. conſidera cum tuis argumentis. ſed tñ cum potes non deſiſtas rationabiliter procedere. Poſt ſeſſionem infirmiter & quater in die in aqua decoctionis lentiū camomillæ, meliloti, taſsi barbaſsi, ameos, anethi imponatur collyrium hoc quaſi tale de quo ſupra. ℞. croci licij, thuris, myrrhæ. ana. ʒ. j. opij. ʒ. ſ. fiant collyria ſedat dolorem ſomnum prouocat qui ſomnus eſt maxime prouocādus. eſt enim ex melioribus rebus ei qui patitur fluxū Aui. vt in canonibus ſupra, & tu conſidera.

Occulta proprietas plus valet frequēter ꝙ̄ manifeſta.

## *De fluxu contingente ex medicina aſſumpta. Rubrica. XI.*

ACcidit fluxus vētris ex potu medicinæ ſolutiuæ ſolutiuæ tribus ex cauſis generalibus. Quarū prima ſumitur ex parte diſpoſitionis corporis. Secunda ex parte diſpoſitionis medicinæ ipſius. Tertia ex parte eius quod eſt cōe vtriq;. Ex parte quidem corporis, quia iā in corpore eſt multum de materia poſita in neceſsitate ad fluxū vt cum iā natura inceperit operari. & datur tñ medicina ſolutiua ab ignorātibus aſtantibus ante, & medici vituperanſ, ꝓpter quod debet medicus eſſe attentus ꝙ tales admoneat, ſcilicet, dicat ſi cōtingat hac nocte naturam oñdere ex ſe eūonē nō deſ pharmacū ordinatū & hūc canonē habeat cōtinue, medicus mēti qñ dabit ſolutiuū aliqd', cōtingit tñ aliqñ ꝙ materia non moueſ ante medicinā, ſed poſt & exuberāte, qd' male potuit cōprehēdere medicus, & ideo cōſidera. Itē & hoc idē cōtingit ꝓpter debilitatē mēbrorū expulſionis in recipiēdo ab alijs mēbris ſuperfluitates q̄ ſemp ad mēbra debilia, aut ꝓpter debilitatē ipſorū in retinēdo ꝓprias humiditates, aut quia ille qui aſſumpſit medicinā eſt de numero illorū qui ꝓhibenſ à pharmacia cuiuſmodi ſunt corpora debilia aut cholerica multū. Secundo principalr ex parte pharmaciæ, aut qa eſt de laborioſe ſolutiuis. pungēs, mordicās orificia venarū, aut qa per eā mala cōplexio acquiriſ corpori, aut quia aliquid de ſubſtātia eius remanſit in uillis ſtomachi & inteſtinorum, aut qa aſſumpta fuit in multa quātitate, aut ꝓpter qualitatē malā venenoſam. Tertio principalr ex parte eius &c. eſt error in regimine ex parte. ſ. rerum non naturalium. vt quia patiens ſe exponit frigori, aut motui inordinato, vel ſubitę comeſtioni, vel potui multo vel huiuſmodi.

Aſsidentiū, vel aſtantiū, īperitia notatur.

S I G N A demonſtratiua ex ipſa re manifeſta ſunt. & de prognoſticis dicatur pro nunc tm̄ ꝙ niſi ſuccurratur, ducit ad excoriationem inteſtinorum quandoq; ad mortem. & pro his vide infra de ſignis cholericæ.

C V R A. In hmōi autem fluxus cura ſex ſunt canones obſeruādi. nota ꝙ tres ſunt cañ. magis generales q hoc ordine ſunt practicādi. Primus debilitare virtutē medicinæ, ꝓhibere mordicationē venenoſitatē eius. & eā de corpore expellere. Scd's diuerſio, & excitatio medicinæ ad cōtrarium fluxus ſi in corpore remanſit. Tertius. ſedatio agitatiōis & laborioſi motus facti à medicina in corpore

Quartus eſt canalium mēbrorū expulſionis et orificiorū venarum virtutes coadiuuare,& partes conſtringere,& hi quatuor recipiunt cām gñalem ſm ſe totam. Quintus eſt confortare cor,& alam cum delectantibus cordialibus.& hic quintus cū prædictis complet primā cauſam generalē ſm ſe totam. Sexta intentio debet eſſe correctio erroris,& diſpōnū malarum,quę conſecutę ſunt ad eum partim cum intentiōibus dictis.partim cum alijs ſuis poſitis rubricis, vt ipſa exiget diſpoſitio. Septima a quibuſdā additur & eſt Meſ.in ſuo de conſolatione.intentione tertia.tertio capitulo.& eſt ingroſſatio & inſpiſſatio materiæ. de quibus omnibus particulariter infra ſtatim.

P R I M A intentio complet̄ potu aquę calidę ſimplicis.ipſa.n.lauando educit medicinā de corpore debilitat eius virtutē,& mordicationem prohibet,& vt Auicē.1.6. tertij.de cura eius.Et bibatur aqua calida,& proprie cum adhæret ex ſubſtantia medicinæ aliquid ſtō,& inteſtinis: etenim tranſmutat audaciā eius. idē Meſ.& Gal.allegato cap.hoc & tñ non eſt in uſu,ſed damus aquā hordei excorticati cum modico zucchari albiſſimi,aut aquā lentis decoctionis cum zucch.Q. ſi quærimus abſterſionē magnam non exiſtente calore datur aqua mellis,et eſt domeſticum. Item brodium pulli macri cum modico zucchari albi aut ru.ſm aliam & aliā intentionem quidā cum paſſulis. Q. ſi intentio fuerit magis ad refrangendum medicinæ acuitatem q̄ ad deponendū ipſam de corpore nunc dabimus pingue brodium pulli.iuxta illud Auic.quarta primi capi.9. Et oēs res quę frangunt acuitatem glutinoſitate,& lenificatione,& uentoſitate cum qua eſt dulcedo ad hoc cōferunt.

Item etſi non ſit ita domeſticum dari pōt oleum cōęquale amygdalarum dulcium,ſed maxime cōfert vbi quæritur remotio ſui dum eſt in ſtō propter ventoſitatē.'eſt tamen Auic.remedium in principio datum. Itē valet ad hoc aqua lactis extinctionis chalybis. Itē mucillagines pſylij, citoniorum,pirorū,& hmōi.vt dando.℥.vi.aquæ hordei cum.℥.i.ſ.aut.ij.mucilaginis aut conſimilium,& debent iſta dari in bona quātitate,dando vnum poſt aliud,& maxime dādo domeſtica,vnde & per totā diem aut noctem debet dari aqua hordei cum zucch.& bibat ad voluntatē bibendo vnum cyatū magnum.℥.viij.vel circa pro vice, cum in principio ego non fui veritus date vnā phialulam inquit Meſue de cōſolatione.capitulo ſecundo.intentione feſtinandū eſt enim medicinā talem à corpore expellere cito,& eius vires frangere,& illud quod aggregat has duas intentiōes eſt potus aquæ calidæ ex qua hora poſt horā bibat. Cōpletur hæc eadē intentio in deponendo iſtā cum ſtypticis cōpreſſiuis,vt dando ſtyptica vt citonia,macianna,pira , & hmōi.vnde primo detur lauatiua abſterſiua deponentia medicinam,& ſi opus eſt refractione acuitatis eius dentur deinde conglutinoſa , pinguia , & vltimo per duas horas poſt dentur hæc compreſſiua ſtyptica , & bonis ſtypticis,& odorantibus cibis,& non detur acutū vini,quia ipſum non cōuenit.Inquit Ioannitius.Aqua lactis caprarū cum melle,& pauco ſale eſt mundificatiuum bonum expellens omne veſtigium medicinæ. Et hic diligēter attēde q̄ ſi mordicatio ſentietur in inteſtinis debes ſuccurrere cum clyſteri lauatiuo,abſterſiuo , mitigatiuo doloris de quo in p̄cedenti rubrica , & ſępe de dyſenteria . & poſt ipſum debet ſeq ſtypticitas de qua ſupra allegato loco & infra ſtatim.Item conferunt ſeſſiones,embrochationes.vt in præcedēti Rubrica.Conferunt ſtyptica exterius applicata in modum epithematis aut emplaſtri aut huiuſmodi.e a frigidis fundo ſtomachi , aut ventri ſub vmbilico quæ ſunt talia habes in præcedenti rubrica.

S E C V N D A M intentionē perficiunt gñaliter oīa mouētia,& diuertētia materiam ad exteriora a vijs inteſtinorum quę canonē ſic gñalē complent ſeptē particulares intentiones.Prima eſt adminiſtratio balneorum.Secunda fricationum.Tertia prouocantium ſudorem.Quarta diureticorum.Quinta vomitiuorum.Sexta ventoſarum .Septima ligationum doloroſarum extremitatum.

Pro prima fiat balneū aquæ dulcis ſua actuali caliditate aperiens poros,& materiā ad extra trahens cōfortatum cū rebus aperientibus,& mēbra cōfortātibus,qualia ſunt camomilla,abſinthiū,maiorana,anethum,melilotum,foliaciteri,& hmōi.vñ Meſ.allegato capitulo.canonum tertio.balnea in eis & fricationes ſunt ad hoc cura magna & beneficium efficax,ſpāle,& proprie cū aquis dulcibus . Et per balneum intellige etiā ſemicupiū attingēs ſupra vmbilicū per duos digitos,et debet patiens ſudare in balneo de quo cōplemento tunc q̄ ſi patiēs nō poſſet ingredi balneū aliqua ſpeciali cauſa.tunc habeant ſpongiæ magnæ infuſę in dicto balneo,& expreſſę calidę applicētur ante et retro vſq̄ ad fæmur,vel pannum lineum quadruplicatum infuſum.vt de ſpongijs & reiterentur & nō permutātur infrigidari,& hoc remedium maxime valet in principio dū materia eſt in fluxu.Ex quo patet q̄ erranot qui hoc tēpore adminiſtrāt ſtyptica,& cauſa eſt in promptu,ſed cū materia iam erit fluxa et diuerſa,vt quia ſit corpus bene mundificatum a ſuperfluitatibus.tunc dico q̄ competit adminiſtratio ſtypticorum.Ea parte epithematum,vnctionū,emplaſtrorū.& hmōi.& hoc voluit quarta primi.ſeptio capitulo.cum dixit,quia ſi tibi neceſſe fuerit ſtō ipſius inteſtinis ſupponere emplr̄m ex hordeo fracto,& aquis ſtypticis,fac & ſimiliter ex oleo de citonijs,et oleo de maſtice. Pro ſecunda fiat fricatio brachiorum,& coxarū,& crurū faciendo fricationē poſt fricationē incipiēdo à leui veniendo ad fortē.vt toleret patiens.Et ſub iſta cōprehende ligationes doloroſas quę magis diuertunt,& pñt iuuari fricatiōibus, et fortioribus,ita tñ q̄ à ſuperioribus incipias ligando ad inferiora brachiorum diſtendēdo.vñ Aui.Cum ergo ventris purgatio ſuperfluit liga extrema ſuperius et inferius et incipias ab aſcellis,et inguinibus deſcendendo ab eis. Et pro tertia ſubdit Auic.Et ſi potes fac ipſum ſudare in balneo aut vapore aquæ calidæ ſub pannis ſuis capite exterius extracto.vnde balneum aut vapor ſit aquæ ſimplicis, aut in aqua decocta ſine aperientia de quibus pauloante dictum eſt , & fiat abſterſio ſudoris poſt abſterſionem . vt melius egredi poſſit.poſt autem ſudorem ad intra exhibe ſtyptica confortantia. vt ſyru.de myrto cum aqua plantaginis,aut mira citoniorum & hmōi. & alia calida ſtyptica; ſi caliditatē non timueris de quibus de dyſenteria ex phlegmate.vnde Auic.Cumq; multum ſudauerit conſtrictiua et ad potandum da. Pro quarta da diuretica quæ diuertunt materiā,& minorant fluxum iuxta illud Hyppo.iiij. Aphor.vrina multa receſſus paucus.vnde detur vinū ſubtile album cum aqua diuretica lymphatum. vt cum aqua ſpargorum,lupulorum,bruſci,fœniculi,capilli ve.& hmōi. nam facit vinum materias ad hepar uelociter penetrare,& ad vias vrinę peruenire. Pro quinta.inquit Auicē.alleg. cap.& id quod in retinēdo fluxum iuuat eſt vt vomitus ei p̄uocetur cum aqua calida,& eius extrema in eā mittātur. de modo prouocandi vomitum & de vomitiuis habuiſti ſupra,aiij.cap.rubrica de uomitu.& tu ibi. Pro ſexta uero applicentur ventoſæ ſub hypochondrijs,& in ventre circa vmbilicum & in lateribus.& circa lumbos.& circa renes. Pro ſeptima ſufficit quod dictum eſt in complemento ſecundæ. Faciunt nonnulli ordinem to applicatione harum.Quoniā incipiunt à fricationibus, deinde,& ſtatim faciunt ligationes.Deinde applicant ventoſas. Deinde veniunt ad balneum. Deinde ad vomitum, ſed quia corpora ita tractari nō poſſunt reſpectu balnei non credo inconuenire poſt ventoſas facere vomitum. nam ipſe iuuatiuus eſt valde. vt ſupra. nam ſicut fluxu fluxus, ita & vomitus vomitu.vt.av.Aphor.vi.ſectionis,a longo alui profluuio habito, ſpontaneus vomitus ſuperueniens morbum ſoluit..& Meſ.allegato capitulo.dans deinde prouocatiuum conſidera.

Errant nō nullorum.

TERTIVS canon. cõpletur cum ſedantibus agitationẽ laborioſam. vt ſunt ſomnus, & quies. vnde. xiiij. Aphor. iiij. Sectionis. Cum biberit quis helleborũ, ad motiones quidẽ corporꝝ ducere magis ad ſomnos uero, atque quietem minus, indicat autem nauigatio turbari motione corpus. & ſcd'a primi. cap. de his quæ ex ſomno ꝓueniũt. ſomnus oẽs fortes retinet eũationes. & iterum ſenex noſter in eodẽ loco. Cum volueris magis helleborꝝ ducere moue corpus, at vero ſiſtere ſomnũ iaceto, & nõ moueto. Egeras itaqꝫ io pãnis aut in bacili ſub ano poſito. nam non ſolum motus ad aſcellã eſt cauſa fluxus, ſed ſyncopis, et mortis, vt ſecunda quarti de cauſis mortis. Item habeat etiã quietem mentiã ne iretur & hmõi gaudeat, audiat cantilenas, ſonos ſuaues, delectabiles, & huiuſmodi à cibo abſtineat vt poteſt attenta ſemper debilitate & fortitudine uirtutis uolo dicere cum Meſ. inquit allegato cap. cibi autem & potus in diſpoſitione hac omnino reſtringẽdi ſunt, niſi ſyncopim, & caſum virtutis timeas. addunt enim in agitationem, & non minuunt ſup. fluxum.

QVARTVM complent hęc tria redolentia ſtypticantia, & pororum conſtipationẽ, & coadunationem facientia quæ ad extra, & per intra adminiſtrari poſſunt, & talia ſunt medicinalia, & cibalia, & potabilia, de quibus per ordinẽ dicendum incipiendo à medicinalibus. Et primo à ſimplicibus. deinde deſcendendo ad compoſita. Inquiente Auic. xvj. tertij. de cura fluxus abſolute. Cũ q ad miniſtras medicinas, tũc incipe cum ſingularibus, & ſimplicibus. ſi vero nõ valent tunc tende ad cõpoſita. Et harum quædam frigidæ, quædam calidæ, & omnes ad ſiccum, & ſtypticum declinant. Frigidæ ſunt balauſtiæ, roſa, flos eius, ſiue antera, hypoquiſtidos, ſpodiũ & proprie aſſatum, & cõditum cum camphora, tamariſcus, granata, myrtus, & huiuſmodi. de quibus ſupra de dyſenteria. & tu ibi. Ea calidis quoqꝫ ſunt grana naſturtij aſſata. vnde Auicẽ. iiij. primi. vij. cap. Et ex eo quoqꝫ quod expertum eſt vt grana naſturtij pondere trium. ʒ. ſumantur torreſiant. deinde in a dop. i. io lacte decoquantur donec coaguletur, & ad bibendum detur. eſt nanqꝫ vltimum. Itẽ ad idẽ ipſum torrefactum, & cõtritum datum à. ʒ. ij. vſqꝫ ad tres cum ſucco citoniorꝝ, aut myrti. Meſ. alleg. cap. Ciminum aſſatum, maſtix, ſtorax, cortex thuris, ameos, aniſum aſſatum, calamita, laudanum, atramentum, coagula. Et multa talia. de quibus ad plenũ in de dyſenteria. & tu ibi. Et ſcito ꝙ ex his quæ dicta ſunt excellentiora. & magis appropriãtur effectibus, & res cõmunior in qua aggregantꝰ multæ ex intẽtionibus rememoratis eſt maſtix. in eo enim eſt virtus partium coadunationẽ faciẽs, & cõfortans. Meſ. de cõſolatione. allegato cap. Coriandro vtere qñ vis ingroſſare materiã, & eã purgare. Et luto ſigillato, ſanguine drac. quãdo excoriationẽ eſſe credis. Spodio quoqꝫ quando vis dolorem ſedare pungitiuum. Achacia, carabe, quando vis ſedare fluxũ. & ſucco barbæ hircinæ, ſiue hypoquiſtidos quãdo venæ, & aliæ viæ laxæ refundunt materiã ad inteſtina. Ea adipibus ſemper maxime hircino, caprino in punctũris, & excoriatione inteſtinorum, & mordicatione eorꝫ mucillagine pſilij pellendo reſiduum medicinæ. Et vltimo vtere ſtupefactiuis ſiue narcoticis ad inducendũ ſomnum ad materierum ingroſſationẽ, & earum acuitatũ remiſſionem, & ad immobilitationẽ. & hoc quando eſt in deſperatione, & in magnis cauſis, & timoroſis, & qñ alia non cõferunt. de qbus in cõplemẽto ſeptimi cañ. Nõ rememorata ſunt hoc loco plura ſimplicia, qm̃ plura iã habita ſunt de dyſenteria. & tu ibi. Ex cõpoſitis & eſt mirabile inungatꝰ ſtomachus oleo roſ. ita calido qũtum patiens pati poteſt. deinde aſpergatꝰ hoc puluere. ℞. maſticis. ʒ. ij. galliæ muſc. ʒ. ſ. pul. ro. rub. ʒ. ij. ſ. Ad idem. ℞. dragacãti, aſſari. ana. ʒ. iij. vſqꝫ ad. iiij. & decoque cũ lacte dulci & bibat eſt iuuatiuũ valde quod paulo ante in ſimplicibus ſcriptũ eſt de naſturcio, & eſt famoſum. Itẽ zuccharũ ro. vnius anni cum maſtice ſumptũ & modico galliæ muſc. Itẽ valet. ℞. maſticis. ʒ. iij. & detur cum ſucco citoniorũ vel ſyr. myrtino expellit reſiduum medicinæ virtute ſua cõpreſſiua, & ſtringit. Itẽ quia poſt ſuperfluam eũonem. remanet frigiditas, & multiplicatꝰ ventoſitas moleſtans hinc ponã electuarium Meſ. nobile ad hoc, cap. alle. cuius initiũ tale. Et ex eis q̃ elegimus noꝫ eſt electuarium hoc ex inuẽtione noſtra quod abſcindit fluxũ ventris operatione catartici cũ ſignificationibus frigiditatis, & confortat viſcera & calefacit ea. ventoſitates quidẽ diſſoluit & carminat. fluxum quidẽ & ventoſitatẽ hæmorrhoidarũ ſiſtit. ℞. ligni aloes, ſpicæ, galliæ muſc. cyperi, calami aromatici. ana. ʒ. ij. cimini carmeni infuſi in aceto die ac nocte, & torrefacti. ʒ. iij. ſeminis porri torrefacti. ʒ. j. ſ. embilicorũ infuſorꝫ io aceto, citoniorum aliás ſucco. ʒ. ij. granorꝫ naſturcij torrefactorũ. ʒ. vj. granorũ paſſulatũ. ʒ. v. granorũ myrti tritorꝫ ſicut alcohol. ʒ. avj. balauſtiarũ, arillorũ aduſtarũ fructus tamariſci. ana. ʒ. ij. ſ. ameos. ʒ. iij. terẽ oĩa ſicut alcohol. & frãgantꝰ cũ aqua citoniorꝫ antiqua, aut cũ aqua granorꝫ myrti, & exiccentꝰ. deinde ꝑmĩn e aiccari ſuꝑ vaſe uitreato. & iterũ terantꝰ & inuoluãtur in miua & ſit doſis. ʒ. iij. cũ ſy. citoniorꝫ, aut myrtino. Itẽ valent electuaria ſtyptica declinantia ad calidũ ſuperius de dyſenteria poſita.

Itẽ trochiſci ea qbus ſunt vltimi iuuatiui trochiſci Meſ. ſcd'o caſu alleg. cap. & ſpãliter ſi fluxus fuerit chronicus. ℞. balauſtiarum, corticum glãdium in aceto torrefactorꝫ, ſumach, granorũ myrti, hypoquiſtidos. ana. ʒ. ij. cimini, carmeni torrefacti. & gallarum infuſarum in aceto torrefactarũ, capitum granatorꝫ, fructus tamariſci, macis, xyloaloes, galliæ aromaticę, maſticis, ſpicę, ana. ʒ. j. ſeminis acetoſę, gũmi arabici, boli arm. granorꝫ, paſſulatũ torrefactorum. an. ʒ. ſ. coriãdrorꝫ infuſorum in aceto, & torrefactorꝫ ʒ. ij. fiãt trochiſci. ʒ. j. cum vino pontico. & ſit doſis vnius cum miua citoniorꝫ, aut alio rob ſtyptico. Vbi uero fuerit fluxus cum ſignis caliditatis cõuenit electuariũ tale Meſ. alle. loco. ℞. granorũ myrti tritorum ſicut puluis. ʒ. aij. ro. ſpodij, ſumach, ſandalorꝫ alborum, balauſtiarum, gummi arabici. an. ʒ. j. ſ. granorꝫ granatorum acetoſorum aduſtorum. ʒ. vij. coriandri infuſi in aceto & aſſati. ʒ. iiij. ſeminis acetoſę, plãtaginis, ſeminis roſ. an. ʒ. j. fiat oĩum horꝫ bona cõtritio & frangantꝰ cum ſucco agreſte, vel cũ ſucco myrti, & aceti, & exiccentꝰ. deinde inuoluantꝰ cũ miua facta ex ſucco citoniorꝫ, & aceto. & ſit doſis ab. ℥. ſ. vſqꝫ ad. j. cum miua citoniorꝫ, vel cũ ſyr. myrtino, uel aliquo hmõi. Ad idẽ valẽt trochiſci de ſpodio cũ ſemine acetoſę. Itẽ de berberis et hmõi. de qbus ſupra ad plenũ de dyſenteria inteſtinorꝫ. q a habes ſimplicia & cõpoſita multa ꝑtenſa. ex quibus aut ſimul aut diuiſim cõponere poteris, vt diſpõ ipſa regret. & hinc à multiplicatione remediorꝫ ſupſ ſdeo atten to ꝙ iñ dyſenteria inteſtinali fuiſti copioſus. Quibus ſic poſtpoſitis ad cibalia & potabilia cõdeſcẽdo. vnde in tali fluxu appatẽtibus ſignis frigiditatis cõpetunt cõdita ex ſumach. aut myrto cum cinnamomo, mace. & hmõi. & hęc noiatur ſumachia, & myrtia. Itẽ riſum eliſũ coctũ in brodio carnium. Itẽ gelatina cum ſucco agreſte facta cũ cinnamomo, mace, garyophyll. & hmõi. Itẽ apparẽtibus ſignis caliditatis cõueniunt illa cõdita abſqꝫ ſpẽbus, & breuiter omnia q̃ de dyſenteria cholerica inteſtinali ſcripta ſunt ex parte cibi & potus. & tu ibi. Itẽ eſto attẽtus ꝙ ſicut iſta ꝑ ſuperius data cõferunt, ita per inferius adminiſtrata vnde clyſteria abſterſiua. & poſtea cõſtrictiua vt de dyſenteria actum eſt adminiſtrari debẽt. Itẽ & ꝓhibẽtia excoriationem cum adipibus. Itẽ & mitigantia dolorem. Itẽ cõferunt exterius applicata, vt epithemata, embrochę, unctiones, emplaſtra, & hmõi. de dyſenteria. Sed nota hic ꝙ à principio fluxus & ſuperfluitatis in corpore valde repleto vitanda ſunt ſtyptica ad extra applicata, quoniã talia ſunt cauſa cõpreſſionis & expulſionis maiorum ſuperfluitatũ ad inteſtina. vbi uero membra eſſent inanita & iã materia

fluxa eſſet ex tali fluxu accideren laxitas in membris & laxitas & debilitas contentiuæ iſta bene competerent. & tu bene aduerte ad hoc quoniam eſt contra illos qui ſtatim à principio ad extra applicant ſtyptica.

QVINTVS canõ. cum delectãtibus, & cor cõfortantibus perficiaẽ. & hoc fiet cũ debito regimine ex parte, ſcilicet rerũ non naturalium locẽ. inqt Meſ. in domo temperati aeris nõ frigidi. frigus enim claudit humores ad interiora, neq; calidi. reſoluit enim calor et debilitat, ſit tamẽ parũ declinans ad calidum. vt quarta primi. j. cap. & . vij. niſi eſſet voluntas ad diuertendũ. declinet etiã parumper ad ſiccũ, & ſit bene redolens ex frigidis ſtypticis, dum nõ ſit intẽtio ad diuertẽdum cum ſudore & hmõi. cibi & potus ſint cordiales. de quibus ſupra. x. cap. ſimiliter ſtudeãt ex parte exercitij quietis & aliarum rerũ nõ naturalium, ut omnia animã lætificent Sed nota q coitus & ſi ſit ſolatioſus, hic tñ maxime vitandus eſt tanquã res pernicioſa.

SEXTVS canõ. perficitũ cũ his q̃ poſita ſunt in Rubricis de diſpoſitionibus cõtingẽtibus in ipſo fluxu. & tu ad eas ſi oportuerit. Et pro cõplemento oportet plurima, qa quindecim videre, qm̃ cõpletur narcoticis ſenſus membrorũ ſtupefaciẽtibus. Et primo an in principio fluxu ſuperfluente narcotica hic cõueniant. Scd'o quę ſunt correctiua narcoticoꝝ. Tertio an ſuppoſito q applicari poſſint. an ſecure applicenẽ. Quarto an nocte vel die exhiberi debeãt. Quinto an ſtomacho ieiuno vel cibo exiſtente in eo. Sexto an corporibus humoribus plenis cõueniant. Septimo an corporibus impuris, & cacochymis. Octauo an diebus cõtinuis. an interpolatis. Nono an operationibus ſpũalibus noceãt. Decimo quãta quãtitas ſit dãda. Vndecimo an ipe morboꝝ aut accidentiũ exhibẽda ſint an ante. Duodecimo in qua ſubſtãtia, an in liquida, an in cõſtanti. Decimotertio an interius an exterius applicãda ſint. & ꝑ interius ad referat per ſupius, an per inferius. & ſi per inferius, an per clyſteria, an per lycinũ. Decimoquarto an ſimplicia & pura applicãda ſint, an refracta & compoſita. Decimoquinto an ſcribenda ſiue nominãda ſunt.

Pro primo ponunẽ hæ concluſiones. Q. in principio materia exiſtente in fluxu & multa non cõpetunt narcotica. ꝓbaẽ, qm̃ talia ingroſſant & immobilitãt materiã. vñ ſic paulatim cõgeſta, & retẽta, & facta multa valde natura grauata eã expellit, & ſic fluxus ex multitudine materiei augeẽ cũ veſtigio cõgelationis & mortis. ergo pro iſto eſt Meſ. allega. cap. canõ. vj. inqt. cõponũt autẽ rẽ magni timoris à principio hmõi curãtes cũ narcoticis. Scd'a concluſio. q vbi iã corpus foret inanitũ & ante euatum & dareẽ medicina euatiua & ſupfluens nõ incõuenit à principio ſic exhibere narcoticum. patet cõcluſio, qm̃ ſedareẽ fluxus, & nõ eſſet timor q dictus eſt in p̃cedẽti cõcluſione. Tertia cõcluſio. q vbi in principio adeſſet magnus dolor multũ virtutẽ ꝓſternẽs, aut iſtãtia uigiliarũ maxime nõ icõuenit in princ. dare narcoticũ. patet, qm̃ iuuamẽtũ eſſet p̃ſtãtius nocumẽto. Pro ſcd'o dicendũ q prius explicãda ſunt nocumẽta narcoticoꝝ q̃ eoꝝ correctiua, ut ſciamus qbus, & qualiter debeamus opari. nocumenta ſunt tria primum qa opponenẽ rei vitę: vt Meſ. alleg. loco, ſunt enim ſpũs & caloris innati cõgelatiua, & mordicatiua, & ſtupefactiua, & horũ correctio fit per oppoſita, quia per reſoluẽtia calida quę ꝓhibẽt ingroſſationẽ, & cõgelationẽ, & infrigidationẽ. & per cõſequẽs auferunt ſi cũ eis cõmiſceẽ caſtoreum, piper, & crocus, vt Meſ. & . xvj. tertij. de cura fluxus abſolutę. Caſtoreum autẽ magis ad reſoluendũ, & ſubtiliandũ, & ꝓhibendũ congelationẽ, crocus vero maturat, & ſedat virtutẽ narcoticoꝝ. hæc tria in ſumma ſunt theriaca narcoticorum. Quòd ſi alia reperiunẽ reſoluẽtia, tamẽ iſta ab authoribus ſcripta poſita vt bezoar narcoticoꝝ, teſtimonio quoꝝ ſtare debemus, & quia ſpiritum deſtruũt, oportet cõmiſcere cũ eis cordialia, & cõfortantia ſpũs ſicut ſpicam, zedoariã, doronici, & ſimilia. inqt Meſ. Tertio oportet vt ſocienẽ eis ea q̃ ſiſtunt, ſedant, & cõſtringunt agitatiuas & reumaticas & fluentes de parte in partem ſicut eſt myrrha ꝓprie, & olibanũ, & ſandaraca, & ſimilia. ſupple cordialia & ſtomaticha calida, ut muſcus, cinnamomum, macis, garyophylli. & ſubdit. ſic enim narcoticoꝝ iniquitas reprimiẽ. Pro tertio dicẽdum q nõ ſine timore applicãda ſunt inquiẽte Aui. xvj. tertij. alleg. cap. in narcoticis, eñ timor. & Meſ. ſi excuſari potes nõ ꝓpinare melius eſt.

Pro quarto q melius eſt dare de ſero ante ſomnũ. vnde Meſ. dare in ſero ante ſomnũ eſt melior horarũ quæ dari poſſunt, qm̃ inducũt ſomnũ, & ſomnus ſedat agitationes. & ſunt qui mane, & ꝓprie quãdo vigiliæ non adſunt, prolongat enim neceſſitatẽ ſurgendi ad aſellã ſedando mordicationẽ. Pro quinto dic q non ſunt danda cibo exiſtẽte in ſtomacho, ne corrumpãt cibũ, & cum cibo ad caput euaporent aut cum eodem ad membra alia trãſeant. vnde Auic. iij. primi. iij. cap. Amplius ſtupefacientia ſedant dolorẽ plerunq; ꝓpterea quod dormire faciunt, quoniã ſomnus vna eſt ex cauſis ſedationis doloꝝ, & proprie quando cum eo fuerit fames, & Meſ. & alio caue ne dederis ſuper cibum. & conſidera, quoniã cõiter practicatur oppoſitũ. poſt autẽ cœnam datur ſyr. de papauere. ſed tamen hic cõſidera & relege quæ ſcripta ſunt, ſupra cap. allega. x. Pro ſexto patet qd dicendum. nõ enim danda ſunt corporibus plenis ne materię cõgelenẽ, & eorũ expulſiones prohibeãtur, ne materiæ ita multiplicatæ virtutẽ ſupprimant. denẽ itaq; poſt mundificationẽ. Meſ. Pro ſeptimo nota q nõ conueniunt corporibus impuris pura in puritate. & cauſa ex nunc dictis patet. ſed cõueniunt mundificato corpore. fortis tñ caloris naturalis, & in quo non apparet infrigidatio extremoꝝ in pulſu debilitas inquiente Auic. xvj. tertij. tract. j. vltimo cap. nõ exhibeantur ei cui infrigidatur corpus debilitaẽ virtus. & apparet illud in pulſu. Pro octauo dic q interpolatim quanto magis poſſumus exhibeamus & nõ cõtinue, immo vt Meſ. interueniat inter tp̃s, & tp̃s exhibitio rerum cõfortantiũ, ſeu cordialium ſtomaticharũ, vt interponẽdo dies plures, ſi poſſumus aut diẽ vnũ ſm tenorem virtutis, & imminentẽ neceſſitatem, vt ſaluẽ theſaurus. ſed hoc nota qm̃ plures dant omni nocte. Pro nono tñ dicitur q narcotica maxime nocent membris regentibus ſubſtantiã multũ ſpirituoſam, & ſubtilẽ, & clarã. vnde ualde nocẽt oculis, & mẽbris ſenſibilibus, & interioribus, & exterioribus nocẽt multũ mẽbris generãtibus multum ſpũm regentibus ſtomacho, & hmõi. Pro decimo dicẽdũ q dãda ſunt in quãta minori quãtitate poſſumus. vnde & Meſ. & fac exhibitionẽ eoꝝ quantitatis paucæ, & melior eſt iteratio q̃ multiplicatio. quãtitas autẽ eoꝝ bene reperiẽ ab authoribus limitata, q̃ tñ eſt uariãda ſm medici cõiecturam reſpectu ætatis, virtutis, neceſſitatis, & hmõi.

Som dolori ſedat.

Pro vndecimo dicendũ q tutius eſt ea exhibere ante aduentũ accidẽtis. nã tũc virtus eſt fortior, & ꝓhibeẽ eius læſio ꝑ aduentũ inſultus accidẽtis. vnde & Meſ. etiã in ſultibus qdẽ melior horarũ eſt p̃uenire horã ipſoꝝ ſicut in colico dolore vehemẽti. Item Gal. xij. therapeu. inquit. In colica quidẽ vehemẽti, qñq; maioris neceſſitatis eſt cura mẽdoſa quæ eſt ſtupefactio & ꝓprie apud fortẽ cõmotionẽ doloris eius cura ne virtus reſoluaẽ, & cadat, & ita intellige de alio fortiſſimo dolore. Pro duodecimo. q potius in ſubſtãtia liqda ſunt applicanda. nã licet ſic citius opeẽ tñ in ſubſtãtia ſolida fortiorẽ & magis pſeuerantẽ perducũt operationẽ. Ad tertiũdecimũ. q tutius eſt ad extra applicare quãtum eſt pro toto corpore, licet reſpectu alicuius mẽbri ſit minus malũ ea ad intra applicare vt in oculo. Item periculoſius eſt applicare per ſuperius quàm per inferius, licet etiam ſit periculum applicare inferius, vt apparebit ſtatim. Item minus malum eſt adminiſtrare in ſuppoſitorio ſiue collyrio quàm cũ clyſteri vnde Auicẽ. decimaſexta tertij. allegato cap. & iam nos teſtificati, nos uidiſſe qui ſuppoſuit ſibi collyriũ ex opio, & mortuus eſt.

Ad decimumquartum.ꝙ melius eſt ꝙ ſint cõpoſita & refracta,vt apparet ex pręhabitis. Pro vltimo ſcribenda ſunt quædam ex Meſ.Auic.tanquã notabiliora collecta. & primo ex Meſ.℞.olibani.ʒ.j.coaguli leporis.ʒ.ij.opij.ʒ.ſ.gallarum.ʒ.iij.fiant trochiſci cum ſyru.de papauere, quorum quilibet ſit.ʒ.ſ.& ſit doſis à.ſ.℈.vſque ad.ʒ.ſ. conueniunt & fluxui medicinali & alteri, & ſunt expertæ.

Ad idem.℞.bdellij,ſandaracæ,thuris minuti,opij,myrrhæ,croci.ana.fiant pilulæ ſicut cicer da à duabus vſq; ad quatuor in ſero. Ad idem & ſunt Meſ.& valent ad colicam & indifferenter ad omnẽ fluxum,cõfortant animam, cõſtringunt vomitum cum ſignificationibus frigiditatis faciunt ſomnũ.℞.cyperi,thuris minuti,ameos,gallæ,croci,gallię muſca.gũmi arabici,balauſtiarũ,tamariſci,corticum granatorũ,myrrhæ,ſpicæ.ana.ʒ.ij.iuſquiami, opij.ana.ʒ.j.ſ.fiãt trochiſci cum miua citoniorum, quorũ quilibet ſit aur.j.& ſit doſis à.℈.j.vſq; ad.ʒ.j. Ad idẽ & ſunt vltimi in intentione hac ad fluxum quẽlibet alium vẽtris & vomitũ cum ſignificatione caliditatis.℞.ſpodij, ſeminum ro.achaciæ,hypoquiſtidis, ſang.drac. gallię,croci.ana.ʒ.ij.boli arm.ʒ.j.ſ.opij,iuſquiami.ana.ʒ.j.fac trochiſcos.ſ.ʒ.& ſit doſis à.℈.j.vſq; ad.ʒ.ſ. Cõſimiliter valẽt trochiſci de carabe,de terra ſigillata,vt ſupra de dyſenteria,& opiatos & non opiatos.pro quibus tu recurre ad eũ locum ex datis,tamen poteris per te pulchre faciliter componere,vt videbitur propoſito tuo expedire. Item valet athanaſia magna deſcriptione Meſ.Conſidera.

*De fluxu liquefactiuo.* *Rubrica.* XII.

FLuxus liquefactiuus eſt fluxus in quo ſubſtantiales membrorum humiditates tanquã res nociua à natura ipſa ad extra mittuntur. Cuius cauſa eſt caliditas nõ naturalis diſſoluens & eas liquefaciens. mittuntur autẽ ad extra quandoq; per ſeceſſum vt pertinet propoſito, & tunc fluxus eſt cum vnctuoſitate vt in hectica, & phthiſi. quãdoq; vero per vias vrinæ,& tunc vrina eſt vnctuoſa, oleaginea,habens in ſuperficie vt telam araneam.

S I G N A demõſtratiua ſunt ſigna phthiſis, & hecticæ precedentis cum teneritate membrorũ vt ſunt puerorũ & infantium & illorum ꝓprie quorũ lacerti ſunt molles & hmõi. Et in eo ſunt exeuntia ſicut humiditas liquefacta viſcoſa. & ꝓprie cum ꝓcedunt à ſubſtãtia membrorũ radicalium.& qñq; ſunt ex eliquatione adipis eorum,& cognoſciẽ quia hęc nõ ſunt ſicut illa ſed vnctuoſa magis,nec cũ tãta exiccatione & arefactione. Q. ſi fuerit alba multum eſt adipis recẽtis.ſi citrina vel ad citrinum declinans erunt antiqua, & cum expellit̃ per vias vrinæ vrina alba ſimilis ſpermati vel lacti. Et qñq; apparet in feb.lõga in qua corpus multum conſumitur & exiccatur iuxta mortẽ eius,ſed cum eſt ex eliquatione adipis vrina eſt oleaginea per totum admixta, & maxime qñ ex ſuperioribus venis.

Quòd ſi fuerit ex eliquatione adipis renũ, pinguedo eſt conglobata & ſeparata ſupernatans. vnde Senex noſter. xxxv.Aph. vij.Sectio.Quibus ſubſidens pingue,ac ſimul totum,iis renum vitium acutum ſignificatur.

P R O G N O S T I C A.de ſe mãifeſta ſunt & quę dicta de phthiſi.

C V R A cañ.In eo qui fit io hectica & phthiſi non eſt ſpes curæ niſi apud ſeparationẽ cauſę eius. quo autẽ curent hę diſpõnes ſalũ phthiſice habuiſti ſupra.x.ca.de hectica autẽ dicet̃ Ieſu cõcedẽte inferius. In alio autẽ qui eſt infra iſtum hi ſunt attẽdendi canones. Primus ordinatio diętæ. Scđs infrigidatio corporis & mẽbrorũ principaliũ cum eis q̃ ſunt moderatę frigiditatis, & ſtypticitatis. Tertius, vt Aui.& ſupra de dyſenteria vt nõ retineat̃ expulſio vice vna,imo retineat̃ gradatim cũ medicaminibus de qbus infra. Quartus confortatio membrorum digeſtionis.

Primus cõplet̃ cum cibis & potibus reſtaurãtibus humiditates deꝑditas & diſſolutas, vt ſunt carnes perdicum, faſianorum,gallinarum,caponũ, oua ſorbilia,ſorbitiones cum brodijs,& ouis alteratæ tũ,Itẽ lac in quo extinctũ eſt ferrum.Itẽ eſt melius lac muliebre,deinde aſinę,deinde capræ,& inde bouinũ,far hordei, amilũ imponẽdo gummi puluerizatũ, aut dragacantum vt inſpiſſet humiditates & viſcoſas reddat & membris adhærentes. Itẽ ad hoc valet puluis coriandri,carabæ.Itẽ pedes vitulorum elixi. Itẽ piſces cum agreſta,& hmõi. vt ſupra de phthiſi. potus ſit aq̃ hordei cum zucchãro ro.unius anni,& maxime excorticati & modicum aſſati & perueniat hordeum in decoctione ad aperturã incluſiue.Itẽ vinum dulce pauciferũ lymphatum cum aqua chalybeata plus & minus,vt videbit̃ expedire,quieſcat,dormiat,qm̃ hæ iuuant. vt ſupra de phthiſi.

Scđm vt dictum eſt cõplet̃ cum frigidis moderatæ frigiditatis.nã intẽſe frigida extinguerent caliditatẽ naturalẽ. debẽt ergo moderate eſſe ſtyptica ne forti ſtypticitate oppilando ꝓhiberẽt trãſitum nutritiui,& hæc applicari poſſunt intus,& extra epithemata,embrochationes, emplaſtra ſuper pectus, dorſum, & hepar,qñq; addendo modicum cãphoræ. Ad intra vero da alterantia, vt dictum eſt.aut ex ſyru. vt ſyru.iulep ro.cum aqua plantaginis,aut hmõi. de quibus ad plenũ,de dyſenteria, de diſpoſitionibus corporis hepatis.vbi recurre. Item fiunt clyſteria alterãtia, vt contrictiua quodãmodo nutritiua, vt de dyſenteria, nec in exemplis proceſſu,quoniã viſum eſt mihi hoc loco ſuperuacuum,tu ex dictis compone.

*De fluxu critico.* *Rubrica.* XIII.

DE ipſo dicat̃ cum Auic.ꝙ vbi appareat cum cõditionibus bonæ criſis poſitę.j.Aphor.cõmen.ij.ea quorũ criſis fit noo eſt reſtringẽdus. Vbi uero ſuperfluerit curet̃,vt infra de fluxu cholerico ex parte ſex rerum non naturaliũ & medicinaliũ. verumtñ ſi hic fluxus accidat in febre valde acuta,tũc nec caro cõuenit, nec eius aq̃, nec cõtuſum ex carne,nec ſublimatum, ſed ptiſana hordei cũ ſucco granatorũ. Q. ſi autẽ non vellet carnes dimittere da cũ vino granatorũ,agreſta,berberis,& hmõi.& ſimilr̃ piſces,& cõſimilr̃ de reliquis ſtypticis.& tu cõſidera hęc.

*De fluxu ſtercoroſo.* *Rubrica.* XIIII.

FLuxus ſtercoroſus eſt fluxus quo ſtercora ultra cõuenientẽ ſiue ſolitam quantitatẽ eorum emittunt̃. cuius cauſa eſt quantitas & qualitas cibi, & paucitas eius quod ad membra & hepar trahit̃ ex eo & multitudo eius quod ex eo,& vtraq; cholera ab eo mediãte chyſti fellis, & ſplene reddita ſiue mittitur ad inteſtina.

C V R A canones.Ordinatio dięræ. Apertio viæ alimenti.Tertius attractio alimenti ad membra.

Primus cõpletur cum cibis multæ qualitatis,& paucæ ſuperfluitatis,& moderatæ quãtitatis ita vt ſufficiant.

Scđs cum ficubus,phiſticis,amygdalis,nucibus,& talibus facientibus cibum penetrare.

Tertius fiat membrorum fricatio leuis ingrediatur balneum donec nutrimentum ad membra trahatur per ipſum reſoluatur ſuperfluum.

*De fluxu a ſpiſſitudine cutis.* *Rubrica.* XV.

ACcidit quandoq; fluxus ex pororum cutis inſpiſſatione ſiue obſtructione, quare materiæ per poros egredi non potentes ad interiora conuertuntur, & fluxum cauſant.

C V R A. In cuius cura ſic procedendum eſt. In facto à cauſa primitiua,qa acciderit cutis inſpiſſatio, vt ſæpe contingit ephemeram cauſari ſtudeat io remouendo illam cum alterantibus ſolis ad contrarium.Quòd ſi aderit repletio,tunc mũdificato ventre prius à fecibus faciemus fricationem cutis totius cum decoctione abrotani foliorum petroſi.parietarię,aut huiuſmodi aperitiuis, aut cum herbis ipſis,aut faciemus decoctionem corticum faſiolorum,& ſeminũ melonis,farinæ fabarũ. Itẽ cũ decoctione

furfurum, aut corticum, hordei. & ſimilibus habentibus aperire poros. Item faciemus extremorum fricationẽ donec rubeant. Et eius diæta ſit cibus ſubtilis chymi, facilis digeſtionis, panis ſit fermentatus non multum ſalitus, ſimilaceus, & ad furfuraceum declinans. Vinũ ſit album ſubtile, aqua ſit cyſternæ, vel pluuialis. Item cooperiatur pannis leuiter leui coopertura. Quòd ſi corpus tale fuerit repletum facphlebotomiam, aut ea cõmuni, aut ex nigra, aut alia, vt videbitur expedire. Q. ſi humor alter à ſanguine in eo nõ peccauerit non commixtus euacua, & non commiſceas ſtyptica, ſed conſtante fluxus oppilatione da ſtyptica ante cibum vt ſtomachus & alia membra ex fluxu iam laxata cõfortentur, vt eſt diacitoniten, coriandrorum: & huiuſmodi.

C V R A. In facta vero à cauſa antecedente procura illius abſciſioẽ, aut cum phlebotomia, aut cum ſolutione vt diſpoſitio indicauit præmittendo digeſtiua. deinde tranſeat ad localia. dictum eſt. & conſidera.

*De fluxu oppilatiuo.* *Rubrica.* XVI.

DE eo ſatis dictum eſt in fluxu hepatico, tamen ſub breuitate quicquã pertractabitur narrando ꝙ per oppilationẽ hic intelligitur oppilatio coartatoria quæ fit ab humore aliquo ex quatuor, aut ex pluribus eorum in venis hepatis, aut in via inter hepar & inteſtina.

S I G N A demonſtratiua, quia hic fluxus plus venit de nocte ꝙ de die. & cum multis coloribus cum grauitate ſub coſtis in parte dextra & ſine dolore & eſt periodicalis. vnde vt ſupra ſtat quandoq;. xx. diebus ꝙ non moleſtat patientem & protunc credit ſe eſſe liberatum & redit, quanto plus vtitur ſtypticis tanto magis aſcellat. Et pro his omnibus ſupra de fluxu hepatico.

C V R A canones. Primus. ꝙ à principio euitetur ſtyptica nam qui ſic ea adminiſtrant cõmittunt rem magni erroris. vt allegato loco.

Secundus. ꝙ ordinetur diæta cum cibis, & potibus de oppilatiuis, & non multum in principio.

Tertius eſt euãatio humoris oppilãtis, phlebotomia, aut pharmacia minoratiua cum qua cõmiſceat̃ aperitiuum.

Quartus eſt digeſtio vt ſi fuerit groſſa cum ſubtiliantibus nõ nimis ſaltem in princ. ſi uiſcoſa cum incidentibus, & cõſimiliter ſi mixta admiſcendo hæc cum his ſuo mõ.

Quintus eſt euacuatio eradicatiua ſeu fortior cum qua commiſceatur aperitiuum.

Sextus eſt apertio fortior vt cũ diacalamento, theriaca ſumpta cũ aqua ſublimationis fœniculi, calamenti, ſparagorũ, & hmõi. q̃ dari debebãt in principio operationis.

Septimus eſt diuerſio cum fricationibus factis ante cibum cum panno aſpero circa corpus, circa dorſum: circa ventrem. Item cum cõprehenditur ꝙ cibus ſit in ſtomacho bene digeſtus conueniunt fricationes ſic leues factæ ſcd'm latus dextrum, vt ipſe cibus melius ad hepar trahat̃ maxime exiſtente oppilatione inter hepar & ſtomachum. & hoc voluit Auicẽ. de cura eius cum inquit. fricatio autẽ oportet vt ab ipſo non ſeparetur ante cibum & poſt ipm. & hæc fricatio eſt maxime neceſſaria in caſu iſto. vnde Auic. oportet vt non ſoluatur iſte æger à fricatione.

Vltimus eſt confortatio membrorum etiã quia vt plurimum iſte fluxus eſt à materia frigida. ideo laudat̃ ab authoribus aromaticum roſ. deſcriptione Gabrielis. Itẽ diatrioopipereon, diacinnamomum: & huiuſmodi.

Et pro ampliori complemento ſcd'i canonũ. aduerte ad Auic. inquit. & rectius eſt habenti hanc ægritudinem vt comedat cibum ſuũ in pluribus vicibus non in vice vna, immo in omni hora quantitatem quæ ei pertinet de cibo ſuo. deinde oportet vt patiatur. deinde oportet vt conſequi faciat cibum ſuum, illud quod adiuuet ad penetrãdũ cum velocitate, & aperit oppilationem cibo, & melius illo toto apud Gal. eſt diacalamentum, & detur de eo ante cibum vſque ad aur. j. & cum digeritur cibus detur ex eo quantitas mediæ. ʒ. Vinum ſit album ſubtile acreſ non dulce. & Auicẽ. ſit vetus ſubtile forte paucum, de quo eſt bibendum vſque ad. ℥. iij. poſt aſſumptionem. ʒ. iij. diacalamenti vel alterius talis cõfectionis. hæc uolo pauca tibi ſuffeciſſe cum his quę de fluxu hepatico ſuprascripta ſunt. & hæc ſingula conſidera.

*De paſſione cholerica.* *Rubrica.* XVII.

CVm contingat humorum à corpore expulſio, aut per ſuperius tantum, aut per inferius tm̃. aut vtroq; modo ſimul, & tã immediate præcedentibus actũ ſit de primo. & ſupra. xiij. cap. de ſcd'o conſequens & vltimo uiſum eſt pertractari de tertio qui amplectitur eos duos modos ſimul, & eſt cholerica paſsio, ſeu fluxus cholericus nominatus.

E S T I T A Q V E cholerica paſsio diſpoſitio in qua homo ſimul & eadẽ hora humores aut cibaria per ſuperius & inferius nihil retinendo expellit. Cuius cauſa eſt, aut multitudo cibi mali poſt ſatietatẽ nauſeatiuã multiplicati, aut humores frigidi, phlegmatici, corrupti, viſcoſi. aut nõ viſcoſi ex piſcibus fructibus & hmõi frigidis generati, vt humores cholerici malę qualitatis, vt praſsini, eruginoſi, aut alij vt ſalſi acuti q reperiunt̃ in ſtomacho, aut in inteſtinis ſtimulantes virtutẽ vehemẽti ſtimulatione qua cogit̃ per ſuperius, & ĩferius ſimul, & ſemel expellere, quẽadmodum cõtingit pugilibus multum infeſtantes ſimul & ſemel pugnãt ante & retro, & quia multum ſic infeſtat̃ natura hinc acuta cauſant̃ accidẽtia. vnde & qñq; accidit ſyncopis, ſpaſmus. & hmõi. de qbus infra. ꝓpter qđ inter acutas immo peracutas numerant̃ ægritudines. vnde cõſueuit terminari in. vij. ipſa quaſi nunquã ęgrum quieſcere permittit tãta eſt eius infeſta moleſtatio quis in eo & qñq; ante interficit, ꝓpter quod cum ea cõprehendere nõ negligas cum pernicioſa & inter omnes eſt q̃ ex cholera exiſtit rub. in ſtomacho & inteſtinis cõprehenſa. ipſa nãq; ſtomachum & inteſtina mordicat & ad vomitum incitat.

S I G N A demonſtratiua, quoniam in tali fluxu apparet ſimul & vomitus, ita ꝙ patiens ſimul & ſemel emittit per ſuperius & inferius, & eſt cum anguſtia, & dolore ventris, cum ſiti magna, cum vigilia, & euacuantur per ſuperius, & inferius malæ materiæ corruptæ phlegmaticæ, vel cholericæ vt in eius deſcriptione dictum eſt, & antecedit ipſam aoſitas, nauſeatiua, & multitudo uentoſitatis in vẽtre, & dolor per dies aliquos, & incipiunt plurimũ cum dolore vmbilici, & punctura eius, & aliquando eſt multus seceſſus cum pauco vomitu.

Signa ſi fuerit ex cholera quia ſit poſt feb. adurẽtes, aut acceptionem medicinarum, aut vini puri, aut rerum mordicantium hepar calidarum, & acutarum.

Q. ſi ex phlegmate, eſt quia p̃ceſſit ſatietas nauſeatiua, & vſus rerũ phlegmaticarũ malarũ aptarũ facile corrumpi.

Si ex ſanguine aderunt ſigna ſanguinis. de qbus in principio operis. & tu ibi. Et eſt ita fortis paſsio vt vix per inſtans permittat ægrum quieſcere. Et in hac paſsione pulſus debilitatur multum, & tempora applanantur, & naſus minuitur, & facies ipſa mutatur ad diſpoſitionem mortui. & forte extenuatur totum corpus maxime aptũm. Et qñq; perducit ad excoriationem inteſtinorum, & meri, & gutturis, ad ſudorem frigidum, & extremorum frigiditatem, ſyncopin, ſpaſmũ. Et in ſumma accidunt accidentia mala quæ conſueuerunt venire in fluxu ex medicina.

Signa ſi ex ciborum aſſumptione venerit ſcit̃ illud narratione infirmi. Si ex multitudine grauando, ſi ex acuitate mordicando.

Signa ſi ex catarrho quia egeſtio ſpumoſa, vt ſupra de fluxu ex catarrho. Et ſic conſimiliter de alijs.

P R O G N O S T I C A. Iam de prognoſticis dictum eſt hic, ad quæ ſcilicet accidentia mala perducit, ſi

ſtatim

ſtatim ſi non ſuccurratur. & ideo vt dictum eſt noli eſſe negligens medicator.

C V R A. Cau̅. In cuius cura oportet vt pcedat diuerſimode ſm diuerſitate̅ ſuarum cauſarum quemadmodu̅ de cura aliarum diſpoſitionu̅, vt dictum eſt. Attendant q ipſius tempora diſtincta ſunt ex parte materiæ, & ex parte accidentiu̅. Vnde Aui. xvj. tertij. de cura eius. in prin. Cholerica paſſio habet regimen in principio cu̅ mouet, & regimen in medio ſui motus, & regimen apud co̅motione̅ ſua̅ mala̅, & inobedientia̅ ſua̅ malitioſam, & motione̅ accidentiu̅ ſuorum timoroſoru̅. Primu̅ regimen reſpiciunt tres primi can̅. qui ſunt ordinatio diætæ, euatio, diuerſio. Secu̅dm regimen reſpiciunt duo, q ſunt co̅fortatio, & reſolutio ſiue conſumptio eius quod remanſit. Tertium vero reſpicit vnus qui eſt ſextus in numero, & eſt correctio accidentiu̅.

Pro primo ſcito q abſolute niſi debilitas virtutis cogat debe̅t tales abſtinere donec materię corruptæ extra ducant. Q. ſi debilitas affuerit det cibus leuis digeſtio̅is, boni odoris, in quo patiens delectet, & non det cibus inducens abominatione̅, dato q eſſet co̅uenientiſſimus. Ite̅ q non ſeparet ab eo uirtus ſtyptica, debet etia̅ cibus & ſimul potus variari ſm varietate̅ cauſæ, quia ſi cauſa erit calida, da aliqu̅ frigidu̅, ſi frigida calidum. & inter hic modera vt videt expedire. vt verbi gratia. In frigida laudant turtures, gallinæ, perdices, faſiani aſſati, in quorum ventre ponant myrti, & hmo̅i ſtyptica. In cauſa vero calida da co̅ſimilr frigida alterata. & in primo det vinu̅ odoriferum cu̅ aqua decoctionis myrti, & hmo̅i. In ſecu̅do ipſum lymphatu̅ cum odoripheris ſtypticis. Item debes addere in ſtypticis plus in fine, & minus in princ. imo permittat vt materia tota ſi poſſibile eſt egrediat. Potus aute̅ ſit vinum albu̅, aut modicum rubeum, care̅s dulcedine. & hic quando eſt magis ſtomachi pſtratio. Quieſcat, & ſtet in loco no̅ multi luminis neq frigoris. frigus enim expellit humores ad interiora omnino. Studeat in faciendo eos dormire vt poſſibile eſt etiam ſtatim ſuper cibum & ante, quonia̅ in omni fluxu nulla eſt hac medicina melior, vt ſupra de dyſenteria, & teneſmo. De inanitione dicetur ſtatim, no̅ iraſcat, non turbetur, ſed gaudeat, & pro poſſe letetur.

Euacuatione̅ co̅ſimilr diuerſifica ex parte cauſę. & loci materiæ. na̅ ſi ca̅ fuerit frigida, da aqua̅ calida̅ cum cimino, gala̅ga, cinnamomo, pipere longo. Q. ſi co̅prehe̅deris materia̅ ra̅de̅ habere raptu̅ ad ſuperiora introduc vomitu̅: na̅ ſicut fluxus fluxu, ita vomitus vomitu curat. Auic. cap. de cura choleric æ authoritate Hipp. co̅uenit & ſyru. acetoſus ſimplex cum aqua calida. Ite̅ aqua ſola calida cu̅ pauco ſalis. Si ergo co̅prehe̅deris materia̅ difficulter per ſuperiora educi, & ſentit circa vmbilicum punctura, & dolor ſtude io eua̅ndo materiam per inferiora cu̅ aliquo lenitiuo reſpicie̅te humorem ipſum, ita tn̅ q non ſit multu̅ uigoroſum, ne ſuperfluus inde accidat fluxus. Ite̅ cum ſuppoſitorio pvoca ſeceſſum aut cum leni clyſteri ex maluis, bliti, mercuriali, caſia, oleo roſ. apparente ſigno caloris zucchàro roſ. & ſale. & ſi appare̅t frigoris ſigna, adde hierepigre. vbi vero fuerit cholera vel humores cholerici ad fundum ſtomachi & ad inteſtina tra̅ſmiſſi, tunc introduc vomitu̅ facilem, aut ſi materia deſcenderit da ſolutiuum facile, aut fac ſuppoſitoriu̅, aut clyſter. vnde in ſumma materia habe̅te raptu̅ ad iferiora ſolue ad ſupiora vomitu̅ introducas.

Diuerſionem autem co̅plent ligationes extremitatum, vt in rubrica priori de fluxu vi catartici. & tu ibi. Quòd ſi contingat ſuperfluere appone ventoſas vmbilico, vt rubrica pręcedenti. & ſupra. xij. cap. de vomitu ſuperfluo.

Confortatio autem completur pro nunc & cum remouentibus malam complexionem ſtomacho impreſſam. & cum prohibentibus vomitum & fluxum. Vnde in cauſa calida co̅ueniunt rob frigida, & ſtyptica no̅ acuta, vt rob myrti, vinum granatorum, agreſte rob citonioru̅, vinum cum tortellæ infuſæ in altero ipſorum, q ſi contingat cum vomere reitera, da puluerem coriandri, pul. myrti, ſpodij, cum cibis ſuis. Item competit ſyr. de berberis. ſyr. ro. de ribes, & huiuſmodi. nam conſtrictiua no̅ acuta dicta ſunt de dyſenteria, & hoc caſu co̅uenientia. In cauſa frigida da calida & maxime co̅uenit ſyr. de menta factus vino citoniorum, quę ſunt calida ſtyptica habes ſupra in principio de dyſenteria. Ad extra autem ſtomachus & ve̅ter tota inungatur & emplaſtret cum calidis aut frigidis vt exigit diſpoſitio. de quibus ad plenu̅ de dyſenteria. laudatur maſtix in cauſa frigida, oleum de neriden, & oleum de lilioꝝ. vero in cauſa calida infuſa in eo petia & ſuper ve̅trem & hypochondria extenſa. & hoc ſi fuerit ex oliuis immaturis factum. tu tamen etiam diſcurre per ea quæ dicta ſunt de fluxu ventris vi pharmatici.

Pro quinto co̅petit balneum, & hoc apparente declinatione. vnde Auic. fac eos ingredi balneu̅ cum facilitate & non multiplicent moram cum eo, immo qua̅titate ſua ſumunt de humiditate balnei. deinde extrahe eos, & cooperi ipſos, & ciba eos cibo pauco, leui, boni chymi. nam cibus debet eſſe talis & ſtomachum co̅fortans, & ex talibus co̅me̅datis eſt pullus aſſatus aſperſus aqua ro. aut frigida̅, aut aqua me̅tæ cum puluere myrti, aut maſticis, vt exigit diſpoſitio. potus autem eorum debet eſſe vinum & plus & minus lymphatum cum aqua chalybeata plus & minus, aut aqua alia ſtyptica, vt eſt aqua mentæ, roſarum, plantaginis, & huiuſmodi. ut exigit diſpoſitio, & in co̅fortatione ſtomachi conueniunt trochiſci, vt de ro. de abſinthio, & hmo̅i. de qbus ad plenu̅ de debilitate ſtomachi. & tu ibi.

Accidentia conſueta euenire ſunt ſyncopis ex eleuatione malorum vaporum ad cor, ſpaſmus, & ſitis. Vnde apparente ſyncopi da vinum odoriferum ſtypticu̅, arte aut natura dulce conſimilr, q fac ſtypticu̅ cu̅ vino citonioꝝ, aut aqua eius uel alia co̅ſimili. & ſimilr dulce cu̅ zucch. in quo quide̅ vino ponat panis aſſatus calidus, & ſi ſint ſigna frigoris potes addere modicum muſci, aut cinnamomi. vnde. ix. Almanſ. laudatur vinum cum muſco. Ite̅ da pullinas carnes, in quarum ventre ſint myrtus, aut citonium, aut aliquod tale. & in ſumma ſtude reſtaurationi virtutis. & tu require ſupra de ſyncopi. xj. cap. Laudat & diacitoniten cum ſpeciebus & abſq ſm cauſam. vnde Gord. Da mihi citonitem ſi vis dimittere litem. Quòd ſi contigerit ſpaſmus inunge nucham, & iuncturas cum oleis & cerotarijs profundantibus virtutem ſuam, vt in hyeme cum oleo de ſpica, liliorum alboꝝ, camomillino. Item in æſtate cum ro. myrtino viol. Item infunde pannum cum oleo violaru̅, amygd. dulcium, & ſuperpone dorſo & partibus extremis. Item euacuatione̅, & alia obſerua quę de ſpaſmo ſcripta ſunt ſupra. ij. cap. ſexti tract. Et de regimine inquit Auice̅. q ſi pulſus incipit minorari, & videris aliquid de impreſſione ſpaſmi, & ſingultus, icipies & dabis eis in potu aliquod de vino dulci odorifero, in quo eſt ſtypticitas cum aqua citoniorum et tortellas, aut medullam panis ſimilaginei calidi quantum poſſibile eſt. & ſi neceſſariu̅ eſt q ſit fortius illo accipiatur pullina ex carne molli & tenera, quæ ſunt ex carne auium, & arietum, & incidatur, & ponatur ſicut in vaſe, & decoquat vſquequo emittat aquoſitate̅ ſuam, & forſitan ad ſe eam redire faciat. deinde exprimatur fortiter. poſt decoquatur illud quod expreſſum eſt ex ea paulatim, & fiat acetoſum cu̅ aliquo fructu̅, & meliores ſunt granata & citonia. & ſunt ex hominibus q ponunt cum eo aliquod occultum ex vino & ſorbetur. & ſi digitia ſoluat in eo panis non erit in eo malum. deinde dormiat ſuper illud. Sitis aute̅ ipſorum frangat cum eis quæ ſunt ſicut ſauich hordei, aut ſauich malorum cu̅ aqua granatorum Auicen. & habuiſti ſupra de ſiti. xij. cap. tractatu ſexti. Hanc Rubricam breuioribus expediui: quonia̅ affinitatem magna̅ habet cum vomitu & fluxu, & immo vt dictum eſt, quid compoſitum ex eis, vnde habita notitia ſimplicium facilis eſt ea quæ compoſitorum.

Vinum ſtypticu̅ ſtir, atq dulce.

DE FLVXV autē contingente ex calidit ateatis diſſoluente humiditates, & faciēte ipſas fluxibiles, vt accidit flatu nimio auſtri, et in regionibus meridionalibus, aut ex frigore cōprimente ad interiora, & humiditate eius mala reddēte humiditates corporis fluxibiles, nihil aliud ſcriptum eſt, cum eius cura manifeſte depēdeat ex cura teneſmi à mala complexione, & ab his quæ ſcripta ſunt in cura aliorum fluxuum. Hæc itaq; & pro memoria eius ſufficiant, & ſic cum auxilio omnipotētis Dei patris & filij & ſpiritus ſancti terminatur lōga materia de fluxibus, in qua debet vnuſquiſq; bene ſpeculari, cum omni quaſi anno in noſtra regione hominibus contingat.

## *De doloribus inteſtinorum.* Rubrica. XVIII.

APud medicinæ viros grauiſsimos reperiunt̄ hi termini, dolor, pūctio inteſtinorum, tortura, paſsio, myrachia, rugitus, colica, & iliaca. qui omnes dolorē inteſtinorum importare videntur recipiētes inter ſe diſtinctionē formalē, aut ratione loci ſiue membri, aut ratione effectus. Vnde dolor inteſtinorum dicit̄ ſenſatio eorū triſtis in ipſis quieta manens. Punctio dicitur omnis inteſtinorum dolor, & non veniēs valde in quocunq; loco fuerit, qui cum augetur fit colicus, aut iliacus. vnde Auicē. de doloribus inteſtinorum. punctio quę nō fit cum fluxu cū fortior fit in colica, aut iliaca, habet tñ cum colica maiorē ſimilitudinē. Vnde Auic. omnis punctio vehemēs eſt ſimilis colicæ. Tortura vero ꝓut coartat̄ ad dolorē inteſtinorū eſt dolor inteſtinorum, in quocunq; fuerit loco cū punctura, anguſtis, inquietudine, quia mutatione decubitus & vehemēti malitia, cuius cauſa ſm plurimum ſunt humores cholerici mali in inteſtinis incluſi, ipſa tamen vt & rugitus ſe extendit ad nocumentum ſtomachi. vt ſupra. xiij. capit. de eis omnibus. & tu ibi. Myrachia dicitur dolor perceptus ſub hypochondrijs cum fortitudinē accidētiū, cuius cauſa eſt nocumentū in ipſo myrach cooperiēte inteſtina cōtingens, eſt enim pānicului ſentiens ualde, qui pati poteſt malā complexionē compoſitionem, & ſolutionem cōtinuitatis. Rugitus vero dicit̄ dolor ipſorum inteſtinorum à ventoſitate multa cum ſonitu perambulante cauſatus.

Quid autē ſit colica & iliaca ſuis dicet̄ ſpecialibus rubricis. Conciliator tñ differentia. xxiiij. inquit. idem eſſe ſcrophus, tortio, & punctio. Venio autē ad ipſam punctionē, & ducē meum ſequar Rubricā de ipſa faciens ſpecialem.

## *De punctione inteſtinorum.* Rubrica. XIX.

CViuslibet punctionis cauſa aut eſt ventoſitas coarctata, aut ſuperfluitas mordicatiua, aut humor viſcoſus adhærens, qui ſua adhærētia faciliter expelli nō poteſt, & imprimit malam cōplexionem. & in eius ſeparatione dolorem cauſat, aut viſcus apoſtematum, aut uermes ipſi. Et licet eius cura depēdeat ex cura colicæ, vnde Auic. ca. proprio. Cura eius eſt cura colicæ. nihilominus vt ducem meum ſequar curam de ea ſuccinctam ponam diſtinctam ſecundum cauſarum eius varietatem.

SIGNA demonſtratiua ventoſa cum rugitu fit & cum inflatione & cum extenſione abſq; grauitate, & alleuiatur in exitu ventoſitatis.

Signa ſi fuerit ex cholerico humore, tūc erit grauitas cū vehementia mordicationis, & cum inflāmatione, & ſiti, & exeuntia erunt cholerica ex parte egeſtionum, & vrinę, & regimen præceſsit choleræ multiplicatiuum, ætas, complexio, & habitudo, & huiuſmodi declarant.

Signa ſi ex phlegmate fuerit ſalſo erit mordicatio cum ſiti, ſed egeſtiones erunt phlegmaticæ, & vrina erit colorata & non vt in cholerica.

Signa ſi fuerit ex humore groſſo, & uiſcoſo ad cuius uiſcoſitatem ſequatur excoriatio, vt ſupra de dyſenteria & teneſmo erit grauitas cum dolore fixo in vno loco & exitu digeſtionum viſcoſarum.

Signa ſi fuerit ex vlcere inteſtinorum iā dicta ſunt ſupra.

Signa ſi fuerit ab hepate iam poſita ſunt ſupra in fluxu hepatico.

Signa ſi à vermibus dicentur infra in hoc eodem capitulo rubrica ſua. & tu ibi.

PROGNOSTICA. Si fuerit ex vitio humoris acuti, ſiue cholerici, ſiue bautachij phlegmatici niſi occurratur ad inteſtinorū excoriationē perducit. hic qdē vlterius minat̄ excoriationē, vt iā dictum eſt de dyſenteria.

CVRA Cañ. In ea itaq; quæ fit à vētoſitate. Primus ordinatio diætæ, vt ꝙ abſtinet à ſe omne ventoſitatis generatiuum. de quo Rubrica de colica in prin. Item parciter vtatur cibo, & non bibat aquam ſupra cibum neq; ſupra ipſum moueatur, Vnde breuiter quæ dicentur hic de cura phlegmaticæ ex parte diætæ, & in de colica ventoſa ſunt tanq; vltima hoc in loco ponenda.

Scd'o eſt reſolutio ventoſitatis maxime qñ ſeparabilis, quia ſi non ſit multū materialis, & hoc cum confortantibus ſtomachum, & inteſtina calidis reſoluentibus, vt diaciminū, cinnamomum, theriaca, mithridatum, ſemina reſoluentia, vt aniſum, fœniculus, & hmōi. in omnē modum cōueniunt adminiſtrationis. Q. ſi fuerit inſeparabilis, quaſi multum materialis, tunc reſpectus erit in ordine euacuatiuo, quæ fiet cum vomitu, aut ſeceſſu. Vnde laudantur enemata hoc caſu maxime cū eſt materia in inteſtinis groſſis iuxta cañ. de dyſenteria, & pharmacū cū eſt in ſuperioribus. Et ſimplicia laudata ab Auic. pro enemate ſunt anhetum, cuminū, polypodiū, centaurea, ruta ſicca, fœnugrecū, apiū, opoponacū, bdellium, oleū de ſpica, adeps gallinæ, oleū rutaceum, mel. Ex quibus cōpone vt videbitur expedire de alijs euātuis dandum per ſuperiora appropriata habes. iiij. cap. ſimiliter de vomitiuis. xiij. cap. de vomitu.

Poſt euacuationem ſit tertius hoc ordine reſoluēdo, & reſolue cum dictis. Et laudatur pro mirabili puluis calcanei porci vſti ſumptus cum vino aromatico. vt ibi gratia. ʒ. j. Item ad idem puluis baccarum lauri excorticatarum ſolus vſq; ad. ʒ. ij. quia multa talia habuiſti hic ſuperſedeo à multiplicatione eorum. nam quæ dicentur ſtatim de cura phlegmaticæ, ſunt etiam hic vtiliſsima.

CVRA phlegmaticæ oportet diuerſificare curā ſm diuerſificarē plegmatis. Nam mei quę eſt à phlegmate nō viſcoſo oportet ordinare diætā ſibi proportionabilē. Et laudat̄ hoc caſu caro ericij aſſati. vnde Auic. & ericius aſſatus ſm ꝙ dicitur confert punctionibus ambabus ſimul.

Item digeratur ſecundo ſi non moleſtauerit multum. ꝙ ſi ſit incipe ab euacuatione.

Tertio autem euacuetur: cum quibus autem hæc perficiantur habes ſupra. iiij. tractatu.

Quinto confortent̄ inteſtina & ſtomachus cum reſoluētibus, & carminantibus vētoſitatem. Laudantur hoc caſu been, carpobalſamum ſi de eis bibatur. ʒ. j. cum aqua calida mane & ſero. Auic. Fiant embrochæ, emplaſtrationes, & hmōi. ſtomacho, vmbilico, & ventri, cum anetho, ruta, cinnamomo, granis lauri, cum vino aut abſq; vt videbitur expedire. nam in de mala compoſitione complexione frigida ſtomachi habuiſti multa, & plurima habebis de colica hinc his breuibus claudo.

CVRA. In ea quæ à phlegmate prouenit ſalſo ordina dietā proportionalem. Et minoret̄ cibus, & ſit boni chymi, & proportionati. Bibat paucū vinum & lymphatum ſi vinum fuerit alicuius vigoris, & ſit vinū ſubtile. Deinde tranſeas ſcd'o ad eūonem ſaltem ſi multum ſtimulabit cum hierapigra, diacitoniteo ſolutiuo, polypodio, turbith, cum aqua violarū, ſebeſten, & huiuſmodi. Q. ſi non multum moleſtabit̄ digeras prius. deinde euacues. Et qm̄ conſueuit vt plurimum moleſtare hinc credo ꝙ Auic. dixerit. oportet vt incipiatur ab eūone eius cum clyſteribus quæ recipiunt turbith, polypodiū cū aqua ſebeſten, & violarū. & intellige iſtū canonē in ꝓcedentibus, & ſequētibus. Euacuatio phlegmatis ſalſi habes ſupra. iiij. tractatu.

Vbi fuerit phlegma viſcoſum procede proportionaliter, quoniam euacua primo ſi uidebitur, aut prius digeras, deinde euacues, & dietam, vt expedit ordina. Et in ſumma in omni frigida confert potus aquæ mellis cum flore aneti, aut aniſi, aut acori, aut baccæ lauri. & vbi phlegma ſit viſcoſum confert carthamus maxime.

C V R A . Io facta à materia cholerica mordicatiua prius attende verbũ Auic. de ea. Et oportet vt caueatur ab errore cadente in ea & exiſtimatur q̃ ſit colica, & curatur cura eius, & moritur infirmus. ſed de hoc magis infra de cura colicæ cholericæ. Tu itaq; primo poſt ordinationẽ diætæ. de qua habes tertio tract. vt ſunt blitis, ſpinachia, lens, berberis, & hmõi ſi virtus erit fortis ſolue cum electuario de ſucco ro. aut de pſylio, aut cũ myrobalanis citrinis, & modico ſcãmoneæ. Q; ſi debilis cum caſia, manna, diaprunis, & his ſimilibus. Deinde ſi res requirat digeras. Deinde euacua & per ſuperius & inferius vt tibi videbitur. Deinde procede cum particularibus ad extra applicatis ſicut eſt oleum roſ. vioſ. ſemen pſylij, & hmõi. conficiendo vnguenta, emplaſtra. ad intra cõfectiones infrigidantes de quibus tractatu quinto.

C V R A . Factæ ab vlcere ẽ cura vlcerũ & ĩ3 poſita ẽ.

C V R A . Factæ à vermibus eſt cura vermium & cura ponetur infra io fine capituli.

*De rugitu & egreſſione uentoſitatis abſque uoluntate.* Rubrica. X X.

IAm dictum eſt quid ſit rugitus in præcedenti Rubrica. Et cauſa ventoſitatis multiplicatæ in eo eſt malitia digeſtionis propter aliquam cauſarum in malitia digeſtionis, quæ eſt in membris, aut in cibis, ſed vt plurimũ eſt propter frigiditatẽ lędentem digeſtiuam mẽbrorum. quãq; tñ contingit propter debilitatem virtutis, vt in fine phthiſis. accidit etiam cõitate aliorum membrorũ vt cõitate ſplenis à quo prouenit ventoſitas. vt ſupra de ſplene. quãq; mala frigiditate inteſtinoꝝ cõicatur eis ꝓpter malã myrach diſpõnem, quãq; debilitate hepatis. Fit aũt hic rugitus vt plurimum leuitate materiæ ipſa vẽtoſitate ſtimulãte ad egeſtionẽ, & ſonitus eius in inteſtinis ſuperioribus eſt acutus in groſſis grauis. & cum eſt cum humiditate facit gurgulationẽ quæ rugitus dr̃ à Gal. 11. de accidenti & morbo. Poſtremo ſcito q̃ aliquando mollificat̃ rectum inteſtinum, aut ieiunum, quãq; hi duo ſimul quare accidit egreſſio ventoſitatis abſq; voluntate, & cognoſcitur ꝑ id quod videt̃ de paucitate ſenſus ani, aut frigiditatis eius.

C V R A rugitus curatur cum ſimilibus cum quibus punctio, & colica cum confortantibus digeſtionem carminantibus, reſoluẽtibus, de quibus iam actum eſt in præcedenti rubrica. & amplius de colica.

C V R A egreſſionem ventoſitatis inuoluntariæ cum curantibus mollificationem ani, de quibus infra ſuo loco adminiſtrando ad intra, vt theriacam & hmõi. Et per inferius enemata. Et exterius vnguenta, & ſupra vmbilicum ſi læſio acciderit vitio inteſtini ieiuni. & tu ad hæc ex dictis & dicendis conſidera. Et ſic hæc ſufficiant.

*De colica.* Rubrica. X X I.

COlica eſt ægritudo doloroſa in inteſtino colon cõtingens ex qua fit difficilis exitus eius q̃ egredi debet per naturam. Cuius cauſa ſm plurimũ eſt mala complexio frigida phlegmatica vel ventoſa. Et dicit̃ colon q̃m colica ſic dicta eſt ab ipſo colon. verũtñ Auic. inquit. colica quidem ſm veritatẽ eſt nomen eius in quo eſt cauſa in inteſtinis groſſis. ſ. colon, quæ ſequuntur ipm̃. Et parum infra q̃ ſi eſt in inteſtinis gracilibus, tunc nomẽ proprium ei ſm ſciẽtiam veram eſt ileos. Ego autem pro nunc ſecutus ſum modum loquendi communem. & eſt Alexandri viatici & multorum aliorum authorum. tu tamen collige vt magis placet. nam de nominibus non eſt à medico diſceptandum, vt ſupra ſæpe.

E T D I C I T V R cuius cauſa, q̃m ab alijs etiam cauſis contingere põt. nam per ordinẽ procedendo ſic diſtinguã, q̃m aut eius cauſa eſt exterior, aut interior. Et interior, aut per ꝓprietatẽ, aut per cõitatẽ abſolutã, aut nõ abſolutã ab alijs mẽbris. Exemplũ de cauſa extrinſeca vt eſt aer frigidus ſeptentrionalis. vnde Aui. Et plurimũ eius eſt in terris frigidis, & vbi conflat ſeptẽtrio. vnde quãq; frigiditas exterior condẽſat cutem, & lacertos ventris fortificata ſic per antipiſtaſim caliditas calefaciendo & exiccando exiccat fæces, & colicam facit. Addit pterea q̃ lacertus ani qui ex frigiditate conſtringitur, & expellit fæces & humiditates ad ſuperiora verſus colon. Et caliditas aeris exceſſiua ſic exiccando fæces, colicam, quãq; inducit. Item caliditas extrinſeca particularis, vt ignea ſicut in arte fabrilẽ coquinaria, aut vitrearia. Item forte exercitium. Item ſuperfluus ſudor, & omnia conſimilia quæ hñt fæces, & humiditates corporis exiccare, vt nimius vrinæ exitus quãq;.

Item aer epidimicus. vnde Auic. Et quãq; accidunt colica, & ileos ſm ſemitam accidentis ęgritudinũ peſtilentialium aduenientium & perueniunt de regione ad regionem & de homine ad hominẽ. & iã retulit illud quidã medicus de antiquis, & dixit q̃ perueniebant quidã eoꝝ ad epilepſiã, et erat epilepſia mortalis. Itẽ ſupfluus coitus ꝓp quẽ debilitatur virtus expulſiua & fit retentio fæcum, & ex retentione exiccantur. Item paucitas choleræ quæ mittit̃ ad inteſtina non ſufficiens euigilare expulſiuam, q̃ñ. ſ. ab hũi de in magna quãtitate tranſmittitur. Item vſus cibi ventoſi & frigidi vt ſunt olera, cucurbita, fructus recentes, & propriæ pepo, vua, & huiuſmodi. de quibus ſtatim in nocentibus colicæ. Item potus aquæ vehementer frigidæ, vini uehementer infrigidati aut cum aqua multa & frigida commixti, & ſic de alijs, vt infra ſtatim. Aut propter potum rei narcoticæ ſtupefacientis virtutes operantes in fæce, & cum hoc debilitatur expulſiua quare retenta exiccantur. Item & ueneni aſſumptio.

A cauſa intrinſeca. Primo quia à mala complexione frigida immateriali in qua mẽbrum ratione cõplexionis eſt aptum labi faciliter, & facit oppilationem, & cõpreſſionẽ fæcum ad ſuperiora. Item à mala cõplexione frigida materiali, quia phlegmatica viſcoſa. & eſt ſm plurimum ſua frigiditate cauſante dolorem, & viſcoſitate cauſante dolorem ipſum oppilando vt dicetur. Item à mala complexione calida exiccante & reſoluente. nam partes humidæ reſoluuntur, & exiccantur, & ſic vt ſupra fæces retinentur.

Item quãq; accidit, vt fæces ſint paucæ & ſiccæ, & ex ꝑſentia choleræ valde calide exiccantur amplius. vnde etiã accidit colica & facit etiam dolorem ꝑſentia ſuæ caliditatis aduſtiuæ & hoc eſt raro. Item & mala complexio ſicca inteſtinorum exiccans fæces aut ſiccitas meſeraicarum exiccantium ipſarũ humiditates. Mala autẽ complexio humida ex ſe quia debilis impreſſionis non cauſat colicã, ſed iuncta cum mala cõplexione frigida materiali, aut immateriali põt ipſam cauſare. & hæ res hñt ſpeculationem plurimã. & tu conſidera. Item & mala complexio frigida & ſicca materialis & immaterialis poteſt cauſare dolorem, ut humor melancholicus etiam oppilando, ut infra.

Accidit ſecundo principaliter ab oppilatione contingẽte à materia phlegmatica, uiſcoſa, implẽte ſpatium colon, & ipſum oppilante. & eſt illa quæ fit ſm plurimũ. Aut à uentoſitate idem operante genita hora poſt horã à mala complexione frigida. unde propter has oppilationes ꝓhibetur egreſſio egeſtionũ, & humiditatum, & uẽtoſitatum. unde in inteſtino colon ipſę ſic multiplicatę dolorem cauſant extenſiuum. de quo infra. Item accidit hæc oppilatio ab apoſtemate in inteſtino recto exiſtẽte, & eſt ſm plurimũ calidũ ut in teneſmo. unde exiſtimauerunt quidam q̃ ſint retentę fæces, et humiditates à caliditate apoſtematis etiã exiccatę lapideſcunt. vnde & quandoq; lapis egreſ-

ſus

ſus ſit. Item à vermibus adinuicem globatis ſicut eſt videre in cucurbitinis, & q̃nq; in modum magnæ pilæ egrediuntur globati, & dolorem cauſant extenſiuum. Item in mordicando mordicatiuum.

Accidit & tertio à ſolutione continuitatis facta vt infra quandoq; à vẽtoſitate ipſa extẽdente inteſtinũ vltra terminos ſuos naturales, aut ab humore acuto, vt à vermibus, aut lapidibus in vẽtre genitis. de quibus Frã. de Pedemõtium inquit. Et vidimus nos quẽdam puerũ emittentẽ plures lapides groſſos ſicut nux per anum, et non tam groſſos per virgam. Itẽ ſi fieret inciſio inteſtini, & ſic de alijs modis inciſionis. & ex his patere poſſunt cauſę colici doloris quando eſt talis per proprietatem ſiue per eſſentiam.

Lapides in vẽtre geniti.

Per cõitatem aũt non abſolutam ab alijs membris. vt verb. g. cum ad ipſum colon mittitur materia oppilans & malam inducens cõplexionẽm vt cum à cerebro mittitur magna quantitas catarrhi oppilantis. Item ab hepate cholera multa vel à ſplene melancholia. Item à ſpũalibus ſanies vt in ctiſi in vlceribus pulmonis, & pectoris per venam magnã extenſam ſupra dorſum mediãte hepate, licet id ſit raro. Aut à toto, vt in diarrhæa fluxu liq̃factiuo, febre diſſolutiua: & hmõi. A cõitate abſoluta vt compaſſione ipſius inteſtini ad alia membra læſa vt cum accidit apoſtema, aut in hepate, aut in ſplene, aut veſica, aut in renibus, aut in vijs vrinæ, vt in habentibus lapidem, aut in ruptura ex deſcenſu ſyphac ſiue inteſtinorum in burſam teſticulorũ, ſiue in oſſeum, nam hæc coartant, & ꝑpilãt ipſum colon. Item ex dolore lapidis debilitatur expulſiua in inteſtinis quia ſit retentio humiditatum. & ex conſequenti dolor colicus, vt ſupra idem contingit ex tetano, & ſpaſmo.

Et pro complemento particulari cauſarum huius doloris talis ponatur diſtinctio, q̃m quilibet dolor colicus aut eſt pungitiuus, & eius cauſa eſt calida, acuta, ſubtilis, vt cholera, aut phlegma ſalſum viſcoſitate participans, aut ſanguis corruptus, aut vermes ſuis aculeis pungentes, aut vlcus inteſtini, aut ventoſitas in inteſtino coartata quæ petẽdo exitũ pungit. Aut eſt grauatiuus, & eius cauſa eſt materia frigida groſſa viſcoſa, aut ſanguis congelatus, aut melancholia quę & ſi ex ſe dolorem cauſent, tñ aliq̃n ventoſantur, & dolorem iterum cauſant ipſum imẽdẽdo & exacuendo. Aut eſt extenſiuus, & cauſa eius eſt ventoſitas quieta. Aut tortuoſus, & cauſa eius eſt ventoſitas perambulans per tortuoſitatem inteſtinorum. Aut eſt perforatiuus, & cauſa eius eſt ventoſitas penetrans inter tunicam & tunicã inteſtini, ſiue inter laminas eius. vnde ſepaparationem facit inter eas & vr̃ hoĩ ꝙ perforẽt terebello. & hunc dolorem paſſus fuit Gal. vt ſecũdo interiorũ. q̃uis iudicaret ſe pati calculum. vt Cõcil. dr̃a. 14. ecce quid in alio iudicaſſet. & tu cõſidera bene. & aduerte iudicium faciliter à medicis ſicut depoſitum. vñ ꝙ Gal. tantus vir.

Galenꝰ ſeipſum ĩ iudicãdo decepit.

Poſtremo pro eius clara notitia, oportet vt poſterior ſit modus aliquis particularis quo colica ipſa generatur. ꝓpter quod nota ꝙ dolor colicus, ſimilr̃ iliacus ſunt appropriati his duobus inteſtinis, quia colon & iliaco magis q̃ alijs, q̃m hæc ſunt inteſtina anguſtiora alijs & circũuolutionibus pluribus circũuoluta, ꝓpter q̃ ſunt magis apta repleri & oppilari & oppilationes retinere ex materiebus fluentibus ad illa in eis dolorem cauſantibus, vt ſupra dictum eſt. Duodenum nãq; eſt breue, & ſitum habet rectũ, & orificium largum. Rectum autem largitatem habet magnam & propinquitatem ad extra. Ieiunum autem ineptũ conſimiliter, vt in principio capituli actum eſt. Repletur nãq; monoculus fece aut phlegmate prius & oppilatur. calefactum aũt in eo contentum, aut caliditate partium circunſtantium, aut auxilio medicaminum in ventoſitatem conuerſum, & ad colon miſſum dolorem in eo cauſat. vnde ſm plurimum ſemper ſit prius congregatio, aut fecis, aut alterius humiditatis apte facere colicum dolorẽ in monoculo. deinde aut in ventoſitatẽ conuerſum, aut ſm ſubſtantiam tranſmiſſum ad colon dolorem cauſat colicum, vnde niſi prius bene euacuet monoculus non perfecte curatur æger. Ex quibus patet ꝙ aliq̃n poſt euaporationes factas aut clyſteris impoſitione augetur dolor, q̃m caliditate remediorum amplius ventoſat materia quæ eſt in ipſo colon non facta prius debita euacuatione. Et permutatur colica, q̃nq; ad paralyſim, & ſanatur ea, quia materia ſubtilis expellitur ad extrema, & ſit oppilatio in lacertis. Itẽ & ad dolorem iuncturarum, & ſanatur eius materia ꝓpulſa. Item permutatur ad dolorẽ dorſi, & ad melancholiam, & epilepſiã, & tunc eſt malum. & hoc accidit maxime quando balneum approximatur ante euacuationem, Item propter cõitatem abſolutam ad hydropẽ, propterea quia corrumpit complexionem hepatis. Item & q̃nq; permutatur ad alia, q̃n. ſ. retinentur fęces multo tpe. vnde regurgitant ad ſuperiora. Item q̃nq; propter vtrãq; cõitatem corrumpit complexionem cordis. & tunc accidit tremor, malitia anhelitus, ſudor frigidus, ſyncopis, & eſt malum ſignum.

Et in eius malitia ſunt gradus. Nam deterior eſt quæ ex oppilatione q̃ facta propter apoſtema, deinde quæ eſt ex ventre torquente, deinde ex humore, deinde ex fæce, conſidera. Et accidit vt plurimum iuuenibus ocioſis, guloſis, itinerantibus per regiones, & loca frigida. raro autem mulieribus. & tu ex dictis cauſam collige. Eſt autẽ hæc ęgritudo difficilis cognitiõis. nam q̃nq; dolor renalis colicus iudicatur, q̃nq; econtra. vt Gal. ſupra. Nam vt Alex. difficilis eſt cognitionis, propterea quia in locis vicinis fiunt dolores tales, qualea in colon. Item ex parte loci, q̃m Aui. inquit de differentia inter colicũ & lapidem renalem. loco aũt, q̃m colicus incipit ab inferiori parte lateris dextri & tendit ad ſuperiorem ſiniſtri. & Mundinus noſter in anatomia ſua cõmuni quem Moderni ſequuntur, inquit. colica quando ſit prius incipit in parte ſiniſtra et in illa magis moleſtatur, quia inteſtinum iſtud frigidius eſt ibi cum nõ tangatur à chyſti fellis. & tu conſidera. ſed dei gratia ſigna ponentur ſpero ſufficienter diſtinctiua.

Et quia vt dictum eſt, eſt difficilis ad cognoſcẽdũ hinc pro ampliori eius notitia, ego anteq̃ aggrediar curam ponam illa & conſueta colicam inducere, poſt quæ ponã canones ſi prius conferentia colicæ deſcripſero. Inducunt colicam ex cibis ſumpta omne groſſum. viſcoſum, frigidum, azimum, oppilatiuũ, vt ſunt paſtillicia, carnes groſſæ ſylueſtres, ita ꝙ & leporis, piſces parui, recentes, ſiue ſaliti, frixa, aſſata, ventres animalium, genera lactis, lentes, caſeus antiquus, recens, ſalſus. Item inflatiua, & ventoſitatis multiplicatiua, vt lac & maxime non coctum, eſt. n. cholericis venenum, cucurbita, olera, præter ea quę dicam in ordinando diætam. nam erucha, endiuia nocet, & omnes fructus & proprie recentes ꝑterq̃ pruna, et chryſomilla in colica cholerica, & in colica ea fæce ex caliditate exiccata, & melon de quo Auic. Et melon dulce in cibum in diſpoſitiõe ſanitatis eſt nociuus plurimis colicorum. Item nuces humidæ, amygdalæ humidæ valdæ, faba humida valde, quia recens cucumer, poma, et proprie acetoſa, pira, & ſtyptica, agreſte, berberis, granata, & magis nocent acetoſa, Item cytonia, & alia hmõi ſtyptica, vt ſumch, milium, riſum, & his ſimilia. Item paſſulæ cum arillis. Item vua proprie. Item oua aſſata. Item fungi. Item & tubera & hmõi.

Ex actionibus vero ſumpta ſunt motus factus ſuper fructus aſſumptos & ſuper cibum indifferenter. Item coitus ſuper cibaria groſſa, quia ruſtici &c. Item retentio ventoſitatis, aut ſtercoris egredi volentis. vnde ventoſitas ſic retenta ad ſuperiora ſubleuatur & in inteſtino aggregatur, et colicam quandoq; inducit. Item potare aquam frigidam multam vehementer frigidam. vt ſupra. Item potus eius ſuper fructus. Item & potus plurimi vini ſuper cibum. facit enim cibũ indigeſtum in magna q̃titate ad inteſtinũ deſcẽdere, ꝓp qđ bibuli frequenter. & tu ẽt lege quæ ſcripta ſunt de his in principio rubricæ. Et cũ de his q̃ nocẽt actũ

ſit

ſit congruum duxi agere de his q̃ maxime conferunt ei.

Conferentia itaq; colicæ ſunt in vniuerſali omnia quęcunq; opponunt ſe cauſis eius ex parte aeris, & reliquarū rerum non naturalium. Vnde primo ſcito ꝙ cibi eorū debent eſſe lenitiui, lubrificatiui, & in colica cholerica frigidi, vt aqua ordei, aqua lētis, ſiue ius eius, ius de ſpinachijs. Item aqua decoctionis prunorum, tamẽ horum cōuerſionem in ventoſitatem, ꝑpter quod inflationem faciunt diligenter attende. vnde & omnis aqua hordei eſt inflatiua ſecundo canone de hordeo cōſidera in colica. frigida vt ius galli decrepiti. de quo infra in cura colicę ex retentione fęcum. & iura in quibus decoctæ ſunt res calidę reſoluentes, vt eſt decoctio allij & ſimilium, & eius comeſtio. Vnde Alex. Ex allio plures ſanare dicimus, & eſt experimentum paruum. Item & ius cū cinnamomo, aut cimino, & hmōi. ſed attende ſi adeſt febris aut non, qm̄ oportet te moderare, & aliqui non contenti his lenitiuis tm̄ tranſeunt ad ponendum in cibis eorum turbith ꝑparatum. Item & conficiunt panem eorum cum eo. Item & q̃nq; tranſeunt vſq; ad ſcāmoneam ponēdo etiam eam in pane. hoc autem laudare videtur Aui. de cibis colicorum. cum inquit. & q̃nq; neceſſitas eſt ut ponatur turbith, & ſcāmonea in iure eorum & in pane eorum. & nota illud q̃nq;, qm̄ videtur dicere magnam neceſſitatem. Secundo ſcito ꝙ ſorbilia eis maxime conferentia, & præcipue quando eſt ex retentione fæcum. Tertio ꝙ calida aut frigida quæ adminiſtrantur debent eſſe aromatizationem participātia, qualia ſunt ſtomachalia dicta ſupra de ſtomacho. Quarto ꝙ anodina quæ poſita ſunt ſupra de dolore ſtomachi ſunt hoc loco adducenda. Quinto ꝙ licet menta ponatur inter conferentia colicæ eſt tm̄ inflatiua, quapropter vt alia olera videtur nocere. & ideo adminiſtretur ſicca, & quia numerabuntur ſuo loco alia conferentia hinc ab eorum narratione ſuperſedeo. Cum colica ſit paſſio non minus frequenter eueniens q̃ multū infeſtās hinc eſt ꝙ concepi de ea ſignorū ſuorū ſingulares ponere rubricas iuxta eius varias et ſingulares cauſas, vt vniuſcuiuſq; cauſæ ſigna facilius inueniantur, & maxime demōſtratiua. nā de prognoſticis in vltima rubrica mentionē faciā: idō pro ipſis ad ea recurras.

SIGNA eius pro nunc ita diſtinguantur, qm̄ alia ſunt futuræ colicæ enuntiatiua. Quædam ipſam præſentē oſtendunt. Exemplū primi, vt qn̄ minorari incipiunt fæces, & appetitus deſtrui, & ꝙ patiens abhorret res dulces, & vnctuoſas, & ſuper ipſas nauſeat, & acetoſa, & acuta, ac ſalſa appetit, & ꝙ digeſtio minui incipit, & ꝙ aquam frigidam potare maxime appetit. & cum his ſentit punctiones in inteſtinis & dolorem in cruribus, & dorſo, & maxime hæc enuntiant ipſam futuram, qn̄ ſunt perſeuerantia, & ꝙ augeri incipiunt. nam cum aucta ſunt notabiliter hęc ipſam p̄ſentem demonſtrant. vt ſtatim. Signa autem ipſius principaliter demonſtratiua ſunt primo dolor ac punctio fortis in inteſtino colon perceptus: qui quidē aliqñ ita fortis vt videatur vētrem terebello perforari, aut ꝙ acus, vel clauus acutus in inteſtinia ſit abſconſus, & cum mouet augetur dolor, & ſitis ſit fortis. & licet bibat non ſedatur, qm̄ potus propter oppilationem accidētē in porta meſaraicarum ad hepar terminantium non pōt ad hepar penetrarē. Et accidit vomitus frequēs ꝑpter cōitatem ſtomachi ad inteſtina, & colon equitat ſtomachum, ut ſupra. & ſm̄ plurimum eſt phlegmaticus, q̃nq; cholericus, q̃nq; porralis, q̃nq; æruginoſus, q̃nq; melancholicus. Et conſtringitur in eo natura, ꝙ ſi aliquid emittit, aut natura ipſa, aut artificio egrediunt ſicut ſchibale, ſicut ſtercora caprarum aut ouiū ſine humiditate. Et in colica rubet vrina, propterea quia via choleræ per inteſtina eſt clauſa, & à natura per vrinam mittitur. Item ex dolore ipſo rubeſcit. Item & quia renes caleſiunt, & ſua caliditate ipſam tingunt. Et quandoq; in colica fit tremor cordis maximus, quandoq; perducit ad ſyncopim, quandoq; ad ſudorem frigidum.

Et qm̄ frequenter deluduntur medici credentes dolorem colicum eſſe renalem, & econtra propter affinitatem colon cum renibus & ecōtra. vt ſupra in anatomia. hic primo ſubiungam ſigna inter ipſos diſtinctiua quibus, & clariua ſigna habebuntur colici doloris demonſtratiua. deinde ad ſigna colicæ ſm̄ varietatem cauſarum me conuertā. differunt itaq; adinuicem hi dolores multipliciter. Primo quantitate, loco, tp̄e, & motu. Quantitate qm̄ renalis eſt acutus, nō extenſus, neq; ita magnus, et colicus eſt magnus & extenſus. loco, qm̄ colicus incipit in latere dextro, aut ſiniſtro, & extenditur verſus anteriora & pecten, & quandoq; vſq; ad peritonæon, & occupat magnam partē ventris, & dolor eſt circa ſupra ſupra vel infra vmbilicum, ita ꝙ colicus ſm̄ plurimum ad anteriora conuertitur. Et hic aduerte inquit Auic. colicus incipit ab inferiori parte dextri lateris & tendit ad ſuperiorem ſiniſtri. & ſm̄ quoſdam non incipit colica à ſiniſtro, ſed illud nō eſt verum. & nos experti ſumus contrariū eius & eſt ad anteriora uel ſus pectinem decliuior q̃ ſit ad poſteriora. Mundinus in anatomia eius inquit. colica qn̄ ſit incipit in parte ſiniſtra & in illa magis moleſtat, quia inteſtinum frigidius eſt ibi, tū quia in maiori quātitate eſt locatum circa renem ſiniſtrū & eſt ibi ſtrictius. vide ergo quō conciliari poſſunt hi vi. ventoſitas aut gurgulatio. Item declarat hoc regimen p̄teri. & tu conſidera. Ego aūt vidi dolorem colicum in ſiniſtra frequenter dato ꝙ in eo ſit dolor facilior & ratione cauſæ loci, quia eſt materia in eo loco exitui magis parata quia in loco eſt decliuiori q̃ in dextro. Item dolor colicus eſt perambulatiuus de vno loco ad alium ſed renalis eſt fixus, & ad poſteriora magis ſe conuertens. Item incipit à ſuperioribus & deſcendit paulatim uſq; ad locum in quo cōfirmaē. Itē renalis eſt in alchatim, & in ilijs, & emunctorijs. Itē dolor ꝑcipiē, q̃nq; in ſpōdilibus circa renes, & in deſcēſu lapidis ſentitur dolor in virga, & maxime in extremitate eius, q̃nq; in extremitate longaonis. Item dormitatio circa tibias & coxas, & q̃nq; in digito paruo pedis. Item in ipſo renali anchæ dolent, & præcipue ex eadem parte doloris ſimiliter & teſticuli. Tempore, qm̄ renalis augetur in hora vacuitatis, qn̄. ſ. ſtomachus euacuatur cibo qui deſcendens ad inferiora renes comprimit. colicus autē tunc minuitur, quia vbi ipſum inteſtinum ex cibo comprimebatur, qm̄ equitat ſtomachum, vt ſupra cum euacuatur cibo. Sequitur. Item colicus in breui tp̄e & ſubito incipit. renalis autem paulatim, & augetur, & in fine ſui ſit fortis, & in renali vt ſupra dolor priua incipit in dorſo cum difficultate mingendi, immo oportet vt patiens præmat vrinam paulatim, & guttam emittat. Et de motu dictū eſt.

Secundo principaliter differunt per compaſſionem, qm̄ in renali accidit tremor, & non in colico. Tertio cognoſcitur à iuuantibus, & nocentibus. nam clyſteria, exitus vētoſitatis, & fæcis dolorem alleuiant colicum, & non renalem alleuiatione de qua ſit curandū, qm̄ ſic nō videtur de materia cōiuncta euacuari. Item ex adminiſtratione diureticorum, & lapidem frangentium alleuiatur renalis, & nō colicus. Itē dolor aurū dorſi. Et tremor eſt in renali plus q̃ in colico. Ex parte vrinæ, qm̄ in tali dolore vrina apparet harenoſa, aut quia iam in renibus doluit, & deinde apparuit vrina nigra aut ſpiſſa & harenoſa, tūc proculdubio lapidem enuntiabit, & ex conſequenti dolor renalis erit. Item vrina harenoſa, & ſiloſa eſt p̄cedens in renali. Itē ex exitu vrinæ talis mitigatur renalis, & non colicus. Itē vrina in renali in principio maxime qn̄ adeſt aquoſa. deinde groſſa habet ſedimen. & in fine harenoſum, egeſtiones, ut ſupra vt ſchibalę, & ſicut ſtercus caprarum, vaccarum apparent in colico, & non ſic in renali. Item in colico magis ſtypticatur venter & exitus vrinæ eſt liberior, econtra veto in renali. Poſtremo audi Aui. inquit. Et caſus appetitus, & vomitus conſecutus phlegmaticus, & paruitas digeſtionis, & vehementia doloris, & perductio ad ſyncopim

& ſudor

& ſudor frigidus,& iuuatiuus cū vomitu in renali ſunt minus,& cum alicui accideret dolor & alias emiſerit lapidē, aut harenā groſſam,ſuſpica magis de dolore renali q̄ colico.et iō ad dolētē cū primo accedis,de hoc eū interroga.

Signa demonſtratiua colicæ à mala complexione frigida pura,q̄m patiens ſentit frigiditatē in inteſtinis,& dolor eſt paruus,& ſtatim.Iuuatur calidis,et frigidis nocetur.Et egeſtiones ſunt indigeſtæ ad naturam phlegmatis tendentes,& vrina eſt alba diſcolorata prope palearis,& ſentitur ventoſitas aut gurgulatio. Item declarat hoc regimen p̄teritum,vt quia ſtetit in loco frigido, paſſus eſt frigus pedum, aut cum ventre iacuit dormiens ſuper lapidem aut ſedit & huiuſmodi. Quòd ſi à caliditate venit quod rariſſimum eſt ſigna aderunt caliditatis.

Signa demonſtratiua colicæ phlegmaticæ quia præceſſit regimen phlegmaticum,ætas,complexio,habitudo.Itē quia egeſtiones ante aduentū eius phlegmaticæ fuerunt & in hora eius,& q̄ nihil de fæce,aut humore,aut ventoſitate egreditur,& eſt dolor prolixior.Item quia fit poſt nauſeatiuam ſacietatem,& eructuatio eius foetet,& multiplicatur nauſea,& ſentitur grauitas in vētre,& frigiditas. Et eſt vt plurimum ſine fe.ſaltem in principio ſui aduētus,& nō eſt cū ſiti neq; cum tinctura vrinæ,immo vrina ad albedinem trahit,& ſi accidat ſitis & vrinæ tinctura & inflāmatio non decipiaris ex his.q̄m horū cauſa eſt dolor.

Signa demonſtratiua colicæ cholericæ, quia præceſſit regimen cholericum,ætas,complexio,habitudo, tempus ãni,& hmōi.mordicatio fortis,inflāmatio,aduſtio,ſitio,ſitis.Exeuntia cholerica,vrina tincta,q̄uis hoc ſit cōe propter dolorem,dolor acutior,ſiccitas linguę,inſania maior inſomnietas, cholericus vomitus. Et et q̄nq; aſſociatur fe.q̄nq; dolor in pectine quaſi punctura cultelli.& non eſt in cauſa ventoſitas vt in phlegmatica.Et nocetur ex clyſterijs acutis,& iuuatur frigidis temperatis & euōne cholerae ſi non fuerit imbibita. Q. ſi fuerit ꝓpter paucitatem choleræ quæ effunditur ad inteſtina,tunc ſit difficultas exitus fæcis,& albedo eius,& inflammatio ventris,& cōmotio choleræ cum vomitu,& cum rubedine vrinæ intenſa.

Signa ſi ex melaocholia apparebunt ſigna melancholiæ, ſed rariſſimum eſt. vnde apparet eructuatio acetoſa,& eſt dolor ſatis intenſus,& omnino ſentiuntur magis circa ſplenem,& os ſtomachi q̄ in alia parte corporis.

Signa demonſtratiua colicæ ventoſæ. Regimen præcedens vt potus aquæ frigidæ,vini multum commixti,vini multum frigidi,quod in cauernis,& reuolutis retinetur,& ideo ab eo t̄pe calido abſtineant patati. Item olera inflatiua,aut ſpinachia,fructus humidi,& pepo p̄rogatiuam habet. vt ſupra.de eo indigeſtiones multiplicatæ,retentio fæcum,& ſentitur in inteſtinis rugitus,& exteoſio,& inquietudo vehemens, quaſi inteſtina perforentur terebello,& quaſi occultetur in inteſtino acus & ventoſitas percepta exitum non habet,q̄ ſi ex eo quicquam egreditur nō egreditur cum quantitate,quæ dolorem ſedet vehementē.& ſi ſit compreſſio fortis ſentitur rugitus,& motus ventoſitatis de loco ad locum. Q. ſi fuerit inter tunicas inteſtini per compreſſionem non mouetur,& ſtat dolor fixus vehemēs valde,ac ſi ſit perforatio cum terebello facta, vt ſupra & non egreditur aliquid ventoſitatis oīno. Q. ſi fuerit in inteſtino mouetur dolor de loco ad locum,& de ſignis magnis eſt q̄ compreſſione iuuatur,& cum venter comprimitur ſuper rem ſatis duram,& ſuper puluinar durum, aut ſuper cuſpidem aſſeris,& ex vaporatione iuuat. aliq̄n non iuuat. q̄n .ſ.materia faciens colicam erit ſicca,& cum vētoſitate ſignat exitus fæcis vaccinę natantis ſuper aquam ꝓpter multitudinem eius,quod in ipſa eſt de ventoſitate.

Signa demonſtratiua colicæ ex retentione fæcum ſunt, quia præceſſit retentio fæcum, & ſentitur grauitas vehemens valde,& ſentitur dolor,ac ſi inteſtinum ſcindatur à ſeipſo. Et eſt q̄nq; cum hoc voluntas frequens egerendi,& non egreditur aliquid. ſed ſi egreditur eſt res viſcoſa groſſa. Q. ſi fuerit propter ſiccitatem ciborum,ut riſi,neſpillorum,panis hordeacei,& hmōi. ſcitur relatione infirmi. Q. ſi cauſa fuerit propter multitudinem vrinæ,vt quæ in diabete,etiam ex re ipſa faciliter comprehēdetur. nam aderit ſiccus fortis & calidus circa renes & hmōi. Q. ſi fuerit ꝓpter caliditatem ventris erit vehementia ſitis ſenſibilis ardor circa ventrē & inteſtina, & ardor aut circa egeſtionem,& erunt egeſtiones ſemper ſiccæ. Q. ſi propter aeris caliditatem labore aut ſudore balnei,& ſimilium fęx exiccabitur,& retinebitur. Q. ſi fuerit propter corporis raritatem,tunc fæces erunt paucæ ſemper in omnibus diebus ſuæ ſanitatis,& ſchibalæ mittentur cum eis,& ſunt ſchibalæ fæces emiſſę in modum nucis, & multitudo famis vehementis appetitus,& ſiccitas fęcis ſm plurimum. Scybale quid.

Q. ſi fuerit pp ſiccitatē inteſtini, tunc erit extenuatio in myrach vētris & ſubtilitas eius,& non inuenit cū alia ſiccitate fæcis & difficultas exitus eius,& eſt cum ea ſitis, & ardor cum aliquali eius excoriatiōe hora egeſtionis. Q. ſi accidat retentio propter paucitatem choleræ tranſmiſſę ad inteſtina accidūt ſigna dicta ſupra de ea ex cholerę paucitate. Q. ſi ex aggregatione phlegmatis viſcoſi in inteſtinis aggregati illud acciderit q̄ ſm plurimum uenit,tūc accidunt ſigna ſupra de ea ex phlegmate dicta.

Signa demonſtratiua factę à debilitate virtutis, ſunt q̄a frequenter acceſſit ad ſcellam, & paululum emiſit, & in tempore longo fuit retentio multarum materierū,ſic propter debilitatem expulſiuæ aggregatarum.

Signa eius quę eſt ex vermibus ſunt ſigna vermium de quibus poſt,& anteceſſio ipſorum.

Signa eius quæ eſt debilitate ſenſus, vt quia nō percipit inteſtinum res mordicantes ſuppoſitas.

Signa demonſtratiua colicæ apoſtemoſæ ſunt, dolor in vno loco fixus cum grauedine plurimū, & inflatio & tumor ibidem. Q. ſi fuerit calidum. dolor erit acutior cū fe.acuta pulſatione,ſiti vehementi, inflammatio, & rubedo in toto,& oculis.retentio vrinæ,& eſt ſignum forte,& aliq̄n apparet frigiditas extremitatum, arſura ſiue inflammatio intrinſecus tanta vt q̄ opertmenta pati non poſſit, & illud proprie cū eſt magnum & eſt malum ſignum,ut infra. Q. ſi fuerit cholericum eſt grauitas minor,ſed febris inflammatio mordicatio vehemētior, & regimen p̄cedēs id declarabit vt ſupra. Q. ſi fuerit phlegmaticum ſigna erunt cōtraria ſaltē in gradu & frigiditatē atteſtātur, nam ibi dolor cōtinuus ī vno loco fixus cū grauitate,& tumor ad mollitiē declinās,& erunt egōnes phlegmaticę,regimē p̄teritū,vt ſupra. Q. ſi fuerit vlcus apoſtematū p̄cedere videbis apoſtema. deinde exitum puris,& ſaniei.

Signa demonſtratiua colicæ quæ eſt ex corroſione inteſtinorum ſunt eius ſubitus euentus poſt motum laborioſum,aut ſaltum vehemētem,aut caſum,aut percuſſionem, aut fortem luctum,aut tolerantiam ponderis,aut multam ventoſitatem retentam,rumpentem,& ſeparantem inteſtinum,aut meſentereon, & circūuoluētē ipſum ſicut circūuoluitur in crepatura. Q. ſi accidet ex ſolutione continuitatis extrinſecus facta tam nota erit. ſi à cauſa interiori illud faciet humor acutus. de quo ſupra.

Signa demonſtratiua colicæ factæ per cōitatem à ſtomacho ſunt,quia erit in ſtomacho repletio,grauedo, nauſeatiua ſacietas,cum eructuatione,& ſingultu, atq; impotētia euomendi. Si vero ad hepar vel ad ſplenem ſcietur ex læſione ipſorum cum alijs circumſtantijs multiplicantibus illos humores,& illud declarabit dolor ſm periodos, & exacerbationes. Q. ſi fuerit ex eo quod à toto ad inteſtina mittitur. ſi fuerit cholera calida lædetur, et iuuabit frigidis et ſtypticis,vt expertus fuit Gal. et proprie cum eduscētibus choleram,et de his vt ſupra de cholera. Q. ſi ad ſpiritualia præceſſit,aut phthiſis,aut aliquod tale,quorum ſigna poſita ſunt ſuis ſubiectis.

Similiter

Similiter ſi ad cerebrum catarrhus antecedens oſtēdit, & ſi ad totum diarrhœā, & fluxus præcedet. Q. ſi fuerit propter apoſtema hepatis, & ſplenis, & hmōi. ſigna illorū declarabū. Q. ſi fuerit propter compaſſionem ad renes & vias vrinæ, quia patiantur ſtrangurtam propter humorem groſſum, viſcoſum, aggregatum, aut propter lapidē comprimentem ſigna iam dicta ſunt in parte, & etiam dicentur infra proprijs rubricis. vbi de oppilatione renum, & viarum vrinæ agetur. Q. ſi fuerit propter apoſtema cerebri auferens ſenſuꝫ inteſtinorū ſcietur ex pſentia ipſius apoſtematis vnde, & acuta, mordicatiua non ſentientur. vt ſupra. Neque aliquid facient deſcendere.

Q. ſi per cōmunitatem aut compaſſionem ad neruos ſpaſmatos, quibus muſculi ani trahuntur, & retinēt ſuperflua id acciderit videbitur ſpaſmus, vel tetanus in alijs membris manifeſtis.

P R O G N O S T I C A colica in qua non eſt retētio fæcis vehemens, & dolor eſt mutabilis, & a liqſ alleuiatur plurimū quaſ redeat, & quies inuenitur poſt exitū ventoſitatis, & egeſtionis, & adminiſtrationem clyſteriorum eſt magis ſalua. Contraria vero prauior. Bonitas angelitus eſt bona ſignificatio ad euadendum. ergo eius malitia mala. Et quando in ventoſa dolor mutatur, eſt incolumis. Et in qua eſt inflatio ventris ſicut tympani eſt mala. In colica hæc ſunt ſigna mala fortitudo doloris, & ꝗa eum ſequitur uomitum. ſudor frigidus, extremitatum frigiditas, propter vehementiam doloris, & declinationis ſanguinis, & ſpiritus ad ipſum. ſingultus frequens permixtio rationis ſpaſmus, ſyncopis, ſubeth hmōi mortalia ſunt, vnde decimaſexta tertij de canonibus curationis. Colicæ enim dolor qñq; ad hoc peruenit vt perimat. Item ſi qd ingredi debet, & non ingreditur etiam cum ingenio malū & fortaſſe mortale, & inſignis extraneis, vt inquit Auic. & nota ly extraneis, quia in ſecretis Hippocratis cum apparet in habente dolorem vētris bothor nigrū ut faba & vlceratur, remanet vſq; ad diem ſecundū ad plus, & morif, & huic homini accidit ſubeth. Et colica qñq; eſt cauſa hydropiſis, arteticæ, epilepſiæ, maniæ, paralyſis, ita ꝙ ad has ægritudines qñq; permutatur. conſidera.

C V R A Canones. Et quoniā hæc paſſio eſt multum infeſtans, & periculoſa, hic non timebo in canonibus me dilatare, & ſi videbitur eos ad fructum replicare.

Primus itaq; canon ſit ille ꝙ vbi dolor colicus ſit partiua non multū infeſtās ſollicitus eſſe debes, immediate ad cauſæ abſciſſionē, qm̄ ſimul cū cauſa remouebitur ſymptoma cū parua ſint & pauca, et hoc dico te ſic cōprehendēte, qm̄ ſi ſecus eſſet oportebit te procedere. vt hic ſtatim.

Secundus ꝙ vbi dolor ſit vehemens valde infeſtans tu debes primo cum anodinis procedere calidis aut frigidis, vt exigit diſpoſitio, vt vbi gratia in cholerica cum viol. maluis, coriandro, papauere albo, nenuphare, folijs ſalicis, faciendo fomentationem ex his aut pluribus eorum decoctis in aqua cum ſpongijs aut alija petijs, aut alio tuo ingenio. In frigida cum camomilla, anetho, meliloto, fœnugræco, ſemine lini, altheę, & hmōi. Q. ſi iſta non ſufficiant, pcede ad narcotica vltimo. ſ. quando omnia alia non contulerint, & caſus erit in deſperatione, vt ſtatim.

Tertius. ꝙ nunquam vt faciunt multi truſatores eſt in tali dolore inchoandum à narcoticis, & ſpecialiter cauſa exiſtente frigida. Vnde Aui. de cura colicæ. Incipientes. n. ſedare dolorem cum narcoticis componūt rem magni erroris. adminiſtratio enim narcoticorū non eſt curatio vera in aliquo, & illud ideo qm̄ curatio vera eſt inciſio cauſæ, & ſtupefactio eſt confirmatio cauſæ & deſtruitur ſenſus per eam, vbi vero cauſa foret calida non eſſet tantus error, ſed tu tñ debes prius cum facilioribus & non deſtructibus ſenſum pcedere. Vñ in ſumma in cauſa frigida euites quantū poſſibile eſt, propter quod nota quæ de ſtupefactiuis dicta ſunt de fluxu medicinali & de dyſenteria.

Quartus. ꝙ vt poſſibile eſt fiti non ſatisfiet cum aqua pcipue à qua omnino ſe abſtineat, maxime cauſa exiſtente frigida. unde potet quanto minus poterit, ſed hic bene conſidera. nam materia exiſtente calida magis ſua qualitate ꝙ ſubſtantia nocente videtur non inconueniens ſiti ſatisfacere. Item in ea quæ eſt ex retentione fæcum vbi potus eſſet mollificatiuus earum, ſed de his in complemēto primi canonis curatiui. item conſidera ſi adeſt febris.

Quintus. ꝙ cum calefactoria applicamus, materia exiſtente frigida, ſiue mala complexione frigida maxime aduertere debemus ne hepati noceatur, caliditate applicatorum ſubſtantiam hepatis diſſoluente, aut inflammante. eſt enim hepar facile diſſolubile. vt ſupra de eo. & conſimiliter iuere cor vtriq; applicando epithemata frigida. de quibus ſuis rubricis, vt videbitur expedire.

Sextus. ꝙ in caſu in quo calefactoria ſiue reſolutiua applicentur. & dolor augeatur, ꝙ ab eis eſt abſtinendum.

Septimus. ꝙ in applicādo ea debemus procedere de debili ad forte. vt ſupra ſæpe.

Octauus. ꝙ ſtudium ſit in confortando cerebrum inungendo cum oleo ro. & ſimilibus aromaticis frigidis, vt ſupra de mala cōplexione calida cerebri, ne ipſum ab aſcenſione vaporū lædatur, à quibus conſueuit lædi, inducendo commixtionem rationis. Auic. de cura eius.

Nonus. ꝙ à medicinis laborioſe ſoluentibus, vt poſſibile eſt abſtineamus, quid aūt de diaphænicone qui videtur eſſe medicina appropriata huic morbo, & ē laborioſe ſoluens dicendū ſit, apparebit in cōplemēto tertij canonis curatiui. nec iſte canon poſtergandus. vt infra.

E T Q V O N I A M hæc ægritudo vt ſupra moleſta eſt nimis & conſueta hinc me extendo ad curam eius diuidendo præter conſuetum ipſius regimen in præſeruatiuum, & curatiuum. Et de hac primo me ſuccincte expediens, dico ꝙ ab his cibis debet ſe præcauere qui apti ſunt colicam inducere. de quibus iam actum eſt, & infra aliqd dicetur de regimine curatiuo. deinde apparēte ſigno repletionis & inceptionis colicæ, vt ex punctura, tortione, dolore, licet leui debet ſubito medicus interdicere repletionē & introducaf abſtinentia, & euacuatio vomitu vel ſeceſſu per enemata prius aut per pharmacum, vt expedire, & cōgruentius videbitur attentis conditionibus præſentis infirmi. Item proſequatur cū digeſtiuis, deinde materiæ appropriatis. Poſtremo ad vnctiones, emplaſtra, & alia extrinſeca applicanda, & vſq; ad balnea naturalia, de quibus omnibus infra ſuis locis. Et nē hoc loco vacuus à me diſcedas aliqua ponam pro complemento dictorū in modū exempli. nam diffuſe infra habebis cōſimilia, & in magna copia vſus decoctionis vini, cum quo bullierūt pentaphilon, trifolium, bethonica, gramē, ita ꝙ mane ante cibū ſumatur de eo. ℥. iiij. cum zucchario & modico zædoariæ, & maxime exiſtente cauſa frigida phlegmatica. Item vſus aquæ cicerum, rutę, ſeminum melonis, & carthami decoctorum. Item in menſe mundificare corpus cum aliquo electuario aut pilul. Et commendatur electuarium hoc. ℞. turbith electi, hermodactyli. ana. ℥. iiij. eſulæ. ℥. ij. piperis longi. zinz. ſpicæ. ana. ℥. ſ. macropiperis. ℥. ſ. croci. ℈. j. ſeminis leuiſtici, granorum ſolis, & ſeminum geneſtræ, ſaxifragiæ. ana. ℥. j. medullę carthami. ℥. ſ. zucchari quantū ſufficit, fiat electuarium, de quo accipiatur coclear vnum in menſe, & deſuper bibatur parum aquæ calidæ, & aliqui addunt caudas cicadarum, grillorum, & ſcorpionum, cinerem & cantarides, ſed conſideres ſi placet. Poſt cibū laudaf vſus diagalangę, aut triphere ſtomachū cōfortātis, & reſoluentis ventoſitatē, vt eſſet. ℞. garyophyllorū inciſorū. ℥. ſ. galangæ. ℥. ij. zinziberis. ℥. ſ. medullæ carthami. ℥. ij. aniſi, fœniculi. ana. ℥. j. ſ. liquiritiæ. ℥. ij. ſemi. melonum mundatorū. ℥. iiij. Et bibat vinum ſubtile aromaticū. hęc pauca addere volui pro eius pſeruatiōe pro quibus ſentias te colligere reliqua neceſſaria propoſito iſti. quarum.

REGIMEN curatiuum diſtinguatur in regimen ſcd'a rerum nõ naturalium, & regimen medicinale. Et pro primo ſit aer temperate calidus. nam caliditate aeris et fortitudine doloris nimia fit ægri, & virtutis reſolutio. Cibis vtatur contrarijs cauſæ, de quibus iam actum eſt, de quibus particulariter dicetur in cura particulari, & ſuarũ particularium cauſarũ, ſed maxime cauſa exiſtente frigida abſtineant, & ſitiant quantum tolerare valent. Et in cã frigida laudatur aqua mellis facta ſm artem. itẽ & aqua cocta cũ ſy. de radicibus abſq aceto per oĩa facta ſicut fit aqua mellis. quia in eadem proportione. Item aqua cocta cum zuccharo ru. Item vinum lymphatum cũ aqua cocta. vnde ſi neceſſitas ad bibendum multum inſurget poterit bibere paulatim & alternatim. conſidera ſemper ſi aderit fe. vt infra. Cauſa vero exiſtente calida à quibuſdam nõ vetita eſt aqua frigida vt ab aggregatore Brixienſi. vnde laudat ſe ſanaſſe iuuenes, & ſenes cum regimine frigido & humido, & potu aquæ frigidæ cauſa exiſtente calida cholerica, & hoc non contradicẽte aliqua diſpoſitione ex parte viſcerum virtutis & hmõi. Item valet potus aquæ decoctæ cum zuccharo. Item aqua hordei cum zucccharo. Itẽ aqua decoctionis violarum, aut maluæ, aut ſpinachiarum cum zuccharo, & hmõi. Exercitium eſt res eis multum cõueniens & pedibus & manibus factum. Item reuolutiones ſuper ſtratũ. Somnus eſt res eis ſingularis, & proprie poſt inanitionem ventris, & maxime cauſa exiſtẽte frigida, ubi vero eſſet calida ſecus qm̃ cauſa ex ſomno videretur augeri, & tu conſidera. Euitetur repletio oĩno & introducatur inanitio, & vt infra. Accidentia animi generalr videntur exterminare virtutẽ, & vt hic non cõueniunt, pro quanto tñ calefaciunt, vt ira, rixa. & hmõi. in cã frigida cõueniũt. Et ad particularia deſcendens iuxta ordinem cauſarũ.

CVRA in ea quæ facta eſt frigiditate aeris aut caliditate exceſſiua tres ſeruẽtur canones. Primus ordinatio diætæ ad contrarium cauſæ. Secũdus remotio cauſæ. Tertius alteratio cum frigidis aut calidis, vt diſpoſitio exigit administrando ea intus & extra, prout dictum fuit ſupra de mala complexione ſtomachi, & tu ibi. Q. ſi ab aere fuerit epidimico conforta' cor cum conuenientibus diſpoſitioni, vt ſupra de corde. Q. ſi ab aere exceſſiue calido accidet fœcum exiccatio pp quod infra canones ponam.

CVRA ſi à ſuperfluo coitu, conforta & nutrias virtutem cum rebus reſtaurantibus & humectantibus, & de his infra.

CVRA in ea quæ fit propter paucitatem choleræ, oportet vt recurras ad ea q̃ ſcripta ſunt de ictericia ex oppilatione, ita q duo ſeruentur canones. Primus eſt apertio oppilationis pori. & cum quibus hoc fiat, habes ſupra de ictericia. Secũdus eſt adminiſtratio lenificatiuũ vt ẽ caſia fiſtula, medulla carthami cũ ficubus & hmõi. Itẽ decoctio blitis cũ oleo & ſale, & cõiter ſic in reliquis. Rege ex parte cõfectionũ & aliarũ rerum, vt infra dicetur.

CVRA. In ea vero quæ ea cauſis alijs primitiuis, vt eſt cibus ventoſus, potus aquæ frigidæ, vini multum infrigidati, aſſumptio rei natura colicæ, & ſimilium. Oportet ee opponere primo cum educentibus talia ex corpore, deinde cum contrarijs remouentibus malam cõplexionem, de quibus dicẽ ad plenum infra de mala cõplexione cũ materia. Q. ſi cõprehenderis ibi adeſſe materiam, & nõ malam cõplexionem tm̃, tunc pcede vt infra de mala cõplexione materiali. Mithridatum aũt & theriaca ſunt bezoar narcoticorũ. Item crocus, caſia lignea, caſtoreum, & hmõi. quæ adminiſtrabis vt decentius poteris, aut in forma pilulari, aut cõfectionis, aut electuarij, aut pulueris cũ vino aromatico. & hmõi. Et ea quæ eſt ex veneno curetur primo cura veneni dando vt dictum eſt.

CVRA in ea quæ eſt à mala cõplexione frigida ſimplici cura eſt iam dicta. quia hi duo ſeruentur canones. Ordinatio diætæ. Alteratio inteſtinorum cum calidis ſtatim habebis ad plenum.

CVRA in facta à mala cõplexione frigida materiali à qua ſm plurimum euenit colica, hi ſeruẽtur canones. Ordinatio diætæ. Mitigatio doloris. euacuatio. Digeſtio cauſæ antecedentis. Diuerſio euacuatio iam digeſtæ materiæ, & cõiũctę. Alteratio inteſtinorũ cũ calidis à qualitate manifeſta, & occulta, ſiue à proprietate remouentibus colicã intus, & extra adminiſtratis. Correctio accidentium.

De ordinatione diætæ iam dictũ eſt in generali, ſed deſcendendo ad ſpecialia, dico q in cauſa frigida debet abſtinere à cibo & potu vt fiat reſolutio & conſumptio materiæ, debet abſtinere ab omni re frigida actu, & etiam potẽtia inquãtum põt, vt ſunt fructus frigidi, de quibus ſupra, aqua frigida, aer frigidus, & hmõi. Vtatur pane furfuraceo. itẽ in quo ſint ſemina aniſi, fœniculi, cimini, & hmõi.

Carnes comedat cum caulibus & blitis coctas cum ſinapi, & aromatibus. item cum allio. Item potet vinũ potens, album, & tu ſemper conſidera ſi adeſt fe. quia ſi nutritiua ſint in caſu, tñ attende ne nimium augeantur & virtutem pſternant, & ideo modera. Item comedat ficus ſiccas, alliũ coctũ, phiſticos, & hmõi. & dimittat fructus recẽtes, vt ſupra de exercitio, ſomno, & alijs iam dictũ eſt.

PRO COMPLEMENTO ſecundi ſcito q vt dictum eſt dolore exiſtente vehementi, de quo eſt ſermo, quia vbi eſt non vehemens aliter pcedẽdũ, vt ſupra. oportet nos peruertere curam regularem, qm̃ ſic facit accidentium vehementia, vt Auer. 7. colliget, de quo ſupra. in principio libri huius. & ideo ante abſciſionem cauſæ attẽde doloris mitigationi quod fit aut per ea quæ ad extra applicantur, vt ſunt euaporatiua, emplaſtra, & hmõi, de quibus per ordinẽ ſtatim. aut per ea quæ ad intra, vt ſunt clyſteria, decoctiones, & alia anodina, de quibus iam. aut cauſam remouẽtia, quia materiam phlegmaticam vt ſunt clyſteria ſolutiua, aut pharmaca ipſa de quibus in ſequenti tertio canone. Sed primo ante applicationẽ talium ſtude, immo fac clyſter lenificatiuũ, eductiuum fœcum ex maluis, viol. mercuriali, furfure, iure pingui, oleo cõi, aut camomillino, aut anethino, aut ſale, deinde applica anodina calida. Et ex his ſunt, anethum, camomilla, fœnugræcum, melilotũ, althea, & ſiquidem temperata, pruni ientur ſemẽ lini & alia cõſimilia, de quibus tertio tractatu. Iſta autem applicantur diuerſimode ſm diuerſa ingenia, & præcipue materia non exiſtente multa. nam ſi multa fuerit ſufficiunt ipſam materiam in vaporem conuertere, & non ſufficiunt reſoluere, & ideo tunc eorum applicatio eſt nociua, & dolorem augent. & ideo ante eorum approximationẽ bene conſidera. Cum itaq ex eorum replicata approximatione dolor augebitur, tunc imputa multitudini materiæ. Facta enim decoctione harum rerũ cum aqua aut vino albo lymphato aut ex ſe aquoſo accipiũt ſpongias magnas, et in tali decoctione infundũt, & explas fortiter loco doloris applicant cum applicationibus ante cibi aſſumptionẽ, & qñq poſt vehementiam doloris, & cum tepere incipiunt remouent, & renouant, quidam cum filtro idem agunt, quidam cum panno laneo, quidam cum petijs linei, ſed melior eſt ſpõgia magna ſubmerſa in vino albo in quo bullierint camomilla, & laurus, ita calida quantum ſufferre poterit, applicata magnifice confert. Quidam implent veſicã pneſ, vel ſtãneam decoctione dictarum rerum & applicant, verum eſt q diu calorem retinet illa veſica quaſi per totam noctem, ſed primo imponiẽ talis decoctio bulliens. Quidam hoc idem operantur cum veſica porci. ſic diuerſi diuerſa ingeniant. Item facta tali euaporatione & mundato loco applicant vnctionem, aut emplaſtrum. Vnctio ad idem. ℞. olei de ſpica. anethi. ana. ℥. i. ſ. camomillini. ℥. ſ. cinnamomi. ʒ. j. croci. ℈. ſ. caſtorei. ℈. ij. ceræ citrinæ. q. ſ. fac vnguentum. Item ea alijs oleis calidis conficere poſes, pro quibus recurre ad ea quæ de dolore ſtomachi, & mala cõplexione materiali frigida, eius dictũ eſt. Emplaſtrum

ſtrum ad idem. ℞. florum camomillæ, melliloti, ana. M. j. anethi. M. i. ſ. radicum altheæ. M. ſ. farinæ ſeminum lini, frumenti. ana. ℥. j. olei comomillini, anethini, ro. ana. ℥. i. ſ. butyri. ℥. j. pinguedinis porci recentis. ℥. i. ſ. croci. ℈. ſ. & cum ſufficienti quantitate decoctionis altheæ fiat emplaſtrum. Quibuſdam magis placet adeps anatis, ſed tu lege Auic. in ſecundo de adipe. Clyſteria etiam hoc loco anodina ſumme laudantur, & credo efficacia clyſteria. ℞. radicum altheæ. M. j. florum camomillæ, meliloti. ana. M. ſ. anethi. M. j. ſemen lini. M. ſ. bulliant in ſufficienti quantitate aquæ, & eorum expreſſio, & colatura de qua accipiatur. ℥. xij. & addatur pinguedinis porci. ℥. i. ſ. pinguedinis anatis. ℥. j. olei camomillini. ℥. ij. & ſic plus q̃ tepidum imponatur abſq; ſale. Et ipſum retineat patiens ſtans côtinue ſupinus ut poſſit eum melius retinere, licet alius decubitus ratione doloris eſſet conuenientior. vbi nota ꝙ ſi conſuetus eſt retinere & poſſit melior decubitus eſt ſuper ventrē & præcipue ſuper locum doloris, nam cum iacet ſuper ventrem fit expreſſio clyſteris ad exteriora. & ideo iacere ſupine cum retinere non poteſt eſt ſitus côueniens, & maxime conuenit hic ſitus q̃n dolor colicus eſt à renibus. Aliud ad idem. ℞. florum camomillæ, abſinthij, meliloti, paritariæ, calamenti, maluæ. ana. M. j. fœnugræci, ſeminis lini. ana. ℥. j. caricarum numero. x. hyſſopi. ℥. j. cimini, aniſi, fœniculi. ana. ℥. ſ. furfuris modicum, bulliant in aqua ſufficienti, deinde fiat colatura cui addantur olei anethi. ℥. ij. mellis ℥. i. ſ. & ſic plus q̃ tepidum imponatur. ſi itaq; ingrediatur bene, ſi nō, & neceſſe ſit vt egrediatur impone ſuppoſitorium, aut aliud clyſter tale ſit & anodinum, tunc impone de ſale vſq; ad quantitatem, ʒ. iij. plus & minus ſm ſenſibilitatem ſuorum inteſtinorum. Item ad idem clyſter factū ex decoctione camomillæ in brodio gallinę pinguis cum oleo camomillino. Item clyſter ex ſolo oleo côi q̃nq; iuuat. Item ex oleo camomillino, & butyro, pinguedine porci, vel anatis, & vitello oui, & ſic de alijs, quę per te cô ficere poteris. Per ſuperius datur brodium gallinæ, decoctio florum comomillę cum modico zucchari, ſed ea quę per ſuperius dantur non ſunt ita efficacia vnde in hoc caſu noſtro nihil melius clyſteri, de quo clyſteri vt ducem ſequar, antequā veniam ad complemētum tertij. & de forma eius agendum eſt, debet enim patiens cum recipit clyſter ſtare ſi virtus tolerat ſuper genua ſua eleuato ano et capite depræſſo, & ad ſe aerem trahere. deinde ſe ponere ſuper renes, ſi à renibus euenerit colica, vt infra, aut ſi male continere poterit enema, & conſuetus ſit male retinere, aliter autem ponat ſe immediate ſuper locum doloris. ipſumq; retineat plus q̃ poterit, q̃m eius retentio longior erit ad ſalutem, eius aūt impoſitio regulariter debet eſſe per horas ſex ad minus poſt cibum. Forma eius ſit in extremitate per quam ingreditur acuta cum magnis foraminibus, & in extremitate alia lata, & canna ipſa tota ampla vt facilius & citius ingredi poſſit liquor, ſiue enema, & inungatur oleo aut pinguedine aliqua prius, hæc tñ moderanda ſunt ſm ætates, ſed tamen ſcito ꝙ q̃n latior tanto melior. Et quia in modo ponendi conſueuit aer ingredi ex defectu imponentium, ideo ſis attentus vt ſuper de liquore remaneat in manica clyſteris, & qui imponit torqueat ſuauiter manicam non aliter comprimendo ipſam manu, q̃m ſic aer ingreditur. B Item nota ꝙ reperitur alia forma clyſterij conſueta quæ eſt in caſu iſto multum conuenientior q̃ depingam, ſed vt etiam modus conficiendi abſq; pictura habeatur ſic eam deſcribam. Accipe lignum ad quantitatē quatuor palmarum ſiue duorum pedum, & ſit rotundum perforatum ad groſſitudinem conuenientem. ſicut exēpli gratia. in cānā magna & in extremitate ſuperiori ſit latū quēadmodum eſt tenor fiſtulę magnę, aut liga vnā paraſpſidē in extremitate vero inferiori imponatur lignum rotundū in medio perforatum, ita ꝙ pars ingrediens in extremitatē eius ſit perforata, alia vero bene clauſa & ſit q̃titatis octo digitorum, apud vero extremitatem nō perforatam diſtāter per vnum digitum groſſum imponatur cannula parua debens ingredi anum, & hæc omnia melius côprehenduntur in figura hac quæ eſt hic poſita. A




& tunc pone liquorē per partē latā ſuperiorē, & ſit ſemp liquor multæ q̃titatis, vt ſua grauitate melius ipellat, & ſic ingredietur abſq; vlla vētoſitate, & erit côuenietior modus.

Et ex eiſdē anodinis fieri pñt ſorbitiones in caſu iſto commendatæ. vt. ℞. decoctionis camomillæ in brodio gallinę pinguis. ℥. vj. & cum modico zucchari da calidum quantum ſufferre poterit, & ſimiliter decoctio radicum altheę, & hmôi. quę per te ex datis ordina. Balnea ēt hoc caſu côferunt & præcipue naturalia, ſalſa, & aluminoſa, & ſulphurea, & ſi eorum aqua bibatur, facta vero ex aqua dulci, & ſi videantur mitigare dolorem, tñ imprimunt frigiditatē & humiditatem, & ideo tñ ſunt conſideranda, de quibus etiam infra in fine complementi ſeptimi canonis principalis, & tu ibi. Vltimo nota cum cætera non proſunt veniēdum eſt ad narcotica per ſuperius aut inferius exhibita, & vt dictum eſt ſecuriora ſunt q̃ per inferius. vnde in enematibus ponitur opium circa quantitatem ciceris, aut philonium quod magis conſueuit dari per os dolore circunſtante, aut requies, de quo philonio in dubijs in fine capituli. aut dare pilulas poſitas ſupra de ſuperflua vigilia aut alia vt libebit, vt ſupra de dyſenteria inteſtinali, quibus locis recurre. aut theriacam nouam aut antiquam cum modico opij & hmôi, de q̃bus narcoticis dicet. & aliq̃d in fine cap.

VERVM quia euacuatio conſueuit magis ac verius iuuare cum ex ea ſequatur cura vera, & ex dictis mendoſa hinc in eis multiplico, etiam quia de re iſta infra ad ipſam euacuationem deſcendens qua per ſicut tertius canon, & cura vera adipiſcitur. Et antequam ad euacuationē venias nota primo ꝙ talis euacuatio magis debet fieri p clyſteria, & ea quæ per inferius ponuntur q̃ ſuperius data iuxta canonem poſitum ſupra, & de dyſenteria ēt authoritate Aui. & aliorum. Secundo ꝙ ſi contingat te dare pharmacum per ſuperius, talis non debet eſſe educens à remotis vt ex ductu aliarum materierum ad locum fortior ſequatur oppilatio & dolor. ꝓpter quod nota ꝙ diaphœnicon deſcriptiōe Meſ. eſt ſingularis medicina in colica ſm ꝙ ipſe cômendat, nam dactyli ſua viſcoſitate retinēdo prohibēt eleuationem aliarum medicinaꝶ ad remota, quare à remotis nō trahit. Ex quo infertur ꝙ confectio diaphœniconis quæ fit ſolida non eſt in caſu conueniens, q̃m eius compoſitionem non ingreditur dactylus contra operantes Venetijs qui eum in forma ſolida ſic exhibent. *Medici Veneti notant.* Tertio & eſt ſicut correlariū, ꝙ in pricipio q̃n volumus p ſuperius euacuare quod debemus incipere à lenitiuis, & lubrificatiuis vt eſt caſia, ius galli decrepiti, & hmôi, vt īfra. vnde Aui. de cura eius, & ex eis in quibus non eſt conuenientia, eſt ut feſtinatio ſit in dando in potu ſolutiuū deſuper, ipſum enī eſt fortaſſe vehementis virtutis, & humores & ſchiballe ſunt plures cum conuertitur ad eos humor. deſuper fortaſſe nō inuenit penetrationem & perducit regimen ad timorem maximum. & illud ꝙ in primis eſt neceſſarium eſt ut incipiat, & ſorbeat lenientia lubricantia, ſicut ius galli vetuſti quod narrabo in eis quæ ſunt poſt. Quarto ꝙ q̃n ſcitur ꝙ ſtomachus eſt debilis plenus humoribus quod ſcitur quia accidit grauitas ſup vmbilicum & repletio ſentitur, tunc audaciores eſſe debemus in dando pharmacum p ſuperius. Quinto ꝙ pharmaca per ſuperius exhibita nō de

bent

bent eſſe magnæ quantitatis, quoniã ſtomachus ea abhorret, & ea non retinet, vnde non fœlicitatur operatio intenta, & ideo dixit Aui. de cura colicæ. & quod deterius ſumitur in potu ex colica in ſolutiuis eſt vt ſit magnæ quantitatis ex qua fugiat ſumens. & ſubditur immo pilulas, & omne quod eſt minoris quãtitatis. Sexto ꝙ talia ſint atomatici odoris, & in hoc debet medicus eſſe curioſus. Septimo ꝙ in caſu non debemus expectare digeſtionem ſaltē infeſtante dolore, quoniam tunc materia habetur fuccoſa, & ideo canunt verſus magiſtrales.

Sinocha cum colica, phreneſis, ſquinantia, & antrax,
Materias crudas euacuare iubent.

Et incipiatur euacuatio, vnde ſtatim debemus euacuare, propter quod inquit Auic. quod eſt ſm ipſum, quia fæces humoris aut ventoſitatis. Octauo cum peruentũ erit ad euacuationem per clyſter ꝙ talis debet fieri ſtomacho vacuo ne ipſo exiſtente pleno per clyſter fieret attractio ad inferiora materierum crudarum venientium ad fortificationem oppilationis, & doloris. Nono quòd ſuppoſito ꝙ dolor fiat poſt aſſumptum cibum vel ſtomacho exiſtē te pleno ꝙ anteq̃ ponatur clyſter ſtatim tenteiur euacuatio ipſius cibi per vomitum, & reiteretur vomitus ipſum cũ cibo. & humores qui ſunt ſub forma cauſæ antecedētis euacuentur. Decimo ꝙ ſi poſt aſſumptum pharmacum non ſequitur vt debet euacuatio ꝙ eo caſu clyſter fiat lenitiuum. Vndecimo ꝙ cũ incipere volumus ab euacuante, clyſter tale nõ debet eſſe acutum vt ſua acuitate ante digeſtionem materiæ trahat materias ad locum oppilatum.

Duodecimo ꝙ ſtante digeſtione tunc poterunt exhiberi clyſteria acuta, quoniam non erit illic timor, vt ſupra, ſed fiet conueniens euacuatio & doloris ſedatio. Tertiodecimo quòd non debemus multum continuare clyſteria. vnde Auic. Et oportet vt non continuentur clyſteria, immo interueniat inter ea ſpatium, nam continuatio eorũ eſt cauſa debilitationis virtutis & attractionis materierum multarum ad locum quæ poſtea propter debilitatem non poſſunt expelli & remanentes oppilationem ac dolorem maiorem faciunt. Quartodecimo ꝙ cum aliquando neceſſaria ſint medicamina acuta vt clyſteria, & partim ex acuitate pharmaci eleuari ad ſuperiora, partim ex vaporibus, & à materia ipſa eleuatis cerebrum pati conſueuerit. ita vt quandoq; patiens ad permixtionem rationis deueniat, debet medicus puidere ipſi cerebro cũ aromaticis frigidis oleis frigidis & hmõi, ne ab eis ledatur. vt ſupra de diſpoſitionibus capitis magis & minus, vt ipſa exigit diſpoſitio. ſed hoc magis conſueuit accidere in colica calida, vbi etiã remouebatur quod dictum eſt hic. Decimoquinto ſcito ꝙ licet ex potentiali caliditate clyſteriorum acutorum lædi conſueuerint cor & hepar, etiam lædũtur maxime ex caliditate eorum actuali maxime quando frequentanť. & tõ prouideatur hepati & cordi cum vnctionibus, ſuccis, epithematibus frigidis cũ ſandalis, & camphora q̃nq;. vnde melior eorum infrigidatio hoc caſu eſt cum ſuccis. Auic. emplaſtra, epithemata, & hmõi infrigidantia ſuis habuiſti locis de corde & hepate, ſi deť aliud pharmacũ à diaphœnicone deť in forma liquida, & poſt ipſum lauatiuum, vt nõ cõtrahat moram. His itaq; dictis ante eũonem, & in eũone attendẽdis ſic p̃miſſis, cõſequens eſt vt ea ponantur euacuatiua quę pro eũone materiæ phlegmaticæ facientia colicam dari conſueuerunt. hęc nãq; ſunt, aut clyſteria, aut ſuppoſitoria, aut alia ꝑ ſuperius exhibita. Clyſter leue à quo prius incipiendũ, vt ſupra. ℞. aquæ decoctionis blitis & furfurũ. ℥. xij. mellis cocti & deſpumati ℥. ij. vel zucchari ru. ℥. j. ſi ex melle timetur vẽtoſitatis generatio olei cõis ℥. iiij. ſalis. ʒ. ij. imponatur tepidũ vel circa. Q. ſi aderit fe. non ponantur furfures, neq; mel, neq; oleum cõe, ſed violatum. Aliud fortius. ℞. altheæ, furfurum, ſiclæ. ana. M. j. caricarum numero. x. bulliant in libr. iiij. aquæ donec ad vnam redeant cum dimidia. deinde. ℞. de dicta colatura. ℥. x. olei vio. ℥. iiij. ſal. ʒ. ij. vel plus ſm ſenſibilitatem inteſtinorum, & ponatur calidum. Aliud efficacius. ℞. colloquintidæ. ʒ. ij. centaureæ minoris. ʒ. j. carthami. M. j. rutæ, origani, calamenti, arthemiſiæ, ſatureiæ. ana. M. ſ. decoquantur ſufficienter in aqua conuenientis quantitatis, de qua aqua recipiantur. ℥. xij. vel circa, & in ea diſſoluantur. ℥. j. ſepi arietini, & addantur caſtorei. ʒ. j. ſerapini. ʒ. ſ. opoponacis. ʒ. ſ. oleorum de ſpica, liliorum alborum. ana. ℥. j. ſ. ſalis. ʒ. ij. imponatur calidum & non multum. Quòd ſi dolor fuerit vehemens valde addatur opij quantitas ciceris, & apud multos reputatur efficax operatio, non tantum in forti colica, ſed etiam in forti iliaca. Exemplificato de debili forti & fortiori. Nunc ponam aliqua ex parte quorum fortitudinem & debilitatem per te comprehendes. tu tamen conſidera bene ſi adeſt feb. ſi facilis poteſt conſequi inflammatio iuxta canones poſitos ſupra. Expertum. ℞. baurach. ℥. j. tere & diſſolue in. ℥. vj. olei rutacei, & impone calidum. Aliud ad idem & multum commendatum. ℞. ius galli decrepiti verberati ſm artem, vt infra de cura colicæ ex retentione fæcum cum decoctione carthami, polypodij, cimini, anethi, centaureæ, fœniculi, aniſi. ana. & addatur olei rutacei. ℥. iij. caſiæ, hieræ. ana. ℥. ſ.

Alij ex ſolo vino aromatico, vt maluatico, & huiuſmodi. cum oleo communi & modico cimini cõficiunt, tu tamen ſemper aduerte ſi adeſt feb. Aliud fortius quo non eſt vtendum niſi magna exiſtente neceſſitate. ℞. ſeminis aniſi, cimini, anethi, ameos, baccarum lauri, fœniculi carui ana. ʒ. j. origani, calamenti, rutæ. ana. M. j. foliorum ſiclæ, mercurialis, florum camomillæ, centaureæ minoris, furfurum. ana. M. ſ. caſtorei. ʒ. j. ſ. carthami, polypodij. ana. ʒ. ij. agarici. ʒ. i. ſ. bulliant in aqua ſufficienti quantitate & colaturæ, addantur olei rutacei, anethini. ana. ʒ. ij. ſalis communis. ʒ. ij. hieræpigræ, caſſiæ. ana. ℥. ſ. mellis. ℥. j. ex his omnibus fit & fieri poteſt ex paucioribus, tu itaque eligę, & fac ſm canones, vt videbitur. Item quãdoq; fit clyſter ex decoctione radicis cucumeris aſinini, cum culpa colloquintidæ, & cum oppoponaco, & ſerapino diſſolutis in oleo rutaceo, ꝙ eſt forte, maxime cum retinetur certis horis. Item fit clyſter ex ſy. acetoſo compoſito cum melle facto cum pulpa colloquintidæ, polypodio, & huiuſmodi educentibus phlegma, & certe vbi exiſtimatur ꝙ phlegma ſit inobediens exitui ſua vehemente viſcoſitate non eſt ferendum ponere in clyſteri de aceto in notabili quantitate cum tali multo. vt. ℞. aquæ decoctionis radicis altheæ lib. ſ. aceti. ℥. iij. baurach. ℥. j. olei liliorum alborũ. ℥. iiij. Item & eſt iuuatiuum valde. ʒ. j. caſtorei cum oleo. Et nota hic quòd mirabilis eſt in caſu ſuccus panis porcini clyſterizatus, & videbitur ſedare dolores, ita & aiunt mirabile conferre caſtoreum in colica frigida. Item. ℞. picis hiſpaniæ. ʒ. iiij. olei rutacei, butyri. ana. ℥. iiij. fiat clyſter. Item in ſedando dolorem valet aſſa, fimus columbinus, amoniacum cum melle conquaſſatum, & replicando dico te cum cautela, & obſeruatione canonum hæc fortia applicare, conſidera. Item nota vt infra quòd hiera in his enematibus eſt conuenientiſſima medicina, quia materiam in rugis inteſtinorum contentam & in eis incluſam remouet & educit. Et ne in longum procedam in his enematibus hic ſcribam ſimplicia quædam, & compoſita valentia in reſolutione materiæ frigidæ phlegmaticę, & eius euacuatione domeſtica ſatis & virtuti familiaria, ex quibus diuerſia diuerſa, & plura per te adiuuare poteris. Talia ſunt, origanum, calamentum, ruta, pulegium, hyſſopus, ameos, maiorana, laurus, & baccę eius, enula, radix peoniæ, ireos, ſiſeleos, aſpaltum, myrrha, anaſturtium, galanga, anethum, tribuli, crocus, vinum antiquum potens, ſparagus, aniſum, gallia, ſtercus columbinum, ſtercus canis, maxime comedentis oſſa. Et ex calidioribus qbus vti debes materia diminuta, ſunt piper, ſynapis, allium domeſticum, & ſilueſtre, zinz. & ſimilia. Et ex abſtergentibus

ſunt

ſunt, carice, ſtercus canis, columbini, mel, ſicla, furfur, centaurea minor, vrtica, ſe. eius, mercurialis, ius galli decrepiti, carthamus, baurach, aqua maris: & huiuſmodi. Et ex cōpoſitis alteratiua ſunt, theriaca, methridatum, electuarium de baccis lauri, & huiuſmodi. Et ex proprietate valentia ſunt, alliū de quo Auicē. decimaſexta tertij de medicinis cōferentibus colicę frigidæ. Allio enim ineſt ꝓpterea bona in ſedando dolorem frigidæ cum hoc ꝙ nō eſt ei vis faciendi ſitim ſicut cepæ, & quādoq; ſumit eum colicus cum ſentit vitiū colicæ & dimittit cibum omnino & vltimat ſe in exercitio, & nō comedit aliquid, immo dormit poſtquā bibit de vino puro, & reiterat & ſanatur. Itē caſtoreum vt ſupra de quo Auic. allegato loco. Et caſtorei in colica eſt operatio mirabilis. Lumbrici terreni exiccati in potu dati. Stercus adib in potu datum, & eius ſuſpenſio ſola in pelle cerui, & cum argento, etiam vt voluit Gal. qui ſuſpendebat circa vmbilicum, & dicit ſe ſæpius ꝓbaſſe. Et puluis inteſtini ipſius lupi exiccati eſt ipſo ſtercore magis iuuatiuum datum in potu, Item ſcorpiones aſſati, & ſunt vltimum remedium. Cornu cerui vſtum in potu exhibitum. Et licet hæc poſita ſint cōferre bibita, tamen hic ea adduxi credens ſuppoſita non minus iuuare. Et hic gratis noui intantum quidam extulerunt ſtercora lupi, vt dicāt experimentum ex eo factum, quia ad brachiū vel coxam ſuſpenſum hora doloris verum eſſe, quibus vt poſſum credo. Dicunt & alij ꝙ portio illa vmbilici quę inciditur à nouiter nato ſuper ſe portata defendit hominem à colica. Item quòd portio coralli idem operatur.

Adib arabib⁹, tēſia lupus nuncupat.

Item ad idem hepar capræ vſtulatum & bibitū. Et multa talia audiui inueniri, quibus cum fidem non adhibeam magnam ſilentio præterij. Ex his itaque vt dictum eſt confice clyſteria vt placebit. Ex eiſdem etiam fieri poſſunt ſuppoſitoria cum melle. Suppoſitorium. ℞. pulpæ colloquintidæ. caſtorei. ana. ℈. j. chitram coclearia duo, mellis quod ſufficit, & adde modicum ſucci panis porcini eſt forte valde, quod in vltimis quando alia non conferunt adminiſtra. Aliud & eſt almanſoris. ℞. ſalis. ʒ. ij. colloquintidæ, ſcāmoneæ. ana. ʒ. ſ. mellis quod ſufficit. Itē ad idem radix bryoniæ, vel panis porcini inuncta, cum oleo liliorum alborum, vel anethino. Item. ℞. cumini, pulueris rutæ, panis porcini. ana. ʒ. ſ. colloquintidæ. ℈. j. mellis quod ſufficit, & ſi vis potes addere puluerem hieræ ſimplicis, & compoſitæ. Item. ℞. licij. ʒ. j. ſtoracis, calamitæ, myrrhæ, opij, thuris. ana. ʒ. ij. croci. ʒ. ſ. confice cum ſucco arnogloſſæ, & imponatur, & impoſitum teneat per horam, ſedat dolorem, & dormire facit ſæpe, tibi dictum eſt de narcoticis, vt ſupra ſpecialiter de fluxu inteſtinali, hæc ſunt in vltimis dando, quādo ſcilicet nō alia conferunt, multa talia per te cōficere potes. quare &c. De euacuantibus vero per ſuperius exhibitis. Nota canonem ſecundum ſuperius poſitū in complendo canonem tertiū generalem de euacuatione, vnde poſt illa ſcito ꝙ hierapigra eſt in hoc caſu ſingularis medicina. Item diaphænicon vt ſupra. Sed ſtatim dicet. Auicē. Gal. Raſis & cæteri medicioꝝ authores dant ſcāmoneam, turbith, agaricum, laudatur & diacitoniten ſolutiuum Meſ. Item & ab ipſo electuarium indum. hæc enim ſunt à remotis ducentia cōtra canonem. pro iſto dicēdum credo ꝙ talia maxime cōferunt, & ſpecialiter in magno dolore ubi eſt multa materia quę indiget magna euacuatione. Et pro canone dico ꝙ ſtatim per horam vel per duas uel circa, ſcd'm ꝙ medicus exiſtimat medicinam talem eſſe actuatam, debet dare bonum lauatiuum cito deponens medicinā in locum viſcerum inferiorum ne à remotis trahat. Item ꝙ ante talē medicinam debet præcedere clyſter, & de hoc & ſtatim. Et ex vſualibus ſunt diaphænicon, electuariū indum, diaturbith præparatum in forma ſolida & in puluerē cum vino aut iure gallinarū. Et multi cōficiunt electuaria ſolutiua in hoc caſu valentia. vt. ℞. hierepi. ʒ. j. turbith. ʒ. ſ. zinzib, ℈. j. diſtemperetur cum. ʒ. iij. vini. & detur calidum, & quæ ſuppoſita magis conferunt ꝗ ebibita. vt ſupra. Et etiā debes ſatis hinc nō extendo me ad ea electuaria quæ per te cōficere poteris ſed laudata & experta ſequere, nā melior eſt experta non experta Auicē. Poſtremo pro nunc ſcito ꝙ terbentina eſt ſolēnis medicina in hoc caſu. nam ego dedi de ea. ʒ. ij. cum iure galli decrepiti decocti, vt docet Meſ. cum iure gallorum, & ſucceſſit optime. Item nota quòd agaricus eſt medicina ſolutiua nō conueniens in hoc caſu, vt Auic. de cura colicæ inquit, non oportet vt cōfortetur hiera cum agarico, quoniā agaricus eſt profundans ſtans, & tu conſidera. Et pilulæ valentes quæ phlegma deponunt, vt ſunt de ſerapino, de hiera cum agarico, cocchiæ, de ſarcocolla, fœtidæ, de euphorbio, de colloquintida turbithatæ, & huiuſmodi. vt quarto tractatu, poſt quorum aſſumptionem da lauatiuum deponens, vt dictum eſt, debet lauatiuum calidum eſſe actu & potentia, ut ex iure aliquo in quo decocta ſint quæ in colica phlegmatica valent. Et ſemper ſis attentus ſi adeſt feb. aut non, quoniam ſic oportet te moderare.

COMPLETVR quartus cum digerentibus phlegma, vt eſt ſy. de calamento, oxymel compoſitum & huiuſmodi, de quibus. iiij. tracta. potes ex datis conficere per te ſy. decoctiones & huiuſmodi vt libebit.

Et quia hæc paſſio nō cōſueuit expectare digeſtiua iuxta verſus ſuperius poſitos hinc &c. iō pro cōplemēto, & integritate curæ & ꝑſeruatione ne de ꝓximo cadat patiēs, ceſſato etiam dolore dare debes digeſtiua poſt quæ dabis ſolutiua, & talia poſſunt eſſe à remotis ducētia. vnde ad argumentum ſuperius factum etiā dici poteſt, ꝙ canon ille ſecundus loquitur ſtante actuali dolore, cum quo tamen ſtat ꝙ non exiſtente dolore & facta digeſtione humorū phlegmaticorum dari poteſt ſcāmonea, turbith, & hmōi, & tu cōſidera. vtraq; rīſio tolerabilis. Prima tamē plus placet.

Digeſtiuū magiſtrale qđ magis gratia exēpli ꝗ neceſſitatis deſcribo. ℞. calamēti, origani, hyſſopi, baſiliconis, florum ānſuci. ana. M. ſ. ſiſeleos, aniſi, fœniculi, ſeminis apij, rapham. ana. ʒ. j. radicis enulæ, hireos. ana. ʒ. ij. menſi, acori. ana. ʒ. j. ſ. ſquinanti, ſeminum vrticæ. ana. ʒ. j. florum roriſmarini, borag. & bugloſſe. ana. M. j. mellis cōis deſpumati lib. j. aceti ſquillitici. ʒ. ij. deinde cum prædictis bulliant. zinzib. galangę. garyophyl. ana. ʒ. j. ſpicæ. ʒ. ſ. Et ſi vis ex paucioribus conficere habes ſy. de hyſſopo & alios digerentes phlegma, vt quarto tractatu. & tu ibi.

Quintus perficitur cum ligationibus doloroſis, applicatione vētoſarum in partem oppoſitam dolori. laudat tñ earum applicationē. Aui. ſuper locū doloris quod intelligitur dum materia eſt vētoſa & pauca, aliter nō eſſet tutum remedium. vt ſupra de dolore ſtomachi, & tu ibi. Itē complet vomitu, de quo vomitu primo attēde ꝙ ſi dolor accidit poſt aſſumptū cibum eſt medicina ſingularis, & iā inuenta ſic curaſſe colicā, & oportet vt reiteretur donec ſufficienter euāta fuerit materia illa ſtomachi. ſcd'o ſi accidet ante cibū adhuc eſt cōueniens minorando cām antecedentem & partium cōiunctā. tertio nota ꝙ vbi comprehenderis multā eſſe fecem & humores multos groſſos, ꝙ vomitus erit medicina magis ꝗ ſolutiua. De vomitiuis habuiſti, ſupra de vomitu, & tu ibi. Itē hæc gratia exempli. ℞. aquā vel vinū infuſionis aſſari detur tepida cum oleo. itē aqua nucis vomicę, uel infuſionis ellebori albi & eſt forte. item aqua decoctionis atriplicis cum aceto, & oleo, & tepida. & eſt domeſticum. Aliud & eſt Raſis. & forte. ℞. cartami, nucis vomicæ, nigellæ, ſeminis raphani, & anethi. ana. ʒ. ſ. dentur cum aqua tepida, & cum modico aceti. Et nota ꝙ ſi vomitus ſuperfluerit cohibendus eſt, cum quibus habes ſupra de vomitu, & tu ibi.

Sextus cōplet cū clyſteribus, & ſuppoſitorijs phlegma educentibus, de quibus actum eſt in complemento tertij, vnde vt ſupra in canonibus & eſt Auic. cum materia erit

contenta ſub vmbilico, melior erit euacuatio cum enematibus ꝙ per ſuperius exhibita.

Septimum vero adimplent electuaria, cōfectiones, potus, clyſteria, & hmōi per os & per inferius exhibita. Emplaſtra, vnctiones, fomētationes, balnea & hmōi ad extra applicata. Electuaria calida, de quibus.iij.tracta. vt ſunt theriaca, mithridatum, electuarium de baccis lauri, philonium & hmōi. Cōfectiones calidæ vt ibi, diaciminū, diacinnamomum, diamargariton, diamuſcum, diagalanga, dianiſum & hmōi. Item. ℞. theriacæ, mithridati.ana.ʒ.ſ. da cum vino infeſtante dolore. Item aliter.℞.theriacæ.℥.ſ. da cum vino. conſidera bene ſi adeſt feb. pro pauperibus vero da allium, aut parū cimini torrefacti cum vino. De potibus autē elige ex ſimplicibus datis & cōfice quæ vis.

Item ſyr. calidos vſuales, & cōſimiliter agendum de clyſteribus, ſuppoſitorijs &c. Itē de vnctionibus, emplaſtris, fomētationibus, balneis, vt ſupra in cōplemento ſcd'i canonis. Sed de his quatuor vltimis aliquid particulare. Et ſcito primo ꝙ vnctiones, & emplaſtra in hoc caſu ſunt in duplici manerie. Nā quædam ſunt ſolutiua quædā non ſolutiua. Exemplū primi. ℞. ellebo. al. feminū vrticæ abſinthij. ana.℥.j. fellis tauri.℥.ij. olei irini.℥.ſ. pinguedinis adipis.℥.ij. ceræ quod ſufficit. vngatur ab vmbilico vſq; ad radicē virgæ. Item potes addere de colloquintida, de ſucco cucumeris aſinini, de ſuc. panis porcini, cui ineſt proprietas, vt ſupra & ſic de alijs, vnde dicitur expertū ꝙ vnctio facta ex butyro, & puluere colloquintidę ſoluit ventrem, & curat colicā. Et ex rebus calidis dictis ſupra oō ſolutiuis conficere potes cum farina frumenti vel feminis lini emplaſtrū cum vino cocto. Item ex melle multo cum quo ponatur lana ſucida inciſa minutim ad debitā ſpiſſitudinē cum cimino & calidum ponaē & reiteretur. expertum etiā per me. Itē valet oleū de cucumere aſinino. Itē & alia olea calida, in quibus ponitē caſtoreum, aut euphorbium & hmōi. vt videbitur cōſidera ſi adeſt feb. an non, qm̄ in iſtis oportet te moderare. Fomētationes, ſiue euaporationes fiant dupliciter. primo humidę cum ſpongijs, filtro, aut alijs proprijs, vt dictū eſt in ſcd'o canone. ſcd'o ſiccę, vt ſunt ſacculi ex milio, panico, torrefactis, flore camomillæ, cartamo, furfure, & hmōi, & qñq; hi ſacculi infundunē in oleis calidis, & ſic calidi applicantur. De balneis vero dicendum primo ꝙ in cā frigida ſunt vehementis iuuamenti. vnde Auic. tina vehementis eſt iuuamēti in doloribus colicæ, & infra. & aqua quidem tinarum vehementer confert colicæ frigidæ cum ſedēt in eis. Sed antꝗ patiens io ea ponaē, debet medicus cōſiderare an ſit fortitudo virtutis. nā fortis poteſt audacter poni, debilis autem debet poni cum prudētia magna, & cautela, & omnia eius accidentia debet bene cōſiderare & extrinſeca, nam ex balneo debilis leuiter ſyncopim incurrit, & anguſtiā. Scd'o ꝙ in balneo ponantur ex redolentibus infirmo magis gratis calidis aut frigidis vt exigit diſpoſitio. Tertio ꝙ aqua talis non perueniat ad regionem pectoris, cordis, aut hepatis ne ex ipſa inflāmentur. vt ſupra in canone quarto ꝙ in cauſa frigida non conueniunt balnea aquæ dulcis vt ſupra in fine complementi ſcd'i canonis, ſed bene tinarum vnde de cura colicæ frigidæ inquit. & aqua quidem termarum in dolore vehementi quando cum eis fit balneatio, iuuat valde, & aqua de ſale armoniaco eſt mirabilis in hoc abſolute. Et ſi non aliter ſaltem bibita ſi tolerat eius potatio, & ſimiliter tina facta ex aqua in qua decoctæ ſunt medicinę reſolutiuæ, ſubtiliatiuæ quod additum eſt ad correctionē canonis. Quinto ꝙ ſi poteſt patiens tolerare, debet ſtare ſupinus in vaſe aliquo, deinde habere vas plurium foraminū eleuatum ab eo per ſtaturam hominis, & in eo vaſe aquā termarum, ꝗ a ſalſam, nitroſam, ſulphureā, cinericiā aut hmōi, quæ cadat per illa foramina ſuper ventrem eius, eſt enim hoc vehementis iuuamenti. & eſt Auic.

Accidentium autē correctio, ſuis inquiratur capitulis.

CVRA. In facta à cauſa calida cholerica, proportionaliter ſeruentur canones, vt de frigida actum eſt. Sit diæta declinans ad frigidum. Vnde laudatur ptiſana hordei olera frigida vt lactuca, blitis, & viola, atriplex, excepta cucurbita cui ineſt proprietas mala in ægritudinibus inteſtinorum. Auicē. de cura cholericæ apoſtemoſæ, de quibus ſupra tertio tractatu. nam tu recurre ibi. Et conueniūt fructus frigidi, humidi, ut pruna, ceraſa, et huiuſmodi. Sed aduerte de peponibus qui colicam faciunt. De potu autem eſt bene conſiderandum, nam in hac non timetur ab aggregatore aqua frigida, inquit vt allegatū eſt, ſcio enim iuuenes & ſenes in breui cum tali diæta ſanatos, & aquam frigidā ſcio eos bibiſſe, & ſine læſione membrorum melius adueniſſe & dolorum tota cauſa ꝓhibita perfecta redijt ſanitas & in eodem cap. vidi quoſdam ex calida materia laborantes, quibus cum localia nihil prodeſſent aqua frigida in multa quantitate bibita ſtatim cōferebat etiam ſuper caput, & ſuper ventrē. Sed quid ad Auic. & ad alios qui videtur tantum vituperare aquæ frigidę potum in colica, & dictum eſt in principio de educētibus colicam ꝙ aqua frigida colicā inducit. quod argui de fructibus frigidis in hoc caſu cōmendatis. Dicendum verba authoꝝ intelligi debere in colica ex cauſa frigida, & hinc dicebat Aui. de cura colicæ frigidæ, & qñq; cōmouet dolorē potus aquę frigidę. eſt enim nocibilior eis in hac ęgritudine, ſcilicet ex cauſa frigida eueniēte. Somnus ſit prolixior ut poteſt. eſt em̄ medicina ſingularis in omni dolore. Quieſcat ne ex motu agitetur, & inflāmetur materia. Euacueē vētet cum lenientibus, vt viola, malua, bliti, oleo viol. & hmōi. Et ſi ponetur euacuans choleram bonum, etiam ex ſcāmoneatis. Non iretur, neq; fuerit. Mitigetur dolor cū anodinis mixtis cum frigidis, vt cum flore camomillæ, meliloti, & huiuſmodi. viol. maluæ, flore nenupharis, etiā cucurbita recenti addita cum petijs infuſis in aqua frigida, aut ſpongijs, aut bucellis cucurbitæ recentis, & ita de alijs diuerſis ſcd'm varia ingenia, & hoc ad extra. Auicē. intra vero cum enematibus, ſuppoſitorijs, potibus, electuarijs & huiuſmodi. nam valet clyſter ex ptiſana hordei cum oleo roſa. multo prius abluto in aqua veri frigoris. Item oleum roſ. ſolum. Itē oleum viol. Item clyſter aquæ frigidæ dūmodo non ſint quæ contrarientur ex parte virtutis & huiuſmodi. Itē clyſter ex hordeo, viol. ſemperuiua, malua, pru. camomilla, anetho, meliloto, & hmōi cum oleo viol. zucchаro viol. Item ex decoctione harum rerū infrigidatarum, & poſitarum in veſica ænea, aut ſtānea & applicentur vt ſupra. Item dentur potus frigidi, vt iulep roſ. aut vio. cum aqua hordei aut decoctio maluæ prunorum & hmōi. vt videbitur expedire. Item ponatur patiens in balneo aquæ dulcis, aut in quo decocta ſint prædicta frigida, & ſit tepidum & declinans magis ad latus frigiditatis ſi virtus tolerat, vt ſupra & in ſumma ꝓportionaliter age cum frigidis in calida, & cū calidis in frigida.

Cucurbita inteſtinis inimica.

Pepōes colicam facere.

Q. ſi dolor non ceſſauerit vltimo deuenias ad narcotica, vt eſt ſuppoſitorium factum ex ſtorace, & opio, & eſt validiſſimum, de quibus narcoticis diceē in fine capituli. Itē emplaſtretur & inungatur cum rebus frigidis tibi notis ex tertio tractatu, & ſæpe replicatis.

Euacuationes fiant cum his datis per ſuperius lenitiuis, vt caſia, manna, pronis, tamarindis, viol. & huiuſmodi. Quòd ſi nimis leuia videntur da cum eis aliquid de ſucco roſ. & poſtea lauatiuum, vt docebiē in de colica frigida, frigidum tamen actu & potentia, vt eſt aqua hordei, decoctio violarū, & hmōi. Item cum clyſteribus de quibus iā actum eſt imponēdo aliquod ſoluens cholerā, vt hieram, electuarium de pſillio, de ſucco roſ. & hmōi. vt. iiij. tract.

Digeſtio fiat cum digerentibus cholerā, de quibus allegato nunc loco, & conſimiliter fiat euacuatio.

Alterentur inteſtina cum frigidis vt dictum eſt per ſuperius & inferius.

Corrigantur accidentia, vt decet ſuis locis quærenda.

Vltimo nota q̄ diuerſio facta vomitu eſt magis conueniens hic q̄ in colica frigida. ſi facile fieri poteſt, quia ex difficultate eius timetur inflatio, & commotio choleræ ad inferiora poſtea. Itē ligationes ventoſæ & huiuſmodi. ſunt etiam hoc loco conuenientia. Sed quid de phlebotomia dicendū, credo primo q̄ exiſtēte plethoria, aut hepatica caliditate alijs conſentientibus cōpetit ex baſilica dextra. Secundo q̄ etiam ratione fortis doloris cōpetit diuerſiua: & non ſolū in calida, ſed etiam in frigida, quod credo conſonum Gal. primo apho. cōmēto. xxiij. In dolore ergo maximo nulla medicina hac defectione eſt perfectior, & vide in fine Rubricæ de hoc. Si itaq; cū cholera fuerit aliquid phlegmatis. vt puta totum fuerit phlegma ſalſum, tunc cū his dictis pone abſtergētia, & ſubtiliatiua, cuiuſmodi ſunt lupulus, ſicla, baurach, & carthamus, & in cūctis quæ ēt phlegma reſpiciūt, vt agaricus & hmōi. Et hic bñ nota q̄ q̄ñ in principio nō cognoſcit̄ q̄ ſit ex frigida, & applicaoi̅ caſia acuētia cholerā &c. q̄ tūc infirmus ponat̄ in termino mortis, & ideo bene omnia ſigna cōſiderentur ne cadat error, & perquiratur diligenter ſi ex hepate aut chiſti venit cholera ad inteſtina, vt melius ſuccurrere ſciatur. Ecce in quato periculo eſt ars noſtra.

C V R A. In facta à retentione fæcum exiccatarū & caliditate duo ſeruentur canones. Quorum primus eſt mollificatio fæcum. Secundus eſt mollificatarum eductio.

Primus completur cum his quę per os & inferius adminiſtrantur mollificantia calida aut frigida aut tēperata, vt exigit neceſſitas, vt iura pinguia, & proprie gallorū decrepitorum decoctorū, ſi fe. aderit cum aliquo frigido mollificante, vt eſt viola, ſebeſten, pruna, vua, ficus, chryſomilla, decoctio caulium cum iure hædi, aut agni pinguis, aut gallinæ. Itē cum oleo plurimo ſunt hmōi. Itē dentur per os & per inferius imponantur decoctiōes ex maluis, viol. iuiubis, ſebeſten, tamarindis, prunis, ſpinachijs, atriplici, bliti, & talibus, cū zuccharo vio. per os. Itē cū oleo amygdalino vel viol. conditis, & per inferius cum oleo multo. Item oleum ſolum bibitū vel clyſterizatum, vel ſeſſio in balneo aquæ dulcis ex decoctione harū facto. Item & ꝑ potentibus ſeſſio in oleo ſolo vſq; ad vmbilicū, & eſt ſingulare quod faciebat recolendæ memoriæ magiſter Ioan. de Ianua. Itē fomētatiōes ex his & oleo. Empla mollificatiua. motiua vt deſcēdat inferius fœces, & igeniare. vt ſupra.

Scd's perficit̄ cum euācantibus fœces ſic mollificatas, & ex melioribus eſt caſia fiſtula quæ vtrāq; capit intentionem, licet māna etiā valeat in hoc. Itē clyſteria mollificatiua cum caſia, & hiera facta ſunt optimi iuuamenti, vnde ſemper primo tentea mollificare, deinde euacuare, & quidam euacuatiua per ſuperius in hoc caſu & maxime alicuius fortitudinis non præmiſſo clyſteri, & regimine mollificatiuo cōmittunt rē magni timoris, & erroris. Et nota q̄ tantum debet clyſter cōtinuari antequā ſe ſecures de aliquo ſolutiuo q̄ videat̄ manifeſtius exitus ſchibalarum, vt per hoc cōprehendatur viæ apertio. Scd'o nota q̄ prius debes tentare cum facilibus, q̄ ſi non ſuccedit recurre ad clyſteria fortia ſupra de colica frigida incipiendo ſemper gradatim à minus fortibus, & omni die debet imponi clyſter lenitiuum ſi virtus tolerat. Et ne abſq; exemplo diſcedas. ℞. blitis maluarum furfurū. ana. M. j. altheæ. M. ſ. caricarum numero. x. coquantur, & fiat deinde eorum fortis expreſſio, & cum oleo viol. zucchari rub. ℥. ſ. ſalis. ʒ. ij. fiat enema. q̄ ſi fortius adde ex caſia, & hiera. ſi adhuc fortius, adde ex agarico, coloquintida, aut electuario ſolutiuo ſupra de colica frigida. iſta autem fortia nō debent exhiberi niſi quando leuia non ſufficiunt. Et quoniā de iure galli decrepiti facta eſt mentio, ideo nota & pro precedentibus q̄ gallus debet inſequi cū fuſtis paruulis donec ꝑpter debilitatem acquiſitam ex motu, & itinere cadat, deinde incidatur caput eius, & euiſceretur, & frangātur oſſa eius, & bulliat in aqua plurima cum ſale, anetho, & polypodio donec diſſoluatur, totus ex illa aqua bibatur lib. j. vel minus ſcd'm ætatem. Poſtremo aduerte q̄ ad perfectam & canonicam curā oportet te particulariter magis cōſiderare cum talis fœcum ſiccitas à multis particularibus cauſis ꝑueniat. Verbi gratia, primo quia cibus fuerit ſiccus, aut paucus, & in caſu primo vtere talibus, & cæteris mollificatiuis. vt ſupra in ſcd'o caſu multiplica cibum multi nutrimenti. Secundo à caliditate ſtomachi, & inteſtinorum deſiccantium, quo caſu dabis frigida humida, & lactucam, ſpinachiam, portulacā, & hmōi de quibus ſupra cum aqua hordei, aut cum vino. Tertio à fortitudine retentiuæ, & debilitate expulſiuæ, quo caſu dabis de eiſdem cum aliquo acuto ſtimulante, vt eſt ſal, cepe, porrū, atriplex, & huiuſmodi. Quarto à debilitate ſenſus, & tūc da in ſolutione agaricum, hieram: & huiuſmodi. Theriacam, mithridatum, & huiuſmodi. & clyſteria, vt decet, & ciba cibis laudabilibus. Quinto q̄ cholera non mittitur ad inteſtina, & tunc da quæ oppilant, & choleram iuuant ad tranſeundum ad inteſtina, de quibus de oppilatione hepatis, & de icteritia. nam hæc omnia ſunt cauſa ſiccitatis fœcum, quia retinentur plurimi. Sexto ſi fuerit ex multo exitu vrinæ da minorantia vrinam, vt ſunt paſſulæ dulces, penidiæ, dactyli, caſia, lentes excorticatæ, bdellium, & pontica, quæ per ſe illud faciunt. Septimo ex raritate, & diſſolutione ex ſudore acquiſito vel ſuperfluo exercitio, & ſimilibus cum cibis viſcoſis groſſis, & cum flabellationibus, irrorationibus frigidis, & huiuſmodi prohibe. q̄ ſi fuerit ex naturali raritate texturę, propter quod faciliter à mala complexione frigida patiatur, tūc procede cum alterantibus, & defendentibus pānis, pellicijs, & huiuſmodi. Octauo in facta à mala cōplexione frigida ſicca abſq; materia ſufficiūt duo canones, ordinatio diætæ, & alteratio. Quibus compleantur habes ſupra tertio tractatu, de cibis in hoc caſu valentibus. Pro ſecundo vero habes alteratiua calida, & humida poſitis in hoc capitulo. Quòd ſi fuerit cum materia melācholica, quod raro accidit, ordinetur dięta, euacuetur cum euacuantibus melancholiam, vt ſunt ſenæ, polypodium, epithymum &c. de quibus ad plenum quarto tractatu. mitigeť dolor diuertatur. Et breuiter obſeruentur proportionaliter canones iuxta numerum eorum qui in phlegmatica poſiti ſunt clyſterizando, embrochando, emplaſtrando ponēdo in balneis & huiuſmodi. Et nota q̄ in ſuppoſitorijs iuuatiuus eſt valde puluis lapidis lazuli aut armeni.

C V R A. In ea quæ eſt ex ventoſitate. Ordinata dięta ponatur patiens ſupinus in loco calido, & manibus inunctis cum oleo de ruta, vel nardino, vel caſtoreo, fricetur venter leniter & cum tactu ſubtili adequante inteſtina & reducente ea ad ſitum ſuum mittantur per ſuperius aut inferius ex calidis reſoluentibus de quibus de colerica phlegmatica, & impoſito enemate eleuentur crura, vt liquor ad gracilia perueniat, & ipſo habente clyſtere detur per os theriaca cum vino calido. Quòd ſi poſſit accipere oleū de ruta cum vino calido optimum. Auicen. recipiat vinum decoctionis camomillæ. Item ligentur crura, coxæ, & fiat fricatio dorſi cū oleo prædicto. Et ſcito q̄ hoc caſu in enematibus ſingulariter laudatur caſtoreū, aſſa, ſtorax, adeps anatis, ſuccus fœniculi, rutæ. Item fiant fomētationes, emplaſtra, & hmōi, vt de colica frigida. Item cōfert valde, & eſt Cermiſoni cōpreſſio ventris facta ab ipſo patiente ſuper puluinar duplicatum, qm̄ ventoſitas coartata ſpargitur, & à loco remouetur, & à natura ſic facilius ſuperatur. Clyſter optimum. ℞. ſucci fœniculi. ℥. iiij. ſucci rutæ. ʒ. ij. hyſſopi, origani, calamenti, camomillæ. ana. M. j. bulliant ꝑdicta in aqua ſi eſt fe. in vino ſi eſt ſine fe. de qua decoctione. ℞. ℥. vj. olei nardini. ʒ. iij. pinguedinis anſeris. ℥. j. caſtorei. ʒ. j. ſtoracis. ʒ. ij. diſſoluant̄ in ſuccis, & omnia ſimul miſce & ipone calidū ſufficiēter. Itē caſtoreū & ſtorax

rax diſſoluta in dictis ſuccis cum adipe ánatis efficax.

C V R A. In facta ab apâte oportet diſtinguere an ſit calidum an frigidũ. In ea vero quæ eſt à calido quod eſt ſm plurimũ reſpectu eius qđ ſit à frigido quod eſt raro, primo ordineť diæta ad cõtrariũ cauſæ, quia ſit frigida, & humida, vt ſupra de ea. Sec̃'o & hoc in principio fac phlebotomiã diuerſiuã ex baſilica & magnã & paruã habito ſemper reſpectu ad ætatẽ, virtutẽ, habitudinẽ, plethoriam, & hmõi. Q. ſi fieri non poſſet pone ventoſas diuertentes ſcarificatas, vt decet iuxta dicta. Q. ſi fuerit grãde apa ita vt capiat renes, & impediat vrinam prius phlebotomata baſilica, phlebotoma ex alia vena. Tertio euacua cum leniẽtibus ex caſia, mãna, decoctione violarũ, ſebeſten, prunorũ, & hmõi. Quarto fac enema lenitiuũ alteratiuũ ex decoctione hordei, violarum, altheæ, ſebeſten cũ caſia, oleo roſ. violato. Q. ſi cõprehendes multã cholerã peccare, da caſiã cum re ſcãmoneata, vt electuario de ſucco ro. & huiuſmodi. & ſis memor canonis de lauatiuo poſiti ſupra, de exhibitione medicinarum fortium in de colica frigida. Itẽ valet lac aſininum clyſterizatum cum caſsia, & oleo amygdalino, hæc in principio. Cum pertrãſit principiũ, & peruenitur ad ſtatũ, oportet ut permiſceanť frigida cum calidis. vt verbi gratia, aquam hordei clyſterizabis cum folijs altheæ, aut cum flore camomillæ. Item ponendo caſiam cum zuccharo ru. & cum perueniꝭ ad ſtatum miſce æqualiter ex calidis & frigidis.

Et ſimilr̃ in declinatione vincant calida. Nã hæc oportet in cura apatum variare ſm varietatẽ temporum ſuorũ, & pariformiter in principio ꝓcedes cum emplaſtris infrigidãtibus in augmẽto miſcebis, & de calidis & frigidis iã dictũ eſt copioſe. Et ſcito ꝙ terbẽtina eſt ſingularis medicina iuuamenti. In ea vero quæ fit ab apâte frigido qđ eſt raro ordineť diæta, vt decet, pro quo require ſupra de apoſtemate frigido ſtomachi &c. ſerua in phlebotomãdo magis & minus, vt in ea quæ eſt ex calido, & euacua cum lenitiuis ſaltẽ in principio, & non cum fortibus, vt eſt caſia, iure galli in quo decoque. vt ſupra de frigida, pone clyſteria, applica fomẽtationes principio emplaſtra, & cętera omnia ſm numerum canonũ, qui de colica ex calido apoſtemate poſiti ſunt. Tu tameo pro clariori expeditione recurre ad ea quæ dicta ſunt de apoſtemate frigido ſtomachi. Et valet in hoc caſu mirabiliter emplaſtrum factum ex abrothano, & aſpalto, tranſacto principio & augmẽto. Item. ℞. olei laurini par. j. olei cõmunis par. j. ſ. adipis anſ. par. ij. impone, & eſt vtile valde.

C V R A. In facta à vermibus eſt cura vermiũ de qua in ſequẽti rubrica, nã oportet vti medicina interficiẽte, & educente vermes, de qua ad plenũ infra. hic tamen attende ꝙ ſi dolor fuerit ſupra vmbilicum ꝙ deť talis medicina per ſuperius. ſi infra vel circa, imponatur per inferius.

C V R A. In ea quæ eſt ex ſolutione cõtinuitatis, quia vulnere facto in inteſtinis, tunc ſi fuerit penetrãs, & in gracilibus mortalis. ſi non penetrauerit in ꝓfundum inteſtini procede cum ſtypticis, & conglutinantibus. quæ cura eſt chirurgicorum quam ſuccincte pertranſeo omittẽs etiam ea quæ eſt ex groſſorum vulneratione. In ea vero quę eſt ex torſione reducantur inteſtina leuiter cum manibus ligentur crura, inungatur dorſum vt decet.

C V R A. In facta ex cõtate vt ex ruptura quia deſcẽſu inteſtini in oſſeum duo ſeruenť canones. Primus eſt reductio inteſtinorũ in locum ſuum qui cõpletur cũ mollificantibus emplaſtris, cataplaſmatibus, & hmõi ſeſsione in oleo, vt ſupra in ea quæ eſt ex retẽtione fœcum. deinde eleuentur crura, & cum manu leuiter cõprimẽdo ad ſuperiora reducanť. Secundus eſt ligare ruptum & applicare cerotaria cõſtrictiua & emplaſtra, & per os exhibere q̃ ſint talis intẽtionis, quæ omnia pertinẽt ad chirurgicum. Fit & colica vt ſupra cõtate cerebri mittentis catarrhũ. Item cõpaſſione inteſtini ad cerebrũ propter apoſtema ſpaſmũ & hmõi. Et tunc cura eſt cura catarri, ſpaſmi, de quo ſupra v. cap. & ij. & ru ibi. Conſimiliter ſi fuerit cõpaſsione hepatis ſplenis & hmõi. recurre ad loca ꝓpria. Q. ſi fuerit ꝓpter ſaniem à ſpiritualibus miſſam duo ſunt attendendi canones. Primus mundificatio ſaniei cum clyſteribus abſterſiuis ex biti, hordeo, furfure. Secũdus medicatio vlcerum pulmonis, de quo. x. cap. Si ex diarhœa, cura erit diarrhœæ, & ita cõſimiliter de alijs, & tu recurre ad loca propria. Quòd ſi fuerit propter lapidem renum. Primus canon curetur primo cura lapidis renum. Secundus mundificentur inteſtina à ſuperfluitate. Tertius confortentur inteſtina ne recipiant. Et breuiter ex cauſa aliqua procedere non poteſt. Cuius cauſa ex habitis non comprehendatur. Et ideo pro nunc de cura eius quantum ad cauſas hæc dicta ſufficiant.

D E N A R C O T I C I S autẽ vt ꝓmiſſum eſt tm̃ hic dicať ꝙ non exhibeantur niſi in poſtremis, & magna neceſsitate vrgente iuxta allegatum Meſ. ſupra de fluxibus, & Auic. xvj. tertij. de narcoticis. Q. ſi fortis fiat neceſsitas, & non ſit eorum excuſatio, tunc cõuenientius eorum eſt philonium, & ſcito ꝙ in caſu iſto nihil eſt ita cõueniens in adminiſtratione narcoticorum ſicut caſtoreũ. Nam in colica à ꝓprietate valet. Pilulæ valentes in hoc caſu. ℞. croci, ſtoracis, liquidę, zinzib. piperis longi: ſeminis iuſquiami albi. ana. ʒ. ſ. opij & caſtorei. ana. gra. vij. fiant pilulæ. dentur à. ℈. ſ. vſque ad. ℈. j. ſ. Fiant clyſteria in quibus ponantur caſtorei. ʒ. ſ. opij quantitas fabæ. Item quãdoq; fit ex oleis ſolis clyſter, & in eis ponitur opium, vt ℞. olei roſ. ℥. viij. opij. ℈. ſ. Item quandoque fit collyrium ex caſtoreo, & oppio diſſolutis in oleo nenupharino, vel ro. & ligetur cum filo vt extrahi poſsit, & debet extrahi & renouari de hora in horam. Et pro his quæ ſcripta ſunt vide de teneſmo, & fluxu dyſenterico, vbi plurima habuiſti de narcoticis.

E T Q V O N I A M hæc paſsio eſt multum infeſtam hic deliberaui ponere aliqua pauca in ipſius doloris mitigationẽ. ℞. cineris cauliũ ſiue ſtipitum eorũ parapſidem vnã, axungiæ porcinæ. lib. ſ. axungię anatis. ℥. iij. ſtercoris ouis, ſiue columbi. ℥. iij. bulliãt omnia ad ſpiſsitudinem, & fiat emplaſtrum ſedat dolorem colicæ frigidæ mirabiliter. Itẽ in ſedatione doloris valet tormentilla trita potata cum vino in frigida & in calida cum aqua hordei, doſ eſt. ʒ. j. vſq; ad. ij. Itẽ ad idem radix iringi cum folijs eius cocta in melle & aqua in potu data. Itẽ ad idem bethonica. Itẽ fimus qui inueniť in ſtabulis iumentorũ magis putridus torrefactus & calidus ſic ſuperpoſitus dolorem mirabiliter tollit. Item filum crudum decoctum & ſic calidum ſuperpoſitũ. Hæc tibi in præſentiarũ uolo ſufficere, quia de his ſatis. Sed vltra nota ꝙ frequenter accidit ꝙ remediorum factorum nullum valuit, & ſola phlebotomia liberauit. de qua ſatis cõfidas cauſa maxime exiſtente calida. Colicam prouenire à ſanguine nõ inueni, forſan quia paucos legi, & ſi ab ea ipſa phlebotomia liberaret. Poſſet tamen qñq; fieri à ſanguine coagulato, & retẽto in inteſtinis, quo caſu tunc procede cum diſſoluẽtibus ſanguinẽ, vt ſupra de ſtomacho. & bene conſidera intenſa. Colica an à ſanguine.

## De ileo. Rubrica. XXII.

ILeos eſt dolor vehemẽtiſsimus in Iteſtino dicto ileon contingens fœces prohibens exire per inferius & ipſas per ſuperius egredi faciens. Cuius cauſa ſm plurimum eſt mala cõplexio frigida materialis. Et diciť vehemẽtiſſimus reſpectu colicæ. nã eſt in inteſtino magis ſenſibili. q̃a cõtingẽs in alijs non nolať dolor iliacus, licet multi velint ꝙ oĩs talis dolor in quocũq; gracilium cõtigerit debeat dici iliacus, ſed de noĩbus à medico nõ eſt diſceptãdũ, vt ſupra ſæpe. ſed vide qđ dictũ eſt de colica & ꝓportionaľr dic. εἰλεὸς, ſiu χορδαψος Grę dis, Latinis voluulus, & cõuolulus, barbaris vero ſilica, nam iliaca paſſio tunc nõ & miſerere nunc appatur.

Diciť cuius cã, q̃a ẽt ab alijs cãis cõtingere põt. Vñ nota ꝙ licet ex oĩbus cãis q̃bus accidit colica, accidat, & iliaca.

vt inquit

vt inquit Aui.& tu ibi. Tamen in qbuſdã ſpãlitatibus,& cõtingentijs differt iliaca à colica. Primo qdẽ ex parte ſpãliũ cauſarũ. ſcd'o ex parte doloris in quãtitate ipſius. Loco Permutatione. Exeuntiũ quãtitate. Et remediorũ iuuamento. ſpãliter cauſarũ, quia ileos à cauſis primitiuis cõius & plurimũ fit. Et à mala cõplexione frigida. Potu aquę frigidę, quia tale inteſtinũ eſt magis ꝓpinquum ſtomacho. Ab aere peſtilẽti, ꝓpter ꝓpinquitatẽ cordis ad ſtomachũ, & permutaẽ de hoĩe ad hoĩem de regione ad regionem in modũ peſtilentis morbi,& eſt cõtagioſus morbus. Item ab apoſtemate. Ab aſſumptione ueneni ꝓpter propinquitatẽ vt in arſenico. Itẽ propter vehementiã retẽtiuæ, quia eſt ſtrictius inteſtinum,& ad retinẽdum creatum. Ex parte doloris, quia eſt dolor magis tortuoſus, ꝓpter ſtricturam meatus,& magis pungẽs ꝓpter cholerã miſſam ad eũ. In quãtitate doloris. nã ut dictũ eſt dolor eſt maior,& ꝓpter ſenſibilitatẽ inteſtini. Itẽ ꝓpter ꝓpinquitatẽ ipſius ad ſtomachũ & cor & hepar. vnde ab antiqs nolata eſt hic paſſio miſerere. nã deſcẽdit ab eleo Grece miſerere. differẽtia. xx. Loco quia dolor eſt ſupra vmbilicũ,& ꝓprie in hypochondrijs vicinitate inteſtini ad ea in colica circa vmbilicũ,& infra. Permutatione vero qa iliaca facilius ad mẽbra principalia ꝑmutaẽ ꝓpter maiorẽ vicinitatẽ q̃ colica in eis inducẽs ſæua accidẽtia. Itẽ colica permutatur ad iliaca & eſt ſm plurimũ,& raro ecõtra. In diuerſitate quidem exeuntiũ, qm̃ in iliaco raro egrediẽ aliqd per inferiora etiã ſi acutia clyſterizeẽ, ſed per ſuperiora emittiẽ materia q aliqñ eſt phlegmatica, qñq; cholerica, nõnunq̃ æruginoſa, ſępeq; praſsina, interdũ nigra,& qñq; vẽtoſa cũ eructuatione, oõ raro ſunt ſterquilinia,& tunc ab antiqs nominaẽ ſcrophus,& fœtet os,& totũ corpus, & hæc inter cæteras peſsima eſt,& vtplurimũ ꝑdens. Haly. Vnde & Viaticus raro ſanaẽ. Dicit Aggregator Brixieñ. ſe vidiſſe aliquos ſanari ex his qui ſtercua per oa emiſerũt. Idem Frã. de Pedemoñ, Ego autẽ vnum tm̃ quem manibus meis habui gratia Saluatoris pro quo & multis alijs ſibi gratias habeo.

Ex parte vrinæ, quia vrina eſt tinctior, & magis colorata in iliaca propter dolorem maiorem, & magis inflãmantem. Item propter choleram retentam & non trãſmiſſam ad gracilia ꝓpter oppilationem. vnde vrina redit & ad vias vrinæ tranſmittitur, ſicut fit in icteritia. Ex parte ſudoris, quia magis accidit in iliaca propter vehementiã doloribus in ſpiritualibus anguſtiam imprimentem,& eſt frigidior. In remediorum iuuamento. nam in iliaca cum vomitu maius fit iuuamẽtum cum clyſteribus minus. in colica vero econtra.

SIGNA demõſtratiua dolor vehemens ſupra vmbilicum,& nõ egrediẽ de ſubtus. Et clyſteria nõ multum iuuant. Itẽ vomitus fœcum per ſuperiora vermiũ,& aſcaridum. Itẽ fœtor oris, eructuationis,& qñq; totius corporis. Et in hac diſpoſitione oĩno retinenẽ fœces,& multiplicaẽ vomitus ſtercoris maxime qñ res eſt timoroſa multũ etiã vomitus, & nauſea in hac plus multo multiplicaẽ q̃ in colica ꝓpter maiorẽ propinquitatem ad ſtomachum. Cõſimiliter plus mala accidentia in colica dicta ut ſunt, ſyncopis, tremor cordis, vigiliæ, anguſtia, triſtitia,& frigus extremitatum,& qñq; apparet inflatio oculi plus q̃ in colica. Q. ſi fuerit cauſa veneni, qñq; perducit ad mollificationem ad debilitatem,& tremorem cordis, in principio antequã fortia fiat, & magnificaẽ dolor,& cõprehenditur illud, quia nulla eſt alia cauſa manifeſta. Q. ſi fuerit ex apoſtemate inteſtinorum ſigna apparebunt apoſtematis dicta de colica apoſtemoſa. Signa autem diſtinctiua inter colicum,& iliacum patent ex dictis hic ante.

PROGNOSTICA. Cum apparẽt ſigna iam dicta mala ſyncopis, tremor cordis & hmõi. expecta mortem. Item in hac paſsione conſueuit eſſe vomitus continuus. Et de ꝓgnoſticis habes in Apho. in fine ca.& tu ibi.

CVRA canoñ. Pro cura itaq; nota hos canones.

Primus, quia cura ileos proxima eſt curæ colicę. Auic.

Scd's, q magis ſuccurrere debemus cum ebibitis in iliaca, qm̃ ſunt magis iuuatiua q̃ per inferius adminiſtrata.

Tertius, q quando adminiſtramus ebibita ſolutiua etiã debemus iuuare per inferius poſita, ſiue ſit clyſter, ſiue ſuppoſitorium.

Quartus, q vnum debet eſſe altero debilius, vt uidebitur expedire. nam virtus aut aliud accidens facit, vt qñq; per ſuperius accipi non poſsit medicina fortis, quæ per inferius applicari bene poterit.

Quintus, q nõ poteſt dari certa regula quod iſtorũ debet ꝑcedere an ſupius datũ an inferius adminiſtratũ. vnde oportet q medicus ſua prudentia ſuccurrat habito reſpectu ad virtutẽ,& cætera occurrẽtia,& ſicut dictũ eſt q cura eius eſt ſicut cura colicæ hinc te referas ad canones de colica;& ꝓportionaliter in eis ꝓcede. Tu itaq; cãm primo inueſtiga ex ſignis.& ex his q̃ ſupra de colica dcm̃ eſt. Et iuxta cauſæ exigentiã diætã ordina. Deinde procede cũ mitigãtibus dolorẽ quæ debẽt eſſe fortiora, quia & dolor acutior q̃ in colica pro qua mitigatione recurre ad ea quæ de dolore ſtomachi cõſcripta ſunt, & ad ea q̃ in mitigando dolorẽ colicũ notaui. Tertio euacuatiua & melior euacuatio eſt illa q̃ fit per ſuperius, vt io cañ. ij. Quaro digeras ſi opus erit. dico hic, qm̃ aliqñ ita ſæua eſt hæc paſsio, vt in. ij. die interficiat. vnde in viatico hic morbus peſtifer eſt, & mortalis, & aliqñ in ſecd'a die interficit, aliquãdo in tertia,& raro ſanatur. Et Auic. cum plus occidit ileos occidit in ſeptima. & propter hæc dicta multi hortanẽ ex medicis cum in ea mala cõprehenduntur ſigna, qd' cum prognoſtico relinquaẽ. Et hic nota q illa quæ accidit ex ſtranguria dat ſpatium uſq; ad ſeptimum. deinde patiens moritur niſi multus ſuperueniat vrinæ fluxus.

Ileos peſtiferus, ac letalis morbus.

Et pro cõplemento canonum qui optime cõpleti ſunt ea habuiſs ſupra de colica aliqua pauca & vtilia ponam.

Primum q ſtudium ſit in mitigatione doloris etiã cum narcoticis cum dolor ſit vehemẽtiſsimus. de quo ſupra de dolore ſtomachi. Scd'm q diuerſiones ſunt multũ utilea factæ primo cum phlebotomia quæ eſt neceſſaria qñ ileos fit ab apãte. Item & maxime calido. Itẽ & ſi ſit à materia, ꝓpter cuius fluxum ad locum timeatur futurum apoſtema. Itẽ ventoſæ circa ventrem ſuperius. Et ligationes extremorum doloroſæ. Et ne vacuus de remedijs diſcedas ſic ponã aliqua etiã canonibus deſeruientia in ſequẽdo aliias cauſas. ſicut verbi gratia. ſi eſt ex apoſtemate calido fac primo phlebotomiã. deinde adminiſtra infrigidantia, & repellentia cuiuſmodi ſunt ſandali roſ. &c. vt ſupra de dolore ſtomachi. Si frigidum fac phlebotomiã non ita copioſam vt in calido da calida, ſtyptica. dolorem etiam mitigantia. vt camomilla, melilotum, folia lauri,& huiuſmodi. vt ſupra. de apoſtemate ſtomachi frigido. deinde in vtriſq; procede diuerſimode ſecundum temporũ varietatem, vt ſupra de colica & de apoſtemate ſtomachi.

In ea quę ex oppilatione, ꝓcede cum lubrificatiuis pinguibus, vt iuribus gallinarum, arietum, pullorũ, & hmõi, & qñq; ponitur in eis anethum, radices porri, & hmõi. & poſtea poſt illa exhibe clyſter leue, & ſubtilis caliditatis.

In ea q̃ eſt ex fœce incipe à clyſtere, vt ſupra de colica.

In ea quæ eſt ex veneno fac primo vomitũ cum aqua, & oleo ſiſamino ſi habes. deinde da mitridatum aut theriacam. Et ſic per ordinẽ de alijs cauſis. dicit Auic. q ſorbitio aquæ calidæ quãdoq; ſedat dolorẽ iliacum maxime, quando eſt ex cauſa calida. Item nota q balnea, vt ſupra ex rebus cõuenientibus etiã multum iuuãt. Item vinum decoctionis fructus cupreſsi, & ligni valet. Itẽ filum crudum bullitũ in aqua,& oleo cum cinere calidũ ante & retro applicatũ multum laudaẽ. & oportet ſæpe reiterare, & quidã ſacerdos hoc remedio multos curauit. Itẽ oleum antiquũ cum butyro antiquo melle, & aceto bullitum ad ſpiſsitudinẽ cũ lana ſuccida, aut filtro ſuperpoſitũ calidũ

Expertum ad idē puluis cichadarum, et anthimonij cum vino bibitum. Collyrium ſedās dolorē iliacæ. ℞. licij. ʒ. ſ. myrrhæ, ſtoracis, calamitę, opij, thuris. ana. ʒ. ſ. croci. ʒ. ſ. cōfice cum ſucco plantaginis, impone & impoſitum teneat per horam. deinde extrahe, & ideo ſis memor eum prius ligare, ſedat dolorē & dormire facit. Clyſteria & alia deſeruientia canonibus require ſupra de colica. Et ſcito ꝙ ex oleis valentibus in cā frigida eſt oleum de lilijs albis quod habet virtutē theriacæ, oleum anethinū, rutaceum, & valet etiam dialthea. Tu ergo potes per te cōprehendere quę medicamina proſunt ſic poſita, habita iam notitia de eis quæ ſint calida aut frigida, & de ileos hæc pauca cum auxilio eorum quæ de colica, & de dolore ſtomachi ſcripta ſunt tibi ſufficiant. Et bene ea conſidera.

### *De vermibus.* Rubrica. XXIII.

VErmis eſt animal ex phlegmate nō multū putrefacto, quia viſcoſo cōdenſabili caliditate viuificatiua in vētre genitum in melius naturæ opus, aut humiditatum in corpore putrefactarum cōſumptione ſiniſtr ꝓductum. Et per hoc ꝙ dicit animal tangit cauſa formalis quia aīalitas eius. Dicit ex phlegmate, qm̄ ex cholera nō generant cum ſit cōplexioni eoꝝ contraria calida. ſ. & ſicca: Itē amara qui ſapor eſt cōtrarius eoꝝ conſeruationi, vt patet nec ex melācholia cū ſit frigida & ſicca valde putrefactioni ſpirituoſæ inepta neq; ex ſanguine, qm̄ talē naturā ſuſtinet & cuſtodit, pro nutrimēto & augmento mēbrorum carniformium. Itē nō venit ad locum generationis eoꝝ. ꝙ ſi venit aut emittit & teritur per seceſſum tanꝗ̄ quid in eo loco ſuperfluum & cito currens, ſiue deſcendens, aut cōuertitur in ſpūs, aut in ſaniem. iuxta illud Hippo. xx. Aphor. vj. ſectionis, Si in ventrē ſanguis præter naturam effunditur, neceſſe eſt ſuppurari. Q. ſi dicat aliqñ apparēt rubei. dico ꝙ ex aliquali mixtione ſanguinis cū phlegmate, aut ex ſuctione per eos facta hoc contingit. idem de his qui citrini aut nigri viſi ſunt. Ex quibus relinquit ex ſolo phlegmate ipſos generari. Nota tñ ꝙ nō ex quolibet. nā ex vitreo nō ob ſui vehementē frigiditatē, ſed bene ex ſalſo ſm aliquos ex acetoſo & naturali ex ſalſo fiunt lumbrici longi, & rotundi. nā caliditas facit motum ad circūferentiam. vnde ſequit longitudo. ſiccitas vero motum ad centrum. vnde ſequitur rotunditas ex dulci longi, & lati. Ex parte enim caliditatis protractio. ex parte humiditatis dilatatio, quia humidum eſt magis terminabile, ex naturali breues, & lati, & dicuntur cucurbitini. nam frigiditas trahit & ad cētrum mouet quare breuiantur & humiditas dilatat, ex acetoſo curti, & rotundi, quia vtraq; qualitas, ſcilicet ſiccitas & frigiditas mouet hunc ad centrū. Ex quibus apparet ꝙ quatuor ſpecies reperiuntur, ut etiam dixit Auic. quod correlariū in ſuperficie videtur aduerſari cæteris medicinæ authoribus qui ſolum ponunt tres. ꝓpter quod credo dicēdum ꝙ Auic. in ſuo proceſſu procedit ſimul de latis magnis & rotundis, de latis qui dicunt aſcarides, & ſic de duabus facit vnā in cura. ꝓpter quod pro clara doctrina eorum quę ſm plurimum vident in practica dicendū ꝙ ſolum ſunt tres ſpecies: primi appellant rotundi, ſiue groſſi, ſiue graciles qui in inteſtinis generant ſuperioribus materia ibi retenta multa & putrefacta. parui autem dicunt qui in inteſtino naſcunt recto materia ibi retēta & pauca putrida fæci cōmixta, et hi ſunt parui et magis & minus parui, ſm materiæ quātitatē. in medijs autē inteſtinis, qa colon & monoculo materia exiſtēte media inter has duas naſcunt cucurbitini ſic dicti ad inſtar ſeminū cucurbitę. primo Metheoroꝝ. vide de eis Concil. differētia. v o i. retulit ſic qui ſe copulā. i ſ. pedum menſurā emiſiſſe. Et quidā crediderunt vermes in monoculo & colon tantūmodo generari poſſe. de quo in dubijs. Ex qbus apparet malitia eoꝝ ex parte ſitus, & ex parte materiæ eoꝝ. Ex parte ſitus qa deteriores ſunt qui ſunt principalibus magis propinqui & remoti minus, medij vero medio modo. Ex parte materię parui, qa ex putridiori fuerint materia, quapropter ſi dimittant vt augeant & deſcēdant ſuperius magis ſiunt nociui. Dicitur nō multum putrefacto, quia intenſa putrefactio ad incinerationem præparat, cū finis putrefactionis ſit incineratio. iiij. Metheor. talis autē materia nō eſt viſcoſa cōpatibilis neq; aīationi ſubiecta. Dicitur caliditate viuificatiua, ꝓpter quod nota ꝙ ad ꝓductionē talis formę cōcurrit duplex caliditas, particularis, & vniuerſalis. particularis eſt caliditas illa ſpirituoſa in ipſa materia tpe putrefactionis derelicta, vt in generatione ſaniei cōtingit. Vniuerſalis autē eſt caliditas ſolis & ſtellarum ꝗ dueſic cōiunctę diſponunt materiā ad recipiendū formā aīalis ab eis ꝓductā. De generatione autē formę ſubſtātialis in generatione per putrefactionē eſt difficultas ardua videnda. ij. Phyſic. de qualibet pro nunc ſic practicabiliter dixiſſe cum ad curam res hæc nullo modo attineat. Dicitur in vētre ad denotandum ꝙ alibi ꝗ̄ in inteſtinis vermis generari poſſit, ita ꝙ per ventrē concauitatē expono.

Dicitur in opus naturæ, vt cauſa tangatur finalis.

CAVSÆ. Et ex his oībus patet ꝙ cā eorum cōiuncta eſt phlegma putridum. Antecedens vero nō putridū aptū in putridum trāſire. Primitiua vero oīs illa res quęcunq; eſt apta phlegma multiplicare. Ex quo ſequit primo, ꝙ aer frigidus, vētus ſeptētrionalis, & indifferēter oīs aeris cōſtitutio quæ habet debilitare virtutē digeſtiuam, vt autūnus, ꝓpter quod dicit ꝙ in eo multū multiplicant. In his autē eorū materia per viā indigeſtionis multiplicatur. Ex quo infertur ſcd'o ꝙ replicatio nauſeatiua coitus ſuperfluus ſupra cibum īmediate factus inordinata ciboꝝ aſſumptio, potus inordinatus, potus vini groſſi, īdigeſtibilis, inordinatū exercitium, balneatio poſt comeſtionē in aqua calida & hmōi. ſunt vermium cauſatiua per viam indigeſtionis multiplicabitur eorum materia. Et ex hoc apparet quare infantes & adoleſcētes magis moleſtant ab eis. nā in eis multiplicantur propter eorum ingluuiem, & nauſeatiuam ſatietatē, ſed quō ſe habent ad ætates, dicetur in dubijs. Infertur tertio ꝙ cibi multiplicantes phlegma ſunt in hoc ſuſpecti, vt ſunt cibi leues, viſcoſi, vt triticum, faba, faſeoli, lac, caſeus præcipue recens, paſtillicia, olera, fructus, poma, pira, & quanto aquoſiores tanto deteriores, carnes porcinæ, anſerum, qualearum, piſces & huiuſmodi de quibus ſupra ad plenum. iij. tract. de cibis phlegmaticis. Et de his curſim pertranſiens venio ad ſigna, & ad curam, cum diffuſe ſatis de eis ſcripſerim in eo tractatu quem de vermibus edidi.

SIGNA demonſtratiua & cōia ſunt curſus ſaliuę, humectatio labiorum in nocte, & eorum exiccatio in die ꝓpterea ꝙ caliditas expāditur in die, & coartat in nocte. cum ergo ſpargit caliditas attrahitur humiditas cum ea, quare vermes famem incurrunt, & attrahunt à ſtomacho. vnde exiccatur ſuperficies eius continua ſuperficiei oris, & labij, & adiuuat ad exiccandum aer exterior, quare laborat infirmus in humectando labium ſuum cum lingua.

Et qñq; accidit eis rixa, & horribilitas locutionis. Alienatio ꝓpter eleuationem malorū vaporum ad cerebrum. vnde incurrunt accidentia catabitus, niſi ꝙ nō colligunt pilos, neq; patiuntur ſodā. Accidit & ſtridor dentium, & maxime in nocte, & eſt ſignum domeſticū, & cōe. Itē ſunt in pluribus horis nauſeātes, & appetunt linguā extrahere. Et qñq; accidit ſaltus, tremor, & clamor in ſomno, & cum eo excitantur, & eſt ſignum familiare. Item agitant in forma, & iraſcunt aduerſus illos qui eos euigilant. ¶ Et accidit nauſea, vomitus, triſtitia ſuper cibum, immo eum abominant. Et interſecatur vox. Et debilitatur pulſus. Et egeſtio eorum ſecundū plurimū eſt dura. Accidit caſus appetitus. Item & ſitiunt à qua ſiti nō ſatiantur. Et quādoq; contorquent ac ſi forent epileptici. Et quandoq; euomunt eos hora ſitis. Et diuerſificant in colorē ſcd'm

motum

motum & oppreſsionẽ vermium. vnde qñq; ſunt pallidi terrei, qñq; ru. qñq; maculati maculis rub. Itẽ oculi eorũ ſunt lucẽtes, vt pgnantium, & eſt familiare ſignum. Item ſub oculis eſt color plumbeus vt in menſtruatis. Et qñq; inflantur ventres eorũ vt hydropicorum. Et quidã dum dormiunt ſaliuam ab ore emittunt. Et quandoq; ſudant ſudore frigido. Et fœtor oris eſt ſignũ familiare. Iſta ſunt ſigna cõmunia cõſueta in vermibus apparere. uerum eſt tamen q aliquando magna eorum pars vt uomitus, ſitis, caſus appetitus, tortio ventris & huiuſmodi. apparent in morbis putridis cholericis. & ideo medicus debet eſſe multum attentus, & diligens ne decipiatur.

Signa demonſtratiua ꝓpria. & primo lõgorum cõmotio ſtomachi, mordicatio ipſius, cum punctura eius, quod ſequit ipſum difficultas deglutiẽdi, caſus appetitus ſm plurimũ. Nocumentũ ex cibo lubricitas ventris. Nocumentũ in corde, quia tremor. Itẽ & timor. Tuſsis ſicca, diuerſitas fluxus, frigiditas corporis. Et ſunt ſomnus & excitatio nõ ſm ordinem. Pruritus narium, & eſt familiare. Intuitus fixus. Palpitatio. Apertio oculi declinantis ad clauſionem, & eſt familiare. Et oculi ſunt quandoq; ſubrubei, quãdoq; fuſci. Quandoq; uentres tenduntur, & fiunt hydropici. Et quandoq; accidit fluxus ventris.

Signa demonſtratiua largorum ſm plurimum appetitus multiplicatur, quia ſm plurimum à ſtomacho longantur, quare non nocent ei, & rapiunt cibum, & mouent tempore famis motu nocente. Et ſunt cum punctione, & grauedine circa vmbilicum, & citrinatur cutis.

Signa demonſtratiua paruorum pruritus ani, & inſeparabilitas cõmotionis in ipſum. & quandoq; adeo fit fortis donec accidat ſyncopis, & habens eos inuenit ſub hypochondrijs & dorſo grauitatem.

Signa eorũ qui in ſtomacho ſunt grauitas ſtomachi, corroſio eius, eructuatio habens fœtorẽ vermium, nauſea, frequens ſubuerſio vomitus cum quo egrediuntur, mordicatio oris ſtomachi, tremor cordis, frequẽs feb. ſitis à qua nõ ſatiantur, deiectio appetitus, impoſitio digitorum in ore ad extrahẽdum aliquid, caliditas magna ſuper ſtomachũ, anhelitus frequens, & magnus, punctionem exclamatione vehementi, ac ſi forpicibus pungeretur, & huiuſmodi.

PROGNOSTICA. ſemper malum ſignũ eſt ſaltẽ per viam ſigni qñ vermes in febribus apparẽt qui ſignificant læſionẽ partis & corruptionẽ materiæ peccãtis. Item quia ſunt ex toto genere pꝫter naturam. Vermes in febribus apparentes in principio ſi viui ſunt, ſunt malum ſignum ſignificãt enim materiam malam & venenoſam à qua fugiunt q ſi mortui fuerint nõ ſunt malum ſignũ pro quãto ſignificant fortitudinẽ uirtutis mundificando, expellendo nociuum, & corruptã materiã. Vermes in medio apparentes ſemp ſunt malum ſignũ, ſiue mortui, ſiue viui. In uermibus febris mala, quia eorum nutrimentum conſumit. unde mouent ad quꝫrendũ ipm, & ſic inteſtina mordicando lædunt, & aliquãdo perforant, vt recitat quidam ſe vidiſſe. ſcd'o quia augmentũ pꝫſtat in putredine. tertio quia cum ex febre inflãment magis ob id mouent peramplius, & ſic magis moleſtant. Vermes in fine apparẽtes, ſi uiui ſunt bonum, qm̃ ſignificãt corporis mundificationem, & fortitudinẽ virtutis ad eam. ſiquidem mortui malum, quia male uidentur eſſe materiæ. Itẽ eorum viuorum exitus cum egeſtione bonũ. Et differunt inter ſe ex parte malitiæ, qm̃ parui ſunt minus nociui, qm̃ ſunt à principijs elongati. Itẽ quia ſunt apti faciliter cum fœce expelli. Q. ſi creſcunt mali, fiunt & deteriores, qm̃ ex deteriori materia ſunt, ideo in eorũ expulſione feſtinãdũ, longi poſt ipſos ſunt minus nociui, qꝛ non ſunt ex materia ita putrida ſicut cucurbitini. Cucurbitini aũt alijs ſunt deteriores. hic eſſet locus ſpeculationis. nã forte dicet aliquis longos plus nocere ꝓpter ꝓpinquitatẽ ad principalia qꝫ cucurbitini merito ſuæ materiæ. & tu cõſidera. Exitus uermiũ cum ſanguine per ſeceſſum malũ. Exitus vermiũ cum uomitu ſignũ malũ. ſignificat. n. ſtomachũ malis hũoribus grauari.

Cum vides patientẽ io anhelitu difficultari eritq; anhelitus frigidus & corpus eius tumefactum mortem uicinam expecta. Item cum patiens ad hoc peruenit quod oculos apertos tenet & nõ videt quod cõprehenderur ex applicatione digiti vſq; ad oculum in qua approximatione oculos non mouet vt faciunt mangones equorum qñ volunt videre ſi equi videnr eſt ſignum feſtinæ mortis.

CVRA canones. Primus ordinatio diætæ. Scd's eorum interfectio. Tertius interfectorum aut nõ interfectorum eductio. Quartus correctio accidentium.

DIÆTA ordinet in cõtrarium cauſæ faciendo vt abſtineat ab his quæ uermes multiplicant. de qbus actum eſt. Et vtat ꝓportionalibus, vt ſunt calidi & ſicci, in quibus non eſt viſcoſitas, & in quibus eſt abſterſio, vt aqua ciceris, cibi in cõplexione tẽperati, & qui ſubſtantiã habẽt mediocrẽ, non tñ teneram ut faciliter corrũpant, neq; duri neq; repugnent digeſtioni, & tales ſunt panis frumẽti bene coctus, panata cum oleo, & maxime omphacino & pauco croci, carnes vitulinæ, hædinæ, francolinæ, perdicum, pullorum, caponum, auicularũ paruarum, & hmõi. de quibus. iij. trac. blites quꝫ à ꝓprietate licet ſtomacho noceãt, propter quod in modica quãtitate, ſaluia, ſummitates caulium, brodiũ eorum, borago, fœniculus, & hmõi. & cum eſt fluxus & caliditas cibent cum acetoſis ſtypticis, vt ſunt granata ſumach. Q. ſi debilitant dent quꝫ nutriunt multum, vt oua, aqua carnis, quis pulli deſtillati cum gramine, aut ſiligine. aut aniſo, aut fœniculo, & hmõi. ſm conſtitutionẽ tpis. Itẽ & cõſidera ſemper ſi adeſt feb. quia oportet moderare cum frigidis. Item detur cõfuſum alterarũ, vt decet cum calidis & frigidis. & ſimiliter oua coquant cũ alterãtibus interficiẽtibus, oliuꝫ ſaliꝫ, medulla oſsis pſ ci. dactyli, paſſulꝫ, nuces ſiccæ. de qbus Aui. ij. cañ. multus vero eius vſus educit vermes paruos, & aſcarides. idem Serap. Vinũ debile aurelium, aut album, digeſtioni facile. & quidam cõmendant maluaticum cum aqua, ſed ſemper attende ſi adeſt feb. Itẽ aqua decoctionis aut ſublimationis graminis, aqua ſiliginis. & iſta ſimiliter etiã cũ vino mixta. Itẽ offe aſſaiꝫ in vino. De cæteris rebus nõ naturalibus dicat q in pueris male regulari poſſunt, ſed in adultis regulent iuxta cauſas, vt de alijs ſæpe dictum eſt. Et in dięta obſeruent duo canones neceſſarij. Primus q ſumme ſtudendum eſt q non deficiat nutrimẽtum eis, propter q tales ſunt bene cibandi, cum menſura tamen. vnde Auic. Et cum habentibus vermes adeſt feb. accidentia ſunt fortia, & maligna, quoniã feb. conſumit nutrimentum eorũ, quia mouentur ad quærendum ipm, & ſigunur in inteſtinis. Itẽ Auic. de cibatione eorũ. oportet vt non egeãt cibo, & mordicẽt ſtomachum, & faciant fortaſſe cadere virtutẽ appetitiuam, immo cibentur ante motum eorum in hora quietis, & vt ſeparetur cibus eorum, & cibentur cibo pauco. Ex quo apparet primo q debet medicus bene cõſiderare horam motus vermium, ac ſi eſſet principiũ paroxyſmi febris. Scd'o q cibus debet dari in bona quantitate ſupra debet partiri propter debilitatem virtutis. conſidera. Scd's q ſumme ſtudendum eſt in cõſeruatione appetitus. Vnde Auicẽ. Et de curatione continua cum rationẽ vermium eſt rectificatio appetitus cum cadit.

HOC FACTO ſtude vt ipſi imediate interficiantur, nec tardes ne vlterius corpori noceant. Et pro complemento huius canonis attẽde alios. Primus, q medicinarum vermes interficientium, quꝫdã ſunt calidæ, quædam ſunt frigidæ. oportet diligẽter attẽdere ſi adeſt feb. aut nõ, qm̃ in his oportet te moderare. nam ex calidis ſunt quꝫ ad tertium gradum perueniunt conuenientes in regimine eorũ omni hora niſi ſit illic feb. aut apoſtema. Aui. de quibus & de frigidis dicet ſtatim. Secundus, q licet indifferenter, medicinæ amaræ ſint vermiũ interfectiuæ, nihilominus

tus quędã ſunt quæ magis à ꝓprietate reſpiciunt longos ꝗ̃ cucurbitinos, cum quibus in eorũ interfectiõe, oportet alijs, & alijs vti. Tertius, qm̃ inuenis ꝙ ſimplex iuuans ac faciens ad interfectionẽ eorum cum qualitate manifeſta ex primis amaritudinẽ, & à ꝓprietate nõ eligas ſuper eum, vt verbi gratia, ſicut eſſet abſinthiũ, vt Aggregator brixieñ. cum vermem quendã piloſum neq; aloe neq; alio medicamine ĩterficere potuiſſet ſolo oleo abſinthij peremit. Quartus, ꝙ cum ſtomachus maxime cum eis lædatur ex vaporibus eleuatis ab eis aut motu ipſorũ ad eum ꝙ tales medicinæ non debent eſſe abſolute ab his quæ ſtomachũ confortant. ꝓpterea dicunt authores ꝙ debent eſſe ſtypticæ. Quintus, ꝙ medicinæ quæ interficiunt cõuenientius per ſuperius exhibent̃ ac dari debent. & ideo dicebat Auicen. xvj tertij. de cura eorum. ſuppoſitoria vero melius eſt vt ipſa extrahant ꝙ interficiant, niſi quia in recto eſt ex paruis vermibus. nã fugiunt per talia ebibita, & deſcẽdunt ad loca expulſionis. vnde aut natura ipſa, aut arte educuntur, cuius oppoſitum contingit ex ſuppoſitis. Q. ſi dicat̃ inquit Auic. Et quãdoq; ſumit in potu habens vermes ſicut lac duobus diebus. deinde potet die tertio in lacte medicinam interficientẽ eos, & qñq; fugit ante eum fauum mellis cum inuenit dolorẽ eius peruenit ad fugiẽdum illud quod deponit̃ ad ipm̃, & quando ſequitur illud: iſtæ medicinæ ſunt magis interficientes eos, iſta vident̃ aduerſari canoni ij. & reliquis. Dicendũ puto ꝙ canon ſcd's & ſm̃ plurimũ & raro in paucioribus verus eſt & obſeruandus, oĩa ſcd'm plurimum medici nõ uocantur niſi tẽpore quo infantes & cæteri maxime moleſtant̃, quo tẽpore virtus eſt facta debilis, & vermes ſunt in magna quantitate multiplicati & pueri nõ bibunt niſi modicum. Vnde ſi eo tẽpore vermes lacte nutrirentur ſic recenti & in magna quãtitate periculum mortis inferrent, ſed vbi virtus eſſet fortis & patiens obediens ad bibendum magnã lactis quãtitatẽ ad minum duobus diebus, tunc vermes non mouerent̃ neq; aſcenderent quærẽtes nutrimentum ſicut ſi paruus aut quaſi nullus fieret potus, ꝓpter quod qñ cum lacte daretur venenũ facilius interficerẽtur, & ideo dixit Auic. qñq;. Et ego cognoſco hominẽ de Petra rubea dioceſis Taruiſinæ qui ſæpe à vermibus moleſtat̃, & ipſe bibebat lib. iiij. lactis. & ſtatim ceſſabat dolor mordificatiuus quem ea vermibus prius ſentiebat, deinde egrediebatur lac cum materia vermium. Scd'o dico ꝙ ſi haberet̃ patiens obediens ꝙ melius eſſet dare prius fauũ mellis, vel aliquod dulce, vel lac, vel vnctuoſum. deinde medicinã interfectiuam per horã vnam aut duas, & hoc bis in die mixtam cum tali re dulci vel ad extra applicare ipſam in omnẽ modum. & tu bene cõſidera. Et hoc fortaſsis voluit Auic. cum dixit. & qñq; fugit ante eum fauũ, ſed quia non inuenimus ægrotãtes ſic obedientes hinc à re tutiori inchoamus dando vel adminiſtrãdo interfectiua. Sextus, ꝙ cum bibunt̃ medicinæ facientes ad vermes, oportet tunc vt ſtringant̃ nares vehemẽter vt multiplicet̃ cõſtrictio anhelitus, & intromiſsio eius quãtum poſsibile eſt. nã rectius eſt vt non permiſceat̃ anhelitui aliquid de odore earum. & eſt Auic. ad literam. & tu bene conſidera hunc canonem. nam dubitatur ne ex earum multo odore aut vapore membra lædantur principalia, ꝓpter ea canon interdum eſt de habentibus malum & acutum odorẽ, de quibus ſtatim. Vnde per ordinem ſatiſfaciã canonibus cum exẽplis ſimplicium & cõpoſitorũ.

TERTIO principaliter debes ſtudere ꝙ poſt eorũ interfectionẽ educantur cum natura per ſe eos non educat, nam corpori venenoſum cõicant vaporem cum mortui ſunt, quare ſtude. Et hoc nota pro maiori cautela & ſecuritate infirmi canonẽ. Cum vocaris à principio, & nõ adſit fluxus ventris tu debes adminiſtrare quę materiã phlegmaticã ſic in inteſtinis aggregatã euacuent. nam qñq; ſic ea tali ſola curant̃. & hoc voluit Auic. in fine capituli cum dixit, & multiplicet̃ phlegma aggregatũ inteſtino ex quo generant̃. Et dictum eſt ſi non adeſt fluxus propter quod nota canonẽ alium. & eſt Aui. ꝙ qñq; aggregatur cũ vermibus fluxus vẽtris, quare neceſſariũ eſt et vt interficiant̃ tantum, motus nanq; extrahit eos ꝓpter quod abſtinendũ à medicinis ſolutiuis interficiẽtibus, immo illo caſu oportet vt ſint medicinæ interficientes, & ſtypticæ, & prohibentes. Tertius canon ponitur. ꝙ euenata educẽtia vermes cõuenientia ſunt quæ participant dulci, & vnctuoſo. nam hos ſapores maxime diligunt. Ex quo infertur ꝙ clyſter, factum ex brodio cum zucchare videt̃ cõuenientius ꝗ̃ factum cum lacte & zucchare alijs paribus. Cuius etiã oppoſitum poteſt ꝓbabiliter dici. nã & lac etiã vnctuoſum, & ex ſe dulcedior participat. & forte tẽpore febris cõuenientius. ad quod adducat̃ Apho. iiij. Apho. lac dare &c. Intellexit per ſuperius. Quartus, ꝙ prius ſi potes, & morbus dat inducias debes tentare euõoes interfectorum per adminiſtrata per inferius clyſteria, ſiue ſuppoſitoria. nam appetitus debet multũ cuſtodiri in eis qui ex diſcraſia ſtomachi facta per hm̃õi medicinas ſic per ſuperius adminiſtratas hoc tẽpore faciliter diſceroitur. Quintus, ꝙ cum peruenias ad exhibendum talia euãntia debes ea dulcorare vt tibi poſsibile erit, & dare ea tẽpore vacuitatis, vt aſcendentes vermes ab ano ſub eſca exiſtentes capiãtur & extra ducãtur, qui canon etiã de interficientibus audiendus eſt. Ex quibus colligitur ꝙ poſt ordinationẽ diætę, vt ſupra debes primo euãre materiã phlegmaticã. ſcd'o interficere, tertio interfectos educere. Et licet videant̃ hi canones habere intentiones cõtrarias, tñ reperiuntur multa ſimplicia oẽs tres cõprehẽdentia, vt aloe & hm̃õi. de quibus ſtatim. quarto dicebatur ꝙ de correctione accidẽtiũ de quo nihil vſquequo non ſatiſfecero ſcd'o & tertio canoni. Et pro cõplemento ſecundi dicatur ꝙ medicinarum vermes interficientium quædã calidæ, quædã frigidæ, quędã fortes, quędã debiles, quędam magis longos reſpiciunt, quædã magis cucurbitinos, & hoc à ꝓprietate. & ex his quædam ſimplices, quędam cõpoſitæ, de quibus omnibus ſeriatim per modum exemplorum ꝓcedendũ. Vt verbi gratia. Exemplũ primi de calidis domeſticis, abſinthium, abrotanum, praſsium, calamentũ, lupini amari, diptamus, eupatorium, menthaſtrum, nigella, perſicaria, raphanus, ruta, roſmarinus, ſtaphiſagria, hyſſopus, ſemen vrticæ, zedoaria, caulis. Nam de talibus & infra ſatis ad plenum. Sed nota Auicẽ. de cura eorum inquit. & medicinæ quædã calidæ ad gradum peruenientes tertium, conuenientiores in regimine eorum in omni hora, niſi ſit illic feb. aut apoſtema. Exemplum de frigidis, endiuia amara, & ſemen eius, granatum acetoſum, poma arancia, cortex, radix mori, lignum granatorum, ribes, lac aſinæ, ſemen portulacæ, coriandrum, ſemẽ acetoſæ, bolum armenum, & huiuſmodi. de quibus & multis alijs infra ſtatim ſuo loco. Exemplum de frigidis fortibus. vnde Auic. & medicinę quæ interficiunt aſcarides, qa cucurbitinos fortiores ſunt eis quæ interficiunt longos. nã quæ interficiũt aſcarides. & rotundos interficiunt, & longos, & cauſa in hoc quod aſcarides ſunt remotiores in eis prelabunt̃, & ſunt magis ſubmerſi in humiditatibus cõuenientibus eis, & qm̃ ſunt in chyſtis, & quandoq; ipſi generati ſunt à materia groſſa groſsiore, & ſpiſsiore, & propinquiore ad complexionẽ calidam, & magis ſimili ei quod eſt venenum. vnde non patitur à ſuo ſimili niſi ſupfluat. Exemplificando de tertio aperientur quæ dicẽda erant de ſcd'o. Medicinæ itaq; reſpiciẽtes longos à proprietate magis quàm alios ſunt, aniſum, allium crudum vel coctum, calamentum, fœniculus, diptamus, pulegium, ſandonicum. de quo conſuetus ſum facere tortellas pueris, vt infra in fine, abſinthium, ciminum aſſatũ, origanum, praſsium, ſaluia, caulis & ſemen eius, camepitheos, mentha, & ſuccus eius, piretrum, ſtercus pecudum cum melle inunctum. De ſtercore dixit Democritus, ꝙ nihil fortius ad omnia genera vermiũ inuenit quàm ſtercus muris. Stercus muris ſũmum in vermes remediũ

tiuris bibitum triduo. Ex frigidis ſunt, aqua ſalſa pota, ſa, bolum armenum, endiuia amara, myrtus, portulaca ſemen eius, pſylium, vermicularis, vnicor. quia raſura eius, aqua decoctionis granatorum, gramen. ponitur tñ à quibuſdã temperata ſumach, terra ſigillata, arnogloſſa, & ſuccus eius mirabilis, maxime exiſtente fluxu, & valet puluis eius, coriandrum. & ſic de multis de quibus in de compoſitis. Reſpicientes aſcarides ſiue cucurbitinos ſunt ex calidis, coſtus amarus, abrotanum, carui, ſemen lauri. de quo in fine. raphanus, ſuccus eius ariſtologia longa, cẽtaurea, enula ſuccus eius recentis, & eſt mirabilis. Auic. nux, ſtaphiſagria, abſinthium, perſica folia, perſicaria, menta, zinziber.

Ex frigidis lac acetoſum, ſemen apij bibitum granatum, portulaca, & hmõi. Ex quibus ſic ſatisfactum puto eſſe de ſimplicibus domeſticis, & magis notis. Reſtat ergo vt de compoſitis loquar. de quibus id agam ponẽdo modos adminiſtrationis diuerſos ſm ꝙ diuerſimode ẽt ab alijs ponuntur ꝑpter quod aduerte ad cañ. quintũ principalem ꝙ in adminiſtrando hic melius & conuenientius dantur per ſuperius. & ſpãliter quæ ſunt amara. ꝑpter quod nota dcm de Aui. de cura eorum inquit. Amari enim & calidi complexio contraria eſt eius cum caliditate. & eſt contraria cũ qualitate quam ipſi magis diligunt. ſ. vnctuoſum & dulce. Ex quo ſequitur ꝙ cum cõtrariũ fugiat cõtrarium ꝙ exhibita amara per inferius nocerent facientia vermes aſcẽdere. vbi per ſuperius data facient ipſos deſcendere. & fortaſſe hic fundatur cõe allegatum, amara per ſuperius & dulcia per inferius. Adminiſtrãtur aũt qñq; hęc ſub forma potus, qñq; ſub forma electuarij, qñq; ſub forma ſolida, qñq; in forma pilulari. Item in modũ vnguenti & eſt plurimũ. Item in modũ emplaſtri. Item in modum cataplaſmatis. Item qñq; cum filtro, ſpongijs, ſuffumigijs, & hmõi. Item dantur in ferculo in modũ aromatũ, vel puluerum. de quibus omnibus ſeriatim dicetur, tñ per modum exempli, & clarioris doctrinæ. Exemplum de potu. ſy. de abſinthio, de menta, de praſſio, de calamẽto, cum aqua endiuiæ, portulacæ, acetoſæ, graminis, & aliarum rerũ calidarũ interficientiũ vermes de quibus actum eſt, ſemper conſiderãdo ſi adeſt feb. an non. & tu cõmiſce vt decebit. quidam dant potum ex gramine, & ſiligine, & ſemine portulacę factum cum modico, zucchari. item laudatur vt ſupra maluaticũ oleo omphacino ieiuno exhibitum, quidam decoctionem radicis tormentillæ cum zuccha. Itẽ decoctio arboris granati, aut corticis mori cum zucchato. Item oleum omphacinum potatũ in bona quantitate, ꝙ ſi fieri non põt io vna vice bibat ad minus coclear vnũ in pueris, in adultis duo de eo ſæpe in die dando. Item ſi horribilia redduntur, detur cum decoctione extremitatũ caulis, & ſeminis eius. Item ſi adeſt fluxus nihil melius ꝙ̃ ſuccus plantaginis, vt ſupra cũ modico zucchari ro. Item ſumach diſſolutum in aqua eſt mirabilis. Aui. Item lutũ ſigillatum cum vino, & ſemẽ portulacæ, hæc vt eſt dictũ, & meliora mihi & alijs cõſueta notaui, & in his non multiplico, qm̃ oportet medicum ſua prudentia ingeniari diuerſimode io earum rerum exhibitione ꝑpter inobedientiã puerorũ, & ideo de his ſatis. & tu elige & confice. Exemplũ de electuarijs datur theriaca magna antiqua. Item. ℞. ſandonaci lib. ſ. pirethri, pania aſſi, & in aceto extincti. ana. ℥. iij. cornu cerui vſti in aceto extincti. ℥. ij. ſeminis canapis, cimini, cinnamomi. ana. ℥. j. nigellę. ℥. q. lupinorum uſtorum, ſalis amoniaci, naſturcij. ana. ℥. i. ſ. abſinthij, ſeminis caulium. ana. ʒ. iij. mellis quod ſufficit. & ſimiliter ex te ex datis vt libet confice. Aliud ad lũbricos proprie. ℞. ſandonici. ʒ. iij. centaureę, abſinthij cornu cerui vſti. ana. ʒ. iiij. pulueris lupinorũ, pirethri. ana. ʒ. ij. calamenti, pulegij. origani. ana. ℥. j. nigellæ, ſileris mõtani. ana. ℥. ſ. abrotani. ʒ. iij. gentianæ, ariſtol. lon. ana. ʒ. ij. mentæ. ℥. ſ. croci. ʒ. j. mellis quantũ. ſ. de quo detur mane & ſero & quantitatem practicanti. Ex his conficere potes confectiones ſolidas de quibus, tñ vnicum ponã exemplum mihi conſuetum. ℞. centaureæ, carui. ana. ʒ. j. colloquintidæ. ʒ. ſ. ſeminum portulacæ. ʒ. j. indici. ʒ. ſ. radicis granatorum, myrti. ana. i. ſ. radicis enulæ exiccatæ. ℈. ij. zucchari. lib. iij. & cum aqua endiuię fiat confectio ſolida de qua datur ſm ætatem à. ʒ. j. vſq; ad. ʒ. iij. Exemplum de pilulis ex his pulueribus cum ſucco abſinthij fac pilulas, aut da ipſas ex ſolo ſucco confectas. Quidã pro experto habent ℞. tormentillæ, indici, diptami. ana, & cum ſucco portulacæ pilulas conficiunt dicũt ſe mirabilia feciſſe. Nõnulli ex his. ℞. reubarbari, diptami. ana. ʒ. j. euphorbij. ʒ. ſ. cõficiunt cum melle, & dant à granis. ij. vſq; ad. x. ſm ætatem male tibi promitto dari pñ hæc pilulæ ſaltem infantibus. Propter quod ordinãtur ea quæ extrinſecus applicantur, vt vnguenta. ℞. ſucci mentę. ʒ. viij. centaureę minoris, ſandonici, lupinorum amarorum. ana. ℥. j. gentianæ abſinthij. ana. ℥. viij. aceti expreſſi de pane aſſato. lib. ij. ℥. viij. ſucci arancij. ℥. vij. ceræ quod ſufficit fiat vnguẽtum. & eſt mihi conſuetum ex quo deo opitulante multotiens honorem conſecutus ſum. & quia vſq; modo locutus ſum principaliter de longis, ideo nota canonẽ ꝙ tu debes inungere loca ſuperiora & ſtomachum ante & retro. & tempora, & pulſus, & volas manus. nãm cucurbitinis vmbilicum, & loca illa circunſtantia in quibus generant. Exemplum de emplaſtro. ℞. abſinthij, perſicariæ, vermicularis. ana. M. i. ſ. ſucci mẽtæ, ſucci praſſij. ana. ℥. ij. olei abſinthij, maſticis, roſ. ana. ℥. iij. farinæ lupinorum. ℥. vj. bulliãt bulliendo, & cum illa decoctione & modico croci fac emplaſtrum. Et ex his herbis & dictis ſupra ſubtilis fac cataplaſma res rudis eſt non do exemplum. Embrocha cum filtro, aut ſpongijs fit poſt ex his rebus bullitis in aqua aut in vino, vt videbitur. Embrocha optima. ℞. mentæ, abſinthij. roſ. ana. M. j. centaureæ, diptami, boli ar. corticum radicis mori. ana. M. ſ. gentianæ, ſeminum portulacæ. ana. M. j. bulliant in aqua & modico vini aromatici ſi non adeſt fluxus aut vomitus. Q; ſi ſit vinum nigrum & pone plus aut minus, vt videbitur decere ex parte diſpoſitionis ægri, quia febriens aut non, & hmõi. vſq; ad conſumptionem tertiæ partis. deinde infundatur ſpongia aut filtrũ & expreſſa ſtomacho calida applicetur reiterando bis aut ter ſtomacho ieiuno. deinde locus mundificatus inungatur ex vnguento dicto. & hoc fiat bis in die mane, & ſero ſtomacho vacuo. Suffumigium fiat ex myrrha, aloe, folijs perſici, ex ligno mali granati, & ex alijs dr qbus ſupra interficientibus longos, & iuxta canonem cõuenientius eſt p ſuperius. Habes pulueres multos laudatos ex quibus factæ ſunt pilulæ confectiones, vt dictum eſt. Ingenientur itaq; medici qui eos in tali forma ſtare non pñt dare hos pulueres in ferculis pueris, & ſic de alijs. Alius optimus. ℞. cornu cerui vſti donec albeat. de quo detur à grano. j. vſque ad. iij. cum zuccha. Item raſura vnicornu, & ſic de alijs ſimilibus. & de ſtercore muris, vt ſupra. Alius optimus. ℞. cornu cerui vſti, centaureæ, mentæ, pulegij, ſit ad quantitatem mediæ oucis cum lacte, vino, melle, aut aliter.

Quidam ingeniantur ẽt io conferendo balnea, vt. ℞. palleas ſiliginis, gramen, lupinos, fac bullire, intret balneũ patiens habito prius ſuppoſitorio ex melle. Et ne te in longum amplius ducam ſcito ꝙ ex iam dictis, & fortioribus interficiendo cucurbitinos valẽtibus potes per omnia exẽplificare, vt dr interficientibus longos actum eſt. & quoniam hoc leue intellexi ſuperuacuum tñ de eis, exemplificare ſic ſeriatim, vt dr lõgis actum eſt. ſufficit enim aliqua rememorare ex magis commẽdatis. dicitur ꝙ ſuccus rutæ recentis eſt mirabilis & fui expertus, ſemen apij eſt forte interficiens oẽm vermẽ. Aui. & ſumatur cum ſy. acetoſo, aut cum lacte, ſuccus foliorum perſici, decoctio radicis arboris granati, coriandrum bibitum cum rob, aut confectum continuatũ tribus diebus. Item ſumach diſſolutum in aqua eſt mirabile. Et nota ꝙ iſta quæ ſic ſunt guſtui faſtidioſa, non ſemper dari poſſunt poetis, ſed aliquãdo ipſi

potarent

potarent venenum, & omnia, & eo tempore dari poterunt
in qua datione laboret præſentia medici, ſemen portulacæ
mirabile eſt, cum multū ſumitur. & ſic cōſimiliter de alijs
ſupra poſitis datis, aut in forma electuarij, aut cōfectionis
aut aliter, vt ſupra de medicinis longorum actum eſt.

VENIO ad tertium principale quod eſt interfectos
expellere, ꝓpter quod nota ꝙ medicinarum vermes expel
lentiū, quædam dr̄r tales, quia ſunt diſponentes eos ad ex-
pulſionem, non quia ſui virtute eos expellant, ſed quia eos
mouent & ipſi mouentur ad locū expulſionis eor̄. vnde à
natura poſtmodum faciliter expelluntur ad extra, vt ſunt
dulcia & vnctuoſa per inferius immiſſa, ſiue fuerint ene-
mata, ſiue ſuppoſitoria. Quædam dr̄r complentes expul
ſionem, quia ſua virtute expellunt, cuiuſmodi ſunt medici
næ ſolutiuæ appropriatæ, inter quos aloe ꝓrogatiuam ha
bet. Exemplum de primis lac, mel, brodium pulli, aqua
mellis, zuccharum & hmōi. Nam hæc aut per clyſter im-
ponuntur, aut fit ſuppoſitorium, aut anus ex eis inungitur.
Item fit ſuppoſitorium ex penidijs ſaltem infantibus. &
modus adminiſtrandi eſt vt prius per horam vel circa in
terficientia per ſuperius adminiſtrētur per intus ſi fieri po
teſt, aut per extra. deinde ſupponantur, aut clyſter ex bro-
dio & zuccha. abſq; ſalis, tpe calido exiſtēte fe. aut ex bro
dio & melle tpe frigido, aut non exiſtente fe. Aut ſuppoſi-
torium ex melle, & penidijs. Item inūgatur anus ex melle.
Et ſuppoſitoria ex melle facta tēta diu, & reiterata bis vel
ter in die, longa, & ſtricta ſunt vehementis iuuamenti, &
hic modus eſt ſecurus & efficax. Exemplum de complen
tibus eductionem ipſorū ſua virtute. & harū quædam ſim
plices, quædam cōpoſitę. Simplices ſunt aloe primo qui
prærogatiuam inter cæteras habet. interficit etiā ſua ama
ritudine, & ſua virtute ſolutiua, quia phlegma putridū &
corruptum ſoluit, eos eorumq; materiam educit. Collogn
tida quæ habetur mirabilis in hoc. Iteos, quia ſuccus eius
recens. Centaurea, quia ſuccus eius. Carthamus, abſinthiū
reubarbarū, agaricus. Item breuiter euphorbium, & om-
nes laborioſę ſoluentes. & tu elige. Ex compoſitis ſunt
hiera ſimplex & compoſita. Item pilulæ de abſinthio. Itē
pilulæ cōes dictæ de aloe, croco, & myrrha. Auic. & ſunt
meo iudicio efficaces ꝙ ſi additur bolus ar. adhuc melius
non exiſtente difficultate anhelitus. Item. ℞. ſucci apho-
dillorum, ſucci abſinthij, ſandonici, ſiſimbrij, fabę, lupini.
ana. decoquantur ad ſpiſſitudinem aliqualē. deinde addaſ
aloe ad pondus omniū fac pilulas, ex eis da ab vna vſq; ad
quinq; ſm ætatem miraberis effectū. Item. ℞. cornu cer
ui vſti, centaureæ, menthę, pulegij, ſiſimbrij, abſinthij, ſan
donici, lupinorum amarorū. ana. ʒ. i. ſ. aloes ad pōdus om
nium fac pilulas da vt ſupra vel abſq; aloe, da puluerē cū
lacte, vino, vel aliter vt poteris. Et quia dictū eſt de cly-
ſteri ſcito ꝙ etiam in hoc caſu fiūt clyſteria fortis educti-
ua. vnde accipiuntur medicinæ ad eos, & fiunt decoctio-
nes quibus addiē pulpa colloquintida, aut turbith, aut ſuc
cus cucumeris aſinini, aut aloe, aut aliquod tale, vt ſupra.
videbitur expedire. Item fit cum aquis ſalſis baurach &
hmōi. in quibus ēt cum fuerit fe. ponuntur cortices radicū
mori, & cortices granatorum & hmōi infrigidātia. ſed hic
aduerte cum talia acuta imponunē ſiue ſint clyſteria, ſiue
ſuppoſitoria ꝙ anus debet cuſtodiri ne accidat teneſmus,
aut excoriatio, & hoc cum ſuppoſitorijs, & lotionibus ꝓ-
hibentibus. de quibus ſupra. de cura teneſmi. Poſtremo
pro complemento rei, oportet ꝙ quidq̄ dicatur de paruis
quorum cura facilis eſt reſpectu curæ ꝑcedentis. Vnde no
ta ꝙ cum parui ſint ꝓpinqui exitui & ꝙ faciliter poſſit me-
dicamina ſibi approximari, ꝙ nihil in cura eorum melius
q̄ ſuppoſitoria, & clyſteria ex quibus deſcriptis ſatisfactū
puto tibi erit. Clyſterę ad eos. ℞. cētaureæ, carthami, hyſ
ſopi. ana. decoque, in eius decoctione addas de colloquin
tida, aut de turbith, vt placet. & cōſimiliter fac ex alijs re-
bus interficientibus vermes indifferenter, & addas oleum
aloem cucumeris aſinini & hmōi de ſolutiuis. Item valet
aqua ſalita clyſterizata ſola in qua imbibita ſunt folia per
ſici, aut medullæ oſſium eius, & aduerte ſi adeſt feb. quia
oportet te cum calidis miniſtrare frigida, vt cortices gra-
natorum, aut radices mori, & hmōi. & oleum quo vti de-
bes eſt oleum omphacinum de abſinthio, ſi caliditas intē-
ſa non obſtat. Item valet ſi in enematibus ponatur hiera et
eſt ꝓpria medicina. Item ex ſuppoſitorijs fac ſuppoſito-
rium ex melle cum puluere hieræpigræ, aut cum aloe ſola
aut cū colloquintida, aut aliquo tali. & conſidera caliditā-
tem & ne anus lædaē, vt ſupra. Item capias ſuppoſitorium
ex radice recēti factum, & aſpergas cum aloe, & inunge cū
oleo de abſinthio. Item fac ſuppoſitorium ex lardone recē
ti, aut ſalſo, & ſit longum & in eius extremitate ligetur cū
filo. deinde imponatur, & teneas patiens per duas horas vł
circa. deinde extrahatur, & inuenies eum plenum vermi-
bus paruis, ſicq; frequenter & iterum extrahentur, & hoc
modo curabitur ſi deus voluerit. Faciunt ad eorum cu-
ram ſuffumigia ex rebus interficientibus vt ex myrrha,
aloe, ex ſticados marino, & hmōi fit eorū mortificatio, &
euacuatio à multis vermibus, & incantationibus, de qbus
nil ad præſens ne videar tranſgredi limites artis, ſed de his
plus q̄ ſatis in eo tractatu quem ſuperioribus annis de ver
mibus deo concedente compoſui.

ACCEDENS ad quartū principale dico ꝙ ac-
cidentia conſueta euenire, ſunt feb. anguſtia, ſyncopis, epi-
lepſia, & hmōi. de quibus in de ſignis de quibus tm̄ dicaē
ꝙ ne idem pluries replicetur & oe capitulū ponatur in ea.
debes recurrere ſupra vel infra ad ea. ſ. loca in quibus de eo
rum cura determinatur. Hic tm̄ verbi gratia. tm̄ dicatur
ꝙ exiſtente fe. debes vti frigidis, & ꝓprie vt eſt ſemen por
tulacæ, coriādrum, atriplex, & hmōi ad intra. Ad extra ve
ro vt eſt vermicularis, ad imus ad extra vt eſt acetū ſi non
ſit ꝙ obſtet. Calidis autem non niſi moderate, Item vt
ſupra ſi adeſt fluxus ſolli. nec cibo, vt dictum eſt ne cadat
& virtus, & appetitus. Item ne ipſi carentes nutrimēto ma
la inferant accidentia. Epithema cordiale vehemēter lau
do factum ex rebus cordialibus frigidis aut calidis vt exi-
git diſpoſitio, in quibus debes ſemper moderare quæ ſi eē
poſſit ſint aut interfectiuæ, aut cū interfectiuis mixtæ. vt ver
bi gratia. ℞. macis, florum bugloſſæ, roſ. ana. M. ſ. corian
dri, boli ar. terræ ſigillatę. ana. ʒ. j. ligni aloes. ʒ. ſ. abſinthij
ʒ. j. corallorū rub. ʒ. ſ. zedoariæ. ʒ. j. oſſis de corde cerui. ʒ.
ſ. diptami. ʒ. i. ſ. fiat ſacculus. Aut ea aquis bugloſſæ, ro.
endiuiæ cum hoc puluere fac epithema humidum, & liber
ꝙ caliditas aut frigiditas facito vt ipſa exigit diſpoſitio.

ET QVIA etiam moleſtantur medici in præſer-
uando non tm̄ in curando pueros à vermibus hic ſic ra-
ptim, ſcito ꝙ in eorum ꝓſeruatione debent primo cauere
ab his quæ vermes multiplicant ac generāt: vt ſupra. Se
cundo debent vti interdum quibuſdam rebus magis gu-
ſtui gratis & interficientibus eos ꝓſertim tēporibus ſuſpe
ctis, & ſunt autumnus & ver. & talia non ſic continuent ne
fiant nimis conſueta & familiaria à quibus deinde vermis
non patiatur, ſed modo vtatur vna modo alia interponen
do tpꝭ ſm ꝙ videbitur prudentiæ tuæ. Nam verbi gratia
aliquibus diebus vtatur ſandonico in tortellis, & cum vi-
no, quia pueri oēs libenter comedunt vnum tortellum ſic
comedendo alternatis diebus tempore ſuſpecto. deinde co
medat tortellum ex ruta, & marubio factum, & ſi pōt ex
abſinthio. Item ſcalonijs, ſiue bulbo. Item allio, porro, &
hmōi. Valet etiam vſus nucum vt ſupra. Similiter interdū
dentur ex pilulis aloe vna vel duæ. & ex alijs non cōtinuā
do ſed mutando, ne ex nimio vſu res efficiatur domeſtica.
Item ſi vis ordina puluerem ex datis, vel elec. vel confe-
ctionem. Item & vnguentum, & vnguenta ex interficien-
tibus facta. de quibus ſupra. quidam dant ſemen ſanctum,
ſiue ſementinam, & tēpore præſeruationis, & tpe curatio-
nis. & certe non ſine cauſa quare eſt dictum ſemen ſanctū

nam

tam ex ea vniuerſaliter ſunt mirabiles experientiæ, & ego
etiam vtor dando à.ʒ. vſq; ad.ʒ.ſm ætatem cum melle,
aut vino habilius fieri poteſt. & multi tenent q ſit reſolu-
tiuum, vermium eductiuum. & quidam vehementer col-
laudant termentillam quã vſq; modo non inueni in libris
authorũ. ex quibus apparet q male operant qui uno & eo-
dẽ aut pluribus & eiſdem medicaminibus vtunt in pſeruã
do pueros à vermibus, adminiſtrãdo ſemper idem vnguẽ
tũ, eaſdẽ pilulas, eundem puluerem & hmõi. & in hoc ter-
minetur capitulum decimũ ſextũ. de quo laus deo infinita.

DVBIA.

Dubitatur circa capſm. primo, an fluxus ventris cu
ret apoſtema pectoris, quia pleuritis & hmõi. ar-
guitur q ſic. illud quod vniuerſales materiales cu
rat ægritudines & apoſtema curabit pectoris & hmõi autẽ
eſt fluxus ventris cum ſit euacuatio naturæ magis dilecta,
& conſueta, & per ipſam liberius educant corporis ſuper-
fluitates. vt capitis, oculorum, aurium, & hmõi. In oppo
ſitum Hippo. xvj. apho. vj. ſectionis à morbo laterali, vel
pulmonia habito, alui profluuiũ adueniens, maluʒ. & ideo
dixit Meſ. in pleureſi largitas plurima mala. & Viaticus.
multum vitanda eſt in hoc morbo mollities naturæ niſi
vehementer fuerit neceſſaria. nam hunc morbũ ſolet ſequi
ventris ſolutio. Et licet de hac materia actum ſit ſupra. 1.
cap. nihilominus quia vtilis valde ſaltem in actu progno-
ſtico & curatiuo etiã tñ de ea dicetur præmittendo hanc
diſtinctionem. Qm̃ talis fluxus, aut eſt in principio, aut eſt
in fine. ſi eſt in principio ponitur concluſio, q talis fluxus
in principio factus eſt bonus. patet concluſio. per Aui. 2.
tertij. de ſignis bonis. diuerſitas & fluxus ventris in princi
pio eſt bonum ſignum. Secunda concluſio, q apparente
fluxu in fine qui eſt ex materia apoſtematis ipſa exiſtente
multa prauus eſt & malus. patet concluſio, quia ſignificat
q natura non poterit dominari materiæ, & quia mõ ſpar-
gitur ſeu euacuatur per loca propinqua cordi, & loca mo-
bilia. vnde praua cauſabuntur ſymptomata mortem mi-
nantia. Tertia concluſio, q materia exiſtente pauca pote
rit terminari ad bonum, natura tunc dñante cum forti na-
turæ nihil reſiſtat, Quarta concluſio, q talis fluxus etiã
apparens in fine ꝓpter cõpaſſionem hepatis, & ventris, &
ſpũalium eſt malus. nam talis ſit ſtimulata natura & ope-
rante ſymptomatice. & hanc concluſionẽ voluit Hipp. in
allegato apho. Et ſi arguitur contra primã concluſionem,
quia oĩs euacuatio ſic in principio à natura facta mala pa-
tebit ex conſequenti dubio quid reſpondendum.

DVBITATVR. An fluxus in principio morbi
factus ſit cohibẽdus q ſic, quia nullus talis eſt ſm curſum
naturæ, vt ſecundo apho. cõm. 22. Q. autem non ſit con
ſtringendus arg. quia quod mouet humores aut ſua quan-
titate ſuffocantes, aut qualitate ſua inflammantes non opor
tet cõpeſcere. illud autẽ eſt fluxus in principio. ergo. Pro
iſto dicẽdum pmittendo q talis fluxus eſt aliqñ morbus,
aliqñ accidens. Prima cõcluſio, q fluxus in principio ap
parens & morbus non eſt cõpeſcendus ubi non ſuperflue-
rit. hanc concluſionẽ voluerunt authores aſſimilãtes eum
fluxui critico et nullo modo cõpeſcendus eſt niſi ſuperflue
rit. vnde Dam. in aphoriſmis. ſiquis per per multum tpis,
neq; vomitum, neq; ſolutionem ventris habuit & ei ſubi-
to eueniet videndum ne reſtringere feſtines, quia huic cor
pus prauis purgatur humoribus. Secunda concluſio, q
fluxus talis exiſtens vt accidens & cibalis, quia per viã in-
digeſtionis proueniens eſt cum tẽperatis ſtypticis in prin
cipio cohibendus, vt ſunt abſinthium, maſtix, citonia, &
hmõi. & eſt Gal. primo therapeu. Conſimiliter ſi fuerit ce
rebralis à meſeraica & hmõi proueniens cum ſuis appro-
priatis ſtypticis. Tertia concluſio, q talis fluxus humo-
ralis de multa materia à qualitate intenſa aut vtriſq; virtu
te exiſtente forti eſt ſic in principio blãdiendus, & nõ vio-
lenter conſtringendus, immo ne mortem inferat materia
deportata ad aliquod principium debet fieri leuis euacua-
tio. & hoc forte voluit Aui. 16. tertij. cum dixit fluxum flu
xu curari ca. de cura eius. Et in hoc conſidera bene autho-
ritates eius adductas ſupra de cura fluxus inteſtinalis.

Quarta concluſio, q virtute exiſtente debili talis fluxus
eſt blandiendus compeſcẽdus cum cautela tñ et paulatim.
vnde ſis ſollicitus circa virtutem primo i qm̃ quæ primo
eſt contemplanda vt fortificetur vt paulatim conſtringa-
tur. et ſic patet quid dicendum ad dubium. ſed propter pri
mum argument quia eſt accidens contra eſt dicendum, li-
cet natura ex ſe expectaret digeſtionem quo tpe melius &
cõmodius euacuaret, nihilominus ſtimulata, aut quantita
te aut qualitate, materia ẽt exiſtẽte pauca, facit in principio
euãonem ad quam maius ſequit iuuamentũ nocumento.

DVBITATVR. An dyſenteria facta à ſanguine
ſit deterioris curationis facta à cholera. Q. ſic arguitur,
qa morbus nõ ꝓportionalis eſt deterioris curę, q̃ morbus
ꝓportionalis, ſed minus ꝓportiõalis eſt dyſenteria ſangui
nis q̃ choleræ, qm̃ dyſenteria eſt excoriatio inteſtinorũ quę
à ſanguine minime debet contingere cum ſit temperate ca
lidus, & humidus. ergo à cholera. patet conſequentia cũ to
to antecedente. In oppoſitum Aui. 2. prognoſtic. nã ma
teriæ ſanguineæ, & phlegmaticæ ſunt minoris maliciæ, q̃
cholericæ citrinæ, & choleræ nigræ. quæ ergo tales mor-
bos inducunt facilioris ſunt curæ. Reſpondetur breuiter
vt pro parte tactum eſt ſupra de dyſenteria. q deterioris
curæ eſt illa quæ eſt ex materia melancholica genita per
aduſtionem quæ materia vocatur conſuetum melancholia,
melãcholia de qua Hip. xxiiij. apho. iiij. ſectionis, Difficul
tas inteſtinoruʒ, ſi ab atrabile inceperit letalis eſt, q apho.
debet intelligi qñ intantum ꝓceſſit vt vlceratum ſit inte-
ſtinum vlcere canceroſo. Sed hic nota q talis materia eſt
illa quæ ebullit ſuper terrã, & ampullas facit à qua fugiũt
muſcæ quę diuiditur in partem groſſam, & ſubtilem, nam
quæ eſt ꝓueniens à parte ſubtili ſic aduſta citius recipit cu
ram in principio ſi bene & recte medicabitur, ſed eſt ma-
gis pernicioſa, quæ vero eſt à parte groſſa econtra. & ideo
bene conſidera. nam eſt ex cõſimili materia ex qua ſit can-
cer. Quõ autem faciliter curet cancer exterius, cui poſſunt
medicamina applicari vt cupit medicus. cõſidera. Et ꝓ
xima huic eſt illa in qua fruſta inteſtinorum emittũtur, ve
vidi in quodam puero. Dicatur ſecũdo principaliter q
poſt hanc deterioris curæ eſt quæ ex cholera rub. per adu-
ſtionem in melancholiam conuerſa. Et quarto loco dete
rior quæ eſt ex phlegmate ſalſo. Quinto vero loco quæ
eſt corruptione humoris melancholici. de quo. xliij. apho.
vj. ſectionis, Quicũq; lienoſi difficultate inteſtinorum ca
piuntur. vt infra in aphõ. & in hac ſemper ſanitas qñq; ſpe
ratur, & eſt illa quæ non ebullit, & quidam iactant ſe cu-
raſſe dyſenteriam à felle nigro, & falſificaſſe aphoriſmũ. &
faciliter fuerunt decepti non diſtinguẽtes inter humorẽ me
lancholicum. conſidera. Sexto loco ponitur ea quæ eſt
ex phlegmate viſcoſo multum adherẽte vt eſt phlegma vi
treum cum & ſi nõ mordicat ex ſe tñ ex ſua viſcoſitate ſe-
cum trahit cum expellitur ſuperficiem inteſtini & ſic exco
riat, materiæ itaq; inde tranſeuntes poſtea mordicant. Se
ptimo loco ponitur quæ eſt ex ſanguine, & licet à ſangui-
ne manẽte in propria forma. vt puto nõ fiat dyſenteria he-
tica, cum tñ vena in inteſtino ſcinditur ſubito cauſatur vi-
rulentia, vt in exterioribus eſt videndum. Octauo loco
eſt quæ ex apertura apoſtematis quæ eſt leuioris, aut gra-
uioris curæ ſm materiæ quãtitatem & eius maiorem aut
minorem malitiam. Nono loco q̃ eſt ex groſſis fecibus
ſit qñq; ex aſſumptione venenorũ. & iſta peſſima propter
etiam ipſorum venenorum malitiã. Sed quid dicendum
ad Auic. qui ponit deteriorem eſſe quæ eſt per aduſtionẽ
choleræ amaræ q̃ nigræ. idem Halyab. Pro iſto dicẽdũ
q ratione citæ impreſſionis deterior quæ ex cholera adu-
ſta, ſed

ſta,ſed ratione eradicationis quæ eſt ex melancholia aduſta,ſed tamen ſtabit argumentum ratione materiæ nocumentis abſolute,ſed tamen conſidera. vel dic ꝙ comparatur cholera aduſta ad melãcholiam aduſtam,& illa eſt deterior,vt dictum eſt. Ad argumentum ante oppoſitũ dicendum ꝙ ille apho.habet verũ in ęgritudine cõplexionali,non aũt in compoſitionali qualis eſt iſta.conſidera.

DVBITATVR. An in dyſenteria hepatica cõpetant ſtyptica. ꝙ ſic. per Viaticum & Halyab.7.pract. & per alios medicinæ authores dantes trochiſcos de carabe cum rob granatorũ,aqua berberis & hmõi ſtyptica.in gradu & ſtypticitatis eleuata. In oppoſitum eſt Aui.16.tertij.vt ſupra de ca.& cauſa dicta eſt.Et nota dictum Cõcil.differentia.220.hæc paſſio incipit interdum ſine feb.tẽpore procedente corrupto ſanguine,licet parua ſuperueniat fe.quam medici valde contẽnunt inexperti,ita vt totaliter videatur eis q̃nq; laborans abſq; feb.& alibi plures decipiuntur in huius paſſionis curatione. Reſpõdetur ꝙ q̃nq; accidit dyſenteria hepatica improprie, tñ ſic dicta ex ſanguine repletione totiua,& hæc eſt facilis curæ quæ ſic conſiſtit in his canonibus. Primus alleuiatio eorum quę ſanguinem multiplicant,& contrariorum introductio. Secundus euacuatio ſanguinis per diuerſam regionẽ. Tertius adminiſtratio leuiter ſtypticantiũ quibus hepar confortetur,& ipſa materia intus nõ claudetur, ſeu compeſcetur. Dicendũ.2. ꝙ in dyſenteria hepatica quæ contingit propter debilitatem attractiuæ hepatis. vnde non attrahit chylum,competunt calida parumper ſtyptica. nam propter caliditatem confortatur attractiua,& ꝑpter ſtypticitatem confortatur hepatis robur.Hepar eñi & ſtomachus membra pro toto laborantia ſemper ſtypticis egent,vt eorum robur cuſtodiatur. Dicendum.3.ꝙ vbi talis contingeret ex materia groſſa oppilante meſeraicas, & hepar nullo modo competerẽt ſtyptica. & cã ex ſeipſa nota eſt. & hoc eſt qđ uoluit Aui.16.tertij.de cura eius qñ inquit. Illud qđ cadit de errore in hoc ca. eſt vt denť illi qui hñt fluxũ hepaticum,oppilatiuũ,medicinę conſtipatiuæ in oppilationẽ,addentes ipſam confortantes vt ſtringãt materiã. & id ad errorẽ perducit maximum. Dicẽdum.4. ꝙ vbi hæc acciderit ex malitia cõplexionis calidæ hepatis,ita vt eueniat ſanguis ſubtilis loturæ carnis ſimilis, quẽ tandem in fecem ſolet æruginoſam conuertit,tunc opus eſt frigidis cõtẽperatis complexionem calidam hepatis remittẽtibus & ſtypticis commẽſuratę, vt hepar vigoretur, & ſanguis ſubtilis ingroſſetur,non enim debẽt eſſe adeo ſtypticamina vt quod retentum eſt prohibeatur deſcendere. nam vt dictum eſt corruptum excoriationem inducet, & talia ſunt lactuca, endiuia, & terra ſigil. & hmõi. vt ſupra de cura eius quam authores ita ſuccincte ſcripſerunt, quia parum cõſiliũ ſunt de eius ſalute in Conciliatore. allegata differẽtia. Quicqd dicere poſſumus de breui cura poſita ab Aui. de feb.peſtilentiali.

*Hepar, et ſtomachꝰ ſtypticis cõſeruanť.*

DVbitatur. Vtrum in colica competant narcotica, ꝙ non arguitur, quia hoc maxime deberet fieri in principio,cum virtus ſit robuſta, & in peracutis paſſionibus eadem die hora ſm veterem ſit medicãdum. In oppoſitũ.ea q̃ dicta ſunt de cura eius & cõitas medicantium. Nota ꝙ narcoticũ, quia doloris ſedatiuum. & hoc q̃nq; eleuatur ad tertium gradum, q̃nq; ad quartum, & quoddam ſimplex,& quoddam cõpoſitum. Exemplũ primi,mandragora,opium,faba inuerſa, ſolatrum mat..., & hmõi.Exemplum ſecundi,theriaca noua vſq; ad.vj.mẽſes,philonium,requies,aurea alexãdrina ru.troc.Nic.Optimum eſt illud Aui.vigilia ſuperflua ceoco,opio,& caſia lignea,æqualiter.& tu ibi. Et noſce ꝙ ſimplicia ſunt continue deteriora,q̃m in cõpoſitis ponuntur correctiua nocumentorum.Nam primo ſunt mortificatiua, congelatiua, propter quod caſtoreum,crocus,piper, cõmiſcentur cum eis tanq̃ theriaca. Secundo deſtruunt virtutem & ſpiritũ propter quod cõmiſcetur, ſpica, ozimum, zedoaria, et hmõi cordialia & ſtomatica. & de his & pro his recurro ad ea quæ ſcripta ſunt de ea,& de fluxu inteſtinali. Et veniẽs ad ſolutionem dubij ſcito ꝙ oĩs modus curationis ſumitur.Aut à re naturali.Aut non naturali.Aut præter naturam. A re naturali,quia à virtute aut à noxis, vt quia fortis,aut debilis,aut media. A re ꝑter naturam, quia à cauſa morbo & accidente.cauſa,quia q̃nq; eſt calida, q̃nq; frigida.Ab accidente,quia eſt q̃nq; pernicioſum deſtruens virtutem,q̃nq; debile,q̃nq; mediũ inter hęc.Et cõſimiliter de morbo dicendum.A re non naturali quia mediæ iſtarum mediocriter iudicandum. Prima cõcluſio,ꝙ virtute exiſtente forti,cauſa exiſtente frigida,& dolore remiſſo ſuper narcoticum non eſt ꝑſumendum, ſed cum anodinis procedendum. Propter quod nota ꝙ anodina repetiunt in triplici differentia,anodina dico.i.remouentia dolorem. Nã alia mitigant dolorem,quia eius cauſam euacuant,vt ſolutiua,reſolutiua,quædam quia malam remouent cõplexionẽ ſeu alterãt qualia ſunt quæ in primo gradu calida, vt camomilla,& hmõi cõmenſurate calida complexioni humanę conſilia.nam ſm Hebengu,ſed complexio hoĩs eſt calida in primo.hæc enim dicũtur demulgẽtia ſpiritus, & ipſos inebriantia,quædam quæ ſenſum à mẽbro remouent, vt narcotica dicta. Secunda concluſio,virtute exiſtente debili cauſa calida dolore forti,tunc ꝑſumẽdum eſt ſuper narcotica. Tertia cõcluſio,in medijs mediocriter eſt agẽdum. Quarta concluſio,ꝙ materia exiſtente frigida groſſa vt eſt phlegma vitreum,aut ubi ſit vẽtoſitas groſſa non eſt adminiſtrandum narcoticũ niſi cum magna cautela,& dolore multum infeſtante quę cõcluſio eſt authorum.Sed nota ꝙ qñ adminiſtras narcoticum debes alia hora dare euacuatiuum cauſæ.nam ex hoc fortaſſe prohibebatur narcoticorum in poſterũ exhibitio quod fieri debet, vt ſupra. cum tẽpore,menſura,& cautela,ita ꝙ iuuamentum præferatur nocumẽto quod omnis intendit curans.Nam difficillimum eſt inuenire aliquod auxiliorum quod nihil nocẽs conferat vndecimo de ingenio. Poſtremo nota quòd in cholica vẽtoſa ſunt narcotica multũ euitãda.nã ſpm̃ & calorẽ ingroſſant & mẽbra condenſant ne poſſit fieri reſolutio. Ad argumẽtũ ante oppoſitum dicendũ,ꝙ cũ in principio corpus ſit repletũ,& virtus ſit fortis, ſperat de mitigatione doloris,aut euacuantia,aut aliter.& ideo non fit.

*Anodina in triplici differentia.*

DVBITATVR de philonio,an ſit calidum. & aŕ. ꝙ ſit calidum per ea quæ ingrediũtur eius compoſitionem.nam calida obtinent ſupra frigida. vt patet diſcutienti.Item quia reſoluit ventoſitatem matricis. Serap. Q. ſit frigidum arg. quia ſtupefactiuum. Pro his & ſimilibus dicẽdum,ꝙ licet medicinæ calidę excedant frigidas,tamẽ quia frigidæ in tali cõpoſito ponuntur in multa quantitate hinc natura utitur eis principaliter,& ſic per philonium infrigidatur.calidis aũt vtitur acceſſorie poſitis in emẽdatione nocumentorum opij,& iuſquiami.his etiam vtendo & acceſſorie facta vẽtoſitatis reſoluit. Q. aũt natura vtaŕ frigidis & calidis ingredientibus vnum cõpoſitum per frigidas infrigidando per calidas calefaciendo. habetur prima quarti.de cura hemitritæi. vbi dicit naturam, vt piper contra phlegma,& pſidia contra choleram in ea facta cũ pipere.& quinto caſ.primo ca. Ex quibus concludiť ipſum frigidum. Ad argumentum dŕ calida non obtinere vigorem,licet in maſſa obtineant ſupra frigida.

DVbitaŕ. An ileos cauſatiua ex ſtranguria curetur ex febre ſuperueniente. Arguitur ꝙ non. per Gal.atteſtante.xlvij.apho.vj. ſectionis. per totum commentum.& tu ibi. Ad oppoſitum eſt aphor. prædictus. cuius ſeries. Quibus ex ſtillicidio vrinæ ileos ſuperuenerit,in ſeptem diebus pereunt, niſi febre ſuperueniente, ſatis vrina fluxerit. Pro dubio ſciendum Gal. videtur negare ex ſtranguria ileos cauſari poſſe, vt allega.cõm. 2. q̃ feb. ſuperuenientem poſſit eum euacuare. vide enim cõmẽtũ.

Pro iſto dicendum ileon ex ſtranguria generari poſſe. nã veſica exiſtente plena natura aliqñ non potens tantam materiam euacuare per virgam tentat eam expellere ad membrum ignobilius, inde aliqñ eam expellit ad inteſtina tãq̃ ad ignobiliora, & qm̃ veretur ne ſi ad groſſum & rectum mittat vrinam inde fiat cõpreſſio & dolor amplior in veſica, in gracilibus eam retinet, quare inde cauſatur ileos, & hæc in ſumma videtur cauſa ex Concil. ſumpta. 103. differentia. Et pro reſponſione ad dubium ponitur concluſio φ feb. ſuperueniens eam curat vel curare poteſt. patet concluſio, quoniam omnis cura fit ſuo contrario. ileos autem ſic cauſatur ex materia exiſtente frigida & humida. ergo. Nam febris talẽ materiam põt calefacere, ſubtiliare, & in motu ponetur ita vt euacuabitur, aut per vrinam, aut per feceſſum, quo facto ſequitur cura. ergo &c.

Dubitatur de vermibus, an in colon, & monoculo tm̃ generẽtur. & videtur φ ſic. per tex. Aui. inquiẽtis. 16. tertij. trac. 5. 2. cap. & fortaſſe nõ generãtur niſi in colon, & monoculo. deinde ſparguntur de latere ad ſtomachum, & ex latere ad anum. Ad oppoſitũ ſunt quæ de ipſis ſcripta ſunt ſupra. Pro illo dicendum vt ſupra φ in omni inteſtino generari pñt. patet concluſio, quia vbicunq; pñt currere cauſæ ꝓductiuę alicuius effectus ibi poteſt & effectus ꝓduci, ſed in inteſtinis omnibus pñt hę cauſæ perduci, vel eſſe. ergo. Ex iſto poteſt inferri φ etiã in ſtomacho, quod raro auditũ eſt ab authoribus ſcriptum. Item & in aure. Item & in cerebro, & ſic de alijs. quod correlarium videtur ſuperficietenus contra Ariſt. 4. metheoꝝ. inquit. animal non fit in ipſa digeſtione ſicut quidã aiunt, ſed in aggregatione putrefacti & in inferiori ſegregatum. *In Ariſtotelem apparẽs argumẽtum.*

Et ꝓpter hæc & ſimilia aduerte φ in ſtomacho corporis ſani rariſſime vel nunq̃ generant̃ vermes. & hoc voluerunt authores aſſerentes in ſtomacho non poſſe generari, quia ſm plurimum in corpore. Secundo φ in corporibus ægris, vel ægrotatiuis põt. patet per rationẽ adductã. & ideo non inuenies ſcripta ſigna quibus cognoſcuntur hi qui in ſtomacho generantur. Ad authoritatẽ Aui. dicendum φ per illam nihil aliud voluit q̃ φ valde pauci generantur niſi in monoculo & colon, aliter quia dixit fortaſſe.

Et ſi bene es memor eorũ quæ poſita ſunt de cauſis eorũ habes conſequẽter concedere hæc correlaria ſequt. Primum, φ vermes magis generãtur in ætate infantiæ, & pueritię. Secundum, φ poſt bienniũ magis. nã ſi ante adeſſet materia ꝓportionaliter calor naturalis qui eſt agens ẽ magis hebetatus, & poſt biẽnium incipit diſſolui ab humiditatibus, quare &c. Et ex iſto ſequitur φ in nouiter natis non generant̃ ꝓpter nimiam caloris hebetationem, vt tertia Apho. cõmẽ. 26. Infert quarto ipſos plus in ſenectute in iuuentute, & minus q̃ in pueritia multiplicari. Poſtremo ꝓbabilr̃ teneri põt φ minus in ætate iuuentutis multiplicant̃, quia eo tpe multiplicat̃ magis cholera. Itẽ exercitia optima reſoluentia ſupfluitates. Item eſt digeſtio optima. dixi ꝓbabilr̃, quia hæc cõcluſio habet aduerſantes rõnes quas omitto ꝓ nũc. nã in tractatu meo magno de vermibus multũ me ſup his ampliaui, & hæc de vermibus.

## APHORISMI.

### De Fluxu.

*Ex ij ſectione. xiiij. apho.*

In profluuijs alui mutationes excrementorum iuuant, niſi ad mala mutatio fiat.

Ex. iiij. ſect. xxj. apho.

Deiectiones nigræ, qualis eſt ſanguis niger, ſponte venientes, ſiue cum febre, ſiue ſine febre, peſſimæ, & quanto colores magis praui, fuerint plures, peius, cum medicamẽto vero melius, & quãto colores plures, non praui.

xxij. apho.

Morbis quibuslibet incipientibus ſi atra bilis, vel ſupra, vel infra exierit letale.

xxiij. apho.

Quibuſcũq; ex morbis acutis, aut diuturnis, vel ex vulneribus, ſiue quouis alio modo extenuatis, nigra bilis, ſiue vti ſanguis niger deſubter exierit, poſtridie moriuntur.

xxiiij. apho.

Difficultas inteſtinorũ, ſi ab atra bile inceperit, letalis ẽ.

xxvj. apho.

A difficultate inteſtinorum habito, ſi veluti carunculæ excant, letale eſt.

xxviij. apho.

Quibus biliosæ deiectiones, ſuperueniente ſurditate, ceſſant, & quibus ſurditas, ſuperuenientibus biliosis deiectionibus, ceſſant.

Ex. v. ſect. xxxiiij. apho.

Mulieri in vtero gerenti ſi aluus plurimum profluat, periculum eſt ne abortiat.

Ex. vj. ſect. j. apho.

In longis leuitatibus inteſtinorum, ſi ructus acidus fiat, qui prius non erat, ſignum bonum.

iij. apho.

In longis difficultatibus inteſtinorum, inediæ ex faſtidio malum, & cum febre peius.

xxxij. apho.

Balbi ab alui profluuio maxime capiuntur.

xliij. apho.

Quicunq; lienoſi difficultate inteſtinorum capiuntur, his ſuperueniente longa difficultate inteſtinorum, aqua intercus, aut leuitas inteſtinorum aduenit, & moriuntur.

xlviij. apho.

Lienoſis difficultas inteſtinorum ſuperueniens, bonũ.

Ex. vij. ſect. v. apho.

A furore difficultas inteſtinorum, vel aqua intercus, vel mentis alienatio, bonum.

vj. apho.

In morbo diuturno faſtidium cibi, & deiectiones ſyncere, malum.

xxiij. apho.

* A deiectione ſincera difficultas inteſtinorum. ** aliàs ἐπιχολώδει ὑποχωρήσει a biliosa deiectione cũ hic tãtũ de biliosis deiectionibus Hippocrates loquatur, quã lectionem nõ inepte ſecutus ẽ & antiquꝰ interpres.*

xxvij. apho.

Mulieri vtero gerẽti, ſi tẽtio ſupuenerit, facit aborſum.

xxix. apho.

Qui alba pituita detinetur, ſi fortis ventris fluxus ſuperuenerit, à morbo liberabitur.

xxx. apho.

Quibus in alui profluuijs excrementa ſpumoſa ſunt, iis ex capite pituita defluit.

### *De doloribus inteſtinorum.*

Ex. iiij. ſect. xj. apho.

Quibus tormina, & circa vmbilicum labores, & lũborum dolor, qui neq; à medicamento, neq; aliter ſoluitur, in hydropem ſiccam firmatur.

lxvj. apho.

In acutis febribus conuulſiones, & circa viſcera dolores fortes, malum.

Ex. vj. ſect. v. apho.

Dolores q̃ ſunt in lateribus, & pectoribus, atq; alijs partibus, ſi multum differant, perdiſcendum.

vij. apho.

Dolores * ventris ſublimes, leuiores, qui vero nõ ſublimes fortiores. ** καὶ ὄιδη[illegible]ματα, id eſt et tumores qui interſerẽda ſunt, vt vnuſquiſq; ex græco exemplari colligere poteſt.*

### De Ileo.

Ex. vj. ſect. xliij. apho.

Quibus ex ſtillicidio vrinæ ileos ſuperuenerit, in ſeptem diebus pereunt, niſi febre ſuperueniente, ſatis vrina fluxerit.

Ex. vij. ſect. x. apho.

Ab ileo vomitus, ſingultus, deſipientia, vel conuulſio, malum.

## De diſpoſitionibus ani. Continens Rubricas. xiij. Cap. XVII.

### *De deſcriptione, anatomia ani, & de ægritudinibus ipſi euenientibus.* Rubrica. I.

ANus eſt extremitas recti inteſtini ſicteris dicta in qua tres vel quatuor ſituantur muſculi, ac quinq; terminantur venæ hæmorrhoidales nuncupatę. Muſculi enim eius ꝓportionãtur muſculis labiorum. eſt enim muſculus vnus latitudinalis qui vehementer cum carne eius cõmiſcetur. & ipſum circuit qui conſtringit & coercet ipſum vt vult, & ſua extẽſione iuuat ad expellenda ſtercora, & cæteras ſupfluitates. eſt & alius magis in profundo ſituatus qui cum radice virgæ continuať. vt patet ad ſenſum, eſt & vnus alius aut per vnum ſup hos omnes ſtans tranſuerſaliter. cuius iuuamentum eſt elongare longaonẽ ſurſum. & ocq; accidit longaonem egredi niſi propter ipſius laxitatem. Auic. prima primi. de anatomia ani. & de ipſia peo nunc ſatis. Venæ autem hæ ſunt rami venæ chylis deſcendentis de quibus in ſequenti rubrica.

Et anteq̃ deueniať ad curam paſſionum eius oportet præmittere q̃ de ſanitate ægritudinum ani non facile ꝓgnoſticatus ſis. qm̃ ſunt difficiles ad ſanandum, propterea quia anus eſt via, & callis ſuperfluitatum, quæ etiam retinentur in rugoſitatibus eius. nam hora poſt horam fluunt, cum ẽt poſitus ſit in parte inferiori. Item quia eſt vehementis ſenſus, quapropter additur in dolore qui eſt cauſa attractiõis materierũ ad locũ. ſecunda primi. de his quæ proueniunt ex dolore, ẽt quia eſt inuerſus difficulter fit adhærentia medicinarũ ad eum. Paſſiones ani cõter ab auctoribus ponuntur plures ſm pluralitatem eorũ quæ circa ipſum eueniunt vt ſunt hæmorrhoides, rhagadiæ, apoſtemata, fiſtulæ & hmõi. mollificatio ani. & vlcera eius. de quibus omnibus ſuis ſequentibus rubricis.

### *De hæmorrhoidibus.* Rubrica. II.

HAemorrhois eſt augmentum quoddã quod in ore naſcitur venarum quæ in ano ſunt a quo quidem qñq; etiam ſine ſe. fluxus inde ꝓuenit ſanguineus. Vbi notandum vt dictum eſt ſupra q̃ ad orificium ani terminantur quinq; venæ quæ ſunt rami chylis deſcendẽtis, hæmorrhoidales dictæ ab hæma græce, latinę ſanguis & rhois fluxus & edes quod eſt inferius. vnde hæmorrhoides. i. fluxus ſanguinis per inferius, quod eſt verum valde frequẽter. Nã natura eas venas ordinauit vt per illas expurgaret ſanguinem groſſum melancholicum, qui in quibuſdam viris & mulieribus multiplicatur exoſus ſibi ſicut et menſtrualis per anterius. vnde ſicut cum mulieres hñt fluxum menſtruum debito modo ſanæ & incolumes viuunt, ſic & viri in quibus hi humores multiplicantur ſi debito modo fluxerint ſani & incolumes degunt & vitam prolõgant. Nam ab ægritudinibus melancholicis adustis pręſeruantur, ſicut mania, melancholia, lepra, morphea, quartana hydrope, pleuriſi, ſimiliter de paſſionibus ſplenis, & ſic de alijs. Sed cum ſuperfluunt menſtrua, & calidi, & ægri fiũt, & inducunt hydropẽ, & dictum eſt frequẽter, qm̃ aliquando vt apparebit ſtat in eis tumor ſiue inflatio abſq; fluxu ſunt tñ in fluxum naturaliter ordinatæ. Hæ autem in multiplici reperiuntur differentia quæ ex multis ſumitur. Primo quidem ex parte ſpeciei. Secundo ex parte loci, tertio ex parte malitiæ. quarto ex parte finis de quo aliquid actũ eſt. Ex parte ſpẽi cõter ponuntur tres verrucales, morales, & vuę. Verrucales ſunt longæ verrucis ſimiles, & apibus. Morales vero molles ſanguineæ vel humorem crudũ emittentes moris ſimiles. Vuę ſunt latæ rotundæ purpurei coloris à quibuſdam veſicales dictæ veſiculæ ſimiles.

Hæmorrhoides in triplici differentia.

Ex parte loci quia quædam ſunt extrinſece quædam intrinſece interius natæ. Et harum intrinſecarum quædam ſunt ſanguineæ. quædam non ſanguineæ. Item & harũ q̃dam emittentes quædam non emittentes dictæ cecæ ſiue ſurdæ. vnde qñ ſic ſurdæ ſunt veſicæ duræ non emittẽtes à quibuſdam nominantur fici. Quidam tñ aliter ſentiunt de ficu, vt q̃ ſit excreſcentia quędã circa anum in modum fici granularũ. Et conſequenter de condylomate dicunt q̃ eſt excreſcentia circa anũ mollis rugatus, quæ cũ fuerit plena dr̃ condyloma, cũ vacua attrices. hæc ſunt nomina ad placitum. tu itaq; de eis cura vt placet. Ex parte malitiæ deteriores ſunt verrucales, & proprie ꝓpinquiores cameræ ventris, ſiue cannæ veretri, quæ ſi apoſtemantur oppilant meatum vrinæ. q̃ autem ſunt retro non nocent multum. Vueæ ſunt leuiores. Morales mediæ. Et iterum quæ ſunt extra minus lædunt, ſed q̃ ſunt intus difficiliores ſunt ad curandum, quia ad eas non faciliter peruenit tactus, nec medicinæ aptæ applicantur. Item quæ emittendo ſuperfluunt ſunt malę, quod contingere põt aut ratione qualitatis, aut q̃titatis, aut tpis. Vnde nota q̃ ſi emittiť ſanguis in q̃titate cõuenienti proportionaliter ad quantitatẽ ſanguinis multiplicati, & in qualitate, quia in colore nigro, & tẽpore conſuetæ periodo ſunt bonæ & laudandæ, & præſeruant, & vitam prolongant, vt ſupra. Q. ſi altero horũ defecerit dñr non bonæ. & hic fluxus dr̃ innaturalis reſpectu fluxus menſtrui. nam menſtrualis à natura ordinatus eſt, ſed hic non niſi gr̃a neceſſitatis. ſ. qñ ſuperfluit ſanguis melancholicus q̃ in homine bene ſano non contingeret. Ex quibus facile infertur q̃ homines abundantes in ſanguine multo melancholico aduſto faciliter eas incurrunt. & ꝓp hoc Ferrarięſes maſculi, & femellæ hac ſunt paſſione multũ moleſtati. Ex parte finis quid dicendum patet.

Ferrarienſes cur hemorrhoidas patiunť.

CAVSÆ. dicendum pro nunc duæ ſunt cauſæ cõſiderandæ. Prima eſt materialis. Secunda eſt efficiens. Materialis vero diuerſificatur ſm diuerſitatem materię. Nam verrucalium materia eſt humor melancholicus, ſiue fuerit talis per aduſtionem ſiue non. Moralium vero eſt ſanguis ipſe groſſus melancholicus. Et vuarũ materia media eſt inter has. raro autem accidunt à phlegmate. Q. ſi contingat apoſtema, tunc aſſimilantur veſicis quæ ſunt piſcium ventres. à cholera quidem nunq̃, aut rariſſime propter leuitatẽ choleræ ad ſuperiora. Cauſa vero efficiens & principalis eſt natura critice operans, & per illas venas ſic in circuitu ani exiſtẽtes euacuans & ſuperflue qñq;, maxime qñ earum apertio fuerit magna, aut diminute qñ fuerit apertio parua, aut mediocriter qñ &c. Et coadiuuans eſt prauitas humoris & loci vilitas. Et ex dictis patet quid dicẽdum interroganti de cauſis primitiuis. nam omne ſanguinis multiplicatiuum, & maxime groſſi melancholici ſiue aduſti eſt ex parte primitiuæ cauſæ tenendũ, vt carnes vaccinæ, ſiligo, milium, caſeus, uinum groſſum & hmõi de genere ciborum melãcholicorum, de quibus. 3. tractatu. vnde introducanť cibi generatiui boni & laudabilis ſanguinis. Item forte exercitium, & ꝑmaxime equeſtre. Item & animi accidens, vt timor, puſillanimitas, quæ melancholiam perficiunt, vt ait ſenex noſter. Ex quibus infero eas debere multiplicari in vento auſtrino, & regione auſtrina. patet correlarium intelligenti.

SIGNA demonſtratiua hæmorroidatum, & maxime manifeſtarum ſunt tumoroſitas apparens in loco ſiue eminentia quædam. quæ ſi fuerit dura cum rotunditate habens ſic pedem in modum fici non emittens aliquid à multis morum ſiue ficus dicitur. Q. ſi fuerit non habẽs pedes, ſed ſm ſuam totalitatem adhærens appellatur verruca. Q. ſi fuerit eminentia talis mollis, emittens humorẽ crudum album viſcoſum vel viridem nigrum fœtidum, & hmõi. dicitur moralis. Si vero ſanguinẽ emiſerit fluidum aut groſſum temperanẽ vel continue, tunc appellatur hemorrhois iuxta deſcriptionem ſupra poſitam. ſed de nominibus non eſt a medico diſputandum. Et à Gordonio

quando

quando ſunt à ſanguine ſolo vocantur vuæ. Quãdo à ſanguine & cholera dñr morales, ſiunt morũ cum incipit rubeſieri. Et quando ſiunt ex melancholia dñr verrucales. Et ſi à phlegmate quod eſt raro dñr veſicæ albæ. Sunt itaq; & ſenſui manifeſtæ, & notæ quæ extra ſunt, ꝙ ſi fuerint parum occultę expreſſio eas manifeſtat. Q. ſi fuerint ad intera, & occultæ, tunc ſentitur grauedo, dolor intus in ano & maxime in emiſſione fæcum, & proprie durarum, aut in emiſſione clyſterij uel ſuppoſitorij & difficultas in egerendo. & declarat eas infectio fæcum à ſanguine earum facta. Item & maxime ſi aperte fuerint exitus ſanguinis poſt ipſas & ab eis ſeparatas. Et quando non ſunt apertę dolor fortior ſimilis dolori dyſenterico. Vnde aliquando credetur ꝙ ſit fluxus dyſentericus, & eſt hæmorrhoidalis. Item ſine magno conatu egreditur materia liquida ſanioſa in hęmorrhoidibus eſt conamen. & emittũtur fæces ſchubaloſæ. Item in patiente fluxum hæmorrhoidarum color mutatur ad citrinitatem & ad pallorem, & vt Auic. eſt citrinus declinans ad viridem, & maxime quando ſuperfluunt nõ ſic in alio fluxu. Itẽ cũ retinetur ſanguis hęmorrhoidalis dolor erit in dorſo grauitas in tibijs, & coxis, renibus, & pectore, & inflatio in lateribus, gurgulatio in vẽtre & huiuſmodi. Certiſſimum ſignum hæmorrhoidarũ intrinſecarum eſt ꝙ cum ventoſa inuerſetur inteſtinum, et tunc ſenſus manifeſtabit eas. Q. ſi fuerint ab humoribus groſſis, & viſcoſis fortem inflammationem, & gurgulationem in ventre habent, & grauitatem, ſed nota ꝙ raro à phlegmate ſiunt. Auic. Q. ſi ex humoribus calidis ſentitur punctura, & mordicatio circa anum.

Et quia ſupra promiſſum eſt in rubrica de fluxu non excortatiuo ponere in hac diſtinctiua ſigna inter ipſum & hęmorrhoidalem ſcito ꝙ ſanguis à mẽbris ſuperioribus veniens. ſ. vt ſtomacho, epate, & hmõi. ſemper cõmixtus, & turbulentus eſt, non ſic hæmorroidalis. eſt enim guttatim cadẽs, & ſi fortis ſit exp̃ſſio & conatus ſentitur ꝙ ſanguis exit impetuoſe & maxime qñ eſt ſubtilis, acutus. Item non ſentitur grauitas, dolor, punctura, aut aliquod tale. Item ſi ab epate accidentia in eo. ſimiliter ſi à ſtomacho, de quibus ſupra allegata rubrica. Item quia in abſterſione ani cum petia munda retinet macula ſanguinea etiam pura nõ ſic ſi ab alio fuerit loco. Item quia in abſterſione quando emittunt ſanguinem ſentitur ardor quidam in extremitate ſiſteris quod non contingit quando ab alio fuerit loco.

Item quia præceſſit dolor & aggrauatio in ano pruritus & huiuſmodi. item quia conſuetus eſt pati.

PROGNOSTICA. Indifferẽter paſſiones ani ſunt difficilis curæ, quia locus eſt decliuis ad quem continuę fluunt humiditates impedientes operationem medicinarum applicatarũ. i. remouent. Item quia fęces egrediũtur remouentes medicamina, & addentes in dolorem. Itẽ quia locus eſt vehementis ſenſus, & ideo humiditates fluẽtes in dolorem addunt. Item quia locus vilis non ſe libẽter intromittunt medici. Item & infirmi ſunt inobedientes propter verecundiam. Item membrum eſt frigidũ pauci caloris. Fluxus ſanguinis narium aut menſtruorum in retentione hæmorrhoidarum bonum. hæmorrhoides ſanari antiquas Hippo. In fine ca. 2 r. continentis. 8. capitulo hæmorrhoides hęreditatem ſuccedunt.

CVRA Canones, & antequam deuenias ad curã nota hos canones.

Primus. ꝙ ne decipiaris debes diligenter conſiderare ſi ſunt hæmorrhoides, quoniam aliqñ eſt dyſenteria & creditur ꝙ ſit hæmorrhois. aliqñ econtra. & in hoc habuiſti differentiã. Itẽ & ſecundo ꝙ in ano erunt vlcera ſola & exiſtimaẽ ꝙ ſit hęmorrhois, oportet ergo diligẽter cõſiderare.

Secundus. ꝙ fluente ſanguine hęmorrhoidali non debet fieri eius cõſtrictio donec apparuerint hęc ſigna, debilitas genuum. ſ. mollificatio, ꝓpinquitas ad ſyncopim.

Tertius quòd vbi fuerit neceſſitas extractionis eius fiat paulatina, & non ſubita

Quartus. ꝙ debes cõſiderare qñ quis patitur fluxũ ſanguinis narium ſi prius patiebatur hęmorrhoidas. Q. ſi ſic extima ꝙ à clauſione earum perueniat, & tũc cura eſt apertio earum, ſicque conſimiliter ſi mulier fuerit & ſanguinẽ expuere incipiat extra. Et ego habui dñam q̃ ex retentione menſtruorũ ſanguinẽ expuebat & dubitabaẽ de phtiſi futura, & ex apertione venarum matricis liberata fuit.

Quintus. ꝙ vbi non fuerit dolor neq; ap̃a, neq; inflatio nõ erit tunc plurima neceſſitas curationis earũ. nã earũ curatio qñq; perducit ad fiſtulas, & ad rhagadias ani.

CVRA particularis. Canones magis ꝑticulares ſunt attendendi iuxta particulares diſpõnes earum quæ ſunt tumor ſiue earũ inflatio abſq; hoc ꝙ aliquid emittant, dolor in eis accidens, nimius fluxus ex eis, & nimia earum reſtrictio de quibus per ordinem dicetur in ſequentibus.

*De tumore, ſiue inflatione hæmorrhoidarum.* Rubrica. III.

TVmoris ſiue inflationis earum ſine emanatione cã eſt aut mala cõplexio ſicca cõſtringẽs ſanguinẽ q ꝑuenit vſq; ad orificia, aut mala cõplexio frigida cõdẽſans, aut cutis inſpiſſatio, aut ſanguis ſiue humoris groſſi vel melãcholici groſſities, aut fęces ſpiſſę, & groſſę, quẽad modum obturantes, & prohibentes ſanguinis exitum.

SIGNA malarum cõplexionum iam nota ſunt ex frequenter recitatis. & ſimiliter ſi acciderit à groſſitie ſanguinis ex regimine præcedente cognoſcetur ſi ex inſpiſſatis & induratis fæcibus relatione infirmi.

CVRA. Canones. In cura itaq; huius diſpoſitionis, ſicut in cæteris ſequentibus. Primum eſt ſtudendum circa diætam in exhibendo. ſ. quæ ſanguinem laudabilem gẽnerent, vt ſunt cibi temperati laudabiles. ex fructibus etiã ex oleribus vt borago, bugloſſa, & ex potu vini aromatici digeſtibilis, & hmõi. de quibus tertio tractatu. Item ſi opus erit etiam vti quæ ſanguinem minuunt recurre. 10. cap. de apoſtematibus mamillarum. Secundo principaliter ſtudendum in lenificatione naturæ vt remoueatur fex etiam ſi ſua ſiccitate nocent, q̃ lenificatio melius & conuenientius fieret per ſuperius exhibita, quoniam male & ſine dolore non poſſunt clyſteria & hmõi adminiſtrari. & in hoc caſu laudantur maxime pilulæ de bdellio. Tertio. q; maxime iuxta cauſas dictas fiat cura per ſua cõtraria cum varijs ingenijs. de qbus poſt vt in cã frigida cũ calidis, & in ſicca cum hu. & in cã indurationis cum mollificatiuis & ſic ſimilr̃ de alijs de quibus faciam te ſtatim copioſum.

Calida à proprietate valentia in hæmorrhoidibus ab autoribus noſtris poſita ſunt. anethum, allium, gummi pinorum, lana, marubium, ſcabioſa, melilotũ, oleum amygdalarũ amararum, roſmarinus, porrũ, hyſſopus humida, aſſa. bdellium bibitum, vel ſuffumigium, cepæ, cinnamomum, cyperi, fœnugræcum, centaurea, carabe, parietaria, ſandaraca, ſordities parietum balnei, triphera ex arte phẽonis, triphera gal. Ex frigidis ſunt gallæ, ſcoria fer. myrtus. Cinis capitis menulæ piſcis, plumbum, citonium, chryſomilla, & ſpecialiter ualet oleum nucleorum, dracacantũ, granatũ, plantago, portulaca, ribes, terra ſigil. Ex mollificatiuis ſunt adeps gibbi camelli. Aui. pinguedo anatis, anſeris, galli, vulpis, vrſi, leonis, bdellium diſſolutum in oleo amygdalarum, vel in aqua ex his pinguedinibus, & conſimiliter de alijs, hæc. n. gratia exempli poſui nõ faciens mẽtionem de cõpoſitis, qm̄ de eis copioſe, & de cæteris alijs ſimplicibus ſuis conuenientibus locis.

CVRA. Si accidet hic tumor, & ex ipſius ſanguinis groſſitie erit.

Primo ut ſupra ordina dietã cũ ſubtiliãtibus remiſſe ne ex reſolutiõe magna ſeq̃ret maior groſſities. Item cum humidis, ſint itaq; cibi temperati, vt ſupra et calidi in primo huius. de qbus in allegato loco. Item vinum pauciſerum.

Secundus canon digeſtio cum appropriatis ipſi humori peccāti, de quibus digeſtiuis habes ſupra quarto tractatu de digeſtiuis humoris melancholici.

Tertius eſt eius euacuatio. q̄ quidē fiat aut phlebotomia aut vētris ſolutione. phlebotomia qdem qm̄ ſi fuerit ſanguis fiat phlebotomia ex ſaphena, aut ex uena q̄ eſt poſt calcaneū, aut ſub poplite, & eſt fortior oībus ſicut & in retentione menſtruorū. vt infra ſuo loco dicē q̄ debet fieri maior aut minor ſm̄ plethoriā maiorē, ætatē, virtutē. Q. ſi ad particulariorē, & magis ꝓpinquā videbitur eſſe veniēdū phlebotomia ipſam venam hæmorrhoidalem ſicut & frequēter feci phlebotomare aut ſi patiens non timet applica ſanguiſugas. Q. ſi fuerit ex humore alio groſſo phlegmatico, aut melancholico, ſolue cum ſolutiuis illius humoris de quibus quarto tracta. Sed hic aduerte q̄ tale ſolutiuū non debet eſſe acutum ſicut ſcammonea, colloquintida, et hm̄ōi. ſed ſit expreſſione ſoluens ſicut ſunt myrobalani. & ideo inuenies in auctoribus ſcriptum multum de myrobalanis. De aloe dicendum vt exiſtimo ipſum minime valere qū fluunt, ſed quando ſunt cæcatæ confert & videtur conueniens prope, qm̄ aperit orificia venarū. tu tamē ſcito q̄ cauſa quare vitantur acuta eſt, quoniam dubitatur de mala relaxatione venarum, & propter hanc cauſam vetatur à multis aloe.

Quartur eſt rectificatio malę complexionis ſplenis, aut hepatis, ne tamen humor talis generetur & raptum habeat ad locum inferiorem. quibus hic canon compleatur habitum eſt ſupra de ſplene, & hepate. & tu ibi.

C V R A quando alia non valent, ſed oportet deuenire ad applicationem localiū, aperiendo eas, & quādoq; immediate propter dolorē de quo infra. ideo hic ſubſcribā modum operandi circa eas, & cum medicinis, & abſque.

Abſq; medicinis fit cum phlebotomo, Aut ſanguiſugis vt dictum eſt, & eſt oībus eorum melior, ſecurior, & expeditior modus vt ponatur ſanguiſugę in ampulla aut canna ne ad alia loca veniant, & differunt à ventoſis, qm̄ ipſę attrahunt ſanguinem groſſum melancholicum, & ventoſæ ſubtilem. Auic. In aperiendo autem eas cum medicinis duo ſunt canones. Primus eſt mollificatio. Secūdus eſt mollificatarum apertio. Primus completur diuerſimode ſm̄ diuerſa ingenia. Nam quidam procedunt cum balneis cum decoctione radicis altheæ, branchæ vrſinæ, meliloti, mercurialis, rutæ, & hm̄ōi habentium virtutem ſubtiliatiuam: cuius quidam cum ſpongijs fomentatione facta in his, quidam cum ſeſſionibus, quidam cum pinguedinibus nominatis, & gummis, & faciēdo vnguēta, emplaſtra, cerotaria, & hm̄ōi. vt videtur cōuenientius cū oleis de chryſomil. Secundū ſic perficiunt, & diuerſimode. nam quidam à facilioribus incipientes ipſas ſic mollificatas fricant cum panno aſpero laneo. vt Raſ. & maxime eſt verū quod dr̄ qū ſunt extra apparētes & ſic leuiter aperiuntur. Quidā eas fricant cum folijs ficus recētibus, quia lac earum hoc operatur. & ſic indifferenter facit oē lacticinium vt tithymallus, eſula, & hm̄ōi. & eſt conſuetū hoc ſm̄ remediū & cōe. quidam cum folijs parietariæ. quidā cū melle anacardino. quidam cum cepa contrita, & ſuppoſita, nonnulli cū fricatione panni aſperi infuſi in ſucco ipſius cepæ. Quidam cum ſtercore columbino cū mell. & eſt efficax. Quidā cum ſucco flāmulæ, & pedis coruini, & ſunt præſtantis iuuamenti. Item cerotum ex aſpalto, & galbano confectum etiam eſt ꝓprium. Nonnulli cū calce, & arſenico, & hm̄ōi. quæ conſulo vitari debere. Alij ſuperponunt puluerem, aut ſinapis, aut euphorbij, deinde immediate ſuperponunt emplaſtrum factum ex cepa cruda cum modico aceti ſquillitici, vel oximellis ſquillitici. Cæteri applicant cantarides. Quidā cū felle thauri, & eſt forte. vnde oportet q̄ fiant cum cautela & timore ne pertranſeant terminos. Serapio. vnguentum. ℞. aloes ſuccotrini puluerizati. ʒ. ij. fellis tauri. ℥. j. anethi. ʒ. ij. ceræ modicum & ſuperpone vel abſq; cera infunde in eis pannos, aut filtrum, & frica. Q. ſi fuerint intra occultæ oportet inuerſare inteſtinum cum ventoſa magna, deinde ſuperponere quæ aperiūt aut cum phlebotomo, aut ſanguiſugis. vt ſupra. Quòd ſi non poterit inuerſari dentur per os quæ aperiūt. & pilulæ de aloe ſunt propriæ ſm̄ iudicium meum, & aliorum multorum. item ſupponatur radix ireos proprie. Item. ℞. pulpæ colloquintidæ. ʒ. iij. & cum oleo amygdalarum amararum, & modico mellis fac lycinium longum vt attingat locū.

Item radix brioniæ inuncta cum felle bouino. Item collyrium ex melle factum aſperſum puluere ſcammoneæ, & colloquintidæ. Item vinum decoctionis aloes. & hęc duo vltima ſunt potentia ſi vno & eodem tempore applicentur. & ſi dolorem cauſabunt hęc ſuppoſitoria extrahantur & lycinium ex oleo ro. inunctum intromittatur. Quòd ſi cupis talem tumorem annullare dato quòd non fiat eam apertio. quia forte videbitur q̄ materia erit pauca & q̄ ſola ſufficit approximatio eorum quæ habent talem materiā reſoluere & exiccare, tunc hoc faciliter adimplebis cum fomentationibus, & ſuffumigijs emplaſtris & hm̄ōi. ex calidis reſoluentibus & exiccantibus vt eſt calamētū, ruta, pulegium, nigella, menta, & hm̄ōi. de quibus ſupra fomentatio taſſi barbaſſi eſt eſt in caſu hoc iuuatiua valde.

C V R A quando hęmorrhoides ad magnum & tedioſum deuenerint tumorem. vt quandoq; ad quātitatem magni panis augmētaretur ſicut vidi ſurſum. Quo caſu oportet vt phyſicus cedat chirurgico, quoniam illi tumores, & ſimiles minores etiam remouentur inciſione quandoq; cū medicinis acutis, de quibus aliquid dicam. Et primo de inciſione ad quam antequam peruenias te oportebit prius hos canones commemorare.

Primus. q̄ venter leniatur, & lenis teneatur ne ex induratione fæcum offendatur anus.

Secundus. q̄ fiat phlebotomia baſilicæ, prius, ne ex regurgitatione ſanguinis ad hepar propter inciſionem eius quā oportet ſequi coaſtrictionem lædatur hepar.

Tertius. q̄ ſi ex inciſione paucis egrediatur ſanguis propter eandem cauſam reiteretur phlōmia. & erit vtilis.

Quartus. quòd inciſio vt ita loquar quæ magis caſus dici debet ſi poſſibile eſt fiat, & prius tentetur cum facilioribus, vt cum ligatione earū cum filo ſerico, aut ſetis equi, & huiuſmodi. vt ad earum caſum.

Quintus. q̄ ſi non poteſt conuenienter ſeparari hoc modo, fiat earum inciſio cū re acuta & optime. deinde applicentur conſtrictiua, de quibus ſtatim. & ſupra. 5. capit. de fluxu ſanguinis narium. q̄ ſi illa non proſunt procedatur ad cauterizantia potentialia. & ſi illa non valent ad talia actualia, nam cauſtica actualia, vt alchindus ſunt in hoc membro non ita conuenientia ſicut potentialia propter membrorum ſenſibilitatē, licet in alijs locis actualia præeligantur. de quo in fine Rubricæ.

Sextus. q̄ Iciſio ſit paulatina & ſucceſſiua, vt de vna in aliam etiam mitigando dolorē ſi contingerit, vt infra.

Septimus. q̄ nunquam cum plures fuerint omnes incidantur & claudātur, immo vna relinquatur aperta tantū, ſi per illam poterit conueniens quantitas ſanguinis aut viſulentiæ, expurgari. Q. ſi non, dimittantur duæ ne ex omni ſic tali conſtrictione quis hydropicus fiat. iuxta illud Hppo. xij. apho. vj. ſectionis, A diuturnis ſanato hæmorrhoidibus, ſi vna non ſeruatur periculum eſt aquā intercutem, vel tabem aduenire.

Octauus. q̄ cauendū eſt ne ex inepta inciſione ſequatur paralyſis ani. de qua infra. Fit itaque hæc inciſio faciliter in extra apparētibus. Q. ſi fuerint ad intra opz medicū ventoſa magna poſita cū igne ſup anū, & dimittat p horā, aut p lōgius ſpatiū vt ſic inuerſum remaneat, deinde cū filo vt ſupra ligeē circa radices earū, & nō ꝓfundet ne ſequať apoſtema, deinde ſi cadent bene. & ſi non, incidanť, poſt inciſionem fiat vt dictum eſt cū conſtringētibus, & cauſticis procedendo.

procedendo. de quibus ſtatim. Dixit Gordonius. ℞. alumen, fermentum, calcē, porros, caules, bulliant in aqua, fomentet̄ frequenter locus, ꝓculdubio facit ipſas cadere, q̄d magis præſumētes incidunt eas cum ferro fortiter ignito, quia ſic debēt ſe incidere & cōſolidare ſimul. Sunt & alij qui eas incidunt ſiue remouēt, quod idem pro nunc voco medicinis acutis, quia potētialibus cauſticis, tum q̄a medicatio eſt ſecurior, tum quia non eſt ſic infirmis, & parentibus horrida, procedunt deinde cum facientibus cadere eſcarā, & cum conſolidantibus quod chirurgicis relinquo. Satisfactum itaq; mihi eſſe videbitur ſi medicinas ſimplices, & compoſitas numerauero poſt factā inciſionem conuenientes. Ex quibus ſunt primo medicinæ ſtypticæ, conglutinatiuæ, & ſigillantes, vt ſunt. Aloe. Thus. Balauſtiæ. Sanguis drac. Sief. memitæ. & huiuſmodi puluerizatis, & deinde ligatis fortiter. Tela araneæ cum albumine oui, & eſt optima. Aquæ ſtypticæ, vinum in quo decocta ſunt ſtyptica. Quod ſi non conferunt coquantur cum bombace infuſo in oleo ebulliente, deinde aſpergantur puluere conſtrictiuo, ſed in hoc eſt timor ſpaſmi. & ideo relinque. valet, & confectio de ſcoria ferri, & reliqua multa, ſupra de fluxu ſanguinis narū. Et propter q̄ntum canonem & ea quæ infra. dixi etiā aduerte verba Placentini noſtri. Inquit quidam delent eas cum medicinis acutis, corrodentibus, & mortificātibus ipſas extra apparentes, ſed hæc via nō eſt ſic recta & infert maiores dolores, & citius ducunt apoſtema in locum. Et ſubdit. Remotio talium infirmitatum cum ferro ignito incidente eſt vltima in bonitate ad quā non ſequit̄ dolor neq; apoſtema, neq; aliud impedimentum vel malitia, & propter hoc magis eſt eligenda hæc operatio ſapientibus doctis & cōſueris bene facere operari. q̄ alia aliotiēs ex dictis ſuperius ad quā nobilem operationem ſequi debet alteratio loci cum infrigidatione vſq; ad tēpus conſolidationis. Tu modo bene cōſidera medicamen nobile ponendum ſuper anum poſt caſum earum, aut inciſionem, aut poſt corroſionem, & poſt caſum eſcaræ. ℞. ſchaciæ rubeæ, ſcoriæ plumbi. ana. ʒ. ij. coriandrorum ſiccorum. ʒ. j. dragacanti. ʒ. j. ſ. terantur & cum albumine oui miſceantur, & ſuper locum ponatur petia in eo tincta. cōſolidat & dolorem mitigat. Et hic hæc ſufficiant.

*De cura hæmorrhoidarum cum ſunt conſtrictæ.* Rubrica. IIII.

ATtendere oportet earum apertioni quando aut in totum ſunt conſtrictæ. aut quia non emittunt ſanguinē. vt conſueuerunt, maxime in eo in quo conſuetum eſt & à quarum manatione incolumitas ſequebat̄. nam quando ſic conſtringuntur in totum. aut pro magna earum parte ſunt cauſa euentus multarum ægritudinum, vt maniæ, melancholiæ, hydropiſis, phthiſis, lepræ, ſcabiei, cancri, morpheæ, grauitatis, & laſsitudinis totius corporis, & præcipue totius capitis, renum pectoris, thoracis, & coxarum, & corporis turpitudinis, & de cauſis dic proportionabiliter per cōtrarium eius, quod dictum eſt. de nimio fluxu earum in ſequenti Rubrica. Tu itaq; ſis ſollicitus earum apertioni quæ fit modis iam dictis phlebotomando ſaphenam, aut venam quæ eſt poſt calcaneum. aut ſub poplite. Item rectificando humorem ſi aliquis eſt in cauſa ipſum euacuando. Item applicando ſanguiſugas. aut cum phlebotomo aperiendo ſi conuenit. aut applicādo ex medicinis aperientibus de quibus in præcedenti rubrica. Et hic nota fomentationes, & ſuffumigia calida actu & potentia ſunt in hoc caſu conferentia multum. ſecundo q̄ quæ prouocat menſtrua, prouocant & ſanguinē hæmorrhoidalem de quibus prouocatiuis infra ſuo loco. xxj. cap. vbi ponetur modus prouocationis eorum & tu age proportionaliter in hæmorrhoidarū prouocatione. Et ſic hæc poſita vobis ſufficiant.

*De nimio fluxu hæmorrhoidarum.* Rubrica. V.

FLuxus hæmorrhoidalis cā eſt aut natura ipſa criſim faciēs. Aut mala ſanguinis fluxus ſubtilitas. Aut eius nimia quātitas. Aut venarum ipſarum relaxatio, ſeu virtutis cōtentiuæ ipſarū debilitatio. Fm itaq; has varias cauſas oportet varijs modis in earum cura procedere.

SIGNA quādo eſt à criſi q̄m confert & bene fert.

Signa q̄n à ſubtilitate ſanguinis maxime cholerici exitus eius multus & nō guttatim ſolū rubedo eius clara pruritus qui p̄ceſſit dolor ſatis acutus. inflatio circa anum pcepta, regimen p̄tm̄, ætas, cōplexio, habitudo, tēpus anni. & hmōi. de q̄bus ſæpe. q̄ ſi fuerit ꝓpter aquoſitatē, & ſubtilitatē aquoſus erit & fluidus cū priuatione dictorū ſignorū.

Signa nimiæ quātitatis eſt plethoria, cōplexio, habitudo, regimen, q̄a ipſo ſanguinis multiplicatiuo multus uſus ſit, quia multiloquus & huiuſmodi. vt ſupra.

Signa debilitatis cōtentiuæ, quia cōtinuæ exit & eſt ſatis aquoſus, & non ſentit̄ grauitas, dolor, & hmōi. & quia ſedet ſupra petrā & hmōi. quæ virtutem debilitauerunt.

CVRA critici. Canones & quātum eſt ex parte primę cauſæ q̄ criticus non eſt cohibendus, niſi ad magnam ſeu notabilem perducat debilitatē iuxta ea quæ dicta ſunt ſupra de fluxu ſanguinis, & de fluxu inteſtinali. q̄ ſi debilitauerit conſtringendus eſt ſucceſsiue, & nō ſubito cum his conſtrictiuis de quibus infra.

CVRA. In eo qui eſt vacuitate vel ſanguinis ſubtilitate. Canones. Ordinatio diætæ. Euacuatio humoris ſubtiliantis, quia choleræ. nam hic loquor de ipſius ſubtilitate vt à cholera prouenit. nam & ſi contingat q̄nq; eius ſubtilitas à phlegmate ſubtili & acuto de eo hic non aliter ſcribo. niſi q̄ ex primo ſm plurimū cōtingente habebit modus curę ſcd'. i. tertius diuerſio. quartus digeſtio. Et nota q̄ alteratio hepatis cum epithemate, aut vnguento erit vtile. quintus viarum per quas tranſit alteratio & conſtrictio. ſextus applicatio rerū conſtringentiū ad intra & ad extra, vt res ipſa requiret. ſeptimus correctio accidentium.

Primus completur cum his quæ ſanguinem ingroſſant. vt cibi viſcoſi, groſsi, paſtalicei, lentes, carnes groſſæ, vinum nigrum lymphatum, panicum, milium fractum, faba fracta, et huiuſmodi quæ ad complexionem declinant. melancholicam. de quibus tertio tractatu vt ſupra de dyſenteria et de fluxu ſanguinis narium.

Scd's cum euātibus ſtypticis participantibus, vt ſunt myrobalani citrini, reubarbarū aliqualiter vſtū et hmōi. de quibus quarto tractatu. vnde ſtatim ſis ſollicitus.

Tertius cum applicatione ventoſarū inter ſpatulas ſine ſcarificatione ſi virtus debilis erit et reiterādo, q̄d ſi virtus fuerit fortis cum ſcarificatione. Itē earum cōſimilis applicatio circa lumbos, & renes, et ſunt p̄ſtantis iuuamenti. phlebotomia baſilicę dextræ, aut ſiniſtræ vt res exigit. Itē vtilior eſt in hoc caſu phlebotomia ſaluatellæ. Sed nota q̄ ſi fit phlebotomia ſtāte debilitate virtutis eſt malū valde. & ideo iſta phlebotomia eſt timenda poſt multū fluxum ſan. Itē introducendo fluxum ſan. narium. xvij. tertij cap. j. & multoties accidit habentibus hæmorrhoidas fluxus ſanguinis narium, & remouentur hæmorrhoide.

Digeſtio fiat cū frigidis remittētibus acuitatē. vt ſy. ro. viol. iulep, mirra citoniorū. ſy. de nenuph. aquę frigidæ. de quibus. iiij. tract. vt aqua portulacæ & ſy. eius pręrogatiuam habent, vt ſupra de his autem digeſtiuis vti debes cōtinue mane, & ſero etiam alijs additis remedijs.

Alteratio viarum per quas tranſit fiat cum emplaſtris, vnguentis, cerotis, embrochis, & hmōi. ex rebus conſtrictiuis factis. de quibus ſtatim. Viæ autē ſunt renes, & dorſum, de quibus eſt intentio in canone.

Pro cōplemento ſexti ſcito q̄ medicamina quæ applicant̄ ſeu adminiſtrant̄ in cura earū, vt. xvij. tertij. de cura earū ſunt, aut q̄ bibunt̄, aut ſuppoſitoria, aut epithemata,

aut emplaſtra, aut linimenta; aut pulueres, aut ſuffumigationes, aut ſeſsiones in aquis cõſtrictiuis, aut alia quomodolibet reſtrictiua, & talium per embotũ recepta, de quibus omnibus iã ſæpe dictum eſt in cura aliorum fluxuum de q̃bus alleg. eſt. Ex his q̃ bibunt ſunt pilulæ, electuaria, confectiones, pulueres, decoctiones & hmõi. De pilulis; cõmendant pil. de bdellio. de quibus Aui. de cura earum. Et ſcias ꝙ pilularũ de bdellio iuuamentũ in hæmorrhoidibus habẽtibus periodos apparẽs eſt, & nõ ſunt multi iuuamenti in eis quæ ſunt fixæ, nõ habentes periodos, quod intelligo, ſcilicet in nõ emittẽtibus, qm̃ bdellium cõſtringit, & nõ aperit eas. & tu cõſidera, pilulę de bdellio maiores. & minores. Meſ. & ſm inuentionẽ ſuam eodem loco.

Trochiſci de carabe, de terra ſigillata. Item. ℞. ſcoriæ ferri: ſe. porri: ameos. ana. ℈. j. carabe. ℈. j. ſ. myrobala. citrinorum. ʒ. j. ſandara. corticum ouorum. ana. ʒ. ſ. bdellij. ʒ. ij. cucurbitæ adultæ. ʒ. iij. cõfice cum ſy. ro. & ex conſimilibus compone. Et ex electuarijs eſt michleta Nicol. triphera ex arte phenoois, triphera minor: triphera Gal. olã Meſ. prima diſtinc. antidotarij ſui. Item electuariũ Meſ. ſcd'a parte diſtinctionis primæ. cuius initium confectio electuarij ex inuentione noſtra, & eſt magiſtrale & bonũ.

Ex cõfectionibus eſt confectio de ſcoria. nono Almanſoris de cõfortantibus ſtomachum. Itẽ confectio de gemmis abſq; ſpeciebus. Itẽ triaſandali & hmõi. ſy. rob & huiuſmodi tam dicta ſunt de dyſenteria inteſtinali. nam quæ valent in eo caſu, valent & in iſto, & ideo ſic expediendo pertranſeo. Ex pulueribus. ℞. galbani ſicci puluerizati. ʒ. ij. bibat cum aqua plantaginis, aut porrorũ. vnde Auic. etiam ſi in potu ſumatur tribus vicibus non redibunt. Itẽ limatura ferri cũ vino bibita, puluis millefolij cum vino bibitus, & nigella eſt ex pulueribus bonis mirabilis iuuamenti. Suppoſitoria primo poſſunt confici reſtringẽtia ſolum, item reſtringentia & dolorem mitigantia, de quibus ad plenum de cura teneſmi. valet, & ſedat dolorẽ ſuppoſitoriũ ex nenuphare factum. Epithemata fiant ex decoctione rerum cõſtringentium, & infuſa petia quæ duplicata ſit quaſi frigida, q̃a infra tepidũ ſupponat ano. & alia magna extendat ſupra renes & dorſum. & hoc tp̃e frigido. tp̃e vero calido ſit frigida. Emplaſtra, linimenta ex eiſdẽ cõfice, ſed nota ꝙ cataplaſma ex folijs porrorum ad extra applicatũ eas notabiliter conſtringit. Itẽ. ℞. plumbi vſti, ceruſſæ, achaciæ, vitrioli, pſidiarum. ana. omnia puluerizentur & cum ſucco pentaphilon, & farina fabarum, & oleo de chryſomillis fiat emplaſtrum, & miraberis effectum. Q. ſi ad intra fuerint dimitte farinã, & in reliquia intinge petias in modum ſuppoſitorij, & ſuppone. Fumigationes ex multis fiunt. Sed nota canonem ꝙ fluente ſanguine tepide frigida eſſe debent ne ex actuali caliditate ſanguis amplius in motu ponatur, quodq; de ſeſsionibus intellige, & propter hoc Mundinus nõ multum laudabat intentionem earũ. Suffumigia, & ſeſsiones fiunt aut cum rebus ſtypticis, & mitigantibus dolorem ſi opus erit, & de his ſupra de dyſenteria.

Pro ſeptimo ſcito primo ꝙ aliq̃n in eis cõtingit dolor magnus ex duritie fœcum tranſeuntium per anum. ꝓpter quod ſis ſollicitus vt patiens vtat lenificatiuis ex cibis & alijs, vt fœces liquidæ exeant. itẽ quia in eis ſolitus eſt cõtingere dolor etiam ipſi dolori maxime attendendum eſt ne ex ipſo amplior fluat materia, ꝓpter quod tardabo eius curam vſquequo compleuero curam fluxus earum ſm ordinem cauſarum de eo poſitarum.

C V R A in eo qui ꝑuenit multa eius q̃ntitate canones. Ordinatio diætæ. q̃a ad ea q̃ ſunt pauci nutrimenti & mediocris q̃ntitatis habito reſpectu ad ætatẽ, conſuetudinem, uirtutẽ, & modus particularior. poſitus eſt ſupra. xij. cap. de exuberãtia lactis. & tu ibi. Euo per phlebotomiã ex ſaluatella, vel baſilica dextra. & ſi oportebit etiã ex ſiniſtra. Diuerſio vt ſupra conſtrictio vt habitum eſt.

C V R A in facto ex relaxatione orificiorũ venarum, ſi ſecuta fuerit debilitas virtutis. Primo intende cum reſumptiuis. Deinde cum reſtrictiuis puris. Vnde laudatur fomẽtum ex taſſo barbaſſo, & calendula in uino decoctis. Item applica alia conſtrictiua ex vnguentis, emplaſtris & huiuſmodi. vt ſupra. Et nota propter complexionem earum, ꝙ etiam cum frigidis debent cõmiſceri calida conſtrictiua. vt. ℞. maſticis, ſandaracæ, dragacanti, carabę. ſeminum porri, bdellium, myrti, florum taſsi barbaſsi, balauſtiarum, roſ. cimini vſti, thuris, & huiuſmodi. & tu pone plus & minus de calidis cum frigidis cõmiſcẽdo vt decebit. & de his conſtrictiuis habebis infra in hoc capitulo de exitu ſiue mollificatione longaonis.

## *De cura doloris hæmorrhoidarum.* Rubrica. VI.

TVa intereſt ex habitis cauſas doloris earum inueſtigare, ſi ſcilicet eſt mala cõplexio immaterialis, aut materialis apoſtema. Aut ſolutio cõtinuitatis. Aut alia cauſa extrinſeca faciens illum. nam de ſignis horũ ſæpe actum eſt quæ contrahe ad hunc locum. Satisfactũ itaq; à me eſſe puto ſi ea connumerauero medicamenta ex emplaſtris ſuffumigijs, cerotis, ſeſsionibus, vnguentis, & huiuſmodi dolorẽ mitigantia ex actoribus approbata magis excerpta calida aut frigida, vt ipſa exiget diſpoſitio.

Sed prius nota ꝙ niſi ꝓcedant vniuerſalia ex euacuationibus dictis ex pharmacia aut ex phlebotomia diuerſiones, & huiuſmodi parum proſunt hæc localia, propter qđ ſtudeo eis præmittendo dolorem mitigantia. vt. ℞. ſerapini, bdellij, caſtorei, opij, ana. fiat lycinũ. Aliud. ℞. ſeminis lini. ʒ. ij. granorũ nigellæ. ʒ. j. bdellij. ʒ. j. ſ. thuris, cyperi, ameos. ana. ℈. j. ſandaracæ. ʒ. j. terãtur & dent in potu. ʒ. iij. vel circa cum aqua & eſt Raſ. Vnguentũ ℞. olei de chryſomilis. ʒ. v. ſtoracis. ʒ. j. bdellij. ʒ. ſ. diſſoluant, & inungant. Emplaſtrũ. ℞. cepã albam & elixã confice cũ butyro vaccino & emplaſtra. eſt enim vtile. Aliud. ℞. ſucci radicis ſerpẽtariæ, olei de nucleis perſici, vel chryſomilis, vel lini, axũgiæ anatis, vel gallinę cũ modico ceræ fac vnguentũ. Itẽ. ℞. meliloti, lentiũ excorticatarum. ana. par. j. cõmiſceant cum uitello oui, & oleo ro. adipe anatis & modico opij. Adeps anatis eſt vehementis iuuamenti. Auicẽ.

Itẽ. ℞. camomillã, melilotũ, farinã, ſeminis lini, mucillaginẽ pſylij, adipem anatis, crocum, vitellum oui & hmõi. cõfice vt placet. Itẽ radix liliorum alborum decocta ſub prunis piſtata cum oleo myrtino ſuperpoſita. Item lana ſuccida cum oleo ro. Itẽ diaquilon cum modico opij, & croci. Itẽ ſtorax, calamita, bdellium, cum opio, & croco dolorẽ ſedant. Item cepæ inter prunas decoctæ cum permixtione rerum mitigãtium dolorem ex camomilla, flore meliloti, ſeminis lini taſsi barbaſsi, adipe renum anatis & huiuſmodi. Item. ℞. folia iuſquiami portulacæ, vitellum oui, medullæ panis cum oleo ro. piſtent & miſceãtur ſtatim dolorẽ mitigant. Ad idem fiat ſeſsio in aqua calida decoctionis aneti, florũ camomillæ, meliloti, fœnugræci, altheæ, maluę, & hmõi. & poſt eius eleuationem inungatur locus cum hoc vnguento. ℞. iuſquiami nigri al. ana. ʒ. ij. aluminis ſciſsi, vitrioli de quo fit encauſtrũ. ana. ʒ. j. tapſiæ, ceruſſæ. ana. ʒ. j. ℈. j. ceræ. ʒ. i. olei ro. ℥. iij. fiat vnguentum & ex conſimilibus compone. Item limaciæ cum teſta cõbure in clibano donec piſtari poſsint, & cribellentur & ex hoc puluere aſpergant hęmorrhoides adde modicum olei de chryſomelis, vel adipis anatis. Item laudatur oleum de ſemine lini in quo bullierunt ſcarabei.

Ad idem. ℞. olei roſ. viol. ana. ℥. j. ceruſſæ. ℥ iij. camphoræ. ʒ. j. ceræ albæ fac vnguentum. Ad idem. ℞. maſticis, dragacanti, gummi arabici, boli arm. opij. ana. ʒ. ij. mummie. ʒ. iij. terantur, & cribellentur, & miſceantur cum albumine oui. Item. ℞. olei camomillę. ℥. ij. bdellij. ʒ. ij. croci. ʒ. ſ. mucillaginis ſeminis altheæ. ʒ. ij. cum pauco ceræ fac vnguentum, & ſic hæc dicta ſufficiant.

De his

### De his quæ ſiccant hæmorrhoides. Rubrica. VII.

EAs exiccant exiccantia, vt ſunt balauſtia, rubigo fer. hedera, pſidia & huiuſmodi. Comburantur balau. & cortex gra. & cortea pineæ, & pulueriζentur & ſupponantur frequẽter exiccant in vna vel duabus noctibus.

Item plumbum vſtum. Item & eſt expertum applicentur primo ſanguiſugæ, deinde inungantur oleo oliuarum, deinde pulueriζẽtur cum puluere maxillarum lucij combuſtarum. Item puluis ferruginis, vel ſquãmæ ferri cum ſucco taſsi barbaſsi ſuperponitur optimum. Itẽ liniantur primo melle, deinde accipiaẽ puluis factus ex vetetro bouis exiccatõ, & taſſo barbaſſo. ana, & ſpergatur & eſt optimum. Item. ℞. nuces cupreſsi numero. a. viridis æris. ʒ. iij. olei. ℥. iij. ponantur ad ignem donec comburantur, deinde pulueriζentur, & ſuperponantur cum melle, & lana ſucida, & totum ſit bene calidum. Cum infrigidari cepit remoueatur, & replicetur medicamen, & inuenietur vtile. Item. ℞. folia artemiſiæ, & abſinthij, & terãtur, & decoquantur in oleo liliorum, & calidum quãtum ſuſtinere poteſt applicetur, & continuetur per duos vel tres dies.

Et in hac operatione exiccationis conſidera, quoniã aliquãdo ſunt duræ, & ideo ne maior ſequatur durities ex puris exiccantibus oportet vt tu cum eis vtaris etiam molliſicatiuis ex pinguedinibus, & oleis iam dictis. Secundo aduerte ꝙ talia exiccantia adminiſtrari debent vt ſuppoſitoris aut aliter quomodolibet, maxime quando hæmorrhoides exiccandæ ſunt ad intra, vt dictũ eſt ſupra. De eis quãdo ſunt occultæ. ℞. olei viol. albuminis oui, adipis gallinæ, ceruſſæ, plumbi. ana. ſimul miſce, dolorẽ tollit, & eas deſiccat probatũ. Et non mireris ſi de earum paſsione ꝓlixus fui, qm̃ eſt ægritudo quaſi omnibus adueniens, & tedioſa multum, quare te volui facere copioſum.

### De apoſtematibus ani. Rubrica. VIII.

ET quoniam eorum quædam calida ſunt, quædã frigida. Ex ex calidis quædam ſanguinea, quædam cholerica. Ex ex frigidis alia phlegmatica viſcoſa dura, alia melancholica, alia gypſea. Prius de calidis tanquam de magis moleſtantibus determinabitur.

S I G N A demõſtratiua apoſtematis calidi ſunt dolor acutus, rubedo, & manifeſta ani inflamatio, feb. acuta ſatis. vrina intenſa, frequentia pulſus, cum malo anhelitu, dolor renum, & partis poſterioris ancharum, iliorum, & difficultas egeſtionum, & vrinæ, & hæc intenſiora in cholerico ꝗ̃ in ſanguineo, & diſtingue etiam inter ipſa ex parte coloris, & huiuſmodi. ſed ſecundum plurimũ talia apoſtemata ſunt cholerica propter choleram quæ conſueuit cum fæce deſcendere.

Q. ſi frigidum fuerit color & dolor non ita fortia, neq; febris ita acuta, ſed ſentietur notabilis grauitas cum manifeſto tumore cum difficultate egerendi & vrinandĩ, & vrina erit in colore remiſſa, turbida, pulſus paruus, debilis, & aliquando rarus, & eſt prauum ſignum & erit cum grauitate iliorũ & partis poſterioris, & tu ex vſu diſtingue inter ipſa phlegmatica, gypſea, melancholica.

P R O G N O S T I C A cum indebite curanẽ hæc apoſtemata minãtur futuram fiſtulam, & ideo vt ſupra ſis ſollicitus etiam de hoc rubrica de fiſtula ani.

C V R A. Canones tu itaq; hos canões nota ꝙ in principio apparente apãte calido & maxime incipiente, fieri debet phlebotomia ex baſilica ſi virtus, & cætera conſentiũt, aut uentoſatio ſuper lumbos ſuper partẽ ſuperiorẽ natium, aut hæc duo ſimul ſi virtus, & ætas &c. cõſentiunt.

Secundus ꝙ ante completam maturationem apoſtematis ſiat eius apertio. vt non extendatur materia ad profundum, & ſiat fiſtula.

Tertius ꝙ in cura eorũ oportet prouidere cũ canone generali, qa in princ. ponẽdo repercuſsiua & intẽſiora & remiſsiora ſm̃ intenſionẽ doloris & materię acuitatẽ. In augmento vero miſcere & in reliquis tẽporibus. vt ſupra ſ. pe, & ſpãliter de apãte ſtomachi, & hepatis. & tu ibi. Et nota ꝙ dcm̃ eſt. & maxime incipiẽte, qm̃ aliqñ accidit ſucceſsione hæmorrhoidarum, & inciſione de eis facta. Secundo nota ꝙ dicta in de cura teneſmi ſunt hoc loco afferenda, & neceſſaria, & vtilia multum, & ideo &c.

Quartus ꝙ vẽter teneaẽ lubricus cũ medicinis leniẽtibus ex caſia & hmõi. ne duritie fæcũ lædatur anus. & quidam vt Placentinus ſuppoſitoria cõmendat vt exiſtimo abſq; dolore imponi non poſſunt, & ideo per ſuperius exhibita conuenientius procedendum. Et nota ꝙ à pharmacijs fortibus abſtinendum ne ſui acuitie, & multam de remotis trahendo materiam multum lædant.

Et deſcendendo ad particularia. Ordinetur diæta ex frigidis, & humidis lenientibus ex cibis & potibus. ſy. & huiuſmodi. ſecundo ſiat diuerſio cum phlebotomia ex baſilica, aut ſaluatella vt dictum eſt.

Tertio in vltimis ſiat eius apertio ante cõpletam maturationẽ. Q. ſi fuerit ſucceſsione doloris aut inciſionis teneatur locus multum mundus vt quãto poſsibile eſt minor quãtitas ſaniei generet, & citius ꝗ̃ fieri poteſt incarneẽ. Repercuſsiua autẽ in principio ponendo. Exempla ſunt. ℞. olei roſ. ℥. iij. ſucci plãtaginis. ℥. ij. ouũ vnum cũ albumine & rubeo oĩa ſimul agita & cõmiſce. Ad idẽ vnguentũ de populeon. itẽ vnguentũ de ceruſſa abſq; aceto.

Item. ℞. litargiri. ʒ. iij. ceruſſæ lotæ ter in aqua ro. ʒ. ij. lapidis ematitis. ʒ. j. ſumach. ʒ. j. s. omnia terantur & cum albumine oui & cera alba ſiat unguentum. Itẽ ſuccus ſemperuiuæ, ſolatri, item ſuccus plantaginis. Item emplaſtrum factum ex pane gratuſato, lacte, albumine ouorum, & oleo roſ. & aliquando additur ex ſuccis frigidis vt ſunt portulacæ, ſemperuiuę, alchechengi, & eſt optimum ſolatri, & huiuſmodi. aliquãdo additur opium, iuſquiamus. & hmõi, vnde recurre ad ea q̃ de teneſmo. Nam & ſeſsiones ſic frigidæ, ſtypticæ ibi poſitæ etiã ſunt cõuenientes. & ut dictum eſt eas fac tepidas & infra. Ex quibus potes facere embrochationes, & alias applicationes diuerſas ſm̃ diuerſa ingenia. vt de hæmorrhoidibus dictum eſt. Trãſacto principio cõmiſce cũ reſolutiuis ex repercuſsiuis calidis. vt camomillã, melilotũ, altheã. ſemen lini, cepæ, liliorũ, & hmõi. aut anodina. ſunt autẽ eis ꝓxima. vnde cõmendatur diaquilon diſſolutũ & lotũ cum aqua ro. & mixtũ, deinde cũ oleo ro. & albumine oui. Item cepæ, aut porrũ elixatum, & mixtũ cũ ceruſſa, & oleo ro. & debet oleũ ro. eſſe factũ ex oliuis imaturis, tu itaq; ex his & cõſimilibus cõmiſce. Et ſi vides ꝙ reſoluaẽ bene eſt. ſi nõ deſinas, applicare ſanguiſugas, qa ipſe fortaſſe eradicabuntur, ꝙ ſi non, intende maturationi cum maluauiſco, aut cepis, & butyro; malua, & miſce maluauiſcum, aut cepam albam cum butyro, & vitello oui, hmõi. deinde vt dictum eſt cito aperias eum, deinde mundifica cum vnguento apoſtolorum; vel farina hordei mixta cum melle & vitellis ouorum, & abluatur locus cum vino ſtyptico, deinde ſupra aſpergaẽ tus minutum cribellatum & conſolidetur.

C V R A in facto ex cauſa frigida. Ordineẽ diæta denſitur digeſtiua appropriata humori. Fiat euacuatio conueniens cum pharmaco, & phlebotomia ex baſilica ſaltẽ in principio quæ eſt magis diuerſiua vel poſt ex ſaphena ſi videbitur. Et in principio applicentur ſtyptica repercuſsiua non ita frigida. Deinde procedatur ad maturationem ſi opus erit cum emplaſtris de terbentina, maluauiſco, cepis, allijs coctis, vitello ouorum, farina, fœnugræci, & ſeminis lini mixtis cum butyro, axungia colata, oleo de ſpica. de lilijs, & huiuſmodi. Deinde aperiatur & bene mundificetur & conſolidetur. Et valet ad conſolidationem maxime puluis mummiæ, & nucum cupreſsi. Et ſi dolor infeſtabit & in principio ſedere poteſt in aqua decoctionis rerum anodinarum, vt ſeminis lini, camomillæ, fœnugræci, abſinthij, & huiuſmodi, & erit vtile.

Et ex expertis eſt ſuccus ſcabioſæ ſumptus, & emplaſtratus frangit & ſanat, & naſturcium aperit, & maturat. Et ex his apparet quomodo procedendum eſt in cura vlcerũ ani. Nam debet fieri mundificatio cum exiccatiuis fortibus prædictis in capitulo excoriationis quãuis ſit dolor veniens valde in ſenſum loci dolorum & conferunt ei almaram nigrum, & almaram de viridi ære. & ponitur totum in lana ſuper caput tentæ Auicen.

## De rhagadijs ani. Rubrica. IX.

ῥαγάδες Grecis noſtris rimę ſedis, vel barbaris ragadię nominant.

RHagadiæ ſunt fiſſuræ, ſiue vlcerationes, ſiue exiccationes in circuitu ani, cum dolore ſm longitudinẽ abſq; tumore eueniẽtes, quarum cauſa ſm plurimũ eſt materia acuta, ſalſa, ſiue corroſiua ad eum locum perueniens. Et dicũ fiſſuræ, quia fiunt abſq; tumore, & fiſſura aliquãdo. Dicitur ſm plurimum qm̃ ex alijs cauſis etiã cõtingere poſſunt. nam qñq; cauſa eſt mala cõplexio ſicca cõtrahẽs partes ani quare ſeparanẽ, & hæc qñq; eſt contuncta malæ cõplexioni calidæ aut frigidæ cum materia ſm plurimũ, qñq; eſt ex materia fœcum duritie, qñq; ſucceſſione inciſionis hęmorrhoidarum, aut nimia earũ apertione, ex fluxu nimio, aut ſucceſſione apoſtematũ, aut teneſmi, aut dyſenterię & huiuſmodi. aut applicatione rei durę, vt lapidis acuti ſcindentis, aut ferri, aut cauſtici & huiuſmodi. de quibus omnibus ſeriatim cura ponetur.

S I G N A demõſtratiua earũ ſunt dolor, & ardor in ano, & inflatio loci cũ fiſſuris apparẽtibus mãifeſte. & qđ ex eis emanat vt venenũ nigrum, vel viride, vel nigrũ fœtens. Et ſunt aliqñ cum feb. aliqñq; abſq; feb. Q. ſi fuerit à mala complexione ſicca nõ erit ibi humiditas niſi pauca valde. & ſigna apparebunt ſiccitatis ex parte tactus. Q. ſi ibi aderit cum ea mala cõplexio calida erunt ſigna caliditatis, ſi frigida frigiditatis. Q. ſi à ſiccitate fœcum, vel ſucceſſione inciſionis, aut poſt dyſenteriam, aut teneſmũ, aut nimium fluxum, aut poſt cauſam aliam primitiuã ſtatur relationi patientis.

C V R A. Canones in facta ex cã primitiua. Ordineẽ diæta ad cõtrarium ex frigidis & hum. notis ex parte cibi & potus, de quibus. iij. tract. Scđo digeratur materia cũ digeſtiuis choleræ, aut phlegmatis ſalſi. de quibus. iiij. tractatu. Tertio euacueẽ cum lenitiuis euacuantibus choleram aduſtã, aut phlegma ſalſum timendo ſemper acuitatẽ medicinę. de qbus etiã. iiij. trac. Quarto ꝓcedaẽ cũ localibus frig. & hu. Itẽ frig. & ſicc. ex ſicc. cataplaſmatibus, embrochis, ſeſsionibus, vnguentis, cerotis & hmõi. vt de hæmorrhoidibus dictũ eſt acuitate ſanguinis cõtingentibus. Quinto mundificeẽ locus optime. Sexto ſuperponanẽ cõglutinatiua, & incarnãtia, ita φ attẽde multũ mundificationi, & citę incarnationi ne cõtingat locũ infiſtulari. Et nota φ ſi ibi aderunt cruſtæ eas remoue uſq; ad emanationẽ ſanguinis deinde mundifica, & incarnatiua, & cõglutinatiua adminiſtra. Incarnatiuæ autẽ ſunt medicinæ ſtypticæ, & exiccatiuæ, cuiuſmodi ſunt gallæ nõ perforatę, balauſtia, ceruſſa, litargiriũ, plumbũ vſtũ, ſcoria argenti, climia, ſemen ro. &c. facto ex his vnguento, aut ceroto, & à ꝓprietate cinis hoſtracorũ, polypodium, cinis foliorũ oliuæ. Et ex cõpoſitis. ℞. litargiri, ceruſſę, fricationis plũbi, ſeminis iuſquiami al. ana. olei roſ. quantum ſufficit fac vnguentum. Itẽ ſi vis addere potes ex medulla oſſium cerui, ceræ, ſemen ro. thutia, climia, & propter dolorẽ ſi expedit adde oppium. Ex cõglutinatiuis ſunt amilum, puluis molendini, & ſimilia. Item cõfert inunctio cũ oleo de keiri, oleo de lilijs, oleo de nucleis chryſomillorũ & hmõi, maxime qñ nõ adeſt febris qua exiſtente oportet te multũ moderare. ut in p̃cedentibus dictũ eſt ſæpe. Similiter ſi nõ aderit apoſtema. nã qñ talia ſic applicanẽ oportet medicũ eſſe multum cautum & p̃uiſum. Quidam tñ exiſtẽte febre & apate ordinata diæta faciunt phlebotomiã, ſi virtus & cætera cõſentiunt. Aut ponunt vẽtoſas, vt ſupra de hęmorrhoidibus. mundificant corpus cum myrobalanis indis, citrinis, aut kebulis, vt materia requirit. aut cũ pilulis indis, fœtidis, & hmõi. Et digerũt ſi expedit cõſequẽter. Deinde applicant loco. unguentũ de ceruſſa cum cãphora. Aliud ex eorum intẽtione. ℞. arſenici, litargiri, ſulphuris, ana. ℥. j. olei roſ. ℥. iij. aceti. ℥. ſ. & fiat vnguentum, & in fine aliqđ camphoræ addatur, conſolidat, & dolorem earum remouet, ſed prius ante mundificetur locus, iſta ſunt fortia nec ſine earum lotione & alteratione non eſſem auſus applicare, ſed experimento chyrurgicorum ſtare debemus. Q. ſi non fuerit feb. veniendo ad localia mundificato loco ſuperponunt vnguentum viride apoſtolorum, & hmõi. Itẽ faciunt eos ſedere in aqua decoctionis althæ, camomillæ, fœnugręci, meliloti, & huiuſmodi. & poſt mundificãt, & applicant, vt vnguentum ex oleo nucleorum perſici in quo diſſolutum eſt bdellium, aut emplaſtrum. & ex oleo roſ. vitellis ouorum. farina hordei, & hmõi. Laudaẽ maxime vnguentum de ceruſſa cum plumbo vſto. vt vitellis ouorum aſſatorum, oleo roſ. & camphora.

C V R A. In factis à mala complexione ſicca & calida. Materia reſcindatur, & ordinetur diæta vt decet ex humidis brodialibus & huiuſmodi. fiant ſeſsiones in rebus humectantibus. applicenẽ emplaſtra humectantia in oleis adipibus iam pauloante nominatis, & vnguenta & huiuſmodi. fomentationes, embrochationes.

C V R A. In facta à fœcũ duritie ſtudeaẽ mollificationi earũ deinde ꝓcedaẽ cũ mundificatiuis, & cum eiſdem ſiũt ſucceſſione ſciſſionis vel inciſionis apertione apatis.

C V R A. ſi fuerit ex teneſmo dyſenteria & hmõi. habitis prius mente canonibus generalibus ex nominatis ꝓcede cũ incarnatiuis cõglutinatiuis, & ſuppoſitorijs incarnãtibus & hmõi. de qbus in rubrica de hæmorrhoidibus & ſupra de teneſmo dictũ eſt. & tu ibi. hæc enim cura magis eſt chirurgicalis q̃ phyſicalis, ideo leuiter pertranſiui.

## De mollificatione ani. Rubrica. X.

MOllificatio ani eſt eius paralyſicatio qua egeſtiones inuoluntarię egrediuntur, cuius cauſa ſm plurimum eſt mala cõplexio frigida, & humida in lacertis ani imbibita. Et dicũ ſm plurimũ q̃m ab alijs cauſis poteſt cõtingere. Vt ab humiditate cõiuncta imbibita calori faciẽti ipſam melius penetrare. & differt hęc à poſteriori, quia in iſta ſentiẽ mordicatio, & punctura, & caliditas. Itẽ à caſu ſuper rem durã vt eſt lapis. vnde nerui quaſi cõteruntur iam rumpunẽ, & fit ſubito, & ei nõ eſt curatio. Similiter dislocatione. Aut inciſione hæmorrhoidarum, aut lacertorũ vt infra de fiſtula & huic nõ eſt cura. Aut inuerſione nimia ipſius inteſtini. Qñq; fit ſeſsiõe longa ſuper rẽ frigidã, aut in aqua frigida & hmõi. Et etiam reperiẽ quædã ſine ſenſu, & quędã cum ſenſu, & eſt incolumior. Et ſigna eius quę eſt à frigiditate ſatis nota ſunt. Et antequã ad canones perueniam ſcito φ hæc paſsio turpis, & difficilis curę & apta valde lædere inhoneſti accidẽtis, propter quod eſto ſollicitus, & diligens in eius remotione, quod fit magis cum localibus q̃ cum vniuerſalibus, q̃ tamen non debes omittere.

C V R A canones. Ordinatio diætæ ad cõtrarium cauſæ ex calidis ſiccis, & alijs, vt exigit diſpoſitio. Digeſtio materiæ. Euacuatio eiuſdẽ qbus perficiunẽ hi habes ſupra iiij. tract. & pro his ibi. Vltimus eſt humoris imbibitus reſolutio, abſterſio, & exiccatio, ſiue malę complexionis remotio. Q. ſi fuerit ex fractura neruorum attritione cor. & hmõi. vt ſupra curã non recipit. & hic vltimus canon cõpletur ſeſsionibus, clyſteribus, lotionibus, emplaſtris, vnguẽtis, & pluribus hmõi. Sedeat in aqua vel vino ſtyptico decoctionis ſauinæ, coſti, nucis cupreſsi, ſpicę, ſquinanti, ſaluię, acori, calamenti, abſinthij, ſticados, & hmõi. & hoc cauſa exiſtente frigida tñ. Q. ſi fuerit cum humiditate iuncta caliditas, ſedeat in aqua decoctionis balauſtiarum,

ſtiarũ,roſ.myrtillorũ,adiungendo ex calidis,vt videbitur etiã ꝓpter mẽbri cõplexionẽ. Et poſt iſtas ſeſsiones inungaꝫ ex vnguẽtis ſibi ꝓportionatis,vt in prima cũ vnguentis ex rebus calidis, in ſcda ex frigidis rebus cũ calidis vt decebit,verbi gratia,de primo.℞.olei de ſpica.℥.j.de caſtoreo.℥.ß.de euphorbio.ʒ.ij.nucũ cupreſsi.℥.j.ceræ &c. fac vnguẽtũ. Exemplũ ſcdi.℞.olei de abſynthio, de myrto,roſ.ana.℥.j.ſpicę.℈.j.ſeminũ eo.ʒ.j.cerę modicũ fac vnguentũ:& de conſimilibus habes ſupra.ij.cap.de paralyſi, & tu ibi. Si vero fuerit ex dislocatione,caſu & hmõi.reducaꝫ,& attendaꝫ cauſis vt expedit, exquirẽdis ſuis capitulis dictis,& dicẽdis. Clyſteria ſiant ex aqs maris,aluminoſis cum agarico,ſerapino,hieris magnis,oleo rutaceo et hmõi.de quibus ſupra allegato loco. Ex cõſimilibus fieri poſſunt lauacra,cerotaria,vnguẽta & hmõi.& tu cõpone,caſia lignea decoquatur, & in modũ enchatiſmatis ſuperponaꝫ. Ad idem encathiſma ex ſauina,& quoniã quæ dicentur in ſequenti rubrica conueniunt in hoc loco,hinc à multa remediorum narratione ſuperſedeo.

### De egreſſione ani. Rubrica. XI.

Et licet multi doctores vnũ faciãt capitulũ de egreſſione ani,& mollificatione eius,tñ vt ducem ſequar duas ſcripſi rubricas diſtinguens aliqualiter inter vnã diſpoſitionẽ & aliã,dato ꝙ in remedijs ſatis cõueniant,ꝓpter quod cõſueuerunt vnũ facere capitulũ. Egreſsio ani non eſt aliud ꝗ eius exitus ad exteriora, aut propter mollificationem contingentem in lacerto conſtringente anum, & mouente ipſum ad ſuperiora:de quo in principio capituli dictum fuit,& non accidit lõganoni egredi niſi ꝓpter ipſius laxitatẽ.Auic.alleg.loco:Aut propter ſpõte ſui grauitate etiã trahens inteſtinum ad inferiora.Poteſt etiã cõtingere caſu,vel percuſsione,dislocatione ſpondilis & hmõi, vt in ꝓcedenti rubrica de mollificatione eius dictum fuit. Egreditur nanq; anus quandoq; parum, qñq; multum ad quantitatẽ palmi,qñq; cum voluntate,qñq; præter voluntatem,& eſt magis malum. Hæc autem paſsio, vt dictũ eſt de mollificatione, eſt turpis verecunda,& niſi diligens cura adhibeatur fit quaſi impoſsibilis curæ, maxime qñ veteraſcit. Nam ex ſe difficilis curæ exiſtit. propter quod ſollicita.Et ſcito ꝙ curatio redeuntis facilior eſt curatione apoſtemoſi qui non redit.

C V R A.Canones conſimiles ſeruenꝫ, ſalẽ vniuerſales,vt de eius mollificatione dictũ fuit:& particulares cõſimiliter iuxta particulares cauſas eius.In ea vero quę eſt ex apoſtemate ſi ætas, & cætera cõſentiunt phlebotomia ex vena q̃ eſt ſub talo pedis,& diuerſiua ex ſaluatella ſi videbiꝫ ſcdm plectoriam maiorẽ aut minorẽ,aut ſanguinis abundantiã. Itẽ aut ventoſas ſuper muſculos dorſi, vt ſupra de hæmorrhoidibus. Scdo mollificetur cum mollificantibus anodinis toties vt eius reingreſsio ſequaꝫ. Tertio adminiſtrenꝫ ſtyptica,cõfortatiua,retinẽtia inteſtinũ ſurſum in loco ſuo. Cõpletur intentio ſcda & ſuapte magis cum ſeſsionibus ad hoc,licet emplaſtris,cerotis, ſuffumigijs,& hmõi etiã cõpleri poſsit. Seſsio.℞. florum & camo. anethi,mellilotí,radicis altheę.ana.decoquanꝫ in aqua in qua actu calida ſedeat patiens. Deinde inungaꝫ cum vnguẽto facto ex oleo ro.camomillæ,& anethi,& modico ceræ,& tunc quæraꝫ eius introductio, quæ ſi fieri poterit bene.Si non,iterũ ſedeat in aqua prædicta calida, deinde vngatur, deinde tentetur eius introductio, & ſic reiteretꝫ donec fiat eius introductio;qua facta inungaꝫ locus cum oleo,roſ.de camomilla & hmõi.& aſpergatur puluere conſtrictiuo facto ex gallis,balauſtijs,myrto,abſynthio,cupulis glãdiũ, alũinis,zuccharini,antimonij,ceruſſę & huiuſmodi.Et qdam cum faſcia & petijs ligant inteſtinum ſic ingreſſum inunctum & puluerizatum.Et ſtet patiens in lecto cũ ano eleuato. Quidã ſtudent cum ventoſa poſita in alchatim reducere ipſum,& dicũt ꝙ reduceꝫ,ſed ante eius reductionem lauant cum vino ſtyptico,calido:& reducto puluerizant cum puluere thuris, litargiri, & aliorũ rerum notatarum cõponendo vt res exigit, & pro his ſeſsionibus recurre ad ea quæ de teneſ.poſita ſunt. Puluis cornu cerui vſti poſt eius reductionẽ & ablutionẽ cum vino ſtyptico valet multum. Ad idem expertum.℞.carabe, cornu cerui vſti,balauſti.thuris,antimonij,achaciæ,terantur & pulueriʒenꝫ ſuper anum,vmbilicum,& renes cũ vitello ouorum,& oleo de myrto. Itẽ valet fumus receptus ex aceto aſperſo ſuper lapidẽ molarẽ calefactũ ſiue ignitum. Item fumus colophoniæ,thuris,corticum pineatum. Itẽ.℞.florum iaſpi barbati,gallarum, ceruſſę de plumbo,achacię, barbæ hircinæ,corticis pini,thuris,myrrhæ.ana.pulueriʒentur.& poſt eius lotionẽ, & introductionẽ ſuper aſpergaꝫ puluis hic.& eſt Gal.Et ſis attentus ſi adeſt feb.aut nõ, qñ potes,& debes calidioribus, & remiſſe calidis vti, & infrigidantibus, vt ipſa exigit diſpoſitio.

C V R A in ea quæ eſt rõne nimiæ humiditatis fluẽtis ad anũ,ſeruenꝫ vniuerſalia ex parte cibi,& potus, & aliarũ rerũ,digeſtione,eũone,& hmõi.ſi expedit. Quarto ad localia veniendũ proportionaliter vt dictũ eſt ſupra de mollificatione.Fiant ſeſsiones cum rebus ſtypticis,calidis,aut frigidis,& frigidis,& calidis ſimul,ut cum coſto,faba,ſtorace,hypoquiſtidos,balauſtia,nuce cupreſsi,maſtice, thure,gallis,ſumach.ana.& fiant pilulæ. Suffumigatio facta cum ſpolio ſerpentum eſt optima. Ad idem facta cum bdellio,& capparibus,& eſt conferens valde.

C V R A in facta ex dislocatione,aut paralyſi,lacerti facta inciſione,aut caſu non curatur vt dictũ eſt. ſed bene poteſt ex medicinis blandiri.

### De prurítu ani. Rubrica. XII.

Pruritus ani cauſa eſt aut vermis in extremitate inteſtini exiſtens, aut vlcera ſordida, aut humor cholericus ſalſus, vel aduſtus. Et de his omnibus,ſigna demonſtratiua dicta ſunt proprijs rubricis:nam his cõſueuerunt venire ardor in loco,punctura,feruor,aduſtio.

C V R A eius quæ eſt ex vermibus iam dicta eſt. Et ſimiliter quæ eſt ex vlceribus cura dicta eſt de rhagadijs.

C V R A In eo qui eſt à malitia humoris acuti deriuãtis ad locum. Canones.Ordinatio diætæ quæ debet ordinari ad contrarium cauſę,Digeſtio,Euacuatio. Cum quibus perficiuntur hi canones habes ſupra.iiij. tract. Et licet diuerſio videretur conueniens,tamen per vias vrinæ non eſt facienda dubitando de excoriatione veſicæ quæ eſſet deterior diſpoſitio. Quartus eſt materię fluxæ abſterſio, & reſolutio. Completur hic quartus cum ſeſsionibus in aqua decoctionis fumiterræ,maluarum,violarum, acetoſæ,melíloti,granorum lupinorum,lapacij, & huiuſmodi.

Reſolutio vero fiat cum vnguentis ad ſcabiem cum rebus reſolutiuis,& exiccatiuis. vt.℞.axungiæ porci liquefactæ.℥.ij.ceruſſæ lotæ.ʒ.j.litargiri.ʒ.j.ß.ſulphuris.ʒ.ij.olei laurini.℥.j.ß.aceti parũ & cum modico ceræ fac vnguentum. Item vnguentũ factum ex terbentina, vitellis ouorũ,butyro,& modico ſalis bene trita.& ſic de alijs. Et rob cum aceto vini eſt iuuatiuum valde.Auic. Item nota.ꝙ ad remouendam materiam etiam retentam & nõ de nouo fluxam oportet te procedere cum enematibus, ſuppoſitorijs,& alijs, vt in de teneſmo dictum.& tu ibi.

### De fiſtulis ani. Rubrica. XIII.

Fiſtula ani eſt vlcus ſordidum, interius latum & exterius ſtrictum cum calloſitate quadã apud ipſum cõtingẽs. Cuius cauſa eſt materia virulẽta, aut apõa, aut inepta hęmorrhoydarũ cura & hmõi cõſecuta,aut ad ſpõtem lõganonẽ defluxa quæ talis ſcdm plurimũ cõſueuit eſſe melancholia aduſta,ut Placẽtinus. Et harum quędã ſunt nõ penetrãtes,quia nõ peruenientes vſq; ad inteſtinũ.Et qdam ſunt penetrãtes,quia ꝑuenientes vſq; ad inteſtinũ, & vlcera. vnde & inteſtinũ eſt perforatũ, & tũc egreditꝫ fæx per illã

fiſtulam. Quandoq; penetrat vſq; ad veſicam, quia vltra medietatē virgæ, & tunc egreditur vrina, & huic non eſt ſpes curæ. q̃nq; vſq; ad os coxæ, quãdoq; vſq; ad nodum anchæ, & horum omnium ſigna dicentur.

SIGNA demonſtratiua fiſtulæ penetrantis, quia egredit̃ ſtercus, & vẽtoſitas per foramē fiſtulæ manifeſte, & hæc chirurgico manifeſtatur, cum impoſueris in os fiſtulæ tentam ſubtilem plumbi, & cum ea tentauerit fiſtulam cum diſcretione, tunc inueniet fiſtulã profundari vſq; ad longanonē: & hoc poſito digito prius in ano ad quem debet peruenire cuſpis tentæ eius. Non penetrãtis ſigna, quia nec ſtercus nec ventoſitas per os fiſtulæ egredi percipitur neq; manifeſte, neq; occulte, ſed inuenit tentã plumbeam profundari. vt in penetrante. Et antequã ponantur canones ſcito q̃ fiſtulæ ani vtplurimum negligentia infirmorum generantur, quoniã locus turpis eſt tactu & opere, ad quã ſequitur tumor cura neglecta: vnde cum continue fluat humiditas mala, & nõ debite purgetur locus ex non fiſtuloſo efficit̃ fiſtuloſum. Sint ergo infirmi ſolliciti & bene ſoluentes vt medicus cum aculeo aureo curet ne tale horridum vulnus incurrant.

CVRÆ canones. Iſtæ itaq; ſic penetrantes multum vſque ad virgam & ad os coxæ, nodum anchæ, & cætera, nõ ſunt curabiles nec de eis te intromittas, vt quidam ſtolidi, & imperiti faciũt. De alijs autem penetrantibus, & ꝑpe anum te ſecure intromittere poteris, ſicut pluries meis vidi diebus mecum cooperante chirurgico Antonio Ianuenſi. Et dabitur modus in non penetrante. Canones. Primus ſollicita earum curã ne ex non penetrãtibus fiant penetrantes. Secundus eſt ordinatio diętæ. Tertius digeſtio materiæ. Quartus euacuatio eiuſdem. Hi canones perficiuntur cum iam dictis, tertio & quarto canone, vt ſupra ſæpe. nam cum materia eſt facta acuta oportet vti remittẽtibus acuitatem, & ab acutis ſe cuſtodire. Quintus eſt abſterſio, mundificatio putredinis, ſeu carnis corruptę remotio. Sextus eſt bonæ carnis loco calloſæ, & corruptę regeneratio. Septimus eſt accidens corrigere, quod eſt dolor inde contingens. Perficitur itaq; quintus cum mundificatiuis, vt cum aqua mellis, melle roſ. ex eo tenta intincta. Item cum tenta balneata in vino tepido, ſic tepida melius mundificat, & abſtergit, deinde adminiſtrentur quæ putredinem & carnem corruptam remouent, vt ſunt medicamina acuta, vt vnguentum ceraſeos. Meſ. magnum, vnguentum viride, vnguentum nigrum, vnguentum ægyptiacum, pul. aſphodillorum, ariſtolochię & huiuſmodi. Medicamen nobile ad hoc. ℞. aloes, thuris, ſarcocollæ, ſangui. drac. balauſtiarum, antimonij, aluminis, zucch. ana. ℥. ſ. florum extremi. ʒ. j. fiant ex eis ſief cum ſucco fumiterræ, & indurari permittantur, & cum neceſſe fuerit ponatur vnum in fiſtula & continuetur omni die vſq; ad duodecim dies. De proprietate mundificat & conſolidat etiam lachrymalem: vnde reuideas quæ ſcripta ſunt ſupra. iij. cap. de fiſtula lachrymali, & erit vtile. Scribitur q̃ idem operatur radix gentianæ intus poſita, & attenta.

Hæc autem fiſtula etiã cauterizari poteſt & melius eſt cauterium actuale, licet etiam cum potentiali fieri poſſet. Omnem enim malam membri diſpoſitionem rectificat, & materias corruptas reſoluit, in quo eſt expeditio & ſalus. vera eſt tamen Auic. ſcientia hic & alibi, vt à faciliori inchoetur, ſed certe raro cõſequitur ex his leuibus honor. & tu conſidera. Sextus completur ex his quæ carnem generant. Et ex expertis eſt cauda equina, aloes ſimplex puluerizatus. Item cortex thuris, puluis gallæ, balauſtia, ariſtolochia & huiuſmodi. de quibus ſupra de fiſtula lachrymali. Mitigatur autem dolor cum butyro, & oleo ro. Aliquãdo ſunt neceſſaria opiata mixta cum anodinis. de quibus ſæpe ſupra.

CVRA in penetrãtibus ſeruent̃ canones ſui ex parte diætæ, digeſtionis, euacuationis, & mundificationis, ſiue abſterſionis & in non penetrante. Deinde procedatur ad remotionem carnis corruptę, & nouæ regenerationem. Et hic modus curæ fit multipliciter. Quidã cum vnguentis iam dictis ceraſeos, &c. tẽtant mortificare eam quã prius mundificant cum inſtrumẽto dicto Bulzarolo, in quo ponunt aquã mellis vel aquam aluminoſam. deinde ꝓcedunt ad incarnantia, & hi certe parum proficiunt, & meo tempore perfecerunt. Et quia hic modus fit cum impoſitione tentæ, ſcito q̃ ligari debet cum filo in eius extremitate, vt extrahi poſſit ad libitum, quoniam intincta eſt rebus acutis inducentibus dolorem. & ideo cum dolor fit intolerabilis extrahatur & mitigetur dolor, vt ſupra. deinde reiteretur, & quia hic modus non placet ſummatim pertranſiui. Secũdus modus & videtur eſſe Auic. hoc loco intromittatur ſtylus plumbeus in fiſtulam, in cuius extremitate perforata vt eſt acus ſit anodatum filum ſericum, aut de ſetis, & tunc præmat̃ ad ſuperiora digito inuncto oleo in anum intromiſſo vt caput ſtyli capiat̃, & tunc caput ſtyli obtorqueatur ad extra & trahat̃, vt cũ eo filo caput exeat, deinde ligentur capita fili adinuicem fortiter comprimendo, & cõſtringendo & ſic procedat̃ de die in diem ad vlteriorē compreſſionē, donec totum ſcindet̃, & interim cum acutis vnguentis iuuantibus procedat̃. Q. ſi dolor, ſpaſmus, aut ſyncopis accideret, remoueatur tenta cum ſetis, & ſedet̃ accidens, deinde reiteretur. Et poſtremo procedatur cũ glutinantibus incarnatiuis, quãuis ex ſe conſolidaretur. Hic modus nõ eſt in vſu, & certe credo eſt tedioſus valde quē vt exiſtimo nullus sufferret, & tu conſidera: dolor nimis longus eſt aptus ſpaſmum cauſare. Alius modus vt ligetur cum filo locus fiſtulæ, vt dictum eſt cum filo ſatis groſſo, & non fiat cõpreſſio fortis, ſed leuis valde. Deinde cum vno digito trahat̃ ſurſum vel deorſum, vel ad latus ſm ſitum fiſtulæ, deinde cum alia manu procedatur, aut cum falce, aut cum raſorio ſm inceſſum fili incidendo totum donec filum ſit liberatum. Deinde pro ea die & forte ſequẽti pone repercuſſiua ex albumine oui, pulueribus cõſtrictiuis, deinde procede cum acutis remouẽtibus calloſitatem, vt ſupra & poſtea cum incarnatiuis. Alij in principio procedunt cũ cauterijs potentialibus diſcooperiẽdo vſq; ad fundũ inteſtini, vt dictũ eſt. Alius modus & ſecurus, & expeditus eſt, vt cum perueneris ad fiſtulam penetrantē ſeruatis vniuerſalibus vt ſupra, q̃ intromittas extremitatē inſtrumenti cuius figurã hic ponam, quã cum digito, in anũ immiſſo percipies eam q̃ obtorquebis ad exteriora & impetuoſe, & fortiter trahes vſq; ad ſciſſionem totius ſpatij occupati per fiſtulam, & tunc pones repercuſſiua, vt ſupra. Deinde cauſtico vtere ad remotionem carnis cancroſæ, quia nihil melius, & ꝓcede modo cum vnguentis iam dictis, modo cũ cauſtico vt videbit̃ expedire. ſed prius vtere eis vnguentis, & cum nõ ſufficiunt, vtere cauſtico. Deinde procede ad incarnantia. Et certe hic modus verus eſt & pluries expertus, & ego teſtis.



Inſtrumẽtum debet eſſe talis figurę, iſta extremitas debet eſſe ſubtilis & ferrea flexibilis, ita q̃ magiſter faciẽs eũ non debet ipſum accelerare ſiue chalybeare, nec aliquo temperare ut ſit dura, ſed flexibilis valde remaneat. Reliq̃ pars lata debet eſſe bene chalybeata, aut contemperata, vt ſunt raſoria & alia inſtrumenta bene incidentia, & debet optime incidere vt raſorium, & quia opus eſt reſtauratorum volui hæc pauca vobis ſufficere.

Ponentur

Ponentur hic quædam vtilia primo. deinde dubitabitur, quia aloe viſus eſt ſic abſolute blaſphemari in hæmorrhoidibus, quod id intelligendum eſt in earum fluxu, ſed vbi conſtrictæ ſint laudandus eſt. aperit enim venarum orificia. de myrobalanis autem econtra aſſerendum. Secundo vt alias gallæ ſumach.& huiuſmodi ſtyptica frigida,& ſi ano ſua frigiditate noceant cõſeruos tamen exiccando in exitu longaonis præcipue quãdo cum nuce cupreſſi,maſticæ, thure, & huiuſmodi calidis cõmiſcentur. Propter quod aduerte q ſuperflua frigiditas & fortis paralyticans nocet longaoni, temperata deſiccans & coartans eſt conueniens. vnde ſecundum diuerſos gradus nocet, & prodeſt vt ſenſui eſt manifeſtum.

Item nota propter Aphor.xj.ſextæ particulæ. dicit textus vt infra phreneticis, quia cũ ex hæmorrhoidibus euacuetur ſanguis melancholicus non videtur phreneſi conferre cum talis ſit cholera, propter q ſcito q per hæmorrhoidas ſanguis euacuatur melancholicus de cuius natura eſt deorſum deſcendere,cholera autem ſurſum, & ideo per ipſas non conuenienter euacuatur, & ſi conferunt hoc eſt pro quanto euacuatur materia in venis contenta apta fouere phreneſim.De phlegmate autem dicendum q abundat magis in inteſtinis q̃ in venis ſuperfluat,& nõ per venas natura ipſum purgat, ſanguis autem vtilis à membria trahitur per nutrimentum, melancholicum autem ſeu fœculentum ad extra per inferiora natura ipſa tranſmittit. q & licet in mulieribus ſanguis menſtruus, & groſſus egrediatur,nihilominus repetiuntur mulieres fluxum hæmorrhoidalem patientes per quas ſanguinẽ magis groſſum,& impurũ tranſmittit natura multo ſanguine onerata. Nota quòd cauſa periodicatiõis ſanguinis hæmorrhoi.eſt,quoniã natura ex illo vel ex parte eius ſe iuuare poteſt, & ideo ipſum retinet vt poteſt, quia non ſic continue vel omni die emittit, non autem ſic eſt de alijs ſuperfluitatibus vt ſunt egeſtiones, vrina, & huiuſmodi. de quibus nullũ vel quaſi nullum poteſt recipere iuuamentum, quas omni die emittit. Et ex iſto poteſt reddi cauſa periodicationis fluxus hepatici. Item quid dicendum quare non retinent fœces,aut vrina.& tu cõſidera. Item ſcito q hæc paſsio eſt amica iudæorum propter tria. Primo quia in cõplexione ſunt melancholici.Secundo quia ocioſi. Tertio ex vltione diuina.iuxta illud: Percuſsit eos in poſteriora dorſi, opprobrium ſempiternum dedit eis.

Iudæi cur ſup̄ modum hæmorrhoidas ſentiant.

DVBIA.

DVBITATVR vtrum hæmorrhoides ſint res naturales. Quòd ſic, quia eſt operatio naturæ naturaliter operantis. q non. ſexto de accidenti & morbo. omnis fluxus ſanguinis eſt præter naturam excepto menſtruali. Dicẽdum q aliquid eſſe naturale poteſt intelligi dupliciter. vt propoſito pertinet. primo. quia à natura fit naturaliter operante. Secundo quia ordinatum à natura in ſpeciei,aut indiuidui conſeruatione, eſt itaq; hic fluxus naturalis primo modo,& non ſecundo. Et abſolute dicitur præternaturam,quia fit à natura coacta à re præter naturam, quia ſanguine ſuperfluo,& nociuro. nã in homine debite ſano non reperit̃ hic ſanguis melancholicus, ſed bene mẽſtrualis in muliere quãtumcunq; ſana.& in hoc conſidera ſi inuicem intemperatiſsima,quia dubietatem habet.

APHORISMI.

Ex.vj.Sectione.xj.Aphor.

Atra bile vexatis,& renum paſsionibus,hęmorrhoides ſuperuenientes,bonum.

xij.Aphor.

A diuturnis ſanato hæmorrhoidibus,ſi vna non ſeruat̃, periculum eſt aquã intercutem,vel tabem aduenire.

xxj.Aphor.

In inſanientibus,ſi varias, vel hæmorrhoides ſuperuenerint,inſaniæ ſolutio.

## De diſpoſitionibus renum, continens Rubricas.ix. Capitulum. XVIII.

*De deſcriptione, anatomia, & complexione renũ,Et de canonibus vniuerſalibus in cura eorum,& de iuuãtibus,& nocẽtibus eis.Et de ſignis complexionum eorum.* Rubrica. I.

Renes ſunt mẽbra duo carnea, colore ſubrubra,oblonga,dura, pãniculo dante ſenſum inuoluta, in partibus ſuis diuiſa, difformiter ſituata,in quorũ cõcauitate pãniculus colatoriũ dictus contexit̃ in excolatione aquoſitatis ſanguinis ſuperflue à natura pductæ,qñq; ſpondilibus poſt duodecimã ſpondilẽ alligata. Oblongos creauit eos natura propter foramina duo quæ ad ipſos terminant̃, nã in parte ſuperiori verſus hepar terminat̃ ramus venę chylis dictus emulgens p quẽ à forma ſpecificata retrahit aquoſitatem cõcurrente expulſiua hepatis.In parte autẽ inferiori terminat̃ orificium pori vritidi per quem aquoſitas tranſit & deſcendit in veſicam. Duros fecit eos ne acuitate vrinæ adeos quaſi continue fluentis læderentur. Habent panniculum inuoluentem neruis à cerebro venientibus cõtextum,propter q in eorum paſsione læditur cerebrum ipſum. vnde hic pãniculus eos lumbis alligat à quo vel ſi ſint pluresà quibus duo colla gracilia dura exanguia pori vritides dicta tenduntur in veſicam differentia.lxxxvj. Sunt diuiſi.vt patet ad ſenſum. nam magna eſt neceſsitas mũdandi ſanguinem ab aquoſitate tali,quoniam ſi non mundaretur remaneret inconueniens nutrimẽtum membris,quare membra eum reſpuerent,& hoc modo cauſatur hydrops, vt ſupra de hydrope,& ideo ne cõtingẽte læſione in vna parte eorum læderetur totum diuiſi fuerunt propter neceſsitatẽ dictam,& propter conſimilem rationem natura duos cõſtituit etiã vt tanta aquoſitas ex ipſis duobus melius attrahatur.eſt & ren dexter altior ſiniſtro eo q dexter eſt propinquus hepati,ita vt videatur tangere pennulam eius & hoc vt melior fiat attractio quæ alijs paribus melius fit ipſo exiſtente propinquo, & vt ad remotiora perueniat attractum eſt poſitum ſiniſtrum in parte inferiori. Alitur qm̃ qui eſt in ſiniſtro deſcẽdit cum ſplene ad inferiora in medio eſt eius cõcauitas ad quam continue peruenit aquoſitas in qua concauitate eſt panniculus rarus qui eſt venas emulgẽs dictus colatorium, & inde purgatur ſanguis qui peruenit vſq; ad renes pro eorũ nutricatione ab ipſa aquoſitate. nam ita denſus eſt vt per ipſum naturaliter diſpoſitum ſanguis tranſire non poteſt, ſed bene ipſa aquoſitas. Ex quo apparet cauſa quare aliquando vrina eſt ſicut lotura carnis,ſed etiã ex debilitate diſcretiuæ hepatis. hoc idẽ contingere poſſet,conſidera. Reliqua patent. Et ex his expedita ſunt tria anatomia ſcilicet renum, ipſorum deſcriptio,ac tertio eorum complexio.

ANTEQVAM ad curam ipſorũ peruenias oportet quædam vtilia præambula diſcurrere. quorũ primum eſt. quòd ignorare non debes. q niſi ſubito ſuccurrat̃ diſpoſitionibus malis renum prauæ inde oriunt̃ in eis ægritudines. ppterea quia ad eos perueniũt ex multis locis ſuperfluitates multæ,quia cum membris multis colligantiã habẽt, vnde & qñq; uidimus materiã pleuriſis per uias renum expelli,ſimilr̃ materiã catarrhalẽ, maxime autẽ cum aquoſitate q̃ cõtinue vel quaſi cõtinue fluunt ad eos ſecũdũ portãs de humoribus & ſupfluitatibus aliorũ membrorũ vt apparet in fundo,& in hypoſtaſibus vrinarũ,& qa ſunt duræ,& cõpactæ ſubſtãtię cum penetrãt difficulter remouent̃,& ideo cũ inueterant̃ tarde,& male ſanant̃,a d qđ concurrit,quia medicamina etiam eis male applicari poſſunt, quia ſunt membra remota ab his q̃ per os ſumuntur. & ſi per inferius adminiſtrant̃ localia etiã reperiunt̃ multa ker

media impediētia eorum debitam applicationem & ſpecialiter vlcera in eis male ſanantur. Ex his vide ꝙ regulariter operantur qui dant in cibis infirmorum diuretica. Et iuxta hoc nota hos canones.

Primus ꝙ curandus à diſpoſitione renum debet eſſe debite purgatus, & mundatus, debetq; eſſe moderati cibi & potus. vt ſi poſsibile eſt nulla ſuperfluitas in eo multiplicetur, ne ſimul cum medicinis renū quæ adminiſtrabuntur hæc ad renes moueantur, ipſos aut mala complexione, aut compoſitione lædentes.

Secundus. ꝙ talis pro cuius liberatione ſi virtus &c. cōſentiunt debet quotidiana vti euacuatione propter quotidianam ſuperfluitatum multiplicationem.

Tertius. ꝙ ſi ſtomachus patitur fiat frequēter vomitus quoniā hæc eſt euacuatio diuerſiua melior priori, ſed debet medicus in hoc prudentia vti conſidera.

Quartus. ꝙ medicinæ renales conuenientiores ſunt in ſubſtantia liquida, quia melius influunt & penetrant.

Quintus. ꝙ cū iſtis ſemp̄ miſceaf aliquid hepatis cōfortatiuū ne ex eorū aut frigiditate, aut fluxibilitate lædatur.

Sextus. ꝙ coitus ſuper omnia maxime vitetur, & ſpecialiter in viris. hic tamē canon moderationem habere debet ex multis contingentijs, quas per te conſidera.

Septimus. ꝙ aſſumi debēt ieiuno ſtomacho, & poſt euacuationē medicinæ diureticę, poſt quā aſſumptionē debet ſtare patiens ad minus tribus horis ſi fuerunt liquidæ, ſi ſolidæ plus iuxta earum ſoliditatem, & duritiem.

Octauus. ꝙ adminiſtratio diureticorum. cum eorum fortior quæritur operatio, conuenientior eſt in balneo, uel poſt balneum.

Nonus. ꝙ diuretica ſolida debētia venire per renes, debēt eſſe ſubtiliter puluerizata, & cribellata, cū liquore bene cōmixta facta in eo reſidentia longa, & ſæpe cōmixta.

Decimus, ꝙ poſt eorum exhibitionem per tempus parum debent renes calefieri cum emplaſtris, aut ſacellis aut vnctionibus trahentibus.

Vndecimus. ꝙ diuretica alembicata, aut per decoctionem data ſunt meliora.

Duodecimus. ꝙ vaſa aerea blaſphemanf. quare aut collocando medicamina, aut reponendo cibum euitentur.

Tertiuſdecimus. ꝙ cauterium qđ cōtinue teneaf apertum vt fiat diuerſio optimum eſt, de quo infra.

Quartuſdecimus. ꝙ potiones quæ danf in paſsionibus renum debēt eſſe maioris quātitatis, ꝙ ſint illæ quæ dantur in alijs diſpoſitionibus ꝓpter longitudinē viæ. Et ex his inferē ꝙ omnia aquoſa in ſe habētia groſsitiē, & turbulentiā ſunt eis nociua, quia aquoſa ad eos veniunt, & ſua groſsitie, & turbulentia oppilant. vt aqua turbida, vinum nouum, groſſum, turbidum, ſtypticum multum, aqua lutuinoſa. Itē & groſſa & viſcoſa cum ſubtilitatiuis mixta, ex quo inferē ꝙ irregulariter, & cætera miſcentes diuretica cum cibis. Itē caſeus, paſtilla & hmōi. Item omnia corroſiua, omnia vehementer aperitiua, vt cantarides. ois collectio humoralis membrorum ſuperiorū, & vicinorū, vt inteſtinorum. Item nimia vētris ſolutio, teneſmus & hmōi. nimium enim renes cōcutiunt. Itē omnis crapula, omnia retētio fœcum, coitus, poſt cibum p̄perue, ois laborioſa fatigatio, vel deambulatio, vel ſtatio, & per oppoſitum diſcurre de iuuantibus ſiue conferentibus vt abſtinere ab his quæ dicta ſunt &c. de his ſpecialius infra.

SIGNA demōſtratiua, quia de eorum cōplexione facta eſt mentio hic ipſius ſigna hic aggregabo, quæ ad curandas eorum ægritudines non parum proficient. Sed ſcito ꝙ in paucis libris Auic. reperitur capitulum de diſpoſitionibus eorum, vt etiam Gentilis recitat.

Signa caliditatis renū eſt rubedo, & tinctura vrinæ. nā rubedo eſt gradus, ſupra citrinum, & quidā gloſator inqt, non poſſe tingi à caliditate renū, & dat exemplū de aqua bulliente in lebete quæ tñ non tingitur. Scd'm eſt priuatio pinguedinis, circa renes, & circa totum corpus. nā pinguedo à frigiditate generatur ſaltem completiue. Tertiū eſt perceptio caliditatis ad tactū. Quartum frequēs euentus apoſtematis in ipſis, & maxime calidorum. nam caliditas eſt cauſa attractionis. Quintum appetitus ad coitū, caliditas autē renum cōmunicata eſt vaſis ſpermatis. unde per ipſam trahūt materiā pro generatione ſpermatis & incitant valde. Itē quia materia eſt acuta ex caliditate ipſa magis ſtimulant. Sextum quia tales ſunt ſitibundi, quoniam caliditas illa ſtomacho cōcata, nō ſolum fundo, ſed etiam ori ſtomachi eſt cauſa exiccationis humidi roridi. Item quia frigidis iuuatur. Item ſentit aliqualem dolorē, licet remiſſum interpollate. Item multiplicatio vrinæ, & in die & in nocte, vidi vnum qui ex caliditate renum intenſa etiam per potum à ſiti non relinquebatur.

Signa frigiditatis renum diſcoloratio totius corporis & albedo in vrina, & ideo per contrarium dicta de caliditate. Scd'm paucitas coitus, & ideo quia frigiditas illa teſticulis cōmunicatur, & per conſequens non attrahiē materia multa. Tertium eſt eorum debilitas cuius ſigna dicentur in ſequenti rub. Quartum euentus ægritudinum chronicarum in eis, quia frigiditas cōgregat. Quintum, quia nocetur à frigidis, & iuuatur à calidis.

*De debilitate renum, & oppilatione.* Rubrica. II.

Debilitas renum eſt eorum actio diminuta. Cuius cauſa vt Auic. hic ſequar eſt triplex. Mala cōplexio. Extenuatio. Et eorū viarum, ſeu colatorij dilatatio. Nā & licet apoſtema, vlcera, oppilationes & hmōi debilitatē cauſare poſſint. de his tñ hic nihil, cum ſpāles de eis Rubricæ ſcribenf. Mala autē cōplexio, & calida reſoluens ſpūs, & eorum ſubſtantiā frigidam reddens eorū caloris cā eſſe poteſt. Extenuatio de qua hic intelligiē eſt illa qua extenuati ſunt renes quo ad eorū ſubſtantiā quę cōſecuta eſt conſumptionē humidi cambij, ſicut in hæctica. Et hic aduerte ꝙ iſtā debilitas cōſequens malam cōplexionem fixam ꝙ illa quę conſequiē hanc extenuationē eſt difficilis curæ & ideo raro curanē qui longo tēpore paſsi ſunt renū debilitatē. propter quod ſis cautus in rnmutiēdo re in tali cura. Vſq; modo nullū vidi curatū ex diuturna eorū debilitate. Vbi autē fuerit fiens ſiue depēdens, & non chronica facilis, ꝓpter quod & iterū replico cautus ſis, & prudens.

Dilatatio autē meatuum cā eſt debilitatis eorum, qm̄ ob dilatationē tranſit, & nō retineē ſanguis qui venit cū vrina ad nutriendū eos ut ſupra & hāc dilatationē ſequiē debilitas ꝙ eſt in potētia ſeparandi ſanguinē ab vrina, & ſic eſt debilitas ſequeſtratiuæ virtutis eorū, & hanc debilitationem. Auic. vocauit debilitatē propriā, inquit, & eſt debilitas ꝓpria eis ambobus. Et tñ de cura debilitatis uere & certe multas expōſit cauſas. Prima eſt frequens coitus de qua in dubijs. Scd'a multitudo adminiſtrationis ſtupefacientiū. Sed dices hæc eſt pręter rōnem, quia tales cōſtringunt. ꝓpter quod nota ꝙ talia cōſtipant vias, & ꝓhibent tranſitū aquoſitatis qua de re detenta cum amplius remanere nō poſsit ꝓpter ſuā multitudinem dilatat. Tertia eſt vrinę multitudo ꝙ niſi colatorium dilateē exire nō pōt, & tunc ſua caliditate, & acuitate renes etiā debilitat. Quarta eſt eqtatio plurima & duri motus. nā in tali motu multum laborāt renes in motu agitatiuo ſurſum & deorſum facto. vnde ſic ſæpe meatus aperiunē, vnde accidit multis vt vidi & in me ꝙ qñq; poſt talē equitationē vrinā quaſi ſanguineā mingant. ad hoc cōcurrit caliditas ex motu cauſata ad viarum apertionē iuuans, ꝓpter quod vt ſupra ſanguis cū vrina egrediē. Quinta eſt percuſsio in renibus facta ad quā ſequiē continuitatis ſolutio. Sexta eſt frequēns aſcellatio vt in dyſenteria, teneſmo, & hmōi, ex qua fit forcis cōpreſsio ad quā ſequiē renum dilatatio vt patet ad ſenſum. Septima eſt pedeſtris ābulatio, qa ex ea ſupfluę caleſiunt. Octaua eſt ois labor renibus aduueniens vt eleuatio ponderis

Cambium eſt ... Auicennę nomen, vt retulit ... interpres, vnde et ... quatuor (quæ ipſe ſic cōmentus eſt) in morbis ... ſubſtantia ... humore ... caro, & adeps.

ponderis magni. vnde renes in eius eleuatione laborant, & dilatantur. Ex his patet primo quare ſaltatores & hmõi. renes hñt debiles, & tu conſidera. Secundo inferri poteſt cauſa quare oppilatio coartatoria ẽ cauſa debilitatis renũ. nam prohibendo deſcenſum vrinæ eſt cauſa congregationis eius in loco, quare cum deſcendere non poſſit niſi aperiatur multum ſequitur &c. & hæc reduci hñt in cãm tertiam, & ꝓpter hoc in hac eadẽ Rubrica poneẽ cura oppilationis eorũ. vt in Rubrica ipſa ſcriptum eſt. Item & oppilatio ex lapide cauſata, & dolor ẽ cum multiplicatur in eis nõ ſolum ꝓpter malã cõplexionem, ſed & pp lapidem ipſum doloris factiuum. Itẽ quoq; accidit debilitas renũ cõitate aliorũ, vt cerebri, hepatis, et cordis, nam cerebrum quoq; per nucham, & ſpondiles poſteriores renibus ipſis materiam cõicat quæ in eis retenta eſt cã ſilr & cõicat malam cõplexionẽ & hepar, & cor ſimiliter. Et hic aduerte q̃ in multis contingit cõitate cerebri renes pati.

S I G N A demonſtratiua eius quæ eſt à mala complexione, nota ſunt ex pcedenti Rubrica. Similiter ſi acciderit aliqua cauſa ex primitiuis ſtetur relationi infirmi.

Signa eius quæ eſt ex extenuatione ſunt extenuatio ipſa circa renes & corporis totius naturaliter aut accidẽtaliter facta ex hectica, vel alia ægritudine. Itẽ ſitis, & vrina multa, alba, limpida, in qua non apparet aliquid ſuperfluitatis. Item cauſatus appetitus ad coitum. i. gomorrhæam qua extenuantur renes multum & debilitantur. Item debilitas percepta in his qui in rene ſunt collocati cõicantes eorum debilitatem eis. Item & dolor quidã extenſiuus ꝓpter multiplicationem multæ materiæ, phlegmaticæ, & ventoſæ in eis ob debilitatem multiplicatæ.

Signa eius quæ eſt propter dilatationẽ meatuũ & cauernis eorum qui colatorij ſunt, quia nõ eſt ibi dolor, nec quoq; etiam minoraẽ appetitus, & eſt vrina ante digeſtionem & aductum ad venas ſm plurimũ aquoſa. cuꝫ aũt cibus peruenit ad venas, tunc ſm plurimũ fit exitus ſanguinis & humiditatũ groſſarum cum vrina. nam cum ea uenit ſanguis qui renes nutrire debebat, & fit ſicut lotura carnis, & eſt vt plurimum pauca, & quoq; reſidet in fundo. Et cõmunicatur debilitati renum paucitas vrinæ, quia propter debilitatem non bene attrahunt, & ideo nõ pauca fit debilitas in coitu, quia ſic debilitantur vaſa & teſticuli. debilitas viſus ex retentione aquoſitatis, & ſanguinis, quæ aquoſitas retinetur, quia renes non attrahunt. vt ſupra. Ex quo inferri poſſet quòd in hydropicis aſciticis viſus debet multũ debilitari fumoſitate eleuata ab ipſa aquoſitate retenta, & propter cauſam dolor capitis ſequitur.

Viſus in Aſciti- cis mul tum de- bilitaẽ.

P R O G N O S T I C A. debilitas renum quæ perſeuerat longo tempore non videtur curã recipere, ut dictũ eſt. Debilitas renum pſeuerans cum mala cõplexione calida, quoq; perducit corpus ad lapidem, quoq; ad apoſtema. vt ſupra quoq; ad vlcera eorum & veſicæ. vt Hipp. noſter Nephritici vltra. 40. annos non curantur. Et quando debilitas ex applicatione medicaminum non tollitur, & procedit ſic vlterius quanto plus procedit tanto minus fit curabilis, & ideo cautus ſis. vt ſupra.

C V R A vniuerſalis. In cura eius quæ eſt à mala complexione renum canones. Ordinatio diætæ. Digeſtio materiæ. Euacuatio eiuſdem. Remotio malæ complexionis factæ, aut fientis.

Diæta ordinetur ex cibis, & potibus ad contrarium cauſæ. de quibus tertio tracta.

Digeſtiua conſimiliter. vt ſupra quarto tractatu.

Euacuatio cum phlebotomia ſi videbitur neceſſaria de qua infra, aut cum ſolutiuis appropriatis. de quibus quarto trac. Sed de his nota q̃ in paſſionibus renum dari nõ debẽt fortiã, & laborioſa ſolutiua, quĩ talia multas materias, mouẽt ẽt à partibus remotis, & ideo cũ dantur talia, & maxime cũ diureticis faciunt præcipitare multas materias ad vias renum propter quod inde ſequi põt grande nocumentum. Nam inter alia caſſia ponitur medicina realis cũ diureticis ſumpta. Item benedicta Nicolai & eſt vſualis. Item agaricus à Meſ. ponitur conueniens in paſſionibus renum ſed ipſum nõ cõputo inter fortes, licet numereẽ ab eo inter laborioſe ſoluẽtes. Franciſcus de Pedemontium ꝓpria medicina ad renes eſt agaricus ſimplex. cap. de cura malæ cõplexionis renum. Item electuarium indum, eſt etiam medicina renum maxime hic quãdo humor peccans eſt groſſus viſcoſus, & in ſolutione materierum contentarum in renibus multum commendo clyſteria.

Nephriticus cõ- ferentia.

Remotio malæ cõplexionis ſi fuerit ſimplex cum oppoſitis renalibus, de quibus ſtatim. Q. ſi fuerit cum vitio humoris poſt euacuationẽ alterantia cõtraria applicẽtur, aut per modũ vnguenti, aut emplaſtri, aut ceroti, & ſic de alijs & hoc ad extra, aut cum liquidis pulueribus, & hmõi. ad intra. Et de his oĩbus ſimplicibus, & compoſitis ſtatim.

Ex calefacientibus renes renalia ſunt. Aniſum, apium, camomilla, melilotũ, calamus aro. ſaluia, camepitheos, cyperi, fœniculus, laurus, pulegium, petroſilinum, ſiſeleos, ſquinantum, bethonica, cupreſſus, mercurialis, galanga, rapæ, ruta, ſparagus, hyſſopus & hmõi multa valia, de quibus in de cõpoſitis notitia ad plenum habebiẽ. Ex frigidis ſunt, ſolatrũ, camphora, cucurbita, alchechẽgi, cicorea, portulaca, plantago, acetum, citonium, corallus, ematites, bolus armenus, ſemina quatuor frigida maiora, & quatuor minora. de quibus quinto trac. Raſura eboris, dragacantum, lac, lactuca, myrtus, roſæ, plumbum, de quo fiunt laminæ perforatæ. vt infra. Et de his ad plenum in de compoſitis.

Ex infrigidantibus vſualibus eſt. ¶ Infrigidans gali. ceratum ſandalinum. Meſ. oleum ro. & myrtinum, & ſic de alijs ex rebus frigidis renalibus cõfectis. Ex calefacientibus ſunt olea ex rebus calidis iam dictis confecta. ut oleum camomillinum, rutaceum, laurinum, & hmõi. Sed quia intendo de alijs calidis & frigidis, vt ad extra, aut ad intra adminiſtranẽ in vnaquaq; mala cõplexione ordinate procedere hinc à multa eorum narratione ſuperſedeo.

C V R A. In mala complexione calida pmiſſis euacuationibus vt ſupra adminiſtrenẽ ad intra infrigidantia. Aut ſub forma ſyruporũ, Aut decoctionum, Aut electuarij, aut trochiſcorum, aut confectionũ, aut clyſteriorum. Exemplum primi. ſy. ro. de portu. de myrto & hmõi. Exemplũ ſecundi cõfectio facta ex rebus ex quibus fiunt ſy. de myrto, portulaca, plantagine, & ſi vis fortius infrigidare ex papauere albo & hmõi. dato cum zucchato pauco. Exemplum tertij. ℞. ro, ru. ʒ. j. ſpecierum triaſandali. ʒ. ij. ſeminis acetoſæ, portu. ana. ʒ. ſ. ſpodij. ʒ. j. zucchari. ℥. i. ſ. fiat electuarium. Exemplum quarti. trochiſci de alchechengĩ de ſpodio. de ſandal. Meſ. Exemplum quinti. triaſandali, & ſunt vſuales. Itẽ ex ſpeciebus diarodon & ex ſpeciebus triaſandali. ana. fit confectio, & quoq; ponitur plus de vno q̃ de alio vt videbiẽ expedire. Exẽplũ ſexti. ℞. ſolatri, lactu. alchechẽgi, co. et hmõi infrigidãtiũ. ut ſupra decoquãtur in aqua ferrea, & cũ oleo ro. ex oleo omphacino facto, aut de myrto imponatur & non ſit calidum ſed tepidum, & ſtet patiens ſupinus cũ imponitur & poſt impoſitionẽ ſtet aliqualiter cruribus eleuatis. Et ego in ſimilibus caſibus multũ confido de his enematibus, non imponaẽ ſal. teneat q̃tũ põt. Adminiſtrenẽ deinde ad extra, aut ſub forma emplaſtri, aut vnguenti, aut ceroti, aut embrochæ.

Exemplum primi. ℞. ſolatri, ſemperuiuæ. roſ. ſandali vtriuſq;, camomillæ, meliloti. ana. olei ro. myrtini. ana. cupreſſi parum, hæc calidam ꝓpter cõplexionem renum herbæ bulliant in aqua ferrea, & piſtentur, & reliqua, & cum farina hordei quantũ ſufficit addito modico ceræ fac emplaſtrum. Exemplum ſecũdi. ℞. ſucci ſolatri vmbilici veneris. ana. ℥. j. olei ro. ex omphacino. ℥. ſ. aceti. ʒ. ij. ceræ albæ parum fac vnguẽtũ. Vel ſic. ℞. ſucci ſolatri. ſucci roſ. ana. ℥. j. vnguenti populeon. ℥. ſ. dragacãti. ʒ. ij. raſuræ eboris. ʒ. j. aceti parũ, camphoræ grana. ij. ceræ albæ quantum ſufficit.

ſufficit. fac vnguētum. Item ſi vis fortius addas nenuphar oleum eius. item ſemina papaueris, item mucillaginem pſyllij, ſemina maiora frigida, & minora, de quibus ſupra, & vltimo opium ſi expedit à quo vt potes abſtinere, vt infra de dolore eorum. Ex conſimilibus ordina cerotū in quo ponas magnam quantitatē dragaganti, & gūmi ara. et ſi fieri pōt non addas aliud gūmi. Laudatur ꝗ̄maxime à Gordonio lamina plumbea ſuper renes poſita cuius verba ſunt hæc. ℞. tabulam plūbeam, & perforet minutim & temperetur in aceto fortiſſimo, deinde ligentur in capitibus duæ chordæ, & ligēt ſuper renes, poſtea iterū temperetur, eſt remedium forte & optimum, & multi iam eo operant in dolore de cauſa calida corpore mundificato mitigat & reddit hoīem caſtum. Et nota ꝙ de infrigidātibus renes eſt phlebotomia qua debet medicus vti cum diſcretione. de qua infra de dolore renum. tu itaq; cōſidera. Itē poſſunt fieri embrochæ ex decoctione rerum dictarum cū pecijs ſpongijs & hmōi. Item. ℞. ſuccum ſolatri cum oleo roſ. & aceto, & aqua ferrata, vel chimolea, & infunde petias triplicatas, aut quadruplicatas de lino, & exprime, & minus ꝗ̄ tepidum ſuperpone, & reitera cū nimis caleſiūt.

Item ſolae petiæ in aceto, & chimolea infuſas. Item ſaculo a potes ex his ſimilr̃ cōficere. Et ita habes diuerſoa modos adminiſtrationis harū rerū. Ex quibus compone, aut intēdendo, aut remittendo vt ipſa exigit diſpō. nam cum tractabitur de dolore ea cā calida ponentur copioſa remedia, etiam huic propoſito, & ꝗ̄maxime conferentia.

C V R A. In cā frigida ſic ſuo modo ꝓcedatur, de qua exemplificabo. vt ſupra de calida. De ſy. ſy. acetoſus de radicibus. Meſ. ſy. de eupatorio. ſy. de hyſſopo. Item ea datis confice. n. cum aquis aut foeniculi, aut bethonicæ, aut hmōi. vt ſupra de ſimilibus appropriatis cōmiſceātur, ſed ſemper ſis attentus ne facias renes dilatari. Decoctiones ex eiſdem calidiores, aut minus calidæ, vt decet. vt verbi gratia. ℞. aniſi. M. j. calami aro. M. ſ. cyperi ſquinanti. ana. ʒ. ij. petroſil. pulegij. ana. ʒ. j. bulliant in aqua ſufficienti, & colentur, & ꝓpinentur addatur zuccharum. Ex cōſimilibus fac electuarium, & valet theriaca metri. valet ꝓprie aromaticum nardinū. Meſ. triphera Gal. Aliud idem. ℞. croci doronici, zedoariæ, ligni aloes, maſticis. ana. ʒ. j. margaritarū, ſerici cōbuſti, carabę, corallorum ru. ana. ʒ. j. ſ. galliæ phenonia, baſiliconis. ana. ʒ. j. been al. & ru. ſpicæ ſolij garyophyllorum. ana. ʒ. j. zinziberis, cubebarum, piperis lōgi. ana. ʒ. j. ſ. muſci. ℈. i. ſ. foliorum ro. abſinthij. ana. ʒ. i. ſ. aloes ſuccotrini pluries abluti in aqua bugloſſæ. ℥. ſs caſtorei. ℈. j. cinnamomi. ʒ. j. ℈. j. piſtētur ſubtiliſſime mellis dicti quadruplum ad ſpēs, fiat electuarium ſine igne. doſis eſt auellana oī mane, & poſt bibatur aliquantulū vini odoriferi colluendo os. calefacit & ſoluit. Item dialacca Ni. item diapraſſium Nic. item diatrionpipereon & eſt vltimum. Ex confectionibus eſt cōfectio diaſatyrion Nic. aut in forma ſolida, aut electuarij. Item confectio de ſeminibus. Meſ. tu itaq; capias ſimplicia & cōpone. Ex trochiſcis, ſunt trochiſci de reubarbaro Meſ. trochiſci de aniſo Meſ. & tu ſ͛m modum illum ex datis cōpone. Clyſteria ex ipſis rebus calidis, & oleis dictis compone. vt ſupra de quibus in de dolore ad plenum. De adminiſtratis ad extra exempla ponā breuia cum de his de dolore renū ad plenum, emplaſtri Placentini, & cū cera, laudāo, maſtice, myrrha, uernice, & thure, & oleo de maſtice fac emplaſtrū & ſuperpone, & ex his cerotum cum quibus ſi vis fortius cōmiſce ex pulueribus ſimplicium dictorum grauitorū magis. Vnguentum. ℞. olei maſtici, rutacei. ana. cyperi, ſquinanti, hyſſopi. ana. aceti parum, & cum cera citrina fac vnguentū. De embrochis idē vt ſupra de cā calida, pro quibus oībus ad plenum require de oleis. hic vltimo dicetur Placentinus, ꝙ ſupra etiam rememoratum eſt. Si aūt non curaretur per hoc fiat cauterium ſuper loco ubi dolor ſentitur, & non imprimatur multum, & dimittatur apertū longo tempore. nam de proprietate tale cauterium alterat frigidam complexionē cum humore, & abſq; humore.

C V R A. In ea quæ eſt ꝓpter extenuationē cura eſt reſtauratio, dimiſſio coitus in totū, adminiſtratio eorū quæ poſita ſunt ſupra in cura debilitatis ſtomachi ex dn̄io ſiccitatis, propter ꝙ iuxta primum vtaē brodijs gallinarū pinguium, & reſtauratiuis cibis. de quibus tertio trac. & ſecūdo. & tu ibi. iuſcula frumēti, riſum in lacte aut brodio pingui, vinum dulce, comedat ſæpe lac amygdalarum dulciū auellanæ, phiſtici, pineæ, nuces recentes. & ficus paſſæ, viri des, item vtatur oua, & ſcito ꝙ tuſſi ſuccurraē huic ęgritudini ducit ad hecticā. Aliud ad idē. ℞. olei roſ. ℥. j. olei vio. ℥. ij. butyri. ℥. ij. pinguedinis anſeris anatis & gallinarum ana. ℥. j. medullæ cruris vituli. ℥. i. ſ. pinguedinis renū arietis. ℥. ij. ceræ. ℥. j. aceti parum, fiat vnguentum.

C V R A. In ea quæ eſt dilatatione meatuū renum cōfortatio. Dieta ſit ad contrariū cauſæ vtendo rebus ſtypticis frigidis de quibus in de dyſenteria, de debilitate ſtomachi. & tu ibi. Conſimiliter digeras ſi expedit. Et euacua cum phlebotomia ſi erit neceſſaria ex parte plethoriæ, aut humoris peccantis, aut cum ſolutiuo facili. Et ſtude vt potes vt fiat diuerſio oīmoda à vijs vrinæ & vomitu ſi id fieri pōt facilr̃. vr̃ enī in hoc ſingulare. Et de euacuatiuis habuiſti in prima & ſecunda Rubrica p̄ſentis capituli

Expeditis ſic ſuperficietenus his tribus intētionibus ad quartam venio quæ completur cum dimiſſione earum rerum quæ ſunt cauſa dilatationis, & debilitatis eorū vt ſunt coitus qui calefaciendo dilatat, motus, & pede præcipue, & equitationis, & balneationis in aqua calida quæ omnia ſua caliditate dilatant. item abhorrere diuretica Aui. & declinare ad quietem & tranquillitatem, & vti ſtypticis confortantibus renes intus & extra adminiſtratis. Ex parte ſy. vt de myrto roſ. & hmōi. Ex parte trochiſcorum vt de ſpodio, de berberis & hmōi. vt ſupra cum aquis ſtypticis. Conſimiliter ex parte confectionum vt triaſandali, electuarium de gēmis abſq; ſpeciebus. Ad extra vnguentum ex oleo ro. myrtino ſandalis mummia, bolo ar. & huiuſmodi. Et ſi vis emplaſtrum hæc, & ſimilia confice cū farina hordei, & modico aceti.

Quinta eſt partium conglutinatio, & hæc debet ſequi quartam, & cauſa qm̄ non ſufficit cōſtrictio ſola, ſed oportet vt fiat conſtrictarum partium cōglutinatio, quia aliter adueniente iterum cauſa dilatationis fieret faciliter dilatatio. Completur enim cū coglutinatiuis frigidis ſtypticis ex cibis & potibus vt ſunt ſumach, citonia granata, gelador cia, adeps capratum, ſucci acetoſi muzi, & hmōi. de qbus ad plenū de dyſenteria, & teneſmo. & tu ibi. Item viniū pōticum paſſulatū. Item gūmi dragacantum & hmōi ad intra adminiſtratum. Ad extra uero emplaſtra, vnguenta, & hmōi. ex frigidis ſtypticis locis allegatis poſitis. itē in rubrica de debilitate hepatis & ſtomachi.

Sexta intentio cōpletur per aſſumpta intus aut extra applicata, per aſſumpta. vt ſunt cibi impinguatiui habentes in ſe ſtypticitatem, ſicut ſunt cibi bene laudati ex carnibus & alijs cum citonijs & hmōi ſtypticis decocti. & inquit hic Auic. Et lacti quidem ouino nō eſt cōpar in ægritudinibus renum ꝓpter debilitatem, & ꝓprie qn̄ cum eo commiſcetur ſicut eſt bolum ar. Item renes, quia vnūquodq; membrum aliud ſibi ſimile confortat à proprietate, propter quod renes porcini exiccati pulverizati cū cibis mixti ſunt optimi iuuamenti, ſed multo meliores ſunt renes capreti lactantis. vt ſupra ſecūdo tract. de eis. Et nota ꝙ licet membrum ſibi ſimile confortet, qn̄q; tn̄ nocumenta alia habet ꝓpter ꝗ oportet aut eum dimittere, aut cum eo ſua apponere correctiua. Item adminiſtrentur clyſteria ex capitibus agni, brodijs, & hmōi cum ſtypticis decoctis. Item ad extra vnguēta vt ex oleo vio. ro. amygdalarum dulciū myrtino, & ſic de alijs. vt ſupra vt ſua exigit diſpoſitio, & conſimiliter operare de emplaſtris, cerotis, & hmōi.

Mēbrū aliud ſibi ſimile à proprietate cōfortat

Cura

C V R A eius ꝙ eſt ꝓꝑ cōitatē à cerebro habeať ꝓportionaťr, vt dictum eſt, de mala diſpōne ſtomachi ꝑ cōitatem à cerebro, & ſic ſuo modo. De hepate & corde dicať, & de hoc ſpecialiter infra de dolore renum. & tu ibi.

*De oppilatione renum.* Rubrica. III.

LIcet triplex ſit oppilatio de attenuatoria tm̄ agitur. Quæ ex multis pōt cauſis contingere, qa aut ex multitudine ſanguinis, aut ex alijs humoribus groſſis, & viſcoſis deſcendentibus cum vrina ad eos, aut ventoſitas groſſa coartans in eis ex prædictis humoribus genita, aut ex ſanie, aut ex apoſtemate, aut ex lapide. Et hic ſcito ꝙ ſtrictura lumborum ex diploide, vel cum cingulo facta eſt frequenter non attenuatoriȩ cauſa ſolum, ſed etiam coartatoriȩ, propterea iuuenes, & puellæ ſe ab ea cuſtodire debent, & præcipue maſculi, cuius oppoſitum faciunt, vt pulchri, & graciles videantur. Et omiſſis his duobus vltimis, quia de eis erunt rubricæ ſpeciales, de reliquis tantum cura proſequetur.

S I G N A demonſtratiua qñ. ſ. nō eſt ex lapide, apſate, aut ſanie, quia vrina eſt ſubtilis valde, & ꝙ in renibus ſentit grauitatem, & ꝙ vſus eſt multo ocio, & cibo groſſo, viſcoſo, & ꝙ eius habitudo ē pinguis pinguedine phlegmatica, & ꝙ habet renes frigidos, & hm̄oi. Et de oppilatione magis facta infra dum de ſignis lapidis agetur.

P R O G N O S T I C A. Oppilatio renū ſi ꝑſeuerat, eſt cā dolorum eoꝝ & generationis lapidis in eis.

C V R Æ Canones, in facta ꝓpter ſanguinem fiat phlebotomia ex baſilica vſqꝫ ad lipothymiam, ſi virtus &c. conſentiunt, vl̄ reiterare eam, deinde ex ſaphena, vel aperi hæmorrhoidas. Diæta ordinetur ſubtilis, extenuatiua infrigidans & ex diureticis frigidis, de quibus ad plenum expoſitis eis informatus.

C V R A In ea quæ eſt ex alijs humoribus. Canones. Ordinatio diætȩ, digō, eūo. Ordinetur diæta ad contrarium ingroſſis, viſcoſis, calida ſubtiliatiua. In calidis frigida. Sed hic ſis attentus ne ſtatim ad diuretica deuenias, niſi facta fuerit euacuatio, & fortaſſe bina aut trina iuxta quantitatem humoris ne fieret præcipitatio humoris ipſius ad renes, & fieret additio in oppilatione.

Digeſtio autem fiat ſimiliter iuxta exigētiam humoris, de quibus dixi ſupra. 4. trac.

Euacuatio aūt nō fiat laborioſa, iuxta canonem ſupra de eūone i de debilitate renū, ſed ſit hiera Gal. ſimplex, caſia, agaricus ſimplex. Fiat etiam euacuatio cū diureticis calidis p̄miſſa eūone cum pharmacia, vt ſunt ſpica, aqua ciceris ru. capilli ve. & hm̄oi. de quibus infra de lapide, & de difficultate vrinȩ, quibus locis magis aperietur cura oppilationis renū, & tu ibi. Completur ēt euacuatio cum vnguētis, emplaſtris, cerotis, embrochis, & hm̄oi calidis apertiuis, & reſoluentibus materiā oppilantē. Item cū clyſteribus. Et nota ꝙ vomitus hoc caſu eſt cōueniens valde ſi is faciliter, vt ſupra, fieri pōt. nā inde minus ſequeť nocumētū, ſed ꝓ hac parte recurre ſupra de oppil'onibus hepatis.

C V R A In facta de vētoſitate, recurre ad ea quȩ ſcripta ſunt de cura inflammationis hepatis, ſtomachi, & ſplenis, & illa renibus applica.

C V R A In facta ex ſanie, eſt cū regimīe dubellati, & ſic mūdificare ſanguinē, & ſaniem ne noceat, de qbus infra ſua rubrica. Et vt dcm̄ ē leuiter, & raptim de cura oppil'onis pertrāſiui, qm̄ neceſſariū eſt reiterare et apire magis eius curam in rubrica de lapide, & de difficultate vrinæ.

*De ventoſitate renum.* Rubrica. IIII.

QVia ex ventoſitate cauſatur dolor renum, de quo ad plenū in ſequenti rubrica, hic de ea et eius cura leuiſſime etiam cum Auicen. pertranſibo. ipſa enim groſſa exiſtens dolorem in eis cauſat extenſiuū abſqꝫ grauedine extendendo colatorium, quia illa para eſt magis extenſibilis.

S I G N A priuatio ſignorum lapidis, & aliorū quæ cauſare poſſunt dolorem temporaliter affligit, & minuiť cum eſt vacuitas, & digeſtio bona.

C V R A. Ipſa nāqꝫ, vt ſupra, ex groſſis cauſať humoribus qui ex cibis ꝓportionalibus generanť, ꝓꝑ quod oportet vt talis ab eis abſtineat, & ab ipſis vētoſis. Eūo fiat iuxta exigentiā humoris peccantis. Deinde intus & extra vtať carminantibus ventoſitatem, vt ad intra recipiendo calida aperitiua, vt ſemen rutæ, ſemina calida, ſemen agni caſti, & alia de quibus ſupra de debilitate eorum, ea ſyru. decoctionibus & alijs. Ad extra cōſimilia ea vnguentis, emplaſtris de cymino, anetho, calamento ſicco, ruta ſicca, et hm̄oi. Item cōferunt ꝗmaxime thermæ naturales & artificiales ex rebus appropriatis ipſam ventoſitatem carminātibus. Item ſpongiæ infuſæ.

*De dolore renum.* Rubrica. V.

DOlor renum eſt eorum triſtis ſenſatio à re contraria ſubito materialiter imprimēte cauſata. Cuius cauſa eſt, aut mala cōplexio, aut ſolutio cōtinuitatis, aut vtraqꝫ ſimul. Mala aūt cōplexio, aut eſt calida, aut frigida, à qua eſt ſm plurimū, aut ſicca raro, aut humida. Et quælibet talis eſt, aut cū vitio humoris, aut abſqꝫ. Item talis aut eſt talis per eſſentiam, aut per colligantiam à cerebro, hepate, ſtomacho, aut ſplene, aut totius communitate.

Solutio autem cōtinuitatis, omiſſis cauſis primitiuis, fit cōitate à lapide in eis genito. Item ventoſitate extendente colatorium, & in eo ſic reducēte ſolutionem cōtinuitatis. Vtriuſqꝫ aūt ſimul cauſa eſt apa in eis factum, de quo ſpāle capitulū. Item ſunt qñqꝫ eorum dolorum cauſa vlcerationes in eis exiſtentes. Itē & vltimo debilitas eorum ad quam ſequitur neceſſario mala complexio.

C A V S Æ primitiua, vt ſtatim diceť de regimine ꝑſeruatiuo. Añs, cōpōnalis, mala cōplexio calida, aut frigida hepatis, aut alterius membri velocius. Cōplexionalis eoꝝ per quā faciliter imbibunť ſuperfluitates. Cōiuncta vero mala eorū cōplexio calida, aut frigida. Habēt renes, vt ſupra, pānīculum vel panniculos eos inuoluentes ſatis denſos eis dantes ſenſum, ꝓꝑ quod ventoſitas incluſa non potens faciliter exire fortem cauſat dolorem.

S I G N A demōſtratiua doloris renū à mala cōplexiōe cauſati habeanť ꝑ ea ꝙ dicta ſunt in rubrica pria capli huius, & tu ibi. Et qñ dolor eſt ad intra ſi locus renū digitis tāgiť nō dolet. Q. ſi eſt ad extra dolet, & hoc eſt ſignū diſtinctiuum quando dolor eſt ad intra, aut ad extra.

Signa ſol'onis cōtinuitatis quæ eſt à lapide hn̄tur per ea quæ prædicta ſunt ſupra rubrica de colica, & tu ibi oīno.

Signa ſi ab vtroqꝫ ſimul etiā ſigna ſimul antea erunt.

Signa humoris peccantis habeanť per ſigna ipſorum ſȩpe dicta ſupra. Vt ſi eſt à calido ſentiť caliditas in loco lūborū, vrina tincta, iuuatur frigidis, & ita de alijs, vt ſupra de colica, & in principio operis de eis, & tu ibi. Similiter ſi fuerit à cauſa frigida ſentitur frigiditas in loco, vrina ad albedinem declinans, iuuat à calidis, lædit à frigidis, & huiuſmodi, vt allegatis locis.

Signa ventoſitatis, vt quia dolor non eſt māſiuus, ſed deambulatiuus ſaltem in loco renum, licet dictum ſit ſupra rubrica de colica, quia dolor renalis eſt fixus, conſidera, et tu ibi oīno. Et non ſunt ſigna lapidis. Et dolor eſt extēſiuus, & abſqꝫ grauedine & minuitur dolor cū vēter eſt vacuus, vt ſupra, & qñ bona fit digō, & ideo in patiētibus dolorē talē ſæpe continuat, aut augetur dolor ꝓꝑ malam digōnem ꝙ eſt cauſa ventoſitatis, & hæc bene conſidera, quia ſæpe in practica habebis, & hoc tm̄ notauit Auic.

Signa ſi fuerit ꝓꝑ cōitatē ab alio mēbro illud denotat diſpoſitio illius mēbri ex parte cōplexionis calidæ, aut frigidæ, aut ex materia ad eos tranſmiſſa, vt ſupra. Circa quȩ mēbra eo tēpore diligenter facito inquiſitionem.

PROGNOSTICA. In iuuenibus facile curaſ, in ſenibus vero difficulter, & cũ inueteratur nõ facile curatur ꝓꝑ cauſas aſſignatas in principio capi. Et in libro epidemiarũ, nephriticos non vidi ſanatos ſupra. v. annos. Et Aui. qñ continuatur hic dolor & multiplicaſ intimũ hepar debilitat ꝙ ad hydropẽ ſiccam ꝑducit, maxime qñ eſt vẽtoſus, ꝙ ſi humoralis ad aquoſam, & qñ dolor renum per vrinam groſſam terminatur, & pro alijs in apho. infra. Sed vltio aduerte ꝙ pro plena notitia ſignorũ ſeius oportet neceſſario te recurrere ad ea quæ de colica. Item dolor ſi perſeuerauerit minatur apa in renibus futurum.

CVRA. Et qz hoc accidens eſt de ſæpe contingentibus multũ virtutẽ ꝓſternens, ꝓ quo maxie ſollicitãtur medici, hic vero nõ mireris ſi de eius cura ꝓlixum me faciã, qm̃ io ſimilibus ꝓ recuperanda ſanitate in cuius cõparatione omnia vt lutum extimãtur, longus ſermo haberi nõ põt. Diuidam itaq; eius curam in regimen ꝑſeruatiuum. Et ſm curatiuum in id quod attendere debet medicus tẽpore actualis doloris, & in cum quod erit ſpe quietis.

PRÆSERVATIO Diuidatur in regulatione ſex rerũ non naturalium, & in regimen medicinale. Et inchoans ab aere q male ꝑ medicinis rectificari, haberiq; poteſt ad nutũ, referam qz melior, quiſue deterior. Aer eligatur in ſuis qualitatibus non excedens, ad quem radij ſolares ſpiritualiter orientales peruenire poſſunt, & ſi declinare debueris declinetur ad cõtrarium cauſæ quæ cognoſcitur eſſe factiua doloris, caueat ab aere nebuloſo, turbido, groſſo oppilationem inducere apto ꝓꝑ qđ aer paludoſus malus, & qui eſt vbi cõiũgiẽ mare cũ aquis dulcibus. Itẽ aer vẽtoſus, incluſus, obumbroſus malus. Item ſuꝑ omnia frigiditatem pedũ euitet ꝙ maxime ẽ ſi cauſa fuerit frigida, ꝙ ſi calida ẽt excedens nocebit. Ex parte cibi & potus, & aliorum in generali euitet oĩa quęcunq; renes debilitant, & oppilãt, & apta ſunt lapidem, & arenulam, aut malã eis cõplexionem inducere: vt ſunt ex parte cibi, cibaria multæ caliditatis, multæ frigiditatis, viſcoſa, duræ digeſtionis, & oppilatiua. Nã calida ſunt cã agẽs, et viſcoſa, groſſa, cauſa materialis lapidis factiua. Et ad ſpãlia veniẽs euitentur panis azymus, non bene coctus, non bene fermẽtatus, paſtilicia omnia. Lac, de quo ſupra in fine de debilitate renum. Caſeus omnis quicunq; ſit, carnes groſſæ, bouinæ, porcinæ, agninæ, ſalſæ. Aues paluſtres anſeres, anates qualitatis arietinæ aotiquę, turtures, cutes animalium, cerebra eorum & hmõi maxime vniuerſalia duo prima. Piſces maxime anguillæ, tincę paludis. Item cõchilia, cancri, aromatica calida multum, alba ouorum, oua dura frixa. Item legumina omnia, de brodio autẽ ciceris ſecus eſt. Item geladorcia, acrumina. Euitet olera omnia ꝑterq; illa de quibus ſtatim in conuenientibus, & ſi caulis non laudatur, tamen brodio eius qñq; vti poterit. Fructus frigidi & humidi ſunt nociui pręter illos de quibus ſtatim. Ex potibus vinum euitetur groſſum, turbidum, nigrum multũ, vt gropellum dulce, multum fumoſum, & omne qđcunq; īdigeſtibile. Propter quod ſcito ꝙ, vt ſupra, euitare debet ille illud quod põt eſſe cauſa indigeſtionis, ut ꝑponere groſſum ſubtili, nõ interponere tẽpus debitũ inter vnam cibationẽ & aliam, & ſic de alijs cauſis. Et nota hic ꝙ ſtrictura lumborum eſt impediẽs digõnem, & cã apatis renum, vt infra de apate renum. Item aqua turbida, acetum, aceto ſa & hmõi. Abſtineat à ſomno ſuperfluo, (nã de eo ſupra. 13. cap. de nauſeatiua ſatietate ab eo ſuper cibũ immediate facta) à diurno ab eo ſuꝑ renes facto, de quo infra de lapide renum noo capite depreſſo. Non exercitetur poſt cibum immediate, nec eo balneetur tẽpore. Itẽ abſtineat à leuatione ponderum grauium. Fugiat repletionem omnino. Teneat ventrem cõtinue lubricum arte, vel natura. Abſtineat à coitu, & ſpecialiter ſuper cibum facto tanquã ab inimico. Euitet iram, triſtitiam, rixam, & hmõi, accidentia animis virtutem. n. extermiant hæc, & cum fortia fuerint neceſſe eſt ſubſtantiam cito diſſolui. quinto interiorum. Itẽ et omnia quæ renes debilitant, ſupra de debilitate eorum & tu ibi.

Euitandis itaq; ſuppoſitis cõſequens eſt ponere quæ in regimine ꝑſeruatiuo ſunt conuenientia, & hæc qdem leuiter aperta erunt conſideranti ea quæ poſita ſunt eligendo contraria his. Eligatur itaq; aer temperatus, clarus, vt ſupra, pedes calidos teneat iuxta exigentiam cauſę, vt ſupra.

Eligatur panis de ſimila fermentatus, parum ſalitus, bene coctus, ex bono frumẽto, ſpongioſus, & ſi fuerit aliqualiter furfuraceus melior, quo vti non debet eo tam duro facto. Carnibus vtatur temperatis, vt ſuper. 3. tract. & laudabilibus, vt ſunt pullinę, perdices & huiuſmodi. Item cõueniunt & leporinæ iuuenes. Item & columborum iuuenum, & ſcito ꝙ ſylueſtres domeſticis ſunt meliores, quia ſunt paucarum ſuperfluitatum & minus viſcoſa, & volatilia meliora peditãtibus, inter quæ maxime laudatur cauda tremula de quo infra. Item renes leporum, & pulli eorũ exiccatorum, quę carnes debent eſſe bene præparatę, & coctæ, & bene maſticatæ, & conuenientiores ſunt elixæ, & aſſatæ ſunt meliores frixis, ideo à frixis ſe abſtineat patiens. Piſcibus non vtatur, ſed ſi vti voluerit ſint petroſi de aquis mũdis lucij, temali, trutę, & ex marinis parui laudati, & non magni in vino cocti, aqua, & pauco aceto cũ fœniculo, aniſo, vel aliquo huiuſmodi, vt docebit diſponi quodq; ſuperaddere debes, vt ſupra, & infra ſubſcriptis, & ſcribendis. Ex fructibus ſunt vua bene matura, paſſula, prum auguſtana præcipue bene matura, mala granata muza, ceraſa, pepones cum zucchato comeſti, & cum ſuis ſeminibus, ficus humidæ, ſiccæ, amygdalæ, auellanę, phiſtici, pineoli, oliuæ conditæ, pyra, & poma non ſunt conuenientia, vt ſupra, de quibus tamen decoctis vti poteſt, in modica tamen quantitate & raro. Ex herbis ſpinachia, blitis, endiuia, lactuca, mercurialis, ſparagus, bruſcus, & lupulus, folia vrticæ, tenera vrtica, & vſus comeſtionis eius eſt ex præſeruantibus ab arenula, & hic nota, quia eſt de experimentis Auenzoar, ſaturegia, brodium caulium, cicerum rub. brodium faſiolorum, petroſellinus, fœniculus, borago, rapæ, lac, ſeminum communium, panata cum his, napones, paſtinaca, creſones, et hmõi. Vinum ſit clarum, ſubtile, pauciferum, non dulce multum, album, ſiue goretum, vel aurelium, ſed melius album, & ſit debita commixtio eius ante cibum, quoniam multum facit ad debitam digeſtionem quæ multum eſt conſideranda io caſu, & de lapide. Nam Sera. de proprietate malæ digeſtionis eſt attrahere hanc ægritudinem. Aromatibus vti poteſt, ſed nota ꝙ ſumme verẽdum eſt aromatica diuretica commiſcere cum cibis, quoniam ſic trahunt eos ad renes, & inducitur oppilatio in futurum: ſint itaq; aromatica confortantia ſtomachum & non diuretica, de quibus infra. Et hic aduerte etiam pro ſequentibus ꝙ nimium diuretica, & nimium ſtyptica ſunt euitanda. Nam alia nimis aperiendo, ac conducendo nocent, alia prohibendo, e in loco retinendo oppilationem cauſantia. Exercitium conuenit temperatum ante cibi aſſumptionẽ, & non poſt ſaltem immediate factum, vt ſupra, de debilitate eorum.

Dormiat capite eleuato, & non ſuper renes, licet Auic. dicat de cura lapidis renum: Dormire ſuper dorſum eſt ex eis qui lapidi cõferunt, & tu ibi. Abſtineat, vt poteſt à diurno, potius dormiat de mane ad libitum. Ventris beneficium procuretur omni die ſi id fieri poteſt natura, aut arte cum ſuppoſitorio, aut enemate interdum ex rebus diureticis cõuenientibus. Et à coitu ſuper cibum facto abſtineat, & ſi ipſo vtitur vtatur expulſis ſuperfluitatibus primæ digeſtionis, & ſecundæ, ita ꝙ fiat poſt primam digeſtionem ſaltem. Gaudeat ac lętetur, & ab ira, triſtitia, & hmõi malis animi accidentibus abſtineat.

EXPEDITO regimine præſeruatiuo in rebus ſex nõ naturalibus, cõſequens eſt vt ponaſ cõſimile regimẽ

medicinæ

medicinæ, quod in tribus conſiſtit rebus. prima eſt digeſtio, & euõ vñis. ſecũda eſt euõ particularis. tertia eſt cõſeruatio renũ in ſuo tramite cũ tali apertione vt qđ in eis nõ accidat oppilatio, aut aliqđ tale qđ renibus noceat.

Prima expeditur faciendo bis in anno. ſ. tempore veris quia in principio. & in principio autũni digeſtiones ꝓportionatas humoribus ſub forma cauſæ antecedẽtis exiſtentibus ex ſy. apitiuis, & euacuationes quæ digeſtiua, & aperitiua habita ſunt ſupra quarto trac. & ſufficiat vnica pro tpe ſuo, ſed ſcito ꝙ benedicta eſt ſolutiuũ propriũ ad hoc. Et ſimiliter caſſia eſt medicina renalis, & clyſteria etiam ex renalibus medicinis conferunt valde.

Secunda completur cũ particularibus ſolutiuis ad hoc bis aut ſemel in menſe faciendo eas vt videbitur expedire ex parte habitudinis, & ſuperfluitatũ multiplicationis, vt cum pilulis ad hoc vt ſunt pilulæ cõfectæ ex ſpẽbus benedictæ addito duplo aloes, aut cum ſolutiuo alio reſpiciente humorem cum quo cõmiſceantur diuretica quæ videbuntur expedire ſm exigentiam cauſæ. Et iuxta hoc duos nota ꝙ aliquando confert phlebotomia maxime corpore exiſtente plethorico, aut ſanguineo de baſilica dextra. propter quod cõſidera. Vnde Mundinus optima eſt in vtraꝗ cauſa ꝙ ſingulis menſibus iteretur phlebotomia ſaphenæ in conuenienti ætate lunæ.

Tertia perficitur primo cum deriuantibus ad contrarium vt eſt vomitus factus poſt cibum. vt ſupra de vomitu ſi is faciliter fieri põt, & hoc ſemel in menſe. Secundo per ea quæ ad extra & ad intra adminiſtrant̃ ex vnguentis cerotarijs, cõfectionibus, potibus ex ſy. & alijs offerendo modo vnũ, modo aliud ne ex aſſuefactione vnius tm̃ natura eorum non patiatur. Et vt te copioſiorem faciam aliqua ponam exempla. vnũ conſeruans, quia cõtemperans, & vias apertas retinens fit ex diureticis ſupra nominatis, vt verbi grã. ꝶ. ſparagorum, lupulorũ, graminis, ſaxifragiæ, garyophyllatæ, ſerpilli, & hmõi ad libitum & condecentem quã ponas in vaſe muſti, ſiue vini noui, & obturato bene vaſe permittatur bullire donec clareat, & debent eſſe de vuis albis non facientibus vinum dulce, & ſis attentus ꝙ vas ſit forte ex oĩ ſua parte, quia in ebullitione nõ habendo reſpiraculum frangeretur leuiter, & ꝙ ſuper foramẽ vaſis obtuſum ſit lignum forte quod adhæreat trabi aut alicui tali. io vulgari enim noſtro dr̃ greſpia. põt enim hoc vinum fieri calidius & minus calidum forte & minus forte vt exigit diſpoſitio de quo bene potetur circa. ℥. iiij. ſemel in hebdomada ieiuno ſtomacho &c. vt ſupra in canonibus, & bis ſi videbitur expedire. Et ex eiſdem rebus cõfici põt ſy. & ex eodem fieri electuarium & hmõi. aſſumendo vt de vino actũ eſt. nã hoc ordinare videtur ſuperfluũ, qm̃ oportet hoc facere ſm exigentiam cauſæ. Laudatur vſus electuarij ducis Iuſtini litõtripon cum modico vini, & de vino dictum eſt ſis memor ꝙ nimius vſus diureticorum renes debilitat. & ideo modera vnguenta & alia ordina vt cauſa exigit, de quibus ad plenum ſupra & infra. Satisfactum itaꝗ putabo ſi de his ꝗdam quæ aliqualiter manifeſta ꝗdam à proprietate hoc agunt aliquid dixero, quæ aũt hoc faciunt à ꝓprietate in omni cauſa valere videntur licet magis in vna ꝗ̃ in alia q̃ꝗ conferant. nam tandẽ cõſiderare oportet ẽt non tm̃ qualitatem occultam ꝙ manifeſta negligatur. Laudantur hoc loco trochiſci de ſanguine hirci de quibus ad præſens pauca de eis, infra ad plenũ in de frãgẽtibus lapidem nutriatur hircus ex herbis diureticis longo tempore, & ſit annorum quatuor. & quidã dicunt ꝙ debet eſſe iuuenis & nutriri continue his diureticis vſꝗ ad annos quatuor, & eſſet melior, ſi haberi ac fieri poſſet & continue exerciteretur. deinde decoletur & accipiatur ſanguis medius, & primus, & vltimus ꝓijciatur, & exiccetur in vmbra, & vſui reſeruetur, & fiant trochiſci, & vtat̃ vno eorũ in hebdomada cũ vino diuretico, vel decoctione florum geneſtræ. Ad idem terbentinæ vſus cum modico cinnamomo accipiendo de ea limpidiſſima. ℥. ſ. vſꝗ ad. ℥. j. in aurora bis in menſe, vel ſemel vt videbitur expedire, ſi placet addito modico zucchari. Ad idem valet vſus amygdalarum mundatarũ à cortice ſuo, & confectarum vna ſola coopertura zucchari accipiendo de eis ſex ꝓ vice bene maſticando in aurora, ſtetꝗ deinde ieiunus horis quatuor. Idem & fortius operantur medullæ oſſium ceraſorum confectæ obſeruãdo vt de amygdalis dictum eſt. Item gummi eius & breuiter vſus moderatus diureticorꝫ aliquorum debilium aut fortiũ vt cã exigit factus in tẽporibus alteratiuis cum canonibus. vt hic & ſupra eſt p̃ſeruatiuus à dolore renum. vnde & vſus aquæ ſpagorum, brodij cicerum ru. decoctorum cum ſeminibus, ac radicibus aperitiuis, & cõpone ex his vt expediẽs erit & ſumme laudat̃ aqua diſtillationis extremitatum vrticæ cũ liquiritia accipiendo de ea vſꝗ ad. ℥. iiij. bis in menſe in aurora. ut ſupra & eſt de experimentis Auenzoar. Poſtremo ſcito ꝙ appoſitio cauterij ſub renibus quod continue apertũ remanens teneri debet eſt ex optimis rebus in præſeruatione eorum à dolore, de qua præſeruatione hæc ſic dicta ſufficiant, & tu conſidera.

CVRA autem dolorum renũ diuidat̃ in curam quæ debetur tempore quietis, & eam quæ fienda ex tempore actualis paroxyſmi, ſiue doloris.

CVRA tempore quietis. Ordinetur diæta ut dictum eſt abſtinendo à nocentibus. Et vtatur iuuantibus. Et deinde digeratur materia & euacuetur vt decebit renibus.

Quarto applicent̃ ad extra quæ ſunt neceſſaria calida, aut frigida cõfortantia eos ex his quæ ſcripta ſunt ſupra de debilitate ipſorum, & ad intra conſimiliter conuenientia adminiſtrentur ex poſitis allegata rubrica. & tu ibi.

CVRA Cum occurreris dolori actuali & forti. prima intentio debet eſſe eius mitigatio. Secunda cauſę eius remotio vt inde vera conſequatur cura. Nam per primam cura fiet mẽdoſa. Tertia cõplexionis impreſſæ reſolutio. & dictum eſt forti, qm̃ vehemẽs dolor facit peruertere curam rõnalem. vt ſupra in principio operis. Vnde Aui. hic cunꝗ dolor ſit vehemens, tũc ſupereſt tibi vti eis quę ſunt ſicut philonium de quo infra, & trochiſci ſtellæ, & quę tramite illo procedunt donec ſedetur dolor, cuius contrariũ operantur quidam ſtatim cum euacuatiuis procedentes ex quibus accedit fluxus nouæ materiæ ad locum doloris, & ſic augetur vt ſępe in meo tempore vidi, & hic ſcito quòd abſtinere à cibo, & exercitio vti quia ambulatione vt plurimum eſt magni iuuamenti. dico vt plurimum quoniam cauſa quandoꝗ eſt calida. & tu conſidera.

PRIMA itaꝗ intentio perfici debet primo cum anodinis, & ſic quando illa non conferunt, cum narcoticis, ſeu opiatis. Anodina autem ſunt quæ complexionem eorꝫ & caliditatem confortant naturalẽ & ipſius prohibent reſolutionem, & ſunt quæ primũ non excedunt gradum ſaltem multũ, vt camomilla, melilotum, althea, anethum, ſemen lini, fœnugręcum, pinguedo gallinæ, crocus, & hmõi vt quarto trac. quæ quidem per intus aut per extra diuerſis applicantur ingenijs vt exemplificatur. Et hæc applicari debent diuerſimode, ſm diuerſas dolorum cauſas. nam ſi ex mala veniunt complexione calida cum frigidis, ſi ex frigida cũ calidis, ad hoc vbi fuerit mala complexio ſimplex. Q. ſi fuerit cauſa doloris ſolutio cõtinuitatis ſecus erit, quia egebimus cõglutinãtibus, cõſolidantibus, & mũdificantibus, ſi fuerit ibi vlcus incarnãtibus & hmõi. Q. ſi fuerit materia cũ mala cõplexione indigebimus euacuãtibus materiam cõiunctam. Item & q̃ꝗ materiam antecedent̃ faciendo phlebotomiã à qua non nulli incipiunt, vt infra de ea, aut adminiſtrando ſolutiuum, quibus oĩbus modis dolor ſedabitur ſiue mitigabitur. Q. ſi fuerit ex vẽtoſitate. Ingenia autẽ diuerſa ſunt. fomentatio, inunctio, emplaſtratio. balneũ, ventoſæ, clyſter, Potus, Electuariũ, hmõi. de quibus omnibus exemplificabitur. Clyſter ad

hoc

Que ſint anodina

hoc anodinum. ℞. florum camomillæ, meliloti.ana.M.ſ. ſemen lini fœnugræ.ana.M.j.altee.M.ſ.vio.M.ſ.pinguedinis gallinæ.℥.j.olei anethini ro.camomillæ.ana.℥.j. vltimo addantur vitella duo ouorũ recentium. Aliud ad idẽ ℞.oleorum camomillę,anethi ro.ana.℥.ij.butyri.℥.j.ſ.pinguedinis gallinæ.℥.j.croci.ʒ.ſ.imponantur non multũ calida. Item quidam maxime cauſa exiſte calida imponunt ea actu frigida. vt infra de apoſtemate calido renum,& nõ eſt res longinqua à rõne. Quidam reſpicientes ẽt ad cauſam addunt benedictã, aut caſiam, aut aliquod tale reſpiciens,& euacuans materiam. Sed vbi q̃ritur mitigatio per anodina non debet poni ſal, vt diutius in corpore remaneant. Quidam ex ſolo butyro,& oleo camomillino,ro. & vitello oui operantur. Sed hic eſt diligenter aduertendum ſi cauſa eſt frigida ventoſa,aut non.iuxta quæ oportet medicum cũ anodinis addere quæ calefaciunt, infrigidant,aut reſoluunt & hmõi. Nonnulli vero ſtãte forti dolore vtunť clyſter ex diureticis facto imponendo euacuatiua appropriata à renibus trahentia. vt ſunt benedicta & hmõi.& certe laudo plus illos qui ſimul et ſemel intentionem hñt ad mitigationem doloris,& ad euacuationẽ cauſæ eius,qñ.ſ.eſt cum materia. Cermiſonus vnã faciebat decoctionẽ,& pro clyſtere,& ꝓ fomẽtatione talem.℞. parietariæ.M.iij.ſenationum.M.ij.pulegij, calamenti, camedreos,camepiteos,folij.ana.M.i.ſ.florũ camomillæ,meliloti,anethi.ana.M.ſ.radicum althee,fœniculi,apij, petroſellini,ſparagi, bruſci.ana.M.j. ſeminum aniſi, fœniculi, carui,ameos,dauci,carui,ſe.lini, fœnugræci. ana.℥.ſ. fiat decoctio de qua pro enemate.℞.lib.j.caſſię.℥.ſ.benedictę ℥.j.zuccha.ru.℥.ſ.croci.℈.j.oleorum camomillæ, liliorũ al.ana.℥.ij.ſalis cõis.ʒ.iij. vitella ouorum numero.iij. & ex hac eadem cum ſpongijs aut petijs laneis duplicatis quando ſpongię.ſ.haberi non pñt, fiat fomentatio quæ ponatur ſuper locum doloris,& non permittať refrigeſcere ſed ſæpe reiteretur.& valet maxime cauſa exiſte vẽtoſa.& ponatur ẽt ante ventrem anteriorem. Item & eſt ſingulare & tene menti maxime remittit dolorem veſica plena oleo calido,& ſic retenta ſuper renes,& reiterata anteq̃ frigeſcat, ſed in hoc bene cõſidera ſi fe.adeſt,aut non, qm̃ oportet te moderate hic. Item ſi cauſa ſit calida,aut non, ideo non poſſunt ſic medicamina ad complementũ rei deſcribi niſi præſuppoſito caſu in terminis. Et ex eiſdem rebus fieri poteſt balneum quo nihil melius mitigando dolorem,vt dicetur quod operanť immediate. Clyſter ex oleo rutaceo cum maluatico in omni dolore renum, & frequenter ſucceſſit,ſed non eſt ſemper canonicũ. & ideo conſidera cauſam. Vnguẽta fiant ex oleo de ſcorpionibus ſimplici,aut deſcriptione Meſ.& valet à proprietate. Item ex eo cum oleo camomillino, anethi, liliorũ al. de ſpica cũ cinnamomo,mileo ſolis,pireiro,peonis,& hmõi renalibus calidis aut frigidis vt exigit diſpoſitio, ꝓpter quod conſidera cũ modico aceti,& cera.& ea prædictis rebus,quia herbis,radicibus,& alijs anodinis,& oleis dictis, & croco conficeemplaſtrum cum farina ſeminum lini. Et nota ꝙ radix paſtinachæ multum laudať. Balneum de quo Aui. hic.& vnguẽ vehementer conferunt et qñ decoquuntur in eis medicinæ lenitiuæ,& ſedatiuæ dolorum ſm ꝙ diximus in capitulis ſuis,cõſimiliter multum laudãtur in dolore colico de quo ſupra & tu ibi. fiat ex rebus iam dictis io de clyſtere & fomento addẽdo ex anodinis numeratis,& frigida alia ſi opꝰ erit mutatio cauſæ in quo balneo ſedeat vſq; ad extremitatem coſtarum mendoſarũ, ſtetq; in eo ſpatio quartæ horæ vel circa.& non ſit multum calidum ſed ſicut tepidum,ne ex ſudore multum reſoluatur,& continue per aliam aquã retentam igni in ſua cõſeruetur temperie. Cũ autem egrediť balneum da patienti per os aliquid ex mitigantibus dolorem,aut ex aperitiuis dictis calidis aut frigidis. vt ſunt trochiſci de alchechengi & hmõi. vt ipſa exigit diſpoſitio. vnde laudatur litõtripon Ni, datum cum vino calido, aut cũ aqua lupulorum in cauſa frigida. Similiter iuſtinum cum vino decoctionis milei ſolis,aut ſaxifragiæ,& ſimiliter valent diuretica data ſupra in ꝑſeruatione. Sed hic nota Aui. hic inquit. verũtñ vti ſeminibus.ſ.calidis cum dolor eſt timoroſus, ꝓpter illud quod accidit & deſcẽdit. quapropter non tute adminiſtranť niſi præceſſerit eñõ. nam qñ oppilatio eſt fortis valde & materia multa tũc timoroſum ſi pauca non ſic, & ideo aduerte. conferunt etiam hic in balneo exhibita. Item ſi nõ poniť in balneo da hoc primo. deinde fac fomentationes vt ipſas citius deſcendat ad renes,ſed hominibus ꝑmitte enema et euacuatiuum,poſt exitũ aũt eius lectus ingrediatur,& ſi põt dormiat ad libitũ. Item conferunt ventoſæ abſq; ſcarifi. ipſas applicando etiã ſurſum deorſum diuertendo. Item conferũt ſi ſuper naticis ponuntur qñq; cum ſcarificatione. vt infra. Item vt infra in fine Rubricæ de apoſtemate eorũ,qñ per hæc ſedantia non remouetur dolor,tunc eſt ſignum ꝙ cauſa eſt calidã, & maxime ſanguinea vt Genti.& ideo ſumme cõfert phlebotomia,& tu recurre illic. De potu iam dictum eſt,laudatur bethonica cũ vino potata. vt.ʒ.i.ſ.vſq; ad duas cum vino cocto. Item.℞.bethonicæ.ʒ.iiij.piperis gra.20. vini antiqui.l.j.bulliant,& de hac decoctione detur cyatus medius calidus. Cõfert ſimiliter ſy.diureticum,vt de ſticados cũ ſeminibus frigidis de radicibus. De electuarijs litõtripõ, & alia vt ſupra & philonium de quo ſtatim,ad idem athanaſia deſcriptio. Maſ. Item vt ſupra triphera Gal. quæ oia dentur cum conuenienti doſi cum vino aut aqua.vt exigit diſpoſitio in exitu balnei,aut ante applicationem ſpõgiarum. vt dictum eſt. Q ſi contingat dolorem eſſe vehementẽ,quia ſi virtutem multũ ꝓſternat exponit Gẽtil. tũc oportet incipere à narcoticis, & eius vti donec dolor aliqualiter ſedabitur,& etiam ſequi cum anodinis vt ſcriptũ eſt,& hoc ẽ ꝙ voluit Aui. dum ingt hic. cũq; dolor ſit vehemens. tunc ſupereſt tibi vti eis quæ ſunt ſicut philoniũ, vt ſupra. ſed ſubdit parum poſt Aui.& ſtudium ẽt abſtinẽdo à narcoticis eſt magis neceſſarium. tu itaq; cõſidera, & relege quæ de narcoticis dicta ſũt ſupra de teneſmo, & de dolore colico. Et ia duerte ꝙ duplex eſt philonium, perſicũ Philonũ duplex. quod magis valet dolori complicato cõ fluxu ventris,& romanũ quod magis confert dolore exiſte cum ſtypticitate vẽtris. vtrũq; tñ narcoticũ datur vſq; ad.ʒ.j. cum vino ſubtili potenti quod oportebit continuare vt ſupra ſi dolor non ceſſauerit. Alia narcotica quære allegato loco. vt ſupra quarto trac. Itẽ in enematibus ponatur iuſquiamus, cortex mãdragorę papaueris al. aut nig. nenupha. et hmõi. Item ſuppoſitoria optata, vt de teneſmo.& tu ibi.

QVOD SI DOLOR fuerit paruus dañ inducias incipe cum his quæ ſecundam perficiunt intentionem quæ eſt euacuatio. & hoc melius ac citius completur per ſubmiſſa, q̃ per ſuperius exhibita. Ex ſubmiſſis meliora ſunt enemata. vt.℞. mercurialis, parietariæ, ſiclæ, maluæ, vio. ſaxifragiæ milei ſolis, rutæ, florum camomillæ, meliloti, anethi, dauci, carui, cartami, & ſic de alijs. & ex oleis dictis cum benedicta, & caſſia, zucch. ru. fac clyſter ad cauſæ exigentiam. Et qm̃ ſuppoſitoria ſeu collyria pñt parũ hinc de eis nihil quæ ex eiſdem conficere potes. Per ſuperius datur benedicta vt ſupra caſſia, electuarium indum, et eſt ſolutiuum ẽt ꝓprium diaph. cum aquis diureticis. vt ſupra in ꝑſeruatione. Item confert vomitus, & multũ laudatuř in hora doloris diuertendo. ſ.& cauſam antecedentẽ euacuãdo materiam & coniunctam cõmouet, & maxime ſi fuerit lapis, aut arenula,& ipſum de loco aliqualiter ſeparat, quare & dolor mitigatur. Item hoc caſu ſumme laudatur phlebotomia, maxime egro iuuene,& ſanguineo exiſtẽte, vel plethorico de vena baſilica, deinde de ſaphena exteriori. nam interior magis veſicam, & matricem reſpicit, & ex eadem parte ẽt quidam incipiunt ab ipſa phlebotomia ſ.dolore forti vt paſſionarius.& credo ꝙ recta ſit operatio de qua medicus honorem ſubitum conſequetur vbi

ipſa

ipſa conueniat, quia patiens ſit iuuenis, fortis, robuſtus, plethoricus, aut ſanguineus. & hmõi. Nam multum diuertit de cauſa antecedenti. & debet reiterari ſi poſſibile eſt ut primo de baſilica. ſecundo de ſaphena exteriori eiuſdem lateris. ſed de hoc infra.

Item hanc intentionem pficiunt puocantia, remouentia oppilationem, & conducentia materiam oppilantẽ ad extra quæ puocantia debent dari calida, aut frigida, calidiora, aut frigidiora vt ipſa exigit diſpoſitio, & de his exẽpliſicatum eſt de potu de electuarijs &c. Sed vt te copioſum factam hic ponam unum ex ſy. exptis ad hoc, ſed tu primo conſidera bene uerba Aut. hic inquit. Verũ uti ſeminibus cum dolor eſt timoroſus & eſt uerbum hoc replicatum et bonum. nam non debent adminiſtrari niſi prius facta euacuatione, & non dubitando de materia quæ ſit in hepate. nam multa ibi exiſtẽte materia periculum eſſet futuri apoſtematis, aut materiæ oppilationis. Sy. expertus. ℞. capillis ve. bugloſſæ, ſenationum, ſcolo. filipẽdulæ, camedreos, camepitheos, acori, ſcariolæ, radicum cicoreæ, hepaticæ. ana. M. j. radicis fœniculi, ſparagi, bruſci. ana. ℥. j. corticis radicis celli. ℥. iij. polypodij. ℥. iiij. cimini, fœniculi, amcos ſiſeleos, amomi, dauci, ſe. apij, aſſari, nenufaris, epitimi, foliorum ſenæ, zinz. ana. ℥. ſ. liquiritiæ, vio. foliorum boraginis, paſſularũ enucleatarum. ana. ℥. j. prunorũ, ſebeſten. ana. numero. xl. turbith hermodactylorum. ana. ℥. j. piperis lon. ℥. ij. ſe. cõmunium frigidorum cicerum ru. ana. ℥. ij. hordei lib. j. ſucci reſidentiæ vio. ℥. j. zucchari ro. vnius an ni. ℥. iij. zucch. quod ſufficit. & eſt ſy. valens in cã calida frigida euacuãdo, & aperiẽdo. vt patet ex paucioribus facere põt aperitiuum tuo propoſito cõueniens, & tu elige.

IN REMOVENDO malam complexionem oportet vt prio cognoſcas ſi calida ſit, aut frigida ſm varia ingenia. vt ſupra. Et vt ſeciatiuis de dolore ex mala cõplexione materiali habeatur cura, ex qua habebitur & cura malæ complexionis abſq; materia de ea diſtinguã. Omnis autem mala complexio dolore renum cauſans, aut eſt calida ſanguinea, aut calida cholerica, aut frigida phlegmatica, aut frigida melãcholica aut ſicca, de quibus omnibus curam ſuo ordine deſcribam.

Cura itaq; doloris renũ à ſanguine prouenientis eſt phlebotomia de baſilica, & ſi videbitur aut propter plethorã de nigra, & ſi erit ſanguinis abuodantia poterit iterari. Itẽ & de ſaphena vt videtur expedire. Nã phlebotomia multum extimaẽ in cura huius doloris à multis qñ conuenienter fieri põt, quibus multum credo. Facta phlebotomia dentur euacuatiua remiſſiua feruoris ſan. vt ſunt thamarindi, caſia, manna, cum aqua endiuiæ & hmõi de quibus ſupra de ſoda ſan. & tu ibi. Item & tertio applicentur intus & extra quæ remittũt caliditatẽ ſanguinis ex ſyr. & hmõi. ex vnguẽtis fomẽtis emplaſtris & hmõi. vnde ſy. ro. vio. aqua hor. vinũ granatorũ, oxyzacchara, & hmõi ſunt cõuenientia. Et ex embrochis frigidæ, vt de ſoda ſanguinea, de colica dictum eſt. & tu ibi. Item de alijs quæ conferunt in mala cõplexione calida hepatis. & tu ibi. Item infra de apoſtematibus calidis renum. vbi te copioſum faciam. nã habuiſti frigida conuenientia in mala cõplexione calida renum de debilitate renum. & tu ibi. Et hic narro quod mihi contingit in dolore meo renali à cauſa calida ſanguinea ex particularibus applicatis infundebam pecias in aqua recenti, & aceto & ſuc. ſolatri, & ſic frigidas applicabam ſtatim, contulerunt & receſſit dolor immediate. Et hic nota q; vt ſupra renes indigent aliquali ſtypticitate propter eorum ſubſtantiã. & ideo baſis ſit res ſtyptica cum adminiſtratur medicina. non enim hic deſcripſi receptas, qñ tibi ex datis ſunt aperta ſatis. & tu conſidera. Et nota qñ dixi oxyzacchara: qñ cum dolor fuerit cum reumate non conuenit, nec aliud tociſſiuum diureticum, ſiue aperitiuũ. vt ſupra de catarrho de quo & infra. Conferunt & balnea ex rebus frigidis, & poſt eorũ exitum detur rubea trociſcata deſcriptione Ni. aut aliquod tale, pportionatum cum vino multum lymphato. Et hic nota vt de cæteris infra ſi aliquod eſſet membrũ mittens, & maxime cerebrũ qđ abſtinere debemus ab inciſiuis, ppter qđ oxyzaccara non conueniret, ſed magis ſy. ro. de nenuphare, de papauere. vt ſupra de catarrho calido, & de ſoda ſanguinea, quo caſu oportet facere diuerſiones trahendo aut mouendo materiam antecedẽtem ad aliũ locum, aut phlebotomia, aut aliter ibi. Item ſtudeatur rectificationi membri mãdantis.

Et vltimo prohibere ne renes recipiant cum frigidis, & ſtypticis. Et de his particularibus remedijs ad plenum de mala complexione hepatis calida.

In eo autẽ qui ſit à cholera conſidera ſi eſt cum plectoria totius: aut quia ab aliquo mẽbro ad renes materia trãſmittitur. Item ſi eſt cũ reumatiſſimo. In primo caſu cum phlebotomia euacuaẽ ſi videbitur, aut cum ventoſis cum ſcarificatione ad remittendum ſanguinis aliqualem feruorem. aut cum ſolutiuo, lenitiuo, caſia, manna, tamarindis.

Item digeras cum ſyru. vio. reliquis digeſtiuis choleræ. quarto. trac. poſitis. deinde veni ad renes cũ emplaſtris frigidis, vnguentis frigidis, vt populeone addendo ſi opus erit aliquod ſtupefactiuum ex papa. mandragora, vſq; ad opium. Item adminiſtrãdo tias ex rebus frigidis & hmõi. vnde ſtudium debet eſſe ex parte regiminis oĩno ad frigidum, & pro maiori parte ad humidum. Et hæc fri. & humida, & frigida, & ſicca habes in hoc caplo in principio. Itẽ de ſoda calida cholerica de dolore colico de mala complexione hepatis calida. & tu ad illa te transferas. Item in ſecũdo caſu fac vt ſupra diuerſiones, &c. vt de ſanguinea dictum eſt & hmõi. añ. Et conſimiliter ſi fuerit reumatizans materia, & ideo conſidera & iſta ponũtur copioſe infra in ſequenti ru. & ideo eã relege qñ vtiliſſimum erit. Laudatur emplaſtrum factum ex portulacis frixis in ſartagine cum lacte aſperſa, & tepide ſuperpoſitum renibus adde. & ex fortiorib9, licet frigidis vſq; ad narcotica. & eſt exptũ.

In eo añt qui eſt à mala complexione frigida phlegmatica, quæ eſt ſm plurimum aut melancholica quæ eſt raro, oportet vt ea conſideres quæ de cholerica & ſanguinea dicta ſunt. Vnde ſi materia fuerit reumatizans q; abſtineatur à diureticis, & aperitiuis ſaltem digerentibus materiã. Item ſi fuerit ab alio veniens membro fiant diuerſiones. vt ſupra & rectificationes membri, aut membrorũ mandantium. Item prohibitio, ne materia ad renes fluat, ipſos confortando. Vnde in primis ſi corpus fuerit plethoricum non erit malum ſi phlobotomabis. Deinde euacua cũ antidoto magogo, vt benedicta, electuario indo, de quibus in quarto trac. & tu ſupra. Clyſteria ſunt in hoc magis dilecta. Item maxime in hoc confert vomitus, quem ſtude prouocare faciliter. Veni deinde ad ipſos renes cum anodinis calefacientibus vt eſt dialthea, & hmõi. cum emplaſtris ex rebus calidis dictis in principio, & allegatis locis. Item cum tinis ex eiſdem confectis poſt quarum exitũ detur aurea alexãdrina cum vino decoctionis thuris, ſed aduerte ſi adeſt fe. quo caſu te in his modera. Item conſequẽti die poſt balneum fiat minutio de ſaphena niſi morbus fuerit multũ antiquus. Et ſi opus eſt digeſtiuis digere materiã cum proportionaliter de quibus quarto tracta.

In eo vero qui eſt ex ſiccitate quod cõprehendetur, quia ſm plurimũ eſt in corpore extenuatio. & præceſſit cauſa exiccans, vt coitus ſolutio ventris fluxus vrinæ & hmõi, oportet pcedere via reſumptiua ex parte diætæ humectãtis balneoꝝ ex aquis dulcibus, vnctionibus, clyſterijs, diureticis, humectatiuis, vt ſũt amygdalæ, ſemina frigida maiora, lac capræ, vinum dulce, aquoſum, & hmõi, vt ſupra de debilitate renum. & tu ibi. Nam quia iam allegato loco multa dicta ſunt de mala complexione renum hinc te ad illam rubeicam transferas, quoniam multa & exemplaria inuenies tuo propoſito.

CVRA de eo qui eſt ex vẽtoſitate iã dictũ eſt ſupra de ventoſitate

ventoſitate renum ; & quoniam multa habuiſti de colica ventoſa , & ventoſitate ſplenis hic leuiter pertranſeo te ad illa remittens loca.

C V R A ſi fuerit dolor ex caſu,pcuſſione, dislocatiõe ſpõdilis,& hmõi,tũc fiat phlõmia,et ſanguinationes cõuenientes fiat reſtauratio vt conuenit.Ordinetur diæta iuxta cauſam,& vnctiones emplaſtra eĩones digeſtiones tinę & hmõi vt decebit,quæ omnia ex dictis habita ſunt.

C V R A Infacto ex vlceribus renũ habebiť in rubrica ꝓpria inferius de vlceribus eorum cum his quæ per intus & extra applicabuntur. Poſtremo ſcito quòd quando dolor renum eſt temporaneus & ſpecialiter in ſene nõ curatur.in alijs vero ætatibus difficulter,& ſenes hic intelligo qui.xl.pertranſierunt annos,& ideo multum aduerte à promiſſione curandi eum. Nec aliquis miretur ſi de eo lõgum fecerim ſermonem.nam vt id egerim ſuadebat dolor ipſe quo ter ægrotaui compatiens itaqꝫ & mihi & cæteris ad ſic ſcribendum obligatum me iudicaui , hic enim dolor ita & infeſtans , & multis ac quaſi oĩbus ita cõis ꝙ multa de eo dicta patientibus aut paſſuris per minima iudicata ſunt.eius itaqꝫ compilationem tolera æquo animo & vide quæ dicta ſunt in dubio in fine capituli.

Senes q dicanſ.

De lapide renum. Rubrica. VI.

QVoniam rõnale eſt vt poſt rubricam de dolore renum ſequatur ea quæ eſt de lapide cum lapis ipſe nõnunqꝫ ſit cauſa doloris.ut dictum eſt ẽt,quia regimen pſeruatiuum à dolore eſt & præſeruatiuum à lapide,hinc poſt illam poſui hanc & ſi aliter princeps ordinauerit,quod ex cauſa fecit. Lapis renalis eſt lapis qui p aſſationem materiæ groſſæ , viſcoſæ cum aquoſitate ad renes tranſmiſſæ,vel ſanioſæ,vel vlceroſæ in eis cõgenitæ ſi taliter ad indurationem , & petrificationem perducitur.

Ex quibus apparet modus generationis ipſius lapidis.nã humiditas viſcoſa,groſſa, quæ ſm plurimũ eſt phlegmatica ad renes cum aquoſitate tranſmiſſa in eis moram faciens à caliditate earum aſſatur , ſic ꝙ ſubtilis reſoluitur, & groſſum remanet cum certa viſcoſitate induratum , & ſic petrificatur.vt eſt uidere in parietibus tinarum,& balneoꝝ, & in fundo vaſis in quo aqͣ cõſueuit calefieri. Et vt Alexander.Ita in generatione lapidis fit quemadmodũ videmus figulos terreos à caliditate ſolis vel ignis in petram conuerti. Et dictum eſt ſm plurimum phlegma,quoniã ſanguis ſi illic tranſmittitur ſtatim cõuertitur in naturam ventoſam,& malam,& à natura expellitur.item ex ſe non eſt viſcoſus,groſſus,nec melãcholia,qa cũ ſit ſicca potius in cinerẽ conuertiť,non cholera,quia non viſcoſa nõ groſſa. Et hic lapis qñqꝫ noiať lapis, qñqꝫ calculus,quia olim cum lapillis fiebãt calculi rõnũ,qñqꝫ lithiaſis vt.4.apho. de quo in apho.licet quidam per lithiaſin lapidem nominent veſicæ. Et dr & groſſum remanet cum certa viſcoſitate eius humores exterminat,tunc nõ lapis ſed arenulæ generãtur,ꝓpter quod nota de caliditate quia Aui.dixit. virtus vero agens eſt caliditas cum egreſſa eſt ab æqualitate.vnde abſolute videť tenere Gẽti.ꝙ non niſi ab excellenti caliditate lapis generari poſſit,quemadmodũ in extrinſecis eſt videre.Serapio autem vbi de hoc inquit.& cauſa efficiens eſt humor igneus & forſitan temperatus, ſed hic cõſidera ꝙ calor temperatus poteſt in longo tempore facere quod excellens in paruo.Credo itaqꝫ conſiderandũ ꝙ ſm plurimum & raro in paucioribus non fit niſi ab excellenti caliditate,& ſic loquebatur Auic. ac Gentilis eum capo nens,& per eundem modum generatur pilus valde lõgus in renibus,materia viſcoſa exiccatur,& in lõgũ, rotũdũqꝫ propulſa per renum ipſorum anfractuoſitates.

C A V S Æ .& vt de cauſis lapidis ſis ad plenũ informatus cum ſit non morbus nec accidens, ſed cauſa magni morbi ac ſæpe infeſtantis morbi hinc eas hoc memorioſo ordine ſic depingam. Sex enim cauſæ reperiuntur principales.Prima abundantia ſuperfluitatum.ſecunda viſcoſitas,& groſſities earum.tertia anguſtia meatuum. quarta debilitas expulſiuę eorũ.quinta caliditas aſſans,ſiue ſit excedẽs tẽperamentũ ſiue nõ. ſexta eſt fortitudo expulſiuę hepatis venarum cum amplitudine viarum ad renes . Itẽ expulſiua aliorum membrorum ſuperiorum.

Cauſſæ aũt primę cauſæ ſunt cibi groſſi, viſcoſi,male digeſtibiles,vt caro vaccina,porcina,aues aquaticæ, aſſata, frixa,ſalſa,lac,caſeus,oua dura, piſces duri , viſcoſi,nuces, auellanæ,perſica,pira, caſtaneæ, fructus aliquando groſſi, acetoſi & difficilis digeſtionis.Et qui generant humorem viſcoſum, vt mala immatura,caro ceruí , & hmõi vinum groſſum,turbidum,nigrum valde, aqua turbida,cerebella,inteſtina,extremitates animalium,vt cutis, piſces lacunales, anguilla,riſum,amilus,panis azimus,& omnes cibi de paſta vt laganę tri.& hmõi.Et impedientia digeſtionẽ, vt aqua nimia fructus aquoſi.Multa comeſtio ſuper indigeſtionem.Eterror in comeſtione.Coitus ſuper repletionem factus. Exercitium nimium poſt cibum immediate. Somnus prolixus. vt ſupra de nauſeatiua ſatietate. Balneũ poſt cibum calidum & ſiccum pręcipue. vt faciunt noſtrĩ ruſtici in balneis. Cauſa vero ſecundi eſt ipſum regimen ex parte ciborum & potuum. ut ſunt caules, lẽtes,& hmõi. vt dictum eſt de cauſa primæ cauſæ.Item aer groſſus, turbidus,item calidus,& ſiccus, & reſoluens ſubtile , & balneum calidum,& ſiccum. vt ſupra. Debilitas digeſtiuę ac caliditatis innatę.ꝓpter quod multiplicatur in humore viſcoſitas,& per conſequens in ſenioribus lapis. Cauſa tertij ſunt anguſtantia omnia vt ſunt frigus, ars piſcatoria , & hmõi. Cauſa quartę cauſę omnis mala complexio calida aut frigida,cum materia aut abſqꝫ,apoſtemoſa aut nõ apoſtemoſa.aut ꝓpter vlcera. Cauſa quinti eſt caliditas ipſa renum,& extrinſeca veniens ut cibi & potus calidi,aut etiã ab hepate & alijs vt chyſti,vel apoſtemate ſibi communicato.Coadiuuantes autem cauſæ ſunt ſtrictura lumborum. vt ſupra ꝓpter quod damnãdæ ſunt diploides ſtrictę cingere ſtricte, vt faciunt iuuenes, vt pulchriores perſonæ videantur. Item equitatio fortis. Item eleuatio ponderum magnorum. Dormire ſuper culcitram pennoſam , & calidam. Item reſupine.Et breuiter omnia alia quæ ſunt apta renes calefacere per ſe vel per accidens. vt forte frigus per antiperiſtaſim. & licet conſimilia ſupra de dolore eorum poſita ſint , tamen hic de illis ſm alium ordinem mentio fit. De ſexta parte quid dicendum. Et in ſumma pone ex parte cauſæ efficientis caliditatem aſſantem & expulſiuam mittentem. Ex parte materię abundantiã, viſcoſitatẽ, & groſſitiem . Ex parte viæ anguſtiam . Ex parte virtutis debilitatem , & ſic habes quatuor cauſas in generali.

Ex quibus habetur quòd in pluribus alijs locis quàm in renibus & veſica lapis generari poteſt. vt ſupra de colica. nam vbicunqꝫ reperiri poſſunt cauſæ alicuius effectus productiuæ illic, & effectus. Tu itaqꝫ conſidera quare & magis in his generantur locis,& in alijs non generari contingit vt argutum eſt . Haliabas authoritate aliquorum inquit.lapidem in hepate,inteſtinis,et iuncturis generari poſſe.& Gal. vidit tuſſientem ex lapide in pulmone genito; quem per os emiſit,& curatus fuit.Et de lapide quidem in diuerſis locis genito diuerſæ etiam ſunt cauſæ ſaltem quo ad intenſum & remiſſum ſiue quo ad eſſe fortes & minus fortes, & ad intellectum medicorum . Nam lapis in veſica ex conſimilibus generatur cauſis ſed fortioribus reſpectu earum quæ ſunt lapidis renum factiuæ. vt infra ſua rubrica, & propter hoc raro accidit in ſenio non reperitur.

Lapis in pulmõe

Et pro clariori intellectu eius dictum eſt ; ſcito quòd in generatione lapidis, ſiue veſicæ , ſiue renalis diuerſimode ſe habent & ipſe in ſe ætates, diuerſæ habitudines, diuerſæ complexiones , diuerſi ſexus. In prima quidem ætate quæ protenditur vſque ad dentium plantatiuam non eſt veriſimile in renibus lapidem generari . quoniam primo

humores

humores nõ ſunt groſsi viſcoſi immo ſubtiles & maxime in his qui ſubtili viuunt nutrimento. itẽ nec calorem habẽt acutum aſſatiuum. Itẽ nec viarum anguſtiã, quia dato ꝙ viæ ſint anguſtæ ratione paruitatis corporis, tamen ſunt aptæ amplificari propter humiditatem cõplexionis, & ex cõſequẽti materiæ non retineri, & tu cõſidera. Et hic nota duas cauſas generationis lapidis in pueris poſitas ab Aui. inquit. Et ꝙ plurimũ generatur lapis in infantibus eſt ꝓpter appetitum eoꝝ, quia nimium de cibis aſſumunt propter motũ ipſorum ſuper repletione. vnde cauſantur ſuperfluitates viſcoſæ ꝓpter indigeſtionẽ. vnde attentis duabus his cauſis in puero. xvj. menſiũ vel circa nõ eſt veriſimile lapidẽ generari. & hoc dico ꝓpter amicum noſtrũ, ad quẽ cõcurrit ꝙ caliditas eo tpe ſopita eſt. ſed nota ꝙ lac groſſum poſſet eſſe cauſa factiua lapidis in pueris. & ideo cõſidera nutricẽ. cum autẽ ad eam quæ eſt dentium plantatiua peruenerunt in eis cõtingit lapidẽ, & maxime in veſica generari. ſed de his infra in ſuo loco. In iuuenibus quidẽ, & pueri lapidẽ in renibus concreari rationabile eſt ad rationem quidẽ ſumptã ex parte cauſæ efficientis, quæ eſt in eis fortis. in ipſis tñ raro generantur, qm̃ ea ætate deficit materia quia humores ſunt ſubtiles virtus digeſtiua fortis, viæ latę fortitudo expulſiuæ, hęc enim ſimul fortiora ſunt ipſa cauſa efficiente ſola. In ſenio vero quia materia adeſt debilitas digeſtiuæ ſtrictura viarum ꝓpter ſiccitatẽ debilitas expulſiuę ſatis fortis caliditas renum ꝓpter cõplexionẽ eoꝝ quia carnei ſunt accidit in renibus eoꝝ lapidem generari. Nã vt dictũ eſt caliditas eſt cauſa principalis factiua lapidis, quę & ſi in toto in ſenibus deficiat, quia tñ in renibus rõne cõplexionis eoꝝ adhuc ſatis fortis remanet. & iõ quia in veſica quę eſt membrũ frigidum deficit hinc in ea ſenio lapis nõ generaẽ, & hæc quæ dicta ſunt intelligi habent merito decurſus ætatum, & ideo dictũ eſt de puberibus, & iuuenibus raro, quia rõne indebiti regiminis non incõueniret in eis calculum frequenter cõcreari. Ex parte habitudinũ quia in pinguibus magis generanẽ lapides in renibus & minus in veſica, & ecõuerſo in macris & extenuatis. & cauſa qm̃ pingues habent vias anguſtas, & in eis multiplicantur materiæ phlegmaticæ, groſſæ, viſcoſæ nõ ita apertæ faciliter per anguſtas vias penetrare. Item alijs partibus quia cõplexione ſunt minus calidi ꝗ̃ macri cholerici hinc eorũ virtus expulſiua debilior, in cholericis autẽ, & extenuatis magis generatur lapis in veſica, quoniã viæ in eis ſunt latæ, humores ſubtiles, & virtus expulſiua fortis. vnde ad veſicã propelluntur humiditates in renibus nõ retentæ. & quia veſica eſt in eis exiccata ratione complexionis totius hinc corrugatur & contrahitur & in illa augis humiditas retinetur. quæ ſic retenta à caliditate eoꝝ forti petrificaẽ, & ex his patet quid dicẽdum de melancolicis ex parte cõplexionis rõne cauſæ agẽtis magis in cholericis & ſanguineis rõne materiæ, & aliarũ cauſarũ in phlegmaticis, & melãcholicis. Sed hic nota ꝙ accidẽtales cauſæ, ſiue extrinſecæ multũ operanẽ, vt regimen calidũ, coitus, equitatio & hmõi. vt ſupra. Ex parte ſexus rarius in mulieribus imo raro, & cã potiſsima in eis eſt amplitudo viarũ. nã ampliores & latiores ſunt viris in partibus inferioribus ꝓpter generationẽ fœtus. Itẽ ex parte lapidis veſicæ, quia in eis collũ veſicæ curtum eſt, & latũ, propinquũ fundo, nõ habens tot tortuoſitates vt in viris hinc in eis lapis non generatur in veſica. Et hic nota ꝙ qñ apparet in vrina humor groſſus, viſcoſus, & pręcipue in viris niſi ſit per modum criſis, tunc prognoſtica de futuro lapide ſi fuerit perſeuerans cum alijs. & eſt ad hoc facientibus ex parte regiminis, debilitatis renum & huiuſmodi. ſignũ eſt enim ꝙ hepar & membra ſuperiora tranſmittunt. Et cognoſceẽ differentia inter hypoſtaſim & talẽ humorẽ ex ductu vrinæ, quia hypoſtaſis in paruas ſeparatur partes humor in groſſas. Eſt quippe lapis renum paruus propter paruitatem cõcauitatis renis, & veſicę magnus, & ponderoſus, itẽ

Pueri cur lapidem ſentiant.

Mulieres cur lapides nõ multum patiantur.

renalis rubeus eſt ſiue citrinus, & veſicæ albus vel ad fuſcedinẽ declinans. Itẽ renalis oblongus, & veſicę rotũdus, à loco enim formã capiunt. Et antequã ad curam perueniatur ſcito ꝙ ſi in vrina ſpiſſa alicuius arenula multa apparet raro lapidem incurrit. ꝙ ſi incurret durior erit alijs. Itẽ ꝙ non omnibus faciliter ſalutem ſpõdeas. Nam primo ſenio raro curatur, & cum maxima difficultate, & præcipue cũ paſsio aliqualiter chronicauerit. poſt autẽ quinquaginta annos nunquã ſpes habẽda eſt, vt videtur velle Hip. quarto epidimiarum. Itẽ cõſidera ſi eſt hæreditaria. vnde Auic. in fine capituli de lapide renũ. Et ſcias ꝙ lapis renũ & veſicæ eſt ex eis quæ hæreditantur, & vltra cãm cõem alijs quæ hæreditantur facit propinquitas horũ membrorum mẽbris generationis. De hæreditate lapidis non fecit mentionẽ princeps ſcd'a primi. doc. prima. viij. cap. quia ibi nõ oẽs notare voluit. ſed aliquas gratia exẽpli poſuit, vt patet inuenti. Habet & hæc diſpoſitio per indicationẽ vt inquit Aui. quę nõ eſt à forma ſpecifica. ſed eã intellige eſſe merito particulæ mittẽtis. & particulæ reſpiciẽtis. ſiue aggregãtis, & cõſidera. Poſtremo nota dictũ Haly. oportet autẽ medicum ſpeculationẽ adhibere diligentẽ in hac paſsione, iudicium roborare, cum nonnunquam paſsio in inteſtinis eſt quæ in renibus opinaẽ. iudicauit enim Gale. de ſeipſo habere lapidem renũ, & maxime quia dolor erat in loco per quem tranſit vrina de renibus ad veſicam, & erat humor vitreus groſſus in altero inteſtinorum groſſorum. nam per impoſitionem enematis ex oleo tantũ egreſſus eſt ille humor, & curatus fuit immediate.

Galenus ſeipſum fefellit.

SIGNA demonſtratiua qñ lapis eſt in fieri. primo apparet vrina groſſa, deinde cum incipiunt materię adinuicem globari & uniri pro lapidis generatione oppilationem faciunt, & deinde urina ad ſubtilitatẽ ſiue ad tenuitatẽ venit, & ſedimẽ dictæ urinæ groſſum eſt humoroſum. qñ dicitur, quia qñ lapis factus eſt & eſt in vis diſſolutionis ſedimen eſt arenoſum. & qñ lapis factus eſt vrina eſt ſubtilis ꝓpter oppilationẽ. Itẽ eſt paruũ ſedimen, & quãto lapis durior, tãto magis abſqȝ ſedimine, & plus cũ tali ſigno perſeuerans. Et aliqñ proueniunt tunc dolores maximi, & qñqȝ mors. Et qñqȝ lapis ſtat quietus, tũc dolor eſt paruus & aggrauatiuus, fixus in loco, & quando eſt in inteſtinis fœx augetur. ſimiliter qñ cibus deſcẽdit in colon conſtringendo, & conſimiliter qñ euaẽ venter alleuiaẽ dolor. Item qñ lapis moueẽ, tũc dolor augetur quia cauſaẽ aliqua ſolutio. & grauitas. & extẽſio in ipſis poris vrinibus, & eſt mirabile, qũo per locũ ita anguſtũ poſsit lapis tranſire, & in tranſitu eius ad veſicã, oportet vt ſe figat inter tunicã veſicæ. & tunc cauſat maiorẽ dolorẽ in aduentu eius ad veſicã ꝗ̃ in exitu eius à veſica ad extra. & cauſa quoniã viæ ſunt latiores à veſica ad extra. ſed cum peruenit ad veſicam lædatur dolor. itẽ in eius motu ſentiunt dolor in inguinibus, & emunctorijs. Item ſignũ eius eſt punctura in renibus fixa, ac ſi ibi eſſet acus. Itẽ appoſitio arenularum in vrina. Conſuetudo cadendi in hanc diſpoſitionẽ etiã conſideretur. In his accidit difficultas mingendi & exit vrina cũ ardore, & paulatim, & ſentiẽ dolor in virga & in extremitate. Itẽ quando aliquis mingit vrinã nigram per aliquot dies vel menſes cum perceptione doloris in catim tũc expectes lapidem in renibus fieri. Item punctura teſticuli eiuſdem partis in qua eſt dolor cum dolore pedis & cruris, & cum obdormitatione pedũ ſunt lapidis ſigna & accidit in exitu eius propter fortem dolorem feb. Item rubor genarum hepatis & renum caliditas ſignificant lapidem & breuiter in lapide renum ſunt dolor fortis & fixus in ilio à parte poſteriori, & in emunctorijs in virga cum apparentia vrinæ ſubtilis. & accidit vomitus nauſea vt in colica. ſed diſtingue ex habitis ſupra de colica. Nã in colica præceſsit ſatietas nauſeatiua & vrina cum ſedimine viſcoſo humorali non arenoſo, & in lapide apparuerunt arenulæ, & conſuetus eſt pati.

PROGNOSTICA lapis renum magis fit in ſenibus & in pinguibus propter debilitatem expulſiuę ad diſtantiam remotam. Quñ in lapide renum urina remanet ſubtilis, & ſi ſic continuat eſt malum ſignum, & ſignificat ꝙ lapis eſt durus & non rumpitur. Cum autẽ urina in lapide groſſa apparet ſignum bonum quia ſignificat incolumitatẽ uirtutis expulſiuæ, aut lapidis paruitatẽ non multũ oppilantẽ. Quñ ſi lapis non diſſoluiť. ſed ſi autẽ ſic remanet & dolor ꝓcedit ſe augendo dubitandũ eſt de uita infirmi. Item lapis renum eſt ex his quæ hæreditantur. Auic.

CVRA naq; lapidis renum bipartitur in præſeruatiuam & curatiuam.

PRÆSERVATIO magna ſumi ex parte dependet ex his quæ dicta ſunt de dolore renũ, & ideo te refe ras ad eum locum. Sed inter cætera multum cõmendatus vomitus hic. unde Aui. Et ex ꝓhibitiuis generationis eius eſt vomitus poſt cibum, & multus vſus & maxime ſi faciliter fieri poteſt. & conſidera de vomitu ſupra. xiij. capit.

Item uſus urticæ ut ſupra de ꝓſeruatione à dolore de qua cõſueuit fieri aqua ad alembicũ cum liquiritia. Item euãcuationibus particularibus. Et digeras. Et adminiſtra ꝓuocatiua. vt ſupra allegato iam loco, & non frequẽtes ea, qm̃ renes ſic multum debilitanť. Vnde Alexander. Et non frequenter vtẽda ſunt niſi ſit ſuſpicio ꝙ in renibus colligatur materia pinguis. Item ſternutare & ſi magis conferat in cura curatiua, etiam conferit in præſeruatiua. Item quia Auic. inquit. Et dormire ſuper dorſum ex eis eſt quæ lapidi conferunt. Et uidetur contrarium dictum eſſe ſupra de præſeruatione à dolore renum & ex conſequenti à lapide renum. Intellige dictum eius ꝙ non frequenter dormire tale, ſed aliquando ad reſolutionem materiæ in eis contentę confert, ſic itaq; ad hunc locum porta quæ dicta ſunt de præſeruatione à dolore renum ex parte diætæ & aliorum vt in præcedenti Rub.

CVRA curatiua diuidatur primo in curã quę fit per medicinas & in curã quæ fit per inciſionem quã breuiter expediã cum Aui. inquit. Et ſunt quidam qui laborant extrahere ipſm per inciſionẽ ilij & per dorſum. ſed eſt timor magnus in eo eſt & operatio eius qui rationẽ nõ habet, & ideo qm̃ oportet penetrare per muſculos. ſ. p dorſum, per oſſa magna, per neruos, arterias, uenas magnas in quo caſu accidit ſyncopis, & mors. Item uulnus fit ſm plurimum fiſtuloſum, & continue egreditur vrina. Itaq; nec in debili nec in forti te intromittas, & ſi in forti ſit minus periculoſum. nam ſcđm me periculoſum, & mortale eſt. nec unquam audiui nec fieri vidi.

CVRA vero curatiua per medicinas facta diuiditur primo in intentiones curatiuas habendas in cura lapidis. Scđo in curam eius capientem diuerſitatẽ ex parte loci motus eius & temporum ſui eſſe. Tertio in cauſa quę eſt de ipſo qñ fit ab apoſtemate uel ab alia cauſa. In cura autem regulari ipſius quatuor ſunt intentiones principaliter habendę. prima abſciſio cauſę. Scđa eductio, & cõminutio lapidis. Tertia conueniens medicinarum applicatio. Quarta accidentium correctio. ꝙ ſi accidẽtia ſeuiſſima erunt tunc oportet curã peruertere regularem & ab ipſorum cura incipere, ut in principio operis dictum eſt.

Prima autẽ intẽtio perficiť his quatuor canonibus. Primus ordinatio diætę. Scđs digeſtio materię antecedẽtis ſi neceſſaria erit. Tertius euõ eius. Quartus diuerſio. Diæta ſit ex cibis boni chymi. facilis digeſtionis, & abſtineat ab his quæ lapidem generãt, aut augmentãt. de quibus oĩbus particulariter in præcedenti rub. Nã preſeruantia à dolore renũ ꝓſeruant & à lapide. Scđs cõpletur digeſtiuis appropriatis materiæ. de qbus ad plenum. iij. tra. & tu ibi. Tertius perficiať cum his quæ materiã antecedentẽ euãnt. aut per ſuperius aut per inferius adminiſtrãtis. ſed hic ſis memor canonũ ſupra poſitorum in ꝓcedẽti ru. de hoc. et de apa te renum ꝙ ebibita non debẽt eſſe fortia, ne materias multas ꝓcipitare faciãt ad vias renũ. ſed debent eſſe leuia ſicut caſſia fiſtula, benedicta, & hmõi. vt in allegatis locis, & tu ibi, ſicut dictum eſt ibi clyſteria ſunt cõuenientiora & iſtis ſuppoſitoria, qa materia nõ mouẽt ſiue trahũt. vnde Aui. immo ſuppoſitoriũ amicabilius eſt mihi. Et nota conſimiliter de enematibus ꝙ nõ debẽt eſſe fortia ſaltẽ vt exiſtimo ꝙ diu debẽt manere in vẽtre. ſed quę cito egredi debẽt vt materiã ſęcalem, & aliquid humoris uiſcoſi & aggregati in inteſtinis extrahere poterunt etiã fortia aliqualiter. & in his qbus expectať vẽtris ſolutio poniť ſal. in alijs uero qbus expectať aut alteratio aut doloris mitigatio non poniť. Itẽ nota ꝙ quãtitas clyſteris nõ debet eſſe magna ne ſua magnitudine coartationẽ faciat. vnde Auicẽ. extrahere ſecẽ cum ſuppoſitorio aut clyſtere non magna, quia forti etiã intelligi poteſt. tu itaq; clyſteria & alia ſolutiua quære in præcedenti rub. Quartus completur diuerſione facta per vomitum poſt cibum præcipue, & quidam hunc ſub tertio ponunt. conferunt etiam fricationes inferiorum vt lapis ipſe deſcendat.

Pro ſcđa uero intẽtione primo ſcito ꝙ ipſa eſt principalis in mẽte medici, & aliæ ad hanc ordinanť quaſi vt in finẽ. Et eſt cõminuere ſiue frãgere lapidem, & fractum ad extra deducere. nã ꝙ integer ueniat ſiue exeat eſt preter intentionẽ principalem medici, nam bene ſcit ꝙ integer & ꝓcipue ſi eſt magnus eſt aptus multum vias lędere nõ autẽ ſic cõminutus. Scđo. ꝙ anteq̃ des lapidis cõminutiuũ, ſiue eductiuũ ꝙ primo ꝓcedas cum dilatantibus vias & ductus lenitiuibus ad intra cum caſia data cum iuribus pinguibus, decoctione maluarum, et butyro. de qua ſumatur res plurima cum decoctione althęæ, & granis pini, & modico mellis. Item cum enematibus ex maluis. althæa, fœnugræco, ſemine lini. oleo camomillino, pinguedine anatum, mucillaginibus altheæ, & oleorũ, brodijs pinguibus & hmõi. aut ex oleo ſolo. Itẽ ad extra fomẽtationes fiant cũ ſpongijs ex decoctione prędictorum balnea aquæ dulcis. decoctione meliloti, camomillæ, altheæ, maluarum. anethi, radicis ireos, & huiuſmodi, de quibus iam. Vnctiones de oleo de lilijs albis, de amygdalis amaris, de lino, de alcana. Emplaſtris, & conſimilibus factis cum farina fœnugræ. aut ſemine lini, radice altheæ, & hmõi. vt in præcedenti rub. & tu ibi. Tertio ordina lapidẽ frãgentia, & cõminuẽtia & extra educentia q̃ adminiſtrabis, vt infra quæ quibuſdã oportet eſſe dotata cõditionibus. Prima ꝙ ſint abſterſiua, caliditatẽ temperatã excedẽtia, etiã non multũ, nimiũ enim calida reſoluẽdo, & exiccando petrificant. vt ſupra ex quo apparet ꝙ medicinæ amaræ vt amygdalæ, nuclei oſſiũ ceraſorum, & perſicorũ, & hmõi ſunt hoc caſu cõuenientiſſimę, has enim habẽt cõditiones ꝓpter qđ pluribus vel altero eorum vtunť in confectionibus cũ vna ſola coopertura, vt in ꝓcedẽti rub. Itẽ radix coſti, radix lauri, bdelliũ, radix vrticæ, & hmõi quę dari cõſueuerũt in puluere vſq; ad. ʒ. ij. cũ aqua fœniculi. Sed de his & ſimilibus ſtatim. Scđa conditio. ꝙ frãgentes lapidẽ renum debent eſſe debiliores q̃ frãgentes lapidẽ veſicę. & cauſa qm̃ lapis renũ nõ eſt tantæ reſiſtentiæ. Item nec via eſt ita longa ad renes quare melius ſeruatur virtus medicinæ q̃ in via longiori in qua vt eſt veriſimile magis perditur. Ex iſto apparet quare lapis iudaicus eſt medicina renalis & non veſicæ, quia anteq̃ perueniat ad veſicã perditur eius virtus. Ex iſto inferť ꝙ frangentes lapidem veſicæ frangunt, & lapidem renum. & non econtra. hoc dico quia reperitur medicina frãgens vtrunq; à proprietate, vt cinis ſcorpionis, & cinis caudæ tremulæ, quã Aui. vocat aterguilades. Atergul[illegible]des Aui[illegible] ue eſt a[illegible] quę vul[illegible] cauda tre[illegible]mula dic[illegible]patur.

Item nota ꝙ in fractione lapidum multũ conferunt inciſiua, quæ ſunt paucæ caliditatis, dicitur paucæ caliditatis, quia multæ addunt in cauſa lapidis. unde ſecantiabin commendať. ꝙ ſi ſquilla, & radix eius, & allium ab autoribus cõmendẽtur, credo illa debere in caliditate remitti, & ſic remiſſa multum conferunt, quia multum ſeparant inter

partes lapidis. Et vt poſſiſſum eſt ea cõminuentia lapidem hoc ordine cõnumerabo. horum enim quędã hoc agũt à ꝓprietate. quædã à cõplexione, quædã vtroq; modo. & horum quędã fortia quædam debilia. A proprietate. Cinis leporis decolati. Cinis hepatis aſini. Cinis ſcorpionũ. Cinis caudæ tremulæ. Oleum ſcorpionum. Solatrum hortulanum. Lapis ſpongię. Lapis iudaicus & eſt vigoroſius. Lumbrici terreſtres exiccati. Gramen.

A cõplexione vt amara calida non multũ & de eis pro parte exẽplificatum eſt, & amplius exẽplificabit̃ vt radix ſparagorũ, Polium, Bethonica, Pentaphilon, Capillis ven. Grana ſolis, Radix ſcolopendriæ, Apium, Calamentũ, Semen raphani, Aqua radicis eius, & ſimilia de qbus te copioſum faciã. Vtroq; modo. Vitrum clarũ aduſtum & pulueriꝫatum, Fæx aduſta, Cinis corticis ouorum, Scarabei, Semen geneſtræ, & eſt forte. Frãgit & pręcæteris educit, fimus columbinus, fimus galli, & ſic de alijs. oĩa in fine rubricæ de lapide veſicæ in pręcedenti cap. multa ponam ſimplicia & compoſita quibus te copioſum faciam.

Pro tertia intẽtione plures ſunt habendi Canones. Primus ꝙ in cõponendo medicinas lapidis cõminutiuas debes addere medicinas ſubtiles, velocis penetratiõis, vt eſt piper, calamentum, cinnamomũ, pulegiũ, quæ ſi poſsibile erit cõminutionẽ lapidis reſpiciãt. Scd'z. ꝙ cũ his ponantur fortes, ꝓuocatiuę, quę materiã ad extra ꝓpellãt ut ſemina calida ſemina quatuor frigida, de qbus in dubijs, & ibi. radix rubeæ, daucus, meu, acorus, ameos, ſiſeleos, cordumeni, cantarides, & ſunt fortes de qbus infra. Tertius, ꝙ cum ipſis ponant̃ medicinę faciẽtes alias in loco permanere, vt in cõuenienti tpe ſuum ꝓducant effectum. vt ſunt medicinæ habẽtes pinguedinẽ. & viſcoſitatem, ut eſt gumma, fœniculum, polypodium, & hmõi. Quartus. ꝙ cum his ponant̃ quę ſunt facilis, ac uelocis penetrationis, vt piper. Quintus. ꝙ cum eis ponantur quæ cõfortant ſua ꝓprietate, & aromaticitate. vt ſunt ſpica, caſia ro. balauſtia, been, lilium ſiccum, ſquinantum, ſandali, & alię medicinę odoriferæ. nam cõminuentia lapidem renes debilitãt, & ideo his egemus. Sextus. ꝙ non ſolum quę ſunt aromatica ſed & ſtyptica nõ aromatica etiã in hoc cõueniunt caſu propter aſsignatã cãm. vt ſunt ſuccus fructuum ſtypticorum. de quibus de dyſenteria. Septimus. ꝙ cum his ponẽdæ ſunt medicinæ doloris ſedatiuæ à proprietate etiã vltra anodinas opiatas de qbus ſtatim. Poſtremo nota hic Auic. inquit. Cunq; cõponimus medicinam ſm formam hanc operatur virtus naturalis in ea & expone diſcretiua quare vtitur eis quæ ad lapidem ſunt apud lapidem poſt quã fuerit vſa ad hoc vt peruenirẽt illę quæ ſunt ad lapidẽ ad locum lapidis. & tunc vtitur liquefactiuis & lenitiuis illic, ut perueniat medicina lapidis, & faciat medicinã morari, vt operationẽ ſuam efficiat per hoc quod dominatur ei uirtus adminiſtratiua, &c. Et in ſumma ponit virtutem diſcretiuã quæ primo vtitur in tali compoſito medicina penetratiua. nec alijs pro tunc vtitur, quia ſic primo non ſunt neceſſaria. cum autem peruentum eſt ad locum hanc relinquit & vtitur. Secũdo medicina faciente alias in loco
Articulus 1 medicinæ. morari tẽpore conuenienti, interim medicina cõminutiua operatur. & tunc vtitur prouocatiua quæ facit expulſionẽ lapidis ſic cõminuti. & hic eſt articolus in medicina quẽ qui non credit non eſt dignus medicina, & eſt infidelis, de qua uirtute diſcretiua habes in prima quarti. de cura hemitritæi. & in hoc primo capitulo.

Pro quarta aduerte ꝙ accidentia cõſueta conſequi lapidem ſunt. Dolor fortis, Difficultas mictus, Vlceratio urinæ. In quibus primo te ſic habeas. vt ſupra de dolore renum dictum eſt. Nam attende mitigationi eius ſm ꝙ eſt fortis, aut debilis vt ſupra allegato loco. & ibi relege. Tu enĩ ſemper attẽde ꝙ in dolore forti cum lapide exiſtẽte debemus euitare narcotica quantũ poſsibile eſt, qm̃ talia ſua frigiditate opponũt cõminutiõi lapidis. ſed ubi eſſet multum virtutẽ proſternẽs. ut in pcedenti rub. debes à narcoticis incipere, ut ſunt theriaca noua, philonũ, de quo allegato loco, ꝙ ſi virtutẽ non ꝓſternet incipe cum anodinis ex clyſterijs, fomentationibus, & hmõi. ut in præcedenti rub. Itẽ maxime cõfert uomitus qui & ſi uideat̃ nocere inquãtum mouet lapidẽ ad ſuperiora, tñ plus iuuat euãdo lapidem de loco doloris. Itẽ quia & dolor in tali caſu nõnunquã ex ventoſitate ſit q̃ generatur ex materia phlegmatica hinc applica reſoluẽtia ipſa cum ſpõgijs. vt in præcedenti rub. & tu ibi. ſed bene notes canones ibidẽ poſitos, & maxime attendendos. Poſtremo hic nota ꝙ theriaca noua valet in caſu primo quia confortat membra. Itẽ prouocat vrinam. Itẽ cõminuit lapidem, item ſtupefacit, & dolorẽ ſedat, & hoc per virtutem ingredientium eam. Difficultas mictus corrigitur cum iam dictis remouendo cauſam ipſius accidentis à qua ipſum in eſſe, & conſeruari dependet, & cura ipſius infra ſuo dicetur loco. Vlcera autem ſi accidant curentur cura eorum iam dicta.

AD OPVS deſcẽdendo particulare cum quis calculum patit̃ ſic operari incipias. Primo diætam ordina vt ſupra. Scd'o ſi dolor eſt ꝓſternẽs virtutẽ multum ſtude eius mitigationi etiã cum opiatis vltimo aut primo ſi multũ proſterneret, ita vt ex anodinis non ſperetur mitigatio. Itẽ & vomitum facias, in hoc caſu iuuans multum. vt ſupra. Q. ſi non, tunc ordina euacuatiuum lenitiuum, et fœcum eductiuum, & humiditatum exiſtentium in inteſtinis ꝓhibentium ſua coartatione lapidis exitũ. Deinde ordina clyſter mitigatiuum, & elargatiuũ viarum ex althea, malua, viol. fœnugræco, ſemine lini, butyro, adipe anatis, oleo mucillaginibus & hmõi. & ſit unctuoſum magis q̃ aqueum. Itẽ ad extra applicabis cum ſpongijs & hmõi medicinas, aut virtutẽ earum lapidi cõferentes ex aperitiuis cõminuentibus. de qbus infra. Et medicinas elargatiuas, ut emplaſtra, vnctiones loco dolenti & parum infra vel circa renes, vt in pcedenti rub. ad quã recurre ſicq; renouabis, & ſemper ſint actu calidę ſufficiẽter. Deinde per os dabis cõminuẽtia lapidem ſimplicia aut cõpoſita iuxta canones poſitos de quibus ſtatim. Q. ſi iſta & reiterata aut etiã nõ reiterata aut non reiteranda ſm tuam prudentiam non contulerint, tunc inducas vomitum fortẽ ſi cætera conſentiant tuo iudicio derelicta, aut applica ventoſas abſq; ſcarificatione ponendo primã ſub loco doloris per paruum ſpatium, & alium ſub illa & tertiã ſuper pectẽ, vt ad veſicã lapis trahatur, & cõminuentur vt tibi videt̃. Item cõſtrictio fiat ſupra alchatim, & pecten. vt elargent̃ viæ deſuper & ſit fortis. Itẽ introducas ſternutationes fortes. Itẽ motus fortes, vt deſcẽdere per gradus ſcalarum motu forti, agitatio, ſaltus ſuper uno pede factus, aut ſi eſt vir equitare equum male ſuccuſſantem. Item introducas retentionẽ anhelitus fortem. Item fricationes ilиorum ad inferiora. Item clamores fortes. Item cõpreſsiones fortes ſupra ſe factas & ſuper rẽ durã vt ſuper caput tabulæ groſſæ, aut capſæ. Q. ſi iſta non conferunt pone patientem in balneo facto ex malua, althæa, parietaria, camomilla, & hmõi. vſq; ad zonã vel infra, & poſt exitum dabis ex cõminutiuis lapidis. ut infra de quo balneo habuiſti. ſupra in rub. pręcedenti. & in ibi.

Et ne te in longum amplius protraham ex parte medicinarum ſimplicium & cõpoſitarum in caſu noſtro valentium eas ſic deſcribam ſi prius ſatisfecero de cantaridibus vt dimiſſum eſt. pro nunc tantum dico ꝙ cantarides ſunt fortiter prouocatiuæ, & experiẽtiam vidi. ſed eius vſus eſt periculoſus & Gentilis conſulit vt eis non vtatur. excoriant enim ueſicam. Quòd ſi vti uolueris abſcinde caput & alas & cum eis pone correctiuum & dentur in quantitate temperata. ſed conſulo non utatur.

Medicinæ ſimplices lapidem cõminuentes, ſiue frangentes ſunt Radix coſti, Bdellũ, Radix lauri, & cortex radicis eius, Cicer nigrum, & ꝓprie aqua eius qñ. ſ. ſit leuis decoctio. nam ſi multum decoquat̃ cicer amittit virtutẽ

diureticam,& efficitur aqua ſtyptica non prouocatiua. Nucleus ceraſi,& proprie ſylueſtris,& domeſtici eſt vſualis. Squilla acetum eius, Balſamum, ſiue oleum eius,& eſt forte in hac cura. dantur quatuor guttæ cum vino ribolleo. ut verbi gratia cū quatuor cocleaaribus eius. & eſt ꝓ magnatibus, Carpobalſamū, Xylobalſamū in puluere. vt uerbi gratia. ʒ. ij. de his cum vino ualet ſimil' cum vino ad quātitatem. ʒ. j. ſ. Radix cucumeris aſinini, Scolopendria, Saxifragia, Aqua radicis cardi, Apium, Daucus, Semen cannabis, Radix pentaphilon, aqua eius, Radix ſparagorum, Camepiteos, Polium, Semen raphani, Ruta agreſtis, Semen agreſte,& eſt forte. vt ſupra. Ex ea fortibus eſt lapis iudaicus, Pulegiū, Camepitheos. Aui.& fortiora ſunt cineres ſcorpionum, & oleum eorum de quo dari poſſet vt exiſtimo vt de balſamo dictum eſt. nunquā tamē dedi. & hortatur

Scorpiones vri ad cinerem reducant.

Gentilis ꝙ non detur. de cinere eius conſidera. ſcorpiones adurantur ſ. auiter in vaſe vitreo linito luto ſapiētiæ in furno dimittendo eos vna die naturali ita ꝙ non veniant ad ſummum aduſtionis. Cinis leporis decolati & cum tota pelle aduſti. vt de ſcorpionibus dictum eſt. doſis eſt à. ʒ. ij. cum aqua aliqua diuretica eſt medicamen forte & maxime ſi prius ſubmergatur in aceto.& dicit Mundinus ꝙ frangit ſuper omnia. Item eſt & etiā fortis aqua ſublimationis leporis,& valet in vtroq; lapide veſicę, ſcilicet & renum. Itē lumbrici terreſtres exiccati. vt ſupra & oleum in quo bullierunt. Itē vitrum vſtum. vt ſupra. Lapis lyncis, Lapis ſpongiæ,& eſt de fortibus. Auic.& mirabiliter operatur & hoc à forma. Sanguis hirci præparati ſm artē, vide hoc loco Aui.& eſt mirabilis. Sed hic aduerte quod eſt horribilis odoris & ſaporis, vnde inuoluatur in ſcaleis ſiue nebulis zuccharatis,& ſumitur ex hirco quatuor annorū nutrito ex herbis diureticis, & debet eſſe non primus nec vltimus, Sanguis hirci præparati, quia. iiij. annorum calidior, & ſimiliter ſanguis medius,& ideo fortior, Cinis corticū ouorum poſtquā euacuata ſunt à pullis mirabiliter. Item à proprietate & mirabiliter. cauda tremulæ auis cruda comeſta melior valet & aſſata, elixa, ſalita. Item pulueriza ta vt de ſcorpionibus dictum eſt & poſita cum aliqua ex aquis diureticis. Item valet & potenter lapis natus in renibus pulueriſatus & bibitus cum vino ſubtili albo, & eſt vſuale. Item & mirandum & eſt probatum. fac rotulas de radice raphani decem vel plures, & pone in vino albo per noctē mane bibatur ieiuno ſtomacho, aut ſero donec lapis exeat. probatum, nam pone in vino iſto lapidem, & videbis eum cito frāgi. quidam dant vinum decoctionis eius & exiſtimo ꝙ etiā valet, gūmi ceraſorum prunorum potenter frangit. In capite limaciæ reperitur lapis qui tritus & in potu datus cum vino ſtatim mingere facit lapidem & eſt probatum.& ſi non inuenis vnam magnā congrega ex pluribus paruis.

Ex cōpoſitis vſualibus. Electuariū ducis Nic. Philoantrophos Nic. Iuſtinum. Litontripon Nic. datur de eis vſq; ad. ʒ. ij. cum vino vel aqua calida actu aperitiua vel lapidis cōminutiua ſero vel mane qn̄ expedit ſtomacho ieiuno. Item cōmēdatur mithridatum, et eſt vſuale, et efficax. et detur de eo vſq; ad. ʒ. ij. cum vino ſubtili, et ſint ſtomachus et hepar expedita à ſuis digeſtionibus. Syr. ad hoc ℞. ſcolopendriæ, et capillorum ven. tribuli marini, pimpinellæ, milei ſol. leuiſtici, endiuiæ. ana. M. j. radicum ſparagi, bruſci, petroſ. raphani, graminis: ana. ℥. j. ſeminum ſiſeleos, altheæ, fœnugręc. ſeminum aniſi. ana. ℥. ſ. ſeminū cōmuniū. ℥. j. liquiritiæ mundatę, paſſularum mundatarū. ana. ℥. j. cicerum rub. M. j. ſpicæ nardi. ʒ. ij. aceti ſquillitici. ℥. ij. mellis electi, zucchari. ana. lib. j. fiat ſy. de quo dent. ℥. ij. ꝑ vice cū. ℥. iij. aq̄ raphani. ad idē aq̄ ſublimationis. cattami marini dicti herba ſancti petri. Ad idē optimū, et ualet et in lapidē veſicę frāgēdo. ℞. ʒ. ij. pulue. ſecūdinę optime exiccatę, et da mane et ſero cū vino albo optime quātitatis. ℥. iij. Itē poteris ordinare trageā ex ſeminibus dictis, ga

Cattamus marinus, uulgo herba ſancti petri.

cōibus amygdalis amaris, nucleis perſicoꝝ, ceraſoꝝ, milei ſolis.& hmōi. cum quātitate zucchari cōuenienti, & in forma ſolida vt placebit. Ad idē. ℞. lac extractum ex nucleis perſicorum,& ceraſoꝝ,& amyg. ama. etiam da cum decoctione ſaxifragiæ,& milei ſol. Aliud ad idem. ℞. ſeminum geneſtrę, lapidis ſpongiæ, lapidis bois, apij. ana. ℥. ij. ſaxifragiæ, milei ſol. ana. M. ſ. infundantur per noctem in vino albo ſubtili, & ſublimetur deinde. de quo det ab. ℥. j. vſque ad. iij. ieiuno ſtomacho actu calido. Aliud. ℞. baccas hederæ & decoque in aqua & calidā da bibere. & valet etiā in lapide veſicæ. Ad idem. ℞. gramē. agrimoniam, camedreos, ſaxifragiā, ameleos, auellanæ, tritos, & pulueriſatos decoquſi in aqua. da in ſero cum canone ad hoc &, ſupra dormiare poteſt. Ad idem mirabile & eos ſi potes vtere. ℞. ſanguis hirci, myrrhæ. ana. cōfice cū oleo balſami etiā doſis eſt. ʒ. ij & hoc eſt quod Auic. hoc loco vocauit manus Dei. Aliud ad idē Aui. ℞. cineris vitri, cineris ſcorpionis, cineris radicis caulis nabati, vel nō tranſplantati, cineris lapidis ſpongiæ, leporis, ſanguis hirci exiccati et cōtriti, cineris corticum ouorum à quibus egreſſi ſunt pulli, lapidis iudaici, gummi nucis, acori. ana. partes æquales petroſi. dauci, pulegij, gummi arabici, ſeminis altheæ, piperis oium. ana. par. j. ſ. cōficiantur cum melle, et conſeruent, et dent de eo. ʒ. ij. cū aqua tribuloꝝ decoctoꝝ cū ciceribus nigris, et valet etiā lapidi veſicæ. et eſt de expertis Aui. Ad idē expertū. ℞. ſeminū geneſtrę pulueriſatę. ʒ. ij. dent cū aqua fœniculi dulcoratā cum mel. ro. et eſt efficax ieiuno ſtomacho. Ad idē. ℞. ſeminū geneſtræ, ʒ. iij. ſemi. ſaxifragię,& eſt efficax. Multa enim per te cōponere poteris ex datis.& aliqua iterū recitabo in dicendis.

Manus Dei, auicennæ.

C V R A. Viſa itaq; ſic cura lapidis renū in genere cōueniens ſic iudicaui. vt cū ipſe lapis differentias multas capiat ex parte loci. motus,& tp̄is ſui eſſe. ut ſupra magis particulariter de eo dici debere. Nā hic ita hoīes affligere conſueuit,& quaſi oēs. vt ſupra quod eius ꝓlixa narratio non faſtidire poſſit. Lapis itaq; aliqn̄ eſt in renibus, qn̄q; in urijs inter renes & veſicā, quis in poris vritidibus non nunq̄; in collo veſicę, aut in virga ipſa. Qn̄ autē eſt in renibus adminiſtra dięta. vt ſupra. Deinde euā cum caſia,& bn̄dicta materias in vrijs ductuū exiſtētes. aut cū clyſtere lenitiuo, & uiatū elargatiuo, qđ ſit magis vnctuoſum q̄ aquoſum, & illud reitera vt videbitur expedire. Deinde applica renibus. vt ſupra fomētationes, vnctiones ex oleo de ſpica, camomillino, anethino, liliorū alb. de ſem. lini. & hmōi. aut emplaſtrū ex malua, althea, farina ſem. lini, fœnugr. anetho mixto cum oleis p̄dictis,& mucillaginibus altheæ, fœnugrę &c. Deinde exhibe ex dictis cōminutiuū. ac fractiuū lapidis cum canone ſuo, qa ſtomacho & hepate vacuis exiſtentibus. Q. ſi non conferunt aut reitera q̄ dicta ſunt. & aliud fortius cōminutiuum dabis, de qbus ſtatim. Q. ſi nō fac balneum ex aperitiuis mollificatiuis,& doloꝝ ſedatiuis. vt ſunt althea, anethum, camomilla, fœnugræ. ſemen lini, meliloti, radices fœniculi, petroſillij, parietariæ, dauci, camepitheos, milei ſol. cicoreæ, endiuiæ, cicer ſacerdotalis. ſaxifragiæ & hmōi poſt qđ in eius exitu dabis cōminutiuū. vt ſupra nā balneū eſt quid ſingulare in caſu iſto. qn̄ infirmus eſt fortis & nō aliter: qm̄ vbi eſſet debilis maius fortaſſe ſequeretur nocumentū quia debilitas virtutis expulſiuæ in expellendo, quod ſi fuerit debilis appone loco balnei ſpongias aut filtrū in aqua balnei prius infuſum & expſſum applica,& calidum cōuenienter, & p̄dicta oīa cōſimilr ſeruabis lapide exiſtēte in vrijs, aut in collo veſicę, aut in virga. Cōminutiuum lapidis. ℞. iuſtini. ʒ. j. lapidis iudaici. lyncis, ſpōgiæ. ana. gra. ſex. milei ſol. gra. x. cinnamomi. gra. iiij.& cum vino aromati. ſubtili vt ribelo detur. Aliud fortius. ℞. litontripon. ʒ. j. ſ. lapidis lyncis, iudaici, ſpongiæ. ana. ℈. ſ. milei ſol. grana. v. cinnamomi grana. iiij. aquarū ſaxifragiæ, ſparagorū. ana. ℥. j. ſ. pulueriza & det. vt ſupra. Ad idē lac factū de ſemine milei ſol.

probatum

probatum eſt. Qñ uero lapis ſtabit fixus & nõ mouebiť, tunc ſi eſt io renibus applica iuxta renes ventoſam, & aliã circa ilium, & aliã ad pectẽ tortuoſe. ſ. vt trahať ad veſicã. Item operare ſi quieſcit in vijs medijs. Itẽ iniungas ſternutationes, motus fortes, & alia. vt ſupra dictum eſt in generali de eo. Et nota ꝙ hoc caſu & eo tpe cõminutiua, aperitiua calida ſunt ſuſpecta. quare cõuenientius dabuntur quę à ꝓprietate agunt, & non à qualitate quæ non erunt exceſſiue calida. & tu elige. Sc͞do ꝙ talia non fiant niſi prius p̄ceſſerint quæ dicta ſunt ex enematibus, fomentis, emplaſtris. balneis, & hmõi mollificãtibus, & elargantibus viã.

Q. ſi fuerit ſtans in collo veſicæ, & ꝓhibeat vrinæ exitum tunc patiens ponať cum capite depreſſo, & eleuentur crura, ſiue anchæ & cõcutiatur, vt lapis in veſicã deſcendat. item manibus cõprimatur pecten expellẽdo lapidem ad inferiora. Itẽ introducatur vomitus fortis. & eſt hoc caſu multum cõueniens & ipſum ſi poteſt facias. item imponitur ſiringa cum aqua expellatur ad intra. itẽ deinde injciantur ex dictis cõminutiuis lapidem renum cum lacte, aut aqua raphani. itẽ & cõfert ſi icuruetur ſuper genua ſua & membra oĩa curuet. Itẽ ad hoc facit intromiſſio digiti in anum & cum eo lapidẽ mouẽdo. Si vero fuerit in virga retentus & ſpereť eius exitus tunc qñq; ſufficit maxime qñ eſt paruus ſola ſuctio facta cũ ore. Q. ſi fuerit magnus tunc per ſiringam injcias olea mollificatiua anodina. vt ſupra pro qua via elargetur. aut ſi patiẽs eſt fortis ponatur in balneo. & eſt balneum cõferens ex dictis rebus. deinde cũ manu inuncta ex oleis dictis fiat exp̄ſſio leuis qua moueatur lapis ad extra. Itẽ ponať virga in aqua calida decoctionis maluæ, violarũ, olei violati, mucillaginis altheæ, ſeminis lini & hmõi. & fricetur locus vice vna poſt aliam & memorare facere clyſteria lenitiua vnctuoſa magis. vt ſupra & ꝙ à fæcibus, & alijs ſuperfluitatibus inteſtina retineãtur munda. Itẽ introducas fortes, ac frequentes ſternutationes. vt ſupra. Item ad hoc maxime cõfert oleũ in quo ebulliti ſunt cimices multi cõtriti ſi in eo plus q̃ tepido in vaſe aliquo exiſtente virga teneatur, immo creditur ꝙ etiã hoc modo iã egredietur ueſica. Item cimices ipſi contriti, & in foramine virgæ poſiti idẽ operanť. Et nota hic tres canones. Primus ꝙ nõ intromittantur inſtrumenta in virga niſi prius facta mollificatione cum balneis, emplaſtris, vnctionibus, & huiuſmodi. Sc͞dus ꝙ vbi ſunt apoſtemata nõ intromittas ea. Tertius & ſępe memoratus ꝙ à facilioribus inchoandum. Poſtremo qñ alia non cõferunt oportet ſcindere virgam cum aliquo inſtrumẽto. ſed ſis cautus primo ligare virga ſuper petrã verſus pectẽ ne rediret ad collum veſicæ & in vanum laboraſſes, & infra ipſum anteqũ liges trahes cutẽ, & bene ad ſuperiora verſus pectem vt cum redeat cutis vulnus cooperiatur. conſidera. & poſtea cõſolida locum cum maſtice bono, & albumine oui. Quòd ſi fuerit in motu iuuant fomentationes, ſternutationes & ſimilia de quibus ſupra & paulo ante actum eſt.

Cimicũ oleum.

Ex tempore ſui eſſe, quia aut eſt incipiens, aut confirmatus, cura incipiẽtis eſt eadẽ cum cura præſeruatiua, & illa iam poſita eſt in præcedenti rub. & tu ibi. Cura vero cõfirmati fit per ordinationẽ diætæ. vt ſupra euonem factã per pharmaciam, clyſter, phlebotomiã, per vomitum, & hmõi. vt ſupra. Itẽ per medicinas frangẽtes lapidem p̄emittendo anodina mollificatiua, aperitiua, elargatius ex balneis, emplaſtris, fomentationibus, vnctionibus, & hmõi. Item per agitationes & motus factos laborioſe per ſcalas, & equitando, vt ſupra, & ſatis clare poſitũ eſt. Et hic nota etiam pro præcedentibus ꝙ ex eiſdem rebus fieri poſſunt confectiones ſolidæ, vt de electuarijs exemplificatum eſt. & nunc quidam vtuntur litontripon in forma ſolida.

C V R A autẽ eius qui eſt ex apẽte calido ꝓcedať. primo curando apa ipm ꝙ eſt cauſa lapidis faciendo phlebotomiã & adminiſtrãdo frigida actu & potentia in principio. deinde ad alia vt ſupra de eo. Ex emplaſtris, unctionibus, vnguẽtis, clyſterijs, & hmõi. vt exigit tps ipſius apatis. Q. ſi fuerit ex apate facto, tunc adminiſtrẽtur quę ſunt calida & humida. mucillagines ſeminis altheæ, fœnugræci, ſeminis lini, camomilla, melilotum, anethum. & hmõi, permiſcẽdo hæc cũ frigidis vt exigit tẽpus morbi. & hoc aut p clyſter imponẽdo, aut dando per os, aut emplaſtrãdo, aut epithemando. aut vngendo & hmõi. Et conferunt amoniacum, bdellium, & hmõi. mollificatiua, diaquilon, etiã cum pinguedinibus, & hmõi. vt ſupra de apate duro ipſorum. et tu ibi. Poſtremo quãm ad curã addo electuariũ mihi ſatis in caſu noſtro efficaciſſimũ. ℞. cineris ſcorpionis. ʒ. ij. cantaridarũ abſciſis capitibus et alijs. ʒ. j. ſanguinis hirci exiccati. ℥. ij. cineris vitri, caulis non trãſplantati, cineris leporis, cineris caudę tremulæ, cineris corticũ ouorum à quibus egreſſi ſunt pulli. ana. ʒ. iij. lapidis iudaici, lapidis inuenti in felle bouis, lapidis ſpongię, piperis, dauci, carui, ſeminis altheæ, gummi arabici, ſeminis ſaxifragiæ, milii ſol. ſiſeleos, carpobalſami, xylobalſami, ſpicę nardi, capilis ven. quatuor ſe. frigidorum. ana. ℥. j. cõficianť cũ melle ro. doſ. ẽ. ʒ. ij. vſq; ad tres mane et ſero cum aqua decoctionis cicerũ, et tribulorum marinorum. Nec quiſquã me redarguat de prolixitate habita in hac materia. qm̃ accidens ipm. ita mihi permoleſtiſſimum viſum eſt vt arbitrauerim neminẽ eſſe poſſe in eius cura plus q̃ copioſum. Deo laus ſemp. Nota vltimo ꝙ Aui. de dislocatiõe renũ hic mẽtionẽ nõ facit. voluit. n. p ea q̃ diceť de dislocatiõe veſicę ibi ſatisfactũ eſſe quantũ ad hoc, et tu ibi ſi placet.

## De apoſtemate renum. Rubrica. VII.

APoſtema renũ eſt collectio materiæ io eis ſanguineæ. ſ. aut cholericæ, aut phlegmaticæ, aut melancholicę, aut ex his mixtę. quæ qdẽ ſiue à toto, ſiue à mẽbro ipſis cõicante tranſmittiť, aut ſequiť vrinæ multæ replentis retentionẽ. aut ex lapide, & hmõi. excoriationẽ. Cauſæ autẽ primitiuæ recitatæ ſunt ſupra de p̄ſeruatione, aut pñt eſſe cauſę apatis, & tu ibi, ſed inter alias hic memorat Aui. ſtricturã lũbarẽ, qua iuuenes noſtri multum delectanť et male. nã cauſando dolorẽ cauſa apatis eſſe poteriẽ cõſidera. Et ſicut diuerſificanť apata renum ex parte cauſarum, ita ex parte loci, & ex parte terminationis ipſorum.

Ex parte quidẽ loci, qm̃ quidã ipſorum fiunt io ambobus renibus quædã in altero eorum tm̃, & horum quoddã magis declinat ad latus cõcauitatis eorum, quoddã ad latus panniculi velãtis eos, & quoddã ad partẽ meatus emunctorij, quia pororum vrinidum, & quoddã ad meatum qui eſt ſuperius uerſus emulgẽtes, & quoddã ad partẽ dorſi. Ex parte terminationis. Qm̃ quędã inſenſibilr reſoluunť quædã ad ſanationẽ veniunt. Et hæc terminãtur qñq; per vrinam, qñq; per seceſſum. nã qñ rumpiť apa, & eſt cõicans poris vrinidibus, tunc cum vrina ad extra pelliť, qñ vero rũpiť ſuper renes verſus emulgẽtes tunc ſanies qñq; per ipſas hepar ingrediť vſq; ad gibbum, deinde à gibbo ad meſaraicas & de ipſis ad inteſtina, & hæc eſt mala terminatio cõparatione primæ. quia fit per trãſitum ad membrũ nobile quo ipm multum nocetur, & tu cõſidera. Itẽ aliqñ expellitur materia iſta ſanioſa ad cõcauitatem aliquã, unde indigereť apertione quẽadmodũ in alijs fit apatibus. Et pro dictis & ſequẽtibus nota ꝙ apata renum faciliter in lapidẽ cõuertuntur, calida facilius rõne agẽtis cauſę, frigida vero facilius rõne materiæ. ſed abſolute frigida ſunt ad hoc aptiora. Et ordo quẽ addo in ipſis ſit iſte. vt Gentil. Nã primo phlegmaticũ, deinde melancholicũ. tertio ſanguineũ. quarto cholericũ. raro tñ eſt ꝙ calida ad petrificationem deueniãt, et calida cholerica plurimũ accidũt iuuenibus et pueris ſanguinea, & frigida ſenibus, ac mulieribus. Nota ſc͞do. ꝙ qñ cũ apate calido renũ erit febris, & alienatio q̃ cõtiget magnitudine apatis, cuius ſignũ cõtinuatio, & magnificatio fe. & cũ his erit nigredo linguę, dolor capitis, & hmõi, tũc tale erit mortale, ꝙ ſi ſigna appuerit digõnis &

alia bona, tunc ſperandum erit de ſalute. Nota tertio ꝙ in ap̄ate renum egredit̃ quãq; pinguedo, quãq; pilus rubeus ad magnitudinẽ palmi. Pinguedo autẽ renalis in ſuperficie vrinæ apparet, ꝙ ſi fuerit pinguedo à ſubſtantia membroꝝ veniẽs, ut in hectica, tunc illa erit cõmixta cũ ſubſtãtia ipſius vrinę. vnde videbit̃ pinguoſa tota. Et quidã curioſi implẽt vrinale aqua calida. Q. ſi in ſupficie natabit pinguedo, tunc à renibus iudicat̃, ſi nõ à mẽbris, et qñ cum à renibus venit modico tpe ſtetit cũ vrina. & ideo nõ potuit fortiter cõmiſceri, qđ ſecus contingit qñ à mẽbris venit. & eſt ꝓportionabile ei ꝙ dictum eſt de dyſenteria qñ venit à ſuperioribus, & qñ ab inferioribus inteſtinis. & ibi. Pilus generat̃ rubeus ſequens colorẽ renum, & eorum cõplexionẽ, & longus dato ꝙ ipſi nõ ſint longi, quia trãſit per meatus, ſiue anfractus eoꝝ per quos bene poterit elongari, ſiue longus generari, vt in alijs locis. Quarto ſcito ꝙ calida cito ad duritiẽ veniunt propter fortẽ reſolutionẽ qua ſubtile reſoluit̃. & hoc voluit Auic. a vtij. tertij. vbi de his. Et ſcito vltimo ꝙ ap̄ata renum dura ſunt ad ſanandum, & qñ prolongantur curam non recipiunt. extenuant corpora, & ad ſpaſmum ducunt. & ideo in eorum cura feſtinabis. Itẽ frequenter cadunt in ea patientes cum prolongantur in hydropem propter minorationẽ vrinæ, & conuerſionem ad locum vacuum. vt ſupra de hydrope.

S I G N A demonſtratiua ap̄ata calidi ſunt febris inſeparabilis, & maxime qñ eſt ex multa materia, ex pauca autẽ nõ neceſſario fit q̃ quod febris inducit motus cõcuſſiuos. ut accidit in quartana ꝓpter uapores qui à renibus eleuantur ſpondilibus cõtiatos. Et eſt dolor magnus, grauatiuus, inſeparabilis, extenſus ad ſuperiora & inferiora cum cõſtrictione vẽtris, & maxime qñ eſt verſus cõcauum, & dum eſt magnũ impedit̃ trãſitus vrinę. Et locus eſt ad tactũ calidus. Et adeſt ſitis vehemens. Abominatio. Vomitus cholerę. Malitia anhelitus. Et alienatio, & maxime qñ eſt veniẽs per cõpaſsionẽ ad ſuperiora. Et eſt vrina ſubtilis cum igneitate, cum colore faciei tendentis ad citrinum.

Q. ſi fuerit ex ſanguine febris erit minor, & vrina groſſior, rubicunda cum colore, faciei rubedo. Cum venit ad collectionẽ dolor, & feb. augentur. Poſt autẽ eruptionem eius remittunt̃ accidẽtia. iuxta illud Senis circa generationem ſaniei, & tunc vrina fit ſpiſſa ſanioſa. Q. ſi bona fuerit eruptio procedent accidentia minorando. ſi vero mala peiorando. Et eſt feb. in ap̄ate calido cum rigore & frigiditate extremoꝝ & proprie manuum, & pedum, & eſt in lumbis ardor à latere renis infirmi, & ſunt egeſtiones cholericæ, in eoq; vt dictum eſt accidit ſtranguria.

Signa frigidi ſunt grauitas in lũbis, & cõfinibus ilioꝝ extẽſio. & cum his eſt quãq; mollities faciei, oculoꝝ, & totius vt accidit cachecticis cum defectu ſignorũ calidi & duri. Et apparẽt ſigna phlegmatis ex parte aliorũ vt puta ex parte vrinę, & egẽſtionum. Itẽ ex parte regiminis. Et ad hoc facit ætas, cõplexio, habitudo, & qa ocioſe degit & hmõi. Q. ſi fuerit melancholicũ vrina erit glauca cum extenuatione mẽbroꝝ inferiorũ & cum eoꝝ ſtupore & cum reliquis q̃ demonſtrant multiplicationẽ humoris melancholici, vt ſunt egeſtiones, regimen, cõplexio, color faciei, & hmõi.

Signa ſi talia ap̄ata fiẽt per viam defluxus fiẽt ſubito & eoꝝ accidẽtia dicta ſubito apparebũt & in toto vel parte ꝓcedent ſigna repletionis. ſed rõne debilitatis partis tñ.

Signa. Q. ſi cõtigerit in rene dextro facilius iacebit ſup latus dextrũ q̃ ſiniſtrũ, immo cum iacebit ſuper ſiniſtrũ ſentiet vt pondus ſuſpẽſum. Et ecõtra ſi fuerit in ſiniſtro.

Et ſi dolor extendit̃ verſus hepar. eſt etiã ſignum ꝙ eſt in dextro. ꝙ ſi extendit̃ ad partem veſicæ ſignum ꝙ eſt in ſiniſtro. & ſi ad vtrãq; partẽ declinauerit ſignum ꝙ eſt in vtroq;. Cumq; ap̄a fuerit in ſuſpenſorio, & pãniculo velante, tunc dolor fit acutus, & patiens clamat, nec põt ſtare in vno loco, & augetur grauedo prohibens erectionẽ, & ſternutationẽ, & tuſsim. & qñ reſupinat̃, fit dolor leuior. & cum iacet ſuper ventrẽ auget̃, & propterea quia ſuſpendit renẽ. Q. ſi fuerit in ſubſtãtia renum eſt grauitas cum pondere maior q̃ dolor, quia renes ſunt pauci ſenſus. Renes pauci ſenſus.

Signa ap̄atis duri grauitas vehemens in renibus percepta cum qua non eſt dolor de quo ſit curandũ, niſi qñ fieret ſucceſsioni calidi in quo reſeruatæ eſſent aliquæ partes calidæ. & per illas in eius motu dolor cauſaretur. Item eſt tenuitas pſidum quia prohibetur eorũ nutrimentum ꝓpter cõitatem ſtupor ambarum ancharũ cõicata frigiditate eis ab ap̄ate. Itẽ & crura ipſa ambo ſtupefiunt ꝓpter frigiditatem cõicatam, & extenuãtur inferiora, quia per ap̄a prohibetur tranſitus nutrimenti, & etiam debilitatur virtus ab eo. Item vrina eſt pauca, quia renes debilitati paucam trahunt aquoſitatem, & eſt ſignum cõmune. Item eſt tenuis propter oppilationẽ. vt ſupra & hæc egritudo multotiens producit ad hydropem.

P R O G N O S T I C A quãdo ap̄a renum terminat̃ per viam vrinæ bonum, & ſi per viam ſeceſſus malũ, nã tunc oportet per hepar trãſire, & per meſaraicas ad inteſtina. qñ autẽ terminatur ad locum cõcauum, & venit ad locũ qui aperiri poteſt per phlebotomiã minus malũ. vñ multotiẽs eſt aliqđ caput ap̄atis ad exteriora decliue. q̃re per ſe rumpit̃ ad exteriora. vt Aui. eſt q̃minus malũ. Qñ ap̄a calidũ eſt in rene cum febre, deinde accidit permixtio rõnis ꝓpter ipſum ap̄a cõicari velamini eſt ſignũ mortis.

Ap̄ata renum velociter cõuertunt̃ ad lapidem. Quãdo ægritudo trãſit primos dies cum criſi laudabili, & apparentia vrinæ groſſæ, & ſedimine multo exhibitis q̃ conueniunt facile curatur. ꝙ ſi vrina fuerit ſubtilis, clara, aquoſa tunc facile curatur, & cõitate ꝓlongat̃ ægritudo, & in ſclirosim cõuertitur, vel ad cancrum. Ap̄ata dura vt plurimũ ſunt ex melancholia. & ad vltimũ perueniunt ad collectionẽ ſaniei, & virus, & in lapidẽ cõuertunt̃. Omne ap̄a renũ aut reſoluit̃. aut collectionẽ facit. aut induratur, & eſt peius. Qñ ap̄ata renum prolõgant̃, & indurant̃ non recipiunt curã, & corpus tandẽ ad hecticã, et mortẽ perducũt.

Qñ vrina perſeuerat alba indicat duritiẽ futurã, & dubellati, & cũ perſeuerat alba viſcoſa eſt malũ ſignum. & ſi eſt rubea & ſedimen laudabile, tunc ap̄a digerit̃. Quãdo ap̄a rumpit̃ tunc accidit tremor, rigor, & feb. & ſanies veniens ab apoſtemate rupto eſt cum vrina multũ mixta. ꝙ ſi ex veſica nõ ſic eſt mixta, & in fundo reſidet, quæ quidẽ ſanies ſi fuerit alba leuis non fœtida. ſic cum vrina exiẽs erit bonum ſignũ, & melius q̃ eſſe poſsit. Q. ſi cõtrarium acciderit cõtrarium iudica, & maxime qñ accidentia nõ vident̃ minorari multũ. Apoſtemata renum ſequunt̃ durities, lapideitas, hydrops, &c. & breuiter quando vrina eſt multa cum bona reſidentia, & ſanie alba æquali ſine fœtore cum mitigatione feb. & accidẽtium bonũ, & ſignũ curationis. Q. ſi fuerit vrina globoſa, cum ſanie, fœtida, & ſubtili. & nõ cum alleuiatione feb. & accidẽtium, tunc eſt ſignum mortis. Et qñ ægritudo prolõgatur, & vrina eſt alba, & tenuis, & ſic perſeuerat ſignũ incurationis. Apoſtemata illarũ partiũ in corporibus macilentis ſunt valde periculoſa, quia in eis deficit calor & humiditas ad digerendum. Ap̄ata talia in ſenibus ſunt dura ad curandum.

C V R A. Canones vero diuerſificant̃ ſm diuerſitatẽ diſpoſitionis ap̄atum. qm̃ alij ſunt attendendi, quãdo ſcilicet ap̄a eſt in principio nõdum ſanatum. & alij qñ ſanatum eſt. In principio itaq; ap̄atis renum hi ſunt obſeruãdi canones. Primus ordinatio diætæ. Scđs eſt diuerſio & eũo cauſæ antecedentis. Tertius eſt alteratio malæ qualitatis renibus ipſis ab ipſa materia cõitatę. Quartus eſt adminiſtratio diuerſorum medicaminum in diuerſis temporibus apoſtematum. Quintus eſt accidentium correctio.

E T I N I T I V M faciens à calidis vt ducem ſequar tãquã ab eis q̃ vt frequẽtius euenũt de ſanguineo primo dicere arbitratus ſum, in cuius cura in principio ordinet̃ dieta ad cõtrariũ cauſæ. vt ſupra ſæpe de doloribus ex

sanguine

ſanguine. vt de ſoda ſanguinea,& hmõi.Nã frigida conueniũt & humida,vt.iij.trac.& iu ibi. Et hic ſcito q dato q ſemina frida vt ſic cõuenirẽt, tñ qa ꝓuocatiua, & ductiua materierũ ad locũ nõ ſunt adminiſtrãda maxime añ digeſtionẽ,& eũonem,quia timeẽ de augmẽto apatis. vbi autẽ medicus ſecurus eſſet de paucitate materiæ ſecus eſſet. ſed qa nõ hæſitat in princ.multã adeſſe materiã,& hoc voluit Aui.dũ inquit. Et nõ des in potu ſemina,& pilulas q ex eis ſunt & ꝓprie corpore nõ mũdificato. poſt autẽ digõnem & eũationẽ da ptiſanã cũ ſeminibus frigidis, & alia diuretica frida. Itẽ in principio euiteẽ vinum etiã lymphatum & aqua frigida.de qua in complemento ſequentis canonis.

S E C V N D V S compleẽ phlebotomia ſiue fuerit ſanguis groſſus ſiue cholericus ſubtilis. Nam fac imediate phlebotomiã ex baſilica eiuſdẽ partis, & qdã imediate faciunt ex dextra, vt ex fonte eũent. & ſi plenitudo fuerit magna & accidẽtia infeſtauerint poteris facere de ſaphena exteriori eiuſdẽ lateris. verum eſt q laudaẽ ab Auic. & alija phlebotomia venę q eſt ſub lite. ſed nõ eſt in vſu, & cum difficultate repeſiẽ.& ideo vt Gẽtil.nõ ꝓrumpas ad eam.

Itẽ ſi nõ põt fieri phlebotomia applicenẽ vẽtoſæ cũ ſcarificatione in natibus aut circa ſpatulas. vt videbiẽ decenter.aut ſanguiſugas.nã ipſe etiã cõferunt etiã potenter hęmorrhoidibus venis applicatę: vt infra. Scd'o cõpletur cum eũone humorꝫ qui peccãt cum ſanguine in tali caſu q ſunt vt plurimũ calidi cholerici.qui eũari debẽt cũ medicinis lenitiuis. vt ſunt caſia cũ aqua caſei, aut thamarindis, aut cum prunis mãna,& hmõi.& non cũ medicinis fortibus vt quidã volunt,& male operanẽ eo q per tales materiæ trahunẽ ad locũ renũ. Vnde Aui. Et oportet ne ſolutio ſit laborioſa & fortis,& magnificeẽ nocumentũ ꝓpter humorẽ plurimũ effuſum ad inteſtina vicina renibus,& hæc eũo cõuenientius ſit cũ clyſteribus. Vnde Aui.clyſteria eñi ſunt magis ꝗuenientia ad ipſa cũ fixione virtutis ſuæ, & cũ hoc nõ faciũt deſcẽdere aliqd deſup ſicut deſcẽdere faciũt ea quæ bibunẽ, & ꝓprie ſolutiua. Ex quibus infertur q oportet ipſum clyſter eſſe leue,& non forte. vnde nõ tranſcendas tale quale eſt caſia. Vnde Aui. Et caſia quidem eſt res congrua in curationibus renum manna,benedicta, & huiuſmodi. Infertur ſcd'o q aloes etiã poterit exhiberi cum à remotis non trahat. nam eius virtus ad hepar fortaſſe non perueniẽ.& tu cõſidera. Item cõuenit in hoc caſu vomitus leuiter factus. Et hic nota q ſi res daret inducias,& digeſtio poſſet præcedere euacuationem congruẽtius eſſet,& hoc voluit princeps cũ inquit. & ſi eſt poſſibile vt humor tẽperetur. deinde ſolutione educatur poſt, eſt melius. Clyſteria autem fiant ex maluis,viol.mercurial,bliti,ſpinachijs,oleo viol.caſia,thamarindis, & huiuſmodi. & ſunt frigida & humida. vt de ſoda ſanguinea cholerica. & ſi eges ſtypticis propter fluxum ex roſ.myrto,plantagine,& huiuſmodi.hęc autẽ euacuatio ex clyſteri ſi præcedat phlebotomiã congruentius erit. Itẽ & poſt phlebotomiam reitera vt opportunum erit. Ex potibus remittentibus acuitatẽ ſanguinis ſunt digeſtiua poſita ſupra quarto tract.feruorem ſanguinis remittẽtia, ſed tu bene cõſidera,ne ſint diuretica ſaltem in principio ante euacuationem ea adminiſtrabis. Sed fortaſſe hic quæres qd ſentio in exhibitione aquæ hordei,aut aquæ abſolute in caſu noſtro. Ad hoc reſpondetur primo de aqua hordei, cum Auicẽ.inquit. Et aqua quidem hordei eſt ex eis quibus eſt adhærendum,& oportet vt nullo modo dimittas, ſcilicet eam, & hoc habet verũ maxime in calido ſanguineo, & cholerico. eſt enim infrigidatiua, lauatiua, abſterſiua,& huiuſmodi. & ideo valet vt potus & vt medicina. De aqua vero frigida dicatur tantum q ante digeſtionem & euacuationem materiæ nullo modo regulariter competit eo q materia in loco incurret, & ꝓhibet eius digeſtionem. ſecundo ſua ſubtilitate penetrans ad renes ſecum duceret aliquid de materia faciens ad augmentum ſequens ex eius infrigidatione & humectatione. Dico ſecundo q licet ita ſit tamen coacte. quando ſcilicet magis intendimus ad accidẽs quàm ad cauſam eo q propter inflãmationem reſoluitur infirmus, danda eſt aqua frigida ante digeſtionẽ. & debet dari pauca quãtitas eius munde, & clare pro vice & paulatim deglutiri, & ſi cum ea ponitur aliquid zucchari conuenientior erit,& non tantum prohibebit digeſtionem. paulatim autem & in parua quantitate melius ſitim,& inflãmationem extinguit. vt tertia primi. de regimine aquæ & vini. multa autem ſubito non ſic digeſtionem magis impedit.aqua autem calida,& ſimiliter omne calidum videtur nocere.

Tertius perficiẽ cum frigidis intus & extra applicatis ex potibus,vnguentis,embrochis,emplaſtris,& hmõi. Et ſunt ſolatrum.lactuca,ro.nenuphar,viola,malua, vmbilicus ve. vnguẽtum populeon,oleum ro.myrtinum,ſandali,raſura eboris,folia ſalicis,vitis & hmõi. vt ſupra de debilitate eorũ & de dolore eorum. Et quia ex conſimilibus cõſueuit fieri balneum ſcito q balneũ factum ex his actu calidum nõ cõpetit ante digeſtionẽ & euacuationẽ ꝓpter cãm dictã de ſeminibus.& hoc regulariter. Vbi vero accidens eſſet forte & intenderemus mitigationi eius non inconueniret balnem anodinum de quo in de dolore.

P R O E X P E D I T I O N E quarti attẽde.primo q in principio talis apoſtematis oportet applicare frigida,& ſtyptica intus,& extra quæ materiam repellant & ipſam ad renes deſcendere prohibeant. vnde confert emplaſtrum ex ſandalis.violis.roſ.ſolatri,raſura cucurbitæ, aceto, & aqua roſ. Item & pãnus infuſus in oleo roſ.aceto, & ſucco ſolatri. Item epithemata ex ſpeciebus cerori ſandalini deſcriptione Meſ.cum aqua ſolatri. ro. aceto & huiuſmodi.de quibus ad plenum de apoſtemate calido hepatis ſtomachi.de apoſtematibus calidis capitis et aliorum membrorum. & iu ibi. Et ſcito q epithemata ſunt cõuenientiora cæteris quę ad extra applicanẽ:& ideo plus de ipſis Aui.ꝓpter ſubtilitatẽ eorum.nã facilius penetrãt.

Item aduerte bene hic q qñ applicantur epithemata, aut alia frigida renibus q vitare debemus ſpõdiles ne nucha & ipſi nerui ſua lædantur frigiditate,ſed ſuperponẽ loco q eſt inter coſtas mẽdoſas,& anchã dimiſſis ſpondilibus ad latus,& ſic ſtent cõtinue petię ſic infuſæ frigidę. Item ex bibitis aqua endiuię cũ ſucco berberis granatorꝫ citoniorum. Itẽ oxyzaccara. vinum granatorũ,aqua plantaginis, acetoſæ,& hmõi ſtypticorꝫ. Et hic aduerte ne nimiũ frigidis,& ſtypticis vtaris,ne materia in lapidẽ conuertaẽ ad quẽ proni ſunt ipſi renes. Scd'o vt ſupra in princ.capli q cum danẽ talia potus debẽt eſſe multæ quãtitatis reſpectu potuũ qui danẽ in alijs diſpoſitionibus ꝓpter lõgitudinẽ viæ. vt ſupra de diſpoſitionibus pulmonis. Cõueniũt & q̃maxime clyſteria ex rebus frigidis confecta vt ex decoctione ro.cũ oleo ro.vio.loto.q clyſteria poni debẽt actu frida.nec in eis debet poni ſal,qa ex ipſis q̃rẽ ſimplex alteratio, vndę ex ſimilibus confice vt videbitur expedire.

Trãſacto principio. vt cum augmẽtũ ſucceſſerit, & eſt intẽtio nõ tm̃ ad fluentẽ ſed ad fluxã materiã, oportet cum calidis reſolutiuis,abſterſiuis,mũdificatiuis, & maturatiuis ꝓcedere nõ omittẽdo ut repercuſſiua uincat ad ꝓportionẽ duplã vel circa reſpectu reſolutiuorꝫ. Hęc autẽ reſolutiua,& abſterſiua & hmõi ſunt ſem.lini,fœnugręcũ, althea, camomilla,mellilotũ,ſpica,ameos,aniſum,hypicon,& ſic de alijs calidis tenalib⁹,et anodinis. de qbus i dolore renũ & i prin.cap. Tu itaq in augmẽto hęc cũ repercuſſiuis cõmiſce ad ꝓportionẽ duplã vt dcm̃ eſt. vt uerbi grã.℞.ſolatri roſ.an.M.j.ſandalorꝫ ru.ʒ.ſ.florꝫ camomillę.melliloti. an.M.ſ.ameos.ʒ.ij.bulliãt in aq̃ & poſt leuẽ eorꝫ bullitionẽ infundanẽ petię lineę duplicatę,& tepidę apponãẽ locis dictis,et reiterẽẽ,& ſi addiẽ aliqd aceti melius. Vel.℞.ſucci ſolatri.ſempuiuę.ana.ʒ.iiij.aq̃ ro.ʒ.ij.aceti.℥.j.aq̃ decoctiõis aniſi,anethi,hypicon,ameos,liquiritię,ana.ad libitũ.

ʒ.vj.miſceant̃ & infundant̃ pectiæ,& tepidæ applicent̃. Et ex his cõſimilibus cõfice vnguẽta, emplaſtra & hmõi cũ farina fœnugręci. ſeminis lini,frumẽti,hordei, & hmõi miſcendo ut dictum eſt. Itẽ fac epitemata ex oleis ipſis cum pãno laneo,& vt ſupra epithemata cõuenientia. Et ſicut per exterius applicant̃ hæc ſic adinuicem mixta ſic faciẽ per interius. ſed primo ſis bene ſollicitus q̃ præceſſerit, & cõtinue fiat euacuatio materiæ antecedentis & diuerſio cũ phlebotomia,uentoſ.applicatione ſanguiſugarũ. & hmõi.

Vnde hoc caſu ad intra poterit dari verbi gratia. ℞.emulſionis ſeminum cõium.ʒ.ij.aquæ endiuiæ.ʒ.j.ſ.vini granatorũ.ʒ.ij.miſce. Et cum p̃ceſſeris augmentũ verſus ſtatum magis dari poterit ſyru.de bizantijs cum ſyr.roſ.vt ℞.ſyr.ro.aut de myrto.ʒ.ij.ſyr.de bizantijs.ʒ.ij.aquæ endiuiæ.ʒ.ij.miſce. Sed hic nota q̃ tu debes multum aduertere ad ſubſtantiã humorum, ſi eſt groſſus aut ſubtilis. nã

Canon. ſm hãc varietatem oportebit te moderare ex parte fortiũ & debilium medicaminũ quem canonẽ in memoria tene in oĩbus ſequẽtibus. Tu itaq; in cõfectionibus electuarijs & hmõi cõſimiliter p̃cede. Nam vt ſupra procede etiam cum enematibus rõne euacuationis & alterationis. nã inter alia remedia efficaciora habent̃,et ſemper ſis memor ſi adeſt feb.& intẽſa aut non,quoniam ipſa facit ſic plus aut minus augere proportiones frigidorum ſuper calida.

In ſtatu cum cõſimilibus p̃cedes, vt in de augmento dictum eſt miſcendo frigida cum calidis in æquali proportione,& plus de frigidis ſi ad hoc feruor grãdis ipſius feb. te cõpellit.vt ſupra. Da per interius calida diuretica. mixta cum frigidis ſtypticis augendo p̃portionẽ calidorum ſupra frigida. vt dictum eſt vt ſyru. de radicibus,aut de bizãcijs,aut acetoſum cõpoſitum cum ſyr. de myrto ro.aut oxyzaccarã ſolam aut ea cum vino granatorũ ſucco berberum,& hmõi aquæ plantaginis,aquæ ſolatri,& cæteris frigidis ſtypticis.de quibus copioſe de dyſenteria inteſtinali. Itẽ clyſteria cõſimilis intẽtionis ex oleis ſuccis decoctionibus & hmõi. vt clyſter factum ex oleo ſeminum lini,liliorum alborum, roſ. vio. cum decoctione p̃portionalium ex ſuccis & alijs. de quibus actum eſt.

In declinatione vero ipſius reſolutiuis plus vtere ea intus & extra exhibendo ex quibus ſunt diuretica calida dicta in princ. capit.& anodina de quibus actũ eſt quæ cõmiſce adinuicẽ.vt videbitur expedire.addendo etiã ex frigidis aliquid ſi feruor ſit feb. grauans. Itẽ dabis ſyrupos aperitiuos,& decoctiones aperitiuas,abſterſiuas, mundificatiuas, reſolutiuas fortes, & debiles vt decebit & conſequenter maturatiuas. Itẽ lac cum ſucco fœniculi,quod eſt ſingulare,& emplaſtra, vnguẽta,epithemata applicabis,& clyſteria ex oleis dictis, & expoſitis ſimplicibus ſupra de debilitate renum. & tu cõpone. Et hic nota q̃ aperitiua & mordicatiua, vt piper & hmõi. nõ debent adminiſtrari in apoſtemate renum niſi propter eius magnitudinem, vt natura fortius irritetur,quo caſu ſint miſta cum mollificatiuis,& ſit mollitiuorũ ad ea proportio tripla. & hoc voluit princeps de cura eorum hic. item cõpetunt. Scd'o q̃ñ humor eſt viſcoſus groſſus cuius groſsities & viſcoſitas emẽdari non poterit à debili. p̃pter quod oportet vt medicus curans ea cõſideret ſubſtantiã materiæ. vt ſupra,nam quantitas maior & viſcoſitas & hmõi inducunt diuerſas intentiones in mẽte medici ex parte doſ.ut dando plus aut ex parte fortitudinis medicinæ. Et aduerte vt ſemper à minus acutis incipias. nam acuitas eſt cauſa ſolutionis continui,& augmenti apoſtematis. facta autẽ ipſius reſolutione materiæ ipſa ſana permanebunt. Propter quod aduerte diligẽter omne tuũ ſtudium. omnis tua cura eſſe debet circa reſolutionẽ apoſtematum interiorũ,quæ quidẽ cum fieri non poſſit ſtude ad maturationẽ eo caſu qui nunc dicet̃.

Scd'o. q̃ ſicut variaſti medicinas ſm varietatem temporum,ita te oportet variare diætam,& ſi relegas quæ dicta ſunt ſupra in multis locis de apoſtematibus aliorũ mẽbrorum,& maxime pleur. nõ nocebit,tu itaq; recurre ibi.

Cum autẽ peruentum eſt, vt apa ad maturationẽ, & ſaniationẽ veniat & nõ ad reſolutionẽ, tunc oportet primo vt quãcitius fieri poteſt apa maturetur. nã quãto plus materia ſtat in membro,tãto plus lædit. Scd'o,q̃ quia mala cõplexio eſt aliqñ cauſa ne materia maturet̃, eo q̃ debilitat virtutẽ,debet medicus etiã diligẽter attendere in remouendo eam,aut eam remittẽdo,& cum quibus iam habitũ eſt. Et ex emplaſtris fortibus in maturãdo ſunt ficus elixatæ cum aqua mellis,& qñ fortificatur cum ireos, & qñ fortius cum mezereon. Item ad hoc ſemen lini,amilum, ſquinantum,ſpica,camepitheos,polium, petroſellinũ,etiã ad intra exhibita per inferius aut ſuperius aut ad extra applicata. Ad idẽ maturatiuũ. ℞.farinæ fœnugræci, vel tritici lib. ſ. radicũ altheæ,liliorum alborũ,camomillæ. ana. M.j.radices decoquant̃ &c.& in aqua decoctio. diſſoluantur,adipes anſeris,gallinæ cum oleo liliorum. ana.ʒ.j. fiat emplaſtrum. Aliud Iſaac. ℞.caricarũ albarum,dactylorum pinguiũ. paſſularũ enucleatarũ,radicis altheæ, fœnugræci,ſem.lini.ana.ʒ.j.terantur &c.& cum axungia gallinæ fiat emplaſtrum. Et ex cõſimilibus cõpone vt videbit̃. hæc etiã ad intra ordinari poſſunt cũ clyſtere, & tu te ordina ad ea. Tertio. vt cum peruentũ erit ad ſaniẽ,quod cõprehendet̃ ex pulſationæ cõtinua,& ex doloris & febris mitigatione. iuxta illud Senis. xlvij. Aphor.ij. Sectionis, Dum pus conficit̃ dolores,ac febres accidunt magis,q̃ iã confecto. procede cum aperiẽtibus ipſum apa & cum diureticis fortibus, vt ſunt ſemen agni caſti,& acorus,quibus ineſt proprietas p̃uocandi cum virtute laborioſa, & inter fortiter rũpentia eſt elleborus. Itẽ aqua decoc. caulium,ſerapinum,fœnugrẹcum,parietaria,ireos & hmõi. Aut. ℞. aquæ decoctionis caulių, & limaciarum cum corticibus ſuis, & diſſolue in ea mellis.ʒ.ij.ſerapini.ʒ.ij. fœnugræci.ʒ.j.ſ.parietariæ.ʒ.j.olei irini. ʒ.j.& immitte cum clyſteri. De rumpẽtibus apa ad intra recurre ad ea quæ de apoſtemate hepatis, ſplenis,& aliorum membrorũ dicta ſunt.

Itẽ da eo caſu diuretica fortia,cum modo tamẽ vt ſupra.

Et nota q̃ ſternutatio eſt maxime cõferens in aperiendo apa extrinſecum, & ideo ea vtere. Vnde ſic procede, q̃a primo applica maturantia. deinde in crepuſculo da aperiẽtia ſiue p̃uocantia, vt eſt ſemen agni caſti, acorus & huiuſmodi. Q. ſi non rũpitur adminiſtra clyſteria rumpẽtia ex dictis,& per ſuperius cõſimilia. Deinde apparente ſanie da mundificãtia. facta autẽ apertura quia ſanies apparabit in vrinis, da tunc lauãtia abſtergentia ex aqua mellis, zucchari ro.aqua hordei cũ mel. vel zucch. cum lacte & hmõi. de abſterſiuis in allegatis locis ſm q̃ exigit diſpoſitio, & cõueniunt in hoc maxime ſemina frigida diuretica.

Et facta conuenienti abſterſione per intus per potus ſpecialiter da glutinantia & cõſolidantia ex trochiſcis de charabe, de luto armeno cum lacte uaccino extincto cum chalybe, & alijs conſolidatiuis ſupra de dyſenteria inteſtinali vbi recurre etiam pro abſterſiuis. Item ibi dabis abſterſiua poſt duas horas, vel circa, deinde conglutinatiua, & ſic facies bis in die. Et ſicut actũ & proceſſum eſt de cura eius,quod eſt ex ſanguine, ita procedendum eſt in cura eius, quod eſt de cholera addendo quidem intenſiora frigida & remiſsiora calida in cholerico cõueniunt, & ideo cũ accidit cum eo feb. etiã ratione feb. oportet multũ te in calidis moderare. Scd'o q̃ in principio cõpetit phlebotomia diuerſiua & nõ euacuatiua, ut in ſanguineo, et niſi eſſet cum ipſa cholera ſanguis admixtus. Item non competit etiam in diuertẽdo tanta ſanguinis extractio vt in ſanguineo. Tertio cum materia iam eſt fluxa non competit phlebotomia, nec applicatio ventoſarũ cum ſcarificatione, vt ſit ſicut in ſanguineo, & ideo bene conſidera.

In cura autẽ frigidi phlegmatici ipſos obſerua canones. Qm̃ primo ordina diætã, quę nullo mõ ſit ex aperitiuis, aut diureticis, vt ſupra. Scd'o fac diuerſionẽ cũ phlebotomia.

mia, ventoſis, & hmôi. Tertio euacuationi ſis ſollicitus, & etiam materiæ antecedenti. Quarto ſi mala complexio frigida debilitat ipſam cum calidis datis ſm varia ingenia, vt ſupra mitiga. Quinto diſtingue tempora, in quibus diuerſimode te habebis, ut in principio cum ſtypticis non frigidis, ſed in actiuis temperatis. Q. ſi inuenire non poteris cômiſce calida cum frigidis, & ſic procede cômiſcendo vſq; ad declinationem. nam ſemper tua intentio debet eſſe ad reſolutionem ipſius. Quod ſi fieri non poteſt matura, & aperta cum aperitiuis maturatiuis intus & extra applicatis. vnde cum reſoluentibus pone aperitiua intus & extra maxime facta purgatione. Et laudantur in calida reſoluentia poſita cum aperitiuis, laurus, folia eius, ruta, & hmôi, cum clyſterijs. & per ſupius omni ingenio adminiſtratur. oleum enim laurinum & electuarium de baccis lauri maxime valent in reſoluendo etiam ventoſitates corporis. Et pro cura ampliori recurre ad ea quæ de apoſtemate hepatis frigidi ſcripta ſunt. & tu ibi.

Accidit in eis ēt apoſtema frigidum melancolicum, aut quia materia melacocholica ad eos mittitur, & ſic fit incidendo, aut ſucceſſione ęgritudinis acutę reſoluto ſubtili, et groſſo melancholico fluxo, &c. propter approximationē nimiā frigidorū. vnde ex cauſata frigiditate materia côdenſatur & lapidificatur ſicut accidit phreneſim, in lethargiā mutari. vt prima tertij. propter approximationem nimiā frigidorū, & ambo ſunt cauſa in hoc, ne apoſtema maturetur. nā maturatio requirit caliditatē ęqualitatem nō exceſſam & etiam frigiditatis. in cura aūt hmôi quę difficilis eſt præmittantur aliqui canones. Primus q̄ cura hæc pendet ex cura duri apoſtematis hepatis propterea ad eum recurre locū. Secundus q̄ ſi conuenit phlebotomia ꝓpter peccatum ſang. melancholici peccantis, quod ipſa fieri debet de baſilica ſiniſtra vbi ſupra dictū eſt de dextra. Tertius. cum medicinæ côpetant reſolutiuæ, tales non debent eſſe fortes vt ſupra de ſplene, & tu ibi ne ſubtile reſoluatur & groſſum amplius ingroſſetur, ſiue petrificet. Et ex iſto oritur Quartus. q̄ medicinæ tales debent eſſe plus mollitiuæ q̄ reſolutiuæ, vt althea, ſe. lini, & hmôi. Quintus. q̄ debemus conſiderare vrinam, qm̄ ſi fuerit groſſa ſiue turbida cum bona quantitate ſignū eſt digônis apoſtematis. & ex côſequenti debent tunc dari ꝓuocantia cum æqualitate. Deſcendens ad particulares, ordinetur diæta in contrarium cauſæ. Secundo fiat phlebotomia diuerſiua ſi expedit, aut ſi euacuatiua conuenit rône materiæ, peccantis, & non aliter, qm̄ noceret. Item fiat digeſtio qm̄ conſueuit hoc apoſtema dare inducias. Tertio. euacuatio humoris peccantis, de quibus digeſtiuis, & euacuatiuis quarto tracta. Quarto. alteratio malæ q̄litatis ſi expedit. Quinto. ſm diuerſa tēpora ꝓcede, diuerſimode, vt de alijs dictū eſt. Sed ſcito q̄ non ſic côpetunt repercuſſiua fortia vt in alijs ꝓpter ineptitudinem materiæ ad fluxum. vnde medicinæ, competunt calidæ, & humidæ, ſed in principio niſi facta purgatione abſtine ab aperitiuis, vt in alijs dictū eſt.

Medicinæ itaque conuenientes, ad intra & ad extra applicari hīc. Vnde maxime per os laudantur decoctiones ex althea factę. Itē ſi aſſumi poſſent ex ſe. lini, vel ſaltem da puluerem eius. deinde potet eam quæ eſt ex radice altheæ. & conſimiliter dicatur de fœnugræco & hmôi cum qbus ponantur ſuo tpe de aperitiuis plus & minus vt videbitur expedire. Item conuenient brodia pinguia ex gallinis & hmôi. cum aperitiuis ſuis. Laudatur in caſu cartamus. Itē in potu ſaltem facta euacuatione cauſæ añis laudatur potus ex diureticis factus in quibus diſſoluatur bdellium, & amoniacum. Item decoc. ex tribulis camomilla, meliloto, & polypodio. Item ad intra vt ſupra fiant clyſteria ex his rebus mollitiuis, & continuētur qm̄ in apāte renum vt ſupra eſt ſolēnis medicina, & patiens ſtet poſt eorum impoſitionem, & tpe impoſitionis côtinue ſuper renes vt ſupra de cholica. Ad extra aūt applicētur vnctiones, & emplaſtra mollitiua, & reſolutiua, vt ſupra de apoſtemate duro hepatis & ſplenis quibus locis oīno recurre. Et ex ſimplicibus conueniunt amoniacum, bdellium, ſerapinum, oleū de camomilla, nardinum, coſtinum, radix liliorū, fœnugręcum, ſemen lini. Item maxime conferunt mucillagines ex his mollitiuis intus & extra applicatæ. Conuenit in fine balneum ex mollitiuis. Item cataplaſmatur ex his. Itē embrocæ cum petijs, ſpongijs, cerota, vt ſupra de alijs. Valet cerotum de meliloto Meſ. Item credo q̄ veſica plena mucillaginibus anodinorū, vt altheę, ſe. lini, fœnugręci, et hęc maxime côferūt in eo q̄ eſt ꝓpter lapidem, vt quia dolor factus à lapide ſit cauſa aggregationis materiæ & apoſtematis, & his ſunt habendi canones. Primus q̄ te transferas ad ea quæ dicentur infra de cura lapidis, vt cauſa remoueatur. Secundus q̄ ꝓpter dolorē talis in balneo eius mitigatiuo ponit̄, de quo ſupra in quo balneo non debet multum morari, neq; ipſum frequētare, ne ex ipſo maior accidat materię diſſolutio, & fluxus ad renes, & ſic ſit cā apātis maioris. & ideo debet illud balneū eē ſicut tepidum in ſua ſemper tepiditate reſeruatū vt ſupra. Tertius q̄ anodina ad extra applicare, & ad intus, vt ſupra de dolore eſt maxime côueniēa. quare ad ea intēde, Si fuerit ꝓpter vlcus. apparet ex cura vlcerum in ſequenti ponenda rubrica.

ACCIDENTIA autem contingere conſueta ſunt. dolor, & ventris ſtypticitas dicatur q̄ ſtante apāte cum dolore renum debemus primo adminiſtrare ſuppoſitoria ex melle, aut lardone, ſiue de ſapone, & ſunt côuenientia multū, quia euacuant non trahendo. q̄ ſi nō conferunt imponantur clyſteria lenitiua & fortia, qm̄ talia multum nocent trahendo de materia ab alijs locis ad renes. Sed ſcito q̄ ſi fuerit ſtypticitas trium dierum vel circa in apoſtemate calido optimū remedium eſt clyſter ex oleo ſolo factum, & melius ex violaceo, vel ro. & eo caſu abſtine à medicamine forti, à quo etiā in cura lapidis, vt infra. nam trahūt materiā ad locum vt ſupra, & côueniunt clyſteria vnctuoſa, & ex pinguedinibus, cū quibus etiā imponi poſſunt aliqua leuia ꝓuocantia. Pro ſecūdo aūt añte nota q̄ oē ſtudiū debet eſſe in ſedatione doloris. ſ. qñ dolor eſt vehemens proſternens virtutē, vnde incipe cū clyſterijs anodinis. deinde applica emplaſtra, & vnguenta, & alia anodina, vt ſupra vſq; ad ſtupefactionem. Q. ſi omnia hęc nō ſufficiunt, fac phlebotomiā, qm̄ qñ ſic dolor non remouet̄ per clyſteria ſignū q̄ materia eſt calida ſanguinea, vt Gētilis. & hoc intellexit Auic. hic cum inquit. Et ſi non facit illud neceſſarium eſt vt alleuietur ſicut cum phlebotomia. Item applica ventoſas cum ſcarificatione. Quòd ſi non ex earum ſcarificatione ſedatur dolor, ſeda ipſum cum lana ſucida & infuſa in oleo camomillino, aut cum oleo côſi ſi primum haberi non poterit. Item applica ex anodinis iam ſupra ſæpe memoratis de dolore renum.

*De ulceribus renum.* *Rubrica.* VIII.

PEr vlcus renum hic indifferenter intelligitur oīs eorum continui ſolutio cum deperditione ſubſtantiæ eorū, à qua ſanguis, aut ſanies emanat.

CVIVS cauſa eſt illa eadem quæ aliorum mēbrorum eſſe conſueuit. Et à primitiuis inchoans vt ſunt. Caſus percuſſio, plaga in eis facta. Nimius coitus. vſus medicinæ acutæ, & excoriatiuæ. nimius vſus diureticorum fortium. Dormitio reſupina calefaciendo, & trahendo humores calidos acutos. Antecedentes ſunt aūt apā in eis male curatum poſtq̄ ad aperturā venit, aut lapis ipſe in eius motu excorians aut humor acutus ſalſus, aut humor ſua qualitate ſcindens venas in eis, aut ſanies à pectore, vel hepate p ipſos tranſmiſſa, aut humor viſcuſus valde qui ob ſui fortem adhærentiam à membro non niſi magna difficultate ſeparatur in cuius ſeparatione ſecum trahit de ſubſtantia membri cui adhæret, & huic excoriationē facit, & hæc eſt vna de cauſis vlcerationis colli veſicæ, vt infra de ea. Sed

ſm

ſm ſub & ſupra cauſæ ſm plurimum excoriationis tales ſunt, aut humor acutus, aut lapis. hæc autē vlcere minoris ſunt malitiæ q̄ ea quæ veſicæ, & pororum vritidum, & uenarū emulgentiū, q̄m renes ſunt mēbra carnoſa, in quibus fortior eſt virtus naturalis. Cætera aūt, ſunt neruoſa, in quibus virtus non eſt ita fortis. Item ſcias q̄ tale vlcus qn̄q; ſit in ſubſtantia renum, qn̄q; in venis concauitatis eorum, qn̄q; in panniculo cooperiente, qn̄q; in ſuſpēſorijs, qn̄q; in poris vritidibus, qn̄q; in venis emulgentibus, & ſemp eſt cum deperditione ſubſtantiæ mēbri in quo accidit. Et eſt in principio vlcus ſimplex, & cum emanat ſanies vlcus ſanioſum, ſed de nominibus his nihil ad pn̄s, q̄m proprie nō dicitur vlcus niſi ſit ſanies, & cum adeſt ſanguis tm̄ dr̄ plaga. Item ſcito q̄ horum q̄dam ſunt corroſiua, vt qn̄ materia eſt multæ acuitatis, q̄dam ooo, qn̄ non eſt tantæ acuitatis. & corroſiuitatis. Quandoq; ad fortem excoriationē, & corroſionem ſequitur fiſtula in renibus quæ nullo modo ſanatur ꝓpter ineptitudinem applicationis medicinarum ad locum, verumtn̄ talium quædam ſunt multæ malignitatis, q̄m ſunt à materis, & iſta ſunt timoroſa diſrumpentia renes & p̄cedentia ad mortem, quædam quæ ſitu à materia nō multum mala, ſed ſolum dilatationem faciunt in renibus, & corroſionem, & iſta non ſunt tāti timoris.

S I G N A demonſtratiua, quia cum vrina egredit̄ ſanies, & pili ſiue partes capillares, & fruſtra carnoſa parua, & maxime qn̄ eſt ibi fortis aduſtio ob quā, & pilus ſit, & fruſta talia à ſubſtantia renum ſeparatur dolor renum qn̄q;, maxime qn̄ cōicatur ſuſpenſorio, vel panniculo. de quo ſupra. Et te de his certificara ſi ante vlcera p̄ceſſerint mictus ſanguinis, aut apoſtema, quod prius ſit in renibus apertum. de quibus diligenter inquiras. Aut ſi id contigerit ꝓpter lapidem quē prius habuit, aut poſt caſum & percuſſionē. Sed hic aduerte qn̄ mictus ſang. eſt ex apertione venæ, ſiue dilatatione eius, tunc nō eſt ibi dolor, & ſang. non mutatur in colore ſuo. Q; ſi fuerit fractura eius, aut ex apertione apatis mutabitur in colore, & erit cum commixtione utrius, maxime qn̄ talis mixtio perſeuerabit, tunc eris certus de vlcere renum, aut veſicæ. & ſigna ponam diſtinctiua inter ipſum & vlcus veſicæ. Et ꝓpter id quod ſcriptum eſt de mictu ſang. lege quæ de eo dicentur in capitulo ſe. nam vt ibi dicet̄ cum ſang. eſt ſimplex cōmixtus & cū aliquali dolore ſignificat vlcus recēter factum & nō vlcus, quia in promiſcus narrando ſigna renum & veſicę propter diſtōnem &c. manifeſtabuntur ſigna vlcerū. hinc ad ea ſic ꝓmiſcua accedo. Ex vtroq; autem vlcere ſanies egreditur, ſed veniens à veſica ante vrinam emitit̄ & dolor ſentitur circa veſicā, fœmur, & peritoneon, & exit vrina cum difficultate, & cū eſt in renibus minus alba. veniēs aūt ſanies ex renibus cū vrina venit cōmixta, & ſic remanet & ſentitur dolor, in quinta ſpōdili ſuper caudam. q̄ ſi fuerit in emunctorijs, tunc percipietur dolor in loco vbi erit vlcus. Q; ſi vlcus fuerit in ſubſtantia renum egredientur fruſta panica carnea rubea vt ſupra & à veſica cortices albi, & eſt dolor veſicę valde fortior, quia eſt mēbrū magis neruoſum, & ſentitur in ambobus grauitas. Et dicit quidam q̄ qn̄ vlcus eſt magnum in eis ſit ſe. & qn̄q; in ſomnietas & alienatio, & mictus aufertur, & in vlceribus renum ēt mingendo non eſt dolor, niſi cum pungit in exitu. Item ſanies quæ mingitur ex veſica ſtatim reſidentiā facit, non aūt ſic ſi ex renibus, & non niſi poſt tempus notabile. Item ſanies ex veſica eſt grauis odoris ꝓpter eius frigiditatem & moram eius in receptaculo, nō aūt ſic quæ ex renibus. Item quæ à veſica magnæ quantitatis, ex renibus paucæ. Item in vlceribus renum vrina eſt ſubſanguinea facilis exitus. vt ſupra in qua apparent furfures quidam natātes, & in ano eſt prurigo, & aliqn̄ eſt dolor in pudibundus. Et formalius diſtingue. Sera. inter hæc vlcera veſicæ. ſ. & renum ex quatuor ſitu operatione, ſolutione et virtute. Diſtinguitur ſitu, quia ſi eſt in renibus dolor eſt ſo anchis, & alchati, & in ſpondilibus vt ſupra q̄ ſi in veſica dolor eſt verſus emunctoria anterius verſus pectē. ſi eſt in vijs medijs dolor eſt in medio, quia ſub ventre, & ilijs. ſi in collo veſicæ dolor eſt in peritoneo. ſi in virga ibi ſentitur dolor. Operatione, quia vrina deſcendit facilius. & ſine læſione ex renibus, ſi ex veſica cum difficultate. Solutione fila, quæ ex renibus exeunt fila carnoſa, & eſt urina ęqualis in groſſitudine, ſi ex veſica cortices ſunt ſimiles pāniculis, & vrina fœtida, ſi in vijs medijs cortices ſunt minores & ſine graui dolore. Virtute quia in renibus ſentit̄ debilitas, ſed in veſica maior, & in vijs medijs medio modo. Signa cauſarum eius, vt ſi fuerit ex lapide pręceſſerūt cauſæ lapidis, & lapis ipſe. Si alia cauſa primitiua ſtatur iudicio infirmi. Si apoſtema humor acutus corroſiuus & huiuſmodi ſtatur informationi ipſius ægrotantis, & ideo diligenter examinetur.

P R O G N O S T I C A difficilioris curæ eſt vlcus veſicæ, qn̄ eſt membrū neruoſum, fortis ſenſus. Qn̄ vlcera renum per remedia nō remittuntur eſt ſignū malū, ſignum q̄ materia eſt maligna, non obediens. Qn̄ ſunt longi temporis malum, q̄m ſunt habituata. Qn̄ cum vrina egreditur multum puris malum, quia nō eſt niſi ex magnitudine & prauitate vlceris. Qn̄ pus eſt viride malum ſignificans aduſtionem in renibus. Qn̄ ſanies multū fœtet malum ſignificans vehementiam caliditatis putredinalis. Qn̄ poſt mictum ſaniei ſanguis venit ſignificat corroſionem & vlceris profundationem & cura parum ꝓderit, & ſi ſang. poſt ſaniem multus venerit ſignificabit eruptionem in renibus, q̄ ſi paulatine apertionem orificiorū venæ emulgentis. Vlcera renum citius curantur q̄ veſicæ, & locorum intermediorum, quia magis carnoſi ſunt. Vlcera renum antiqua in æternum non curantur, ſed potius ad fiſtulam veniunt, caue ergo à promiſſionibus vanis, & in fine habes aphoriſmos de hoc. & tu ibi.

C V R A Canones. Primus eſt feſtinatio curæ. Secundus ordinatio diætæ. Tertius adæquatio materiæ. Quartus euacuatio. Quintus eſt localium intus adminiſtratio ex abſtergentibus, & mundificantibus. Sextus ex conglutinatio, & conſolidatio. Septimus remiſſio doloris ſi intenditur. Octauus curatio horum recentium. Nonus eorum quando antiquantur, & fiſtulantur.

Pro primo inquit uiaticus, oportet medicari uulnera in renibus. quòd ſi inueterauerunt non amplius poterunt curari. Renes vero teneræ ſunt ſubſtantiæ in quibus ſi ſanies immiſceatur medicina non recipitur. Sis itaq; ſollicitus ac ad eorum curam feſtina & ſcito q̄ ea quæ ſunt in panniculo & poris ſunt difficilioris curæ, quę autem in ſubſtātiis eorum facilioris, quoniam ſubſtantia renum eſt carnoſa, unde cura hæc eſt media inter curam ulcerum ueſicæ, & pororum uritidum, & uiarum mediarum.

Pro ſecundo euitet acuta, mordicatiua, ſalſa, acetoſa, & groſſa, diligat dulcia, paucæ dulcedinis, aut inſipida. Nam amygdalę dulces, oua, tri, riſum, amilum, ptiſana etiam huiuſmodi ſunt conuenientia.

Ex carnibus cōpetunt temperatæ, & declinantes ad humidum ex poſitis ſupra tertio trac. Item fructus humidi frigidi, & pro his conſidera quæ de potu aquæ frigidæ ſtatim dicentur. Item pineoli prius in aqua feruenti infuſi, & exiccati. Item phiſtici. ficum ſiccas euitet oīno quia in eis eſt lacticinium occultū, ſed pōt uti aqua decoctionis earum cum ſuo uino de quo ſtatim. Conueniunt piſces petroſi. Itē uiſcoſi ut anguillæ & hmōi ex aquis dulcibus.

Item ex oleribus frigida, ut blitis, lactuca, ſpinachia. Et inter alia maxime competit lac qn̄ bene digeritur primo. quia non corrumpitur in ſtomacho, quod bene conſidera quia tunc eſſet nociuum, lac aſininum iuuat à ꝓprietate. Secundo quia abſterſiuum, & lauatiuum. Tertio quia rectificat membri complexionē, illud idem operatur caprinū. Sed quarto eſt magis nutritiuū, uaccinum aūt & ouinum

addunt

addunt ꝙ vltra illa ſunt magis conſolidantia. utere ergo ut decet aliero iſtorum in cibis & cum cibis. Et immiſce cũ eo ꝙ ulcera conglutinat ut dragantum, aut gũmi, aut amilum, corallus, charabe, aut ea ſeminibus diureticis, frigidis conglutinatiuis, ut ſemen altheæ, & hoc dico poſt mundificationem, ut ſupra & aliter non. Item qñ datur lac nihil comedat poſt quouſq; à ſtomacho deſcenderit, & lac tpm tenet locum cibi & potus, cum quo cõmiſcetur mel qñq; ne caſeetur, aut ſal ut citius deſcendat. & doſis eſt ab. ℥. iij. vſq; ad. iiij. oua ſorbilia maxie in chronicis. Potus ſit vinũ albũ nõ potens ad inſipidum aut parũper ad dulce declinans. nam nimia dulce eſt nimis abſterſiuum, & ſic cadens in vlcus. Minoretur potus aquæ frigidæ. vnde Aui. hic. & minoretur potus aquę vt minoretur neceſſitas mingendi. Ex quo infero primo. ꝙ magis & à fortiori debet minorari potus vini, quia vrinã acuit. Secundo. ꝙ à diureticorum vſu abſtinendũ. tu conſidera. Tertio. ꝙ vſus fructuum nimis aquoſorum & multiplicantium vrinam hoc caſu eſt ſuſpectus. Item ſcito ꝙ ex melioribus potibus eſſet continuatio potus lactis et cum cibis, & tempore ſitis. Quieſcat. Vnde Auic. Canon curatiuus vlcerum eſt quies, nec balneo vtatur naturali, ſed bene ex aquis dulcibus, & loco exercitij vtatur fricationibus. Nõ dormiat ſuper renes. Nõ repellat, & omno coitum dimittat. Gaudeat, & iras, rixas, & ponentia humorẽ in ebullitiõe fugiat.

Et pro complemẽto tertij ſcito ꝙ humores debẽt ęquari ratione quantitatis, & qualitatis. Ratione quantitatis, vt in ſequẽti cañ. Rõne qualitatis cũ his quæ ſe opponũt ipſis humoribus ex ſimplicibus & cõpoſitis vt eſt aqua melonis indi, alchechengi, lactucæ, endiuiæ, cucumeris, cucurbitæ, lac, ſeminum frigidorum de quibus in dubia, ſeminũ papaue. al. aquę hordei, ſy. vio. & ſi quærit aliqualis cõfortatio. ſy. de papa. coriandrum, citonium, & hmõi. fructus frigidi ſtyptici. lac aſininum aut caprinum. & hmõi.

Pro complemento quarti ſcito ꝙ euacuatio fienda non eſt in hoc caſu cum medicinis fortibus, & laborioſe ſoluẽtibus ꝓpter cauſam aſſignatam ſupra de apoſtemate, ſed fiat cum lenitiuis vt caſia, thamarindi, manna, ſebeſten. & hmõi. vſq; ad benedictam, & per ſuperius, et inferius exhibita. Secundo ꝙ in caſu iſto maxime laudatur ab oĩbus authoribus vomitus ſi is facile fieri poterit, & continuari, & proprie poſt euacuationẽ primo factã cum pharmaco leui. Vnde Aui. Et melius quidẽ eſt vt æques materiam, & educas illam poſt illud ꝓprie vomitu, vomitus enim eſt illud quo renum vlcera melius curanẽ. Et ſubdit. Et qñq; eſt vſus vomitus frequens ſufficiens ad illud & excuſat ab
Vomitus vt ciendus. alio. In quo vomitu debes duo principaliter attendere. primo. ꝙ fiat poſt aſſumptum cibũ, quia facilius fit & hoc cũ vino dulci, aut cum aqua tepida, & ſyrupo acetoſo. Secundo ꝙ ſi materia fuerit fixa in rebus præmitte ex diureticis vt ſemina cõia, frigida dando ſex vel octo. ℥. decoctionis eorum, aut ſimilium. deinde per tpͤs trium horarũ, vel circa fac vomitum, quia illa iuuabunt mouendo materiam.

Tertio principaliter fit hæc euacuatio phlebotomia, & hoc qñ conuenit & aliter non, vt quia. ſ. in toto eſt repletio, & tu eam fac de vena cõi, aut quia humor peccans eſt ſanguini mixtus, & tunc fac eã de baſilica dextra, aut ſi de ſuperioribus venire videntur fac de cephalica.

Pro quinto debent exhiberi abſtergentia, & mundificãtia abſq; mordicatione, vt emulſio ſeminum ſolatri, altheę aquæ lactis, aquæ zucchari cum aliquo diuretico leui, radix liquiritiæ, & cæteris. vt ſupra de pleureſi.

Pro ſexto da exiccantia, conſolidantia, vt decoctio riſi, glandium, lenticulæ, orobi. Item puluis ex his cum aliqua ex aquis diureticis notis. itẽ valet cauda equina, barba hircina, achacia, bolus armenus, ſang. dra. & hmõi. vt ſupra de dyſenteria & teneſmo, & tu ibi. Itẽ ea cõglutinantibus dragacantum, gũmi ara. gummi prunorum proprie & ceraſorum, mucilago pſyllij, ſeminum citoniorũ. Item valet flos maluæ, radix altheæ, item ſemen lini torrefactũ, & ſi cum his miſceantur calida conueniunt maſtix, ſtorax, bdellium, & thus, hæc autem omnia diuerſis ingenijs dari poſſunt aut in forma ſolida confecta, aut per modum electuarij, aut in puluere, & hmõi. ſed ſemper cũ liquore etiã diuretico. Ad extra etiam poſſunt applicari emplaſtra, vnguenta conſolidantia vt ſupra de apoſtemate. & tu ibi. nã ea his tu cõpone ſm ꝙ exigit cõpoſitio, & cũ his duobus canonibus tu perfice faciliter curam recentis.

Pro ſeptimo ſcito ꝙ quia dolor impediret curã vt notum eſt ſtante ipſo dolore. Tu primo attende dolori. vnde Aui. & de radicibus quas oportet conſiderare eſt, vt cum dolor ſit fortis curetur dolor prius, deinde vlcus, & cũ quibus curari habet habuiſti in p̄cedenti rubrica: ut ſupra de dyſenteria. nam clyſteria ſunt hoc caſu, vt ſupra multũ cõuenientia frigida, aut actu calida ſm ꝙ exigit diſpoſitio, vt in p̄cedenti rubrica. & Aui. & qñ neceſſarium eſt vt miſceantur cum eis narcotica ſicut iuſquiamus al. mandragoras, opiũ, papauer, & hmõi ſed caue eis vtere, nam debilitando virtutem prohibent, deinde cõſolidationẽ, & curã.

Et ex laudatis. ℞. ſeminis iuſquiami albi. ʒ. j. ſemẽ, opij, chirat. i. ſeminis lactucæ. ana. ʒ. j. ſeminis portulacæ. ʒ. ſ. & eſt Auic. in paruo vero quandoq; ſufficit lac cum aqua potatum, aut ſy. vio. cum aqua potatus.

Pro octauo dicendum ꝙ in principio vlcere exiſte recẽti ſi venter fuerit cõſtipatus fac clyſter vt dictum eſt cum lenitiuis. ſecundo fac vomitum ſi is facile fieri poterit. tertio fac phlebotomiam ſi competit. quarto euacua cum lenitiuo & reſpiciente materiam. quinto ſi adeſt dolor mitiga. ſexto da mundificatiua & abſterſiua ea dicta vt aqua mellis, hordei, emulſio ſeminum frigidorum maiorum & hmõi. ſeptimo cõſolida cum cõſolidatiuis dictis intus & extra adminiſtratis. Nam & pro his abſterſiuis, & conſolidatiuis require ſupra de pleureſi & de dyſenteria inteſtinali, & ideo recurre ibi, cum quibus tñ ponã exemplum. verbi gratia. ℞. aquæ mellis factæ ſm artem & bulliant in ea ſemina endiuiæ, lactucæ, cicoreæ, ſemina cõia frigida maiora mundata. ana. & in ea diſſoluantur trochiſcorum de alchechengi. ʒ. j. bibat calidum in aurora. deinde poſt tres horas ſumat aliquod ſolutiuum. Aui. ℞. boli ar. charabe. ana. ʒ. j. achaciæ, balauſtiæ, gummi arabici, hypoquiſtidos. ana. ℈. j. ſeminis iuſquiami albi. gra. x. ſy. de myrto quantum ſufficit, & incorporetur, de mixtura detur. ʒ. j. ſ. cum aqua de alchechengi ita ꝙ vt de dyſenteria deinde mundificantia, abſtergentia, deinde conſolidantia, ſed hæc bene conſidera. Et nota verba Auic. hic inquit. Et oportet vt commiſceas cũ medicinis oĩbus cõglutinationẽ facientia ſicut amilum, dragacãtum, & gummi frigida. nam glutinatio eſt ex eis quę ſecurãt vulnera ab excoriatione. Cura aũt ipſius recentis facilis eſt reſpectu curæ chronici quę eſt difficilis, & id in p̄mo caſu ſufficiunt leuia ex dictis abſterſiuis, & conſolidatiuis, ſed in chronico ſecus eſt vt ſtatim. Et primo ſcias ꝙ multi negligunt curam ipſorũ tanq̃ impoſſibilis. Vnde Gordonius vlcera renum, & veſicæ diuturna non curantur in æternum, quia fiſtulata ſunt. In chronico itaq; non fiſtuloſo præmiſſis illis qñq; vt ſupra in recenti da abſtergentia ex fortibus, vt eſt decoc. hyſſopi, orobus, & farina eius in iuſculis et hmõi, pſylij, ireos, capillis ve. & ſi ſit tẽperatus, & per horas poſt da incarnãtia exiccatiua. vnde valet multũ lac cum quo dantur incarnantia ea dictis, & ſemper in his cõmiſce conglutinantia ſiue ſint abſterſiua quæ dantur ſiue incarnatiua iuxta dictũ ex Aui. allegatum. Item qñq; cum his cõmiſceantur, & aperitiua fortia, in parua tñ quantitate vt ducant, & penetrare faciant etiam maius eſt nocumento iuuamentum. Ex amplexantibus vtrãq; intentionem eſt bdellium diſſolutum cum gũmi albotin, & bolo ar. & terra ſigillata. ana. & detur. ʒ. j. cum vino dulci. Item. ℞. ſeminum cõmunium frigidorum maiorum mundatorum. ℥. ij. amygdalarum. ℥. j.

pinicatum

pinearum.℥.ſ. dragacanti.ʒ.j.gummi ceraſorum.ʒ.j.ſ.& liquiritiæ.℥.j.boli ar.ſang.dra.ana.ʒ.j.ſ.fiat expreſſio ex ſeminibus amygdalis,pineis pe[n]us piſtatis,deinde diſſoluantur gũmi & reliqua addantur,adminiſtra ut magis placet. Ad idem.℞.ſeminum frigidorũ maiorum mundatorum ſeminum papa.albi,ſeminum maluæ,ſe. bõbacis, portul. ſeminum citoniorũ,myrtillorum, dragacãti, gummi ara. pinearum mundatarum,iuiubarum,phiſticorum,penidiarum,liquiritiæ mundę,hordei mundi, mucillaginis,pſylij amygda.dul.ana.ʒ.ij.ſang.dra.boli ar. ſpodij.roſ. myrti. ana.ʒ.ſ.conficiantur cũ melle,& fiant trochiſci. doſis.ʒ.j. cum lacte.Ad idem aqua ligritiæ cum aqua data. Vñ in ſumma hic nota p̄[r]io ꝙ p̄[r]io debent p̄cedere abſterſiua,ut ſupra cum quibus cõmiſce conglutinatiua . item ſecundo ſequantur conſolidatiua:item & cũ his qñq; opiata,qñ aliqualis intentio eſt ad dolorem.item conſidera ſi adeſt feb. aut caliditas exceſſiua renũ quibus caſibus oportet abſtinere à calidis,& aperitiuis acutis , vtere tamen frigidis & aperitiuis frigidis,vel temperatis ex datis,ſed ſcito ꝙ cum vlcere renum raro accidit feb.,ppter ipſum vlcus qm̃ materia eius eueniatur vt patet,nõ ſic in vlceribus alijs intrinſecis coniunctis. Nota ſecũdo principaliter quòd in cura chronici vlceris non fiſtuloſi cõpetunt fortiora q̃ in recẽti,& ſunt illa eadem quæ cõpetunt in cura vlceris veſicæ, & ideo quia de veſica dicetur ad plenũ de eis ſic facile hic pertranſiui. Ad extra autem fiant emplaſtra, vnctiones ſm locum.ut ſupra ,ppter ſpinalem medullã ex rebus ipſis dictis & dicendis de vlcere veſicæ.Et cõmendatur ex calidis oleũ maſticinũ,de alcana,& ſtorax. Et ex frigidis oleũ de citonijs. itẽ factum ex farina orobi cũ mellis in vino decocto. Item ex farina hordei,thure,oleo de maſtice,ro.lẽte ſicca cum mel.factum. Item factũ ex ro. myrrha,oleo ro. puluere molendini. Item valet emplaſtratio trochi. de terra ſigillata deſcrip. Meſ.

In fiſtuloſi cura procede cum exiccantibus prohibentibus vlteriorem vlcerationem , & talis debent eſſe fortia abſq; mordicatione,ne ex mordicatione augmẽtetur fiſtula per tractum materiæ amplioris ad locum, nam cura debet eſſe blanditiua,vt ſupra de fiſtulis ani,& tu ibi,& cauſa qm̃ non recipiunt curam. vnde hæc exiccatio fit cum frequentatione ſm qualitatem,& quantitatem cibi cum vſu abſtergentiũ,& mundificantium abſq; mordicatione. Et ad extra cũ emplaſtris ex rebus ſtypticis notis , & ſilr vnctionibus. Ex quibus patet correctio dictorũ Gordonij quoniam aliquod eſt antiquum,ſiue diuturnum quod curatur & aliquod non,ſed credo tñ cum maxima difficultate curari ,ppter ineptitudinem applicationis medicaminũ. item ,ppter continuum fluxum vrinæ remouentis medicamen,vt infra de vlceribus veſicæ,,ppter quod fortaſſe dixit non curanſ in æternum.Ampliora remedia quęre infra de vlceribus veſicæ,& vide in fine capituli quę dicta ſunt de eis in dubio,& ſic hæc ſufficiant.

*De ſcabie renum, & meatuũ eorũ.* Rubri. IX.

SCabies in eis eſt bothor ipſa quæ apparet in ſuperficie eorum ex humoribus cholericis, & baurachijs genita,ob q̃ deinde mẽbra ipſa ad vlcerationẽ ꝑueniũt.

SIGNA demonſtratiua ardor,& pruritus, pũctio in partibus renum,cum exitu paucæ ſaniei , & furfuris , & anteceſſerunt puſtulæ,& qñq; magnificatur cum ea dolor.

Et ſi eſt in meatibus quod egreditur eſt panniculoſum.

Quòd ſi fuerit in veſica erit pruritus,punctio circa partes eius,& dolor vrinæ erit grauis.

CVRA in cura eius eſt procedendum. vt dictum eſt de vlceribus cum lenibus ſemper. Nã primo ordina diętam ad frigidum & humidum declinantem ex carnibus,et oleribus,& fructibus,& hm̃õi boni chymi qui facile digerantur. Secundo phlebotoma baſilicam. vnde Auic. & maius iuuatiuũ ei in omni diſpoſitiõe eſt phlebotomia baſilicæ,& ventoſatio loci renum. Tertio euacua cum lenitiuis cũ vomitu ſi leuiter fieri poteſt. Quarto da mũdificantia lauatiua ex leuioribus dictis. Quinto conſolidatiua ex bolo ar.liquiritia & huiuſmodi.

Et ad accidẽtia ,pcede ſi qđ apparuerit vt de vlceribus per oĩa actu eſt,& infra de vlceribus veſicę,et ſcabie eius.

DVBIA.

DVbitatur circa capitulum vtrum diuretica cõpetant in paſſionibus renum. ꝙ non arguitur,qm̃ talia materias ducunt ad vias vrinæ infirmas , ſed ꝑ partes infirmas non debet fieri eductio,imo potius ad oppoſitum trahendum inquiente Aui. quarta primi.cõtingit cum membrum à quo expellitur , eſt ipſum membrũ per quod eſt euacuatio fienda , ſed eſt in ipſo ægritudo vetus, aut recens ,ppter quam eſt timor de curſu humorum ſuper ipſum.ipſi ergo ad aliud quod ſit melius ſunt tranſponendi.& Gal'.13.de ingenio,nequaq; neq; cum ſm anum, vel aliquam proximarum particularum principium phlebotomationis fiat ventrem mouebis quemadmodũ , neq; ſi ſm veſicam,vel pudendũ , vel renes diuretica pharmaca tranſglutire iubebis,neq; mulieri ſm matricem, vel pudẽdum menſtrua mouebis. ſed quæ à longiſſima ſemper in contrarium emulſionem facies. In oppoſitum ea oĩa quę dicta ſunt ex Auic.& alijs. Ad dubium reſpondens dico ꝙ diureticum ſiue vriticum idem eſt quod vrinatiuũ qđ pronuntiatur calidũ & ſiccum.acutum ſanguinis ſubtiliatiuum.ſubtilis à groſſiori diſcretiuum ipſiuſq; in vias tenuius euacuatiuum,vt ſemen apij,fœniculi & hm̃õi. de quibus ſupra hæc Conciliator differentia.201. Q. ſi dicatur ꝙ ſemina maiora frigida ſunt apitiua &c.illud crede à caliditate prouenire quæ in eis eſt dato ꝙ abſolute in eis vincat frigiditas. vnde opium inquantum amarũ calidum, tñ abſolute frigidum eſt,ſic & ſemina inquantũ aperitiua calida ſunt. Sed nota ꝙ in corticibus eorũ minus eſt de frigiditate,& humiditate q̃ in medulla,& iõ cum corticibus eorum ſunt magis aperitiua.Si vero dicere volumus ꝙ oẽ verum diureticum eſt calidum & ſiccum.iuxta illud Halyabatis.Medicamina vere vrinam ,puocantia calida eſſe, & acuta ſimul eſſe oportet. dicendum ſemina talia non eſſe vere diuretica,ſed ſm quid, quia hñt humiditatem aquoſam & multam per quam ipſa ſanguinem ſubtilẽ & aquoſum reddunt,& ſic ad vias aquoſitatis ducunt, quẽadmodum facit vinum aquoſum.& tu conſidera. Ex quo apparet ꝙ vbi quæritur fortis apertio ex eis debent adminiſtrari cum corticibus ubi uero infrigidatio maior , & minor apertio dentur abſq; corticibus. Secũdo præmittendum ꝙ paſſio renũ,qñq; eſt cum materia , qñq; abſq; materia.

Diuretici cũ quid

Item & tertio qñq; eſt fortis,qñq; debilis. Iuxta hæc ponuntur hæ concluſiones . Prima ꝙ in diſpoſitione renum abſq; materia diuretica competunt rõne alterationis,& deductionis medicinarum ad locum.cõcluſio ex ſe nota eſt.

Secunda ꝙ in diſpoſitione renum cum humoris vitio & corpore exiſtente plethorico , aut cacochymo non cõpetunt niſi poſt purgationem,patet quia uniuerſalia debent præcedere particularia. nam euacuato añte . ſecurius euacuabitur deinde cõiunctum. Tertia. ꝙ ſtante oppilatione in uia,ſiue ſit ex lapide humore,uel carne cõpetunt diuretica leuia non multum calida,ſi membrum patitur,quia non ſit apoſtema uel ulcus & hm̃õi.patet.nã fortia ſic exhibita materias in vias p̄cipitare faciunt, & addunt in oppilationem.Item et multum calida reſoluendo & petrificãt, quare eo caſu vtere temperatis. hæc uiſa ſententia Conciliatoris allegata differentia. Quarta cõcluſio.ꝙ ſtante ulcere recenti in renibus à quo emanat ſanguis abſtinendum eſt à diureticis,quia talia adhærent ulceri. Quinta.ꝙ ubi fuerit turbidus ſanguis in urijs eorum quod cognoſcitur ex grauitate,& urinæ retentione,tunc competunt diuretica.

Sexta.ꝙ ubi quæratur ulceris conſolidatio competunt

diuretica

diuretica cum ſtypticis mixta. vt aqua ſparagorum, cum bolo, ſanguine dra. & hmōi. Septima. q̄ i vlcere antiquo non multum maligno, facta prius euōne ad oppoſitum cōpetunt diuretica remiſſa, vt alchechengi, ſemen altheæ, & hmōi. quæ ſunt mundificatiua & abſtergentia, vt ſupra deinde deutur ſtyptica conſolidantia. Octaua. q̄ vbi ulcus fuerit malignum, & chronicū cōpetūt fortiora vt q̄ groſſius, & ſanioſiua eſt abſtergatur. vt capillis ve. ireos, farina orobi. & hmōi. deinde incarnatiuis conſolidatiuis. Nona. q̄ exñte apoſtemate prius ad digerendum, & euacuandum da digeſtiua, & euacuatiua cum diureticis leuibus ne nimium prouocent mouendo materiam plurimam, & ne ſua caliditate inſpiſſent & petrificent, & caſſia in eis eſt optima medicina, vt ſupra. Decima concluſio. q̄ in ardore vrinæ ſunt diuretica euitāda, qm̄ ad locum infirmum materias ducunt, & magis mingere cogunt, & ita dolorē augent, & maxime calida. Et vltimo rememoro canonem ſuprapoſitum pluries, & eſt Auerrois q̄ diuretica dari debēt ante exhibitionem cibi per tres ad minus aut per quatuor horas, ne ſi dentur ſimul cum cibo ſecū ad renes materiam trahant, cuius contrarium agunt cōiter practicantes commiſcentes diuretica à cibo. Q. ſi dicatur. 14. de ingenio docebat capere cum oxymelle in principio menſis. dicendum q̄ illud erat modicę quantitatis & virtutis, ita vt non eſſet potens cibum ducere ad vias vrinę. vel dicendum q̄ talia accipi debent ante cibi alterius aſſumptionem, & poſt debet patiens ſtare per tempus notabile vt dictum eſt. Ad rationem in oppoſitum dicendum q̄ per eas non debet fieri eductio. quando. ſ. partes ſunt vehementer leſæ, vel intellexit Aui. & idem Gal. ante digeſtionem, & materiæ antecedentis euacuationem. conſidera.

Errat tū nōnullorum.

APHORISMI.

Ex. iiij. Sectione. lxxv. Apho.

Si ſanguinem, aut pus mingat, aut renū, aut veſicæ exulcerationem ſignificat.

lxxvj. Apho.

Quibus in vrina, craſſa exiſtente, carunculæ paruę, aut veluti capilli exeunt, ijs renibus excernitur.

lxxvij. Apho.

Quicunq; ſponte ſanguinem mingunt, ijs à renibus venulam ruptam ſignificatur.

lxxix. Apho.

Quibus in vrinis arenoſa ſubſiſtunt, ijs veſica laborat calculo.

Ex. vj. Sect. vj. Apho.

Renum, & veſicæ vitia in ſenioribus difficulter ſanant.

xj. Apho.

Atra bile vexatis, & renū paſſionibus, hæmorrhoides ſuperuenientes, bonum.

Ex. vij. Sect. xxxiiij. Apho.

Quibus in vrinis bullæ ſubſiſtunt, morbum renalem, & longum ſignificant.

xxxv. Apho.

Quibus ſubſidens pingue, ac ſimul totum, ijs renum vitium acutum ſignificatur.

xxxvj. Apho.

Quibus autem morbo renali laborantibus, prædicta accidunt ſigna, doloreſq; circa ſpinæ muſculos fiunt, ſiquidem circa loca exteriora fiant, abſceſſus quoque exterius futuros expecta, ſi vero dolores magis circa loca interiora fiant, etiam abſceſſus expecta futuros interius.

lv. Aph.

Quibus inter ventriculum, & ſeptum pituita repoſita eſt, & dolorem affert non habens exitum, neque ad alterum ventrem, ijs per venas ad veſicam pituita verſa ſoluitur morbus.

## De diſpoſitionibus veſicæ, continens rubricas. 20. Cap. XIX.

*De deſcriptione, anatomia, & complexione ueſicæ, ac eius cōmunitate cum mēbris regalibus.* Rubr. I.

Veſica eſt membrum neruoſum velut ſacculus ex filis nerueis, & ligamentalibus cōtextum, vnico collo carnoſo, & muſculoſo fultum in viris, & non in mulieribus anfractuoſo. Duabus tunicis interiori. ſ. groſſiori à poris vritidibus circa mediū eius obliquis foraminibus perforatis per quos ad ipſam vt receptaculum vrina infunditur. Et per eius collum ad extra propellitur. Fuit enim creata neruoſa ſuper ſpondiles ſuſtentata, vt ſenſum haberet quo perciperet nocumentū & idem rem nociuam à ſe expelleret. Per hoc quod dicitur ſacculus, tangitur forma, eſt enim rotunda continentiæ cā vt ſit melius aquoſitatis capax, habet quidem collum carnoſum, & muſculoſum vt ipſo muſculo retineat & expellat vrinam cum opus erit, & eſt in viris anfractuoſum habens tres anfractus ꝓpter longitudinem eius, vnde ab extra circa collum veſicæ virorum eſt muſculus dictus ſuffocatorium ab Aui. qui cum relaxatur aperitur collum, & tunc vrina exit. qñ vero conſtringitur vrina retinetur. & ad iſtud concurrit virtus voluntaria, in mulieribus collū curtum eſt ꝓpter propinquitatem ipſius ad collum matricis, & ideo citius mingūt mulieres. Et terminatur in viris hoc collum ad cannale virge, & habet foramen paruū, ꝓp quod ēt in viris lapis diff. cilius q̄ in mulieribus egredit.

Suffocatorium eſt i veſicę collo nūc laxās nūc ſtringens muſculum.

Duas habet tunicas & interior groſſior eſt exteriori, quia obuiat immediate vrinæ cum cū ſui acuitate, ne ergo lędatur de hoc in dubijs. Pori autem vt ſupra in pcedēti rubrica in principio portant vrinam vſq; ad mediū veſicæ & ipſam perforant, & faciunt ibi duos ramulos, & in primis perforant tunicā extrinſecā vnico foramine, & poſtea per aliquale ſpatium tranſeunt inter tunicam vnā et aliā, ſic q̄ non trāſeunt per ambas perforando directe, ſed oblique et alteram. ſ. intrinſecā ēt foramine vno, et factum fuit hoc, ut qñ veſica impleret non rediret vrina ad renes, immo quanto plus foramina illa clauduntur, quia paries vnius tunicæ ſiue coopertorij applicatur & alligatur ſpōdilibus, & poſt ſpōdiles renum, de quibus ſupra ex qbus habet deſcriptio, anatomia, & cōplexio. Anteq̄ ad curā ægritudinū veſicę deſcendā ſcito q̄ veſica colligantiam non paruā habet cū mēbris regalibus. unde Aui. qñq; cōicant ueſicæ mēbra regalia, & nobilia ſicut cerebrū ꝓpter qd contingit ipſa ab ægritudinibus ueſicæ uehementer pati. unde cerebrū quādoq; aut uertiginem, aut ſirſen patitur propter calidas ęgritudines ueſicæ & hmōi. nā ut dictū eſt neruoſum eſt membrū ab ipſo cerebro multum depēdens. Item & ipſum hepar qñq; in hydropē incidit ei cōicata frigiditate ob uenientem ueſicę malā cōplexionem ꝓpter ipſius ad hepar ꝓpinquitatē, & ſic de alijs, & idō in eis curādis ſis ſollicitus. Quę quidem ægritudines ueſicæ magis euenire cōſueuerunt tēpore hyemis in aeribus frigidis ſeptentrione propter aptitudinem lapſus eius in malam complexionem frigidam ratione ſuæ complexionis naturalis.

Veſicę colligatiō aliis nobiliſſimis mēbris colligantia.

*De lapide in ueſica.* *Rubrica.* II.

Lapis ueſicæ eſt lapis qui per aſſationē materiæ groſſæ uiſcoſæ ſm plurimum mucillaginoſæ cū aquoſitate ad ipſam tranſmiſſæ uel ſanioſæ in ea uel collo eius congenitæ finalr producitur. Ex quo apparet ſatis modus generationis lapidis in ueſica. Conſimiles enim cauſas arbitrari uelis concurrere ad generationem lapidis in ueſica quæ concurrunt ad generationem lapidis renum quod oportet ut ad capitulum præcedens oīno recurras, & hoc uoluit Aui. hic in principio capituli. Igit. oportet ut conſideres

ſideres illud quod diximus de lapide renum. deinde pmutteris ad hoc capitulum, & de his ante poſtrionem canonũ differentias multas, ut in pcedenti capitulo ex parte magnitudinis, grauitatis, coloris, & hmõi. Itẽ ex parte ætatis qm̃ in pueris multũ, & raro in ſenibus generaẽ hic lapis, & cauſa dicta eſt ibi ex parte ſexus. nã in puellis raro, & in maſculis frequenter, & cauſa tacta fuit propter breuitatem colli veſicæ, & propter hanc cauſam etiam fæmellæ frequẽtius in lecto mingunt ipſis pueris, vnde & ex eadem cauſa accidit q difficilius curatur lapis, & mictus in lecto in fœmellis q̃ in maſculis. vt dicetur. Item ex parte habitudinis. nã hic in macris magis, & renalis in pinguibus magis. Et vt ea quæ ſcripta ſunt hic & in præcedenti capitulo ſint clariora, etiam ad futura aliorũ dictorum vtilitatem eas cauſas hic ordine deſcribam.

Fœmellę cur frequẽtius in lecto mingãt.

C A V S Æ. Oĩs cã lapidis eſt, aut coniuncta, aut añs, aut primitiua. Cauſa coniuncta eſt multiplex materialis primo, quia arenulæ ipſæ ex phlegmate crudo mucillaginoſo diu præternaturam in veſica retento generãtæ. Secunda eſt magis remota vt phlegma ipſum mucillaginoſum, aut crudum circa quod actualr agit calor. Tertia cauſa efficiens, quia caliditas ipſius veſicæ temperamentum excedens, aut temperata, vt Serapio, quemadmodũ in pcedenti capitulo. dictam remotã materiã petrificans, vt declaratũ eſt in pcedenti cap. Sed hic aduerte q ẽt frigiditas veſicę cõplexionalis ad hoc facit. Nam cum per caliditatẽ hepatis renum & aliorũ humiditates eliquenẽ, & eliquatæ deſcẽdant ad veſicam, ipſæ venientes ad locum frigidum ſaltẽ aſpectiue cõdenſantur, & in eas ſic condenſatas agit, deinde caliditas petrificans vt ſupra. Cauſa antecedens eſt primo debilitas expulſiuæ veſicæ non potẽtis illa phlegmata à ſe expellere. Secũdo eſt materia ipſa phlegma à ſtomacho, hepate, & alijs ad veſicam veniens in quam agit actiu calor ipſam in arenulam aut petram conuertendo, ex quo apparet q eadem cauſa poteſt dici coniuncta, et añs. Tertio eſt oppilatio attenuatoria colli, veſicæ, & cauſæ antecedentes dictarum cauſarum ſunt caliditas, & humiditas veſicæ ſuperflua ipſam expulſiuam debilitantes iuſtitialiter, & elementaliter. Secunda eſt debilitas expulſiua inteſtinorum non valentium expellere dictam materiã phlegmaticam ob corruptam digeſtionẽ ſtomachi, & diminutã hepatis genitam, quę deinde venas egreditur & ad hepar mittitur, & ab eo ad renes, & à renibus ad veſicam. Tertia eſt venarum meſeraicarum oppilatio, quæ ſunt inter hepar & inteſtina, pter quam accidunt phlegmata multa in renes, & in veſicã præcipitare. Quarta eſt debilitas virtutis colli veſicæ à natura contracta, quia informatiue qua collum generatum eſt anguſtũ, aut oppilatio ex cã tpali ei contingens. Cauſa primitiua eſt inordinatum regimen ex parte ſex rerũ non naturaliũ, & eis annexarum qualitate, & quantitate peccantiũ qbus corrũpitur digeſtio ſtomachi, & hepatis ipſa diminuiẽ, vnde in ipſis mala complexio frigida inducitur, quapropter hæc generantur phlegmata.

S I G N A demonſtratiua diuidanẽ pro nunc in communia & ppria. Cõia de quibus actum eſt ſunt ex vrina dolore & exeuntibus ſumpta. Ex vrina. nam cum videbis vrinam quã conſueuit patiens mingere turbidam, & groſſam clarificari, & attenuari tunc exiſtimabis generationẽ lapidis. Ex dolore, quia ſi cum ea ſentiet patiens dolorem in inteſtinis vrinæ, tunc magis certificatus eris q materia aggregata ſit pro eius generatione. Ex exeuntibus quia ſi cũ his videbis aliquid habere reſidentię, tunc cõpleta erit tua certificatio, maxime ſi cõprehendes vrinã aliqualiter, aut multum retineri, pter quod nota q lapis magnus veſicæ non põt impedire tranſitum vrinæ, quia ſi ſe collo opponit etiam ab eo faciliter remouetur, q ſi fuerit paruus non impedit in totum, quia non complete oppilat. Cum vero eſt mediocris cõpletius oppilat, et ideo magis impedit. Et ſi arenulæ apparentes erunt ad tactum molles lapis erit in fieri, ſi durę in facto eſſe. Propria quidem ſumpta ſunt ex qualitate vrinæ, natura doloris, & exeuntium. Nam in lapide renum vrina eſt rubea, dolor in lumbis, & cæteris. vt ſupra de lapide renum. In lapide vero veſicæ vrina eſt alba, & arena alba, vel cinericia. vnde Senex nr̃. lxxix. aphoriſ. iiij. ſectionis, Quibus in vrina arenoſa ſubſiſtunt, ijs veſica laborat calculo. Dolore quia in pectine peritoneon, et eſt dolor minor, quia lapis eſt in loco ampliori, & vtplurimum vrinam retinet, & eſt maior q̃ lapis renum, ptea maiorem extenſionem quam materia lapidis recipere põt propter amplitudinem loci & eſt durior, pter lõgiorem materiam contractã in veſica, cũq cadet in collum vrinã retinebit oĩno & fiet dolor fortis, & eſt ſignum confirmationis eius, & eſt ſignum forte. Item adeſt pruritus fortis in pectine, & cãnali virgæ, quare habens eum quaſi continue confricat eam circa radicem eius & magis ſi eſt puer, & accidit erectio aſſidua, & qñq mollificatio vltra modum, & perducit ad exitũ ani, & cauſa in pruritu eſt exaſperatio veſicæ ex lapide duro & cõmoto in ſpatio veſicæ, et maxime ſi ſint plures lapides, ſiue ſint in ea generati, ſiue à renibus in ea contenti fuerint, & cum vrina tunc mittunẽ furfures, & qñq ſang. propter abraſionem. Et accidit habentibus lapidem in veſica appetitus mingẽdi frequenter propter lapidem incitantem, & eſt tunc in eis difficile mingere, & cum mingunt appetunt aſcellare, & qñq exit tunc anus. vt ſupra, & qñq exigit ſang. pter rarificationem lapidis. Et ſignum efficax q lapis erat in collo eſt, quia ſi reſupinetur patiens & eleuentur anchæ eius, & concutitur remouetur lapis à meatu. Item cum ſit compreſſio ſupra pectinem ejcitur vrina, & hæc ſignificatio fortis ſuper lapidem, & quandoq patiens alleuiatur ex incuruatione ſuper genua ſua & cõmotione ſuorũ membrorum adinuicẽ, & qñq alleuiatur per intromiſſionem digiti remouẽdo lapidem, vt infra, & qñq alleuiatur per motũ, compreſſionẽ membrorum, aut ſimili modo, vt inueni experimentum, & iſta ſunt ſigna fortia ſuper lapidem veſicæ.

P R O G N O S T I C A. lapis medius, vt ſupra. inter paruum & magnum reſpectu meatus colli eſt qui vrinam retinet, & cauſa eſt fortis dolor in eo loco in quo figitur. Et in regionibus ſeptentrionalibus magis multiplicatur lapis veſicæ, exiſtimo, quia multiplicanẽ materię viſcoſæ pter indigeſtiones ex plurimo cibo factas, & confert ad eius complemẽtũ aeris frigiditas. vnde require quę de cauſis eius ſcripta ſunt, & ideo dñi vltramontani ſint pmuiſi. Accidit & extenuatis magis q̃ pinguibus, & cauſa, qm̃ viæ in extenuatis ſunt anguſtæ, & ideo materiæ retinẽtur in eis & retentæ petrificanẽ, ad quod adiuuat debilitas eorum cum frigiditate quæ eſt cauſa multiplicationis materierum, & conſequenter dic q pportionaliter plus tales viæ anguſtantur q̃ viæ renum, quia ſunt neruoſæ, & renũ carnoſę, quod addidi pter inſtantiã de pinguibus in quibus multiplicatur magis lapis renum, vt ſupra. vnde & in eis viæ ex pinguedine anguſtantur, & tu condera. nam in pinguibus minus multiplicatur lapis veſicæ, ſed conſidera etiam debilitatem expulſiuæ in pinguibus debiliorem.

Vltramõtani cur lapidẽ ſupra modũ ſentiãt.

Item in infantia, pueritia, ac ætate conſequẽte adoleſcentiam maxime multiplicatur lapis veſicę, quia in his uirtus expulſiua eſt fortis, & ideo materias in renibus exiſtentes ad ueſicam expellunt. In ſenibus aũt minus multiplicatur lapis ueſicæ, ſed magis renum. vt ſupra pter debilitatem expulſiuæ, & dolor qui frequentat, ẽt retentio vrinæ ita debilitant hepar, ut aliquando ſint cauſa hydropiſis.

C V R A præſeruatiua. Canones, primus. q fortiora competunt medicamina in cura lapidis ueſicæ q̃ in cura lapidis renum, quia ueſica eſt membrũ frigidum longinque lapis durior uehementius coagulatus, & quia ualentia in paſſionibus ueſicæ ualent, & in paſſionibus renum, & non econtra. ut in præcedenti caplo. Secundus q non debemus uti multum aperitiuis ante. ſ. completam euacuationẽ

cauſæ

cauſæ antecedentis ad bonū intellectū ne materias ꝑcipi- tare faciamus in ueſica. Tertius ꝙ cura lapidis ueſicæ diuidi pōt in ꝑſeruatiuam, & curatiuam, de ꝑſeruatiua ad plenum dictū eſt, de ꝑſeruatione à lapide renum quæ ab eo ꝑſeruant & à lapide ueſicæ præſeruant. & tu ibi.

CVRA curatiua. diuiditur in eam quæ fit medicinis & illam quæ per chirurgiam. Et primo de ea quæ fit ꝑ medicinas. & ꝓ ipſa ſit primus canon. Ordinatio diætæ. Secūdus euacuatio materierum cōium in vijs ductuum contentarum. Tertius euacuatio minoratiua. Quartus digeſtio. Quintus apertio uiarum, præterq̄ gibbi & renum. Sextus eradicatio. Septimus diuerſio. Octauus fortius aperiantur dictæ viæ. Nonus abſtergant dictæ materiæ à renibus & veſica. Decimus intendat mundificationi membrorū mittentium. ut ſtomacho, hepatis, & hmōi. Vndecimus remoueatur mala cōplexio renum & ꝓprius ueſicæ. Duodecimus confortetur uirtus digeſtiua & expulſiua, ut dicetur. Tertiuſdecimus aperiatur collum, & via urinalis. Quartuſdecimus adminiſtrent medicinæ eductiuæ lapidis & prius comminutiuæ. Quintuſdecimus ſi educi non poteſt neq̧ frangi, tunc manu chirurgica extrahatur.

Diæta ordinetur, vt ſupra de lapide renum, debet enim eſſe calefactiua, ſubtiliatiua, aperitiua, cum moderamine tamen vt ibi.

Euacuent materiæ cōes cū medicinis lenitiuis, vt eſt caſia, māna, ſebeſtē, pruna. Item & cum his benedicta. Item cū clyſteribus lenitiuis, abſterſiuis, vt ſuccus ex viol. maluis, bliti, mercurialis, furfuribus, zuccharo rubeo, vitello oui, caſia ipſa, pro enemate, oleo cōi & ſale, & tam medicinę ꝑ os q̄ clyſter ipſum frequenter ſi videbit expedire.

Minorādo materiā detur caſia cū electuario indo plus de vno q̄ de alio, vt videbitur expedire. Item vt in de colica diaphœnicon videtur eſſe medicina ꝓpria, quoniam à remotis, non multum euacuat. vt ibi oſtenſum fuit.

Pro digeſtione materiæ recurre ad quartum tractatum ſupra. & ibi inuenies digeſtiua tuo propoſito vtilia. Et hic nota quòd in primis debes vti eis calefactiuis ſubtiliatiuis & inciſiuis abſterſiuis abſq̧ prouocatione ſaltē notabili, vt ſunt oxymel ſimplex, mel roſatum colatum, oxymel de vnica radice, deinde his datis, & facta poſt illos eūone minoratiua dabis ea digeſtiuis apitiuis nō multū calefactiuis ſubtiliatiuis, & inciſiuis, vt oxymel de duabus radicibus, & ſic de alijs, & ſic cōplebis quartū & quintū canonem.

Et pro eradicatiuo dabis poſt hos vltimos ſy. acceptos pluribus vicibus, electuarium indum cum modico caſię. vt. ℞. electuarij indi. ʒ. iij. caſiæ. ℥. ſ. vel diaphœnicon cum caſia, vel benedicta, & aquis appropriatis, vt tibi videbitur expedire vel aliud ea ſolutiuis tibi magis gratis ſupra quarto trac. Et hic ſcito ꝙ hmōi materia phlegmatica debet paulatine digeri, & paulatine euacuari.

Pro diuerſione introducatur vomitus ſpecialiter poſt cibum. nam eſt ex rebus optime conferentibus & maxime in præſeruatione, vt in præcedenti capitulo. Stude ergo ad eum faciendum, vt poſſibile eſt.

Pro octauo vtere fortibus aperitiuis, de q̄bus ſupra quinto tractatu. ex parte ſimpliciū, & cōpoſitoꝝ, vt eſt ſyrupꝰ de radicibus quinq̧, oxymel compoſitum, & cæteris.

Materiæ abſtergantur cum aqua cum zuccha. rub. & aniſo & huiuſmodi. aut decoctione furfurum in aqua cum aliquo ex aperitiuis magis gratis, aut decoctiōe furfurum hordei cum zuccha. ru. cum aliquo aperitiuo, & abſtergētia habuiſti ſupra quinto tracta.

Et pro decimo recurre ad proprias rubricas membrorum mittentium quæ correctione indigent.

Mala complexio veſicæ remoueri habet per ſua cōtraria & ſimiliter renum. nā de renibus iam actum eſt in præcedenti capitulo, & tu ibi, ſed quæ remouent malam complexionem veſicæ ponentur in fine rubricæ, & ſimplicia & compoſita calida aut frigida.

Pro duodecimo debet confortari digeſtiua ſtomachi, vt phlegmata non generentur multa mucillaginoſa. Item & expulſiua inteſtinorum vt à ſe expellant talia phlegmata ne ex remanentia ipſorum fiat reingreſſio ad hepar &. tandem præcipitatio in veſicam. vt ſupra & hoc enematibus, pilulis, & hmōi ad hoc. Item in vſu renum abſtergentium ea parte brodiorum & huiuſmodi. per hos quæ zuccharatæ, & furfuratæ, & huiuſmodi.

Apertatur via colli, & vrinę pro exitu lapidis ad miniſtrentur ex fomentis, emplaſtris, balneis, cerotis, unctionibus, & huiuſmodi, mollificantia, & viam ipſam dilatantia & aperientia ea malua, althea, biſmalua, ſemine lini, fœnugræco, pinguedinibus, oleis, & hmōi radice petroſelini, apij, ſpagorum, ſenationibus, & huiuſmodi. vt ſupra, in præcedenti caꝑ. applicando ad fœmur, ad locum peritoneon circa virgam ipſam & nō debet balneum tranſire vmbilicum à quo cū exiuerit detur medicina cōminutiua lapi. vt in pręcedenti caꝑ. de lapi. renū. et tu ibi.

Medicinæ autem lapidis veſicæ ruptiuæ, ſiue comminutiuæ iā poſitæ ſunt pro magna parte in præcedēti caꝑ. & ſunt illę quæ ſunt fortiores in frangendo lapidem, vt ibi adhuc ponā aliquas, & narrabo ex ſimplicibus, & cōpoſitis quæ videbuntur efficaciores ſecundū diuerſa ingenia.

Sunt quidam qui cum ſiriga iniciunt per virgam in veſicam medicamē lapidē frangens etiam patiēte exiſtente in balneo. & laudant iniectionē balſami, & eſt fortis, & pro magnatibus. Item iniectionem olei de ſcorpionibus ſimplicis, & cōpoſiti. Item iniectionem ſtercoris columbi cum lixiuio diſſoluti. Quidam ſuccum lymonum, nonulli ſuccum taſſi barbaſſi. Item conſimiliter iniectio lithontripon cum aqua ſaxifragiæ facta collutione debita, & ſic de alijs ſimplicibus aut compoſitis fortibus poſitis in præcedenti capitulo, ſed illud quod poſitum eſt de ſanguine, & pelle leporis eſt forte. tu itaq̧ vt placet compone. Ex compoſitis laudatur ab Aui. hic ſy. ℞. milei ſolis. ʒ. v. capil. vene. ʒ. vij. petroſel. ʒ. iiij. ficus albas ſeptē numero deę coquantur cum quatuor libr. aquæ donec remaneat vna lib. doſis eſt. ℥. v. vſque ad. vj. debet adminiſtrare calida poſt exitum à balneo. Et propter hoc de balneo nota quòd in balneis bis debent poni etiam ſtypticantia ne fiat ex eis nimia remollitio. vnde in balneis reponantur vt ſupra habentia virtutem aperitiuam, diſſolutiuam lapidis, vñ ponatur agnus caſtus, capilli vene. & hmōi. Item ad idem, & eſt nobilis Serapio. ℞. ſeminum melonis mundatorum, milei ſolis, dauci, vitri combuſti. ana. partes ęquales: terantur, & cribellentur, & dentur ex eo. ʒ. iij. cum aqua decoc. ciceris nigri. Ad idem Almanſ. & frangit lapidem in ſpatio. xl. dierum. ℞. carpobalſami, ſeminum raphani, ſeminum petroſ. corticum radicis oppopanaci, corticum radicis capparorum, amygdalarum amararum, ſaxifragiæ, ſquinanti, cyperi, ſpicæ, rutæ. caſiæ ligneæ, ſcolopendriæ, ſeminum cicutæ, gentianæ, ariſtolochiæ ro. aſſari, carui agreſtis, amoniaci, ſerapini, bdellij, acori. ana. partes æquales, gummę in ſufficienti balſamo malaxentur & cum alijs ſpeciebus mixtis informentur pilulæ in modum ciceris doſis eſt. ʒ. j. cum apozimate de ſeminibus. & eſt medicamen magnatum. potes ex datis hic & ſupra de frangentibus lapidem renum fortibus, & ex dicendis conficere vt placebit. Et ſummatim recollige. quòd primo debes euacuare cum clyſteribus. nam euacuatio inteſtinorum multum adiuuat ad exitum lapidis ſpecialiter ueſicæ. Secundo fac iniectionem cum ſiringa ex aliquo ſimplici aut cōpoſito dicto hic. aut in præcedenti capitulo. deinde ingrediatur balneum de flore camomillæ, meliloto. ana. faſciculum. i. caulibus ad quantitatē omnium ſemine fœnugręci, ſemine lini. ana. ℥. iiij. ſenationibus, parietaria. ana. faſciculos octo, & adde ex alijs vt uidebitur: ex quibus facere poteris emplaſtrum ex farina ſeminum dictarum. Item ipſis puluerizatis unguentum cum oleo liliorum, de ſcor-

pionibus

pionibus, de ſpica & huiuſmodi. ita quòd balneum ſtet ſemper temperatum & non excedat vmbilicum, & poſt eius exitum emplaſtrabis loca dicta, aut inunges & dabis aliquod cõminutiuum lapidis per os, deinde dormiat, & oportet continuari per interuallatos dies, aut ſi virtus tolerat omni die ſemel. Sed hic bene cõſidera, q quando iſta continuata & frequentata erunt quæ prius debent diligenter temperari antequam ad opus manuale perueniatur, & maxime lõgo tempore per menſem vel circa, & comprehendet medicus q accidentia non minorantur, nec vrina prouocatur, ſed potius econtra, & infirmus ſic alleuiationem non inuenit, nec in eius vrina apparuit arena, tunc credere debet quòd ille lapis non ſubijcitur medicinis frangentibus ſui duritie, ſed pro eius extractione cura indiget manuali, & debet ipſe medicus ſtudere extractioni eius, quoniam aliter poſt illud tempus ex continuo dolore & nimia afflictione infirmus ipſe ad hecticam perueniet.

Q. ſi comprehenderit dolorem mitigari, & minui, & vrinam prouocari melius ac facilius, & in ea videbit arenam ſperare debet ex medicinis eius fractionẽ, & tunc continuet ea remedia, ſed bene notet ſi patiens ſit fortis, ſi adeſt feb. & ſic de alijs in pera medici relictis. Et licet de cura per chirurgiam dicere ſit aliqualiter ꝓpoſitum tranſire principale tñ quia princeps ſic ẽt ſcripſit, & vt tibi magis cõplaceam modum tenendum ſuccincte deſcribam.

Medico rũ Pera.

CVRA per chirurgiam pro quo hos canones notabis. Primus antequam te intromittas de inciſione debes diligenter conſiderare ſi ibi eſt lapis an non, nam cũ intromittantur digiti duo dexteræ manus in anum, & cum pugno ſiniſtre cõprimis ventrẽ ſuper fœmur, & ſentis velut globũ durũ tunc crede q eſt lapis. Si vero qđ eſt inuentũ eſt molle eſt carnoſitas impediens vrinã, & tu conſidera.

Secundus. q talis inciſio difficilius et periculoſius fit in muliere, quia locus inciſionis ſuper lapidem non eſt propinquius loco lapidis, quia oportet vt locus ꝓfundius incidatur, & in hoc eſt timor. vt infra.

Tertius eſt ordinatio diætæ, quis ſaltem in quantitate, quia duobus diebus ante inciſionem debet ſtare quaſi ieiunus. vt eo tempore venter, & veſica ſint vacui.

Quartus eſt euo materierum cõtum in vijs ductuũ exiſtentiũ cũ clyſtere ad hoc medicina leoitiua, & fortis melina, aut phlebotomia vbi videbitur ſanguinis abũdantia, timẽdo ne ex dolore fluat ad veſicam, & cauſet apoſtema.

Quintus eſt accidentium correctio in tali inciſione euenire conſuetorum.

Sextus eſt apparitio quorũdam ſignorum malorum & bonorum in inciſione ipſa quandoq; apparentium.

POSTREMO ſcito q abſolute hic modus operandi non eſt ſine magno periculo, immo ex ipſo nonnulli moriuntur, quare in eo caute agendum eſt, & cum medici honore & abſq; eius præiudicio. Nam abſolute melius eſt vt medicus ſe intromittat ad auxiliandum ægro q̃ q eum ſic cum tanto dolore mori permittat, debet itaque rẽ parentibus prædicere, & ſe excuſare, nec de eo ſe intromittere niſi ſit cautus. q ſi contingat ægrum mori q nullum detrimentum inde patietur, itaq; prudentia non parua hic modus exercendus eſt. Quare eſt talis ſpecialiter in viris mane ieiuno ſtomacho, & prius euacuato ventre, vt dictum eſt ordinetur vt patiens ſaltet ter aut quater, vt lapis ad fundum deſcendat, deinde extendatur reuerſe, ſeu ſupine ſuper diſcum forte, & curuet coxas ſuas ſic curuatas ad collum eius fortiter ligentur, & per miniſtros teneantur ampliatæ, & fortiter ne moueantur hora inciſionis. Q. ſi fuerit puer poteſt ſedere poſt puerum miniſter tenens eius coxas incuruatas, quia ſic veſica ad inferiora melius declinat. deinde ponatur pugnus ſupra ventrem eius per magiſtrum & comprimatur ſupra veſicam, deinde intromittatur digitus oleo inunctus in anum & lapidem cũ eo ad collum veſicæ ducat, quia vſq; ad locũ qui eſt inter anum & teſticulos, & tũc ſecundũ inceſſum rugarum in loco remoto aliquantulum à cõmiſſura quæ. ſ. iungit cum veſica per duos digitos, q in ipſa eſt locus mortalis. vt Aui. incidat cum raſorio in latere ſiniſtro. vſq; ad lapidem & fiat inciſio minor q̃ eſſe poſſit, vt minor inde ſequat dolor qđ dicere eſt q fiat in tantũ q ſufficiat facili extractioni lapidis ꝑ vncum cõcauũ quod eſt inſtr̃m factũ in modum coclearis, & debet magiſter hr̃e apud ſe diuerſificata in magnitudine & paruitate ꝓp diuerſitatẽ quę ẽt in q̃titate in lapidibus reperitur, & debet eſſe magis concauũ q̃ ſit coclear, vt non cadat lapis ab eo capitus, inciſio exterius ſit lata, & interius ſit anguſtior q̃ eſſe poterit, debet eẽ facta in fontanella ſuper anum duobus digitis. Caue tñ ne incidatur filum quod eſt inter anũ, & teſtes, & accidit q̃nq; vt cũ ſola digiti expulſione lapis ipſe egrediatur & maxime q̃n eſt paruus. Quo pacto debet locũ mundare, & ipſum immediate ſuere, & ſuperponere albumen oui, & ipe frigido ẽt ad doloris mitigationẽ poteſt poni modicũ de vitello, & curetur vt cætera vulnera. In mulieribus aũt diſtinguat, quia aut eſt virgo, aut corrupta, in virgine aut p̃ſuppoſitis eiſdẽ ſitibus & ſaltibus ac extenſione ſuꝑ diſco & ligationibus & intromittatur per magiſtrũ aut magiſtrã digitus in ano, et lapis inuentus impellatur, & ducat vſq; ad radicem coxæ, deinde incide ſuper ipſu apud apertionẽ medietatis vuluæ in radice coxæ, & extrahe cũ vnco. & idẽ operare in corrupta imponendo digitũ longũ in vuluam ad q̃rendum lapidem quẽ inuentũ ducas ad locum inciſionis fiendæ dictũ.

Q. ſi contingat q plures ſint lapides aut in viro aut muliere, tunc primo extrahe vnũ. deinde alium ſm̃ modũ dictum. Et licet dictũ ſit curã eſſe periculoſam, tñ attende, q in ſenibus debilibus, pueris paruis valde, eſt multum verenda, quare non debet ſe ſic quiſq; faciliter intromittere, niſi fuerit in arte bñ expertus. Q. ſi dubitaueris de magnitudine lapidis & q extrahi non poſſit niſi facta magna inciſione quæ fortaſſe extenderetur vſq; ad veſicæ ſubſtantiã. quare incurabilis iuxta Senem nr̃m ſexta apho. veſicã inciſam &c. & in fine capl̃i, tunc ꝓcedas altero duorum modorum aut cum tenaculis frangendo, & ſic ipm̃ paulatim extrahẽdo donec totus egrediat, q̃m ſi aliquid remanebit magnificabitur aut ꝓcedes cum paleatiua quæ in hunc fit modum, ponat patiens in balneo mollificatiuo. vt in p̃cedenti cap̃. & hæc ſupra ex althea, malua, ſe. lini & hm̃ȯi. deinde intromittatur ſiringa inuncta butyro, aut oleo & propellatur lapis a fundum, aut digitis in ano poſitis ad ipſum trahatur. Nam dicunt experti q ſic tractus q̃n eſt magnus in fundo remanebit per multos annos, & quidam vt theoricus chyrurgicus per quadraginta. Cũq; ſic operatum fuerit manualiter, & lapis extractus debet patiens poni in lecto & non ſolui vſq; ad tertium diem, & deinde curari vt cætera vulnera. vt ſupra poſtquam ordinanda eſt diæta, & parum potent, & vinum ſit nigrum cum aqua chalibeata cõmixtum, & cibaria dentur liquida paucarũ ſuperfluitatum habentia in ſe aliquid ſtypticitatis paruæ naturalis vt perdix, aut aliæ vt voles, & hæc ſic raptim de cura eius manuali pro nunc tibi ſufficiant.

Accidẽtia aũt ſequi inciſionẽ conſueta ſunt dolor, diſtillatio vrinę ꝓp vulnus factũ. tertiũ eſt coagulatio ſanguinis in veſica, & annectat quartum q accidere conſueuit q̃nq; ꝑ ſterilitas. ſ. in viris. Et pro primo nota q ẽt facit non ſolũ ad ꝓhibendũ dolorẽ, ſed etiam aꝑa q eſt in eo caſu reſtrictoria. Auic. q debes poſt eius abſtractionem facere clyſtere lenitiuum, & mundare inteſtina, et mundata tenere etiã cum lenitiuis per os exhibitis, & phlebotomare, vt ſupra deinde facere ipſum abſtinere à cibo multo, & dare lenificatiuum, & aquam, & non vinum propter eius acuitatem, deinde ſi dolor infeſtauerit ponatur patiens in balneo ex rebus mollificantibus, & anodinis facto, ut ſunt malua, ſe. lini, althea, furfur, in quo balneo multum ſit de oleo, & ſit aqua aut ipſum balnem tepidum, extracto autem infirmo

de balneo

de balneo ínunge virgam ex oleo camomillino, anethino & hmôi. & ſuper vulnus pone butyrum abſq; ſale tepidũ, & funde in ipſum & ſuperpone cotum infuſum in oleo roſ. & pauco aceto. deinde ꝓcede cum conſolidantibus. Q. ſi dubitaueris de magnitudine apoſtematis fac aſsidue ſedere de balneo ea decoctione ſeminis lini & fœnugræci. Item fac eum ſedere in aqua & oleo tepido. Q. ſi contingat non multum à dolore moleſtari ſolue vt ſupra ipſum in die tertio, & veſica continue caleſiat cum oleo de ruta. Propter diſtillationem vrinæ in inciſione, debes vt ſupra facere ꝙ patiens vtatur aqua & non vino in potu, & pauca ne multa generetur vrina. ſcd'o ꝙ tempore inictus miniſter teneat manum ſuam ſuper locum & cõprimat ſuauiter vt prohibeatur aduentus ſciſſuræ labiorum vlceris. Pro tertio ꝓpter quod ꝓhibetur cauſa urinæ oportet vt cum digito intromiſſo in vulnere extrahatur fruſtum tale ſanguinis prohibens exitum urinæ. de quo infra in ſpeciali rubrica ſua.

Pro quarto ſcito ꝙ in tali inciſione aliquando inciduntur vaſa ſpermatica quæ ſunt ibi propinqua. vt patet ex anatomia. ideo ſperma deferri non poteſt ad virgam. Scd'o. quia teſticuli multum debilitantur ex tali inciſione propter fortem dolorẽ, & ideo inde ſemen nõ generatur bene prolificum, & attende ꝙ ſi per inciſionem venæ, aut arteriæ tũc fac eum ſedere in aceto & aqua. aut fac diuerſionẽ cum phlebotomia, aut pone ſuper pectem & inguina narcotica & procede cum aliis. vt ſupra de flu. ſang. na.

Poſtremo quantum ad curã factam pro inciſione ſcito ꝙ in tali inciſiõe reperiuntur ſigna in duplici manerie. Quædam quæ apparent ipſe actus inciſionis. Quædam poſt inciſionẽ, & hæc ſunt duplicia bona, ſcilicet & mala. Tempore quidẽ actua inciſionis. nota ꝙ ſi uideris ſuperuenire ægro uehementiã quaſi intolerabilem doloris torſionem colli, caſum virtutis, deſtructionẽ motus, & ſermonis, cõfractionẽ palpebrarum, & oculorum, tunc debes deſiſtere ab ulteriori inciſione. Nã ſi tandẽ ꝓcedes cum tua præſumptuoſitate morietur ilico. Auic. hæc enim ſignificant iã inciſionem ad membra neruoſa peruenire, quia periculoſiſsimum, & mortale. Signa autẽ bona & ſperandæ ſalutis poſt inciſionẽ ſunt ſaluationis, quia ſignũ ꝙ animales uirtutes bene ſe habent ſanitas appetitus, & eſt ſignũ ꝙ nõ eſt multum læſa etiã naturalis, ſed parum, bonitas coloris, & formæ, & eſt ſignũ ꝙ nõ eſt facta magna reſolutio.

Signa mala quæ cum accidunt expectat medicus etiam mortem. Ani. ſunt fortis dolor ſub vmbilico, quia multũ virtutẽ ꝓſternit infrigidatio extremitatũ. ſignificat enim caloris naturalis ſolutionẽ. Tertiũ eſt acutio feb. quia ſignificat materias magis moueri ad putredinẽ, nec hũores ſtare ſub regimine naturæ. Quartũ eſt rigor qui motũ ſymptomaticum & malum ſignificat. Quintũ eſt caſus uirtutis. Sextum eſt vehemẽtia doloris acuti in loco perforationis cui accidit ſingultus, & motus ventris motu extraneo. Nã hæc ſignificãt maximã ſtomachi debilitatem propter cõpaſsionẽ quã habet ſtomachus &c. Vltimo hic pro complemento rubricæ, & eorum quæ de lapide veſicæ ponã aliqua ſimplicia & vſitata, & ſimiliter compoſita valentia in fractione lapidis. nã ut dictum eſt quæ ualẽt in frangendo lapidem ueſicæ ualent in frãgendo lapidẽ renum, & non ecõtra. Althea, & ꝓprie decoctio radicis eius & ſeminis ameos, amygdala amara, & eſt ꝓpria magis renibus. Amagogum Nic. rumpit lapidem. apri veſica puluerizata, & urina porci. Abrotanum cum uino bibitum. Balſamus iniectus. ut dictum eſt. Bethonica. vnde quidam pro ſingulari remedio dant aquã bethonicæ cum aqua berbenæ, milleſolij. ana. cum modico aceti ſquillitici, & pauco mellis. mel nanq; ut ſupra prohibet generationem lapidis præcipue in renibus. bdelliũ, cameleonta. capillus ven. vſus decoct. eius, ciois radicum caulis, cicer nigrũ, cyperus tritus iniectus cum oleo per ſiringã. Cucubæ cum vino, cartamus marinus dictus venetijs herbã ſancti Petri, daucus, diaſulphur Meſ. & Auic. in v. diapiretrũ Nic. diapraſsium Nic. ebulus quia ſuccus ſummitatũ cum uino potatus hedera, quia baccæ. x. vel circa cum aqua triæ. Electuarium ducis Nic. fimus columbi, galli interior pellicula, ventris eius cum oleo iniecta, geneſtra & eſt fortis, vt ſupra de renibus, gramẽ decoc. eius aut radicis, iuniperus, oleum eius iniectum, lapis lyncis, lapis ſpongiæ, lapis ueſicæ, lapis inuentus in uẽtre galli, ſanguis leporis, & cinis pellis eius vt ſupra leontripon Nic. lumbrici terreni triti, bliti, mithridatum, matricaria cum aqua mellis, milium ſolis. Nigella cum aqua aut melle ſumpta, oleum de amygdalis amaris, oleum benedictum Nicol. de piperibus, de ſcorpionibus præcipue magiſtrale de ſauina iniectum. Pæoniæ decoctio cum vino, pineæ, polliriicum, polium montanum, porrum, raphanus rubeus, ſaxifragia, ſauina, ſenatio, ſpica, pillum, ſynapia, ſiſymbrium, ſcolopendria, ſparagus, ſquinantum, theriaca, tribulus, trifolium, vitrum uſtum & tritum. Vrtica ſuccus & eius aqua decoct. vel diſtillationis. Vnguentum laxatiuum Nico. hircus ſanguis eius, vt ſupra de renibus, tringi cum vino & melle. Et hæc pro frangendo lapide renum etiam tibi maxime erunt adiuuamentum. vt ſupra de lapide renum in præcedenti capitulo.

Cartamus marinus venetijs herba ſancti Petri

## De apoſtematibus ueſicæ. Rubrica. III.

APoſtema veſicæ eſt apoſtema in ea cõtingens, aut ex humore ſanguineo, aut cholerico, aut mixto, aut groſſo melancholico per viam reſolutionis ſic genito de quo ſupra de apoſtemate duro in renibus. unde apoſtema durum in veſica accidit à cauſis conſimilibus cauſis apoſtematis duri in renibus. & tu ibi.

Accidit autẽ vt materia calida ſanguinea uel cholerica ad ipſam veſicã perueniat, & ibidem apoſtema cauſet, quod cũ cõtingit ſit ægritudo praua, & mala. nã eſt ægritudo ſibi diſproportionabilis non niſi à forti cã facta, & ideo mala, & interficit in primo periodo aut in quarto ꝓpter vehementiã doloris, vt ſcd'o ꝓgnoſticorũ in fine Hipp. ſed hoc veſicæ raro cõtingit cum ſit ſibi diſsimilis, licet frequentius accidat, qñ accidit pueris, qñ alijs ætatibus rõne lapidis aut doloris in ea ætate cauſata, vt dictũ eſt, aut groſſo, qm etiã apoſtema melancholicũ in ea generari poteſt. vt ſupra de renibus. Tu tamen ſcito ꝙ apoſtema durum in ueſica fit ſm plurimum per viã ſequelæ, quia qñ apoſtemata calida generãtur in veſica tunc ſubtile reſoluitur & groſſum remanet. Fiunt ea percuſsione veſicæ ex caſu & ex ſciſſura colli veſicæ quæ fit à lapide, & eſt ſm plurimum. In prædictis caſibus debilitatur veſica, & multiplicantur ſuperfluitates ex quibus iſta generantur apoſtemata.

SIGNA demõſtratiua dolor in pectine & peritoneo & aſcẽdit dolor uſq; ad renes. Et vrina mittitur cũ magna difficultate & ſimiliter ſtercus. Et eſt in peritoneo tumor ad tactum & eſt inflatio pectinis, & ilia cum dolore, & eſt aliquãdo retentio vrinæ. ita vt iacentes non poſſint aliquid de ea mittere, immo eſt neceſſariũ vt ſtent ſi mingere uolunt maxime qñ apoſtema eſt magnũ & oppilãs fortiter, vnde tunc neceſſaria eſt fortis expreſsio muſculorũ quod iacendo fieri nequit, & in his ſignis utrunq; cõmunicat.

Signa ſi apoſtema fuerit calidũ erit dolor vehemẽs pũgitiuus cum pulſatione uehemẽti & cum feb. intenſa, & qñq; apparet rubedo exterius, & certificatur medicus de eo per iuuantia aut nocentia ei adminiſtrata ex vaporationibus fortibus calidis à quibus læditur & hmôi. Et ipſum cõſequuntur accidentia hæc ſitis uehemẽs, uomitus, choleræ, aſthma, quia phragma ex uaporibus eleuatis læditur frigus extremitatũ, alienatio, nigredo linguæ. Et ad ipſum ſignificandum confert ætas. regimen præteritum, & cauſæ primitiuæ aliæ.

Signa ſi fuerit apoſtema frigidum apparebunt ſigna dicta utriq; cõia, & cũ ſignis frigiditatis & accidẽtia in frigido remiſſa erunt reſpectu calidi. Et ſcd'm plurimum hæc

apoſtemata fiunt verſus collum veſicæ, & rō quia carnoſum. Et hæc apā quandoque aperiuntur ad intra quandoque ad extra, & in apāte quidē duro. vt ſupra contrarium ſenſui ſtupefactio crurium, & agitatio diuerſa, & aliqñ perducit ad hydropē. Et apā durum veſicę ſm plurimum fit per viā ſequelę ad apāta calida reſoluto ſubtili remanente groſſo.

PROGNOSTICA apā veſicę in quo eſt retētio ſtercoris, & vrinę, & dolor fit fortis, & fe. eſt continua acuta, & vrina non digeſta, eſt mortalis, quia ſignificat ꝙ eſt de multa quātitate materiæ. Et qñ in apoſtemate veſicæ apparet in vrina ſedimē eſt ſignum ſpei, quia ſignum digeſtionis. Et quādo apā veſicæ ſaniatur, tunc apparent horripilationes, & feb. diuerſæ, maxime qñ materia eſt diuerſa. Et exitus ſaniei cum vrina maxime cum remiſſione accidentium ſignificat ipſius eruptionem iam factam. Et eruptio ipſius cum incipiūt apparere ſigna digeſtionis erit in ſpatio octo dierū. Et lege etiā pgnoſtica in hac paſſione quę dicta ſunt de apoſtematibus renum quæ hic adducēda ſunt pro parte. Poſtremo ſcito ꝙ apoſtemata hic & ſpecialiter dura quandoque producunt ad hydropem.

CVRA apoſtematum veſicæ diuerſitatem recipit. vt ſæpe de alijs ſcriptum eſt ex parte diuerſorum ſuorum temporum, principij, ſcilicet augmenti, ſtatus, & declinationis. Et initium faciens de calidis ponantur canones. In principio itaque apoſtematis calidi veſicæ ordinetur diæta ad contrarium cauſæ, & declinet regimen non ſolum ad frigidum. ſed amplius ad humidū vt multa deinde aquoſitas generetur quæ ad veſicam terminabitur ad prohibendum eucotum apoſtematis, & ad remittēdum malam complexionem in ea.

SECVNDVS eſt euō, & ſi fuerit ex ſanguine vel ex cholera ſanguini admixta feſtina ad phlebotomiā baſilicę ſiniſtræ, aut de ſaluatella eiuſdē ſi fortior quæritur diuerſio, maiorem aut minorem, ut virtus tolerabit, maiorem in ſanguineo, & minorē in cholerico cum quo miſcebitur ſanguis. Q. ſi fuerit ex cholera ſola non commixta nō eſt fienda ſaltē euātiua, vt ſæpe dictum eſt de apātibus, vt ſupra de apāte hepatis, & licet etiā conferat de baſilica dextra, de ſiniſtra tñ dictum eſt magis, qm̄ materia habet magis raptum ad partē ſiniſtrā ꝓpter debilitatē loci. ſcd'o quia mēbrum mandans eſt hepar & ſi fieret ex dextera videret trahi materia ad mēbrum ipſum principale. hic enim cū hoc ꝙ diuertit euāt, quando. ſ. ex materia ſanguinea aut mixta ſanguini peruenit apā, & ideo eſt melior cura. Item cōuenit euō cum medicina lenitiua ex caſia, thamarindis, māna, reubarbaro, vomitu, & hmōi. ad quas euacuationes in principio feſtina vt minoretur materia antecedens apoſtematis etiā cum clyſteribus leuibus. nā medicinæ tales nō debent eſſe fortes ne augmentent apā. adiuuant tales euacuationes diuerſiones factæ cum ventoſis, & cum ſcarificatione. Item ſanguiſugæ appoſitæ ano.

TERTIVS repercuſſio in qua oportet te eſſe admonitum ꝙ talia frigida & ſi cōueniant in principio & in prima parte augmēti, non debent tamen multum cōtinuari, & ꝓlongari ſuper locum ne ex ipſa frigiditate lædatur veſica. Scd'o ne accidat ex eorum cōtinua approximatione apoſtematis induratio. Medicinæ autem tales ſunt frigidæ, ſtypticæ, vt per ſuperius aqua hordei cum decoct. ro. vel citoniorum, aut aliorum ſtypticorum frigidorū, de quibus ſæpe, vt de apoſtemate renum.

Item ex ſyr. vt. ℞. portulacæ, lactucæ, capil. ven. ana. ℥. j. ſeminum quatuor frigidorum, ſeminis papa. al. ſeminis maluæ, dragacāti, liquiritiæ, paſſularum. ſem. endiuiæ, ſcariolæ. ana. ʒ. ij. zucch. albiſſimi. fiat ſy. Exterius autē applica emplaſtrum ex herbis frigidis. vt ex vio. ſolatro ro. bliti, maluis, & huiuſmodi. cum oleis viol. ro. nenupharino, de papauere, unguento populeon, Item farina fabarū, aut de hordeo, & hoc uſque ad dies tres vel quatuor emplaſtrando, aut ungendo, aut epithemando cū ſuccis frigidis, & pauco aceti loca veſicæ, & virgæ, vt pecten, perito-neon, & hmōi. Et hæc fiant per totum principium uſque ad primā partē augmenti quod cōprehendes ex ſignis. Et quia eſt morbus acutus veriſimile eſt ꝙ principium trāſiuerit poſt quartū. & hoc ſm maiorē, & minorē eius acuitatē, & tu bene cōſidera hoc. Item fortaſſe in principio admiſcere anodina mollificatiua cū his erit conuenientius, ut altheā, ſemen lini, fœnugræcū, camomillā, & hmōi. ꝓpter mitigationē doloris. vnde Auic. immo ſi incipias à mollificatiua cum nō ſit aliquid quod ab illo prohibeat ex ſenſu vehemēti erit melius, & diuerſi diuerſa ingenia habent. Nam qdā in principio applicant veſicā plenā aqua calida q eam implent oleis anodinis & repercuſſiuis, ut eſt camomillinum ro. & hmōi. de quo ingenio ſupra de dolore renum. Quidā infundūt ſpōgias in ſuccis, aut liquoribus frigidis ſtypticis, quidā pannos, & hmōi. vt ſupra de dolore renū & apāte renū quā rubricam pro cōplemento huius debes relegere. Et ex emplaſtris bonis eſt. ℞. floris farinæ frumenti, vel ſimilę. ℥. j. ſiſami excorticati. ℥. ij. lactis. ℥. j. ſ. olei viol. ro. camomillini. ana. ℥. ſ. ſucci roſ. ℥. j. miſce. & ſi dolor eſt vehemens adde papa. aut de mādragora vt videbitur. Itē ex farina fabarum, & ſuccis ſtypticis ootis, oleo de ſemine lini. ro. mucillagine, fœnugræci, altheæ, & hmōi. fac emplaſtrum. Per inferius vero adminiſtra clyſteria: vt. ℞. aquæ hordei. lib. j. olei roſ. ℥. iiij. ſucci ſolatri. ℥. ij. & immitte & cōſimilia. Item injicias cum ſiringa per virgā lac aſinæ cum mucillagine pſylij, aut aquam hordei cum lacte aſinino & hmōi, & eſt melior, quia minus frigida. Cum autē peruentū erit ad augmentū, quia ad ſcd'am partē eius tunc cōpone inæqualiter repercuſſiua cum reſolutiuis vincentibus, & anodinis, vt videbitur expedire, qualia ſunt Camomilla, melilotum, anethum, ſemen lini, fœnugræcum, althea, lilium album faciēdo euaporationē, fomenta, emplaſtra, vnctiones, ſiringationes, clyſterizationes dādo & per totum vt ſupra. Cum vero peruentū erit ad ſtatū, quod erit poſt octo dies vel circa ſm maiorem aut minorē apātis acuitatem. unde Auic. ꝙ ſi hebdomodā pertrāſeat & approximet ſtatus, tunc compone hęc adinuicē æqualiter ſaltē in prima parte ſtatus. vt ſupra ſæpe dictum, vt de apāte renū, aut fac reſolutiua vincere vt videbitur in fine & medio ſtatus vt. ℞. farinæ fabarū, flo. camomillæ, anethi. ana. ℥. j. & fiat emplaſtrum cum aqua mellita. Vel. ℞. radicem lilij, ſemen lini, fœnugræ. oleum de ſiſamo ro. & fac emplaſtrū cum aqua mellis. ſi uis adde ex caricis, adde ex frigidis, vt videbitur etiā per os per inferius etiā adminiſtrando, vt de alijs temporibus dictum eſt. Item maxime ipſo exiſtēte ſanguineo aut ex materia mixta ſanguini competit phlebotomia poplitis ſi ea haberi poterit, ꝙ ſi non, fac de ſaphena. illa enim cum hoc ꝙ diuertit magis à loco euāt. Item aperiantur hæmorrhoides ſaltē cum ſanguiſugis. In declinatione vero attende magis reſolutiuis, cum quibus pone etiam anodina, & addas, vt ſunt caricę, ſpica nardi, aniſum, fœniculus & hmōi, etiā per os aut ſiringa imponēdo emplaſtrando & ſm alia ingenia operando vt ſupra. Emplaſtrum ad hoc. ℞. hyſſopi. ʒ. iij. caſtorei. ʒ. j. ſ. oleo ro. camomillini, anethi. ana. ℥. ſ. farinæ ſeminis lini, frumenti. ana. ℥. ſ. & cū decoct. caricarū fiat emplaſtrum, aut cum cera fac unguētum dimiſſis farinis. Itē laudat baloeum factum ex rebus mollificatiuis, & reſolutiuis, ſicut eſt ſemen lini, althea, cordumēi, ficla, amoniacū, ſquinantū, fœnugræ. caules, & hmōi. vnde ex his aut pluribus eorum fac balneum in quo ſedeat patiēs, mitigabit enim dolorē, et reſoluet materiā apoſtematis, & debet aſſiduari. Q. ſi cōtingat per hæc non poſſe peruenire ad reſolutionē ſed magis ad ſaniem, quod cōprehendes ex remiſſione doloris & feb. iuxta illud Senis noſtri, ij. Aphor. Circa generationem ſaniei. tunc ꝓcede cum ſimilibus ſimplicibus, ſed fortioribus his quæ dicta ſunt ſupra de apāte renū, & in ibi. vnde Aui. Curatio qdē dubelati eius

lati eius

lati eius ꝓxima eſt curationi dubellati renum ꝓcede itaq; cum maturatiuis ad extra, vt. ℞. farinæ fœnugræci, vel tritici. lib. ſ. radicis altheæ, camomillæ, radicum liliorum. ana. M. j. adipes anſeris, & gallinæ, olei liliorum alborum. ana. ℥. j. decoquantur radices, & cum ea decoc. fiat emplaſtrum. Ad idem. ℞. caricarum albarū, dactylorum pinguium, paſſularum enucleatarum, radicis altheæ, fœnugręci, ſem. lini. ana. ℥. j. coquant̃ & cum colatura & pinguedine gallinæ, & ſufficienti quātitate farinæ frumenti fac emplaſtrū. Deinde adminiſtra clyſteria ex his quæ habent ipſum aperire vt. ℞. aquæ decoctionis caulium, & limaciarum cum corticibus ſuis, & diſſolue in ea mellis. ℥. ij. ſerapini. ʒ. ij. fœnugræ. ℥. j. ſucci parietariæ. ℥. j. ſ. olei irini. ℥. j. etiā immitte, & ſic conſimiliter de alijs credo ꝙ iniectiones ex his cum ſiringa per virgā eſſent cōuenientes. Itē eo tpore fac cōtinuare ſternutationes, multum enim conferent. Cū itaq; apparebit ſanies in vrina, tunc per os & cū ſiringa adminiſtra lauātia, & abſtergentia ex aqua hordei cum melle vel zucc. vel lacte & hmōi. ſm ꝙ tibi uidebit̃, vt ſupra de renibus, deinde cū ceſſauerit ſanies da conſolidatiua per os, & cum ſiringa adminiſtra, & cum his q̃ dantur per os cōmiſce aperitiua, veſicā reſoluentia, de quibus actū eſt, ſed pro his oibus recurre ad ea quę de renibus dicta ſunt. In frigido vero & duro apāte cōſimiliter ꝓcedendum vt de apāte duro renū ſcriptū eſt, vnde ꝓcede primo ſi videbit̃ phlebotomādo. deinde euāndo. Itē adminiſtrādo per os lenitiua, mollificatiua, & apitiua ea etiā per virgā iniciendo. Itē ad extra emplaſtrādo, inungendo, faciēdo embrochas, balnea mollificatiua, lenitiua, faciendo patientem ſedere in eis, & eſt vtile valde. Et ſis ſollicitus curationibus per euonem ex caſia, māna, ſem. melonis, fœniculi & hmōi. cū reſpicientibus melancholiā, vnde cōpone ex ſy. cum aperitiuis mollificatiuis notis. vt cū caricis, radicibus altheę, liliorū alborū, ſeminibus frigidis maioribus, cū dactylis, paſſulis enucleatis. Itē emplaſtret̃ cū fœnugræ, althea. radice liliorū. vt ſupra cū oleo nardino, coſtino, camomillino, pinguedine gal. butyro, amoniaco, ſerapino, bdellio, & hmōi. Itē emplaſtrum de meliloto cerotum hyſſopi Meſ. Purget̃ cum caſia, polypodio, ſena, epithymo. Fomenta ex meliloto, camomilla, anthos, ſtæcados: & huiuſmodi. Quidam poſt purgationem faciūt tale balneum, & ante non eſt fiendum, vt ſupra. ℞. brācę vrſinæ, radicis apij, & foliorum eius, radicis iringorum, ireos, maluæ, florū camomillę, meliloti. ſe. lini. ana. ℥. j. olei amygdalarum. ℥. iij. bulliant adinuicem ingrediat̃ vſq; ad vmbilicum. tertia vero die poſt ipſum faciūt phlebotomiā de ſaphena, vt ſupra deinde applicāt hoc emplaſtrū. ℞. foliorū parietarię quātum vis, & torrefiant in ſartagine cum his oleis. ℞. oleorū anethi, camomillę, de lilijs, de uio, de pulegio. ana. ℥ ſ. deinde emplaſtrant cum emplaſtris mollificatiuis de quibus ſupra, aut applicant emplaſtrū de meliloto. Vbi vero apā fuerit aquoſum. Curatur cum diureticis calidis, ut phlegmaticū, ut ſupra de renibus ſi vētoſum cū carminātibus ventoſitatē, vt ſupra de hydro. & tu ibi.

RESTAT vltimo de accidentibus aliquid dicere vt dolor, gravedo, & vrinæ retentio, & de his tantum dicatur ꝙ correctio eorum apparebit late ſatis in proprijs ſequentibus rubricis, & ideo ſuperſedeo ab eorum inſcriptione pro nunc. quare &c.

## De ulceribus ueſicæ. Rubrica. IIII.

VLcera veſicæ eſt ſolutio cōtinuitatis cum putredine aut abſq; in ea cum perditione ſuę ſubſtātię cōtingēs, cuius cā ſm plurimū eſt hūor cholericus, aut falſus ſua acuitate peccās, dicit̃ ſm pſm q̃m ab alijs poteſt cōtingere cauſis. vt ſunt acuitas vrinę, quātitas nimia, humoris eius viſcoſitas, ꝓpter quā nimis adhęret, & in ſeparatione accidit vlcus ſiue vulnus, vt ſupra de vlcere renum, aut ſanies ſua acuitate à pectore, vel hepate ad veſicā veniēs, aut apā ſiue bothor in ea male curatū, aut lapis ipſo excorians, aut vētoſitas extēdendo & faciēdo ſolutionem cōtinuitatis, aut à cā exteriori plaga, ſeu percuſſio facta. Itē caſus, nimius coitus. Vſus nimius diureticorum, & fortiū, aſſumptio medicinæ acutę, & hmōi. De plaga & vlcere, vide quæ ſcripta ſunt de vlce. renum in principio.

SIGNA demonſtratiua vlcerū veſicæ ſunt dolor in peritonæo, & ardor qui ſequitur in emulſione vrinę quę cum difficultate emittit̃, & patientes eam guttatim, & rarius q̃ poſſunt emittunt pręconcipientes dolorē, & anguſtiam, & exit ſanies paulatim, & nō ſubito, ſimilr & ſang. & eſt hoc ſignum cōe, & renum vlceribus, & veſicę. & tu ibi. Vnde & princeps. iam diximus ſigna in cap. renum.

PROGNOSTICA. vlcera veſicæ antiquata curā non recipiunt. tā fiſtulata ſunt vt de renum vlceribus dictū eſt. Vlcera veſicæ in ſenibus non curantur. Vlcera veſicæ tardius curantur q̃ renū, vt ſupra. Vlcera veſicæ quandoq; perducunt corpus ad cachexiam, & finaliter ad hydropem maxime quando ſunt diuturna, & acuta.

CVRA canones. multi enim ex medicis vnū faciunt capitulum de cura vlcerum renum & veſicā volentes cōſimiles canones cōſimilia quaſi ingenia in vtriſq; deberi. Vnde & Auic. breuius locutus eſt de vlceribus renū, propter quod oportet vt volens habere curā de vlceribus veſicæ legat quæ ſcripta ſunt de vlceribus renum. Eos itaq; inſecutus multa remittam videnda, & amplianda loco allegato, & tu ibi. Et ſicut in cura vlcerum renum nouem ſunt canones principaliter contemplandi. Ita & in cura vlcerum veſicæ ſunt obſeruandi. Vnde Auicē. conſidera ex canonibus datis in capitulo, ſcilicet renum, & plurimos eorum permuta ad hunc locum.

Primus ꝙ feſtinea ad curā eorum. nā cum antiquantur non recipiunt curam ꝓpter cauſas aſſignatas, ſupra de renibus. vnde ſcias ꝙ adhuc difficilioris curæ ſunt vlcera veſicę, ꝓpterea quia membrum neruoſum eſt. Item ſcito ſcd'o. ꝙ ſi ſcindatur veſica in collo carnoſo curabilis eſt in neruoſo nunquam. vt in Aphor. in fine capituli.

Scd's eſt ordinatio diætę. vnde euitet ſalſa acuta, dulcia vehementis dulcedinis conuertibilis in choleram, exercitium forte, debile quidem & ſuaue virtutē confortat, quære omnia quære diſtincte poſita de vlceratione renum ſupra vnde hic laudatur maxime lac equarum ab Auicē. de quo nihil dictum eſt allegato loco. Et pro ipſo etiam vide quę dicta ſunt ſupra de vlceribus pectoris.

Tertius eſt adæquatio materiæ quomodo adæquatur vide de vlcere renum.

Quartus eſt euō. q̃ vt allegato loco debet eſſe ex medicinis leuibus, vt caſia, māna, thamarindia, ſebeſten, & vſq; ad benedictā & hierā ſimplicem, & hoc exhibēdo per os, aut per inferius adminiſtrando. Vt verbi gratia per os. ℞. mānæ electę. ℥. ij. iulep viol. ℥. j. aquæ decoc. viol. liquiritię, paſſularū. Vel ſic. ℞. caſiæ. ℥ j. ſ. ſebeſtē. ℥. ſ. pulparū thamarindorū, & prunorum. ana. ℥. ij. bulliāt pulpæ in cōuenienti quātitate aquę, & ſimiliter ſebeſten, & fiat colatura, & expreſſio vt decet cū aqua ſi potea extrahas caſiam, aut adde aliquid alchechēgi, & cum modico ſyrupo violato fac potionē. Item ex caſia, & benedicta potes facere eradicatiuum dando cum aqua decoctionis violarum, liquiritiæ, paſſularum, alchechēgi, emulſione ſeminum cōmuniū iulep viol. lacte papaueris, & hmōi. Per inferius adminiſtra enemata, quæ quantū ad cām cōiunctam ſunt maxime cōuenientia. vt. ℞. maluarum, blitis, violarum, radicum altheæ, ſeminum fœnugræci, oleorum amygdalarum dul. vio. cōis, ſiſami, adipis porci nō ſaliti, decoctionis capitis caſtrati, vitellos oui, zuccharū, & huiuſmodi. ex quibus cōpone vt decebit. nā ex his fiant clyſteria mitigantia ardorē, dolorem, lenientia inteſtina, & ipſa confortantia, & tu bene conſidera, & pro alijs quære ſupra de renibus cōſimili canone, ſed nota ꝙ vomitus non ita videt̃

cõpetere io caſu ſicut in vlceribus renum. conſidera.

Quintus eſt adminiſtratio particulariũ ad intra ex parte abſtergentiũ, mũdificantiũ. Vt ſunt aqua zucchari, & fortior eſt ru. aqua mellis. Emulſio ſeminũ cõium cum aqua lactis, & maxime coagulata cum buſiti, decoctio ſeminũ altheę. Lac ipſm caprinum. & cum his ponitur ſemper aliqđ diureticũ. Et ſcito. vt ſupra q̃ ſemina cõtra magis ſunt abſterſiua abſq; cortice ſuo apertiua magis cum eodem. vt in dubijs de renibus. Itẽ abſterſiuum & cõfortatiuum eſt mel ro. colatum, decoque igitur & cõmiſce. vt videbitur. Et ſicut hæc dantur per os. ita adminiſtra cum ſiringa injiciendo per virgã. Et nota q̃ aliquando egreditur per virgam aliquod viſcoſum tẽdens ad fuſcum. q̃ cum videris cõtinuari pone cum abſterſiuis aliquod ſubtiliatiuum, & laudatur in hoc cinis arbo. fici, cinis quercus. & hoc cõtinua vſquequo mundificabitur. poſt uero cõueniẽs eſt, ut ſequatur.

Sextus eſt cõſolidatio & conglutinatio. nã quẽadmodũ dictum eſt de vlceribus inteſtinorũ q̃ prius debent imponi clyſteria abſtergẽtia, mundificantia, & poſt illa paululum ſequi debent incarnantia, ita & in his ꝓcedendum eſt pariformiter cum ſiringa. Primo injiciendo abſtergẽtia. deinde cõſolidantia, & ſirĩgãdus iaceat ſupinus, vt liquor melius deſcendat. Itẽ nota q̃ conſolidantia adminiſtrãda non debent abſolui à conglutinatiuis. Et ex laudatis eſt lac de quo ſupra de renibus, & tu ibi. ſed lac muliebre eſt melius cum his quæ injiciuntur. Item lac in quo bullita ſint bolus arm. achacia. & huiuſmodi. Item valẽt trochiſci de charabe. Itẽ de terra ſigillata. Item. ℞. dragacanti. ʒ. j. trochiſcorum de alchechengi. ʒ. ij. diſſoluãtur in lacte, & adminiſtrentur, & collyrizentur per virgam. Itẽ laudauerunt quidã & efficaciter valde vſum lactis caprini cum trochiſcis de alchechengi. Itẽ ceruſſæ, ſarcocollæ, thuris, gummi ara. opij, ſanguinis dra. ana. ʒ. j fiant collyria & cum lacte injiciantur. Ad idẽ. ℞. ceruſſi. ʒ. v. boli arm. gummi arabici, thuris, ſanguinis drac. ſeminum papaueris al. amygdalarum excoriatarum, ſucci liquiritiæ, dragacanti, amili, ana. ʒ. iiij. ſeminis apij. ʒ. j. granorum ru. ſolatri hortulani, alchechengi. ana. ʒ. j. ſ. fiant trochiſci. deinde cum ſyrupo viol. aut iulep, etiam dolorem extinguit, & ſunt Raſ. & vltimi. Ad idem. ℞. terræ ſigill. chimoleæ, cornu cerui vſti. ana. ʒ. j. ſeminum canapis. ℈. j. opij. gra. x. vnguenti de ceruſſa. ʒ. ſ. ſarcocollæ. ℈. ij. myrrhæ, thuris. ana. ℈. ij. omnia incorporentur cum oleo ro. Ad idem. ℞. ſarcocollæ. ʒ. ij. amili. ʒ. j. ceruſſæ. ʒ. iij. plumbi vſti, thuris. ana. ʒ. j. injiciantur cum lactæ, & eſt ſatis forte. Ad idem. ℞. diapapaueris. ℥. ſ. diadraganti. ℥. j. zucchari viol. ℥. j. ſ. boli arme. ʒ. iij. fiat electuarium. doſis eſt. ʒ. iij. cum aqua alchechengi cum hoc quod conſolidat mitigat. Ad idem. ℞. conſolidæ maioris & minoris. ana. ʒ. iij. ſanguinis drac. boli arme. thuris, maſticis. ana. ʒ. ij. achaciæ, myrrhæ. ana. ʒ. ſ. reubarbari vſti, pilorum, ſpicæ nardi. ana. ℈. j. dragacanti, gummi ara. ana. ℈. ij. & cum zucchato fac electuarium doſ. ʒ. iij. cum aqua plantaginis poteſt fieri in modũ ſyru. poſſunt fieri trochiſci, & dari dum aliquo conſolidatiuo &c. vt dictum eſt ſupra. Aliud de quo ſenex quidẽ experientiam habuit, vnde ex vſu eius poſt ſex menſes curatus fuit. ℞. liquiritiæ mundæ. ʒ. ij. ſeminum melonis mundatorum, ſeminis papaueris al. granorũ alchechengi. ana. ʒ. j. cinnamomi, myrtillorum. ana. ʒ. ſ. dragacanti, gummi ara. infuſorum per noctem in aqua roſ. ana. ʒ. j. amygdalarum dulcium excorticatarũ, pinearum mundatarũ. ana, ℥. ſ. mellis ro. colati. ℥. j. aquæ roſ. plãtaginis. ana. ℥. ij. zucchari optimi quantum ſufficit, & fiat electuariũ. Ad idem ſiet album inrectum cum aqua alchechengi, & melius cum lacte mulieris. Valent & vnguenta ad extra applicata ſuper pecten & in loco peritonæi. ℞. ſtoracis liquidæ. ʒ. j. pinguedinis anſeris. ʒ. iiij. ceræ albæ quantum ſufficit, & inunge comprimendo. ℞. dactylos pingues, gallas, paſſulas, arancia, hypoquiſtidos, alumẽ, hyſſopum, & ſtoracem, & compone, aut emplaſtrum, aut vnguentum.

Aliud. ℞. olei ro. ℥. ij. olei myrtini, ſucci plantaginis. ana. ℥. j. trochiſcorum de terra ſigillata, de charabe. ana. ʒ. j. aceti. ʒ. ij. ceræ quod ſufficit, & nota q̃ niſi timeatur veneris ſtypticitas clyſteria eſſent conuenientia.

Pro ſeptimo ſtude doloris mitigationi cum anodinis aſcendendo ſi cogit neceſsitas ad domeſtica ſtupefactiua, & in fine quidẽ cum cogit neceſsitas vſq; ad conſueta fortia. Et de ſemine papa. albi, ad iuſquiamum, & opiũ, exempli gratia. ℞. ſeminum cõium frigidorum excorticatorũ. ℥. j, ſeminum papau. al. ℥. j. granorum alchechengi, ſolatri hortulani, ſeminũ portulacæ. ana. ʒ. ij. omnia piſtentur & diſtemperentur cum aqua alchechengi & fac ſyr. cũ quãtitate ſufficiẽti zucc. aut injicias per ſiringã. Itẽ injicias oleũ roſ. cum mucilagine pſilij. Exẽplum ſcđi. ℞. ſeminũ papa. al. ℥. j. opij. ℥. ſ. adipis gallinæ. ℥. j. ſ. piſtentur & colentur & injiciantur. Aliud mitigans & remouens dolorem. ℞. ſeminum quatuor frigidorum maiorum. ℥. j. ſ. ſeminũ portulacæ, ſeminis iuſquiami, ſeminum altheæ, papaueris albi, ſeminum apij. ana. ʒ. j. amygdalarum dulc. excorticatarum. ℥. ſ. dragacanti, amili. ana. ℈. j. ſucci liquiritiæ. ʒ. ij. boli arm. ʒ. ij. zucchar. albiſsimi. ʒ. ij. informentur pilulæ cum mucilagine pſylij, & dentur quinque pro vice bis in hebdomada mane in aurora, deinde bibantur. ℥. iiij. aquæ alchechengi calidum, ſtet deinde ieiunus horis quatuor.

Et cum ſimilibus rebus fieri poteſt tragea cum plurimo zucchari. & confectio ſolida. Item ſpecies triaſandalorum ſunt hoc caſu conuenientes. Item poteſt ex paucioribus & pluribus componere, vt videbitur etiam ſi opus erit aliquid apij apponendo. Quod ſi non ſufficient recurre ad philonium, theriacã nouam. pro quibus te transferas ad rubricam de dyſenteria immediate, & de colica, & de dolore renum. Valent & emplaſtra & unguenta ex his & conſimilibus rebus frigidis facta. vt. ℞. infrigidantis Gal. ſpecierum cerotí ſandalini Meſ. raſuræ eboris, granatorum, alchechengi, boli arm. & huiuſmodi. Item epithema loco ſæpe dicto vt ſupra de renibus. item ex frigidis anodinis clyſteria patiẽte ſtante ſuper ſua genua. Item fac ſuppoſitoria, vt ſupra de teneſmo. nam ibi debes recurrere pro ſimilibus. Itẽ procurando vulnua ſordidum antiquum veſicæ, & tu ibi quærendo curam non recipit veram. vt ſupra & infra in Aphor. nam continuus fluxus vrinæ, & paucitas carnis, ineptitudo applicandi medicinas hoc faciunt.

Quid autem dicendum ſit de octauo & nono volo vt tibi ſufficiant pro eorum complemento quæ ſunt ſcripta in octauo & nono de vlceribus renum. oportet autẽ ſi bene habere volueris curam hanc q̃ illam relegas rubricam. & ſic hæc ſufficiant.

## *De ſcabie ueſicę.* Rubrica. V.

SCabies veſicę habet cauſas eaſdem quas habet vlcus eius, & ideo princeps de eis nihil dixit. ſit tamẽ ſemper aut à materia aduſta aut ſalſa.

SIGNA demonſtratiua eius aduſtio in emiſsione vrinæ cum fœtore eius, & dolore vehementi, & prurítu cum ſemine furfureo, & quandoq; currunt cum aſsiduatione humiditates, quandoq; currit ſanguis.

CVRA eius eſt cura ulcerum in ea leuioribus tamen remedijs facta cum ſit ſuperficialis magis.

Primo igitur dietam ex frigidis cibis, humidis, dulcibus, quia inſipidis & nõ dulcibus aptis cõuerti in choleram vt ſupra immo abſtinendũ boni chymi generati, & viſcoſi. Et laudantur pedes animaliũ res pingues oleum amygdalarum frumentũ coctum cum carnibus autẽ genera lactis dicta. Piſces de aquis currẽtibus anguillę & hmõi. Far, riſum coctum in iure gallinarum. Itẽ lac coctũ, hordeum, olera, aquã hordei bibat, & vinũ lymphatũ multũ, & magis albũ q̃ nigrũ, ſed ꝑtiã cõpetit aurelium. Abſtineat ab

his è

his à quibus abſtinēt habētes vlcera ueſicæ quibus ſupra. Sec̄d's canon eſt. ꝙ euet̄ ſępe cū mundificantibus materiā aduſtā vel ſalſam, & ſint leuia. ut ſupra. iiij. trac. & de ulceribus renum. Itē ęquenē humores. Fiat abſterſio & mundificatio conſolidatio, & ſi adeſt dolor mitigatio. vt ſcriptum eſt de ulceribus renum, & ueſicæ & ru illis locis. Itē iniectiones ſunt hoc caſu multum conferentes. Poſtremo conſidera, quia competit phlebotomia, & uide quæ ſupra dicta ſunt de ſcabie renum, & hæc ſufficiant.

## *De coagulatione ſanguinis in ueſica.* Rub. VI.

HOc accidens ſequi conſueuit poſt factam inciſionē extrahendo lapidem. vt ſupra quandoq; retentionem eius fluxus à membris ſuperioribus ad eam, quorum duorū cauſæ per ſe ſatis notę ſunt. Modus extrahendi fruſtum tale ex ueſica tempore inciſionis. dictum eſt ſupra de inciſione lapidis, ſed modus & huic conferens & ſecundo in medicinarum non eſt poſitus vt ordinem principis ſecundum poſſe ſeruarem.

S I G N A demonſtratiua. primū ſignum anguſtia, quia à ſanguine illo iam ſaniato, quia exterius eſt, eleuātur vapores ad cor, ſyncopis propter eandem cauſam, frigus extremitatum, quia fit dolor in coagulatione, retrahitur calor, paruitas anhelitus cōmunicatis vaporibus diaphragmati, & frequentia pulſus, nauſea ꝓpter eandem cauſam, rigor cum anteceſſione mictus ſanguinis, aut ꝑcuſſionis, aut caſu ſuper ueſicam.

C V R A canones ſicut lapis diſrumpit̄ per ſeparationē partis à parte ita & hic per inciſionem partis à parte. & ideo cōpetūt inciſiua ꝑ os adminiſtrata, & iniecta. Vnde laudat̄ ſy. acetoſus factus cum aceto ſquillitico. Itē ſi cum eo datur cinis ligni fici. Itē & conueniunt medicinæ ſubtiliatiuæ, inciſiuæ, & lapis rumptiuæ. itē maxime confert coagulum leporis. Itē ualet potus carpobalſami cum granis pæonię, aut ligno eius. Item oxymel ſimplex. itē compoſitum. item cordumeni, ſauinæ, blactæ, bizantiæ, aſſa, amoniacum, rubea tinctorū, ſiſeleos, ariſtolochia. Ex quibus confice electuariū, ſy. pilulas, & hmōi, ut uidebitur, & à proprietate hepar aſini, fel teſtudinis, coagulum leporis, lac fici exiccatum in accipiēdo aliquid paucum de eo cum aqua aliqua diuretica. item aqua ciceris ru. item aqua ligni abrotani, & decoc. abrotani cum vino. itē ſemen fœniculi cum melle, ciminū cum ſemine apij ſumptū vinum decoctionis cotulæ, matricaria cum aqua mell. & ſic de alijs, de quibus habuiſti ſupra. xiij. cap. de ſang. coagulato in ſtomacho. & tu ibi. Poſtremo ſcito ꝙ tina ex rebus valentibus ad fractionē lapidis de qua ſupra eſt ſubtilia medicina, ſua enim caliditate ipſum ſic coagulatū diſſoluit, & ideo ad ea te para, & tu bene conſidera hæc.

## *De diſlocatione ueſicæ, & eius mollificatione.* Rubrica. VII.

VT ducem ſequar has duas cōprehendam diſpoſitiones ſub rubrica vna prius tñ de una pertractāa, deinde de alia. Diſlocatio veſicæ eſt remotio eius à ſuo loco verſus aliquā differentiā poſitionis. ſ. aut deorſum, aut ſurſum, aut ad dextrum, aut ad ſiniſtrum ex relaxatione ſuorum ligamentorum, vel ſuſpēſoriorū cauſata. Cuius relaxationis cauſa ſm plurimū eſt humiditas cum frigiditate paralyticans, ſiue mollificans, quare membrū ipſum in proprio loco non regitur. Et dictum eſt ſm plurimū, quia caſu, percuſſione, relaxatione, aut rumpente balneatione in aqua frigida multum ventoſitate, & hmōi cōtingere pōt. Et qđ dictū eſt de ueſica etiā de renibus intelligat̄. vt ſupra memoratum eſt de renibus in fine capituli.

S I G N A demōſtratiua, quia impedit̄ actio vrinandi, & qñq; urina inuoluntarie emittitur, & ſentitur grauitas, & nocumentum in loco ad quem declinat. Q. ſi fuerit ex cauſis intrinſecis ſcitur relatione infirmi. Q. ſi fuerit ex humiditate &c. ſcitur ex ſignis apparentibus humiditatis & ꝙ præceſſerit regimen humidum & huiuſmodi.

P R O G N O S T I C A elige ex dicendis de difficultate mictus.

C V R A canones. Quod eſt à caſu vel percuſſione eſt difficilis curę. Et ſi poſsibile eſt illud fit reductione ad locum ſuū cum ligaturis, emplaſtris, & alijs medicinis ſtypticis, conglutinantibus, & huiuſmodi relinquo reſtauratoribus, & hic canon poſitus eſt primus ne ex improuiſo & faciliter promittatur eius cura.

Sec̄d's eſt ordinatio diætæ quæ debet eſſe declinans ad calidum, & ſiccum maxime quando eſt ex relaxatione ꝓpter humiditatem &c. vnde eſt eadem cum cura paralyſis. de qua ſupra. ſecundo capitulo.

Tertius eſt digeſtio materiæ, & laudatur oxymel ſquilliticum, ſed de oxymelle dictum eſt allegato loco in quo poſita ſunt plura digeſtiua in quibus ſemper ponitur aliquid diureticum ductiuum digeſtiui.

Quartus eſt euacuatio & laudat̄ maxime agaricus, ſed enemata quo ad cauſam coniunctam maxime conferunt, & ideo per euacuationem cauſæ antecedētis per ſuperius factā fac, & ſollicita eūonem coniunctæ per inferius, & allegato loco habes ad plenum de ipſa, & ideo ſuperſedeo.

Quintus eſt diuerſio. vnde maxime cōpetit uomitus.

Sextus eſt adminiſtratio calidorū calefacientiū, & exiccatiuorū materiam ipſam cōiunctam aut emplaſtrando, aut vngendo, aut embrochando, applicando remedia locis dictis de lapide veſicæ, & conferunt maxime in caſu balnea naturalia, ſulphurea, & aluminoſa. Item artificialiter facta etiā ex vino ſtyptico cū herbis ad hoc, ſed tu attende ſemꝑ ſi adeſt fe. aut nō, qm̄ oportet te moderare, ſed pro his ponā ſpecialius ponēdo aliqua exēpla, & efficacia. conferunt per os tyriaca, mithridatum, acorus cōditus, diacurcuma. Itē cōditum de ruta cum melle, & flos eius decoctus cum vino. Itē iniiciatur per virgā oleum laurinum, de ruta, coſtinum, nardinum, cum quibus cōmiſceantur ut caſtoreū, aſſa, galbanum, opoponacum. Item ualent cyperi, ciminum, cinnamomū, bdellium, ſpica, myrtus, camomilla, ſtycados, mel, & hmōi. de quibus confice, aut ſy. aut electuaria, aut emplaſtra, aut per inferius clyſteria ex cōſimilibus, & ex cētaurea, colloquintida, oppopanaco, oleo de alcheiri, oleo de ruta, de cinnamomo, de coſto, & huiuſmodi. quæ ſunt calefactiua, & exiccatiua, pro qbus & alijs recurre ad ea quæ de paralyſi.

Septimus eſt correctio accidentiū, & ſunt aut exitus urinæ inuolūtarius quo caſu debes uti multū ſtypticis ex balneis iniectis, bibitis, & ſuppoſitis, vt ſunt nuces cupreſſi, maſtix, alumen & hmōi. aut difficultas mictus quo caſu vtaris cum exhibitis aperitiuis, vt ſunt cortices ſeminum melonis ſicci cum zucch. accipiendo pugillum vnum de eis. Et laudantur à proprietate teſticuli leporis ſiccati cū vino odorifero bibiti, aut guttur galli aduſtum cum aquā tepida. & ex his patet quid dicēdū de mollificatione eius, recurre vt dictum eſt.

## *De dolore ueſicæ.* Rubrica. VIII.

DOlor veſicę differt à dolore renum loco & ſpecie, & cum eo conuenit in cauſa. Loco quia renum eſt circa locum eorū, veſicæ circa pectē. Spē quia renum dolor eſt extenſiuus magis, & minus acutus, veſicæ autem magis acutus propterea quia eſt neruoſa. Ex partē autem cauſæ conueniunt, quia vterque fit à mala complexione qualibet diuerſa, aut à ventoſitate, aut eſt antecedēs criſim per vrinam ex lapide, ulcere, ſcabie. apoſtematibus & huiuſmodi. Et multiplicatur hic dolor phlegmate, vento ſeptentrionali, quia frigidus eſt & ſiccus. Et dicitur ꝙ qñ apparet in habente ſpm ſub aſcela eius apoſtema ſicut eritonium, & accidit illud in die ſeptimo, moritur in. xv. & propter ſi accidit ei profundus ſomnus.

CVRA canones. Primus ordinetur diæta ad contrarium cauſæ. Scd's euacuetur materia peccãs ſi qua eſt. Tertius ſi fuerit mala complexio ſola procedat cum alterantibus cõtrarijs anodinis. Quartus q non adminiſtrent diuretica calida & fortia niſi poſt euacuationẽ quoniam talia cõuertunt materias ad uias urinę. Quintus. q ſi non ſufficiunt anodina peruenit ad opiata, à quibus ut poſſumus abſtinere debemus, cum multum exterminent calorem naturalem veſicæ, & ex cõſequenti virtutẽ, ſed etiã nõ debes expectare ultimam defectionẽ virtutis, & ideo oportet te & medicũ quẽlibet eſſe prudentẽ. Et in ſumma pro cura huius doloris recurre ad ea quæ de dolore renũ, & lapide veſicę dicta ſunt, in quibus locis habes emplaſtra, unctiones, balnea, epithemata, potiones, electuaria, & huiuſmodi in hoc caſu maxime conferentia. Et quia ex dictis de ſignis de dolore renũ aperta ſunt ſigna doloris veſicæ hinc ab eo ſuperſedi, & tu ibi.

De debilitate ueſicæ. Rubrica. IX.

Debilitas ueſicę eſt nocumentũ actionis eius diminutæ, vel ablatæ circa operationẽ cõem quæ eſt ſuperfluitatis aquoſæ expulſio. Cuius cauſa ſm plurimum eſt mala cõplexio frigida. Dicit ſm plurimũ. qm & ab alia fieri poterit. Itẽ ab apoſte, itẽ à debilitate lacerti vt ſtatim. Ad hãc autẽ paſſionẽ ſequitur primo qñ actio eſt ablata inuoluntarius mictus, & mictus in lecto, & multitudo vrinę, & dicit dyſuria, vt infra. aliqñ vt à Gal. nominatur diarrhæa urinæ, vnde qñ veſica patit malam cõplexionẽ humidam, tunc debilitat lacertus qui non poteſt ſufficienter conſtringi, & extrahi ad ꝓhibendũ vrinæ exitum, de quo ſupra in princ. capituli. Scd'o ſi actio fuerit diminuta, tunc accidit paſſio quæ dicit ſtranguria, qa guttatim egredit urina, & hoc cõtingit qñ non exceſsiue molliſicat lacertus, ſed parum, unde non perfecte conſtringere poteſt, hinc guttatim egreditur. Quãdoq3 aũt poſsidebit malã cõplexionem frigidam & humidã quæ prohibebit cõſtrictionẽ lacertoꝝ vndiq3 ut urina nequeat exprimi, & tunc accidet difficultas vrinæ. Quandoq3 patitur ex cõmunitate alioꝝ membrorum. vt ſupra in princi. capituli. & quoniam de his quæ ſequuntur debilitatem veſicæ dicet in ſpecialibus rubricis ſequentibus. vt ſupra ſatis ſpertum eſt. Quid agendum in rubr. de debilitate hinc ne tibi ſim faſtidio ex tanta replicatione relegas ea quæ ſcripta ſunt allegatis rubricis.

De uentoſitate ueſicæ. Rubrica. X.

Ventoſitas in ueſica fit ſm plurimũ ab humiditate exiſtente in ea cum debilitate caliditatis. Nã ſi caliditas fortis eſſet illum humorem humidum inſenſibiliter reſolueret, & non in uentum cõuerteret. Et huiuſmodi humiditatis cauſa ſm plurimum ſunt cibi inflatiui apti, ſcilicet in uentum conuerti, & ſignum eſt mutatio caloris extenſiui abſq3 aliqua grauitate percepta.

CVRA facilis eſt ex habitis. Canones. Primus. q ordinet diæta ad contrariũ, ut q ſint cibi reſolutiui calidi & ſicci, de quibus. tij. tract. Scd's q ſtante dolore non adminiſtrent diuretica niſi poſt euonem, vt ſupra de renibus. Item non adminiſtrent narcotica. cauſa nota eſt. Tertius q per os ad extra adminiſtrent quæ uẽtoſitatem reſoluũt. vnde valet theriaca, mithridatum, diaciminum, & hmõi. de quibus ſupra de ventoſitate renum. & tu ibi. Ad extra emplaſtra iunge & huiuſmodi. Et in hoc valent ruta, camomilla, anethum, caſtoreum, aſſa, muſcus, bengalia. ſambucus, & huiuſmodi. Et hęc immitte in uirgam, ut oleum anethi cum modico caſtorei, aut ſuccus rutæ cũ aliquantulo muſci, aut gallia cum oleo ſambucino. Itẽ valet adeps aſini cum oleo de caſtoreo. Item alliũ coctum cum teſta ſua, & appoſitum, & prouocat. Item oleum petroleum & huiuſmodi. Item cõferunt balnea ſulphurea aluminoſa & alia conſimilis virtutis, & ſic hæc ſufficiant.

Oleũ petroleũ.

De ardore urinæ. Rubrica. XI.

Quia ardor urinę cum exitu eius cum ſanie ſatis dictum eſt ſupra de vlceribus ueſicæ. hinc tantũ de eius ardore abſq3 ſanie perſcrutabitur. Quid autem ſit eius ardor ſatis notum eſt.

CVIVS cauſa aut eſt in ipſa urina, aut in membris viarum eius, quia in collo ueſicę, aut in extremitate virgę quæ ſunt membra valde ſenſibilia, & pręcipue caput uirgę, quod maxime præ cęteris ſenſibile eſt, aut ęgritudo fortis eliquans, & reſoluẽs. Cauſa autẽ in urina eſt. quia ipſa eſt acuta ratione materiæ cholericæ aut ſalſæ ſecum cõmixtæ ratione ciboꝝ comeſtorum aut quia caliditas eſt ſibi ab hepate, & renibus cõicata, uel ab alto loco. Aut quia facta eſt cõſumptio humiditatis carnium glandoſarum exiſtentiũ circa collum ueſicæ ad intra, quæ humiditas ſatis cõglutinoſa creata eſt, vt extendatur ſuper meatũ ad æquã dum acuitatem urinæ quæ conſueuit deſicere non raro in iuuenibus, pręcipue ea multa coitus frequentatione. Itẽ ex nimia abſtinentia, item ea nimio exercitio, & hmõi aptis humiditatẽ illã reſoluere. In membris quidẽ quia in uijs vrinę iam dictis ſint ulcera aut ſcabies & huiuſmodi. Idẽ operantur ægritudines fortes cõicando urinæ, aut cum ea cõmiſcendo humores ſupercalefactos ualde etiam tali caliditate pręternaturam ipſi urinæ cõmunicata.

SIGNA demonſtratiua ſi fuerit ea urina erit urina citrina, inflammata, tincta, & ſic de alijs ſignis ſuper uehementem caliditatem, & q patiens eſt calidorum renum, aut hepatis calidi naturaliter, aut accidentaliter inflãmatorũ, quæ duo adiuuant ad eius acuitatem, item regimen præcedens ex parte cibi & potus, & aliorum non naturalium. Item ætas, cõplexio, habitudo, ars, & hmõi. Quòd ſi fuerit ex cõſumptione humiditatis carnium, &c. ea coitu, aut ea ægritudine acuta ſcitur relatione ægrotantis, & quia corpus eius eſt extenuatum. Similiter ſi ex alijs fuerit cauſis extrinſecis.

Signa ſi fuerit propter vlcera ſcabiem & hmõi. iam dicta ſunt. Item ſi ex feb. aut alia ægritudine quę de acutis ſit humoribus ſtabitur narrationi ęgrotãtis, aut aſtantiũ.

Itẽ & quandoq3 caliditate totius ipſis membris hepati, & renibus cõicata quod cõprehendit facile. Et oĩa membra intrinſeca indifferenter cum ſunt calida naturaliter aut accidentaliter poſſunt eſſe cauſa ardoris urinæ factiua.

PROGNOSTICA. de ꝓgnoſticis ſtatim in cañ. ardor ꝓducit ad excoriationẽ, excoriatio vero vt ſup.

CVRA canones. Canon primus q diligenter debes attendere. vt ſupra de fluxu cholerico abſq3 excoriatione. Q. ſi perſeuerauerit talis ardor, & non fiat præuiſio patiẽs ad excoriationẽ perueniet. tu itaq3 ægro prædica & ipm ſtudioſe ſollicita etiam & ſuis.

Scd's eſt ordinatio diętæ quę debet declinare ad cõtrarium cauſæ, vt ſi fuit ea acuitate proueniente rõne materię cholericæ, ſalſæ. non aduſtæ cũ ipſa cõmixtæ, aut rõne inflãmationis feb. &c. declinet ad frigidum, & humidum, ut ſunt olera, & fructus humidi in ſe nõ habẽtea mordicationem, immo euiter mordicatiua, ſalſa, acuta, dulcia, vehementis dulcedinis, coitũ, exercitiũ, &c. q de ulceribus renũ ſcripta ſunt, & tu ibi, laudat maxime chiſt hordei, brodium pulli. Q. ſi fuerit ex nimio coitu ſint cibi reſtauratiui humidi uel ad humidũ declinantes, & laudantur oua ſorbilia in aqua frigida prius retenta per vnam horam, & omnino multis menſibus interdicatur coitus.

Tertius in primis caſibus eſt æquatio hũiditatis aquoſæ cum diureticis frigidis & hum. per os etiã per iniectionem, & hoc maxime ualet in ultimo nunc in ꝓcedenti cañ. narrato, unde maxime cõmendat aqua hordei excorticati, cum emulſione ſeminũ frigidoꝝ, cum gũmi ara. itẽ aqua hordei excorticati cum diadraganti, itẽ iulep. vio. ſy. de papauere. itẽ potus ex mucillagine ſeminis citoniorũ, pſylij

rum ſemine papa. albi. & aqua frigida. itē ualet lac aſinæ, item lac caprinū lac muliebre, & pcipue inſectum, item albumen oui cum aqua aliqua diuretica vt cum aqua alchechengi, item ualet tragea facta ex ſeminibus quatuor maioribus frigidis cum modico zucc. itē Serapio mucillago pſylij cū modico cāphoræ iniecta: & eſt medicina ꝓpria. Itē & eſt efficax. ℞. mucillaginē pſylij, oleum ro. lac mulieris, modicum cāphoræ, & inijcias. Q. ſi dolor multum perſeuerauerit aut augmentabit, tunc utere narcoticis per os & inijciendo, incipiendo à facilioribus, & aſcendendo ad fortia, vt à ſemine papaueris albi, iuſquiamo, uſq; opiū de quibus de fluxu uentris, & tu ibi. Item trochiſci de alchechengi cum aqua hordei, & modico dragacanti, aut cū alia aqua. itē & omnia quæ ſcripta ſunt de vlcere renum, & ſcabie, & præcipue quādo eſt ardor vrinę ex ulcere, aut ſcabie in ueſica, uel eius collo. aut in extremitate virgæ, & ideo ad eas rubricas recurras, quamuis aliqua ubi experta ponam in fine huius rubricæ.

Quartus eſt eūo q̄ ut ſupra de renibus debet fieri cū lenitiuis, nō cū medicinis fortib⁹, et hmōi ſunt caſſia, māna, thamarindi, pruna, ſebeſtē, & uſq; ad benedictā, aqua lactis, ſenæ præparatum, polypodium, ſuccus uio. & hmōi. in ea autē quæ eſt ex coitu non indigemus eūone, ſed reſtauratione magis, ſed in alia debes ipſi euacuationi multum inſiſtere & cum pilulis leuibus ad hoc de quibus. iiij. tract.

Quintus eſt remediorum ad extra applicatio ex emplaſtris, unctionibus, epithematibus, & huiuſmodi habentibus mitigare ardorem urinæ, de quibus ſupra de ulceribus ueſicę. & tu ibi, laudatur tamen efficaciter mucillago, pſylij, cum oleo violato, lacte mulieris, cera alba cum modico camphoræ.

Sextus eſt membrorum coadiuuantium infrigidatio ex epithematibus, vnctionibus, & hmōi. vt ſupra de hepate, mala complexione calida, & de renibus, & tu ibi.

De correctione vero accidentium iam dictum eſt quia de dolore de quo hic, & ſupra pluries actum eſt.

C V R A ſi fuerit ex uehementia ægritudinis nota eſt, oportet enim intēdere curationi eius cū infrigidatiuis humectatiuis. &c. ut actū eſt. De remittentibus acuitatem eſt liquiritia in oēm modum adminiſtrationis. Itē ſuccus citoniorū. Item oleum roſ. eorū inſectū pineæ. ſemina cōia frigida. Ad idē & conſolidat etiam vlcera. ℞. vngulę caballinæ, uirgæ paſtoris, cōſolidæ minoris, pimpinellę, portulacæ, capilli uene. bugloſſæ. ana. M. j. liquiritię, maluarum, uio. ana. ℥. j. iuiubarum, ſebeſten. ana. numero. xl. ſeminum papaueris albi, ſeminis lactucæ, portulacæ, ſeminum cōium. ana. ʒ. iiij. zucch. lib. ij. fiat ſyru. Item ex trochiſcis vt ſupra de alchechengi, & proprie cum lactę aſinę dati. Item ſy. vio. uel myrtinus cum aqua hordei & liquiritię. Item emulſio ſeminum cōium, de quibus ſimilibus plene de vlceribus renum, & veſicę. & tu ibi.

C V R A ſi fuerit ex ulcere cōſolidatiua ut ibi. item ponitur expertum potus ex ſemine lactucæ, portulacæ cum zucchero uel ſy. uio. Q. ſi contingat ex vlcere in extremitate de quo actū eſt. intingat tenta in aqua roſ. in qua diſſolutum ſit aliquid opij & imponat, eſt tamen magis opus chirurgicum. Ego autē expertus ſum unguentum de thucia præmiſſis euacuationibus dicta de alijs. Item retinere virgam in lacte tepido. Et cura huiuſmodi pro magna ſui parte conſiſtit ex his quæ dicta ſunt de vlcere renū & ueſicæ hinc à pluribus remedijs ſuperſedeo, quare ſi plura cupis recurre ad eas rubricas, & hæc ſatis.

*De paucitate urinæ.* Rubrica. XII.

PAucitatis vrinę quinque ponuntur cauſæ. Prima ſumitur ex parte materię, quia cibi, & potus in quātitate & qualitate. quātitate quidem quia paucus ſit cibus & minor potus. nam etſi de cibo trāſeat in aquoſitatem, plus tamen de potu cum ſit ipſi aquoſitati propinquior. ex parte qualitatis, quia cibus ſit valde paucus, paucam habens humiditatem, & habēs virtutē exiccandi humiditates corporis. vt panis miliacius, de panico, de furfure ſorbino, ex hordeo, lenticula, cibi ſalſi, panis bis coctus, fructus pōtici, & ſimiliū. Similiter ex parte potus ut cum fuerit potus aquę groſſę, turbidę uini groſſi & hmōi.

Secūa ſumit ex parte corporis ſi per poros ſic latos ſenſibiliter ſub forma ſudoris aut inſenſibiliter euacuātur. corpora namq; multum & faciliter reſolubilia ſunt pauci mictus. Itē ponit pro tertia cauſa ab Aui. fluxus uentris, vt quia humiditates q̄ per vrinā tranſmitti deberent emittunt per ſeceſſum. vnde. v. aphor. aphor. ij. urinæ multa ſeceſſus paucus. Similr̄ & vomitus multus à ſuperioribus eradicando, & ab inferioribus trahēdo, & conſilit intelligat de alijs fluxibus et de fluxu ſanguinis nariū, & de alijs cōſimilibus eūonibus. Quarta cā ſumpta ab ipſis membris, vt quia primo debilitata eſt uirtus renū attractatiua, quare non attrahunt aquoſitatē ab hepate tantā quātitatē quantā deberēt, & ideo paucificat. Itē quia hepatis uirtus expulſiua eſt debilitata, & nō expellit à ſe aquoſitatē, immo plus q̄ cōueniat cum ſanguine remanet, & ſic fit cachexia, aut quia hepatis ſequeſtratiua eſt debilitata, & cum ſanguine ad membra mixta quātitas aquoſitatis tranſmittit nō potens ſanguinē à tali aquoſitate ſeparare aut econtra. pro quibus vide ſupra de cachexia, & hydrope. Ad paucitatē autem urinæ adiuuat aeris cōſtitutio ſicca, borealis, quæ humiditates corporum exiccat ſaltē per ſe, licet per accidens urinam multiplicet cōſtringendo ventrem. Item & cætera quæ habēt corpus exiccare vt nimia abſtinētia, forte exercitium, uigilia, animi accidentia immoderata quæ corpus exiccant. nam vt Gal. debilia minorant, & fortia auferunt.

C V R A canones. Ordinatio diætæ, quæ conſiſtit in alterando & permutando in quali, & quanto ex parte cibi & potus, exhibendo humectatiua, ut ſupra de mala cōplexione ſicca ſtomachi, & impinguando, & tu ibi.

Secūs eſt eūonis retentio ſenſibilis, & inſenſibilis quæ primo cōpletur cum cibis, & potibus humores inſpiſſantibus. de quibus ſupra de ſyncopi, & quādo fuerit ſenſibilis, ut eſt fluxus ventris & hmōi. tunc detur ſtyptica & reſtringentia. vt ſupra de fluxu ſuo loco exhibeantur diuretica. Item fiant fricationes balnea, ut humiditates diuertantur, & tunc vtere ipſis diureticis, vt urinæ moueantur. Conſimiliter agendum ſi fuerit uomitus, aut fluxus nimius ſanguinis.

Tertius eſt adminiſtratio cōfortantium rectificātium hepar, aut reſpōdens ſm̄ q̄ expedit de cauſa ſua & cū quibus hoc fieri habeat habuiſti proprijs rubricis, & tu ibi.

Cura etiam hæc magis aperietur dum tractabitur infra de multitudine vrinę, & ex habitis allegatis rubricis & ex dicendis de multitudine urinæ apparebunt manifeſta ſigna paucitatis vrinę cum unum contrarium ex alio eluceſcat. Et ſic hæc ſufficiant.

*De difficultate urinæ, & retentione eius.* Rub. XIII.

DIfficultas urinæ eius quam quidam ſtranguriam, quidam dyſuriam, quidam ſuriam uocāt cum impotentia expellendi.

δυσουρία Græcis vrinę difficultas Latinis nominatur. ἰσχουρία Græcis Latinis vrinę ſuppreſſio, barbaris autē, indocte Græcos imitantes, ſuria, quā iſchuria dicerē, vocitatus.

C V I V S cauſæ ſex ab Auic. aſſignantur. de quibus proſequentur ſi prius declarauero interpretationem nominum in Rubrica poſitorū, ꝓpter quod aduertendū q̄ Aui. Rubricā facit cōprehendentē oēm modum retentionis urinæ cum dixit de difficultate urinæ, & retentione eius. Sed Alexā. eam difficultatē nominat dyſuriā, paſſionarius uero ſuriā. quidā tn̄ modernorum inquiunt eſſe ſtranguriā, paſſionē colli ueſicę, in qua urina guttatim mingit. cum uero ſolū per horas emitti ab eis nominat dyſuria. Si uero longo denegat tpe q̄ non emittat nuncupat ſuria. unde verſus. Egrū guttatim ſtranguria mingere facit. Impedit ad tempus dyſuria. ſuria ſemper. Vel ſic. Stranguir guttatim,

ſur.nil,dyſurq; per horas. Aliĵ ſpeculatius locuti dixerũt hæc adinuicẽ differre in quãto,& ſpẽ cauſa,& loco. Differunt in quanto q̃m ſtranguria eſt vrinæ retentio maior q̃ in difficultate. Nã in ſtranguria retentio vrinæ præſupponit potentiã virtutis cõtentiuæ exiſtentis in collo, quã arguit ſuperfluitas retẽtionis à qua procedit ex certa cauſa oppilãte. In difficultate vero retẽtio vrinæ præſupponit debilitatem virtutis expulſiue in veſica & in lacertis uentris coadiuuantibus quã arguit dura expulſio, & difficilis nulla exiſtente cauſa oppilationis in collo & via. In ſpẽ, nã ſtranguria proprie,& eſſentialiter eſt omnis & abſolute impotẽtia facilis expulſionis urinæ. Cauſa quia ſtranguria ꝓuenit ex peccato, & ſuperfluitate cõtentiuæ ꝓpter læſionem exiſtentem in collo veſicæ & eius lacerto, vt quia ſit ſpaſmatus ex humore currente vel frigore ad ipſm, vel ꝓpter cõitatem ad ſuperiora, vt in carabito apoſtema nuchæ, vel in eius via, quia oppilata attenuatorie ex caliditate & ſiccitate, vt in febribus adurentibus, vel à frigiditate, vt in algoratis, aut propter aerem, aut ꝓpter aquã, aut ꝓpter ſeſſionẽ ſuper rẽ frigidam, vt infra, vel ex medicinis, vel cõpreſſione vicinorum tumeſcentium, vel repletorũ vt in apoſtemate inteſtinorũ, & maxime recti pectinis, peritonei, teſticulorum, & ani. Itẽ tumente matrice, propter quod prægnantes frequenter mingunt. Item in teneſmo, rhagadijs, hæmorrhoidibus, dolore, oppilatione coartato ſte, quod eſt plurimum ex humore groſſo, & viſcoſo, ſanguine cõgelato, ſanie groſſa, lapide, ventoſitate torquente. vnde ipſam ueſicã extendens & prohibens eius cõpreſſionẽ eſt cauſa ſtranguriæ, & difficultatis mictua quãdoq; ut infra. Difficultas autẽ ꝓuenit ex peccato & debilitate expulſiue ꝓpter læſionem propriã exiſtentem in ueſica, quia malã cõplexionem naturalem vlcerationẽ apoſtema, vel per cõmunitatem ad principium læſum, quia hepat vel ad lacertos ventris læſos coadiuuãtes ipſam in expulſione, & magis cum vrina eſt pauca, vel in ſe, quia mollificati, vel per cõitatem ad cerebrũ, vt in ſtupore, lethargia. Etiã differunt in loco in quo tamen aliqñ conueniunt, vt qñ cauſa eſt in virga, & uia eius, aut poris vritidibus, & oppilatio aliquo triũ modorũ. Etiam differunt ex parte locati, vt quia vrina fuerit pauca, à cuius cõpreſſione deficit uirtus expulſiua, aut multa ꝓpter longã retentionem eius quã non valet expellere, duritie ſenſuũ propter ſomnum ſopientẽ virtutem in nocte, vel occupationẽ in die diſtrahentẽ ipſam, vel ꝓpter verecundiã cõpeſcentẽ, quare villi eius diu remanentes extenſi debilitanẽ in cõtractione, & expulſione neceſſaria, vt de uentoſitate dictum eſt, aut quia fuit acuta faciens dolorẽ cum tranſeunt per vritides, & per collũ veſicæ & virgã maxime cum fuerint vlcerata. cum enim ſentiunt ardorem refugit veſica à cõpreſſione, & ſtringitur lacertus colli, & lacerti ventris ceſſant propter dolorẽ à cõſtrictione. quare retinetur vrina et ent fit difficilis exitus, & cum patiens ſtudet in ſeipſo mingit vrinã ſuam naturalẽ in quãtitate & qualitate. ſedatur dolor, & conſimiliter cũ vincuntur. Et ex cauſis exterioribus, quibus cõueniunt ſunt percuſsio caſus expoſitio aeri frigido & uentus ſeptẽtrionalis, & hoc per ſe, licet per accidens prouocent vrinam quando eſt debilis, vt in præcedenti Rubrica. nam quando eſt fortis vrinam in membra conſtringit, & profundat calorem, qui eam conſumit.

Et in ſumma cauſa difficultatis vrinæ eſt aut debilitas veſicæ aut nocumentum in collo cõtingens, aut debilitas virtutis, aut nocumentũ muſculi, ſiue muſculorũ coadiuuantiũ ad eius exitũ. vt ſupra aut defectus membrorũ cõicantiũ, aut nocumentũ in ipſa vrina exiſtẽs. Quæ ſunt cauſæ ſex ſic hoc ordine à principe poſitæ quæ ſuccincte, & ſic ordinate ponenẽ, & ſic de ipſis largius datũ ſit. Accidit debilitas veſicæ ſemper à mala cõplexione, & ꝓcipue frigida, & eſt ſm plurimũ, aut ꝓpter apoſtema aliquod iale, aut ꝓpter cõitatem ut dictum eſt de hepate, renibus, cerebro, & huiuſmodi. Cõtingit propter nocumentũ in collo per ſe, uel per cõitatẽ. Exemplũ primi. quia ibi eſt apoſtema, aut lapis oppilans, aut humor, aut ſanies. Exemplũ ſcd̃i. vt quia multa eſt fœx in inteſtinis cõprimens, & coarctãs collũ, aut apoſtema, aut fœtus in matrice, & hmõi, vt dictum eſt, aut ulcus, & dolor. Prouenit & difficultas ex defectu uirtutis. primo ſenſibilis, deinde motiuæ. Item ex defectu virtutum naturalium. Exemplũ primi. qñ induciatur in ſenſu ꝓpter quod non concipiẽ obiectũ, ut in carabito, lethargia. vt prima tertij. de eis. Exemplũ ſecundi. qñ in lacerto colli, aut uentris accidit iſta debilitas q̃ uirtus motiua nõ poteſt eum aut eos extẽdere ſeu dilatare, ad cuius muſculi dilatationẽ ſequitur expulſio, & ad eius cõſtrictionẽ retentio. Exemplum tertij. vt ſi qñ à mala cõplexione frigida, à qua eſt ſm plurimum, & raro à calida debilitaẽ expulſiua eius. ut ſupra. Exemplũ quarti, vt quia muſculus ſit debilitatus à mala cõplexione frigida, aut ſpaſmatus, aut apoſtemoſus, & hmõi. Exemplum quinti. vt quia accidat debilitas in hepate, & quod in eo deficiat ſequeſtratiua, aut in hydrope, quare non mittit aquoſitatem conuenientem, aut debilitas attractiuæ renum, aut eorum oppilatio, vt ex apoſtemate lapidis, & hmõi. Exemplum vltimi, vt qñ vrina eſt valde acuta inducens dolorẽ quã in eius exitu natura ipſum retinet, vt dolorem fugiat. vt ſupra de vlceribus veſicæ.

S I G N A qñ cauſa eius eſt cõplexio frigida albedo vrinæ cum groſsitudine, aut tenuitate adeſt groſsitudo cũ expelliẽ cum urina phlegma, tenuitas uero cum ſola aquoſitas. Scd̃m ſignum frequentia mingendi eueniens ante difficultatis retentionẽ, quia primo debilitatur uirtus, difficultatur in emittẽdo, ita q̃ debilitas aliqualis facit ad frequenter mingendum, maior autem ad difficultatem, & tu conſidera. Tertium multus vſus balneationis aquæ frigidæ, quæ facit multum ad debilitãdum ueſicam. Quartum ſenſatio frigoris, ut quia flauit ventus frigidus, vt ſeptemtrionalis & huiuſmodi. Et vltimo adeſt priuatio ſignorum calidorum, & calidis iuuatur. Q. ſi ex cauſa fuerit calida urina erit acuta, & percipietur caliditas, & inflãmatio iuuatur frigidis, & humectatiuis. Item pręceſsit, aut adeſt febris adurens, eliquans &c.

Signa ſi fuerit propter apoſtema in veſica, aut in membris vicinis ei iã poſita ſunt ſupra. & tu ibi. Et differt hæc difficultas ab ea quę eſt ex alijs cauſis, quoniam difficultas quæ ex apoſtematæ paulatim venit niſi multa eſſet materia quæ ſubito mouetur ad faciendum apoſtema.

Signa ſi fuerit ꝓpter aliquod membrum mittens, tunc in veſica non apparet aliquod nocumentum, ſed bene in membro cõmunicante.

Signa ſi fuerit oppilatione vt ꝓpter apoſtema iã dictũ eſt. Si ꝓpter aliam cãm iam comprehẽdetur ex intromiſſione ſiringæ per illud quod egredieẽ ex ſanguine, aut alio humore. Q. ſi fuerit lapis inuenietur res dura, & erit cũ nauſea, dolore, & huiuſmodi, vt ſupra de ipſo, & q̃ vrina præceſsit harenoſa. Q. ſi fuerit propter ſanguinem oppilantem habuiſti ſigna ſupra de eo. & raro fit euaſio. Q. ſi fuerit propter phlegma groſſum cognoſceẽ per grauedinem loci, & maxime quãdo materia eſt plurima, & q̃ exit humor crudus. q̃ ſi fuerit propter frigus ſcietur per accidentia frigoris. Q. ſi fuerit ex ventoſitate ſentitur tenſio ſine grauitate, & q̃ eſt cum permutatione. Quòd ſi fuerit ex oppilatione meatus virgæ ſigna repletio, & inflammatio veſicæ, & chorda tenſa grauitas eſt in pectine: & ancha cum dolore. Quòd ſi fuerit ex carne nata in modum verrucæ ſemper fiet ſanguis aut ſanies, & dolor, & grauitas loci, & impedimentum vrinæ nõ remouetur, ſed potius augumentatur.

Signa ſi fuerit propter debilitatem expulſiuæ quoniam vrina facta compreſſione cum manu faciliter educitur.

Signa ſi ꝓpter mollificationẽ lacerti, quia patiẽs leuitẽr

mingit

mingit quãdo ſuper veſicam, & fœmur fit compreſſio. Quòd ſi propter ſpaſmum lacerti ſignum ꝙ parum vrinę egreditur compreſſione.

Signa ſi fuerit ꝓpter debilitatem renum, aut cauſa lapidis, aut apoſtematis ex ſignis iam ſupra de eis poſitis. nam ſi ex renibus dolor, & grauitas erit illic, & ita de alijs. Q. ſi contingat ex debilitate attractiuæ renum cum erit venter leuis abſq; nocumento in veſica & alijs. Q. ſi fuerit ex vlceribus, aut acuitate renum iam ſigna poſita ſunt, & tu ibi. Q. ſi fuerit ꝓpter longã retentionẽ ſignum, quia cũ fit compreſſio cum manu mingitur vrina, & ꝙ fuit retenta vltra voluntatẽ per tẽpus. Q. ſi fuerit ꝓpter debilitatem muſculorũ ventris coadiuuantium ad vrinãdum, tũc apparebunt ſigna ex parte cõplexionis materiæ, aut cõpoſitionis. Et ſi fuerit cõpaſſione aliorũ mẽbrorũ, vt cerebri & huiuſmodi iam ſigna erunt vel præceſſerunt.

PROGNOSTICA ablatio vrinæ ſi diu durabit mortem ſignificat. Si alicui aufertur vrina, & ſuperueniat teneſmus infra ſeptem dies morietur, niſi ſuperueniat feb. liquefaciens, & aperiens.

CVRA canones. Primus. ꝙ cura difficultatis vrinæ varianda eſt ſm varietatem cauſæ, & ideo ne accidat confuſio proſequar de cura eius particulariter ſemper ſm particularem curam eius. Sed anteq̃ ad curam venias ſcito ꝙ hę paſſiones nominatę ſtranguria &c. ſi ſunt ex mala cõplexione ſimplici aut ex humoribus faciliter curanẽ. Qñ vero ex arenulis difficulter. Ex lapide vero via aut nunq̃. Itẽ ex ſecundo põt viuere hõ. 21. diebus quibus nihil de vrina emittitur, vt vidit Brixienſis, qui notat Artuſum de Vinario, qui ſtetit tanto tpe. Tertio nota verbũ Aui. hic. & dictũ eſt ꝙ habet difficultatem vrinæ aduenit ei poſt teneſmũ niſi accidat febris, & prouocationẽ plurimã faciat. Et ſm ordinem cauſarum. vi. incipiam ordinem curæ.

CVRA in ea quæ eſt ꝓpter debilitatẽ veſicæ ex mala complexione frigida à qua eſt ſm plurimum, & raro à calida præmiſſis canonibus ex parte diætæ digõnis, & euacuationis ſi neceſſarij ſint operate cum his quæ ipſam veſicam confortent, & calefaciant, de quorum numero ſunt camomilla, ſpicanardi, pulegium, ſauina, cinnamomum, oleum eius, triphera, ſticados, cupreſſus, laurus, cyperus, hyſſopus humida, & oĩa illa calida ſuperius nominata calida in paſſionibus renum. Vnde cõpone, & adminiſtra ꝑ os per inferius cum clyſtere. Ad extra emplaſtra, vnguenta, fomentationes, balnea naturalia, artificialia, & hmõi. de quibus ſupra actum eſt. Et hic nota vt ſæpe replicatum eſt, ꝙ cũ his quæ per os adminiſtrantur dari debent diuretica portantia virtutẽ aliarum medicinarũ ad locũ, & hoc maxime qñ facta eſt euacuatio materiæ antecedẽtis, & nõ dubitatur de conductione amplioris materiæ ad veſicam & ex eis inde lædatur magis. Q. ſi fuerit abſq; vitio humoris ſola ſic ſufficient alterãtia abſq; ſuſpitione maxima corpore nõ exiſtente plethorico. Idem operare ſi à cauſa calida peruenit vt cum myrto, ſolatro, malua, citonio. Itẽ valet cucumer domeſticus, cucurbita, roſæ, & cætera frigida ſupra in de renibus poſita. & tu ibi. Item valent olea tẽperata lenificatiua, vt oleum de violis, de cucurbita mixta cum oleo de camomilla, anethino. Q. ſi ibi fuerit ſiccitas adminiſtrenẽ tinæ, olea mollificantia, & regimen totũ humectatiuum. balneũ in hoc eſt ſingularis medicina.

CVRA in facta ꝓpter caſum, & percuſſionẽ, aut cũ aſtate, aut non, fac phlebotomiã ex baſilica. deinde adminiſtrentur tinas mollificatiuas, aut ſpongias in ipſis infuſas, aut aliter in genere. deinde exhibe diuretica. Q. ſi ſanguinem plurimum minxerit, da conſtringentia, da trochiſchos de charabe, & huiuſmodi, vt infra in ſua rubrica.

CVRA ſi ex retentione nimia tunc adminiſtra mollificantia ex balneis, ſpongijs, & hmõi, deinde immitte per ſiringam, & præcipue oleum balſami quod eſt maximi iuuamenti in hoc caſu. vnde fiant tinæ ex fœnugræco, althea ſemine lini, cartamo, & hmõi, & ex cõſimilibus emplaſtra aut inunge &c. & ſiringa, & per os da diuretica fortia.

CVRA in facta propter oppilationẽ in meatu, Primo. quia ibi ſit apoſtema calidum, aut durum. tunc pmittatur phlebotomia baſilicæ, deinde ſi videtur de ſaphena, & hoc qñq; ſufficit in ꝓuocatione vrinæ. Auic. Quo facto curetur apñ. vt ſupra dictum eſt de apoſtemate veſicæ, & procedatur cum mollificatiuis lenientibus factis ex eis balneis, aut emplaſtris dimittat ſtyptica, & abſtineat à cibo, & potu ſaltem duobus diebus. item minoret potum aquę, & rei aquoſæ, & cum mollificatum fuerit comprime ſuauiter, & exprime. Et conferunt hoc caſu althea, caules, porrum, cepæ coctæ, & exiccatæ, & emplaſtratę. ſimiliter allium cum reſta ſua, vt ſupra de paucitate vrinæ. In ea autẽ quæ eſt ex oppilatione ꝓpter humorem aut ſaniem regaẽ regimine cõuenienti. Vt ſi fuerit ex humoribus groſſis abſtineat à cibis difficilis digõnis, viſcoſis, de quibus in de lapide. Q. ſi fuerit ſanies abſtineat ab acutis mordicatiuis, maxime qñ ſanies illa eſt ab vlcere. vt ſupra. de vlcere renum, & veſicę. deinde dentur digeſtiua appropriata, inciſiua, vt oportet & oxymel ſquilliticum, laudantur item euacuatiua, vt docet per os, & per inferius cum clyſtere & hmõi. Deinde adminiſtrẽtur diuretica fortia, quia humor viſcoſus ſic indiget, & maxime qñ aliqua præceſſit digeſtio, & ſimiliter ſanies. Item valet balneum, & emplaſtra, & vnctiões ad extra mollificatiua aperitiua reſolutiua. Et ex cõmendatis ſunt, aqua raphani, & fortior eſt decoctio eius. Item aqua ciceris nigri, petroſellinum, myrrha, amoniacum, acorus, anethum, ſemen eius, & fœniculus, aniſum apium, tyriaca, mithridatum, & ſunt vehementis iuuamenti, diacurcuma. & ſimilia. de quibus ſupra ſæpe. Item ſi contingat patientẽ eſſe puerum lactantem, dentur nutrici ſimilia alterantia lac, vt. ſ. lac recipiat virtutem à tali re aſſumpta. Et breuiter medicinæ valentes in fractione lapidis ſunt hoc in caſu conuenientes, maxime qñ nõ eſt vlcus, aut ſanguis, & tu ibi. Et ſemper ſis attentus ꝙ iſta non adminiſtrentur, niſi facta prius eũone materiæ añtis. Et ex laudatis. ℞. ſauinæ, aſari, amomi, ameos, petroſellini, ſe. apij, rubeæ tinctorum, amygdalarum amararum, ſpicæ. ana. ʒ. x. ſeminum melonis. ʒ. v. cantaridarum abſciſſis capitibus, & alis. ʒ. ſ. amoniaci. ʒ. i. ſ. reſoluatur amoniacũ in triplo vini ad ipſum amoniacum & fiant pilulę, vt auellanę, & detur vſq; ad. ʒ. iij. cum lacte. Item inijciantur ſemina, & aſſa, & quidã addunt his caſtoreum, euphorbium zinziber, piper longum, oleum balſami. vt ſupra de lapide, & dictum eſt manus dei. Et intellige vt dictum eſt, qñ nõ fuerit vlcus, qm̃ fortiter aperitiua acuta ſaltem ſunt nociua. ſed capillus veneris eſt fortiter aperitiuus, & non acutus, & ideo conueniens cauſa exiſte ex parte ſaniei. Et ex habentibus ꝓprietatem in hoc ſunt veſica damulæ exiccatæ, de qua bibant cum vino. ʒ. ij. & maxime in pueris. Et conſimiliter ſi eſt ex alijs cauſis primitiuis, aut per cõmunitatem ab alio membro. Cura eius remotio illarũ, & illius membri primo. Q. ſi oppilatio fuerit ꝓpter rem congelatam in collo, tunc curetur cũ his quæ dicta ſunt de coagelatione ſanguinis in veſica, & adminiſtrenẽ emplaſtra, vnctiones iniectiones. Item adminiſtrenẽ diuretica fortia, vt ſupra. vt aqua raphani & hmõi. & ſis memor canonis poſiti. Embrocha ad goc. ℞. ſinapi, pulegium, & fimum columbinũ, fac bullire, & embrocha, vt ſupra. Item. ℞. baccarum lauri, amomi, aluminis, meliloti, & farinæ, ciceris nigri, camomillę. ana. ʒ. v. dauci, ſe. apij, ſe. raphani. ana. ʒ. iij. ſ. fac emplaſtrum cum oleo balſami, aut cum oleo liliorum, & cum aqua caulium, vel decoctionis allij. Ex vnguentis. ℞. ſerapini, bdellij, oppopanaci, acori. ana. cum quibus fac vnguentum cum adipe anatis, oleo de lilijs, & cera citrina. Intentio bona. ℞. galbanum, oppopanacum, ſtoracem, piper, oſſa, & cum oleo balſami aut de lilijs diſtemperentur.

Manus Dei.

Q. ſi

Q. ſi oppilatio, & cauſa fuerit caro orta, aut verrucæ, tunc cura erit cum balneis, mollificatiuis herbis, & ſeminibus dictis, oleis mollificatiuis, pinguedinibus, & hmõi. vt ſupra ſæpe. & de cura oppilationis hepatis, & abſtineat ab acetoſis ſtypticis. Et inquit hic Auic. & fortaſſe proderit, & fortaſſe non proderit. & ex iſto verbo colligo ꝙ cura eius aut impoſſibilis, aut valde eſt & ſumme difficilis, quare de eius intromiſſione bene conſidera.

CVRA in ea quæ eſt à paralyſi curetur cura paralyſis, & in hoc confert fimus columbi ſylueſtris ſi de eo bibaetur. ℨ. j. cum vrina pueri. Idem operatᷣ ſtercus muris cũ aqua decoc. anethi. Item conferunt iniectiones ex oleis, & alijs rebus appropriatis, de quibus ſæpe actum eſt. Itẽ iniectio balſami. Item aſſa cum lacte, & hmõi. Et ſimiliter ſi fuerit ex ſpaſmo lacerti curetᷣ cura ſpaſmi. Et ſi à cerebro quia à carabito, & hmõi curetᷣ illud prius. Q. ſi fuerit ex ventoſitate curetur cura ventoſitatis veſicæ. Si vero cauſa fuerit fe. & calor ꝓcedatur quantũ eſt ex hoc cũ ſeminibus frigidis, vt eſt ſemẽ lactucæ, aqua granatorꝫ, & hmõi.

CVRA. In facta ex dolore primo incipe cum ſtupefactiuis incidendo. deinde procede, vt de cura vlceris dictum eſt. Ex parte medicaminum, & diætæ, & intentio medicaminum conglutinantium, & rerum adherentium, prohibentium mordicationem eſt magni iuuamenti, vt iniectio dragacanti, ſeu hircini, aut arietis, & huiuſmodi. vt ſupra de dyſenteria inteſtinorum.

CVRA. In ea quę vicinitate ſuorũ membrorũ, vt ex ſtercore duro a᷑ate & hmõi. cura illa prius. Similiter ſi ex hepate, aut rene. Q. ſi fuerit à cerebro, vel nucha, attende illis prius cum theriaca, mithridato, vnctionibus cum oleo de lilio, de narciſco, de croco, de balſamo, emplaſtris cum oleo, ruta, nuce muſc. & hmõi. deinde ea ad pecten applica quæ ipſam confortent veſicam. de quibus ſupra.

CVRA. In ea quæ eſt cauſa debilitatis veſicæ procede prius abſcindendo cauſam. deinde cõforta veſicam, ɋa aliter non ſequeretur emiſſio vrinæ, q̃m adhuc remota cã remanet debilitas. deinde da prouocãtia. ſemper enim ſunt neceſſaria niſi ex eis teneatur ꝙ faciant deſcendere materiã plurimam in veſicã, & breuiter ſi cauſa fuerit lapis attẽde eius remotioni, & conſimiliter remotioni cuiuſcunqꝫ alterius cauſæ. de ɋbus oĩbus ſatis dictum eſt ſuis rubricis per quas diſcurre. Et ſequendo ducẽ enumerabo multas medicinas quæ à ꝓprietate, & artificio, et qualitate manifeſta ſunt vrinę ꝓuocatiuæ. Et ad literã primo adduco qđ ſcripſit in fine capituli de cura ambarum ſimul inquit. & ſcias ꝙ lac eſt magis res conueniens eis cũ non eſt feb. & oĩ hora in qua ſunt dandæ pilulæ ſimiles auellanis de ſeminibus ſcilicet fortibus. & cum eſt feb. tunc conſiliũ meum eſt, vt cum lacte ſumantᷣ, quia illa ſemina ſunt nimis fortia hinc lac contemperando auſteritatem eorũ & ventrem lenificãdo per partem eius ſeroſam eſt maxime cõueniens. Et q̃m frequenter dictum eſt incipiendo per ſiringam, io de cura lapidis ſatis apertum ad cõplementum eorũ ſic poſitorũ, & dicendorũ, ſcito ꝙ ſiringandus debet habere ſitum ꝓportionalem clyſterizando, ſtet itaqꝫ ipſe ſedens ſupinus, & eleuatis coxis, genibus, & apertis, & trahat ad ſe continue vt poteſt orificium ani, & melior ſiringa certe eſt de argento, licet aliqui eam de plumbo aut ſtanno cõponant vt ſit magis flexibilis, ſed vt extimo ita ſubtilis fieri nõ poterit ſicut de argento & ita conueniens, laudat tñ Auic. de plumbo, & de ſtanno, & ſubdit. & aliqñ ſit de argento, vel ſtet erectus, & cum manu deſcendẽdo cõprimatur pecten.

Syringa optia ex q̃ materia conflanda.

Sed hic nota tres cañ. Primus vt ſupra. ꝙ non intromittantur dum adeſt a᷑a. Secondus ꝙ non frequẽter intromiſſio, & extractio, q̃m hæc lædunt, & tu conſidera. Tertius ꝙ intromittatur vſqꝫ ad medietatem, & vſqꝫ ad finem virgæ. Sed de ſiringa, vt ſupra nota ꝙ duplex eſt. vna quæ dicitur ſiringa ꝓprie & aſſimilatur clyſteri. Alia quæ dicitur nr̃o in vulgari, bozzarolo, & hæc trahit aquoſitatẽ ad ſe vi vacui, & ea vtuntur chirurgici in lauãdis vlceribus.

Siringa duplex.

Et de medicinis ad hoc ſunt fimus columbinus cũ vrina iniectus. Item ſuppoſitoriũ de ſalgẽma. Item vt ſupra intromiſſio pediculi, aut cimicis in virga. Item emplaſtrum ex alio aut allio aut cepe. Item iniectio olei de ſcorpionibus. Nota tñ vt ſupra. de lapide renum, & veſicæ ꝙ iſta non debẽt ſic primo adminiſtrari, niſi poſt adminiſtrationem rerum mollificantium, & aperiẽtium ad extra ex balneis, ſemicupijs, emplaſtris, ſuper pectinem, peritteon &c. Item valet & optime impoſitio cãdelæ paruę. & ego feci, & ſucceſſit. Item terantur folia parietariæ & frigantur in patella cum oleo antiquo vel de camomilla, & ſuperponatur pectini, & eſt vſuale. Item ℞. folia ſambuci, parietariæ, radicum dauci, petroſ. cantaridarum abſciſſis capitibus & alijs, & decoquantᷣ, & cataplaſmetur.

Pediculi, ac cimices loco medicaminis

Item maſſa fili crudi cocti cum cineribus, et ſic calida ſuperponatur. Item valet & maxime ſtercus bouis rubei calidum ſuperpoſitum. Item oleum de anetho in quo decoquantur cimices, cantarides, faſeoli, & pectini applicentur. Item ſemen vrticæ puluerizatum. ℨ. j. & bibitũ cum vino ſtatim ꝓuocat. Furfur bulliat in ſucco apij, & calidum ſupponitur pectini ſtatim ꝓuocat. Lac de nucleis perſicorum cum ſeuo caprino potenter valet. Mercurialis, ſenation, alliũ, bulliant in vino & oleo, & cataplaſmatizetur. Baccę hederæ ſex vel circa cum aqua & vino calidis datæ potenter, immo & lapidem frangũt, vt ſupra. de lapide renum. Radix raphani cum vino bibita albo, & eſt fortiſſimæ efficaciæ. Vinum decoctionis iringorum cum vino al. radice bullita, & eſt forte cum zuccha. cuo mingere facit, & eſt certum. Galbanum in potu datũ, & exterius emplaſtratũ certiſſime ꝓuocat. Et breuiter quæ poſita ſunt de lapide renum, & veſicæ ſunt hoc caſu conferentia, ꝙ ſi plura cupis ad eas accede rubricas. Et ſcito ꝙ tinæ, & ſemicupia ſunt magnæ, & fortis efficaciæ. & ideo ad eas faciendas ſtude ſi leuia prius tentata non profuerint. hæc enim paſſio eſt ꝑuia ad ileos mortalẽ, quia cum veſica ex vrina retenta tumefit colon ſibi ſuperpoſitum cõprimit. vnde fit retentio fœcum, quare dolor cauſatur colicus aut iliacus, & apoſtema veſicæ, & mors, quare ad tam curandam feſtina. Poſtremo cum omnia non contulerint vſqꝫ ad dies. v. vel circa, vt q̃ſi. ſ. res poſita eſt in deſperatione apponitur cauſticum in loco peritonei, deinde fiat inciſio leuis, & parua in loco magis carnoſo ipſius veſicæ, deinde vt expedit ꝓcedatᷣ cũ cõſolidantibus, &c. cum chirurgico apparebit & virtutẽ ſemꝑ bñ conſidera, q̃m ſi fuerit multũ debilis deficeret pꝑ vehementiã doloris, vt contingit in dño Charolo de la turre militi. & ſic hæc ſatis.

## De diſtillatione vrinæ. Rubrica. XIIII.

Diſtillatio vrinæ eſt inuolũtarius, & paulatinus exitus vrinæ cum pauca quantitate cum impotentia continendi.

στραγγουρία græcis, urinæ ſtillicidiũ nr̃is nũcupatur.

CVIVS cauſæ cõmuniter quatuor aſſignãtur. Prima quidem ſumpta eſt ex parte acuitatis vrinæ ipſius. Secũda ex parte multitudinis eius. Tertia ex parte veſicę, colli, & lacertorum. Quarta ex parte renum, hepatis, & membrorum principalium ſibi cõicantium ſenſum et motum. Nam acuitas vrinæ mordicando virtutem expulſiuam incitat, quare non expectatur digeſtio, collectio vrinę, ſed cum eſt in ueſica pauca quantitas mordicans ſtimulat, & cauſa acuitatis vrinę à primitiuis ſumpta eſt cibi acuti, potus uini potentis, exercitium, coitus, & hmõi. à cauſa antecedente, humor cholericus, ſalſus, & hmõi. Item & caliditas hepatis, & renum. Ex parte multitudinis, quia uirtus multitudine grauata nititur ſe degrauare, & quia non põt in unica emiſſione ꝓpter grauitatem multiplicat guttatim emittendo. Item & tumefacta ueſica non põt debite conſtringi à muſculo. & ideo non niſi parum emittit. Ex parte ueſicæ, propterea quia contentiua eius debilitata, unde il-

illud paruum quod congregatur emittitur, & hmõi. debilitatis cauſa eſt mala complexio frigida ſm plurimũ. Itẽ propter cõitatem ad cerebrum, aut ad matricem. nam q̃n matrix eſt plena fœtu cõprimit veſicam & egreditur vrina. vnde p̃gnantes frequenter cõqueruntur. Item ex dislocatione ſpondilis. Item ad inteſtina repleta fœcibus. Itẽ quia expulſiue eſt debilitata etiam, quare non põt niſi parũ emittere. Et cauſa debilitatis eius eſt, aut in ſeipſa, aut per cõitatem ad hepar, renes, aut ꝓpter malam cõplexionẽ puram, aut cum ſanie ex apoſtemate, vlcere, & hmõi in ipſis contiogentibus. Secũdo: quia in veſica eſt vlcus, aut ſcabies ipſa retentiuam debilitans ꝓpter dolorem etiam quẽ ſentit ex acuitate vrinę ſtatim ſtringitur veſica ſuper illud modicũ, quod ad eam venit, & ſic diſtillatur vrina. Tertio q̃n in veſica eſt oppilatio non cõpleta prohibens exitũ vrinæ multæ in vna vice ex parte colli, vt quia muſculus eius ſit debilitatus, non potens conſtringere meatũ. vnde vrina guttatim egreditur. Item quia mollificatur ſupflue aut quia accidit ſtupor in eo, aut deſtructio ſenſus, ſicut accidit ano pp vlcus, aut pp malã cõplexionẽ frigidã fortẽ cum materia & abſq; materia. & ideo in algoratia vr̃ q; vrina guttatim emittitur quæ eſt aut per eſſentiã, aut ſibi cõicatur à cerebro. Item q̃n debilitantur muſculi ventris, & nocumentum cõicatur muſculo veſicæ, & dictum eſt in pauca quantitate, q̃m q̃n ſic exit & in multa quantitate ſubito dyſuria appellatur ab ipſa diſtillatione ſic in quanto differens cum ea, tñ conueniens in cauſa et cura. Dicunt tamen quidam oporter contentiuam in dyſuria eſſe ablatam. in diſtillatione vero diminutam, & ratiocinatur cauſas in dyſuriis fortiores eẽ, ſed de nominibus à medico non eſt diſceptandum, vt ſæpe ſupra.

S I G N A demonſtratiua quæ ſunt ex parte acuitatis vrinæ ſunt ardor, & dolor in virga, & circa pectinem, vel fœmur, & paucitas vrinæ cum diſtillatione inuoluntaria, & reliqua de ardore vrinæ ſua rubrica dicta ſunt.

Signa ſi fuerit propter multitudinem illud comprehenditur per diſtillationem veſicę cum grauitate notabili ꝑcepta in ea, & quòd præceſſit regimen vrinæ multiplicatiuum, retenta eſt longo tempore, & aggregata. Item aliquando apparet tumor in pectore, et certificat te intromiſſio digiti in anum, vt de lapide dictum eſt.

Signa ſi fuerit propter oppilationem vlcus, & lapidem veſicæ, & hmõi. iam prætererunt ſigna eius.

Signa ſi fuerit ex debilitate veſicæ, tũc patiens nihil vel quaſi nihil emittit de vrina, & quod emittitur inuoluntarie exit, & ſi cũ digitis p̃mitur veſica vel fœmur exit vrina violenter. Q. ſi fuerit propter debilitatẽ muſculi eius aut muſculorum ventris comprehenditur ex mala complexione in eis communicata, vt ſupra.

Signa ſi fuerit cõmunitate cerebri, aut dislocatione ſpõdilis, aut ꝓpter fœtum in matrice, aut ꝓpter ſtercoris multitudinem, & hmõi faciliter, & ſuis manifeſtis cõprehenditur ſignis & ſm plurimũ ſigna eius erunt ſigna phlegmatis, & humoroſitatis à qua ſm plurimum contingit. Q. ſi ebi fuerit humiditas vrina inuoluntarie emittitur ſm tempus, aut paulatim diſtillando abſq; ardore, & punctura, & apparent in vrina ſuperfluitates albæ, lõgę, vel rotundæ.

P R O G N S O T I C A. ſi hęc paſſio durabit quę fœda eſt per cõpaſſionem veſicæ ad alia multa mẽbra ita illa læder, vt de aliis paſſionibus veſicæ dictum eſt.

C V R A Canones. Primus ordinatio diætæ. Secũdus digeſtio. Tertius euacuatio, & hoc ſi neceſſarij ſint. Quartus eſt abſciſſio cauſæ tam interioris q̃ exterioris ſi quę exterior ſit. Quintus confortatio membri.

Tres primi cõprehenduntur cum dictis ſæpe ſupra.

Et pro cõplemento quarti, ſcito q; adminiſtranda ſunt medicamina varia ſm varietatem cauſarum, & à mẽbris in quibus ſunt cauſę ipſæ. Nam ſi ſit cauſa in lacerto ſm eſſentiam quæ ſm plurimũ eſt frigida, & humida, tunc applica medicamina calida exiccantia ex dictis ſupra, & ſub forma aut emplaſtri, aut vnguenti, aut ſiringando, & hmõi. Q. ſi fuerit ex dislocatione ſpõdilis reducat ſpondile ſi poſſibile eſt. Si ex cõitate ad cerebrũ aut ad aliud membrũ. Cura eſt rectificatio illius membri. Si ex multitudine vrinæ cura perficietur cum medicinis diabete infra dicẽdis. Q. ſi fuerit ardor aut acuitas vrinę, & hmõi. cura iã dicta eſt. Et ſimiliter ſi ex cauſis euenerit primitiuis ex cibis & potibus, et hmõi. cura erit remotio illarũ & introductio cõtrariarũ. et ſis memor q; tinæ ſunt maximi iuuamẽti, & in remouendo malam cõplexionem derelictã. Et alia cura ex caſu, ꝑcuſſione dimittatur chirurgicis. & ſatis ſit tibi etiam ex dictis ſupra Rubrica.

Quintus perficitur cum medicinis habentibus confortare neruos mollificatos, & proprie inferiorum partiũ & proprie veſicę à ꝓprietate retinere vrinam, vt ſupra de paralyſi. & hæc ſm plurimum ſunt calidæ ſtypticæ, quia cauſa vt ſupra. eſt frigida & humida. Ex ſimplicibus ſunt. Cyperum, ſandaraca, thus, & cortex eius, myrrha, ſtorax, piretrum, enula ſicca, halaſce, ſemen vrticæ, & eſt ſorte, aſſarum, macis, anacardus, nux muſcata, ciminum, origanũ, cinnamomum, ſticados, gallæ, cupreſſi, acorus, & hmõi. & ſint cum melle dati, & ex cõpoſitis, vt ſupra. eſt theriaca, triphera maior, confectio anacardina. Q. ſi ex defectu & impotentia expulſiue ꝓceſſerit adminiſtrentur prouocãtia cũ ſtypticatione pauca ſimplicia vel compoſita. & tu compone ex datis cõmiſcendo prouocantia cum ſtypticis leuibus. Et mũmia ꝓprietatem habet in hoc lutum armenum merdaſengi, & hmõi quæ ad intra adminiſtrentur. ad extra vero inungatur pecten ex oleo de maſtice, de ruta, de ſpica cum modico caſtorei, vel euphorbij. Q. ſi ex caliditate, & humiditate ꝓceſſerit, quod eſt raro, conuenientes erunt ſtypticæ frigidæ, ut coriandrum roſ. fructus ſtyptici, ſemen portulacæ, genera myrobalanorum, coralli, camphora, bolum ar. cum zucchaco ſumpta. Exterius inunge cum oleo roſ. myrtino, omphacino, de balauſtijs, Caro hericij vrinam retinet. Ex compoſitis ex cauſa frigida. ℞. caſtorei, myrrhæ, haleſcæ, cupularũ glandium, piretri, ana. conficiantur cum aqua diſſolutionis myrrhę. doſis. ʒ. j. Medicamen ad calidam. ℞. coriandrorum exiccatorum, roſarum rubearum. ana. ʒ. j. ſpodij. ʒ. v. ſeminũ lactucę, portulacę. ana. ʒ. vij. boli arment. ʒ. iij. camphoræ. ℈. j. gummi arabici. ʒ. j. confice cum aqua granati acetoſi. Item confice ex carabe, bolo armeno, myrobalanis, lente, medullis glandium, & hmõi. mentha in frigida cauſa maxime commẽdatur. Item maſtix, galanga, & hmõi etiam ſtomachũ confortantia. Trochiſci ad idem. ℞. caſtorei, myrrhæ, halaſce, cupularum glandium, piretri. ana. confice cum ſyr. myrtino, aut ſucco eius ſi habetur. doſis. ʒ. j. Item ad idẽ nigella, & ſemen rutæ. ana. & pro ſenibus valet. ℞. caſtorei, opij, ſeminis iuſquiami albi, ſeminis rutæ. doſis. ʒ. j. cũ ℥. j. vel. ij. uini & mummia iniecta facit retinere urinam, ut ſupra. Et hæc ſic ſatis tibi.

*De exitu inuoluntario urinæ.* Rubrica. XV.

EXit urina quandoq; contra hominis uoluntatem, huius diſpoſitionis cauſæ quinque aſſignantur ab Auic. Quarum prima eſt colli veſicæ paralyticatio, onde collum tunc ſemper apertum remanet, & urina exit. Secunda eſt debilitas contentiuæ. Tertia plurima attractio à renibus. nam quando multa urina ad renes trahitur, tunc multa cõmunicatur ueſicæ. Quarta dislocatio ſpondilium verſus interius. nam ſic ueſicam coartãt ut continere minime poſſit urinam. Quinta eſt repletio membrorum ſibi propinquorũ ut ſunt inteſtina, matrix, nam repletio multa inteſtinorum comprimendo. et ſic repletio matricis maxime q̃n fœtus eſt magnus, eſt cauſa cõprimẽns ueſicam, & prohibens ipſam continere. & ideó prægnantes multi temporis frequenter urinam emittunt

ut in

vt in præcedenti rubrica ex dictis. hęc de cauſis & ſupra.

SIGNA. Signis veſicæ poteris harum cauſarum ſigna comprehendere, & faciliter. & ideo princeps non aliter de ſignis ſcripſit.

CVRA Canones. Ordinatio diætæ. Digeſtio ſi materia indiget. Euacuatio. Remediorū particularium applicatio & diuerſorum ſm̄ diuerſitatem cauſæ membrorum cōicantium. Correctio accidentiū, & eorū remotio.

Diæta ordinetur ad contrarium cauſæ materia digeratur ſi digeſtione indiget. Quòd ſi à ſola qualitate ꝓuenerit ſola ſufficit alteratio, & nota hic ꝙ quãq; a caſitate pōt ꝓuenire hic inuoluntarius mictus, maxime quando eſt excedens, quod eſt raro valde, quo caſu procede cum frigidis ſtypticis ſæpe narratis, vt ſunt coriandrum, roſa, ſpodiū, ſemen lactucæ, ſemen portulacæ, bolum armenum, camphora, gummi, granatum acetoſum, carabe, glandes, myrobalani, lentes excorticatæ, acetum, & huiuſmodi. conſimiliter etiam & euacuatiua habes ſupra quarto trac.

Membrorum communicantium correctio ſuis quæratur rubricis iam dictis aut dicendis. Q. ſi fuerit ex dislocatione quæratur reductio.

Accidens ꝙ euenire cōſueuit eſt ſitis ſuperflua cui ſuccurre, vt ſæpe dictū eſt cum frigidis & hu. & hic cōmendat Aui. lac cum farina hordei, valens & thamarindi retenti in ore. Itē pruna, nō maraſcū, item zucchar. candi. item ſemē citoniorū, item ſuccus frigidus & hu. & cæteri fructus.

Reſtat cōplementū quarti, ꝓpter quod nota ꝙ eius complementum. ex his quæ poſita ſunt in præcedenti rubrica. vnde quãdo eſt à renibus cura eſt cura diabetis, de qua infra ſtatim. Et ex conferentibus in cauſa frigida ſunt. Cyperi, acori, enulæ ſiccæ, medullæ glandium. ana. ʒ. ij. myrrhę ʒ. iij, doſis eſt coclear vnum. Et diaciminum eſt iuuamenti valde, & maxime in cauſa frigida, & etiam epithimatū. Item thus eſt iuuatiuum. doſis. ʒ. ij. in potu. Item conferūt clyſteria ex rebus calidis, ſiccis, ſtypticis confortatiuis veſicæ. de quibus ſupra. Et oleum de been eſt forte valde. Auic. in fine de hoc.

*De mingentibus in lecto.* Rubrica. XVI.

CAuſæ huius vituperoſæ diſpōnis iam pro parte, dictæ ſunt. Vnde mollificatio lacerti colli veſicæ eſt vna de qua actum eſt pluries. Secunda eſt acuitas vrinæ uirtutem ſtimulans de qua etiam. Tertia eſt profunditas ſomni. nã tunc impletur veſica. unde uirtus incitatur ad expellendum, ac ſi vigilaret, accidit itaq; ſic volūtas vrinandi. vnde expulſiua tunc obediens cogitatiuę expellit. virtutes nãq; naturales ſic cogitatiuę in ſummo obediunt & eſt mirandum certe tale opus creatoris. Et hæc paſſio frequenter accidit pueris quæ in ipſis non eſt timenda multum, quoniã procedente ætate exiccantur. & ſic ex conſequenti lacertus veſicæ qui propter humiditatē relaxabatur, etiam ſomnus continue minus profundatur.

SIGNA demonſtratiua ſunt ſatis nota uiſu & infirmi relatione. Q. ſi cauſa fuerit caliditas cum humiditate, tūc erit ſitis aliqua & ſenſibilis caliditas in renibus multum intenſa, & aliqua mordicatio in vrina & profunditas ſomni cum reuolutione in lecto, etiam hoc vltimum magis conſueuit pueris accidere. Vnde cum reuoluuntur in eo motu excitat̃ expulſiua quæ cū ſentiat ſe grauatã expellit ad extra vrinã cuius expulſionē nō percipit puer ꝓoccupatus ſomno graui & profundo. Q. ſi fuerit ꝑ frigiditatē tūc apparebit ſenſibilis frĩditas renū, & totius & priuatio ſitis & urina ē abſq; mordicatiōe ꝑcepta et ꝓfunditas ſōni maior cū reuolutione in lecto, & erit vrina turbida ſpiſſa.

Signa ſi fuerit propter mollificationem lacerti veſicæ, vel paralyſim, tunc in vigilijs etiam emittet inuoluntarie, & inſenſibiliter.

Signa ſi fuerit propter nimium potum, & vſum diureticorum ſtabitur narrationi infirmi, vel aſtantium.

CVRA duarum primarum iam dicta eſt in rubricis præcedentibus de mollificatione veſicæ, & diſtillatione vrinæ. Sed pro tertia cauſa nota ꝙ in adultis grauiter ſiue difficulter curat̃. Et cura eorū eſt tres canones. Primus eſt ordinatio diætæ. Secundus eſt euacuatio. Tertius eſt particularium adminiſtratio.

Primus completur cum alienatione cauſarum facientiū multiplicare vrinam. de quibus de multitudine vrinæ infra in rubrica ſua & cum alleuiatione cibi & potus, & permaxime potus aquæ plurimæ, & cibi aquoſi, aut apti trãſire in aquoſitatem ne inde vrina multiplicet̃. & ſic cibaria & potus ſicca erunt humidioribus conuenientiora.

Et breuiter abſtineat à rapis, naponibus, cucumeribus, citrullis, melonibus, pipere, zinzib. carui, vino aquoſo, & hmōi. tam calidis q̃ frigidis aptis vrinam prouocare, aut ſua acuitate aptis virtutis expulſiuam ſtimulare, vt ſunt acuta porrum, allium, raphanus, ſalſa, & hmōi. à ſomno ꝓfundo nimio ſæpe excitentur ab eo & inuitantur ad mingēdum anteq̃ ſe ponant ad dormiendum, & poſtq̃ dormierint aliqualiter moueant ſe & mingere conentur, & adhibeantur vera contraria ex rebus ſtypticis cibo & potu vt eſt vinū ſtypticū lymphatū cū aqua decoctionis ſumach, myrtillorū, & hmōi. Itē condere carnes cū vino granatorum, agreſta, neſpillis, & hmōi. vt ſupra. de dyſenteria. Et qm̄ in iſto prio regimine clauduntur ea quę ſe tenent ex parte accidentium animæ. hinc ſic primo dicat̃ ꝙ tales ſi ſint pueri verberentur, & ſub timore teneantur cū minis, vt ex his ſe abſtineant. Item ducãtur ad locū in quo mingere cōſueuerunt & ibi habeatur puer aut puella de petijs in eorū præſentia bis vel ter in die verberentur, vt ex hoc actu in memoriã ſæpe veniat timor de mingendo, & ab eo ſic abſtineant. Q. ſi fuerit adultus & vir redarguatur cum verbis acribus & in loco in quo conſueuerunt mingere ducãtur, ꝙ ſi fuerit lectus in lecto ipſo ponat̃ anchona ſeu figura alicuius ſancti vel ſacrum aliquod tale reuerẽtia dignū vt cum de eo recordatur verecundabit̃ mingere.

Secundus perficitur cū euacuatiuis diuertentibus materias ne fluant ad vias vrinę. nam iuxta ſemen noſtrum, vrina pauca ſeceſſus, multus, & econtra, & maxime cōmendatur vomitus cōmendant̃ clyſteria, vſus pilularū, & hmōi.

Pro tertio dicatur ꝙ medicinæ conuenientes in hoc caſu ſunt medicinæ exiccatiuæ, ſtypticæ, neruorū confortatiuæ, quæ remouere pñt relaxationem ad vigorandum cōtentiuam & debilitandū expulſiuam. Hæc complentur diuerſis ingenijs exhibendo. ſ. per os, per inferius, & ad extra applicando emplaſtra vnguenta balnea fomentationes, & hmōi. Laudatur enula, myrobalani vſti, ſtorax, glans, thus, myrrha, vinum nigrum, myrtus, & hmōi. de quibus ſæpe ſupra. Item & herbæ, & cætera de mollificatione ſupra. 2. cap. trac. ſexti. Item & de mollificatione veſicæ, & oleum de been eſt vltimum. Aui. & ex expertis. ℞. glandiū thuris, myrrhæ. ana. ʒ. ſ. decoquantur in. ℥. iij. vini vſque quo redeat ad. ℥. j. & colet̃ & potet̃ cum pondere. ℥. j. olei de myrto. & eſt Aui. & hoc remediū ſumme laudat Gent. Franc. de Pedemontium, & cæteri multi. valet & cerebrū leporis nutriti cum vino. Item renes leporis exiccati, vt ℞. eorum ſeminis anethi partem. j. piretri, et ſemi. apij p. ſ. Auic. Q. ſi dicatur apium prouocat &c. Dicit̃ ꝙ ponitur vt ſit ductiuum, vt ſupra de renibus. & doſis eſt. ʒ. ij. cum aqua frigida. Puluis veſicæ caprarū cum aqua prodeſt. Itē valet theriaca, triphera. Item ueſica ſturi, uel apri cocta cū aceto. Item à ꝓprietate caro hericij, & puluis eius. de quo Auic. c. de hericio. Item clyſteria ea his quæ vrinam retinent, & earum iniectionē. Item valet mentha. Item compone electuaria confectiones & pilulas, trochiſcos, & balnea, ſemicupia, & hmōi ut uidebitur. nam ſtyptica & calida & frigida & confortantia neruorum, & ueſicę ſunt hoc caſu ut ſupra confortatiua. de quibus ad plenū in de dyſenteria. & ut ibi. Poſtremo cum alia non conferunt molli-

fica

ſica veſicam cum pauco olei, & ipſam applica virgę & anchis, vt cum minxerit non mingat in lecto. Non enim multiplicaui, qm̄ multa ac plurima ſunt poſita ad hoc cō ferentia locis alle. & tu ibi. Gulielmus Placeñ. laudat hūc puluerē, maxime qñ eſt à frigiditate, & humiditate. ℞. glan dium ſiccarum. ʒ. x. thuris. ʒ. vij. myrrhæ. ʒ. ſ. coriandri aſ ſati, acori, cyperi. ana. ʒ. ij. ſ. terantur & cribrētur, & ſuma tur de iſto puluere ſtomacho ieiuno. ʒ. ij. cum uino rubeo, ſtyptico, lymphato cū aqua decoctionis piperis lōgi, ga lāgæ, cardamomi, croci, & cum iſto eodem puluere con diant̄ cibaria ſua, & cū aqua decoctionis iſtarū rerū vinū eia lymphet̄. & hæc breuia ſufficiant, qm̄ multa ac pluri ma dicta ſunt huic diſpōni cōuenientia in rubrica de inuo lūtaria emiſſione vrinæ, & de multitudine eius infra.

## De diabete. Rubrica. XVII.

[illegible] diabetes ap pellatur, ab aliis [illegible] [illegible]

Diabetes eſt propria paſſio renum qua vrina indi geſta ſiue velut aqua magna in quantitate multi plicatis vicibus ad extra mittitur. Cuius cā ſm plurimum eſt caliditas ignea, ſiue exceſſiua ipſorū renum ob quā ab hepate & à toto aquoſitatem multam attrahunt tam ipſi q̄ ipſi multitudine aquoſitatis grauati & debilita te virtute cōtentiuæ eorum concurrente ſuſtinere nō poſ ſunt, ad quod concurrit pororū vriticidū nimia apertio, re nes nāq; ex nimio calore exiccati trahunt ab hepate, & he par à ſtomacho, & inteſtinis, ſicq; patiens exiccatur, & va lidā incurrit ſitim, & vt Aui. frequēter q̄ ad liquationem, & ad hecticā corpus perducit. Et dicit̄ diabetes idem q̄d penetratio. nā quod bibitur in tpe breui penetrat, & egre ditur. vnde Paſſionarius, diabetes eſt nimius fluxus vrinę. A quibuſdam dr̄ diaphicos. idem eſt quod ſitim faciens. Ab aliis lubricitas renum. A nōnullis diarrhęa. Et in ſum ma eſt mala renū diſpoſitio ob quam multo plus de urina egreditur q̄ naturę corporis conueniens ſit, & proportio natur lienteriæ ſtomachi. nā ſicut cibus idigeſtus, & in ſto macho morā nō cōtrahēs multā ad extra ſicut indigeſtus emittit̄ & ſic & aquoſitas ad renes veniens & eorū calidi tate ſm plurimū ad eos tracta i eis nō ſe figens, ppter cau ſas aſſignatas ad extra poros dilatatos & veſicā ppellitur. nā cū moram in hepate ac renibus aquoſitas ipſa non con trahat minime digeri pōt, ac colorari. Ex quo dr̄ ad argu mentū quo pbaretur ipſam debere eſſe coloratam ppter hepatis ac renū exceſſiuam caliditatem. Dicitur magna in quantitate. nam aquoſitas ab hepate, ſtomacho, inteſti nis, & à toto mouetur ad renes. vnde vidi hominē diabe eticum in die naturali emittere quantitate. 24. lib. & non in multis vicibus. Dicit̄ cuius cauſa ſm plurimum, qm̄ & ab aliis pōt cauſis contingere, vt à frigiditate & ab humi ditate. vnde nimius aquæ frigidæ potus, ſeſſio longa ſuper lapidem, ſtatio in aqua, aut niue & hmōi poſſunt eē facti ua cauſa diabetis. Et intellige q̄ omnis talis mala cōple xio factiua diabetis calida aut frigida, qñq; eſt materialis, qñq; non, ppter quod in cura eius qñq; ſola ſufficiunt alte rantia, vnde indifferenter oīs cauſa apta debilitare renes & ipſos exiccare exceſſiue poteſt eſſe cauſa factiua diabetis ut ſunt ſuperfluus coitus, vt vidi in ſene Andrea de Anſel mis, ſuperfluus labor, ſiccitas fortis, à caliditate febris ve niens, appoſitio rerum calidarum. Item multus vſus rerū diureticarum. & hic aduerte periculum in his qui conſue uerunt pati calculum, ex vſu diureticorum fortium.

SIGNA demonſtratiua eius iam nota ſunt ex poſſ tis in eius deſcriptione. Q. ſi contigerit caliditate ſuper flua renum fortificante attractiuā, tunc percipietur calidi tas in renibus et lumbis & erit vrina multa in principio et declinans ad aliqualē rubedinem, & minorem q̄ qñ eſt ex defectu diſtractiuæ hepatis & maxime cum meatus emul gentium amplificati erunt, & erit ſanguinis abundātia in venis, & quanto magis de ſanguine erit tanto magis rube bit vrina. pcedente vero tpe diminuto ſanguine, & proin de conſtrictis meatibus membrorum, & exiccatis egredie tur vrina i qualitate ſeu colore potus, quia erit vrina ſub tilis alba aquoſa ac ſi eſſet aqua, deinde procedente cui nō ſuccurritur ingroſſatur vrina, & reditur ſicut lac, qñ. ſ. hu miditates membrorū cum ea cōmiſcentur ipſis liquefa ctis. & ſequitur inde mors ſm plurimum. Et cū hac diſpo ſitione eſt ſitis intenſa valde, & tales magis deſiderāt aquā q̄ alium potum aquæ vel alterius liquoris nō remouetur ſitis, & ſicut bibit ita ſtatim vel per paucum tempus poſt mingit, ita q̄ non alteratur potus in colore.

Q. ſi id contingit ex frigiditate lædente contentiuam, tunc in lumbis, & renibus pcipietur frigiditas manifeſta & vrina in principio non erit multæ quantitatis reſpectu conſuetæ, ſed in poſterum multiplicabitur, & erit ſicut lo tura carnis, minus tñ tincta q̄ in pcedenti. deinde vt ſupra mutabit̄, & erit magis aquoſa, magis alba, & erit cum ſiti remiſſiori, & minoris quantitatis q̄ ex cauſa calida. Et eſt hæc paſſio cum ſiti vehementi, & vehementiori, vt dictū eſt abſq; feb. & abſq; ardore vrinę. Et accidit iuuenibus habentibus renes calidos ex cauſa calida, & mulieribus vt plurimum ex cauſa frigida.

PROGNOSTICA hæc paſſio quandoq; per ducit corpus ad hydropem propter infrigidationem hepa tis, & alia mala nocumenta, vt dictum eſt.

CVRA Canones. anteq̄ ad curam accedas, ſcito q̄ niſi cito ſuccurratur huic paſſioni corpus incurrit pericu lum mortis, quia aut hydropē propter errorem digeſtiuę, aut hecticam, ppter defectum nutrimenti, maceratur enim corpus, & conſimiliter venter cōſtipatur, & moritur ęger & ideo ſollicitus eſto, & in eius cura prius attende ſi eſt cū humorum vitio an nō, quoniam ſi fuerit abſq; humorum vitio ſola ſufficiunt alterātia, de quibus poſt Canones. Or dinatio diætæ. Digeſtio. Euacuatio. Medicinarum appli candarum conſideratio. Vltimo accidētium correctio in hac paſſione venire conſuetorum.

Diæta ſemper debet eſſe frigida & hu. & ideo dixit Aui. quapropter plurimū curationis eius eſt infrigidatio, & hu mectatio cum fructibus, & oleribus, & robub frigidis de illis quæ non puocant, de quo ſupra quieſcere in aere frigi do & humido, ſedere in tina aquæ frigidæ tādiu donec for taſſe congeletur, & ſedetur ſitis eius, & infrigidentur renes & fortes fiant lacerti eorum, quæ oīa intellige præcipue tē pore exiſtente calido. Et confert in ea odorare camphorā, & nenuphar & ſimilia de redolentibus frigidis. Et de il lis quæ valent ad hoc eſt dormire, & occupatio à ſiti eſt re gimen antecedēs, quare oportet vt occupetur ſaltem in ſu mendo in potu ſuperfluitatem aquæ frigidæ, & melius il lo eſt vt ſumat in potu aquam frigidam valde. deinde euo mat eam, & iteretur in eo. Et oportet vt conuertat̄ aquo ſitas à renibus cum vomitu, & ſudore ſtatim. Et de illis q̄ oportet ipſum deuitare eſt labor dorſi, & ideo coitum, & aſſumptio diureticorum, & lenificatio quidem naturæ cō fert eis, & ſi non cū aliis ſaltem cum clyſteribus tēperatis, plures nāq; eorum ſiccæ ſunt naturæ. Et de ebibitis iuua tiuum eſt lac de quo extrahitur butyrum acetoſum infrigi datum, & de ipſo melius eſt quod eſt ex lacte ouino aquæ cucurbitæ aſſatæ, & ſuccus citrulli cum pſyllio, & aqua granati acetoſi, & aqua mori, & aqua prunorū, & ſimilia eorum, & ſit potus huius generis, & eorū fructus cū aqua quantum poſſibile eſt. Et robub menthæ cōfert eis valde, & aqua roſ. immo ſucci ro. ℥. j. confert eis ſedans ſitim eo rum, & ſit doſis quantitas coctilis. j. uel. ℥. j. lactis. Item aq̄ diſtillata ex lacte vaccino butyro extracto, aut lacte oui no acetoſo butyro extracto. Et de illis quæ expti ſumus ad illos eſt vt ſumatur alfoca, quia cibus factus ex pane de farina hordei quotiēs comburatur hoc eſt magis frigidū quare bibatur infrigidatum. voluit Boali. q̄ cibi vlitra in frigidationem debēt eſſe vnctuoſi. Et ideo aduerte inquit, oportet vti cibis vnctuoſis, refrigerantibus, & reſumen-

tibus,

tibus,& hmōi ſunt caro hædorum,agnorum pedes,& medulla,oua ſorbilia,quod intellige albumen cū vitello. Itē comedat caſeum recentem,piſces recentes, & aliquantulū magnos,butyrum. Ex oleribus portulacam,lactucam, Ex fructibus poma, pira, citonia, granata, iuiubas recentes, amygdalas. Et hic conſidera textū Aui.inquit. circa finē capituli. Et oportet vt à fructibus cuſtodiat in quibus eſt infrigidatio,& ſtypticatio cū prouocatione ſicut ſunt citonia, ſicq́; apparet contradictio quam tu per te ſolue. & in ſumma cibi ſint groſſi, & difficilia digōnis maxime ſi virtus eſt fortis ne à calore hepatis comburantur, & corpus, aut pcipue ſi cā eſt calida cibi ſubtiles in choleram cōuertētur. vnde iuſcula hordei in cauſa calida ſunt maxime cōuenientia. Cōuenit lac ouinū decoctū cū aqua vſq; ad cōſumptionem aquæ,pinguedines gallinæ pinguis, pedes pcipue vaccini,piſces recentes cum aceto pparati & hmōi.

Secundus perficitur cum digeſtiuis appropriatis materiæ,vt in cauſa calida cōpetit iulep violatum,roſ. oxyzacchara & hmōi.de quibus quarto trac. vnde in ſumma debent eſſe infrigidantia, & humectantia. in frigida vero econtra.de quibus allegato loco.& tu ibi.

Tertius completur in cauſa calida quandoq; incipiēdo à phlebotomia cum eius neceſſitas viſa fuerit vt extinguatur caliditas hepatis,& renum. Q. ſi non fuerit neceſſaria euacuetur cum euacuātibus choleram ex datis ſupra quarto trac. vt ſunt diaprunis,& medicina in hoc ſingularis cū elec.de ſucco roſ. Item caſia cum eodem elec.& licet pilulis conueniant cōuenientiores ſunt liquidæ in paſſionibus renum præcipue,vt dictum eſt ſupra.18.cap.& præcipue qn̄ eſt à cauſa calida. Q. ſi materia fuerit frigida euacua cū enematibus,& alijs euacuantibus materiam frigidā vt eſt benedicta & hmōi.de quibus allegato trac.& tu ibi.

Pro quarto ſcito q̄ in ſumma Auic. vult q̄ in cauſa calida medicinę exterius,& interius applicandæ ſint frigidæ & hu.& aliqn̄ liceat tranſire ad ſtupefaciētia. Inquit & ſtupefactio partis alchatim eſt ex illis quæ conferunt per dormitionem virtutis ab inobedientia aquæ, & defectu eius ab attractione im̄. Item conferunt ſtyptica in confortatione renum. ſint itaq; frigida, humida,ſaltem actu, ſtyptica etiam qn̄q;. vnde ſumme laudatur cōmixtio aceti cum eis quæ ad extra ponitur,& in tpe calido ſint actu frigida, in frigido ſaltem tepida. Medicinæ autē ſic in hac paſſione dari conſuetæ diuiduntur in eas quæ per intra, & in eas q̄ ad extra applicantur. Ad intra parantur potus,electuaria clyſteria,& hmōi. Ad extra vero vnguenta,balnea,cerota,emplaſtra,epithemata,& hmōi.de quibus exempla ponam. Aqua hordei cum ſy.de papauere, aqua granatorū muzorum,aqua citoniorum, lac vaccinum acetoſum, vt ſupra.& ſic de alijs frigidis cōtemperantibus caliditatem renum hepatis,& aliorū membrorū fouentium renum caliditatem,ſi quæ ſunt,& hæc per te ex milies datis fabrica. Item maxime conferunt clyſteria ex rebus frigidis,& ſtypticis. Item & eſt forte clyſter ex lacte de quo extractum eſt butyrum cū ſuccis frigidis ſtypticis. Item dantur troc. frigidi camphorizati,vt troc.de ſpodio cū camphora, & aqua cucurbitæ,& aqua granatorum. Item troc.de balauſtijs,quorū deſcriptio eſt.℞.achaziæ.ʒ.ij.ro.ʒ.iij.balauſtiarum.ʒ.iiij.gummi.ʒ.j.draga.ʒ.ſ.bibatur cum mucillagine pſyllij & aquæ cucurbitæ,& ſi uidetur adde camphoram,& in ſumma materialia ſunt frigida & ſtyptica.de q̄bus ſupra de dyſenteria,vt ſunt ſanguis drac.bolus ar.balauſtia,hypoquiſtidos,achacia,cupulæ glādium, myrtus & hmōi.& tu cōpone. Ad extra ponuntur qn̄q; in ſemicupio aquæ frigidæ vſq; ad vmbilicum,& pro tunc inungatur hepar ex rebus frigidis de quibus de mala cōplexione eius ſupra inungantur et renes conſimiliter.& ſic permittantur ſtare donec eorum caliditas et ſiccitas extinguātur. vnde Aui.& ſedere in tina aquæ frigidæ tādiu donec forte congeletur,& ſedetur ſitis eius & infrigidentur renes, vt ſupra. Vnguenta,ac cerotaria fac ex rebus frigidis,ſtypticis,humidis,vt ſunt ſucci ro.ſolatri,& hmōi, cum alijs de quibus hic ante,cōmiſcendo qn̄q; & calida ſtyptica vt vrget neceſſitas & propter membri cōplexionem. Valet, & epithema factum ex thuris.ʒ.ij.achaciæ.ʒ.iiij. ſucci barbæ hircinæ,laudani, ramich olum. ana.ʒ.ij.gallarum.ʒ.j. terantur & intingantur cum aqua myrti.& eſt Aui. Cōpone ex conſimilibus emplaſtra.nā in ſumma vt dictū eſt, talia componentia ſint frigida,& ſtyptica pro quibus recurre ad ea quæ de dyſenteria ſcripta ſunt. In facta à cauſa frigida in qua omnia accidentia ſunt remiſſiora cura eſt per ſimilem ordinem ex rebus à contrario ſumptis,vt calefacere, & non infrigidare cū calefacientibus moderate. Item ex his quæ oo cito penetrent,quoniam cauſa eſt fortior,propter quod non laudantur cibaria neq; potus liquidi,ſed groſſæ ſubſtantiæ. vnde hoc caſu vina groſſa & calida odorifera ſunt ſubtilibus alijs paribus meliora, fiat digeſtio cum calefacientibus,& non prouocantibus ſaltem poſtea, euacuatio fiat cū clyſteribus, pilulis,& alijs appropriatis.de quibus quarto tract. Item confert vomitus factus ex raphano,& ſimilibus ſupra cibum.

Pro quarto conferunt euaporationes, ſuffumigia, & in fine balnea calefacientia. Item confert fricatio extremitatum. Item applicatio ventoſarum circa corpus. Item exercitium temperatum. Item ſi ad fortius tranſire cōuenit rubificatio erit vtilis. Item adminiſtratio antidotum calidorum groſſæ ſubſtantiæ, vt diacalamentum, theriaca antiqua,mithridatum etiam huiuſmodi.

Et pro cōplemento vltimi cañ. ſcito q̄ duo ſunt accidētia quibus occurrere debet medicus.primū eſt ſitis. ſecundum eſt corporis extenuatio. Et pro primo da aquā frigidam cauſa exñte calida in notabili quantitate & ſtude, vt ipſam poſt eius aſſumptionem & ſpatium moderatum euomat & ſic iterat ei eſt nobile medicamen,aut da aquā cucurbitę cum aliquo rob ſtyptico vt retineatur ne cito in vrinam tranſeat,ſimiliter aquā frigidam cū vino granatorum & hmōi. Et in cauſa frigida da vinum purum groſſum. Et exterius ſtude ad infrigidandū aut ad calefaciēdū.

Pro ſecundo vero ſtude reſtaurationi cum cibis laudabilibus facilis digōnis & potu vini rubei lymphati cōpetenter.& in ſumma cum tali regimine reſumptiuo. Et in fine deſcribo cerotum nobile in cauſa calida valens.℞.laudani,ſpodij.ana.ʒ.ij.ſeminum frigidorum maiorū. ana.ʒ.j.camphorę.ʒ.ſ.lactis mulieris lactantis puellam.ʒ.ij.ſucci ſemperuiuæ,ſucci ſolatri.ana.℥.j.aceti.℥.ſ. olei cucurbitini roſ. quod ſuff.cit. inungantur renes,& ex his eiſdē fac emplaſtrum epithima,vt cupis. Item valet vnguentum populeon deſcriptione Nic. Item.℞.vnguenti populeonis.℥.j.ſ.olei roſ.myrtini, nenupharini. ana.℥.ſ.achacię.ʒ.ij.thuris.ʒ.j.hypoquiſtidos,laudani.ana.ʒ.ſ.gallarū.ʒ.j. mucillaginis pſylij.ʒ.j.ſ.aceti.ʒ.ij.cum cera fac vnguētū.

Item.℞.ſucci lactucæ,ſemperuiuæ,ſolatri.ana.℥.ſ. aquę ro.℥.j.aceti.℥.ſ.farinę papaue.albi.℥.j.ceræ quod ſuf. Valet in hoc caſu applicatio laminę plumbeę pforatę rembus prius infuſe in aceto, de q̄bus ſupra de caliditate renū. Vltimo ſcito q̄ continuatio humidorū & maxime potētia talium nimiū mollificando renes debilitant cū ſint mēbrū carneum,ideoq; cū eis ſtyptica cōiunge vt dictum eſt.

De *multitudine vrinæ.* *Rubrica.* XVIII.

IAm apertæ ſunt cauſæ & pro parte magna etiam cura multitudinis vrinæ in præcedenti Rubrica. Sed proſequendo ducem.dico q̄ eius multiplicatio qn̄q; eſt cū ſiti,qn̄q; non. Itaq; aliquibus accidit multiplicatio vrinæ cum qua non coniungitur aliqua diſpoſitio diabetes, aut accidens qd̄ in alijs euenit vt ſitis. Et cauſæ huius communiter ſunt aut acuitas vrinæ & cū hac multitudine eſt ſitis clamoſa quæ non ſatiatur,aut vlcera, aut frigus, ſiue mala complexio frigida conſtringens lacertos veſicæ, &

exprimens

exprimens vrinam, aut quia ipſum frigus per accidens vẽrem calefacit & vrinã exacuit quæ ſic acuta facta virtutẽ ſtimulat ad expulſionem, aut nimia aſſumptio ciborũ & potuum vt pueris accidit. nam virtus grauata multitudine eius multã à ſe expellit. Item & accidit in magnis guloſis qñ cum rebus quas comedunt aut bibunt cõmiſcent res acutas & maxime aperitiuas, vt eſt rapa, & cum his nõ adeſt ſitis. vnde & iſtis ſic magnis guloſis interdum accidit vt in lecto mingant ſicut pueri, & ſtant vt porci. & eã, qm̃ cũ his accidat ſomni ꝓfunditas ex crapula, virtus ſenſibilis facta ſopita non imperat motiuæ vt retineat. vnde contentiua à multitudine aquoſitatis in quam incurrũt ex guloſitate grauata & debilis facta non retinet, immo lacertus etiam ex ipſa aquoſitate mollificatus non iuuat ad retẽtionẽ, & ideo egreditur vrina in multa quantitate.

S I G N A cauſarũ iam ex habitis ſuis rubricis. aperta ſunt. & tu ibi.

C V R A poſita eſt in præcedentibus Rubricis ſm̃ diuerſitatem cauſarum. & ideo ad illa loca recurre. Vt verbi gratia. ſi fuerit ex acuitate vrinæ curam habuiſti completam. Si ex vlcere cõſimiliter. Si ex crapula introducatur abſtinẽtia. Verum dux perſecutus eſt de ea de qua ſupra minus actum eſt, ſicq; conſimiliter agam. Attendendum eſt itaq; ſi mala cõplexio eſt abſq; materia aut non. Q. ſi fuerit abſq; materia ſola ſufficiunt alterantia calida adminiſtrata intus & extra. de quibus ſtatim. Q. ſi fuerit cum materia ordinẽt dięta ad contrariũ cauſæ, & laudanẽ oua ſorbilia in ieiuno & genera lactis cocti pira, dactyli, in ieiuno vſq; ad. ℥. ij. Lentes vrinam minuunt, leuiẽtes vẽtrẽ, paſſulæ pingues, perdicæ, caro hericij, renes leporis, & hmõi. digeratur, & euacueẽ, adminiſtreẽ quæ deinde intus & extra ex particularibus medicaminibus de oĩbus hic.

Et hic nota can̄. vltem. & eſt Aui. in hoc ca. Dico ergo ꝙ oẽs medicinę quæ ſunt ad coitũ calefaciẽtes iuuatiue ſunt ei qui habet multitudinem vrinæ ex frigore. de quibus in ſeq. ca. ſua rubrica. Oleum de been eſt vltimum, thus, galãga, myrrha, cyperi, ſcoria ferri, coriandrũ & hmõi. Ex compoſitis ſunt clyſteria, emplaſtra, vnctiones, cerotaria ebibita, epithemata & hmõi. Pilulis ad hoc. ℞. caſtorei, myrrhæ, halaſcę, cupularum glandium, piretri, ana. par. æquales, informentur pil. cum ſyr. myrtino. doſis eſt. ʒ. j.

Clyſter ad illud & renes confortat. ℞. ſucci halaſcæ decocti ad ſpiſſitudinem eius vitellum oui. i. adipis renis caprini. ℥. j. miſceantur oĩa, & ſumatur de lacte recenti mulſo, & de butyro, & de adipe gibbi camelli, & de oleo granorum cerati ſylueſtris p. æquales, & conquaſſentur adinuicem & fiat clyſter. & eſt Aui. Sed certe in partibus noſtris cõpleri non pñt. & ideo alia hic ſubiungo. ℞. glandiũ thuris, myrrhæ ana. p. æquales, decoquantur omnia in vino quantitatis. ℥. iiij. colentur & ponantur cum. ℥. j. olei, & ſi poſſibile eſt bibantur, aut ſi nõ augmenteẽ doſ. et fiat ex eis clyſter. Trochiſci. ℞. myrti, ſimi colũbini, fiãt troc. cum aqua frigida & propinentur. Ad idem & eſt Serap̃. ℞. glandes & infundantur in aceto die ac nocte defrigẽtur in patella, & terantur & ſumantur ex eis. ʒ. x. Deinde. ℞. myrobal. emblicorum, & belliricorum, torrefactorum, ana. ʒ. vj. granorum myrti. ʒ. x. terantur & cribrenẽ & dentur ex eis. ʒ. iij. in aqua in qua extinguitur ferrum ignitum. Et hæc ſufficiant, cum plurima ſcripta ſint huic propoſito vtillima in præcedentibus rubricis.

## *De mictu ſanguinis puri, & nõ puri.* Rubr. XIX.

SAnguinis aũt puri exitus cum vrina eſt aut à renibus ipſis, aut à membris ſupra, aut infra renes. Membra autem ſupra renes à quibus peruenire poteſt ſunt ſpecialiter & maxime hepar, & ſplen, vena chylis, & lumbi. Infra vero ſunt veſica, & viæ eius.

C A V S A euentus eius ab his mẽbris eſt, aut apertio venæ, vt cũ poroſitates eius dilatantur: aut ſanguis ſubtilitatis egreditur, aut ipſius venæ inciſio, aut ſciſſio. vnde et groſſus & ſubtilis egredi poteſt. Et hæ apertiones venarũ ſiunt quandoq; à cauſa primitiua, ſeu exteriori, vt ſcilicet caſu percuſſione ſeu inciſione, aut ꝓpter forte exercitium poſt laborem. Item ex potu rei acutæ, aut veneno. Aut ab intra vt ſanguinis retentione, menſtruorum, fluxus ſanguini narium hæmorrhoidalis, aut in mutilato in quo ſanguis conſuetus diffundi ad membrũ mutilatum à natura, expellitur per vias vrinæ cum eo grauatur vt contingit, quando etiam in toto eſt ſanguinis repletio ex nimia ciborum aut potus aſſumptione, qui naturam grauans, ab extra per vias vrinæ ab ipſa expellitur natura. Aut fortitudo attractiuæ renum cum præſentia multi ſanguinis ſubtilis valde & acuti qui eſt ſic in motu & ad ipſos renes faciliter mouetur attractiua exiſtente eorum forti, & ad veſicã expellitur. Aut diſſolutio carnis in ſanguinem rediens vt cum corpus liqueſit. Aut coitus ſuperfluus, quia aut ex motu tali continuato aperitur, aut ſcinditur vena, aut quia ad ipſum ſequitur ſuperflua debilitas contentiuæ. Item ad hoc facit acuitas non ſolum ſanguinis, ſed aliorum humorum. Item ventoſitas plurima quæ quandoq; eſt cauſa ſolutionis continui. Q. aliquando contingat vt ſymptomatis aut criſis non inconueniẽt. & tu cõſidera. Item ſpaſmus, & frigus poſſunt eſſe cauſa mictus ſanguinis puri, qa ſunt cauſa ſolutionis continui. Non puri ſimilis loturæ carnis cauſa eſt aut debilitas diſcretiuæ hæpatis, aut renum nõ ſeparantis ſanguinem ab aquoſitate. Permixti vero cũ humoribus groſſis cauſa eſt debilitas digeſtiuæ ipſorum renum. Eius vero qui eſt ſimilis capillis cauſa eſt debilitas digeſtiuæ venarum. Et hic ſcito ꝙ quandoq; eſt longa valde quaſi duobus palmis Auic. & cauſa prolongationis eſt generatio eius etiam inuolutionibus venarum renum, aut aliorum. & hæ humiditates ſic longæ, quandoq; albedinem trahunt & ſuccinctam cauſarum eius collectionem ponam in dubijs. & tu ibi.

S I G N A demonſtratiua ſi fuerit propter repletionem in toto apparebit ipſa repletio.

S I G N A ſi fuerit ꝓpter apertionem venæ, tũc eius exitus eſt abſq; dolore, & ſanguis clarus, viuidus, et fit paulatinus exitus eius. nam qui eſt ex ruptione & ſciſſione eſt plurimus, & conſimiliter qui eſt ex veſica eſt paucus propter paucitatem venarum eius, & eſt thrõboſus. Et qui eſt ex renibus eſt multus re tllius non thromboſus. Et eius qui eſt vlceribus ſignum quia venit cum dolore. Et ſi eſt corroſio venit paucus ad nigredinem declinans, & quandoq; eſt cum eo fœtor, & multoties ſunt cum eo cortices & ſanies, & pus, & ſit ſm̃ plurimũ poſt ægritudines. Vnde quãdo eſt ex liquefactione ſignificat illud liquefactio, & quod mingitur de ſanguine eſt tenue ſicut aduſtum, ac ſi ipſum ſit abraſio membri. Q. ſi fuerit propter tenuitatem eius ſignificatur per illud quod egreditur de phlebotomia, quoniã tenue eſt & ei non aſſociatur illud ſignum. & de his etiam ſupra de fluxu ſanguinis non excoriatiuo, & locus ſtuei & doloris ex parte vlcerum renum, aut veſicæ, apoſtematis. & hmõi habetur per ea quę hępatis ſuis rubricis ſupra dictũ eſt. nam quanto magis eſt ſanies commixta tanto à ſuperioribus magis, quanto minus tanto propinquioribus, vt ſupra.

Signa ſi fuerit ꝓpter virgam, & partes vicinas ei, tunc antecedit veinã & eſt parũ, vel q̃ſi nihil mixtus cũ vrina.

Signa ſi ſanguis fuerit ſimilis loturæ carnis erit à debilitate renum, vel hepatis, & ſanies à renibus veniens magis declinat ad albedinem q̃ illa hepatis, & illa hepatis magis ad rubedinem, & non magis ſubtilis.

Signa ſi ex hpate fuerit nota ſunt ex habitis de apoſtematibus horum membrorũ, & ſanies quæ eſt via criſis eſt cũ alleuiatione, & fortitudine, & ſubito fit.

P R O G N O S T I C A qui eſt eã repletionis aut exercitij demiſſione, aut mẽbri mutilatione habet periodos.

doſ. Fluxus ſanguinis ex veſica tardius ſanatur q̃ ab alijs membris. Sanguis in vrina apparens longo tempore malus & peſſimus, quia vlcera fraudulẽta ſignificat. Omnis fluxus ſanguinis mundi ſi ſit multus malus.

CVRA Canones. & anteq̃ venias ad canones curatiõis pticulares mãda mẽti qđ dictũ eſt ſupra. de diſpõnibus veſicæ, & renũ. Q. medicinæ in diſpõne veſicę debẽt eſſe alijs paribus fortiores q̃ in diſpõnibus renum.

Secundus, q̃ fluxus nõ debet ſubito reſtringi ſed intercipi, vt de alijs fluxibus dictum eſt.

Tertio, q̃ canones dirigantur particulares ad particulares cauſas mictus ſanguinis ſm ordinem cauſarum.

CVRA. In eo qui ſubtilitate aut acuitate ſanguinis accidit. Canon eſt infrigidatio, & ſanguinis ingroſſatio & cum ſtypticis procedendo. Vnde in multis verbis Auic. videtur in cura eius hos duos cañ. tangere primus eſt infrigidatio. ſecũdus eſt conſtrictio.

Tu itaq̃ pcede cum regimine ĩfrigidatiuo ex pte aeris, cibi, & potus, & aliarũ ſex rerum nõ naturaliũ. Vnde cibus cum granatis ſumaĩ agreſta & alijs de quibus ad plenũ de dyſenteria inteſtinorũ, & de exitu ſanguinis ab ore ſunt hoc caſu conuenientia, & tu ibi, & ex parte potus.

Digeſtio fiat cum ſy. remittentibus acuitatem vt ſunt violatus de papauere, nenupharinus, oxyzacchara, & huiuſmodi. de quibus quarto trac.

Euacuetur cũ caſia, thamarindis, & thamarindi. n. mulſũ remouent ſanguinis acuitatẽ, ac feruorẽ, conferũt & euacuationes factę in de dyſenteria, & tu ibi. de phlebotomia tñ hic dicaĩ q̃ ipſa competit diuerſiua, ſed in pauca q̃titate à qua icipies phlebotomãdo baſilicã. deinde eũa. & hic canon habet maxime veritatem q̃n cauſa eſt recẽs. Et hic nota. Aui. inquit. cũ hic indiges phlebotomia, magis tunc confert ſaphenæ q̃ baſilicæ, & credo eius dictum verum, præcipue quando eſt à renibus, quia ſaphena magis renes reſpicit, & ſimiliter à lumbis vel ſpina dorſi.

Tertius cañ. eſt infrigidatio cũ ſtypticitate, & hoc per exterius & interius adminiſtrãdo ex vnguẽtis, empl̃is, cerotis, balneis, embrochis, ſy. cõfectionibus, electuarijs, pilulis, troc. et hmõi. de qbus in de dyſenteria, & de fluxu ſanguinis à pectore, & cũ eis ponẽdo apitiua ducentia ipſa ad locũ, vt dictũ fuit ſupra. Et ne vacuus loco hoc diſcedas habe ſimplicia ex quibus cõpone vt imminet neceſſitas, & ſunt alia memorata vt ſunt. Semina frã maiora & minora, ſemen papa. dragacantũ, gũmi ara. cupulæ glandiũ, ſpodiũ, carabe, ſandali, bolus ar. ſanguis drac. terra ſigil. myrtus, ſumach, coriandrum, plantago, ſuccus eius, ſemen eius corrigiola, burſa paſtoris, taſſus barbaſſus, balauſtia, hypoquiſtidos. Et ex calidis quæ cum frigidis commiſceri poſſunt ſunt, olibanũ, ſandaraca, maſtix, myrrha, & hmõi. de quibus ſupra de dyſenteria. & infra de fluxu menſtruorum. Ex quibus compone cum aceto nigro, aut emplaſtra aut trochiſcos, aut potus, vt placebit. Et ſi videbitur expedire timendo oppilationem viarum, appone apium, & huiuſmodi aperitiua calida. Et hic aduerte Auic. inquit. & nõ approximes ſtyptica niſi poſtq̃ vrina ſignificat mundificationem, ſtyptica enim congelant quod inuiſcanĩ eſt & cõſtringunt, quare q̃nq̃ reuertiĩ aquoſitas ad poſteriora, & in eo eſt timor. & ſilr acetoſa, & qdã cum hiſopium vbi dubitaĩ de futura excoriatione. Et ex cõpoſitis vſualibus ſunt troc. de carabe cũ aqua plantaginis, ſed recurre pro pleniori informatione ad ea quæ ſupra allegatis locis.

Quartus cañ. eſt diuerſio & ligatio extremorum eorũ fricatio, appoſitio ventoſarum circa renes, ilia, pectinem, & anchas, & præcipue in eo qui eſt ex veſica. Item phlebotomia cephalicæ ſubtelis ſi ex veſica eſt. & cõſimiliter ſuo modo dicatur ſi fuerit ex hepate aut ſplene.

Quintus canon eſt correctio accñtis in fluxu tali & frequẽti euenire cõſueti. nã ſanguis ſic ad veſicã veniens q̃nq̃ inea remanet & infrigidaĩ & cõgelaĩ. vñ aliq̃n ſub diuerſis formis expellitur aliq̃n ita ingroſſatur vt egredi nõ poſſit, & & in collo veſicæ q̃nq̃ fixus remanens denegat vrinæ exitum, & ſic dolorem cauſat extenſiuũ. vnde & q̃nq̃ eſt ſic cauſa apoſtematis. Cura autẽ iam habita eſt ſupra. rubrica de coagulatione ſanguinis in veſica.

CVRA. In eo qui eſt à cã primitiua caſu, percuſſione, inciſione. ſi videĩ repletio fac primo phlebotomiã diuerſiuam plus & minus vt videtur expedire. deinde exhibe infrigidantia & ſtyptica, vt ſupra. Si fuerit potu rei acutæ eadem conferunt. Si ex veneno da ea quæ contra venenũ illud conferunt à proprietate dictum, vtere illis infrigidantibus, & ſtypticantibus.

CVRA. In eo vero qui eſt retentione ſanguinis fac phlebotomiam, & copioſiorem, & fortaſſe reiteratio erit neceſſaria de illis frigidis ſtypticis vtere.

CVRA. Si fuerit à repletione idem operare.

CVRA. Si ex nimio cibo introduc cum phlebotomia abſtinentiam.

CVRA. Si fuerit fortitudine attractiuæ renom infrigida eos cum iam dictis.

CVRA. Si fuerit ex diſſolutione carnis introduc reſtaurationem cum frigidis ſtypticis temperatæ.

CVRA. Si fuerit ex ſuperfluo coitu fac vt ſupra. ſed ad extra applica emplaſtra debilia fortia. & ſimilia, vt videbitur expedire.

CVRA. Si fuerit vitio acuitatis humoris alterius illum digeras, & euacues, & alteres, vt ſupra.

Cura ſi factum ſit via criſis, aut mũdificationis, nõ reſtringatur niſi debilitas ad hoc te perurgeat.

CVRA. Si fuerit ex ſpaſmo aut frigore ſeruetur ſibi proportionabilis, vt de alijs dictum eſt.

CVRA. In nõ puro facto ex debilitate hepatis aut renum, pcedendũ eſt cũ cõfortantibus virtutẽ ipſorũ. de quibus ap plenũ ſupra ſuis rubricis. ſed tñ nota q̃ ĩ mictu ſanguinis indiges adminiſtratiõe ſubtilĩãtiũ inciſiuorũ ex diureticis fortibus q̃ danĩ in cura lapidis renũ, & eorũ cib⁹ ſit humectatiuus, humectatione abũdãti. Aui. & hæc ſatis.

### *De mictu ſaniei.* Rubrica. XX.

Mictus ſaniei fit q̃nq̃ ĩ mẽbris ſupra renes, vt ſunt pulmo, pectus, vt vidi ĩ pleuriſi, hepate, ſplene, et hmõi. vt in præcedenti rubrica de eis. Aut ĩferioribus vt ſunt veſica, collum eius, & viæ mediæ cum vlcerantur aut in ipſiſmet renibus, aut via criſis. & ſigna exhibita in proprijs rubricis inquirantur.

CVRA. Si autem accidit exitus via criſis & mundificationis, tũc iuuetur natura in eam expellendo queadmodum dictum eſt ſupra ſuis proprijs rubricis.

CVRA. Si ex alia prouenerit cã quia ex ruptura apaſtum, aut vlcere veſicæ, & viarum eius ante, & retro te oppone cum neceſſarijs iam ſæpe dictis de cura vlcerum, & apãtũ taliũ mẽbrorũ ſuis pprijs rubricis. Et hic nota q̃ in mictu ſaniei vrina mingitur ſpiſſa, alba, cũ foetore, mordicans, vel aliqualiter colorata, thromboſa, etiam cum foetore. deinde in fundo reſidet corpus ſpiſſum compactum cum albumine, & eſt magis adhærens fundo vrinalis q̃ phlegma groſſum inter quod & ſaniem multi non differant. Item coletur per petiam, & remanebit ſanies aut veſtium eius, ſicut accidit ex ſanie vulnerum exteriorum. Et ſic hæc breuia de iſto ſufficiant.

DVBIA.

Dubitatur quia non videtur modus quo ſanguis exiens de vena chylis per eius fracturam, aut de venis ſupra renes ad concauitatem pectoris vel alia per vias vrinæ euacuetur cũ in tali euacuatione oportet ingredi iterum venam, aut ad hepar deriuari cum nulla alia ſit uia. Dixit Rugerius quòd ſanguis. verbi gratia, qui per fracturam venæ chylis in concauitatem pectoris emittitur virtute hepatis exiſtente forti per venas capil-

lares

Jacet ad ſuā trahit ſpongioſitatē ſicut videmus ſimilē in tāli cōcauitate eaſ tenē ab ipſo pulmone per venas capillares ad ſe trahi. deinde ad extra emittit, vt in pipneumonia hoc idē accidit de ſanguine effuſo ad illā cōcauitatē qñ per pulmonē cū tuſsi extra emittit̃. Q. ſi virtus hepatis fuerit debilis, tunc ſanguis ibi remanēs in ſaniē cōuertit̃, iuxta illud Sen̄. xx. Aphor. vj. Sect. Si in uentrē ſanguis præter naturā effundit̃, neceſſe eſt ſuppurari. Item aduerte ꝙ vena circūuoluitur pinguedine maxime quæ eſt in rene. & ideo cū frangit̃ pinguedo reſiſtit ſanguini. vnde & ſanguis quoq; per ip ſam uenā ſic fractam uel ruptam currit ad quod cōcurrit virtus expulſiua q̄ nitit̃ expellere per loca cōuenientiora. & ſimilr dici poteſt qñ vena rumpitur vel ulceratur vbi adſit carnoſitas impediēs, difficultas vero fortior eſt de exituris ad concauitatē notabilem. vt dictum eſt. & tu conſidera. Et licet hoc dubium ꝑpter ſequens ſuperfluum videat̃. tñ ꝑpter aliqua talia ſatis clarem iñſione tēm non cancellarum dimitte vt ſpeculationi detur locus.

DVBITATVR vtrū ea ruptura venę ſanguinis accidat mictus. ꝙ nō arg. nō ex ruptura chylis, neq; emulgentis venæ, qm̄ cum talia rumpunt̃ ſanguis fundit̃ in concauitatē quæ eſt inferius circūuoluram ſyphac, continentē inteſtina, diſtantē multum à renibus. & eſt ita vt non poſſit ad ea membra reuerti. Itē ſi frangit̃ vena talis magna, quare nō accidit cōtinuus fluxus ſanguinis ſeu ipſius mictus cōtinuus cum vena ſit mēbrum ſpermaticū quod ex ſe faciliter nō conſolidat̃. Oppoſitum eſt dictū ſupra & in plurimis Aphor. ponēdis in fine dubij. Pro ſuccincta replicatione cauſam mictus ſanguinis, & doctrina firmiori talis ponit̃ diſtinctio ꝙ ſanguinis mictus cōtingere poteſt, aut à cauſa interiori vt uenarū debilitate, aut ſanguinis quātitate, vel dimiſsione exercitij, & guloſitate, aut alicuius partis mutilatione adaucti, vel acuitate, vel ſubtilitate à talibus. aut à cauſa exteriori vt caſu, vel percuſsione, frignre, & hmōi. plurimo. qui quidē aūt mingitur purus. Aut à toto corpore vel aliqua parte vel hepate vel ſplene cum eorum relaxent̃ vigores vel per modum criticæ expulſionis quēadmodum ſanguis effluit hæmorrhoidalis, aut ꝑpter ſpaſmum, uel carnis eliquationē, & ſuctionis ſanguinis priuationē, aut renum attractionis vigorē, vel aperationem viarum, ſiue uaſorū, ſeu perforationē, ſciſsionē, aut inciſionē. Similis autem loturæ carnis mingit̃, aut propter ſubtilitatē, aut debilitatē ſanguificæ, & cōtentiuæ virtutis hepatis quod hydropicis euenit, & dyſenteriā patientibus hepaticam, aut propter imbecillitatē digeſtionis renū & diſcretionis ſanguinis ab aquoſitate, pōt etiā ſanguis mingi propter apertionē venarum matricis. Scd'a reſpōdendum ad q̄ſitum ad literā ponā ſolutionem Concil'. noſtri. Inquit. ſciendū ꝙ ſanguis qui mingit̃ ex vaſorū ruptura rarius forſitan cōtingit ex venis quæ ſunt circa renes, & ſupra. Nō enim pōt mox ſanguinis ꝓcedere mictus niſi forte per accidens, ſicut pure ſcribit Viaticus, ex venis q̄ ſunt inter renes & veſicā cum ſint pori vrinides exangues, neq; de veſica cum ſanguinis mictura modi per viā corroſionis vlcerationē cauſantis. uenę nanq; ueſicæ cum ſint duræ occultæ in ipſa calcatæ ſanguinis exigui non crepātur, vt quæ renum his oppoſitæ factæ. Aphor. iiij. erit itaq; ruptura uenæ chylis, ut amplius exprimunt Moderni iuxta illud. Micto ſit puræ chylis ex venæ crepatura, uel emulgentium ſcd'm ꝙ protenduntur à chyli in renes. aut prout ſm Ariſt. ipſe in corpora expandunt̃ ipſorum, quorū rupturā videntur peritiores amplius tangere. Siquidem ruptura ſit in venis emulgētibus prout expāduntur in renes ſcd'm partem aſsignatam cum pānicu lis cooperiantur, & adipibus nō eſt dubium ferre cogitur per poros vrinides renibus cōtinuatos in ueſicam ſecedere, ꝙ multoties euenit cum lapilli ex renibus deſcendunt aſperi non parui. Si autē rumpatur chylis ſupra emulgentes aut infra, nō multum poterit ſanguis mingi, ſed ſi tota emulgēs abſcindat̃, adhuc poſsibilis eſt ſanguinis mictura ex alia emulgente. ſi uero ſm partem ſcindatur, & proprie in parte ſuperiori emulgētis ſanguis incurrere ſufficit. mingitur ſiquidem in parte inferiori, adhuc aliquid decurret in renem vt mingatur, niſi fortaſſe grādis eſſet partis inferioris uenæ deperditio, ita ut ſanguis ualeat obſtaculo in renē dirigi, & ita ſaltem ex illa parte ſanguis minime poterit mingi, & proprie cum hyatus propinquior fuerit uenę chyli. huiuſmodi autem micturas ſignificatio taliter cauſari, quia quando vena frangit̃ cum ſit ſenſibilis, & naturalis, maxime ſm Ari. virtus regitiua illuc ad iuuandum cum ſpiritibus currit, & humoribus repletis multis, ita ꝙ cum locus non ſit capax illorum in locum, non ſolum cadunt per inciſionē in vacuū. uerumetiā in loca dirigitur à natura expulſiua cōſtricta & merito, quia natura ſatagit amplius ſanguinem mittere ad vias vrinæ ut mingatur exterius q̄ in concauitate ſuffocans, aut in putredinem mutatur concidat cum ſemper quod melius eſt operetur. Cōmen. j. cæli & mun̄. ſignificat etiā id decurſus humorum per inguina in crurium ſpata. tumeſiunt enim nō parū ea ipſis ſimiliter & in mundanis reperit̃ paradigma quaſi cui rot occurrit in ſui ſubſidium rurore, ut opus ſit illis hoſpitio cedere aliud capeſſēdo. nā etiam cupio ꝙ pars aliqua de qua ſit curandum ſanguinis ad inſtrumēta reuertatur urinæ, niſi fortaſſe euaporatio fiat aliqua cum ſanguis quando in concauitatē effunditur præter naturā neceſſe ſit in ſaniem conuerti. Aphor. vj. In ſaniei quidem ſm Conciliatorem ſpēm aliquā vel groſsitiē cum nigredine. frigiditate nanq; loci congelatur, & hanc quidem pōnem aſſero, qui à ſola cum eo quod veritati innititur præ cæteris ab inconuenienti ſaluatur. Ad primum dicendū ut ea prædictis patet. ꝙ licet ſanguis decidat in concauitatē naturalem, tñ non paruа pars cadit in inſtrumentis urinę. Ad aliud dicendū ꝙ vena poteſt cōſolidari magis q̄ exterius cum ibi uiuurgeat amplius regitiuæ. videmus enim ꝙ maius eſt arteriā uenalē in pulmone cōſolidari q̄ i qua eſt ſanguinis multitudo calidi valde raritatiſq; membri & motus. concedo etiam debilitatē attractiuæ, quoniā nō eſt poſsitum ſanguinem ad inſtrumenta redire urinæ. & tu in his conſidera, & ſimilibus.

## APHORISMI.

Ex. iiij. Sectione. xvj. Aphor.

Morbi in pluuiarum multitudine, magna ex parte fiūt febres lōgæ, alui ꝓfluuia, putredines, morbi comitiales, & attoniti, quos apoplexias græci uocant, & anginæ, in ſiccitatibus autē tabitudines, lippitudines, articulorum dolores, ſtillicidia urinæ, & difficultates inteſtinorum.

xxj. Aphor.

Autumno uero & plurimi æſtiui morbi fiūt, & febres quartanæ, & erraticæ, & lienes, aquæ intercutem, & tabes, & ſtillicidia vrinæ, & difficultates inteſtinorum, & leuitates inteſtinorum, &c.

xxvj. Aphor.

Cū uero iā magis adoleuerint, tonſillę, et uertebræ, q̄ in occipitio ad interiora luxationes, crebri anhelitus, quos græci aſthmata uocant, calculi, lumbrici rotundi, &c.

xxxj. Aphor.

Senibus ſpirandi difficultates, diſtillationes cum tuſſe, vrinæ ſtillicidia, urinæ difficultates, &c.

Ex. iiij. Sect. lxix. Aphor.

Quibus vrinæ craſſæ, grumoſæ, paucæ, non ſine febre, multitudo veniens ex his tenuis iuuat, præcipue vero tales veniunt, quibus ab initio, vel breui, ſedimen ineſt.

lxx. Aphor.

Quibus * vrinæ perturbatæ quales ſunt iumentorum, ijs dolor capitis uel adeſt, vel aderit.

* ... in febribus, quam particulā ... la exēplaria nōnſe habeant, meliora uō ... omittunt.

lxxj. Aphor.

Quibus ſeptima iudicatur, ijs nubeculam habet quarta die urina rubeam, & alia ex ratione.

lxxij. Aphor.

Quibus vrinæ albæ, & perſpicuæ, malæ, præſertim ſi in delirantibus appareant.

lxxiij. Aphor.

a Hypochõdria legendũ vt alias quãpluries adnotauimus.

Quibus [a] ilia ſuſpẽſa murmurãtia, lumborũ dolore ſuperueniẽte, ijs alui humectanẽ, niſi flatus erũpant, aut vrinæ multitudo proueniat, hæc vero in febribus.

lxxiiij. Aphor.

Quibus ſperaẽ abſceſſum futurũ ad articulos, liberat ab abſceſſu urina multa, craſſa, & alba facta, qualis in laborioſis febribus quarto die quibuſdã incipit fieri, ſi vero etiã ex naribus fluxerit ſanguis, breui admodũ ſolutio fit.

lxxv. Aphor.

Si ſanguinem, aut pus mingat, aut renum, aut ueſicæ exulcerationem ſignificat.

lxxvj. Aphor.

Quibus in vrina, craſſa exiſtente, carũculæ paruæ, aut veluti capilli vna exeunt, ijs à renibus excernitur.

lxxvij. Aphor.

Quibus in vrina craſſa furfurea quædam ſimul exeunt, ijs veſica ſcabie laborat.

lxxviij. Aphor.

Quicunq; ſponte ſanguinem mingunt, ija à renibus venulam ruptam ſignificatur.

lxxix. Aphor.

Quib⁹ I urinis arenoſa ſubſiſtũt, ijs ueſica laborat calculo.

lxxx. Aph. & vij. Sect. xxxix. Aph.

Si ſanguinem mingant, aut grumos, vel ſtillicidiũ urinæ habeãt, & dolor in imum incidat uentrem, & pectineẽ, & [b] fœmen, circa veſicam labor eſt.

b τὸν κτένα. i. interfœminεũ, quaſi ſpatiũ inter anũ, & pudẽdũ dicerẽ, nõ aũt interiorem cruris pteẽ, q̃ a coxis incipiens ad genua terminaẽ, ac tamẽ hoc in loco nobis oſtẽdit Leonicent Fœmen.

lxxxj. Aphor.

Si ſanguinem aut pus minxerit, aut ſquãmulas, & grauis odor adſit, ueſicæ exulcerationem ſignificat.

lxxxij. Aphor.

Quibus in vrinaria fiſtula tubercula naſcuntur, ijs ſuppuratione facta, & eruptione ſolutio.

lxxxiij. Aphor.

Mictio noctu plurima fcã, paruã ſignificat deiectionẽ.

Ex. v. Sect. lviij. Aphor.

Recto inteſtino, aut utero inflãmationẽ patiẽte uringſtillicidiũ accidit, et renibus purulẽtis uring aduẽit ſtillicidiũ. hepati autem inflãmationem patienti ſingultus aduenit.

Ex. vj. Sect. vj. Aphor.

Renũ, & ueſicæ uitia in ſenioribus difficulter ſanantur.

xviij. Aphor.

Veſica diſciſſa, aut cerebro, aut corde, aut ſepto tranſuerſo, aut aliquo ex tenuioribus inteſtinis, aut uentriculo, aut iecore, letale eſt.

xliiij. Aphor.

Quibus ex ſtillicidio urinæ ileos ſuperuenerit, in. vij. diebus pereunt, niſi febre ſuperueniente, ſatis vrina fluxerit.

Ex. vij. Sect. xxxj. Aphor.

Quibuſcunq; febricitantibus in vrinis fiunt ſedimina, veluti farina craſſior, longã ægritudinem fore ſignificat.

xxxij. Aphor.

c ἀπ᾽ ἀρχῆς i. ab initio, nam hic ipſo, nõ aũt horum tale adnectitũ ſignificare in cõmẽtarijs. Galenus appoſuit.

Quibus autem biloſa ſedimina, [c] ſupra tenuia, acutũ morbum ſignificant.

xxxiij. Aphor.

Quibuſcunq; urinæ diſtantes ſunt, ijs turbatio fortis in corpore fit.

xxxiiij. Aphor.

Quibus in urinis bullæ ſubſiſtunt, morbum renalem, & longum ſignificant.

xxxv. Aphor.

Quibus ſubſidens pingue, ac ſimul totum, ija renũ vitium acutum ſignificatur.

xlix. Aphor.

Vrinæ ſtillicidiũ, & mingendi difficultatem, vini potio, & venæ ſectio ſoluit, incidere autem interiores.

## De diſpoſitionibus membrorũ generatiõis in viris cõtinens Rubr. xxxiiij. Capit. XX.

*De deſcriptione, anatomia, & cõplexione teſticulorũ, uaſorum ſeminalium, & uirgæ.* Rubrica. I.

Diuina ꝓuidentia humano mixta generi cũ ſm indiuiduationem perpetuari non poterit arbitrata eſt ipſm faltem ſm ſpeciẽ ſempiternũ facere, quodq; pulchre peregit in homine duos creãdo teſticulos, qui in eodem eſſent membrum principale ſeminis ipſius productiuũ, quo vnus ex alio indeficienter crearetẽ, & hic noſtra ꝓcreatio fit ex ꝓiectione eius ſeminis in matricẽ per calamũ ipſum naturalẽ qui eſt virga. Ex qbus appareret qualiter ad hãc generationẽ cõcurrunt mas, & fœmella ſm diuerſa mẽbra. vnde in iſto. xx. cap. tractabitur de mẽbris ipſis generationis in viris. & in. xxj. ſequenti de mẽbris generatiõis in mulieribus. Et primo incipiẽdo ab anatomia teſticulorũ, vaſorũ ſpermaticorũ, & uirgę. Vnde teſticuli in viris ſunt membra glãdoſa, alba, extra corpus eminẽtia, ad quæ tanq; ad ſuſpenſoria vaſa terminanẽ ſpermatica in pãniculo orto à ſyphac, dydymus, ſiue oleũ dicto cõtenta genituræ per ſe principaliter productiua. Dicitur glandoſa alba. nã eorum caro eſt ſicut caro mamillarum, & ſicut materiã ſanguineam ad ipſas mamillas venientẽ eedem mamillæ in lac conuertunt, & albificant, ita & teſticuli vtilẽ ſuperfluitatẽ vltimo ad eas delatã albificant, & in geniturã cõuertunt, quæ quidẽ eſt homo in potẽtia vnde primo de generatione aĩalium. ſperma eſt ſuperfluitas vtilis vltimi alimenti diſtributi per membrũ totũ habẽs in potẽtia. Diciẽ extra corpus ad differentiã carniũ glãdoſarũ quę ſunt in mulieribus extra matricem ad q̃ reſoluunẽ vaſa ſpermatica, vt infra ſequen. cap. q̃ carnes ſunt minutæ, & nõ teſticuli dicti ſm plurimos, licet ſm medicos ſint teſticuli vere. Diciẽ ad quæ &c. nam vaſa ipſa intra myrach non germinantur, ſed egrediuntur myrach, & teſticulis copulanẽ de duobus ſuſpẽſorijs, & quia membra nobilia vt ſint tuta ab extrinſecis alterantibus debent eſſe velata pãniculis, & quia non cõtinentur in ſyphac, velantur pãniculo orto ab ipſo ſyphac, qui nominaẽ dydymus, cuius orificium eſt in fine ſhorſi clauſum exiſtens ſm naturam. In ꝓceſſu vero eius ſm quantitatem uaſorũ ſpermaticorum dilatatum exiſtit, & in fine eius dilatatur ſm quãtitatẽ teſticulorũ, & in parte illa vocatur burſa teſticulorum ſiue oſſeum. & ſic apparet quomodo affert hic pãniculus iuuamentum ad cõtinendum & cuſtodiendũ teſticulos, & vaſa ſpermatica ipſa ad ipſos teſticulos venientia. dico uenientia, quia non ſic ad illa quæ ſunt inter teſticulos, & uirgam. Propter quod nota q vaſa ſpermatica ſunt duplicia præparatoria, ſcilicet & latoria. Præparatoria autẽ ſunt illa quæ mediãt inter renes & teſticulos, quorum ortus eſt dextri iuxta renẽ dextrum à uena chyli, & arteria aortũ. ſiniſtri vero iuxta ſiniſtrum ex vena emulgente. & dextrum uas ad dextrum terminatur teſticulum, & ſiniſtrum ad ſiniſtrum, vbi peruenientia ab extremo ad extremum teſticulorum feruntur. deinde inflectũtur ad primum extremũ, & inuoluta vaſa dicunẽ, & in his reflexionibus credidit Ariſto. ſperma generari. Latoria vero dicuntur vaſa illa quæ à teſticulis inchoantia ad collum veſicæ, & ad virgam cum foraminibus quibus dicta terminantur per hæc vaſa dicta ſeminaria ſemen ad calamum defertur naturalem. Et ſcito q vaſa ſpermatica ſubſtãtiam teſticulorum non ingrediuntur, ſed circumuoluentia teſticulos ſunt velut ſaccum facientia, & ſuperiora ſunt venoſa magis, & latoria amplius neruoſa, quæ quidem latoria vſq; ad meatum virgæ perueniunt in loco qui eſt in foramine oſſis fœmoris, & tũc per meatus q ibi ſunt duo, ſicut & vaſa ſunt duo emittũt ſperma in præparatorijs genituram

Calam⁹ naturaẽ.

Spermatis diffinitio.

Sperma vbi generetur.

ritum; & cānalem virgæ, & virga deinde ipſum ad extra.

Virga quid. Propter quod ſcito ꝙ virga eſt membrū neruoſum, venoſum, & arterioſum cōcauū, muſculoſum, cum collo veſicæ carnoſo cōtinuatum à corpore abſolutum ad palmi vnius vel circa magnitudinē factū, in cuius principio duo apparēt foramina, eius extremitatis præputium dicta, terminatū in emiſſione ſpermatis, & vrinæ finaliter cōſtitutum. Ad ipſum vero cōponendā multi aſcēdunt nerui, & ſpecialiter à nucha, ꝓpter quod ipſa eſt ita ſenſibilis. Itē veniunt ad eā multę venę, & arteriæ ſatis magnæ ortæ à vena deſcendente, & arteria in loco vbi bifurcatur ad duas anchas, & hæ venæ ſunt ſicut radices virgæ. & propter iſtas venas virga eſt tota cauernoſa, & ſuæ cauernoſitates replentur, ventoſitate generata in prędictis arterijs, & quando ventoſitate replentur eriguntur. virga eſt quidē muſculoſa, & carnoſa vt patet & ſuis mouetur muſculis. vt Gal. in libello de anatomia dixit. continuatur cum collo ex multis ligamentis & chordis ortis ab oſſe fœmoris. fuit abſoluta, quia homines non debebant ſe cōiungere ſm̃ dorſalia cō-

Poſteriorıſtici in coitu notantur. tra poſterioriſticos, vt animalia faciunt bruta ſed amplexando &c. Eſt quippe vt in pluribus palmi vnius ad menſuram cōem matricis creata. & in eius principio apparent illa foramina dicta deſeruiētia. vt ſupra. Ex quibus apparet ꝙ in ea tria ſunt foramina. illud autē quod vrinæ deſeruit ex collo veſicæ venit, & cætera duo per quæ in cānalē cōem natura ſperma ipſum finaliter euomit. Auic. vero in noſando tria vaſa ponit vt per ipm̃ alguadi emittatur. quod credo ipm̃ intelligere de ſcd'o foramine ſeruiente ſiniſtro vaſi. & tu conſidera. Poſtremo hic appono verba Auic. in fine de anatomia teſticulorum, & vaſorum inquit. Et ſcias ꝙ virgæ aduenit virtus erectionis à ventoſitate, corde, & aduenit ei ſenſus à cerebro & nucha. & aduenit ei ſanguis & deſiderium ab hepate. & deſiderium naturale quādoq; fit ei cauſa renum & apud me principiū eſt à corde, & pro his vide infra rubricam de virga. & hic pro confirmatione dicti vltimi Aui. Dicam ꝙ vidi iuuenem quidē. xxiiij. annorum ætate, & ſanguineū cōplexione cum phlegmatis participatione qui deuenit ad impotentiā ſolū ā erectionis virgæ. & mecū cōqueſtus dicebat ſe ſentire qñq; notabilē cordis frigiditatē quandoq; nocumentum aliud, & adhibito remedio ad cor cōualuit. Tu itaq; principis uerba cōſidera. Præterea ſcito modū quo hæc fit generatio. imaginatiua ex ſe vel obiecto exteriori ad coitū ipſum mota cum ſit ex principalibus virtutibus, præcipit concupiſcibili quæ in corde viget vt ſpiritum & calorē ad genitalia membra mittat, qui calor fortis ſic miſſus humiditates cōtentas in vijs, & arterijs per quas venit diſſoluit illas quæ ad vaſa veniunt ſpermatica, & ea replent ex qbus ſperma ipm̃ ſiue alguadi fit, ſtatim interim calamus extēſus præſentia illius caloris & ſpũs ad quod adiuuat etiā fricatio capitis virgæ. & tunc uaſa emittunt materiā in eis contentā ad teſticulos, & de teſticulis ad uaſa ſeminaria, & de illis ad virgā concurrente naturali appetitu expellendi ipſorum ſuperiorum uaſorum, & naturali attractione inferioris, & de virga in matricē proijcitur in coitu debito cui obuiat matrix cum orificio ſuo aperto & trahit ſperma deſiderās illud ſua ꝓpria virtute & teſticulis ſuis præ dilectione etiā procedit ſperma quod in eis generatur & ad cōcauum matricis remittitur. cum ergo ambo cōcurrunt & ſibi inuicem

Generatio viri. obuiāt permiſcentur, & contēperantur inde ꝓuenit generatio.

Et dictū eſt genituræ, & nō ſpermatis in fine deſcriptiōis vt cognoſcatur differentia formalis inter ipſa noīa genitura, ſperma, et ſemē, quis de hoc medicus curare nō debeat & maxie practicus. vt ſupra ſæpe qbus multi utuntur in ſynonymis. Genitura īportat materiā deciſam ab aīali pfecto per coitū ſibi ſimilē generāre, in qua eſt ſolū generationis pricipiū effectiuū qualr̃ expulſum ab hoīe, equo, & hmōi. ꝓ coitū geniturā vocamus. Sperma autē & ſemen dicitur in quo ſimul reperitur effectiuū & materiale principiū generationis ſicut ouū, cepæ, faba. in his enim non ſolum eſt principiū effectiuū generationis, ſed etiā materiale. experimur enim ꝙ nulla adueniēte extrinſeca cauſa germinant ita vt plurimum corpulentiæ ipſorum reſoluantur in germen. & ſic vniuerſaliter ſemen nominatur omne prolificū deciſum ab eo quod vim habet vtriuſq; ſexus, vt plantę plurimę, & animalia multa per ſeipſa ſine coitu ſibi ſimile generantia. vt quarto de hiſtorijs animalium vltimo cap.

## *De mala complexione teſtium.* Rubrica. II.

PAce ducis mei alium ordinē ponā ab eo quē poſuit ipſe. xx. ſua ſen ut mihi melius ſatiſfaciam. Incipiam itaq; eo ordine de ipſis quem ab eo didici de membris proſequens primo de cura malæ cōplexionis eorum quā ſollicite quiſq; medicus inueſtigare ac curare habet tum ꝓpter membri ipſius notabilitatem, & eius colligantiam ob quā cum læſum eſt, & nobilia alia lædit. tum ꝓpter finem ne fruſtretur à tanto fine vt eſt hominis productio. tum quia cum ſit ſpongioſum facile ſuperfluitates recipit ob quas incurrit apoſtema ad quod maxime iuuat eius procliuitas ad inferiora. Eſt itaq; eius mala complexio aut naturalis, aut accidentalis. Naturalis vt eſt lapſus eius naturalis ita vltimati defectus vt actum propriū generatiuæ virtutis impediat in animali, aut ſi non in totum impediat, ſaltem notabiliter noceat. Accidentalis autem eſt ſicut cum eis mala complexio calida aut frigida, ſicca, aut humida. & ſecundum plurimum eſt aut frigida, aut humida, quæ quandoq; eſt talis per eſſentiam. quandoq; per cōmunitatem à cerebro, corde, hepate & huiuſmodi.

CAVSÆ & huius malæ cōplexionis cauſa primitiua eſt qñq; aer frigidus, aqua frigida. quia ſtatio in ea, aut calida calefaciens. & ſic de alijs cauſis. Antecedens humor multiplicatus ex malo regimine, vt ex comeſtione multorum fructuum frigidorum, potus aquæ frigidæ, vel alterius rei, vſu rerum multum exceſſiue calefacientium, humectantium. & conſimiliter de alijs. Item debilitate virtutis ex nimio coitu exercitio, & huiuſmodi. coniuncta uero ipſa mala complexio, aut mala compoſitio.

SIGNA demōſtratiua lapſus calidi naturalis ipſorum teſticulorum ſunt, latitudo uenarum oſſei, & virgæ, & ipſarum eminentia, & raritas cutis, nimia ſpiſſitudo pilorum pectinis, & coxarū & eorum multitudo, durities, & criſpitudo eorum, & non propter tortuoſitatem pororum. Deſiderium coitus vehemens, uelocitas in conſecutione, emiſſio ſpermatis, & color eius ad citrinum procliuis vel ad fuſcum. Q. ſi fuerit cum caliditate ſiccitas, tunc erit ſperma ſiccum non fluidum, & erit deſiderium aſſiduum ad coitum, ita ut apud quācunq; mulierē ad ipſum ſtatim moueatur, & eſt erectio in eo fortis, & eſt talis maſculorum plurimum generatiuus. Q. ſi fuerit cum caliditate humiditas eſt pluris ſpermatis ꝗ̃ calidę, & eſt paucorum pilorum, minus impregnans & uehementioris fortitudinis ſuper coitum plurimū, & non fit erectio, vt in calida ſicca eſt plurimæ pollutionis.

Signa contraria lapſum frigidū indicant. Quòd ſi cum frigiditate fuerit humiditas, tunc pili pectinis erunt lenes non aſperi, vt in præcedenti paruitas deſiderij coitus, ſiue tarditas eius tenuitas ſpermatis paucitas impregnationis, & tarditas ortus pilorum, & paucitas eorum, debilitas erectionis. Quòd ſi cum ea fuerit ſiccitas erit ſperma groſſum, ſpiſſum, & paucum & eſt diuerſa à calida, & humida in omnibus.

Signa. Accidentalem eorum cōplexionē, quia præternaturalē ſignificant. Ex parte caliditatis, quia ad tactum calidiores ſunt cōſueto, & percipitur in eis inflāmatio, & color verget aut ad rubedinē intenſam ſi eſt ſanguis in cauſa cū apparentia plenitudinis venarum burſæ, & quia ſanguineus regimen ſanguineū & huiuſmodi cum principio doloris, & qñq; cū dolore, & eſt cū grauitate, & aliquali co-

rum tumefactione abſq; apate. & ita de alijs ſignis ſangui- nis. Q. ſi erit cholera maior erit inflãmatio cum calidita- te intenſiori percepta cum punctione ſiue mordicatione. qñq; & color verget ad citrinum inflãmatũ, & quia cho- lericus, & maxime in pudendis ipſis regimen cholericũ, & nõ percipietur grauitas multa, & cum his qñq; eſt feb. cõicato calore cordis ſitis & hmõi. Q. ſi fuerit mala cõ- plexio hoꝝ contraria apparebunt, ut quia frigiditas ad ta- ctum & venę eruot ut abſconſæ, & ſicut diminutæ, & gra uitas maior cõplexio, ætas, habitudo, & regimen hoc in- dicabunt. Et hic aduerte ꝙ ſicut mala cõplexio natura- lis exceſsiua generationẽ impedit, ita & accidentalis. vnde hic aduerte, quoniã non raro ad manus medicoꝝ veniunt iudicandi plures conſilio iuriſtarum nunquid ſint apti ad coitum an noo. quia plures tales inueniuntur ob malã cõ- plexionẽ teſtium, & virgæ qui nullomodo poſſunt coire, & dicunt ſe eſſe faſcinatos, & ideo eoꝝ complexionẽ bene examina. Nã frigiditas cum humiditate cõſueuit eſſe cauſa huius. conſidera. & de hoc infra de diminutione coitus.

Faſcinati (q̄d aiunt) q̄ dicant.

PROGNOSTICA. magna cõplexio ad ma- la accidentia perducit. de quibus infra.

CVRA in cura malę cõplexionis eoꝝ oportet ꝑce- dere vt de mala cõplexione hepatis, renũ, & veſicę cura di ctum eſt ordinando diætã, euacuando, alterãdo, cõfortan- do, & hmõi. vnde calida & frigida ꝑ3ntibus poſita ſunt in hoc caſu cõuenientia, & tu ad illa recurre. Et vt tibi ma gis cõplaceam his ſubſcribam aliqua ex eis quæ maxime cõferunt. Et ſunt ex frigidis aqua ro. alchechengi, Solatrũ, Oleũ ro. Mucillago ſeminis citonioꝝ, Citonia, Faba fra- cta, Farina hordei, Farina fabarum, Acetum, Chimoles, Aqua cucurbitæ, Farina lentium excorticatarũ, & hmõi.

Ex calidis flos camomillæ, Melilotum, Farina cicerum ru. Mel, Caricę, Bdellium, Berbena, Folia caulis. Vitella ouorum, Ciminum, Paſſulę. Stercus vaccinum, Fœx vini antiqui, Radix lilij al. hyſſopus & hmõi. quæ ſunt calida cõuenientia vſquequo neceſſaria erit reſolutio. Q. ſi ad maturationẽ deuenire oportebit vtere maturãtibus ex pin guedine porci, radice altheæ, liliorum alborũ, ſemen lini & hmõi. Tu itaq; cõpone ex ſimplicibus tantum utere vt videbitur expedire, & illos canones ſerua quos ibi poſiut ex parte euationis, & tu ibi. Sed hic nota ꝙ licet naturalis curabilis ſit, maxima tñ cum difficultate curatur. qm̃ quod naturale eſt nõ aliter aſſueſcit, & quod natura ingenitũ & infixũ eſt arte non vincitur, ſed leuiter, Seneca. Ab eius itaq; cura ſi potes abſtine. Quo vero accidentalis eſt & recens facile curatur, q̃ antiquata & habituata difficulter valde. vnde Gal. mala cõplexio ſi ꝑfecto mẽbro dominetur dure ſanatur. ꝙ ſi aliqua earum erit cum pruritu cura ponetur infra de cura pruritus. Cura etiam hmõi. malæ cõplexionis ꝑ parte nõ parua accipi poteſt ex dicendis infra de apatibus ipſoꝝ, & de dolore eorũ. de quo ſtatim ut ſupra clarebit.

## *De dolore teſticulorum.* Rubrica. III.

VT curam doloris teſtium breuiter pertranſeam cũ ipſa ex dicendis in cura apoſtematis depẽdeat ꝓ- pter quod ibi recurre. Et ob hanc cauſam vniuer ſaliter ſcribentes de cura eius paruam fecerunt mentio- nem. Dolorem itaq; teſtes ſortiuntur. aut à malitia com plexionis diuerſæ frigidæ, aut calidæ ſimplicis, aut ma- lę ab extrinſeco vel intrinſeco acquiſitæ, vt de mala com- plexione actum eſt. aut ex ventoſitate apoſtemante, ſolu- tione cõtinui, caſu, vel percuſsione, vel apoſtemate & hu- iuſmodi. ſatis manifeſta.

SIGNA ſi fuerit à ventoſitate eſt illic tenſio cum permutatione abſq; grauedine, & percipitur ventoſitas, & adiuuat ad illud notitia regiminis præcedentis quo vſus eſt patiens.

Signa ſi fuerit ex mala cõplexione nõ eſt illic tẽſio vehe mens, & apparent ſigna eius dicta in præcedenti rubrica.

PROGNOSTICA dolor & ſi perſeuerabit perducet ad apoſtema.

CVRA. Canones: tua itaq; intereſt conſiderare cãm & iuxta illam canones ponere ex datis. vt ſupra ſæpe, & cu ram. ut exempli gratia. pro nunc ſi eſt mala cõplexio ſim- plex ſolis alteratiuis ꝓcede. de quibus de mala cõplexione eoꝝ. ſed ſi cũ materia euacua & digeras, & diuerte ſi opus eſt, & enemata ſunt hoc caſu euatiua alijs partibus maxime conuenientia. Q. ſi ex vẽtoſitate reſolue cum calidis re- ſolutiuis de quibus ſupra de colica & infra de cura apatis eorum. Q. ſi ex caliditate ꝓcede cum ſuccis frigidis. ꝙ ſi proceſſerit inflãmatio, & ardor, tũc cum eis pone aliqd opij cum thure. Aui. Et in factis ex frigore procede cum calidis, & valet ſpecialiter oleum de berbena, & euphor- bium, in pauca tamen quãtitate cum alijs mixtũ, & oleum eius. Si caſu aut percuſsione fiat phlebotomia diuerſiua in ſuperioribus apponẽdo frigida repercuſsiua loco, & tu hic. & eſto cautus ꝙ repercuſsiua non ſint mixta cum ſty pticitate vehementi. vnde Auic. & aſſumatur membrum cum infrigidantibus repercuſsiuis abſq; ſtypticitate vehe mẽti quare dolorẽ faciant, immo ſit cũ eis virtus lenitiua ſicut violę, nenuphar, cucurbita, & ſimilia, deinde poſt il- lud adminiſtretur mucillago altheę, & camomilla, & ſimi lia, & grana pini, & myrrha cũ aqua frigida & ſe. lini cõte ctũ cũ aqua frigida, & butyro, et gluten alimbat. i. xyloca ratę equaliter. Q. ſi fuerit ex apate vel ſolutione cõtinui cu ra dicetur infra. & certe ex dictis ſæpe, & ex dicẽdis in rubri cis ſequentibus allegatis. cura doloris eoꝝ eſt ſatis aperta. & ideo conſidera, & ſpecialiter curã apoſtematũ eorum.

## *De magnitudine aut paruitate teſtiũ.* Rubr. IIII.

COnſequens eſt vt de mala eorum cõpoſitione aga- tur poſtquã in primis de mala eorum complexio- ne actum eſt magnificantur quandoq; teſticuli vl- tra decentiam per viam impinguationis, & augmenti da- to ꝙ corpori non afferant nocumentum ſenſibile, quia nõ ex cauſa pręter naturam hoc fit. Similiter & paruificantur ſicut. xij. cap. de mamillis actum fuit. Et licet hæc inqui ſitio ad decorationem attinere videatur ita vt hic de ea di cere non foret opus, tamen vt ducem hac in parte ſequar aliqua de ea ſubſcribam etiam, quia cæteri conſueuerunt hoc loco de eis dicere.

CVRA magnitudinis ordinatio diætę, quæ ordinetur ſubtrahendo materiam cibi, & potus vt decet. Euacuatio ſi eſt neceſſaria ſolutione ventris vel phlebotomia præce- dẽte digeſtione &c. particulares ad opus ipſum magis de- bilitatio virtutis nutritiuæ ipſorum, ne augmentatiuæ ma teriam adminiſtret. Coadunatio ſiue coartatio ne extẽſio- nem ſuſcipiant, & augmentum.

Primi & ſecundi cõplementum tuæ relinquo pruden- tiæ, & exercitio.

Tertius vero completur & ſimiliter quartus cum frigi dis ſtypticis, quibus & manuale regimen in quibus quæ- ritur vt ſtent & non cadant. de quibus. xij. cap. Et valet ad illud cerotum factum ex iuſquiamo al. epithymo, & cera. Item emplaſtrum ex herba cicutę cũ ſuo ſe. factũ & ſuper- poſitum. Itẽ fricatura plumbi fricati adinuicẽ cũ aqua co- riãdri humidi. Itẽ & fricatura coti aut lapidis molendini. Et de appropriatis ad illud & ſeperat ipſos eſt vt aſsidue- tur iniectio olei ſambucini in virgam. Auic.

CVRA paruitatis. Paruitas teſticuloꝝ naturalis eſt virorum decẽtia, ſicut paruitas mamillarũ in mulieribus. vnde niſi fuerit tanta ꝙ propriã ĩpediat actionẽ, tunc cura eius nõ eſt neceſſaria. Q. ſi tanta fuerit ꝙ ꝓpriã impediat actionem, tunc eius cura eſt neceſſaria, quẽadmodum & ſi præter naturam ſit. Et eius cura ante finem augmenti poſ- ſibilis eſt, & tentari debet. poſt vero impoſsibilis. nã tunc magnificari non poſſunt niſi per modum impinguationis quæ non eſt magnificatio vera.

Paruitatis

Paruitatis vero præter naturalis cura omnino quærenda eſt. Cuius cauſa poteſt eſſe aliquando antecesſio fe. hecticæ & huiuſmodi aut applicatio rerum frigidarum, ſtypticarũ, corrugantium, & cõſtringentiũ ipſos ſuſpenſoria eorũ, quare contrahuntur & eleuantur ad myrach ventris, & inguina, aut occurſus aquæ fe, vel aeris frigidi. vnde ſic eleuata & ibi retenta collĩ quãdoq; conſtringunt veſicę, vel veſicã ipſam vt accidat ex hoc dolor quando mingit. aut difficultas vrinæ aut eius diſtillatio.

Canones quatuor ſeruandi in cura eius. Primus ablatio cauſæ præter naturam quæ fit ex dictis & dicendis, & ſi fuerit mala cõplexio ſolutio continui apoſtema vel aliquod tale. Secundus confortatio nutritiuæ vt augmentatiuæ deſeruiat ex cibis, et potibus humidis medicinis intus & extra applicatis per omnẽ modum, vt ſupra de ſtomacho calidis confortantibus. Tertius dilatatio ipſorũ contractorum, & conſtrictorum cum fomentationibus, & balneis calidis, quæ virtutem mollificatiuam, & dilatatiuam habeant, vt ſunt flores meliloti, camomillæ, fœnugræc. altheæ, calamenti, & huiuſmodi. Quartus contractio nutrimenti ad ipſos cum fricationibus deſubtus trahentes inferius cum adipe anatis, oleo maſticino, de myrto, de roſa, vt materia ad eos ſic tracta non reſoluatur. ſed remaneat etiã recurre pro his ad rubricam de erectione virgæ. ex antiquis quidam dixerunt ꝙ neceſſaria eſt intromiſsio balnei in virga donec deſcẽdat teſticulus. & tu conſidera.

## *De apoſtematibus teſticulorum.* Rubrica. V.

Poſtquã actum eſt de magnitudine eorum natural[t] conſequens eſt vt de præter naturali agatur, & eſt vt ipſi magnificentur ex apoſtemate eis contingente, quod quidem aliquando calidum eſt, quandoq; vero frigidũ, quandoq; ventoſum, quandoq; aquoſum, quãdoq; durũ. Primum itaq; expediã quæ pro cura calidi dicenda ſunt, deinde ad curam frigidi & aliorum me transferã.

Euenitus apoſtematis in teſticulis diuerſificatur ex parte loci, quoniam aliquando accidit in ipſo teſticulo. quñq; in oſſeo ſiue burſa eius. quandoq; in vtroq;. Et cauſa eius ſm plurimũ eſt fluxus materiæ ad locum ipſum propter cauſam primitiuã, vt eſt caſus percuſsio ſiue compreſsio. Et dicitur ſcd'm plurimum, quia etiã à cauſa antecedente contingere poteſt. vt ab humore cauſante dolorem in eis. aut à mala complexione idem faciente.

SIGNA demonſtratiua ſi apoſtema calidum acutum illic eſt dolor fortis, cum tumore, ardore, & pulſatione, rubedine loci, & ſi cum cholera declinante ad citrinũ cum punctura, & eſt quando eſt forte magnũ cum eo febris propter cõmunitatem ipſorum per arterias ad cor. quia erunt venæ tumidæ maxime quando à ſanguine eſt & erit complexio ſanguinea regimen, præteritum ſanguineum, & in ſanguineo etiã tument venæ quæ ſunt ſub cauicula pedis. Q. ſi ex cholera erunt illa accidentia intenſiora maxime ex parte doloris, febris, pulſationis, ardoris, puncturæ, & color (vt dictum eſt) ad citrinum declinabit, & adiuuat ad eius notitiam complexio, ætas, regimẽ, tempus anni & huiuſmodi.

Signa ſi fuerit frigidum phlegmaticũ color eorum non multum diſtabit à colore cutis conſueto & ſi declinabit, declinabit ad albedinem, & mollitiem, & erit dolor remiſſus. complexio, ætas, habitudo, regimen, & huiuſmodi cõſiderentur. & ſi erit cum eo febris remiſſa valde, & hoc dico antequã ad ſaniem veniat. Item & quandoq; immo vtplurimum tale eſt abſq; feb. Q. ſi fuerit durũ melancholicum erit ibi durities cum colore liuido, abſq; febre, remiſſo dolore valde, & cõplexio, ætas, habitudo, regimẽ, & huiuſmodi. vt ſupra conſiderentur.

Signa ſi fuerit vẽtoſum erit extenſio abſq; grauitate ſiue pondere, & permutabitur dolor. & in paruo tẽpore detumeſiet & ilico poſt augmentabitur. & erunt ſigna ventoſitatis etiam ex parte regiminis &c.

Signa ſi fuerit aquoſum ibi erit mollities manifeſta, & comprehendetur aqua clauſa inter ſubſtantiã teſtium. & ſyphac eorũ vt in hydrope. & erit color albus cum ſplendore. & aqua ipſa tactu digito comprehendetur. & quod in oſſeo viſu cõprehendetur, ſed quod eſt in teſticulis difficile cognoſcitur. & quod eſt in oſſeo ſubtilius eſt & tractabilius & extenſum ſubtiliatum nõ ingroſſatũ. & quod eſt in vtroq; difficilius ex tecta cognoſcitur. & oportet diligenter conſiderare.

PROGNOSTICA cum vides apoſtema teſticulorũ deliteſcere & abſq; cauſa minorari dubita ne ad partes pectoris, & ſuperiores permutet vt ad cor &c. quia tunc interficit & eſt apoſtema teſticulorũ periculoſum, & audiui aliquos ex eo mortuos eſſe. ideo conſidera.

CVRA canones. Ordinatio diætæ. Digeſtio. Euacuatio. Particularium medicinarũ ſecundum diuerſa tempora applicatio. Apertio ſi ad ſaniem deuenerit, accidentium correctio.

Completur primus cũ moderatione cibi & potus ſubtractione carniũ & vini maxime exiſtente febre. & tu virtutem, ætatem. conſuetudinem & huiuſmodi. conſidera, quietem, ſomnum, & huiuſmodi. vt decebit.

Digeratur materia cum digeſtiuis proprijs. de quibus ſupra quarto tractatu.

Euacuationes autẽ fiant cum ſolutione ventris per inferiora facta ex clyſteribus medicinalibus appropriatis materiæ. vnde Aui. Nã cum adminiſtrant ſuppoſitoria conferunt magnifice, & attrahunt materiã ad anũ. cõferunt etiã potata. ſed potentius per inferius conferunt & videt magis neceſſaria, & maxime exiſtente calido phlebotomia. vnde Auic. in cura apãtis calidi ſic incipit. oportet vt fiat phlebotomia, & ſoluatur ita ꝙ phlebotomiã præponit. ſed cõſidera ꝙ ambo quaſi in paruo tempore fieri poſſunt. & de phlebotomia ſcito ꝙ apoſtemate & dolore exiſtente in latere dextro debet fieri primo phlebotomia diuerſiua I manu dextra. Q. ſi neceſſaria videbitur eius iteratio poſt eam quæ de manu fac ipſam quæ de ſaphena eiuſdem lateris ſi fuerit apoſtema in vtroq; ſimul accipiat quod neceſſe eſt accipere de ſanguine ex vtriſq; manibus ſimul.

Quartus cõpletur vt ſupra de apãtibus renũ in principio, ſcilicet applicãdo repercuſsiua, ſtyptica, & reſolutiua frigida vt eſt pãnus infuſus in aceto & aqua ro. mucillagine citoniorum, ſucco ſolatri, & alchechẽgi & hmõi. vt de apãtibus renum actũ. vnde valent ex ſimplicibus in caſu iſto oleum ro. acetum, mucilago ſeminum ipſorum. pſyllij, citonia, ſuccus eorum, & mucillago ſeminũ ipſorum, faba fracta, farina hordei & hmõi. de quibus in de mala complexione eorum. & tu ibi. ex frigidis. ꝙ ſi dolor multum infeſtauerit cum hoc adde aliquid iuſquiami & camphoræ & huiuſmodi. cõponendo vt decebit, emplaſtrando, epithemando, vngendo. In augmento vero oportet vt cum repercuſsiuis adminiſtrentur reſolutiua vt cum farina fabarum ponantur flores camomillæ, farina cicerum rub. melilotum, folia caulis, berbena, vitellum oui. & huiuſmodi. addendo ex frigidis. vt ſunt acetum, aqua cucurbitæ, folia alchechengi, farina lentium, & huiuſmodi. de quibus ſupra allegata rubrica addendo plus & minus vt videbitur expedire. Et cum proceſſerit augmentum plus verſus ſtatũ, tũc addi poteſt cimĩnũ, crocus, & hmõi. emplaſtrando cum vino. Q. cum deuentũ fuerit ad ſtatum reſolutiuis amplius vtatur. vt accipiendo de calidis iam dictis, & ſupra allegata rubrica paucum de ſtypticitate cõmiſcendo & continue minus quanto plus appropinquabit fini ſtatus. vnde laudatur ſtercus vaccinum. & eſt medicina pro ruſticis & ſi Aui. laudet. vnde laudatur ſtercus Ruſtico vaccinum cum aceto & cinere caulis emplaſtrato. & quorũ medi dam addunt vitellũ oui, & radicẽ cucumeris aſinini. & eſt tamen.

forte. Quidam operantur cum radice liliorum, hyſſopo, & melle mixtis. Vbi autem veniat ad declinationem, ſolum vtere puris reſolutiuis ex calidis iam poſitis, vt cum fomentatione ex aniſo, camomilla, vino, cimino, & huiuſmodi. quod ſi autem ad maturationem deueniat, quia reſolui non potuerit vtere maturatiuis qualis ſunt folia maluarum, radix lilij albi, altheæ, mucillago fœnugræci, ſemen lini, axungia porcina, cepæ albę decoctę cum butyro. Et maturans optimum in principio, cũ quæritur maturatio eſt farina fabarum, camomilla, althea, mucillago ſeminis lini, vinum coctum.

Q. ſi ad ſanationẽ deuenit aperiatur cum medicinia, aut cum phlebotomo. Sed hic aduerte quod apertura nõ fiat tanta quod ad anum deueniat, quia ſic facile accideret fiſtula, & ideo ſecurius ſit cũ ſit apertio ad aliã partẽ quàm verſus anũ. immo ſtude ad applicandum circa anũ defenſorium ex farina rizi cum aqua ro. & myrrha, maxime quãdo eruptio ſit cum medicinis. aut phibeatur ibi eruptio & membrum dimittat introitum. & in hoc caſu valet emplaſtrũ ex myrrha, balauſtijs ro. camo. & galla decoctis cum vino. hoc enim emplaſtrum reſoluit, exiccat & phibet eruptionem fieri in loco. locus autẽ aperiendus eſt oſſeum ſiue burſa in loco cõuenientiori cum cautela, vt debet eſt & in fine. & eſt vltimum Aui. vt iniiciatur in virga muſcus cum oleo ſambu. aut debet ſambucinũ. eſt enim multoties ſufficiẽs, & quia opus eſt chirurgicum magis hinc me nõ extendo.

Pro ſexto dicendum, quod cum accidens cõſuetum venire ſit dolor, & cura eius iã ſit dicta non eſt opus pro eius cõplemento protelare ſermonem. Sed poſtremo hic conſidera, quod vbi ceſſaret dolor ex repulſione materiæ ad ſuperiora, quod caſu illo timendo de nocumẽto principalium debemus applicare membris principalibus confortantia frigida, aromatica. de quibus ſæpe ſuis locis. deinde trahere materiam ad teſticulos, & ad inferiora cum diuerſionibus, fricationibus, emplaſtris, & huiuſmodi. quæ omnis ſunt opus experti, & prudentis medici.

C V R A in apãte frigido ipſorum. Dietam ordina. Digeſtionẽ. Euacuationẽ, vt decebit. Deinde procede in principio cum ſtypticis calidis appoſitis, reſolutiuis, de quibus actum eſt farina fabarum cum camomilla, blactæ bizanciæ, ſquinanthum, paſſulæ, myrrha, thus, & ſimilia ſimplicia aut cõmixta. Deinde cum procedit ad augmentũ augebis calida. Et cum procedit ad ſtatum multo magis augmentabis calida reſoluentia, & minorabis ſtyptica, & in declinatione fortiora calida qualia ſunt rubea unctorum cum oleo nardino, aut oleum nardinum per uirgam iniectum. Et hic ſcito quod talia apoſtemata non raro ſequuntur hydropem aut cachexiam.

C V R A. Si fuerit ventoſum reſoluatur cum farina fabarum, cimino, oleo nardino, & melle, & iniiciatur aliquid olei de enula, vel ſambucino cum muſco, uel de cherua. & eſt vltimum & ante applicationem huius emplaſtri vel ſimilis prius fomentabis cum aqua decoctionis ſeminum apij, rutæ, ſpicæ, aniſi, fœniculi, carui & aliarum ventoſitatem extenuantium. Q. ſi fuerit in oſſeo apertio cum phlebotomo reſolui eam.

C V R A ſi fuerit aquoſum ſimiliter tenta reſoluere, & exiccare cum fomentis ex aqua maris ſalſa, aluminoſa, ſulphurea & emplaſtrũ cum vino, furfure, & ſale eſt efficax. Item & medicinæ dictæ, ſupra in exiccando hæmorrhoidas. Item & factũ cum farina fœnugræci, furfuræ, & vino, & oleo ſambucino. Item caulium. M. j. caricarum numero. v. decoquantur in aqua ſalſa vel aluminoſa donec diſſoluantur, & fiat emplaſtrum. Aliud fortius farina fabarum, cicerum ru. ciminum, adeps renũ, camomilla, melilotum, & cera fac vnguentum. Et oleum de cherua eſt efficax. aut cum oleo ſambucino, & in virgam iniiciatur, & eſt efficax. Auicen.

C V R A ſi ad ſcliroſim venerit ſiue ad duritiẽ. aut ſi fuerit tale à principio. mollificetur aut reſoluatur diſtincte vel cõmixte, vt de alijs apãtibus duris dictum eſt. Et ex explentibus hanc intentionẽ ſunt emplaſtra, cerotaria, & huiuſmodi. ℞. ficuum adipis anatis. ana. ℥. j. foliorum oliuarum, & cupreſſi. ana. aggregentur cum vino, & butyro, & hyſſopo humida, & fiat ẽplaſtrũ. Auic. addit amoniacũ. Aliud ℞. colcotar, hyſſopi humide, ceræ, olei ro. medullæ cruris cerui, foliorum rubi. ana. fiat ex eis linimentum. Aliud & expertum. ℞. furfur & indeſinẽter teratur & cribelletur ſubtiliter: & reſoluatur amoniacum cum oxymelle. & conficiatur cum eo & inuiſcetur loco dum temperatum tenet calorem & reiteretur ſuper ipſum aſſidue. eſt enim cõferens omni duritiei. Auic. Ad idem irrigatur locus cum dialthea deinde fomentetur cum aqua ſalſa vbi bullierint ficus, & camomilla, radix altheæ, & fœnugræcum. multa conſimilia habuiſti de apãtibus dortis ſupra ſuis rubricis, et tu ibi, volo hęc ſic raptim ſcripta tibi de apãtibus teſticulorum ſufficere, quoniam materia chirurgicalis vt ſupra.

Colcotar arabibus noſtris vitriolum, ſeu atramentũ citrinum vocatur.

*De uaricibus oſſei, & eius duritie.* Rubr. VI.

QVando apparent ſuper oſſeum, & quæ ſequuntur ipſum varices inuolutæ plurimæ in quibus quãdoque coartatur vẽtoſitas, & frequens ſit titillatio ſuper eas, & multoties generatur ſuper eas apoſtema durum quod eſt de genere apoſtematum frigidorum, & plurimũ accidit in latere ſiniſtro propter debilitatẽ ipſius, & quoniam habet venam additam ad quam effunduntur materiæ. Cura eius eſt cura apoſtematum durorum &c.

Scroton Græcis, Latinis ſcrotũ, vel rectè doctius ſcortũ, barbaris autẽ iſſud ſic admodum, atque corrupte oſſeũ quaſi oſcideũ recte dicetis, grœcis inſcitiis nuncupatur.

*De mollificatione oſſei.* Rubrica. VII.

MOllificatur oſſeũ, & prolongatur fœda prolongatione, & quãdoque incurrunt dolorẽ, tumorem, & apãta ex humiditate frigida mollificante texturã villorum, cum ergo ponderent teſtes ſua grauitate trahũt deorſum burſam, ſiue oſſeũ. Cura eſt duplex leuis, & fortis, & vltima. Leuis vt dimittatur tactus eorum, fricatio eorum, & coitus omnino deinde emplaſtrentur cum frigidis ſtypticis, & cũ eis aſſiduetur embrochatio. & etiã per os ſumptis. Fortis vt fiat inciſio partis oſſei. vt verbi gratia ſumatur illa pars quæ eſt viſa vtilis & neceſſaria pro cõtinentia teſtiũ. deinde quod eſt extra futura tanquã ſuperfluũ incidatur. deinde fiat cõſolidatio inciſi, & eſt melior operatio cæteris. manualibus relinquo. Et ſic hæc ſufficiant.

*De ramice, & ruptura.* Rubrica. VIII.

De ipſa dicetur infra ſuo loco. xxj. cap.

*De corrugatione teſticulorum.* Rubrica. IX.

FIt corrugatio cauſa frigoris vehemẽtis aut caſu virtutis & eſt ſignum malum in habentibus ægritudines acutas. Si cauſa frigoris cura ex dictis nota eſt, ſi caſu virtutis attendatur virtuti vt ſępe ſuperius dictum eſt de caſu virtutis.

*De uulneribus teſticulorum.* Rubrica. X.

ACcidunt vulnera in teſticulis faciliter, quia ſunt membra ſpongioſa ſituata ſoſertus apud membra ad quæ multæ currunt ſuperfluitates, & talia ſunt anus, & virga. Et horum cauſa ſecundum plurimũ eſt humor calidus. ſiunt etiam ex ſudore cauſis alijs extrinſecis vt cætera vulnera, & quia ex calidis humoribus frequenter fiunt hinc habentibus teſtes calidos qui ſunt etiam calidæ complexionis magis accident, ad quod cõcurrit eorum caliditas trahens humores ad ſe.

C V R A carones, & antequã ad curam eorũ deuenias ſcito quod feſtine debet medicus ſuccurrere, quoniã ſunt mala deambulatiua, quoniã membra iſta ſunt ſm formã ad quorum partem feſtinat putrefactio, quoniã ſunt protecta ab aere, & decliuia ad caliditatẽ, & humiditatẽ, & approximant meatibus ſuperfluitatum. Auicẽ. Secundo quòd

horum.

horum cura ſimilis eſt curæ inteſtinoꝝ, & oris, & ideo tu
ibi. Tertio ꝙ deteriora ſunt illa quæ fiunt in lacerto ani,
& in radice virgę, & illud ideo qm̄ indigent exiccatione
forti, & ſenſus eoꝝ cum hoc eſt vehemens. Canones. Or-
dinatio diætæ quæ debet eſſe ad cōtrarium cauſæ. Et quę
eam complent collige tertio tractatu. de quo ſæpe. Dige-
ſtio. Euacuatio & hæc complentur cum digeſtiuis phle-
gmatis ſalſi, aut humoris calidi, cholerici, & ſimilr̄ de alijs
cum euacuatiuis appropriatis, de qbus. iiij. tract. & tu ibi.
Q. ſi opus fuerit phlebotomare qd' ex ſignis repletionis
& hmōi cōprehendes, fac illud & phlebotoma baſilicam.

Sis tñ ſemper attētus ꝙ eūationes p̄cedant ſemꝑ particu-
laria remedia. Itē ꝙ clyſteria, ſuppoſitoria ſunt hoc caſu
cōuenientiſſima, vt ſupra de a͞patibus eoꝝ. Et veniendo
ad particularia ſcito ꝙ cura hoꝝ, & vlcerum virgæ eſt ſi-
milis, ꝑpter qd' Aui. vnum ambobus capitulum fecit, &
licet ſit ſimilis in ſpē, differt tñ in gradu, qm̄ ſicciora de-
bent vlceribus teſticuloꝝ, & ideo vide infra de vlceribus
virgæ quid ſcriptum ſit, vnde eligas ex dicendis ibi quæ
tibi erūt gratuita, qm̄ te copioſum faciam cum paſsio hæc
ſit, & maxime iuuenibus frequenter eueniens. Poſtremo
ſcito ꝙ aliquando fuerit ex humore ita acuto ꝙ neceſſaria
eſt caſtratio timendo ne nocumentum accidat cordi grā-
de propter magnam eorum colligantiam cum eo.

*De tenſione accidente in vaſis ſpermatis, & de eorum mollificatione, ſpaſmo, & tetano.* Rubrica. XI.

ACcidit vaſis ſpermatis tēſio ſpaſmus. Cuius ſignū
eſt inflatio ventris cum ſudore frigido. Cuius cau-
ſa eſt mala cōplexio frigida materialis. Cura ha-
betur infra de inflatione virgę, & in ore matricis. & tu
ibi. nam eadem eſt. vnde & propter hoc Auic. vnum fecit
capitulum. Ego autem quæ ad virgam attinent vt ſeria-
tim ſcriberem ſuo ordine collegi.

*De ſpermate & eius diſpoſitionibus, & quia multitudine, paucitate eius, & de his quæ ipſum multiplicant, & diminuunt.* Rubrica. XII.

QVid ſperma ſit dictū eſt in principio capituli. eſt
enim vtilis ſuperfluitas vltimi alimenti, quia glu
tinis. Vnde Auic. de cauſis eius eſt de ſubſtātia
humiditatis proxime coagulationi, ex qua nutriunt̄ mem
bra dura, vtpote venæ, & arterię, & ſimilia illis. Et tale
recipit diuerſitatē ex parte eius, quod eſt generatiuū, & nō
generatiuum. nā generatiuū eſt illud quod exit bene dige-
ſtum ex hoīe habente cōtrarias conditiones homini à quo
Inepti ad generandum qui. — exit nō generatiuum. Nam talis eſt aut ebrius, aut decrepi-
tus, aut infans, aut multi coitus, aut quia eius virga eſt mul
tum lōga, vt in ſocio noſtro qui non poteſt generare, quia
prolōgatur ſpatium motus ſpermatis, quādo venit ad ma
tricem calore eius innato iam fracto. Non ergo generat ſe-
cundum plurimū. Auic. vnde nimia breuitas eſt etiam in
cauſa non generādi, quare alteratur antequā veniat ad ma
tricem. aut quia in membris ſuis eſt multum debilitatus.
quare ſi tandem generat talis raro generat ſanum. Itē quia
nimio aut paruo tēpore fuit retentum, quare fuit imperfe-
ctum, vel naturā veneni aſſumpſit. Vel quia à cibo pro-
ceſsit à proprietate generationi ſpermatis contrario. Et
multiplicatur ſperma, aut propter multitudinem generan
tium ſperma ex parte cibi & potus, & aliorum, de quibus
ſtatim. aut quia minoratur coitus multum, vt ſunt volen-
tes caſte viuere, & tñ bene comedunt, & bibunt, aut quia
ipm̄ ſperma eſt nimiū tenue, & reſudat, & exit ſicut omne
tenue, aut qa eſt prurituiū ſeu mordicatiuū, quare virtutē
ſtimulat expulſiuā, & ſic ſæpius emittit̄. & multiplicatur
ſcd'm quantitatē diſcretā. Accidit & eius multiplicatio
ob defectū vaſorū, quia eoꝝ virtus retētiua debilis ſic fa-
cta ex mala cōplexione eius accidēte qa exit frequēter, aut
quia expulſiua ſit facta vehemens valde. aut quia ſpaſmāt
vnde fiunt motus extranei. vnde & expulſiua mouetur ad
expellendū ſperma ſicut & aliud nociuum, quēadmodum
accidit ſtomacho vehemēti, cū aliquid ei nocet. vnde vo-
mitu & iuuatiuū & nocitiuū expellit aut eis accidit molli-
ficatio, quare ſperma nō retinet̄ ꝑpter dilatationē accidē-
tem in meatibus. Auic. Ex his ſcias ꝙ ſpaſmus membroꝝ
ſpermatis eſt ſolutiuus & ſpaſmus lacerti ani eſt retētiuus.
creatus eſt enim ad retinendū & illa ad exprimendū. Aui.

Accidit & qñq; cā renum eius multiplicatio, vt cum ex
nimio calore eorum adeſt liqueſit. Itē & multiplicatur
cum multiplicat̄ cogitatio ad coitū, & verba irritātia ad
eum. vnde volentes caſte viuere debent ab his & ab obie-
ctis mouentibus abſtinere. quare religioſi honeſti caui ( in
his eſſe debent. Et paucitas eius cōtrarijs fit cauſis, vnde
laborantes ſeque fortiter exercitantes ſunt conſueti pau-
cum ſperma multiplicare. & quia vt tactum eſt hæc mul
tiplicatio quandoq; ex cauſis fit præter naturam, hinc de
cura eius etiam agendum putaui.

CVRA multiplicationis ſpermatis. Sed antequā po
nat̄ cura eius ponēda ſunt vt p̄miſſum eſt quę ſperma mul
tiplicant. Et ex cibis vel cibarijs ſunt ea quæ ſunt calidę
& humidæ complexionis ſanguinem multum, & bonum
multiplicantia, & cōtraria diminuunt. Vnde hoc ſcito &
pro curioſitate, & pro vtilitate pro omne deriuatiuū ſaper
naturā ſui primitiui. & ideo qui maſculos ꝑducere volūt
debent multū attente cōſiderare cibaria, & potus ſuos vt
ad latus caliditatis declinent & non frigiditatis, de quibus
infra, & tu conſidera, & maxime uſitata. Oua ſorbilia cum
cinnamomo, pipere, vel galāga, rapæ. napones, caulis, bau
cia cum carnibus bouinis, & laudatis vt ſunt gallinæ pin-
gues. caro hædi, maſculi, & pinguis, caro caſtrati, columbi
repinguati, paſſeres. vnde Auic. Et quidā dixerunt ille qui
aſsiduat comeſtionem paſſerū & bibit ſuper eam lac loco
aquæ ſine ceſſatiōe eſt erectus, & multi ſpermatis. Et caro
piſcium frigida refracta cū pipere, zinzibere, cinna. & ſi-
milibus. Item cerebella paruarū auium, & præcipue paſ-
ſerum. Itē medullæ animalium, cancri fluuiales & hmōi.

Vt te copioſum faciam, & ordinatius hic ſubſcribā per
ordinē alphabeti vt conſueui. quæ ſunt ſperma multipli-
cantia ex parte ciborum, & potuum, & medicinarum ſim
plicium, & cōpoſitarum, & quæ ipſum exiccāt. vt uolen-
tibus à coitu deſiſtere ſuccurrere poſſint. Augmentantia
ſperma Amygdalę dulces, Auellana, Aniſum, Bolus, Bō-
bacis ſemen, Cancer, Carthamus Cepæ. Caules quidam
Almāſ. & extimo ꝙ ſint caules apud nos dicti capuci, aut
capucini, Cicer, Coriandrum, Coturnix, Enula, Eruca,
Faſeoli, Faba & maxime quando cum eis bibitur vinum
dulce nouum, Et à Placentino multū laudātur fiſtici, Fœ-
niculus, Galanga, Lac, Lingua auis ſcd'm omnes, Medul-
læ animalium, Molochia, Napio, Nux, oleum ſiſaminum;
amygdalarum dulcium, Oua gallinarum, perdicum, Pa-
pauer al. ſemen eius cum melle. Paſtinaca, Pineæ, Piper lō
gum, Piſces recētes, Piſces multorum pedum ſicut ſæpia,
Porrum, Raphanus, Rapa, Rizi. Satyrion, Sparagus, Stin-
cus, Teſticulus, Tubera, Turtur, Tribulus fluuialis cum
melle conditus. Et ex cōmunibus, & vſitatis diaſatyrion
valet. Et cōfectio philoſophorum. Auic. prima quinti. Et
cōfectio aphodillati poſita ab Aui. tertia quarti. de lepra.
Itē laudatur caro pinguis cum cepis dūmodo nō frigatur
qm̄ frictio prohibet multitudinem nutrimenti eius, car-
nes tamen porcorum iuuenum in veru coctæ ſunt conue-
nientes maxime qñ condiuntur cum cinnamomo, galāga,
cardamomo, croco, & hmōi. Et nota ꝑ dictis & dicēdis
ꝙ aliqñ homines nō poſſunt ſtare in vna qualitate ciboꝝ
vnde de calido ad frigidum ſe trāſferunt, & in tali caſu fiat
refractio frigidorum cum pipere, macropipere, cinnamo-
mo, & huiuſmodi. Item vſus cibi de rapis, de napijs,
de baucijs cum carnibus pinguibus. Item eis qui ſunt
conſueti cibis ex butyro & lacte & modico cinnamomi.

Item ferculum de tritico cocto vſq; ad eius inſpiſſationẽ ſicut puls,& riſi cum lacte,& caro cum lacte ouino. Item vſus mẽthæ. unde Auic. ipſa enim confortat membra ſpermatica ualde,& eius uſus fortitudinem facit ſuper ſperma ſub rubrica cibi puri. xx. tertij, ſed conſidera quæ dicentur infra de gomorrhæa de ipſa & ſpãluer. Item frixio cepæ cum butyro optimum. Ad idẽ penidiarum, ſucci cepæ, lactis. ana. decoquanẽ donec ad ſpiſſitudinẽ ueniãt de qua mixtura ſumatur omni die circa. ℥. j. Itẽ. ℞. cicer nigrum & terañ modicum & infundañ in aqua decoctionis erucæ, deinde cum tumefactum erit extrahañ,& exiccetur in umbra & cum penidijs cõficiatur. de quo accipiañ omni mane quantitas auellanæ,& deſuper bibatur modicum. Item maxime ualet cicer ipſm cum quo decoquũtur carnes arietis cũ modico cinnamomi, & pauco croco. Itẽ. ℞. aquæ cepæ,& mellis. ana. & bulliant ad conſumptionẽ aquę. de quo accipiañ duo coclearia cum itur dormitum cũ aqua calida. Breuiter ſtude generationi & multiplicationi boni ſanguinis, modo cum calidis, modo cum frigidis, vt exigit complexio recipientis, & rei ipſius diſpoſitio. Quidã faciunt electuaria delectabilia ex pineis, phiſticis, amygdalis dulcibus, ſeminibus cõibus emundatis, ſemine portulacæ, erucæ, baucíæ addendo cerebra paſſerum, cinnamomum, piper, galanga, penidias, aut mel,& tu compone vt uidebiñ ex iam dictis. Et ingeniantur plures ad potus ſuaues factos ex paſſulis, penidijs, decoctione erucæ, napi, & ficus ſiccæ, & quidam addunt bauciã, & quidã ex iam dictis alia decoquendo, dulcorãdo,& decoquunt cũ aqua ferrata, q̃m eſt cõfortatiua, & uinum nouũ dulce multum valet,& eſt potus naturæ magis dilectus. Ad idem. ℞. ſeminis baucíæ, ſeminis naporum, ceparum, rapham, ſparagi, erucę, pinearum mundatarum, carda. piperis, phiſticorum, lentes, linguę arietis, tringi, been al. & ru. ſatyrion, coſti, zinzibe. piperis long. naſturtij. ana. ʒ. ſ. terañ:& cum melle fiat doſ. ℥. j. cum. ℥. j lactis calidi &. ſ. penidiatũ mane & ſero, auget ſperma, & uirgam erigit. Ad idem. ℞. amygdalarum, auellanarum, nucis indicæ, piperis, phyſticorum. ana. ʒ. j. zinziber, piperis long. ſe. pęoniæ. ana. ʒ. iij. confice cum penidijs mane & ſero ſumatur de eo. ℥. j cum vino dulci nouo. ipſum enim ut ſupra optimũ eſt & cum cibarijs. Quæ minuunt & exiccant ſperma ſunt, anethũ, agnus caſtus cum menthaſtro potatus, allium, anethum, aqua ualde frigida. atriplex, canapis ſemen cum multiplicatur eius vſus, camphora, citrullus, coriandrum Serapio Auic. & cæteri, propter quod cõſidera quod diciñ de ruta infra de gomorrhæa, q̃m hic uidetur eſſe cõtradictio cum poſitum ſit ſupra augmẽtare. enula, eruca,& pro his etiam lactuca, lentes, & aqua eorum, melones, mora, nenuphar, radix à proprietate coagulat ſperma, piper, portulaca, plãtago, ruta, de qua in de gomorrhæa, hyſſopus, lac acetoſum, farina glandium. Itẽ milium torrefactum, & nõ torrefactum, ſem. vrticæ. ſem. agni caſti. Et ex cõpoſitis valet emplatio cum oleo de nenuphare, de caſtoreo, de ruta cum iuſquiamo nigro, aut al. ad teſticulos, & ad anum facta. Itẽ ceruſſa abluta cum plumbo aduſto, & cum carnibus melonum. Et ex frigidis bonis ſemen lactucę, ſe. iuſquiami al. ſe. citrulli, endiuiæ, ſe. pſylij non fractum, coriãdrum ſiccum & nenuphar ſiccum, terantur omnia præter pſyliũ,& fiat puluis, quo utere ut uis in forma pilulari, cõfectione, electu. & hmõi. Et diaciminum eſt exiccatiuum ſpermatis ualde. Aui,& reſoluendo uentoſitatẽ uehemẽter tollit uirgæ erectionẽ, cuius cauſa eſt uentoſitas, ut infra.

Ad idem. ℞. ſemen rutæ, aniſi. ana. ʒ. j. caſtorei, iuſquiami al. ana. ʒ. ij. ro. ru. balauſtiarum ana. ʒ. iij. terantur & cribellẽtur,& ſit doſ. ʒ. j. uſq; ad. ij. fiat in forma pilulari, & deſuper bibatur aqua cum uino permixta. Aliud ad idem. ℞. ſeminum lactucæ. ʒ. iij. ſ. ſeminum rutæ. ʒ. j. balauſtiarum. ʒ. ij. ſemi. agni caſti. ʒ. j. doſ. ʒ. j. ad. ij. Aliud ad idẽ. Recipe radicis camię ſiccæ, ozimi montani, myrrhæ. ana. ʒ. ij. euphorbij. ʒ. ſ. ſeminum rutæ. ʒ. j. baucíæ, agni caſti, maioranę. ana. ʒ. j. pondus. ʒ. j. da ut uidebitur. Poſtremo addo dictum Auicẽ. hic & de his quæ experti ſunt experimentatores eſt inceſſus nudis pedibus. deijcit enim deſiderium coitus. & hoc remediũ beatus Frãciſcus in pręceptis ſuis reliquit ſequacibus. quod faciunt multi heremitæ, & boni religioſi à uenere moleſtati, & de compoſitis hic ſic pertrãſeo cum per te ex datis multa cõficere potes. Franciſcanum p̃ceptũ. Et nota q̃ in omni ætate ualent frigida, & in omni cõplexione, ſed ſic non eſt de calidis, q̃m calida æquant complexionẽ frigidã, propter quod in phlegmatico, & ſene non operabunñ vt in cholerico,& iuuene, unde nota dictum de ruta infra in rubrica de gomorrhęa,& q̃m ſumma cum ſollicitudine omnia exquirenda quę ad notitiam generationis faciunt in qua natura videtur eſſe multum ſollicita. hinc de ipſo ſpermate in fine huius rubricę ponã quę multum facient ad aperiendam medici operantis intentionem circa ipſam generationem habitam.

CAVSÆ ſpermatis itaq; quatuor conſiderenñ cauſæ materialis, formalis, efficiens, & finalis. De materiali iam dictũ eſt. ipſa enim eſt humiditas illa per venas & teſtes delata. vt ſupra ex corpore toto, quia ex omni mẽbro per uiã reſudationis. & nõnulli dicunt eam eſſe materiam ſanguineã delatam &c. vt ſupra in princ. capit. & hęc quidem humiditas ſm magnã partem à membris uenit principalibus,& plus à cerebro. Vnde Auic. de cauſis ſpermatis,& Hippo. quidã dixit in ſuis intentionibus & plurimũ materię ſpermatis eſt in cerebro. & quod deſcẽdit ex duabus uenis q̃ ſunt poſt ambas aures. & propter hoc abſcindit phlebotomia ambarũ generationẽ, & facit incurrere ſterilitatẽ Et parum infra. Et eſt uerum q̃ dixit Hippo. de eſſe duarum uenarũ. ideo oportet ut ſit et ex omni membro principali facto. & vt ſit ex membris reſudatio etiam ad iſtas radices,& ideo oportet membra cuſtodire principalia in generatiõe. & ideo in practica cõſidera. Formalis duplex accidentalis,& ſubſtantialis. Accidentalis eſt albedo quã recipit virtute cõplexionis elementorũ ipſorum teſtium. Subſtãtialis eſt germinũ eſſe, ideſt generatiuũ, & hoc ei accidit per ſpiritum gignitiuũ intercepium in ſpumoſo eius habente potentiã trium virtutum vnitarum in ipſo quas defert ad teſtes extrinſeci principio ſpiritus. quia à cerebro animalem, à corde vitalẽ, ab hepate naturalẽ. & hic qdẽ ſpiritus gignitiuus in teſtibus alterationẽ recipit. & cõplexionem aptam ad exercendum actum generatiuæ virtutis,& ex iſto cõprehendis quantũ ſtudere debet medicus in conſeruatione ipſorũ teſtium cum ex eorũ læſione generatio ipſa impediri poteſt. Efficiens eſt aggregatum ex virtute generatiua, & teſtium cõplexione, & ideo ipſis læſis lęditur efficiens,& principale. quare &c. Finalis eſt ad conſeruandam ſpeciem per indiuidui generationem, vt ſupra in principio capituli patuit &c.

*De cura multiplicationis ſpermatis.* Rub. XIII.

VNde quia multiplicatio eius ſecũdum cauſas aſſignatas in præcedenti rubrica eſt homini ac mulieri quãdoq; multum nociua hinc duxi ſuccurrendum diuerſimode ſecundum ſuarum cauſarum diuerſitatem ſi prius aliqua annotauero ſigna de eo.

SIGNA demonſtratiua ad eam vero quæ eſt cauſa ſpermatis multi non ſequitur debilitas, & diminutio ex coitus multitudine niſi corpus fuerit.

Signa quæ eſt propter tenuitatem eſt tenuitas ipſius ſpermatis.

Signa eius quę eſt ꝓpter acuitatem ſpermatis cognoſciñ per mordicationem ſpermatis in eius exitu per ardorem vrinæ quandoq;,& color eius ad citrinitatem declinat, & regimen præcedens, complexio & huiuſmodi declarãt.

Signa ſi cã fuerit debilitas cõtẽtiuæ. vt infra in p̃cedenti rubrica de gomorrhęa,& pollutione. ſignũ q̃m egrediñ

abſq;

abſq; erectione virgæ, & illīr ſi fuerit illic mollificatio.

Signa ſi fuerit ex ſpaſmo erit illic tenſio, & erectio, & iā ſigna ſpaſmi, & mollificationis habita ſunt, & tu ſcis. Poſtremo de his in ſequenti rubrica.

C V R A. & ſcito q hāc curā leuiter pertrāſibo, qm̄ hic in ſequenti rubrica cui ā ponā de gomorrhęa, & pollutionē q̄ eſt eadē vbi remedia particularia, & plura colliges.

C V R A in facta pp humiditatē cibi & potus minorēt cib⁹ et fiat ēuo cū phlebotomia ſi corpus fuerit plethoricū, aut ſi ſanguinis fuerit abūdātia, vel in eo peccatū, aut ēuo cum medicina præcedente digeſtiuę ſi oportebit, deinde introducatur vſus rerum exiccantium ipſum in præcepenti rubrica, & rerum infrigidantium vt infra.

C V R A in ea vero quæ eſt minoratione coitus ſancte, & honeſte, & cum modis, de quibus infra rubrica de coitu nocumentis, & iuuamentis eius eſt q cibum minorent, & cætera, vt iam dictum eſt.

C V R A in illa quæ eſt ex tenuitate vtantur ſtyptica calidis permixta cum exiccatiuis. de quibus ſupra ad plenum, & infra, & iam ſciuiſti ea ex cibis ingroſſatiuis ſicut ſunt pultes, & triticum coctum vt puls. pruritus autem & mordicatio tollitur cum infrigidantibus, & parumper ſtupefacientibus domeſticis, vt eſt papauer al. ſolatrum & hmōi. Virtus autem contentiua fortificatur cum ſtypticis iam dictis frigidis aut calidis, vt exigit diſpoſitio tribuendo in potu, & exterius leniendo. Et mentha quidem eſt pharmacum notabile ingroſſando ſperma, & confortādo vaſa eius ad retinendum ipſum.

C V R A autem ſpaſmi, tetani, & mollificationis iam dicta eſt. cura ergo eſt cura eorum &c.

*De gomorrhæa, & pollutione.* Rubri. XIIII.

γονόρ-ροια græ-cè, ſeminis profluuiū la-tinis, ple-beis depra-uate go-morrhęa poſſim ſcri-bitur.

QVoniam in vtriſq; accidit ſpermatia multitudo hinc poſt rubricam p̄cedentem ſtatui hanc ponere, ex eo etiam qm̄ interius rubricis præcedentis clarius atque particularius hic aperietur. Differunt autē nomina abinuicem, qm̄ gomorrhæa eſt fluxus ſpermatis inuolūtarius in vigilia factus, pollutio vero eſt fluxus talis in tempore ſomni cōtingens, & dr̄ gomorrhęa à gomo græce germen & rhæa fluxus. Quidā vero pollutionē ſic deſcribūt, pollutio eſt expulſio ſpermatis in ſomno & hora noctis. & ſm plurimum in ætate adoleſcentiæ, qua plurimō abundāt per interualla temporis facta. de his ſatis, quia à medico non eſt de noībus diſputandū. vt ſæpe ſupra. Vnde Auic. Et qñq; noo mouet niſi apud ſomnum, quia ēt abſq; ſomno fieri contingit. ſed hic ſcito q Auicē. hanc paſſionē. ſ. gomorrhæā nominat multitudinem exuberationis ſpermatia & humoris qui egreditur ante vrinā & ſub illa rubrica ponit capitulum io quo declarat cauſas ipſius gomorrheæ quæ poſitæ ſunt ſupra in rubrica de ſpermate, quæ etiam pro nunc ponentur, & breuiter.

C A V S Æ eius ſunt exterior aut interior. Si exterior ſic eſt, aut cōcupiſcētia, amplexus, viſio, auditus vehemēs cogitatio ad coitum, ſeſſio ſuper lapidem, caſus, percuſſio, vnctiones, vſus balneorū, & hmōi. virtutem contentiuā debilitantium, aut expulſiuam fortificantiū, aut irritantiū. nam vt ſupra in principio capl̄i. concupiſcentia irritat expulſiuam. Si interior aut eſt ex parte ipſius ſpermatis, qa ſua multitudine aut acuitate vel alia mala qualitate virtutem grauat contentiuam, ꝑpter quod expellitur, aut expulſiuā irritat, aut quia ſua ſubſtantia tenuis reſudat. Aut eſt ex parte virtutis contentiuæ in ſe defectionem patiētis ꝑpter malam cōplexionem frigidam, & humidā, aut patientis ꝑpter vehementiam expreſſiuæ lacertorū ipſorum, vaſorum ſpermaticoꝝ, cuius cauſa eſt ſpaſmus, cōtrahens vehementer lacertos, ꝑpter quod ſperma contentū exit, ut accidit in epilepſia. Aut eſt ex parte vaſorum ipſorum, qm̄ mollificata ſunt à mala cōplexione. Aut ex parte nimiæ ſoliditatis renum. Aut ob aliquā aliam cauſam malā complexionem calidam aut frigidam. Sed dices qūo in epilepſia emittitur ſperma, & retinentur fæces, & vrina cum in ea ſit ſpaſmus cōncatus toti, & lacertis ani, & veſicæ. vnde etiam per eorū contractionem debet fieri expulſio ſuperfluitatum primæ digeſtionis ſicut, & quartæ, ſiue tertiæ.

Dicendum q lacerti ani ꝑducti ſunt ad retinendum, vaſorū aūt ſpermaticorū ad expellendum, quemadmodū lacerti meri in exteriori eius tunica ſituati. & tu conſidera.

Et hæc paſſio diligenter curanda, quia aliter cum prolōgatur corpus ad mortem ꝑducit. nam certe cum aliquod membrum intrinſecū debilitatur, & illa debilitas ꝑcedit in longū raro tollitur, & ſi tollitur magna cō difficultate fit illud. Et ideo & qdā ornatius poſuit cauſas eius. Quędam ſunt primitiuæ vt inordinatū regimē ex parte ſex rerū non naturaliū quas per te conſidera. Antecedēs eſt mala complexio ipſorō vaſorū: quia virtus debilitatur eorū acuitas ſpermatis. Coniuncta debilitas retentiuæ, intenſio expulſiuæ, intenſio attractiuæ. Et hæc omnia in ſuo pulchro conſilio extendebat, quæ gratia breuitatis omitto ſperans ex dictis ſatis aperta fuiſſe.

S I G N A demonſtratiua gomorrheæ ſunt illa quæ dicta ſunt in præcedenti rubrica, qm̄ vt dictum eſt. Auic. pro vno & eodem capl̄o habet. Sed vt tibi magis cōplaceam alia addam ſigna et particulariora magis. Nam ſi cōtigerit propter cauſas extrinſecas, vt propter viſum auditum vt ſupra ſtabitur iudicio patientis.

Signa ſi fuerit propter paſſionem aliorum membrorū cognoſcitur diſcurrendo per diſpoſitiones eorum. ut ſi ꝑpter paralyſim eorum ſit ſine erectione virgę vt in præcedenti rubrica, & erit eius exitus inſenſibilis.

Signa ſi fuerit ꝑpter ſpaſmū neruorū vel lacertoꝝ, tunc eſt cum dolore pectinis, & inguinū. quod ſi ꝑpter caliditatem eorum horū tunc lædunt calida, & iuuantur frigidis.

Signa ſi propter multitudinem noo maceratur corpus in eius emiſſione.

Signa ſi propter calorem ſentitur calor, & mordicatio, & io exitu ſpermatis cauſatur tremor, & rigor ſine frigore et in aliquibus accidit dolor capitis etiam quaſi quædam ſpecies maniæ. & accidit inquietudo, & grauitas totius, & iſta accidentia ēt accidunt his qui habent ſemen calidum cum coeunt dato q non habeant gomorrhæam.

Signa ſi fuerit ex aquoſitate ſeminis, tunc panni ſuper quos cadit parum inficiuntur, & cito penetrat.

Signa ſi fuerint renes, tunc ſemen eſt groſſum viſcoſum & ſemen aliqñ antecedit vrinā, & aliqñ ſequitur vt in Mātua vidimus, & aliqñ ſimul veniunt. Et dixit Alexander q patiens debet interrogari ſi ſentit calorem in virga, & in ſeminis emiſſione, & ſi plus conſueto vſus eſt coitu. & ſi regimine impinguatiuo vſus fuit & hmōi.

Signa ſi fuerit debilitate contentiuæ tūc corpus macrū fiet, & color efficietur pallidus cineritius, vt in dño Gurelo' de Sicilia. & tales. poſt coitum ſumme deficiunt, & eorum vrina eſt tenuis, & quandoq; rubicunda.

P R O G N O S T I C A cum perſeuerat ad hecticam corpus perducit & ad mortē. & ideo habentes nō verecundentur cito detegere eam, et ei prouideri facere.

C V R A canones. Ordinatio diætæ, euacuatio materierum cōmunium, et partim ꝓpriatum, digeſtio, euacuatio. Quintus eſt ſm diuerſitatem cauſarum diuerſio abſciſio, ſiue remotio. Sextus eſt accidentiū correctio.

Primus completur ordinando diætam ad cōtrariū cauſæ: vt cum cauſa fuerit acuta ſalſa &c. ordinentur frigida, vt eſt lactuca, endiuia, portulaca, & hmōi. Et econtra ſi fuerit frigida & mentha eſt in hoc excellens. vt ſupra in fine rubricæ de cura multiplicationis ſpermatis. & pro his clarius recurre ſupra tertio tractatu.

Secūdus perficiatē cū enematibus mollitiuis, ſubtiliatiuis, abſterſiuis, lenitiuis, lauatiuis, & eductiuis. ut eſt factū ex bliti, atriplice, portulaca, lactuca, mercuriali, camabro anetho,

anetho, hordeo, caſia, benedicta, oleo cõi, ſale, & hmõi. Itẽ & pro euacuatione propriatum da reſpiciẽs materiã propriam aliqualiter minorando. Item ſi acciderit plethoria, aut ſanguinis peccatum ſtude phlebotomatione ex baſilica plus & minus ſm ętatem, plenitudinem & huiuſmodi. quæ omnia diligenter conſidera.

Digeratur materia cum digeſtiuis appropriatis de quibus quarto tractatu. & in frigida da digeſtiua lõgiori tempore & in calida pauciores ſufficiunt vices.

Poſt dabis euacuatiua eradicatiua ex pilulis, de benedicta ex benedicta, caſia, agarico, reubarbaro, & hmõi. ſm ꝙ exigit materia. item memorare de phlebotomia ſi expedit. Et pro his duobus canonibus nota hunc canonem ꝙ in caſu iſto laudatur vomitus, & vituperantur euacuationes factæ per inferius, quoniã materiam ad loca læſa conuertũt, & maxime fortes. Item & non laudatur vſus diureticorum propter vicinitatem viarum. & ideo prudenter & caute te habeas non frequentando, & non continuando ea, quare bene conſidera. vnde ab eis vt potes abſtine. vnde nota Serapionẽ. & cum mundificatione per vomitũ cum adeſt neceſſitas & prohibeatur ab euacuatione per inferius, & prouocatio vrinæ prohibeatur.

Quintus habet diuerſa cõplemẽta ſm diuerſitatem cauſarũ. Vnde ſm ordinẽ cauſarum in facta à cauſa exteriori, et primitiua remoueatᷣ ipſa cã cõtinendo ab auditu talium viſu, & hmõi. & ideo vt ſupra prudentes religioſi nõ libẽter vagant per ciuitatem, neq; cum mulieribus loquuntur. Item introducatur turpis aſpectus mulieris turpis, difformis & huiuſmodi, vt pulchre docet Ouidius de remedio amoris. Item ſi expedit flagella, ieiunia, & accidentia introducantur terribilia cum diſcretione moderata.

Religioſi hinc diſcant.

CVRA ſi fuerit ex nimia repletiõe cibi, & potus minoretur cibus & potus, adminiſtrẽtur quæ dixi in cura de multiplicatione ſpermatis, & tu ibi.

CVRA ſi fuerit cauſa extrinſeca cauſa debilitatis cõtentiuę vt ſeſſio ſuper lapidem frigidum, vſus balneorum. & hmõi. procedatur vt dicetur ſtatim in ea quæ eſt propter debilitatem contentiuæ vaſorum.

CVRA. In facta aũt propter ſperma ipſum ſua acuitate ſtimulans virtutẽ, ꝓcedatur cum frigidis & hu. extinguentibus acuitatem, perueniendo vſq; ad ea quæ parum per ſtupefaciunt. Et hic aduerte ꝙ ex frigidis quæ ſperma augent, vt ſunt lac, albumen ouorum & hmõi. de quibus ſupra ad plenum rubrica de ſpermate. & ideo bene cõſidera ne ad intra dentur. Vnde præmiſſis vniuerſalibus operare cum particularibus intus & extra. intus, vt dando cibos ex lentibus, brodio ipſarum, lactuca, portulaca, & huiuſmodi hordeo cocto, milio, & hmõi. Item valent ſemina cõia frigida maiora. item tria ſandali & hmõi. aqua frigida ſi non eſt ꝙ prohibeat. Item vnctiones ad extra cũ oleis frigidis ro. vio. nenupharino & hmõi. de quibus de mala cõplexione renum. vnde ex his vngantur renes vſq; ad alchatim, teſticuli, & pecten, & ſi oportet addendo aliquid iuſquiami, opij, mandragoræ, aut olei eius. item infrigidans Gal. etiam cũ tria ſandalis roboratum. item vnguẽtum populeon, de papauere ſcito ꝙ auget ſperma, & tñ ad extra ſecure credo adminiſtrari poſſe. ad intra vero non. item addatur camphora qñ oportet, qm̃ talis eſt vtilis. itẽ valent oĩa poſita ſupra in rubrica de ardore vrinæ, vlcere colli veſicæ, quære ibi. Item quia ponerẽ plura de pollutione ex aparte, acuitate ſpermatis ꝓueniente ſtatim hinc à multa talium deſcriptione ſuperſedeo, & tu ea relege, qm̃ vtilia tibi vtilis erunt, & tuo cõformis propoſito.

CVRA. In facta ex tenuitate ſpermatis dentur ſtyptica, cum quibus eſt ꝑmixtio caliditatis cum ſic. ſicut ſunt pultes & triticum decoctum, & puls, rizum, & mentha eſt nobile medicamen in hoc ſm oẽm modum adminiſtrationis eius. & plures cibi dicti ſũt ſupra rubrica de ſpermate. Fiant vnctiones & aut alia conſimilia ſperma ipſum ingroſſantia & exiccantia, & tu per te compone. Confectiones ſy. troc. pilulas ex agno caſto, calamento, & alijs calidis exiccatiuis dictis ſupra quæ habent reſoluere exiccare & ſtypticitate participant cõmiſcendo frigidis. Vnde rutha maxime commẽdatur in calidis & nõ frigidis, quia in eis ſperma auget. vnde metrificator. Rutha viris venerem minuit, mulieribus auget. Et pro hoc quære ſupra rubrica de ſpermate circa finem. Puluis commendatus. ℞. ireos, menthæ, ematitis, caſtorei, ſeminis portulacæ, agni caſti, ſiſymbri, & zuc. quod vis. doſis vt videbitur eſt de mente Raſ. & ſi remoueatur caſtoreum propter malum odorem pone calamentum.

CVRA. In facta propter debilitatem cõtẽtiuę vaſorum procedatur cũ ſtypticis ad intra & extra adminiſtratis ex calidis aut frigidis vt deſet diſpoſitio ea ſyru. & potionibus, vnctionibus, pulueribus, embrochis, confectionibus, electuarijs, & hmõi. Pono ad hoc. ℞. ſyrup. de mẽtha. ℥. ij. ſeminum agni caſti. ℈. j. ſeminũ portulacæ. ʒ. vnã, coriandrorum ꝑparatorum. ʒ. ſ. raſuræ eboris. ℈. j. mẽthæ ſiccæ. ʒ. ſ. aquæ plantaginis. ℥. iij. ponatur ad colatoriũ & fiat fortis expreſſio. Item maxime valet vſus menthæ viridis cum aceto. Item & eius vſus ſiccæ, valet enim etiam per tertiam virtutẽ de qua ſupra valẽt & trochiſci de roſ. cum ſemine agni caſti, ſandalis, & ſemine portulacæ, mentha, ſicca, & hmõi. ex quibus potes per te cõponere & talia. Ad idem valet epithima ex ſandalis, thurę, maſticæ, mentha, vio. cum ſucco plantaginis, & vino aromatico factum. Item valent quæ dicta ſunt ſupra de mala cõplexione teſtium. nã ſicut illa qñq; eſt calida qñq; frigida ita & debilitas. hic qñq; eſt à cauſa calida qñq; frigida. Item valent & quæ dicta ſunt de dyſuria, & quæ de renibus. vnde te transferas ad calida aut frigida confortantia ſtyptica ſm ꝙ exigit diſpoſitio ipſa. Item quædam ſunt de diabete & tu ibi. Quidam maxime cõfidunt in hac paſſione in caſtoreo, ita vt dñt ꝙ caſtoreum ſolũ potatum ſit efficax ad curandũ hanc paſſionem. Item & ſemen lactucæ, & portulacæ. vt ſupra mirabilr cõferunt maxime cauſa exiſte calida. quidã ireos, alij agnum caſtũ, alij menthã, & in ſumma oĩa illa conferunt ad ipſam conferendam. Similiter valet coriandrum ro, nenuphar, piper, calamẽtum, ſolatrum, ſemen canapis, anethum, ematites in quo multi ſuam poñũt ſpem. Decoctio lenticulę, ſeminis lactucę, ſeminis portulacæ mirabiliter libidinem extinguunt.

Et breuiter expeditis cauſis quo ad earum complementa ponã in fine de gomorrhæa et cõferẽtia ex ſimplicibus & cõpoſitis. q̃re ſuperſedeo, & quia ꝗ dicenẽ in hac eadem rubrica de pollutione ſunt in caſu ꝓcipua, q̃re eam relege.

CVRA in facta ea ſpaſmo aut mollificatione ꝓcede cura ſpaſmi aut mollificationis quæ ſupra poſita eſt ſua rubrica. & hic aduerte ꝙ hęc paſſio turpis eſt timenda cui ſi cito non ſuccurratur corpus aut ad hecticam, aut ſterilitatem, aut ad paralyſim vniuerſalẽ perducit. & ideo ſtes auiſatus ꝙ exitum ſpermatis ꝓhibere nõ debes quouſq; corpus ex eo non incipit ſentire debilitatem, & tunc incipias cohibere, ne inde ſequantur quę dicta ſunt. Exitus autem eius qñq; eſt vtilis qñ nõ ſuperfluit & maxime qñ fuit diu retentus qm̃ ad naturam veneni cõuerſus eſt & tanq; vtilis habeatur eius exitus. Electuarium ex quo honorẽ accepi & valet ſi peruenit ex debilitate contentiuæ vaſorũ. ℞. menthæ ſiccæ. ʒ. i. ſ. ruthæ, nenupharis. ana. ʒ. ſ. agni caſti. ʒ. i. ſ. raſuræ eboris. ʒ. i. ſ. ſandalorum ru. ʒ. j. ſy. ro. p. j. zucchari ro. p. ij. cõfice electuarium. Ex ſimplicibus gomorrhoæ conferentibus ſunt Agnus caſtus, Aqua frigida, Calamentũ, Camphora. Lac caprę cum melle potatũ. Caſtoreum potatum cũ ſucco agni caſti, vel ambo dentur in forma pilulari, & congruenter ſatis. Itẽ ex eis vnctio renibus facta. Cicorea, Emattes à ꝓprietate rectificat. Eruca comeſta. Lactuca, ſemen eius. Nenuphar. Portulaca. Plumbum & lamina eius de quo ſtatim de pollutione, Ruta,

ireos

treos, vnde Aui. aufert gomorrhæam & plurimam pollutionem. Et ex compoſitis diapraſium Ni. Item. ℞. ſeminum lactucæ, papaueris, portulacæ, anethi, canapis, plantaginis, agni caſti, rutæ. ana. ʒ. ij. ro. mẽthæ, nenupharis, myrci, ſandals, balauſtiarum, ireos, glandiũ, achaciæ. ana. ʒ. iij. dragacanti gummi ara. boli. arme. ematitis. ana. ℥. j. caſtorei. ʒ. j. camphorę. ʒ ſ. pentdiarum. ℥. j. Item ſy. cum ſucco plantaginis lactucę vel mentæ. Item potes ex his cõficere electuaria. ſed remoue caſtoreum. Item cõfectio de triaſandalis diadragantum frigidum. Renes aũt vſq; ad alchatim & teſticulos inunge ex vnguentis frigidis ſtypticis de quibus de mala cõplexione renũ addẽdo cãphoram iuſquiamum opium & talia. vt ſupra & moderate cum inſtabit neceſſitas. Item infuſio panni in oleo ro. myrtino, maſticino, ſucco lactucę & modico camphorę, & tu per te componę & vade ad loca remiſſa ſupra ibi ex vnguentis & alijs copiam inuenies ſatis.

EXPEDITO de gomorrhæa accedo ad pollutionem quę videtur habere eaſdem cauſas, & remedia. Vnde Aui. de ea dixit, & eius cura eſt illa cura demonſtrando curam exuberationis ſpermatis quam gomorrhæam vocant. vnde & multi vnum faciunt capĩm de ambabus gomorrhæam ſolum nominantes. & quæ poſita ſunt pro cura gomorrheę ſimplicia & compoſita hic adducẽda ſunt. & quæ hic ponentur ẽt ad tollendam gomorrhæã afferantur, & vt tibi complaceam ſcito q Auic. capitulum de ea ſic incipit, cauſæ eius ſunt cauſæ exuberationis, & motus ſpermatis quam exuberationẽ. vt ſupra gomorrhæam cognominamus. Sunt itaq; eius cauſæ extrinſecę, vt dormire ſuper ceruicem, ſiue ſuper renes longo tpe, ſuper ſtratũ multum calefacientem dormire lõgo tpe. & corpora apta eam incurrere tempore ſomni ſunt corpora raræ texturæ & calidæ cõplexionis, nimia cibatiõis potus aſſumptio & ſpecialiter vini dulcis & noui q eſt faciens multum ad augmentũ ſpermatis. Nimia cõcupiſcẽtia diurna circa amorem, & ſcito q pollutio ex hac cauſa veniẽs periculoſum eſt mortale. vt quidam aiunt, & ſimiliter quæ ex crapula eſt. Intrinſeca vt abundantia ſpermatis replentis vaſa. vnde natura onerata & in ſomno confortata ſe exonerat, aut eius acuitas ſtimulans virtutem naturalem aut vtraq; ſimul, et ſuperfluitates primæ & ſecundæ digeſtionis ſic ſm plurimũ ex virtute confortata in ſomno nõ expelluntur. q ibi requiritur vltra motũ naturalem motus alalis. ſecũdo adiuuant ad eam faciendã fumi eleuati ab ipſa materia cerebrũ, petẽtes, & phantaſmata finaliter mouentes. item adiuuat dilatatio viarum facta in ſomno a caliditate q eſt pcipue qñ corpus iacet ſuper dorſum. hanc pollutionẽ non patiuntur pueri. primo ppter defectum materiæ, quia totã in nutrimentum, & augmentum natura conuertit. Item quia viæ ſunt anguſtę humiditatibus replετę, & calor imperfectus. accedente vero adoleſcẽtia ſunt cauſæ cõtrariæ. vnde materia in ſomno calefacta &c. extra mittitur. & tu conſidera. Et hic aduerte q ipſa apparens in principio morbi materialis longitudinem morbi ſignificat, & multã materiam. ſi vero in fine apparuerit digeſtionem materiæ, & naturæ potentiam deſignat, q ſi continuabit erit ex defectu contẽtiuæ vaſorum, vt de gomorrhæa dictum eſt.

CVRA. Canones ſeruẽtur ſimiles, vt de gomorrhęa poſiti ſunt ſaltem generales, vt in ſpecialibus cõſidera cauſam & eam remoue, vt de gomorrhæa. Ea cõuenientibus curis eſt: dormire ſuper folia ſolatri, ſalicis, folia agni caſti ſuper quæ ſedebant athenienſes ſm Auerroim in diebus feſtis, vt ex hoc caſti redderentur. Et hic aduerte q meo tẽpore quidã magnus practicus in hoc caſu fecit iuuenem robuſtũ dormire ſuper folia ſalicis, & infirmus fuit. Et ideo ſtes attentus, ne ad iſta extranea curras remedia, ẽt ſi vtilia ſunt ſi non ſuccedunt ad magnam infamiã medicorum accedunt. quod non eſt de vſitatis & domeſticis. Valet ſemen lactucæ, ireos, cum aſſumuntur. vt ſupra ad idem. ℞. ſeminum lactucæ. ʒ. iij. ſ. rutæ. ʒ. ſ. ſe. agni caſti. ʒ. j. terantur, & cum aceto conficiantur, & pprinẽtur cum modico zuccharo, & poſtea exercitetur corpus. Item. ℞. farinã glandium, & cum albumine oui & aceto diſtemperata, & pone ſuper pectinem. Item. ℞. balauſtiarum, ſe. portulacæ. ana. ʒ. iij. ſe. anethi, ruthæ, ſeminis arnogloſſæ. ana. ʒ. ij. fac puluerem, de quo ieiuno da bibere cum aqua ruthę & ſy. myrtino frigidis. & nota q ſemper ſis prudentia circũuolutus ne volens vnum membrũ curare alia infirmes, ſtude ergo. Aliud Raſ. ſeminum agni caſti. ʒ. x. ſe. portulacæ, tantũdem foliorum calamẽti exiccatorum: foliorum ruthæ. ana. ʒ. v. cimini, cyperi, balauſtiarũ. ana. ʒ. ij. ſumatur. ʒ. i. ſ. vſq; ad duas pro vice cum liquore vel aliter conficiendo, vt libebit. fiant vnctiones circa genitalia, & renes vt de gomorrhæa & renibus dictum eſt cum populeon, oleo ro. cera, & camphora, & aliquantulo aceti. Et quidã vt Placentinus & alij addunt in vnguentis argẽtum viuũ de quo eſt dubium an ſit calidum aut frigidum. Item addas iuſquiamum & alia opiata: vt ſupra & hic aduerte q nimius harum rerũ ſic infrigidantiũ membris ipſis ſic applicatarum faciliter induceret mollificationem virgę: & ſpecialiter in ſene, & frigido natura, quare ſtes ſemper attentus, cõmẽdat acetoſa agreſta frigida, & vinum lymphatum, & debile. Sed tu oĩa cum prudentia diſcurec. Poſtremo hoc pono remedium à multis, à Galeno, & ab alijs cõmendatum de lamina plumbi minutim perforata, circa quam attendas primo, q debent eſſe duæ laminę ſubtiles ne ſuo pondere grauent. Secundo debent eſſe diſtantes per pollicem à ſeipſis ne iaceant ſuper ſpondiles & eis ſua frigiditate inducant nocumentum. Tertio debent ter vel quater infundi in aceto nigro, vini debilis in quo bulliernt lithargyrium, agnus caſtus, & ſemen portulacę, & lactucæ, ita q acetum debet eſſe ebulliens qñ ipſi infundẽtur. & ſic reiterari vſq; ad quatuor vices, & erunt tũc ſingulares medicinæ in pollutione ipſa & gomorrhæa. ligentur deinde ad corrigiolam, & ſic ſuperponantur. Sed hic attẽde verba Aui. inquit de cura pollutionis. Et ſtrictura laminę plũbi ſuper dorſum eſt impreſſio magna. verum qñq; nocet renibus, quare oportet vt hic attẽdatur in eo, iterum & ſis attentus in reiterando, & non continue teneantur. Vnde quidam Nobilis Venetus quem in manibus habui, cũ eas ſentiebat renes notabiliter calefieri ex earũ nimia retẽtiõe, & de his laminis habuiſti ſupra de renũ caliditate. & tu ibi. Quidã & eſt modus cõis ponũt eas ſic perforatas & nõ aliter alteratas, & vt cõprehendis pñt plus, & minus alterari.

## De virga, & eius mala cõplexione. Rubri. XV.

POſt expeditionem de ſpermate, & de diſpoſitionibus eius cum ipſum ordinatum ſit vt per virgam in matricem immittatur ad conceptionem faciendam cõſequens duxi tractare de virga, & diſpoſitionibus eius, cõplexionis, compoſitionis, & ſolutionis continuitatis. Primũ itaq; virgam deſcribemus, & aliter q̃ ſupra in principio cap. ad maiorem rei declarationem, qm̃ eſt membrũ quo ſæpe patitur. & oportet medicũ habere bonam curam, & vt clarior appareat eius anatomia. Virga eſt membrum ſeminale, plurimæ concauitatis in ſe tres meatus cõtinens, compoſitum ex ligamẽtis, neruis, venis, arterijs, lacertis, et pte carnea, cuius ortus à carne pectinis, vł eius oſſe exiſtit in emittẽdo ſperma i matricẽ finaliter creatũ. Dr plurimæ cõcauitatis, qm̃ ea generata vẽtoſitate repletur, quæ eſt cauſa erectionis eius, & ideo ventoſa virgam erigunt vt infra, concurrunt ẽt nerui ad eius erectionẽ qui ſunt alij à neruis, ex quorum mollificatione mollificat virga, & illi nerui veniunt ex ſpondilibus caudæ, & ideo non ſunt multi ſenſus, neq; in ſubſtantiam virgæ multum penetrãt. nerui aũt qui ad extremitatẽ virgę, veniunt ſunt acutiſſimi ſenſus, vt hi qui ad os ſtomachi, ita q primi videntur eſſe quaſi puri motiui. ſecundi vero ſenſitiui puri,

& à

Raſis lo c⁹ explanatus. & à cerebro, & nucha veniunt dantes ſenſum & motum, vt in principio cap. Ligamentoſa aũt ei veniũt ab oſſe fœmoris, & iõ qñ Raſis dixit virgã ortum habere ab oſſe fœmoris intellexit quo ad partem ligamentalem. nam virga quo ad partem carneam ortũ habet à carne pectinis. Habet & venas per quas mittitur ſanguis æqualis, ex quo ſit ſperma, & deſiderium naturale ab hepate, vt ſupra in principio cap. deſiderium aũt naturale quod uocat̃ concupiſcẽtia à corde eſt, & deſiderium coitus. deſiderium aũt naturale qñq; ab ipſis eſt renibus. & dicit̃ naturale, quia à mẽbris ꝓcedit naturalibus, ut cum virtus naturalis repletione vaſorum grauata eſt quæ ſe exonerare cupit ſicut accidit multis honeſtis viris qui longo tpe ſteterunt caſti, & ꝓter eorum voluntatem ad coitum irruerunt. De muſculis virgæ audi Auicẽ. primo primi. ꝓprio cap. & breuiter inquit. muſculi qui virgã mouent ſunt duo paria. vnus parium in duobus lateribus virgæ ſunt extenſi, qui cum tenduntur ad foramen dilatantur, & ipſum amplificant penetratio rectificat̃, & ſperma in ipſum cũ facilitate diſcurrit. aliud vero par eſt qđ à fœmoris oſſe orit̃, & cũ radice virgæ ſꝫm tranſuerſionem cõtinuatur, & cum rectificatur tẽditur, & inſtrũm ſꝫm rectitudinem eleuatur, & cum cõſtringitur reducit ipſum ad poſteriora, ꝙ ſi vni eorum accidit tenſio ipſius partem declinabit &c. ſenſus declarat qm̃ in conſtrictione ani ſentitur motus in pectine, & conuerſio virgæ ad poſteriora. & ego vidi hominem à cuius virga egreſſi ſunt muſculi ex nimia putredine mẽbri, & cum magno fœtore, & mortuus eſt. De meatibus aũt virgæ tribus dictum eſt in principio. & in ibi. Mala aũt eius complexio frigida aut calida curetur cũ eis quæ dicta ſunt ſupra de mala complexione teſtiũ. Item cũ his quæ dicent̃ de apãtibus calidis aut frigidis virgæ, aut de dolore eius, ut infra ponendis. Sed ne vacuus hic recedas enarrabo quę ſunt ex Aggregatore hic collecta calida, & frigida, quibus vſus erit diuerſimode. vt diuerſa requiret diſpoſitio, aloe cum aceto linitum, Alumen, Adamas, amurca, olei coſta, cupreſſus, coriandrum, caſtoreum, fomẽtatio eius, dens caballinus, ebulus, fœnugræcum, fex vini vſta, loca, granata, ſuccus eorum, lana ſuccida, cinis eius cum aqua frigida lilium, lini ſemen, marrubium, camomilla, melilotũ, myrtus, mentha, oua cum amilo, paucedanum, rubus, & potanter valet cinis vngularum vſneæ tritum appoſitũ. Et hæc tibi ſufficiant, quia copioſius erit infra de ſimilibus.

*De magnitudine, & paruitate virgæ.* Rub. XVI.

NOn eſt turpe loqui de eius magnitudine aut paruitate, qm̃ ſunt ex cauſis ex qbus peruenit̃ ad gñonẽ & qb⁹ qñq; ĩpedit̃ gñõ ſicut accidit ex coangustatiõe, ſiue paruitate receptiuę. Vnde audi Aui. hęc. Multotiẽs eſt paruitas virgæ cã vt nõ delectet̃ ea mulier, qm̃ diuerſa eſt ab ea qua eſt aſſueta, qñ non emittit ſperma, & qñ nõ mittit nõ ſit filius. & iõ inuentę ſunt mulieres q̃ cũ vno viro filios concipiunt, & cum tranſeunt ad ſecunda vota non prolificant. & hęc paruitas eſt qñq; cauſa vt mulieres alium à coniuge ſuo habente paruam virgam quærant, & ideo eis eſt inſiſtendum. qũo autem magnitudo nimia cõceptionem impediat dictum eſt de ſpermate.

Virile mẽbruꝫ magnificantia. Magnificant aũt virile membrũ fricationes cum pãno aſpero poſt quas fiat inunctio eius ſemp fricãdo cũ adipibus & oleis calidis. Item & ad hoc valet frequens infuſio lactis ouini ſuper virgam ſuper ducendo, & fricãdo, quia pluries in die. Item vſus rerum impinguantium corpus. Item valent ſanguiſugæ exiccatæ cum quibus fricatur membrũ, & eodem modo cũ lumbricis terreſtribus. Itẽ emplaſtratio cum pice, vt ſtatim dicet̃. Placentinus hũc modum poſuit. Abluatur primo oĩ die bis virga cũ aqua calida decoctionis piperis, vel aqua decoctionis thitimalli fricando fortiter tam diu ꝙ locus rubeat, et uſquequo locus incipiat tumere ſeu inflari, deinde vngatur virga tota vſq; ad ſœmur cum oleo de coſto, vel de ſpica, aut ex oleo conſimili. deinde ſuperponatur emplaſtrũ circuens ipſam totam ex pice, & amoniaco factum ante, & fiat hoc oĩ die bis continuatis ad menſem, vel quadraginta dies. Iſte modus certe non eſt abſq; dubio tutus apoſtematis, ideo prudẽter, & caute qm̃ facile apoſtematur virga. Valet & frequens vſus coitus. Itẽ ligare plumbum ad ipſam quod eã continue deorſum trahat elongando, et infirmum interim bonis reple cibis, & impinguantibus, & erit ſecurior modus. Ego hic non me extendo, qm̃ ſto cum Seneca nr̃o ꝙ naturale eſt arte non mutat̃. Credo paruam virgã à natura male poſſe magnificari magnitudine qua ſatisfiat. & ideo de materia me nõ intromiſi, nec credo hũc caſum ad manus medicorꝫ venire niſi raro valde, & ab his qui &c. parce itaq; ſi breuiloquus fui in hac materia de magnitudine. Naturale arte nõ mutatur.

*De dolore virgæ.* Rubrica. XVII.

ACcidit ex malitia complexiõis diuerſę frigidæ aut calidæ ex ventoſitate apoſtematis caſu ſuper ventrem percuſſione. Item ex vrinæ retentione.

SIGNA habeantur ex his quæ de mala complexione teſticulorum, & apoſtematum eorum. & in ibi.

CVRA iam patuit qđ agendũ in hac cura ex his quæ dicta ſunt in cura malę cõplexionis teſticulorum apãtum eorũ. & in ibi. Et iã patuit qđ agẽdũ in hac cura ex his quę dicta ſunt in cura mala cõplexionis teſticulorum in cura apãtum, eorꝫ, & reſolutione vẽtoſitatis eorũ. vñ vbi eã ſit frigida vehemens laudat̃, vt ſupra oleum de keiru, in quo diſſolutũ eſt euphorbiũ. Et in calida ſucci frigidi, vſq; ad poſitionẽ opij, etiam ponendo aliquid thuris & hmõi.

CVRA in facto à caſu aut percuſſione laudatur prius phlebotomia. Et repercuſſiua ſtyptica in principio nõ multæ ſtypticitatis, vt eſt roſa. & cum his ponantur lenitiua, & violæ, & hmõi. vt ſupra de dolore teſticulorum.

CVRA. Si fuerit ex retentione vrinæ fiant clyſteria lenitiua, quia qñq; ſanant. Et abſtineat ab aperitiuis, & maxime fortibus, vt ſunt et ſemina ut non deſcendãt ſuperfluitates ad locum. ſed fiat diuerſio quia euacuatio materierũ per poſteriora & cũ lenibus. Deĩde adminiſtrent̃ exterius ex emplaſtris, embrochis reſolutiuis & hmõi. Emplaſtrum mitigans oẽm dolorem virgæ vbicunq; fuerit, corpore tñ prius purgato. ℞. micã panis, & infundat̃ in lacte deinde accipiantur vitella ouorum cocta in oleo roſ. infundatur & miſceantur oĩa adinuicem, & addatur ſi expedit ꝓpter vehementiã doloris & inflãmationẽ aliqđ opij, & croci, & ſuperponatur. Item ſi expedit adhuc ꝓpter calorem fac tale emplaſtrum cum folijs iuſquiami decoctis ſub prunis & inuolutis in folijs caulium. Et non obliuiſcaris vniuerſalia exẽione phlõmia, & hmõi. conſidera.

*De apãtibus virgæ extrinſecis.* Rubri. XVIII.

SVnt ex apoſtematibus eius calida & frigida. Quorũ curationes & ſigna ſunt oĩno ſimilia curationibus, et ſignis apãtum teſticulorum. de quibus ſupra, nec in alio differunt niſi ꝙ apãta virgę ſunt magis tolerantia, ſtyptica in principio rei. & præcipue apoſtemata calida. Itẽ aduerte ꝙ virga eſt membrũ magis putreſcibile, et magis calidũ ipſis teſticulis. & ideo frigidiora tolerat. Item debemus in talibus apoſtematibus multũ conſiderare reſpirationem ꝓpter facilem caſum virgæ in putrefactionem, & tu debes menſurare tẽpora morbi, & alia in alio, & alio tpe adminiſtrabis. vt ſupra dictum eſt de apoſtematibus teſticulorum. Sed hic aduerte canonem, ꝙ quia apoſtemata extrinſeca faciunt aliqñ oppilationem attenuatorũ tu debes in virga tenere tentam de cera, uel de pãno lineo, vt poſſint humiditates ſuꝑflue libere currere. Et quis hic canon ſit magis neceſſarius in intrinſecis apoſtematibus, nihilominus etiam in extrinſecis multum confert. hæc tñ ſic moderare ſcias ꝙ ex hoc dolorem non cauſent: quia ſu-

ceret

ceret eo caſu ad augmentum apatis. Item ſic ligetur & ſuſtineatur vt non ſtet pendens ne dolor inde cauſetur.

C V R A in principio apoſtematis calidi ordina diætam ad cõtrarium cauſæ. Si neceſſitas cogit ſubito euacua diuertẽdo, aut pharmacis, aut phlebotomia baſilicæ eiuſdem lateris. Deinde ſi opus eſt digeras. Deinde euacues ſi oportebit. Vnde non p̃termittas hæc vniuerſalia. Et veniendo ad particularia in principio ordina frigida ſtiptica ex roſ. cortice granatorum, lente, & hmõi. ex eis faciendo epithemata cũ aceto, aut decoquendo ea cum aqua. deinde cõmiſcendo oleũ roſ. aut adminiſtrãdo chimoleam cum aqua ſolatri. & ſimiliter bolũ ar. cum aceto, aut cum aqua alkekengi & folijs ſolatri, aut cum ſucco eius. In augmento aũt addatur ſicut maluauiſcus, & biſmalua, aut ſemen lini. In ſtatu fœnugræcũ, ſemen lini, volatilium molendini cum oleo ro. facto de oliuis maturis aut cum oleo de camomilla. Et ſcito q̃ quis ſit virga in loco emunctorio nihilominus quia teſticuli ſunt mẽbrũ principale faciẽs ad eſſe indiuidui. ideo &c. Ad quod cõcurrit quod eſt mẽbrũ, vt ſupra multum ſenſibile & aptum faciliter putrefieri. In frigido aũt diætam ordina &c. vt de calido dictũ eſt. deinde procede ſm tẽpora diuerſimode diuerſa applicando & ſtyptica reſolutiua &c. Vt ſis bene copioſus in cura vtriuſq; hic ſubſcribam plura ex ſimplicibus & compoſitis per alphabetum ordinata. Aphodilli radix cocta cum fæce vini emplaſtra in frigido, aloe in vino diſſolutũ aut cum melle, bdellium, butyrum, cicer, ciminum, cerotum cum farina fabarum oleo communi paſſu. & cera reſolutiuum &c. coriandrum humidum cum melle, faba cũ vino emplaſtratum. fel tauri, iuſquiamus cum farina tritici, lycium radix melilotum cum rob emplaſtratum. Item cum farina fœnugræci, vitello oui, ſemine lini, puluere molendini, myrtus cum folijs roſ. paſſulis cũ farina fabarum plũbum vſtum, ruta cũ folijs lauri, ſordicies ex cauda lanæ pecudis, thucia &c. eligas frida in caſo, & caſa in frido.

C V R A. Si apoſtema fuerit durũ vtere mollificatiuis ex bdellio, amoniaco, malua, maluauiſco, & hmõi. A putrefactiuis eſt multum abſtinendum ꝓpter facilem caſum virgæ in putredinem. Et expertũ in apoſtemate frigido laudatum ab Aui. ℞. oſſa dactylorum partes. ij. aloes partem. j. terantur cum aceto & emplaſtrent̃. Item medicamen ex furfure & amoniaco factum. tu itaq; compone ex datis ponẽdo ex his calida cum frigidis & ecõtra, vt diſpoſitio ipſa & tp̃s exigit. Hæc autẽ materia magis manu eſt tractanda. & ideo leuiter pertranſiui in hac.

De apoſtematibus intrinſecis. Rubrica. XIX.

HÆC autem curari hñt vt extrinſeca, ordinando. ſ. diætam diuertẽdo cũ phlebotomia. & alijs, vt vẽtoſis, & hmõi. ſi diſpoſitio exiget, & ætas &c. conſentient euacuando & hmõi. Deinde veniẽdum eſt ad particularia applicando in principio repercuſſiua in augmento mixta &c. vt ſupra de extrinſecis calida aut frigida, vt ipſa exiget diſpoſitio. Verum attendendum eſt iuxta poſſe ne accidat vlcus, ita q̃ reſolutioni ſtudeatur, & nõ cum ſuperflue calidis. ꝓpterea quæ de virga dicta ſunt & dicẽtur in ſeq. rubrica. ad ea enim nimis facile fluunt humiditates eſt parata recipere, ſed cũ moderate reſoluentibus. Q. ſi tandem ad vlcus veniet, tunc procedendum eſt maturatiuis leuibus ad intra & extra adminiſtratis, vt de pleuriſi. deinde aperto apoſtemate, & facto vlcere procedatur, vt hic in ſequenti rubrica. Poſtremo ſcito q̃ licet in ſenibus plures multiplicent̃ ſuperfluitates & groſſiores ꝓpter qđ virga eorum magis apoſtemari deberet, tamen quia iuuenes ſunt rariores, & molliores hinc frequentius eorum virga apoſtematur. nam nerui ſenum facti ſunt duri, & ſolidi, ideo non ſic ſuperfluitates recipiunt.

De vlceribus virgæ. Rubrica. XX.

VLcerum virgæ cauſa eſt primitiua añs, & coniuncta. Primitiua ẽ aut aer calidus ſiccus ꝓpter qđ magis accidũt hæc in media æſtate, aut quia virga nimis retenta fuit cooperta cum ſtrabulis de panno aut aliter, aut vſus cibariorum acutorũ, potuum calidoꝝ, exercitium forte & immoderatũ vt in Viatoribus, aut coitus nimius, & maxime cũ muliere calida, & ſicca, aut menſtruata, aut ex ſpermate malo, aut aliqua tali re infecta, vt leproſa, & hmõi. aut cum muliere quæ ſibi ſuppoſuit res odoriferas calidas, aut fuit ex caſu, vel percuſſiõe, ſiue inciſione.

Antecedens eſt humor malus, cholericus, ſalſus, ſiue acutus, & melancholicus factus talis per aduſtionem ſanguineus cholericus vel aduſtus in toto vel in parte exiſtens et indifferenter mala cõplexio calida. Coniuncta vero eſt ipſa mala cõplexio aut ipſa humiditas acuta actu membrũ ſciodens. Et nota q̃ licet ponant̃ hic remedia pro vlceribus intrinſecis virgæ intentio principalis eſt loqui de illis extrinſecis. nam volo in magnã partem tibi ſufficiant quæ dicta ſunt de vlcere veſicæ. vnde Auic. de vlceribus virgæ interioribus inquit. curatio illius eſt curatio vlcerũ veſicæ. Et anteq̃ perueniam ad canonum poſitionem ſcito q̃ vlcera in his locis contingentia ſunt mala ambulatiua, qm̃ membra iſta ſunt ſm formam ad quorũ partes multiplicatur putrefactio, qm̃ ſunt ꝓtecta aere & procliuia ad calidiatẽ, & humiditatem, & approximant meatibus ſuperfluitatum, & aſſimilantur quodãmodo ulceribus viſcerum & oris. Et deteriora ſunt quæ fiunt in lacerto qui eſt in radice virgæ, & in ano, & illud iõ qm̃ indigẽt exiccatione forti, & ſenſus eoꝝ cum hoc eſt vehemẽs & fortaſſis neceſſariũ eſt abſcindere virgã cum ſup ipſam putreſiunt vlcera, & perambulant. hæc Aui. Et ex his cõprehende difficultatẽ curæ eoꝝ, & maxime qñ veteraſcunt. Vnde audiui plures ꝓp hoc oportuiſſe deuenire ad ipſius mẽbri inciſionẽ. & ideo ſis ſollicitus in principio ne veteraſcant.

S I G N A demonſtratiua ſunt ſatis nota ex dictis de mala cõplexione teſtiũ, & apatibus eorum. & tu ibi.

C V R A Canones. In recenti ordinatio diætæ, quæ debet eſſe ad contrarium cauſæ. Digeſtio, Euacuatio, Diuerſio & hmõi. vt ſupra de alijs apatibus, & vlceribus dictũ eſt. hæc appoſui vt ſis memor vniuerſalium. Alius abſterſio & mundificatio. Ablutio, & malæ qualitatis remotio. Exiccantium, & incarnantium adminiſtratio.

Abſterſio aũt & mundificatio fiant aut cum bombace munda, aut petia linea ſubtili & munda, aut cum vino albo tepido, aut aquæ decoctiõis lenticulis, & parũ melliſ ro. & hmõi, vt ipſa exigit diſpoſitio ex magis aut minus calidis aut frigidis.

Abluatur cum vino decoctionis roſ. abſynthij, meliloti, aut huiuſmodi. ſm quòd diſpoſitio exigit. & ſit lotio ipſa quaſi tepida. deinde bene exiccetur, & optime, & ſuauiter ꝓpter membri ſenſibilitatem.

Ad remouendum ipſam malam complexionem potes vti pulueribus ex rebus dicẽdis aut emplaſtris ut libebit. Et ex ſimplicibus eſt aloes, & puluis eius maxime cõmendatur. exiccat enim ſine mordicatione. Item folia glandis pulueriżata. Item puluis cucurbitæ quæ ſteterit longo tẽpore ad fumum vt ſunt illæ noſtrorũ ruſticorum, plumbũ vſtum, folia roſmarini pulueriżata, climia abluta cum vino, thucia præparata, margaritæ. Et venæ combuſtæ ſunt mirabiles, cinis ouorum. Q. ſi indiges ſiccioribus ꝓpter humiditatem adde thus, æs vſtum, & lotum, cortex arborum pini habentis grana parua aduſta.

I T E M propter generationem carnis addatur thus, ſarcocolla, maſtix, & hmõi generantia carnem. de quibus quinto trac. Et ex compoſitis expertis vbi ſit neceſſitas exiccandi multum, & incarnandi. ℞. thuciæ, ſarcocollæ, thuris, gallarum, balauſtiarum, achaciæ, ematitis, corticum medianarũ, ſalicis aduſti, luminis iameni. ana. p. æquales. floris æris. p. i. &. ſ. capitũ granatorum. p. j. & cũ oleo

eo. &

ro.& cera fac vnguentum., lauetur flos pluribus vicibus
cum aqua ro. ſed prius cōburatur vt de thucia. Aliud &
eſt Gal.℞.ſcoriæ ferri, plumbi vſti, chartæ combuſtæ, ſan
guinis drac. aluminis aduſti. ana. terantur cū oleo & cera
fac vnguentum. Ad idem.℞.litaegiri, ceruſſæ lotæ, myr
rhæ, ſarcocollæ, thuciæ ꝑparatæ, draga. thuris, ligni putre
facti miſceantur, et fiat puluis de quo prius abluto loco cū
vino tepido & bene exiccato ſuperaſpergaꝉ bis in die aut
ter ipe magni caloris, & ſi placet fiat ex eis vnguētum. Et
non mireris de ceruſſa quia qñ eſt abluta, & cum alijs eius
malitiam refrangentibus pōt poni in talibus vlceribus. et
mouetur enim eius mordicatio. Vnde nota ꝙ quæ appli
cantur in vlceribus virgæ debēt eſſe exiccatiua abſq; mor
dicatione ne inferatur dolor cui maxime eſt inſiſtendū in
his vlceribus. Et quod dictum eſt habet veritatem in vl-
ceribus in quibus non eſt corroſio, & deambulatio ꝙ ſunt
vlcera mala, fraudulenta in quibus oportet aliqñ vti cau-
ſtico, aut igne. unde in talibus adminiſtratur arſenicū, calx
vius, & hmōi cauſtica. Vnde Aui. & iterum fortius illo ſu
matur de vnoquoq; arſenicorū. vij. & calcis non extinctæ
lapides. 20. & achaciæ. 12. conficiantur cū aceto & ſucco
plantaginis. Et iterum fortius.℞. vtrūq; arſenicū, & cala-
mentū, ſtaphiſagriā, & cinerē anethi, & piper. de qbus fiāt
trochiſci. Si autē ceſſabunt à corroſione, & ambulatione
emplaſtrū ſupponaꝉ ex teſticulo vulpis, & allio ſylueſtri.

Et nota ꝙ ꝓpter nimia mēbri ſenſibilitatē plures magis
laudant cauſticū ꝙ̄ actualem ignem, & in his & ſimilibus
non eſt tantū dubiū de dilatatione cauſtici. Q. ſi ad nigre
dinē venient melius eſt iuata ſntam Senis infra in fine caꝑ.
ꝙ totum nigrum abſcindaꝉ. deinde fiat ꝓceſſus cum incar
nantibus dictis ex aloe, thure, ſarcocolla, & hmōi.

CVRA. In antiqua aūt procedatur vt dictū eſt in re
cēti, ſed in iſta attendatur ablutionibus & exiccationibus
fortioribus addendo thus minutū, corticem eius, aloem, &
hmōi. et laudatur multum aqua facta ex cinere ligni ficus.

Expertū remediū — Ad idem ℞.aquæ lib. j. viridis æris. ʒ. ij. zucchari. ℥ iij.
puluerizentur oīa, & miſce. deinde obſtruas bene os ſialę,
vel vitri in quo pones aquam, & pone totū ſub cineribus
calidis, & ſtude ſic ſtare per horas. viij. deinde remoue car
bones, & dimittatur ſic in cineribus ſtare per. ij. horas. de-
inde.℞. pettam lineam ſubtilem mundā, & duplica, & in-
funde in dicta aqua, & ſuperpone. eſt. n. multū exiccatiua,
& ſuper me & ſuper alios expertus ſum, ſed in primis facit
ardorem aliqualem. deinde ceſſat. Sum conſuetus in his
vti aloe, ſarcocolla, & charta cōbuſta, & maxime in recen
tibus, & lenibus, & ſucceſſit dei gr͞a. Puluis de cinnamo-
mo ſang. drac. bolo ar. mundificat & conſolidat & incar-
nat. Litargirum cum ceruſſa, loca vacua carne replet pul
uis emathitis. Item puluis pilorū leporis. multi empeirici,

Empirici. — & ruſtici, & populares vtunē puluere ligni putridi, & ma-
xime quercus. & de his ſatis, qm̄ phyſicus de hac cura nō
multum ſe intromittit. Pro cura imcinſecorum, vt dictū
eſt recurre ad ea quæ de vlceribus virgæ, tñ pro nunc tm̄
dicam cum duce meo. Et qūq; neceſſaria ſunt ea quæ ſunt
ſicut medicamen de chartis combuſtis, alumine aduſto, et
climia aduſta poſt cōbuſtionem de corticibus arboris pi
ni minoris, & plumbi vſti, & thuris. de quibus fiant tro-
chiſci, & adminiſtrenꝉ in humectorio. Scito hic, & me-
moriæ manda ꝙ vlcera quæ ſunt ſuper caput virgæ indi-
gent eis ꝙ ſunt vehemētioris exiccationis, ꝙ̄ ſint qbus indi
gēt facta ſuper ꝑpuciū, & cutem, etiam quia virga eſt vehe
mētioris ſiccitatis in cōplexione ſua. Hæc Auic.

*De cancro in virga.* Rubrica. XXI.

Accidit vt virga cancEretur, vt & cætera membra
verum Aui. hic de eo nō facit mētionem, multi tñ
alij prædicti in hoc loco loquuntur, Credo Auic.
expectaſſe ad tertiam quarti, ad quā & tu recurre pro com
pleta doctrina curæ eius. Hic aūt rememorabo quatuor
intentiones ab Aui. poſitas allegato loco & aliqua reme-
dia ab alijs poſita. Prima eſt cancri deſtructio penitus, &
eſt difficilis. Secunda prohibitio additionis. Tertia prohi
bitio vlcerationis. Quarta vlcerati curatio.

Pro prīa fiat euaſio materię añtis, & reſolutio materiæ
cōiunctæ. Et hic aduerte ꝙ talia debent eſſe reſolutiua, &
exiccatiua abſq; mordicatione, vt ſunt thucia præparata
abluta, oleum roſ. lotum, oleum de keiri & hmōi.

Pro ſecūda rectificeꝉ regimē ad cōtrariū cauſę ex parte
cibi, & potus, & aliarū ſex rerū nō naturaliū. Item cōforteꝉ
membrū cū repercuſſiuis, vt eſt linimētū, fricatio, lapidis
molēdini, lapidis cotis, aquæ coriādri, oleum roſ. lotū, ſuc
cus agreſtæ, vnguentū de plumbo, de thucia, & hmōi.

Pro tertia cōferunt & tam dicta terra ſigillata, bolus ar.
aqua ſemperuiuæ, ceruſſa cum ſucco lactucæ, cum mucil-
lagine pſyllij, ceruſſa, plumbi, & eſt cōpoſitio bona. Aui.
Item emplaſtrum ex cancris fluuialibus, & climia factū.

Pro quarta aſſiduetur appoſitio panni infuſi in aqua ſo-
latri in qua cum exiccatur madefiat. Item ſumat medul-
la tritici, olibani, ceruſſæ. oīum ana. ʒ. j. terræ ſigillatæ, bo
li ar. aloes abluti. ana. ʒ. ij. puluerizētur, madefiat membrū
cum aqua ro. & ſuperaſpergatur puluis. Item thucia ab-
luta cū aqua portulacæ aut mucillagine pſyllij. Item.℞.
arſenici, & aluminis oīa. ana. ʒ. j. adurantur ſuper teſtā. deinde.
℞. panni blaui. ℥. ſ. & aduratur. deinde corticū granati. ʒ.
vj. puluerizētur oīa ſimul & ſuperponatur, mortificat can
crum, et cum mortificatus fuerit, quod diſcernitur quia ca
ro incipit rubere ſuperponatur deinde maſtix, thus, aloes,
& ſarcocolla. hæc enim carnem regenerāt. Et ſi caro plu
rima mortua apparuerit conſumatur ſic.℞. tartari, calcis
viuæ, aphodillorum, ſaponis nigri, & albi. ana. diſtempe-
rentur cum lixiuio facto de cineribus ſtipitum fabarum.
& hęc non fiant niſi prius bene mundificato, & ex his pau
cis contentus eris, quoniam à duce in hoc loco me ſepara-
ui. nam mecum progreſſus non eſt.

*De rhagadijs virgæ.* Rubrica. XXII.

Curentur cura rhagadiarum ani. Et ex iuuamentis
ad earum curam.℞. chimoleum, thuciam, dragacā-
tum, vitella ouorum, & ex eis & cera fac vnguētū.

*De verrucis in virga.* Rubrica. XXIII.

Incidantur, & ſuperponatur medicamen retinens ſan-
guinem ex pulueribus conſtrictiuis bolo ar. ſang. dra.
albumine oui, fimo aſini, & ſimilium, vt ſupra de flu-
xu ſanguinis narium, aut cum ferro igniro cauterizando,
& vlterius. deinde ꝓcedatur cū rebus dictis ſupra de cura
verrucarū ani. Quidā excorticant eas cum vngue. deīn-
de apponūt lac ficus, vel puluerē arſenici ſubtiliati ad q̄ti-
tatem grani milei, fortiſſimū enim eſt, quia aqua arſenici
corrodit oīa metalla. Ad idem ſquilla linita cū oleo gū-
mi pini. Item ellebotus cum aceto, lac ficus ſylueſtris.

Aquę arſenici mirāda.

*De bothor, & moro, & carne addita in vir-
ga.* Rubrica. XXIIII.

Sumatur baurach aduſtum, & cinis lignis vitis, teran
tur cum aqua berbenæ, & ponantur ſuper morum,
aut quæ eis aſſimilantur. Q. ſi non conferunt aut ſi-
milia incidantur, & deſuper puluerizetur atramentū, aut
arſenicū. Q. ſi fuerit deterius illo nō erit excuſatio qn cau
terizentur. Ad idem capita ſardelarum aduſta.

*De pruritu virgæ.* Rubrica. XXV.

Cauſa eſt materia calida, acuta, ſalſa, vel baura-
chia effuſa ad ipſam et ſudore reſeruāte ex partibus
eius, quare facit ipſam fricari. Auic.

SIGNA demonſtratiua acutæ, ſalſæ, & baurachiæ
materiæ nota ſunt ex regimine ꝓcedente, & accidente. præ
cedente vt ꝙ ga rubet cū ſiccitate, & aduſtione, & reſoluiꝉ
quaſi

quaſi furfures cum ſit fricatio, & quandoq; exit vt virulētia & humiditas, maxime quando eſt materia phlegmatica ſalſa, & ſine erectione, & titillatione ſit. & ſequitur dolor. Et cum eſt ex ventoſitate eſt tenſio, & virgæ inflāmatio ſine grauedine. Q. ſi erit propter apoſtema, erũt ſigna apoſtematis. Similiter ſi ea retentione vrinæ, aut eius acuitatis p̃ceſſerunt ſigna eorum. de quibus actum eſt.

C V R A Canones. Ordinatio diætæ. Digeſtio. Euacuatio. Diuerſio. Particularium adminiſtratio. Diæta ordinetur ad contrarium ordinando ſalſa acuta, bautachia. & vtatur frigidis, humidis. Digeratur materia cum digeſtiuis appropriatis ſupra. 4. tract. Conſimiliter euacuetur cũ euacuatoribus appropriatis de quibus allegato tract. Et ſi phlebotomia erit neceſſaria fac illam. Item diuertendo fiat vētoſatio in interiori parte coxę iuxta radicem virgę. Item applicentur ſanguiſugę in eodem loco. & poſt phlebotomiam, qñ. ſ. non cõtulit. Pro vltimo ſedeat patiens in ſemicupio aquæ dulcis, decoctionis vio. acetoſæ, meliloti, fumiterræ in quo ſit aſperſum oleũ roſ. & acetum, & quidam addunt oitrum, & alumen. deinde exiccetur, et vngatur ea vnguentis notis ad ſcabiem. Et illis eſt. ℞. achacię mimiæ. ana. ℥. j. ſalis ar. aloes. ana. ℈. ſ. croci. gra. iij. vſneę quantum ſuf. omnia conficiantur ſimul cũ oleo ſambucino, & eſt mirabile. Aui. Q. ſi materia fuerit phlegmatica addatur alumen, ſtaphiſagria, & parum ſalis, & terbentina, & abluatur cum aqua maris, vel ſalſa prius. Quòd ſi ibi fuerit corroſio lenificetur virga cum lenitiuis ex oleo ſiſamino, adipe gallinæ anatis, medulla crurium vituli, ceeui, cera. reſina, oleo de narciſco. Et ex conſimilibus fiãt clyſteris, ſuppoſitoria &c. & hæc ſatis.

*De immoderata erectione virgæ, ſatyriaſis, aut priapiſmus dicta.* Rubrica. XXVI.

CVm ad actum coitus peruenire quis debite nõ poſſit abſq; virgæ ipſius erectione expedit vt anteq̃ de ipſo coitu mentio fiat Rubricas de eius erectione expediamus. Accidit aũt vt eius nimia & continua erectio impedimentũ faciat io generatione. & ideo de ipſa dicendũ. Reperitur aũt duplex erectio. vna cũ qua eſt voluntas & deſiderium ad coitũ & cõpleto actu ceſſat. Alia quæ noneſt cũ voluntate, & ſi ad actum peruenitur adhuc poſt ipſam remanet ipſa virga erecta. Prima vocatur ab authoribus immoderata virgæ erectio cum voluntate ad coitum. Secunda vocatur priapiſmus, & eſt immoderata virgæ erectio non ꝓpter deſiderium. Auic. Propter qđ eſt notandũ q tria exigũtur ad coitum, Prima humiditas quæ ſm maiorem partē venit à cerebro. Secunda calor & ſpũs qui humores diſſoluit qui fluant diſſoluti. vt ſupra in fine primæ rubricæ quinti cap. Tertio ventoſitas. Secũdum ergo defectum alterius horũ diuerſæ fiunt paſſiones. Si itaq; ſuperabundat vētoſitas & alia duo deficiunt fit ſatyriaſis, & priapiſmus. Si deficit ventoſitas & abũdant humiditas à calore diſſoluta fit gomorrhæa. Si oia tria fiunt approximeron dr̃ ab à q eſt ſine & proximis operatio, qa eſt ſine opõne coitus. de quo de diminutiõe coitus. Et hęc ſatyriaſis accidit magis ſenibus. & priapiſmus pueris.

C A V S Æ habent hæ diſpõnes cauſas primitiuas antecedentes & coniunctas, vt ſupra de vlceribus virgæ.

Cauſa aũt primitiua eſt cibus calidus & humidus l quo eſt humiditas extranea apta in ventoſitatem groſſam conuerti. Nam cũ ipſa humiditas in prima & ſecunda digõne non conſumat̃ tranſit ad tertiã. vbi calor eſt diminutus in cõparatione caloris primæ, & ſecundæ digõnis, & à calore ſic diminuto in ventoſitatē conuertitur & cum ſanguine ad virgã mittitur & partes ei adiacētis. & ſic ipſa ingrediens neruum magnum ipſius virgæ, aut alias concauitates vt venarũ, arteriarum &c. virgam erigit, quæ erectio longiori aut breuiori ſpatio durat ſm ipſius ventoſitatis groſſitiem maiorem aut minorem, & cibi tales ſunt cicer, vua, faba &c. de quibus infra. & cibi qui ſua acuitate ſtrictē ſtimulant, vt ſunt eruca, cepæ, & hmõi. Item potus vini noui dulcia cui ineſt ꝓprietas generandi ſperma. Item dormire ſuper renes. vnde caleſiũt & ſua caliditate materiam ſpermaticam calefaciunt, & liqueſiunt in vaporem cõuertunt groſſum & deſcendens ad neruũ virgæ & loca concaua eius erectionem facit. Item fortis ſtrictura lumborũ quare orificia venaꝝ aperiuntur & humiditates inde ad inferiua conuertunt. & tunc ſua multitudine erectionem faciunt, aut quia in ventoſitatem tranſeunt. Item nimia repletio ſpermatis. Item nimius vſus coitus vnde humiditates fluunt tam debili exiſtente virtute, & caliditas iam facta debilis eas in ventum cõuertit. Item accidens animi forte vt concupiſcentia alicuius mulieris. Cauſa añs eſt humiditas ipſa fluens aut in locis ꝓpinquis exñs, qñq; caliditas debilis ſaltem in cõparatione ad ipſam reſoluendam & finiendã in ventoſitatem groſſam conuertit. Coniuncta vero eſt ipſa ventoſitas actualr̃ exñs in concauitate neruis virgæ, aut arteriarũ aut venarum quæ cum ipſo ſanguine ad eum peruenit locum, vt dictum eſt, aut materia ſpermatica indigeſta aut digeſta multa quæ eſt in vaſis ſpermatis contēta. Ea adiuuãtibus cauſas has ſunt nimia denſitas pellis virgæ ꝓhibentis reſolutionem & latitudo venarum venientiũ ad eam, vt accidit in forti ſtrictura lumborum. Item materia acuta mordicatiua aggregatiua in glandulis poſitis io duobus lateribus orificij veſicæ. Et hæ diſpõnes ꝓlongantur plus & minus ſm q materia pluri aut pauciori effunditur. Et hic aduerte q hæ diſpõnes non ſunt deridendæ, vt quidã de ipſis faciunt in principio non cognoſcẽtes rem ſuã, qm̃ aliqñ perducunt hoĩem ad mortem. vnde cum ꝓducant, perducunt hominum ad ſpaſmum, aut tetanum vaſorum ſpermatis, & accidit apoſtema calidum cum ea, quia in priapiſmo, & interficit. Auic. & ideo in cura eorum diligentiam habe. vnde Haly. quicunq; hmõi paſſionis ad ſpaſmum fertur velocius moritur cuius venter ſit tumidus, & ſudor frigidus.

S I G N A demõſtratiua qñ eſt ex multitudine materiæ calidæ, quia cũ erectiõe tali eſt corporis habitudo carnoſa, rubedo, & tumor venarũ faciei, & oculorũ. vñ ad vaſa ſpermatis multa ac cõtinua deſcẽdit humiditas ſanguinea.

Signa ſi cã fuerit vētoſitas tunc eã añcedet plurimum tremor virgæ, & erit in ea tectigatio, & titillatio, & cito veniet, & cito recedet & approximatis calidis reſolutib⁹ ſupra virgã & circa anũ, & fœmora priapiſmus diſſolutĩ.

Signa etiā cuius cauſa eſt orificiorũ, arteriarum, & venarum dilatatio, tectigatio, & titillatio non ſentitus neque cito venit neq; cito recedet, ſed grauedo ſentitur maxime ſi patiens lõgo tempore ſe abſtineat à coitu. Item & ſemen quando emittitur mandat cum difficultate. vnde ſperma ſic eſt in vaſis multiplicatum propter cibos, & quia vſus eſt ocio, & qa ſterit io imaginatiõe coitus, & hmõi. & qa vſus eſt cibis acutis calidis, & equitauit, & ſic inferiora caleſecit & ex approximatione frigidorum iuuabitur. à calidis vero nocebitur, q ſi contigerit ea exhibitione medicinæ vel alicuius rei ſcitur narratione infirmi.

C V R A Canones. Ordinatio diætæ. Digeſtio. Euacuatio. Prohibitio gñonis, vētoſitates l loco, aut cõuerſio materiæ in ipſam. Correctio mẽbroꝝ ꝓpinquoꝝ coadiuuantiũ ad erectionē. de qbus actum eſt in de cauſis eius.

Ordinetur diæta ad contrarium cauſæ. Q. ſi fuerit ex ventoſitate groſſa genita à cibis & potibus eam multiplicantibus ab eis abſtineatur & introducatur vſus cibariorum carminantiũ, & reſoluentium illam, vt ſunt aniſum, ciminum, cinnamomũ, ſynapis, ſaturegia, anethum. Aut fac ex conſimilibus aromata & hmõi. quæ ſunt calida & ſicca in qbus non eſt humiditas extranea. de quibus tertio tract. Item abſtineat ab acetoſis, qm̃ qñq; inflãmat. Auic.

Exercitetur forti exercitio, vt in ludo pilæ ad ipſam reſoluendam.

ſoluendam. Q. ſi materia fuerit calida vtetur frigidis. Q. ſi ex renũ caliditate rectificentẽ, vt ſupra de caſtitate renũ. & cõſimiliter de alijs cauſis primitiuis ſm ſuũ contrariũ. Vñ ſi omnia ſit repletio fiat eũo. Introducatur tenuis diæta, & rerũ exiccantiũ ſperma. de qbus ſupra. Si nimia ſpmatis retẽtio coeat, & moroſe. Si ſupfluus coitus abſtineat, & ſi foret accñs remediet, vt rubrica de gomorrhæa.

Digeſtiua parentur digeſtiua appropriata materiæ peccanti. de quibus quarto tractatu.

Tertio loco adminiſtrẽntur euacuatiua, ſed hic nota vt rubrica de gomorrhæa. q ſi poſſibile eſt fiat euacuatio p ſuperiora & non per inferiora, quia timetur ne ventris ſolutio faciat deſcendere materiam ad locum, & ideo fiat cũ vomitu & phlebotomia, phlebotomia maxime exiſtente materia calida fiat, ſed de euacuatione neſcio quid dicam, omnes ad ſolutiua tenduot. & ideo conſidera quia hic canon à me poſitus eſt. Aui. Item non fiat euacuatio per coitum niſi apud neceſſitatem eius ne veniat nocumẽtum aliquod ex nocumentis dimiſſionis eius. Auic.

Prohibeẽ generatio vẽtoſitatis in loco aut materiæ cõuerſio in eam duobus modis. Vno modo p frigida ingroſſantia materiam & debilitantia calorẽ ne ſit potens ad agẽdum tm̃ in materiã ve eam ad vẽtoſitatẽ deducat. Secũdo modo p calfa exiccãtia reſoluẽtia & ipſam ventoſitatẽ exterminãtia. Exemplũ de primo. adminiſtreẽ ad extra petia infuſa in aq̃ frigida aut ro. vt ſupra de gomorrhæa. iaceat in loco frigido, ſed cũ diſcretiõe. Itẽ adminiſtreẽ lamina plũbi perforata ſupra pectinẽ poſita. Itẽ ad intra adminiſtrẽt ebibita frigida ex aq̃ oenupharis, lactucę, & hmõi. cãphorizando ſi expedit poſtquã adminiſtrabis cũ iuuis etis aliqua calida in primo vt camomilla, uſq; ad agnumcaſtum in naturali virtute membri confricationem.

Quidam à principio vſq; ad tertiam diẽ inſtat cũ diaphoreticis circa teſticulos poſitis, vt cõ ſucco rutę, agnicaſti, & multum valet aut cum vino decoctionis eius aut cimini. Item emplaſtrentur pudeoda cum cimino, ruta, vino cocto, ſemine agnicaſti, & hmõi. vnde pro talibus recurre ſupra de apate calido & frigido teſticulorum. Adminiſtrabis itaq; his vel ſimilibus tpſit nõ conferentibus quia non ſit poſſibile materiã reſolui, pcede cũ frigidis, vt cum ſyr. de nenuphare & hmõi applicando frigida, vt ſupra. Ad extra ſpõgiã infuſam i aceto & mucillagine pſyllij, & ſucco herbarũ frigidarum, vt ſupra de caliditate renũ & gomorrhæa, platũ in vltimis fiat mucilago pſyllij cũ aceto, & ex illa mucillagine diſſoluatur opiũ, & inunganẽ teſticuli, ſiant vt ſupra de gomorrhæa. & tu ibi. Cãphora autem multum laudatur. & ideo trochiſci de ea valent potenter, & de ipſa loqueos metrificator inquit. Camphora per nares caſtrat odore mares. Quidam in berbena tantum confidunt vt dicant q data in potu non permittit virgam erigi vſq; ad ſeptem dies. Et hæc ſatis.

Berbenæ miraculum.

De impotentia erectionis virgæ. Rub. XXVII.

COntingit vt multum q quis virgã erigere non poterit. Et ei cauſas multas aſſignando etiam fortaſſe rememorando in ſequenti rubrica de impotentia vel diminutione coitus. Et quia hæc diſpoſitio eſt ſingularis, & conſequens etiam naturam non miraberis ſi prolixus fiam & idem bis replicabo. Nam naturam ſecutus materiam ad generationem pertinentem ampliare nõ dubitaui, nemo enim vt ſupra ad actum coitus abſq; erectione virgæ peruenire poteſt.

CAVSÆ. quandoq; impotentiæ erectionis eſt defectus ventoſitatis im membris inferioribus quod cõprehenditur ex complexione genitalium, quia frigida nimis, vel nimis calida, & ſicca, & quia regimen fuerit nimis frigidum aut nimis calidum. & ideo conſidera. Item quia ars, & exercitium, vt longa equitatio calefaciens aut infrigidans vt ars fullonum, piſcatoria & hmõi. quandoq; ex defectu digeſtiuæ primæ & ſecundæ, quod comprehenditur quia datis inflatiuis iuuatur. Qñq; ex defectu ſanguinis & ſpũs generati ex debili virtute corporis quod comprehendetur ex corporis extenuitate & ariditate. Aut erit ex defectu cordis quod erit frigidũ & ſiccum & quaſi gelidum, vel quia eſt aliter debile factum, propter quod abſcinditur deſiderium & deſideratiuus ſpũs non deſcendit ab eo ad teſtes, & virgam impulſus, vt ſupra in prima rubrica in fine. Et eſt ſm plurimũ aut ex defectu hepatis, quia frigidæ ſit naturę, & ſiccę, & pauci ſanguinis, & ſpũs aut ex ægritudine aut qñolibet aliter debilitatum, quare abſcinditur materia ſpermatis. Aut defectu cerebri, quia naturaliter ſit diſtemperatum ad frigidum & humidũ aut paſſum aliquam malã ægritudinem vt lethargiam ſtuporẽ, & hmõi per quod abſcindaẽ virtus ſenſibilis, & ſi ſperma deſcenderit tunc non ſentiẽ. Aut quia meditatio fortis ſit in cã, aut cũ adeſt verecundia, aut iõ, aut intellectus trahens ſpũm deſideratiuum cã ſeruandi caſtitatem, vel pene propter pctm̃, aut quia meditatus eſt mulieris immunditiam aut aliquod tale. Quãdoq; cauſa eſt defectus in via aut oppilatio quæ eſt in venis quæ ſunt poſt aures & neruis, aut quia ſunt abſciſę, aut oppilatio in corde, & arterijs & vijs eius, aut hepate, vt in venis, & vijs eius. Et cauſa eſt quandoq; in virga propter malitiam complexionis frigidæ & humidæ eius, aut mollificationẽ eius quod comprehenditur, quia in aqua frigida poſita non contrahitur.

Quandoq; eſt ex defectu teſtium & vaſorum ſpermatis, vnde difficilis fit deſcenſus ſpermatis pp aliquam ægritudinem quã paſſi ſunt, & deterior eſt mala cõplexio ſicca ſuperfluens. Item qñq; cauſa eſt ab ipſo ſpermate qñ caret mordicatiuo, immo eſt ſicut congelatũ & q̃uis ſit plurimũ non incitat virtutem ad erectionem & coitũ. Et hoc qñq; contingit in decrepitis, & debilitatis, & copioſe viuẽtibus, aut cõitate vicinorũ vt cum alicui incidunẽ hæmorrhoides, aut cum quis dolorẽ intenſum patitur ani, aut veſicæ, vnde nerui cões veſicæ, & lacerti ani, & veſicæ lędũtur, aut quia in remotis membris conferentibus ad ea nocumentum vt cum renes ſunt frigidi vel ægrotantes vel totum ſimiliter corpus. & ex his comprehende quantũ eſt neceſſaria anatomiæ notitia. & tu conſidera.

Anatomia q̃ necessaria cognitu.

SIGNA demonſtratiua ſi ex defectu fuerit ventoſitatis in membris inferioribus cognoſcetur complexione genitalium, quia frigida nimis vel nimis calida ſicca, ſic & regimen præcedens exercitium, vt ars fullonum, & ita de alijs quæ multum infrigidant, aut multum ventoſitatem reſoluunt, & carminant.

Signa ſi fuerit ex defectu fortitudinis digeſtionis primę & ſecundæ quam fortitudinem mẽbra ipſa ſuperiora oſtẽdunt datis inflatiuis iuuabitur.

Signa ſi ex defectu ſanguinis, & ſpũs fuerit ex debilitate, extenuatione, & ariditate ipſius corporis cognoſcitur.

Signa ſi cauſa fuerit in ſpiritu deſideratiuo non mouente, & in natura non implente, tunc illud ſcietur ratione narratione infirmi.

Signa ſi cauſa fuerit in principijs ſuperioribus, ut quia in corde, quod eſt ſm plurimum, tunc erit cor frigidæ & gelidæ naturæ, uel debilitatum valde ex aliqua ęgritudine quã paſſum eſt. vñ deſiderium abſcinditur, & ab eo deſideratiuus ſpiritus nõ procedit. Aut erit in hepate quia frigidæ & ſiccæ complexionis fuerit, & pauci ſanguinis, & ſpiritus, quare etiam abſcinditur materia ſpermatis, aut debilitatum fuit ex ægritudine. Aut in cerebro quia frigidę ſit, & humidæ complexionis aut paſſum fuerit ægritudinem abſcindentem uirtutem ſenſibilem, vt ſtuporem lethargiam, aut compreſſionem propter caſum. & percuſſionem, vnde commotio conflatiua ut deſcenſus ſpermatis non ſentitur. Aut quia in meditatiua fuit occaſio vt verecundia interius. & ideo retrahit ſpiritum deſideratiuum cauſa ſeruandi caſtitatem, & huiuſmodi. vt dictum eſt.

Et cauſa

Et cauſa in via eſt oppilatio aut in venis quæ ſunt poſt aures, & neruis, quia ſint abſciſæ vel etiam oppilatæ, vel etiam in arterijs, vt oppilationibus cordis, & ſyncopi, aut in venis vt oppilationibus hepatis. Et cauſa in virga eſt mollificatio eius propter malitiam complexionis frigidæ & humidæ, cuius ſignum, quia poſita in aqua frigida non contrahuntur. Aut in teſtibus erit & vaſis ſpermatis, quare erit difficilis & deſcenſus eius, vel quia aliquam paſſi ſunt ægritudinem, quorum ſigna ſunt præmiſſa. Aut quia cauſa erit in propinqua & vicinis vt accidit cum hæmorrhoides inciduntur, aut habentibus anum doloroſum, & veſicam quæ ſunt inoleſta. nocent enim illa ſuperius omnibus inter anum & lacertos virgæ. Aut in remotis, vt quia renes ſunt frigidi vel ægrotantes, & ſimiliter corpus totum.

Signa ſi fuerit propter ſpermatis paucitatẽ, aut propter obtuſionem qualitatis mordicantis exiccantis erunt contraria eis quæ de gomorrhæa dicta ſunt ex cauſa ſpermatis, & ex illis eſt quia egreditur res pauca apud coitum, vt in ſenibus, & debilibus.

Signa defectus ventoſitatis, quia non ſentitur tenſio in virga, neq; tectigatio.

Signa defectus materię mordicãtis q̃ circa glãdulas exiſtit ſunt, quia ibi nõ ſunt mordicatio, pũctio, neq; pruritus.

Signa ſi eſt ex defectu regiminis ex parte cibi & potus, quia non vtit̃ tali inflatiuo ſcitur narratione infirmi.

PROGNOSTICA dicẽt ex diminutiõe coit⁹.

CVRA autem huiuſmodi poſtponitur vſq; ad Rubricam de diminutione coitus, & tu ibi. nam copioſa ponentur quæ ad erectionem virgæ faciunt.

## *De coitu, & de attẽdendis in coitu,* Rub. XXVIII.

Coitus eſt per mẽbra generationi à natura deputata maris. ſ. & fœminę adinuicẽ coniunctio, qui vt ſupra. ij. trac. & tu ibi, à natura ipſa in generationẽ ꝓprie inuẽtus eſt. etſi q̃plurimi ſint qui nõ in generationem ſed in libidinẽ ſolatioſam conſumant, de quo coitu vt honeſtius potero loquar nõ omittẽs de neceſſarijs & de coadiuuãtibus ad plẽ cui itẽrum olmodo ero hic, & in ſeq. cap.

Hmõi coitus plures cõditiones habet quas medicus cõſiderare habet, ut in regimine ſanitatis cõſulere ſciat ei qui eo voluerit uti in tpe debito quas ſuo ordine hic deſcribã. Quarũ quædã ex parte ipſorũ coeuntiũ ſumpta ſunt. Quædam ex parte cauſarum ſuarum. Quædam ex parte tpis, & horæ. Quædã ex parte qualitatis. Quædã ex parte quãtitatis. Et q̃dã ex parte modi. Quædã ex parte ordinis. Et pro primo debet mas fœmellæ cõiungi qui ambo ſint ſani boni regiminis in ætate perfecta, quia adoleſcentiæ proprie qui habent inſtrumẽta diſtincta quod addit̃ ꝓpter hermaphroditos, & nõ ſit corpus viri calefactũ, aut infrigidatũ, licet poſt calefactionẽ ſit incolumior q̃ poſt infrigidationẽ, & poſt humiditatẽ q̃ poſt ſiccitatem. Et pro ſcd'o vt fiat multitudine ſpermatis cõmouẽte naturã & non ꝓpter imaginationẽ, aut ad aſpectũ ad mulierẽ, nõ ꝓpter ventoſitatẽ cõmouentẽ, non ꝓpter pruritũ alicuius humoris deſcendentis, nõ ꝓpter multitudinem fœcis, nõ in hora mingendi. Pro tertio. vt fiat tẽpore maioris appetitus ipſius. vnde in maſculis appetitus ad coitũ magis vrget tpe veris, & hyemis. in fœmellis vero tpe æſtatis, qm̃ ſperma ipſarũ à caliditate æſtatis iuuat̃ & acuit̃, & fiãt interualla, ita vt in vaſis aggregari poſſit ſperma digeſtum, non ſit tamen tanto tempore retentum vt in eis infrigidetur. Menſurare autẽ hoc eſt prudentis medici cõſideratis complexiones, ætates, cõſuetudines, fortitudinẽ virtutis, habitudines, regimina, & hmõi. ex qbus patet quare timẽtes multitudinẽ filiorũ vtpluſimũ fœmellas ſeminãt. nã diu retentũ ſperma infrigidat̃. Itẽ nõ fiat tpe magni caumatis, nec magni frigoris vbi frigus noceat virtuti, vt ſtatim dicetur. Problema.

Pro quarto attende primo q̄ nõ fiat ſupra repletionẽ. nã debilitando calorem digeſtiuũ multũ impedit, & multæ inde per viã indigeſtionis generant̃ ægritudines. cõfert in hoc caſu poſt ipſm ſomnus factus, qm̃ inde aliqualiter virtus digeſtiua ex ſomno ipſo vigoratur. Similiter non poſt ſatietatẽ nauſeatiuã. Scd'o nõ fiat tpe vacuitatis membrorum. nã nociblior q̃ eſt factus ſuper repletionem. qm̃ calor amplius debilitatur & corpus inde magis exiccatur & areſcit, & cõtinuatus ad hecticã perducit. Cõſimiliter non fiat poſt exercitiũ magnum, poſt vomitum, fluxum ventris, & hmõi euacuationes. Itẽ poſt reſolutionẽ fortem aut virtutis extinctionem. Et propter hoc vt dictum eſt hic ante, tpe caumatis quo multum calor naturalis reſoluitur non eſt fiendus. vnde ꝓuerbialr̃ dicit̃ de menſe Iunij Iulij & Auguſti amaſia mea te non cognoſco. Item ſi quis ex frigore læditur, tunc exterminato calore ex coitu multum læderetur. Adagiũ admodũ I coitu vulgare. Tertio q̄ fiat hora qua prima & ſcd'a digeſtio eſt completa, & excuſſis ſuperfluitatibus primis, & poſt ipſm ſuccedat ſomnus longus tã maſculo & mulieri, quoniam ſic melius figitur ſperma in matrice eius. Pro quinto. q̄ fiat in debitis vaſis &c. & cum ſuis inſtrumentis. Pro ſexto. q̄ fiat nec nimis multum nec frequenter, ſed per interualla. hoc autẽ mẽſurare eſt prudentis medici, vt ſupra. ſed homo ipſe aliquando eſt bonus ſcrutator vt cum ſentit ſe alleuiari ſentit ſe ſalubrem ex hoc fieri, vt quòd melius dormiat, melius comedat, non ſentit ſe debilitari, ſed inde fortificari & huiuſmodi. Pro ſeptimo. q̄ mas ſuper fœminam ſtet, & non e cõtra, ne ex ſpermate mulieris in virga aliquid cadat & ne in coitu laborem ſentiat, quia amplius eum debilitet ex quo damnatur coitus ſtantium. Item ne incurrat crepaturam. Item ex retentione ſui ſpermatis accidant vlcera & hmõi in virga. Pro octauo. q̄ non ſubito ad actum perueniatur, ſed prius amplexibus, oſculis, & alijs illecebris præmiſſis, quibus comprehenditur iam ipſos coeuntes auidos factos eſſe ad ipſum procedatur. & hic eſt naturaliſſimus coitus in quo, ſcilicet hæc omnia ſeruantur. ille autem cui hæc deficiũt aut ſcd'm magnam partem innaturalis appellatur. de iſta autẽ materia naturaliter ſcriptum eſt & ample in. ij. tractatu de inanitione & repletione, & quædam ex Cõciliatore noſtro excerpta. Quare hæc ſufficiant.

## *De multitudine deſiderij ad coitũ.* Rub. XXIX.

Fit q̃nq; deſiderium ad coitum cum fortitudine ſanguineitatis, & ſanitatis cõplexionis in ætate adoleſcẽtiæ, & potẽtiæ ad ipſum abſq; ſucceſſione debilitatis quo caſu non eſt cohibendus, quoniã retẽtio ſpermatis ſic diu retenti grande infert nocumentum, in eo permaxime qui iam dictis potiretur cõditionibus. nam generatio ſpermatis corpus, & cor confortat, licet ad eſſe ipſius non neceſſario faciat. Et paruitas generationis eius corrumpit colorem debilitat memoriam, & intellectum. Auicẽ. Sed vbi cauſa ſit acuitas ſpermatis, aut multitudo eius aut caliditas vaſorum trahentium ad ſe, virtute corporis exiſtẽte debili, aut propter pruritum, & bothor in vaſis ſpermatis ſicut accidit in mulieribus in ore matricis pruritus, quare non ceſſat in eis deſiderium. Aut propter inflationem. vnde fortis fit erectio ex ipſa ventoſitate. Aut quia dormitur ſuper dorſum. eſt enim de maxime facientibus erectionem. Auic. tunc eo caſu debemus curæ inſiſtere & ipſam remedijs opportunis iuuare.

CVRA pro cura huius poſiti ſunt canõn. de gomorrhęa, de erectione virgę. & tu ibi. Nã attende ad contraria cauſarum. Vt in repletione cum euõne, in caliditate cum infrigidantibus, phlebotomia etiã ſi fuerit repletio, cũ caliditate, ſic ſuo modo dicat̃ de humiditate, & ſiccitate. nã lactuca, endiuia, nenuphar, aqua frigida, acetũ, portulaca, cucurbita, cucumer, emplaſtrata, & ꝑ os exhibita & in oẽm modũ adminiſtrationis conferũt: vt ſupra allegatis locis. Itẽ laminę plũbi. Dormire ſuper ſtramũ frigidũ & hmõi.

inter membra principalia & inter membra coitus, aut cā eſt ex cā membrorum vicinorū ꝓpriaris, aut ꝓpter paucitatem inflationis in inferioribus corporis, aut paucitatem eius in corpore toto. & de his cauſis ſic ſummatim recolle ctis data ſunt exempla in Rubrica de impotētia erectionis virgæ quæ fortiores ſunt vbi auferuntur, vt dictum eſt. Et licet hic & allegato loco ſit ſufficiēter dictū de cauſis debilitatis coitus, nihilominus quia promiſi me dilatare & clariori modo quo potero materiā apire. hinc alio ordine & medicinali ſatis cauſas eius enarrabo hoc mō. videlicet.

Omnis eius cauſa aut eſt primitiua, aut antecedēs. & humoralis, aut cōiuncta. Primitiua vt aer frigidus calorem mortificās, & ꝓprie frigus pedum, vnde in diſcaligatis diminuitur coitus, quod & beatus Franc. bene ſciuit hoc in ꝑceptis fratribus ſuis inungens. vnde Auic. de exiccātibus ſperma inquit. Et de his quæ experti ſunt experimētatores eſt ꝙ inceſſus nudis pedibus deijcit deſideriū coitus, vt ſupra de ſpermate. & aer ſiccus cōſumens humidum, & aer nimis calidus quia ſpiritus exhalās, & aer nimiū humidus ſuffocans calorē. Et ꝙ caliditas intenſa aeris, & ſimilr̄ frigiditas intēſa ad hoc faciās perſuadeť, qm̄ in Ianuario & Iulio alalia multū coeuntia nō faciunt oua. (Problema.) Conſimilr̄ exercitiū forte, balneum calefaciēs & exiccans. Cibus ſua quātitate ſuffocās calorē naturalē, aut ſua qualitate extinguens, vt cibi frigidi, aut ſiccitate cōſumēs, aut ingroſſans humidum. de qbus ſupra nunc alle. loco. potus ſimilr̄ quātitate, & qualitate, ſomnus & uigiliæ ſupfluæ, inanitio ſupflua, vt ſudor fluxus, retentio ſuperfluitatū, nimia animi accidentia vt mitigatio, uerecūdia, horribilitas, coitus, timor, ꝑmeditatio, aut fortis attentio ad rē aliā & hmōi. Antecedēs vero eſt nimia cōplexio frigida & humida in toto, vel in teſtibus, vel in principalibus, & eſt ſm̄ plurimū, ut ſupra de impotētia &c. & principalr̄ in corde, aut hepate, aut cerebro, aut renibus vel in magnis venis per quas ſperma dirigiť in tertia digōne. Verū autē magis à cerebro q̄ à corde nō definiť hic. forte diciť in fine cap. cū alijs dubijs. Ariſt. aūt vult ꝙ à corde. & dicit ꝙ ſi vena cordis per quā ſperma deſcendit ad teſticulos incidiť poſſet ſequereť impotentia generationis, ſicut ex inciſione venæ quæ eſt poſt aurē vel in collo, quod eſt vnū ex fundamētis medicorum reliquū, quia ſperma cum cerebro ſimilitudinē habet. Itē maxime lædiť & plus q̄ cor in coitu. Itē quia eſt ſedes animæ Plato cerebrum eſt templum rōnalis aīæ. & de his ſatis & mala cōplexio eſt q̄nq; vitio humoris. vnde humor frigidus & humidus ſunt hmōi. calidi vero & humidi cum ſuperfluunt frequēter frigidi & ſicci adiuuant ad hoc cōpoſitio vt ſunt raræ texturæ, quia ſpiritus exhalāt. Itē ſtrictura viarum ſeminaliū, quare ſperma non deſcendit vt propter pinguedinē, aut ꝓpter aliud. Itē magnitudo corporis, quare humores cedunt in nutrimentum ad ſeruandum indiuiduum vt in pinguibus & magnis. nā qui plus prolificant vt in cęteris aialibus eſt videre. equus autē, & elephas pariunt vnum fœtum. porca autē plures &c. Cauſa autē cōiuncta eſt mala cōplexio teſtium calida, humida, frigida, vel ſicca, ſimplex uel cōpoſita, vel humiditate tēperata peccās qualitate aut quātitate vel ſubſtantia. Item & defectus ventoſitatis quæ à corde venit ad erigendam virgā, vt ſupra dixit Ariſt. ꝙ animalia habentia pēnas multas, & homines habentes multos pilos ſunt multi coitus, ecōtra pauci. Tu itaq; hominem ipſum oculis circūda. volo modo hæc tibi de cauſa eius ſufficere.

S I G N A demonſtratiua q̄ cā eſt in teſtibus, quia ex mala cōplexione eoꝝ, & ſpāliter frigida ſperma multū eſt, & aquoſum, & teſtes ad tactū ſentiuntur frigidi. Q. ſi fuerit ꝓpter ſiccitatē ſperma erit paucum difficilis deſcenſionis. & ſm̄ plurimū eſt cū extenuatione corporis, & paucitate carnis, & ſanguinis. Et à iuuantibus, quia confert ei humectatio ex balneo, cibo, & potu humidis.

Signa ſi fuerit ꝓpter hepar, & renes ſciť qa minorať appetitus, & nō eſt digeſtio, & ſanguinis gñatio vt oportet.

Signa ſi ex corde minorať erectio, vt in ꝑcedenti Rubr.

Signa ſi ex cerebro dicta ſunt in ꝑcedēti Rub. & tu ibi.

Signa ſi ex renibus quęre ſigna renū, & in ꝑcedēti Rub.

Signa ſi ex defectu fuerit ventoſitatis, quia omnia membra coadiuuantia, vt cor cerebrum & hmōi ſunt ſana. & pro tunc eſt debilitas in erigendo virgā, & in adminiſtratione inflatiuorum iuuatur.

Signa factæ cā paruitatis motus ſpermatis, & paucitatis mordicationis eius, quia egreditur apud coitum res plurima cōgelata. & plurimū illius ſequiť cōplexionē frigidā. Et non dubitabo idem replicare in hac materia ſignorum cū replicatio ipſa perutilis mihi viſa ſit, qn̄ accidit ex debilitate deſiderij coitus, tunc eſt arefactio corporis cum extenuatione, & debilitate ipſius cum citrinitate coloris, & qa pauco cibo vſus eſt. Q. ſi idem contigerit ex diminutione ſpermatis in ſubſtantia, quiete, & mordicatione ſigna paucitatis exitus ſpermatis, & in numero, & in quātitate apud coitum, & tarditas aliquādo, & raritas, & frigus ſenſibile in inſtrumentis genitalium. Q. ſi fuerit propter frigus erit multitudo ſpermatis apud coitum indigeſti fluidi non coagulati per ſe neque coagulatur in aqua frigida cum in ea ſpargitur, & eſt in ſubſtantia ſubtile & difficilis exitus, & paulatim cum continuatione partis poſt partem hora coitus. Quòd ſi cū frigiditate ſiccitas copulabitur erit paucitas carnis in toto corpore, & ſanguinis, & ſpermatis, & difficultas exitus eius. Quòd ſi fuerit ꝓpter mordicationis ſpermatis paucitatē, & propter quietē, & ꝓpter coagulationē eius. eſt ꝙ egrediť plurimū ſpermatis hora coitus, & ꝙ exit congelatum eſt groſſum & pingue.

Signa ſi fuerit propter ſolitudinem, ſiue ſollicitudinem ad aliquam rem ſignum elongatio magna à coitu, & anguſtia habita de re præterita, & ſpes in qua eſt cogitatio de re habenda vel non habenda in futuro, & timor de re ipſa & caſtitas: & cum approximat ad mulierem ſi eſt primo erectus cadit erectio.

Signa ſi fuerit propter mollificationem cum exiccatione totius corporis ſignum debilitatis totius impotētia erectionis, & debilitas virgæ in hoc, & ſentitur ſtupor in ea. ꝙ ſi fuerit propter paruitatem inflationis, tunc erit paruitas erectionis, & priuatio ventoſitatis cum incolumitate aliorum membrorum, vt ſupra.

Signa ſi fuerit ꝓpter frigus in neruis virgæ, tunc ſperma eſt abundans ſubtile, & facile egrediens, & deſiderium eſt ſatis firmum, ſed erectio eſt in ſeipſa debilis valde, & vrina eſt multū indicatiua in hac paſsione, qa in cauſa frigida vrina eſt diſcolorata, & hmōi, & in calida colorata.

Signa ſi cōtinget ex maleficio facto ſcietur illud per excluſionem omnium aliorum ſignorum, quod erit difficile comprehendere. quid de maleficio dicendum pro nunc taceo, multa audiui, & pauca vidi.

P R O G N O S T I C A pingues alijs paribus nō ſunt ita potentes in coitu ſicut extenuati, & citius deficiūt, pueri enim, & decrepiti, ebrij, & crapuloſi, & qui habent virgam nimis longam, & qui vtuntur nimio coitu nō generant aut raro, aut fœda eorum generatio. Coitus in publico ſterilizat viros honeſtos præcipue quando ſit ſine verecundia. Et nota quòd illi in quorum natiuitate dominatur Saturnus magis delectātur in fœdo, & turpi actu q̄ in honeſto. & hoc expreſsit Haly. in centiloquio propoſitione. Sanguinei multum appetunt & multum poſſunt. Cholerici vero multum appetūt, ſed parum poſſunt ſunt reſpectu appetitus ſanguinei, melancholici parum appetunt, & parum poſſunt. Phlegmatici autem nō multum appetunt, ſed plus poſſunt. Quæ intelliguntur intereſt eſſe vera merito complexionum. nam ex alia cauſa poſſet cōtrarium contingere. & tu conſidera illam.

C V R A. Canones vel curā hāc ſollicite, atq; attēte in te aſſume cum videať eſſe ſicut naturę debitor, in hoc etiā

quia ſpero maximum honorē non paruū lucrum tibi eſſe allaturam. Quā in quinq; canonibus comprehendo. Primus eſt membrorū ſuperiorum à quibus virtutes procedunt, & ſpūs rectificatio, & cōfortatio. Scd's eſt viarum trāſitus pręparatio. Tertius genitalium membrorum ut eſt uirga, teſtes, uaſa ſeminaria, & alia iuuatiua membra, alteratio, & ad actū coitus diſponendo fortificatio. Quartus adminiſtratio eorum quæ ſanguinē, ſpiritū groſſum, ventoſitatem, & ſperma generant. omnis enim virtus extenſa indiget materia prima. & hunc canonem ſic ꝓpoſui ex cauſa qm̄ eius cōplementum erit prolixū valde. Quintus, cauſis exteriores & interiores excitat ad coitum, & ꝓuocantē procurat, & hi duo quaſi connexe incedunt.

Primus cōpletur diuerſis medicinis attenta diuerſitate cauſarum & membrorū. nā ſi cauſa fuerit frigida & maxime in principalibus, quod eſt ſm plurimū adminiſtra theriacam veterem, & mithridatum. Vnde Aui. nō eſt aliqd quod ſit ſicut mithridatum, qm̄ eſt fortius medicamen ad illud & in omni defectu ad coitū ꝓpter frigus in quocūq; membro ſit aut propter debilitatē. Et tu hic aduerte ne ex eius uſu vel theriace quis febrē incurreret. & ideo prudenter. Q. ſi patiens ex eis ſe caleſieri perciperet diminuat. Et ſi ꝓpter cerebrum da diamuſcum, & diambrā. Et ꝓpter hepar diacurcuma, & ſazeneā, & mithridatum etiam cauſa ſcilicet exiſtēte frigida. Si propter cor aromatica cordialia, vt ea quæ ꝓpter cerebrum. Si propter ſtomachū conforta principaliter eius digeſtiuā, & horum oīum curā habuiſti ad plenum ſuis Rubricis quæ enarrare iterū duxi ſuperuacuum. tu ad ea recurres. Q. ſi fortis fuerit caliditas hepatis, & ſtomachi vt prohibeat uentoſitatem generari infrigidabis. & æquabis cū frigidis inflatiuis, ſicut ſunt pira, citonia, mora, lac, faba, & ſimilia. de quibus infra ad plenum. ꝙ ſimiliter fuerit frigida, & propter eorū frigiditatem ꝓhibeatur generari ventoſitas calefacies cum alijs calidis inflatiuis, vt ſunt cicera, faſeoli, cum cinnamomo, potu vini ru. groſſi, balneis, unctionibus calidis, & emplaſtris. de quibus ſuis Rubricis, Q. ſi fuerit ex debilitate totius conforteſ cum cibis calidis & humidis reſtauratiuis, & potibus, reſumptiuis vnctionibus, balneis, emplaſtris, de quibus omnibus infra. & pro parte ſupra de ſpermate. vnde aſſata & in patellis præparata oua ſorbilia, lac, butyrum, pultes frumenti, panis de ſimila, napi, rapa, amygdalæ dulces, nux, medulla nucis indicæ, phiſtici, auellanæ, & quæ ſunt huiuſmodi conferunt in hoc caſu.

Secundus perficitur cum deoppilantibus neruos vt in de paralyſi, & arterias vt de ſyncopi, & venas vt de hepate ad quæ loca pro remedijs recurre.

Pro tertio dicendum ꝙ ſi cauſa in virga fuerit qa mollificata, tunc cura cum eis quæ dicta ſunt de cura paralyſis, & mollificationis virgæ, & ueſicæ. ſi vero in teſtibus, & vaſis ſpermatis cura cum eis quæ diſcraſiam remouēt, & cōplexionem æquent, quæ ſuis recurre Rubricis. Q. ſi vitio nimio caliditatis infrigida, ſi frigiditatis calefacias. Similiter ſi ex ſiccitate, aut humiditate idem contingit da humectantia, vt lac, oua ſorbilia, adminiſtra balnea, vnctiones, & emplaſtra, potus, electuaria, et hmōi. ex quibus cōponi habeant dicetur in fine ſimiliter. Si ex vitio renū, habuiſti curā, ꝙ ſi fuerit materia peccans in cauſa digeras euacues in primis. deinde alterabis, & ad alia localia remedia te transferas & hunc canonem bene cōſiderabis in primis, quoniam eſt ex vniuerſalibus, & quaſi præſuppoſitus, & ſcitus ex narratione eius in q̄plurimis rubricis. & ideo ad eum diligenter aduerte. Item ſi opus eſſet phlebotomia fac ipſam. nam ſic ſcripſi, non vt te doctiorem, ſed vt te admonitum ſemper reddam.

Pro quarto. da ſanguinē ſpūm groſſum ſperma, & ventoſitatē multiplicantia q̄ ad erectionē virgæ faciāt, & coitui uirtutē prębeāt, & horū q̄dam ſunt cibus & potus, q̄dā ſunt cibus & medicina, quædā à ꝓprietate ipſum coitum iuuant, & de his ponemus exēpla, & copioſe. Et fortaſſe in fine capituli aliqd addā. Cibus enim debet eſſe humidus in quo reperitur humiditas extranea apta in ventoſitatem groſſam cōuerti. non aptā tñ conſumi, & finiri. In prima aut ſcd'a digeſtione ut ſupra cuiuſmodi ſunt panis, de flore frumenti cum granis ſiſami factus. Ex carnibus volatiliū, caro gallinarum, gallorū iuuenum & pinguium, anatū, & paſſerum, pullorum, pipionum, ſiue columborum iuuenū & pinguium, & cætera ipſorū, & laudatur hic lingua anſeris comeſta vel in potu data, perdix, turtur, quala. & ex quadrupedibus carnes ouium, vitulorū, porcorum in domo nutritorum, medullæ ſialium, & ſint elixæ aut aſſatæ, non frixæ. frixura enim minuit de nutrimento earū. Auic. & ſupra de ſpermate. Et ex aquaticis carnes piſcium paruorū, & cancri fluuiales exiccati. Et ex lacticinijs, lac humanum, & ꝓprie ouinum, & camellarum, butyrum. Et ex ouis. oua gallinarum, anſerum, anatū, columborū, & piſciū &c. Ex herbis. caulis, baucia, borago, bugloſſa, mentha, eruca comeſta multa, & ſemen eius. & de proprietate eius facit ad virgæ erectionē. Et ex granis eſt frumētum coctum, riſum cum lacte amygdalarum, uel ouis, cicera, faba, faſeoli, piſa. Et ex fructibus. vuæ recentes dulces, pira, citonia. Et ex nucleis, pineæ, phiſtici, amygdalę dulces, auellanæ, nuces, & nucleum nucis indicæ, & nuces recentes. Et ex ſtipitibus. ſparagi, præputia vitis albę. Et ex radicibus. ſecacul, napi, cepæ albæ, porrum, allium coctum, tubera, radices iringorum, rapa. Et ex potibus eſt vinum nigrum, ſpiſſum, dulce, nouum vel medij temporis, & odoriferum, aqua ſit ferrea non ſola. nam ipſa ſic frigida eſt res nocibilis valde vt ſupra. Q. ſi affuerit frigiditas extremitatū calefacias cum zinzibere. cinnamomo, & huiuſmodi. Q. ſi caliditas da infrigidātia. vt ſunt lac acetoſum, melones, citrulli, cucurbita, ſpinachia, lactuca, portulaca, albumina ouorum. Et ex medicinis. quædam ſunt ſimplices. quædam compoſitæ. Et ex ſimplicibus, quædam calidæ, quædam frigidæ, quædam temperatæ. Et ex eis quædam ſunt ſemina, quædam fructus, quædā radices, quædā gummi. Quædā ſunt ex animalibus ſumpta, quædam ex mineralibus, quædam ex proprietate. Exemplum primi, vt ſemen napi, vrticæ, ſemen artericæ, ſemen menthaſtri, ſperagorum, raphani, apij, petroſ. lupini, ſemen cordumeni, piperis lōgi, macropiperis. Exemplum ſecundi. vt grana viridia, grana been, & oleum eius. Exemplum tertij. vt zedoaria, coſtus dulcis, teſticulus uulpis qui eſt fortis in erectione & coitu, zinziber, galanga, pyrethrum, aſſarum, hermodactyli, napi. Exemplum quarti, dragacantum, aſſa, & ipſa fortiter inflat, & coitum incitat, & proprie infrigidatis cum ex ea bibitur. ℥. j. cum vino.

Exemplum de frigidis. ſemen lactucæ, portulucæ, melonis, caulis, apud illos qui caulē frigidum faciunt. Ex temperatis. ſunt fœnugræcum, ſiſamum, dactylus, ſcd'm quoſdam. Ex animalibus ſunt hæc. vermis multorum pediū, ſtellio, lacerta, ſtincus, & proprie extremitas caudæ eius, & ſumē, & renes ipſius. Et ſal lacerti hoc modo factus. ſumatur lacertus in diebus æſtatis decoletur, & mundentur viſcera eius & impleat ſale, & ſuſpēdatur in vmbra donec exiccetur. cum ergo feceris illud, tunc accipe ſalē & proijce corpus eius, de quo ſale ſufficiat tibi modicum minus q̄ ſerici. Ex mineralibus ſunt quæ confortant cor, ut hyacintus. Quædā cerebrum vt lapis qui inuenitur in capite animalis, vt ſerapienſis, galli, piſtis, & hmōi. Quędā hepar vt lapis. Quædam curſu proprietatis, vt ſumatur veretrū tauri, & exiccetur, & puluerizetur, & proijciatur modicū ſuper oua ſorbilia, & ſorbeantur. Et iterum res mirabilis eſt coagulum camelli, de quo. nihil. quia nō habemus non vlterius ꝓcedo. volo vt hæc exempla ſufficiant pro nunc. Nam ſtatim vltra hæc enarrabo ſimplicia aliqua, & tandem compoſita huic noſtro canoni deſeruentia. patete itaq; vſq; ad locum.

Frixur nutrim tum m nuit.

Sal lacertorū vt ꝑpatet.

Pro

Pro quinto audiant fabulæ, cantus, & ſimilia q̃ ad amorem trahunt, & ad aſpectus dominarũ pulcherrimarũ, imaginatio ad coitum, & ꝓlongetur donec cõfortetur. deinde poſt multa quæ taceo quaſi omnibus nota ꝓcedat ad coitum cum placida, docta, & delectabili, quæ non ſit menſtruata, & fœtu. Coitus enim cum virgine multum debilitat. & ideo non fiat experimentũ in primis cũ tali, & prius inungantur calefacti cum his quæ dicentur, & non multiplicent coitum, qm̃ talis multiplicatio abſcinderet eum.

Coitus cũ virgine multũ debilitat.

Et redeundo ad cõplementum quarti addo ex ſimplicibus & cõpoſita vt te copioſum facerẽ cum generationi in eius intentus ſim. Acorus, allium coctũ cum coriandro & vino, aniſum, aromaticum nardinum Meſ. prima antidotarij, bulbus, cappares, clyſter decoctionis capitis capræ, vel carthamus, carui, teſtes. confectio ſatyrion Meſ. Nico. Crocus, Diambra, Auic. prima quinti. Diacameron Nic. electuarium Gal. Meſ. prima antidotarij. electuarium eleſcoph Meſ. tertia antidotarij, enula, faſiani ſtercus manducatũ vel potatum. Galanga, fruſtum in ore retentum, gallis muſcata, gallorum teſticuli cũ vino ſumpti, garyophylli, maluæ ſemen, meliſſa, nigella, oleum pinearum. oſſa calcanei vrſi cõbuſta potata, paſtinaca, perſica, raphanus, ſtinci, pedes, & roſtrũ, teſticuli vitulorũ, teſtudo, quia puluis groſſæ corticis eius, triphera magna Auic. triphera ſaracenica. triphera Gal. Et nota ꝙ tua eſt moderare hæc. & quæ dicentur ſm̃ diuerſitatem cauſarum, qm̃ non quodlibet valet in qualibet cauſa vt patet. Et in ſumma utat̃ bonis carnibus, bonis electuarijs, bonis aromatibus, bono uino dulci, ſomno multo, coitu ipſo raro utatur, & poſt ipſum dormiat. piſcibus & alijs ad erectionẽ facientibus in cibarijs. & loco cibarij vt ſunt faſeoli, cicera, piſa, & hmõi. Et hic ſubſcribam regimen ſatis domeſticum & diuerſum ſcd'm diuerſitatem cauſarum. Cum deficit ſperma in ſubſtantia vtere multiplicantibus. de quibus ſupra ſua rubrica. Ex cibis pinguibus, & ex rapis coctis in igne, & ſunt valde bonæ. Et ex teſticulis animalium qui ſunt valde boni. Et caſtaneæ roſtæ ſunt valde bonæ cum vino dulci ſpiſſo. Oua ſorbilia valde bona. Item. ℞. lactis vaccini vel ouini. ʒ. ij. vini granatorum dulciũ. ℥. ij. coquantur ad ſpiſſitudinem & ſumat̃ de eo omni die. ℥. iij. vſ.ꝗ ad quatuor ieiuno ſtomacho. deinde comedat piſces recentes cum cepis, & ſint cõditi cum bonis aromatibus. deinde par. j. vel duas horas vadat dormitũ. Cum autẽ eſt à frigiditate ſumat bis vel ter in die de diatriompipereon. & propter illud bibat de vino dulci modico lymphato. Item zinzib. cõdito, diagalanga, cucube, & hmõi. Q. ſi fuerit ſiccitas utatur humectantibus, vt carnibus pinguibus cum cæteris dictis.

Q. ſi accidat ꝓpter paucitatem mordicationis ſpermatis, tunc nutrimentum totum ad calidum declinet electuarijs, vnctionibus, cibi & potus. Q. ſi fuerit ex mollificatione virgæ vtere nutrimento calido. ex dictis ex cibarijs, electuarijs, & hmõi emplaſtris, vnctionibus, fricatę loco teſtiũ ſæpe, ſtet mulier apud eum. Tu me intelligas multũ ad hoc facit. Q. ſi fuerit ꝓpter paucitatẽ inflationis comedat faſeolos, fabã, caſtaneas, cum vino dulci, nuces recẽtes, & hmõi, quę uentoſitatẽ multiplicãt, napones coctos, rapã, & hmõi ſupta. Itẽ piſcas aſſatos, & non aſſatos cũ pipere longo, cardamomo. Potus ſit vinum dulce turbidũ nouũ cũ modica aqua lymphatũ: Vnctiones, emplaſtra, electuaria. Q. ſi fuerit propter frigus in vijs virgæ cum oleo de ſpica in quo diſſoluat̃ caſtoreum, & anacardus, & vtatur electuarijs calidis cibis, vt ſunt carnes aſſatæ dictæ conditæ cum cinnamomo, pipere, & rob. & cibarijs vtat̃ ventoſis, & vinum bibat acutũ, & potius lymphatum notabiliter. Vtatur ſtuffa ſicca in qua fiant fricationes virgę cum oleo de euphorbio mixtis cum anacardo, pipere, coſto. Iam ex multis ſic dictis habetur modus ſubueniẽdi ex parte regiminis huic diſpoſitioni. & volo hæc tibi ſuffi cere, cum aliqua cõpoſita hic addidero. deinde aliqualiter loquar de remedijs fiendis contra faſcinationes, & machinamenta malarum mulierum, aut virorum, qui naturam & Deum deſpicientes a diabolo ſeruiunt. Cibarium conueniens ne dum diminutis in coitu. ſed ſenibus & decrepitis & in eis excitat voluntatem ad coitum. Recipiatur piſces parui recentes petroſi, vt ſunt apud nos marſoni, aſſentur in oleo cõmuni & comedantur cum re iſta. ℞. galangæ, piperis, cinnamomi, zinziberis, nucis, croci, ſtincorum non corruptorum ſed ſanorum. ana. ʒ. ij. pinearum mundatarum, phiſticorum, auella. dactylis, vuarũ paſſularum. ℥. j. piſtent̃ omnia ſimul piſtatione perfecta & cõficiantur cum rob vini, & comedat̃ immediate poſt illorũ comeſtionẽ. Ad idẽ decoquantur caſtaneæ à corticibus ſuis omnibus mundæ cum carnibus arietis, vel gallinarũ, vel paſſerum vltima coctione: poſtea accipiantur, & coquantur iterum cum lacte ouino etiam vaccino, & cõdiant̃ cum bonis ſpeciebus & comedant̃, poſt poſſunt ſeparatim comedi, & ſimul hæc duo ſcripta honorabilius ea ſucceſſione: & tu tuo modo adminiſtra. Ad idẽ fiant iuſcula ex iure capitis pullorum, columborum, cum vitellis ouorum, & modico farinæ frumẽti, cum butyro, vel oleo amygdalarum dulciũ, vel ſiſami deſpumati. ana. lib. j. muſci, ambrę. ana. ℈. j. olei muſtellini. ℥. ij. decoquant̃ ad ſpiſſitudinem. de quo accipiat quolibet ſero ad quantitatem coclearia, & ſuperbibat vinum calidum, ſunt qui addunt ſemen erucæ agreſtis, caudarũ ſtinchi, ſatyrion. ana. piperis longi, phyſticorũ mundatorum vt libet. zinzib. galangæ, been al. & rub. ana. dactylorum pinearum purgatarũ. ana. cõpone & doſa vt decebit. alia electuaria ab authoribus poſita nominata iam ſunt. Cõſidera medicamen diuinius reuelatum. Gordonio. ℞. vitella ouorũ, butyri recentis, priapi tauri, cicerum, galangę, ſatyrionis, zedoarię, zinzib. mẽthæ, teſticulorũ gallorum, & vulpis. ana. par. j. cerebrorum columbarũ, & paſſerum bene coctorũ & aſſatorũ. ana. par. vj. medullæ nucis ind cæ, pinearũ mundatarum, phiſticorũ, amygdalarum dulcium, iuiubarum, ſeminum maluæ, mercurialis, auellanarum excorticatarũ, dactylorum. ana. par. iij. piperis longi, linguæ auis, cinnamomi. ana par. ſ. iſta oĩa decoquant̃ in lacte ouino, & poſtea fortiter cõterantur, & addantur caudæ, ſtincorũ, par. ſ. totum conficiat̃ cum melle ro. & pane de zucchαro, & lento igne condiant̃. Et ſubdit nolo reuelare niſi filijs vena imponit̃ tanto naturã ſapit theriacæ, credo ꝙ optimũ cum componentia ſint ſingularia & bona, & ex ipſis nõ niſi bonus debet effectus cõſequi. Sed ex his ego cõficere teci artocleã ſingularem & delectabilem & bonã. & tu cõſidera. Puluis ſtinci acceptus ex eo. vt ſupra cum melle datus. Abrotanum ſuppoſitum puluinari incitat, & bibitum reſiſtit. conſidera opus medicinæ. In tertio nodo ſpinæ ſtinci eſt quidam lapis quem ſi homo biberit à venere continere non poterit. Fel apri, uel verris linitum ſupra uirgam venerẽ ilico præſtat potenter. Valent cepæ coctæ ſuper renes & pectinẽ poſitæ, & pro tunc ipſa cum oleo comedantur valet diamargariton. Et pro dantibus electuarium expertum. ℞. caudæ, ſtinci. ℥. j. ſ. ſeminis napi, ſeminis baucie, ſeminis cepæ albæ, alchanoæ, erucæ. ana. ʒ. ij. piperis trium gummi. ana. ʒ. j. ſ. cepæ, muris aſſati. ʒ. j. pinearum coucleatarum. ℥. ſ. ʒ. j. pyretri. ʒ. j. linguæ auis. ʒ. j. ſ. cerebrorum paſſerum maſculorũ. ʒ. j. teſticulorum galli. ʒ. ij. confice cũ tertia parte butyri vaccini, & duabus partibus mellis, doſis eius ſit. ʒ. ſ. cũ uino dulci poſt cibum.

Abrotani mira uis.

Pilulæ ad libidinem ꝓbatæ. ℞. ſeminis ceparum albarum, teſticulorum uulpis, cerebellorum paſſerum, florum palmæ, thuris albi, erucæ. ana. confice cum aqua, & de eis aſſumantur quinq; uſque ad. viij. de ſero, & deſuper bibat vinum dulce ſiue claretum. Quoniam facta eſt magna mentio de ſtinco ad hunc caſum ſcito quod plures ſtrenui medici arbitrati ſunt ipſum quãtum ad caput eius & eius caudę extremitatem eſſe venenoſum, & ideo auferunt ca-

put & extremitatẽ caudæ, & dant partẽ mediã ad quantitatem piſciculi. hæc opinio eſt tutior quã non reprobo. ſed dari debet ſecure de ſumine eius, q̃m illa pars eſt electior.

In caſu noſtro etiã ad intra adminiſtrant̃ ſuppoſitoria. vnde p̃cipue laudat̃ ſuppoſitoriũ ex ſatyrione in ano retentum. Itẽ ſuppoſitorium ex adipe anatis, & gruis cocti, & piretri in oleo de nuce indica. Aui. Itẽ ſuppoſitoriũ ex pluribus rebus cõferentium cum pice. & tu cõpone aut cum melle. Clyſteria fiant cum iure capitis capræ, vel ouis, pulloꝝ columborum, vitellis ouorum, teſticulis arietum, & ſunt optimi in clyſteri, butyro, oleo de ſiſamo, de auellanis, de nuce indica, lacte ouino, & in eis ponant̃ ſicut ſemina erucæ, baucie, coſtoreum. Itẽ fiat decoctio dactylorum, fœnugræci. & hmõi cum carnibus dictis, & pinguedinibus cõuenientibus oleis noĩatis, & dormiat ſemp̃ ſuper tale clyſter, & tu cõpone. Ad extra adminiſtrãtur vnctiones ſiue linimenta. & ꝓpria ſunt oleũ de granis coti, & eſt mirabile. Aui. oleum de nuce indica, oleũ ſambucinum. Itẽ cum oleo ſambucino, & oleo de ſtorace miſceã aſſa, piretrum, cyperus, adeps leonis, q̃a eſt uehemẽtis virtutis in hoc, & inungat̃ virga pecten, peritoneon, & renes.

Ad idem. ℞. ceræ albæ. ℥. ſ. ſatyriorum. ℥. j. ſeminũ ſynapis, ſeminis cepæ, apij. ana. ʒ. ij. muſci, ambræ. ℈. j. confice cum oleo de cyperis. Itẽ ad hoc valet vnguentũ aragon, marciaton, oleum laurinũ, muſtellinum, hæc omnia cum muſco. Itẽ oua formicarum bulliant in oleo in vaſe vitreo deinde apponat̃ puluis ex ſemine cepæ, erucæ, euphorbij, caſtorei, & addatur cera, & eſt præcipuum. Itẽ inunctio ex pinguedine renum vulpis. Item liquefiat butyrũ, pinguedo vulpis & impone æquali põdere de ſemine erucæ, vrticæ, portulacæ, & imponantur teſticuli vulpis, & bulliant omnia ad conſumptionem teſtium, & cum pauco ceræ fac unguentum. Fiant fricationes circa pudibũda, mulier decora deſideretur, taceo in turpem eadem ſermonem. & tu ſcito omnia comprehendis.

ACCEDO ad ea q̃bus obuiat̃ maleficijs malorũ viroꝝ, & malarũ mulierum, & te vt potero copioſum reddam. Lapis magnes ſuper ſe portatus tollit. Idem cor vulturis, pica aſſata & comeſta. Itẽ herba quæ creuit per mediũ lapidis perforati bibita aut comeſta. ſed ipſam prius cõſideres in montibus multas, & utiles ex dictis inuenies. In canna vacua ponatur argentum viuũ, & ſupponat̃ ceruici tali maleficiati ſoluit. Squilla integra ſuſpenſa in limine domus. Idem operat̃ arthemiſia. Itẽ radix bryoniæ ſup̃ ſe portata. Item cor cornicis maſculi ſuper ſe portatum, & vxor portet cor feminæ, tunc bene coeunt. Si in luna noua decollaueris vpupam, & cor eius ſuper te portaueris.

Hæc pauca quæ ſciui tibi aperui. ſed ſcito q̃ ſi quis vult facere panem oportet q̃ farinã habeat. & ideo ſtude in præmis ad augmentandum ſpermatis materiam, & ad remouendam diſcraſiam membrorum ſcd'm canones poſitos. Quidam cum artificio iuuant ligantes faſciam circa corpus mulieris, & fortiter vt inferiora dilatent. deinde ſupponunt puluinar, & ſtet capite depreſſo, & cruribus, & ano eleuatis & faciunt mulierẽ illuc membrum capere, & introitum ei dare verecundum dictum, opere autẽ vtile. ſed in virginibus difficile. Et ſic hæc ſufficiant.

*De his qui in fine coitus ilico egerũt.* Rub. XXXIII.

TVrpis eſt hæc diſpoſitio. Cuius cauſa eſt innata debilitas lacertoꝝ claudentium anum. vnde & ſi ſint potentes tenere anum conſtrictũ vſq; ad horã coitus non ſunt poſt coitum potentes ea coitu ipſis debilitatis reſolutione ſpirituum in coitu facta.

CVRA in hoc caſu oportet vt ante coitũ egerat, aut conet̃ egerere etiã adhibito remedio ex ſuppoſitorio. Item hora coitus teneat in ano ſuppoſitorium cõſtrictiuum ex thure, achacia, balauſtijs, bolo arm. gũmi ara. & hmõi cõſtrictiuis cum melle ro. cõfectis. Et hora qua nõ coit inungat anum cũ oleo de myrto, de ſpica, & maſtice, & ſic de alijs virtutem retentiuam adiuuantibus. Vtatur athanaſia vino ſtyptico negroſſyru. de agreſta, de citonijs, de myrto, & ſimilibus ſtypticis, pro quorum copia quære ſupra de dyſenteria, & de teneſmo, & ibi. Sed hoc aduerte diligenter ne volens vni rei prouidere alteri grande facias nocumentum, & ideo tua vtere prudentia. nam etiam nimium frigida nocerẽt amplius debilitando, & ideo cõmiſce ex calidis vt agni caſti ſemen, oleum de ſauina, oleum nardinum, oleum de cupreſſo, aut nardinum ipſum, aut cupreſſum cum oleis alijs. itaq; tempera.

*De hermaphrodita.* *Rubrica.* XXXIIII.

SEcundum plurimũ hi habent vnum membrum altero debilius, & per illud quod eſt fortius egreditur ab eis ſperma, & tunc operantur actum maſculi aut fœminæ magis. Dicit Aui. ad eum perueniſſe qui vtrũq; actũ perficiebat. ſed inquit parum verificat̃. De his autẽ quid dicam neſcio niſi q̃ curari poſſunt per inciſionem occultioris, & debilioris, quæ inciſio curabitur cura vulneris. Et hæc tibi cum gratia Ieſu ſufficiant de iſto capitulo.

DVBIA.

CIrca capitulum dubia. Sed primo notandum q̃ licet dictum ſit ventoſitatem à corde uenire q̃ illud intelligi habet effectiue, & non materialiter, materia enim vẽtoſitatis ad virgã erigendã veniens eſt vapor, & humor diſſolutus à ſpiritu cordis in vijs inuentus.

DVBITATVR vtrũ deſideriũ coitus ſit à corde, videt̃ q̃ ſic. cũ delectatio, & coitus ſint paſsiones cordis. Itẽ à cerebro quia deſiderium coitus eſt in virtute imaginatiua. Itẽ ab hepate. vnde Aui. Et deſiderium eſt ab hepate. Dicendum q̃ duplex eſt deſiderium. aĩale quod eſt cõcupiſcentia, & tale initiatiue eſt à corde, & completiue à cerebro. Aliud eſt naturale ex repletione ſpermatis quã repletionem natura tentat euacuare, & ad ſua loca ſibi naturaliter deputata mittere, & eſt ex hepate. conſidera.

Deſiderium coitus duplex.

Itẽ nota q̃ retentio ſpermatis in muliere ſeuiora inducit accidẽtia, vt ſuffocationẽ, & hmõi. in viris autẽ non. reſoluit̃ enim materia illa, quia virtus in viris fert̃ apta magis reſoluere. Itẽ ſunt exercitio fortiori expoſiti. mulier enim quieta eſt, eſt enim domus cuſtodia. vt dicit Gal. in de cõplexionibus. & multarũ ſuperfluitatũ reſpectu virorũ. & ideo ſpermatica materia ſuperaddita corrũpit̃, & q̃nq; in naturã veneoi tranſit. Itẽ deterior eſt corruptio ſpermatis q̃ menſtrui, dato q̃ ſperma ſit ſuperfluitas vtilis & temperata, & menſtruum non. nã quãto res erit temperatior tanto deterior eſt eius corruptio, vt in ſtercoribus humanis eſt videre reſpectu ſtercoris aliorum animaliũ. & cadauer hominis reſpectu alterius cadaueris. Nota q̃ ſola mulier poſt conceptionẽ coitum appetit, & alia animalia abhorrent eum, cauſa eſt duplex. Prima quia propter naturã, & non ꝓpter delectationẽ coeunt alia animalia, cum ergo naturæ ſatisfactũ eſt non curant, attento q̃ delectatio ea non mouet. Scd'a quia priuantur menſtruis. mẽſtrua enim mulierem calefaciunt, & incitãt ad coitum. ſanguis ſuperfluus in alijs animalibus in coroua pilos, & ungues, & hmõi cõuertitur. Sperma eſt temperatum & occurrẽs membris diſtemperatis delectationem cauſat. conſidera.

Mulier domus cuſtodia.

Mulierea cur tm̃ poſt fœtũ appetant.

DE GOMORRÆA nota q̃ licet dictũ ſit frigida vel acuta cõpetere q̃ talia nõ debent frequentari ſed interpollari, qui canon deſinit in pluribus diſpoſitionibus. & ſi quærat̃ cuius membri paſsio eſt. dicendum primo q̃ eſt per ſe paſsio contentiuæ. Scd'o per accidens expulſiuæ. Tertio q̃ radicaliter ſiue eſſentialiter eſt paſsio vaſorum ſeminarium, & teſticuloꝝ. vt voluit Aui. Gal. Serap. &c. Quarto q̃ eſt virgæ paſsio ſecundum apparentiam.

DE POLLVTIONE nota q̃ ſupfluitates primæ, & ſecũdæ digeſtionis magis vigent in vigilijs. tertię magis in ſomno, q̃a potiſsime circa eas viget digeſtiua, &

ideo

ideo ſuperflua extramittunt, vt patet in ſudore. & ideo pollutio magis in nocte. cõſidera cãm. Quatuor aſsignantur cauſę, quia in adoleſcentia plures & magis æquabiles ſint humiditates puerorum, & in utroq; calor ſit æqualis. Prima, quia meatus ſunt latiores. Scd'a, quia calor factus eſt acutior magis mouẽs. Tertia, quia imaginatio ad coitum ad dominas & hmõi maior eſt in adoleſcente. Quarta multitudo mali regiminis in hac ætate q̃ in alia.

DE VIRGA nota de apãtibus virgæ q̃ dato q̃ virga ſit in loco emunctorio membri principalis, nihilominus cõpetunt repercuſsiua. & canon debet intelligi de mẽbro principali faciẽte ad eſſe indiuidui. Item nota q̃ apã in teſticulis vel partibus illis per viã congeſtionis ſm plurimũ eſt à materia melãcholica genitũ aut per utã deriuationis ſm plurimũ à materia eſt calida q̃ materię calidę ſunt illę q̃ cito fluunt. Itẽ quia ad ipſos terminaẽ, & venit multa caliditas ex venis, & arterijs ad ipſos terminatur in finẽ generationis. Item quia ſit in eis reflexio caloris ſuper ſeto, quæ quidem caliditas trahit humores calidos magis ꝓpter habilitatẽ motus ipſarum maiorẽ, ac propter ſimilitudinem in vulneribus teſticulorum competunt frigida ſtyptica, maxime quãdo cõcatur caliditas magis. q̃ licet ſint teſticuli remoti à corde, tamen eorũ apãta à febre non abſoluuntur propter cõnatem magnam eorum ad cor, & conſimiliter apoſtemata virgæ etiam propter magnam membri ſenſibilitatem, & tu conſidera.

DVBIVM Verũ coitus iuuamẽtũ aliquod pſtet in ægritudinibus melãcholicis, aut phlegmaticis, cũ hoc ſentire videaẽ Aui. Dicendũ primo q̃ per accidẽs põt præſtare iuuamentũ, vt qa per ipm euacuenẽ ſuperfluitates, & mouenẽ ad inferiora, quas ſequunẽ uapores melancholici, & ſic diuertunẽ. ſed hic coitus nõ debet fieri niſi cõſtante virtute, & cęteris. Itẽ in paſsione dicta illici. de qua ſupra põt cõpetere, & cõpetit, pro quãto remouet cãm ęgritudinis, qm̃ talis ęgritudo eſt ꝓpter amorẽ ad coitũ. Sc'da cõcluſio. q̃ licet in paſsionibus cerebralibus pſtet per accidens iuuamentum, tñ de per ſe in illis & de alijs vt ſunt lepra, facit nocumentũ pro quãto augmẽtum facit in cauſa in exiccando, & infrigidando. Tertia cõcluſio. q̃ ſtante virtute forti quod ſemper ſupponẽdum eſt corporibus paratis cadere in ægritudines phlegmaticas ex earum multitudine poteſt cõferre coitus tẽperatus, & nõ ſuperfluus. patet, quia per ipſum poterunt tales ſuperfluitates euacuari.

Quarta concluſio q̃ idem facere poterit in corporibus actu, & leuiter ægrotãtibus ægritudine phlegmatica cum diſpoſitione cadendi in maiorẽ lapſum. Et ſic hæc ſatis.

APHORISMI.

Ex. v. Sectione. lxiij. Aphor.

Similiter autẽ, & in maribus, aut enim ꝓpter corporis raritatẽ ſpũs extra fertur, ut ſemen non trãſmittaẽ ad os, uel propter ſpiſsitudinẽ humor non exit foras, vel propter frigiditatẽ non concaleſcit, ita vt ad hunc colligatur locum, vel propter caliditatem hoc idem accidit.

Ex. vj. Sect. xix. Aphor.

Cum diſciſſum fuerit os. aut cartilago, uel neruus, [a] aut genę ꝑticula tenuis, uel ꝑputiũ, neq; augeẽ, neq; coaleſcit.

[a] τὰ γνάθου ἄκρωτόν .i. ſumma aut buccę tenuis particula, etenim γνάθος græcis, nobis bucca nuncupatur. ſub genis uel pe. locum utriuſq; oris, quod ꝓpriè ipſũ tertio ſubſtat.

## De membris generationis in fœmellis continens Rubricas. xlij. Capitulum. XXI.

*De deſcriptione, anatomia, & cõplexione matricis, ac de eius colligantia cum reliquis membris.* Rubrica. I.

CReauit ſublimis ac miſericors Deus in muliere membra duo in ſpeciei humanæ cõtinuã generationẽ, & indiuiduorum ſuorum permanentiã, quorũ vnum eſt matrix ipſa quæ ad ipſius ſpeciei eſſe facit. Alterum eſt mamilla, & de diſpoſitionibus eius dictũ eſt ſupra. xj. capitulo. Reliquũ ergo aggrediẽdo videẽ tractare, ſcilicet de matrice, & de diſpoſitionibus eius, fœtu ipſo. adhuc de eius cõceptione, de quibus oĩbus ad plenũ, & diffuſe vt omnino dominabus ſuccurramus, quæ ſunt medicorũ tubæ. Anatomia. Matrix eſt membrum cõcauũ, neruoſum, pelliculoſum, ſpiſſum, ventoſum, in cõcauitate alchatim locatum, figuræ quadraogularis, ad rotunditatẽ quandã tendentis, figuratum ad quãtitatem veſicæ, excæcatum, collo eius palmi vnius, pãniculo ſubtili neruoſo ſuperficialiter velato, ſeptẽ ad intra cellulis diſtinctum, in cuius lateribus exterioribus teſticuli cornua, ac ſeminaria alligantur vaſa cum membris ſuperioribus quaſi omnibus, & interioribus colligantiam habens. Ex quibus apparet primo quæ ſit eius cõplexio cum ſit neruoſa. Subſtãtia ſecundo. Tertio locus. Quarto figura. Quinto quantitas. Sexto numerus partium. Septimo colligantia, quibus declaratis apparebit eius anatomia cõplete. Facta eſt cõcaua ad continentiam fœtus. Neruoſa autem vt ſit ſolida & fortis in eis. vnde ſcd'm Mundinum contexitur ex multis neruis qui à cerebro veniunt, & quidam ex motiuis, & ſenſitiuis motiuis à parte nuchæ dantibus motũ ei. & ideo in paſsionibus matricis frequẽter dolent poſteriorem partem capitis ſenſitiui ex parte anteriori, & ideo dolẽt mulieres in eo ſinciput, & circa ſupercilia. Sed hic audi Auicẽ. de anatomia eius inquit. Et cum dicitur matrix neruoſa nõ intelẽ per id quod eius creatio ſit ex neruis cerebri, immo q̃ creatio ſit ex ſubſtantia ſimili neruis alba priuata ſanguine viſcoſa extenſiua, & nõ veniunt ei ex cerebro niſi nerui pauci quibus ſentit. & ſi eſſet uehementius neruoſa, vehementer cõmunicaret cerebro. Ex quibus apparet manifeſta cõtradictio, & de his in dubijs. Dicitur pelliculoſum, quia panniculoſum vt poſsit dilatari ad fœtum continendum, & in eius dilatatione oportet vt ſubtilietur. vt patet. & ideo fuit creata ſpiſſa. habet enim duas pelliculas, vnam exteriorẽ quæ eſt magis neruoſa, & alligantur teſticuli duo. vnus à dextris, alter à ſiniſtris iuxta collum matricis & vaſa ſeminaria circumuoluta eis vt in viris, & cornua, de quibus infra. & alteram interiorẽ, quæ eſt venoſa magis, & iſta eſt aſpera, & rugoſa in ſuperficie ſicut lingua bouis, in quibus figunt ur rami venæ portæ, & orificia harum venarum nominanẽ foramina matricis quibus continuentur pãniculi embrionis. & ex ipſis cum ſanguine menſtruo nutritur embrio. & hæc foramina ſunt illa quæ à medicis corylidones appellãtur, licet aliqui dicant corylidones eſſe humiditates, quibus panniculi his orificijs alligantur, q̃ non videtur verum, conſiderata ſimilitudine eorũ ad corylidones arboris, & per venas has colligantiã habet. vt infra de colligantia ſtatim, vltra venas quietas habet arterias quibus continuatur cum corde. Et nota q̃ in collo matricis iuxta os ipm ſunt orificia venarum per quæ mẽſtrua expelluntur quibus ſuperfluitates corporis totius purganẽ non venientes ad eius concauum ne inficiat cõtinens. & contentũ. & his verbis ſuperficialr videẽ contradicere Aui. ſed bene cõſidera. Locata eſt in ea cõcauitate vt à ſpondilibus ibi exiſtentibus tueretur in parte poſteriori, & ei ſubſtenditur inteſtinum rectũ tanq̃ culcitra, anterius vero habet veſicã & ſpecialr quantũ ad collũ eius, quia in eius collo ſupereminet collũ veſicæ, ſed cõcauitas matricis eſt altior cõcauitate veſicę, & ipſa quidem occupat q̃ eſt inter propinquitatem vſq; ad poſtremum meatum vuluæ, & eſt directe in medio inter dextrũ & ſiniſtrũ, fuit taliter figurata, quia figura rotunda eſt capaciſsima minorẽ locum occupans alijs partibus. & ideo ex neceſsitate loci cõuenit ei rotunditas aliqua, & nõ perfecta, ſed ad quadrãgulare, vt inde melior fieret diſtinctio cellularum, de quibus ſtatim.

Mulieres medicorũ tubæ.

Quãtitas ſequiẽ quãtitatẽ corporis, quia minor in puellis. maior in adultis, vt de mamillis eſt uidere. creſcit deinde in uirginibus minor, & corruptis maior. Nã ſicut p exercitiũ coitus uirga magnificaẽ, ita et matrix maior adhuc

in ea quæ fœcundat quam in ſterili. maior in menſtruata quam in non menſtruata. & in ſumma maior eſt illa quæ eſt aialis plurium fœtuum, ut hoïs, porci, & hmõi. Habet collum ad inferiora tendentẽ cuius extremitas eſt vulua habens rugas ad modum ſanguiſugarum, & vt dicit Auic. rugã ſup rugam ut titillatio in ea cõtingat ex introitu uirgæ, & eius introitus eſt oppoſitus ori matricis extrinſeco ex quo deglutit ſperma, & in extremitate vuluæ ſunt duæ pelliculæ ſe eleuantes & deprimentes ſupra orificiũ, ut ꝓhibeant ingreſſum aeris & rerum extranearum in collo matricis vel veſicæ ſicut pellicula præputij, tenẽ ueretrum. & ideo ab Halyabate uocanẽ præputia matricis, & quidã velatũ ſuperficiaẽ pãniculo ſubtili hymen dicto qui in corruptione virginum frangiẽ, & ideo exit ſanguis, & ideo poetæ dicunt. hymenea clamãt uel uocant. hoc quidem collũ quãtitatis eſt palmi, aut iter ſex digitos vſq; ad undecim. Aut. alia litera vſq; ad nouem, & ex iſto ſcta quãta quãtitas debet eſſe cãna clyſterij in matricẽ imponendi. Diſtinguiẽ in ſeptem cõcauitates paruas quas cellulas vocant, quarũ tres ſunt in dextra, tres in ſiniſtra, & una in medio in quibus ſperma collectum coagulatur cũ ſanguine menſtruo, & ad intra uuluã in parte anteriori ſupra per duos uel tres digitos eſt foramẽ colli veſicæ, & ideo mulieris urinæ ſm plurimum ſunt turbidæ, quia lauant ſorditẽ quę in rugoſitate colli cõtinetur. Et nota quod licet habeat ſeptem cellulas, poteſt nihilominus plures quam decẽ & .xx. fœtus parere, de quo in dubijs. & per cornua intellige additamenta ad quæ perueniunt vaſa ſpermatica, & penetrant per ea, & per ipſa ſic expellitur ſperma in matricẽ, & ideo ab authoribus dicta ſunt expulſoria. Colligantiã vero habet cum cerebro per neruos, vt ſupra, cum hepate per venas ad ea uenientes ex ramis venæ portæ, cum mamillis etiam per uenas eaſdem aſcendentes à matrice ad eas. Item & ramos qui oriuntur à vena chyli aſcendentes, & qui oriuntur ſub furcula pectoris cum ſtomacho per neruos & uenã, cum pulmone per arterias, & per eaſdem cum corde, & ideo accidit ex malis uaporibus ab eo eleuatis ſyncopis, ſuffocatio apparẽs, ſtrangulationes, eructuationes & hmõi. & tu cõſidera. & ligatur matrix dorſo fortiter, & anchis mediantibus ligamẽtis fortibus, & neruis, & ambabus ſye. & hęc ligamẽta ſunt apud matricem groſſa, & ſicut protenduntur ad ſyam & ad anchã ſubtiliantur, & ſunt ſicut cornua matricis. alligaẽ ueſicæ per collũ eius. ut dictum eſt, & in inteſtino colon quare ex nocumento eius accidit qñq; dolor. & tu ex his ſcies reddere cauſam multorum accidentium mulieribus euenire conſuetorum, vt ſunt ſuffocatio ſtrangulatio, & hmõi. de quibus omnibus iam dictũ eſt, & dicetur infra ſuis rubricis, & hoc propter colligantiam quando membra illa compatiuntur, & tu conſidera, & clara eſt anatomia matricis.

Titillatio I coitu unde.

Præputia i matrice, q.

*De ſignis complexionis eius.* Rubrica. II.

ET quoniã vt dictum eſt intendo diffuſe ac clare de eius diſpoſitionibus & nocumẽtis tractare quæ melius aperientur ſignis cõplexionis eius ꝓmiſſis hinc prius ſigna cõplexionem eius demonſtrantia præponanẽ, licet de alijs membris hæc nõ fecerim tibi ex ſcd'o techni magis notis, qm̄ de cura eius ut dixi plus quam ſollicitus eſſe volo, etiam quia membrum eſt occultum valde propter verecundiã mulieres nõ ita eius nocumenta detegunt.

SIGNA quæ eius caliditatẽ ſignificant habitudo corporis, Paucitas menſtruorum, color eorum, vt cũ ſunt rubea, aut citrina, qui color cõprehenditur cum ipſa colliguntur ſupra petiam. deinde in vmbra exiccantur, & color niger cum fœtore putrido. quòd ſi erit ſine fœtore frigiditatem ſignificabit. Item piloſitas multa in pectine, coloratio vrinæ, velocitas pulſus, dolor in partibus hepatis, vulnera, aut vlcera in matrice uenientia, exiccatio labiorum mulierum.

Signa quę eius frigiditatem ſignificant albedo eorum nigredo abſq; fœtore, prolongatio mundificationis. Habitudo mulieris, paucitas menſtruorum, & ſubtilitas eorum, antecesſio coitus plurimi, regiminis frigidi, ſtupor in ſuperioribus matricis, paucitas pilorum in pectine, ſubtilitas eorum, paruitas tincturæ aquę, & corruptio coloris eius. Tenuitatem vero eorum ſignificat multitudo curſus humiditatis & aborſus fœtus cum magnifica, & hæc omnia ſatis clara habentur i ſto loco, & etiam inferius.

*De mala complexione matricis.* Rubrica. III.

MAla cõplexio matricis, aut eſt materialis aut immaterialis. Item aut eſt per eſſentiam, aut per cõmunitatem talis, aut ab hepate, renibus, aut à toto accipiens malam complexionem ab eis.

SIGNA demonſtratiua malæ cõplexionis matricis, quædam cõmunia, quædam propria. Exemplũ primorum, vt ſunt ſigna ſignificantia defectionem actionis ꝓprie vt ſicut ſterilitatis, & cõceptionis. vnde Senex noſter. Quæcũq; frigidos, & ſpiſſos vteros habent non cõcipiunt, & quęcunq; præhumidos uteros habent non cõcipiunt, extinguitur enim in eis genitura. Exemplũ ſecundorum. Primo de calidis inflãmatio percepta in partibus vuluę, & mẽbris adiacẽtibus, & cõicantibus illis pruritus punctio, deſiderĩũ, coitus forte valde, priapiſmus, & fortis attractio ſpermatis, & vlcera matricis, & paucitas menſtruorum, quia ipſa cõſumpſit aduſtio, & color ipſorũ vergens ad rubeum liuidum. aut declinant ad citrinũ, aut ad nigrum cum fœtore quæ colligi debẽt in petia, vt in præcedenti rubrica, & grauitas odoris eorum, & acutus, & anticipatio tẽporis eorum. tinctura urinæ, uelocitas pulſus, ſiccitas oris vuluæ. Adiuuant ad hæc cognoſcendum complexio habitudo regimen, & ſigna iam dicta in præcedenti rubrica. nam calida eſt apta facilius in lapſum calidum cadere. Signa frigiditatis ſunt his contraria. Et ſigna humiditatis tenuitas menſtruorum, curſus humiditatum, aborſus facilius. Et ſiccæ ſunt illis contraria, & tu conſidera canones.

CVRA in materiali oportet ordinare canones. Ex parte diætę. digeſtionis, euacuationis, alterationis, diuerſionis, Correctionis accidentiũ, ut dictum eſt de mala cõplexione renum, ueſicæ, & teſtium, Superfluitates eorum quãdoq; à toto, qñq; ab alio particulari membro ad ipſam mittuntur matricẽ, & pręcipue ab hepate. qñq; per paulatinã cõgeſtionẽ cõgreganẽ ob debilitatẽ matricis, & eſt ſm plurimum ꝓpter malam cõplexionẽ cauſatam, aut propterea debilis facta eſt, quia paſſa eſt longã ægritudinem, aut quia raræ texturæ exiſtit. Quod ſi immaterialis fuerit ſola ſufficiunt alterantia, de quibus ſtatim, & quia canones iam dictos pſicientia numerabunẽ plures infra, & ingenia multa ex parte miniſtratorum per os ſuperius, aut per inferius ex emplaſtris, ſuffumigijs, ſuppoſitorijs, & clyſterijs. hinc non protendo ſermonem in eis quoniã non videtur vtilis.

Hic tñ in caſu quo matrix ſit infrigidata non poſtponam peſſarium à Raſi multũ cõmendatum, etiam faciens ad impinguationem. ℞. caſtorei, ſtoracis, euphorbij, oppopanaci, carpobalſami, granorum been, coſti, bdellij, ſpicæ. ana. partes æquales reſoluanẽ cum vino, & fiat peſſarium noctibus plurimis, & ſumatur in potu omni die de diamarte. Deinde ſuffumigetur cum eis & approximet ſocio. Conuenientia matrici calida ſunt abrotanum, camedreos, camepitheos, caſtoreum, cyperus, diamartis, prima quinti. Laudanum, maiorana, mentha, myrrha, oleum de ruta, de piperibus, de lilio, de ſtorace, nardinum. oppopanacum, ſanſucus, ſerpillum, hyſſopus herba, hyſſopus humida, zedoaria, agnus caſtus, adeps anſeris, anatum, aſſa fœtida, calamentum, laurus, melliſſa, mercurialis, olibanũ, paſtinaca, roſmarinus, ireos, aniſum, arthemiſia, ariſtolochia, diambra Meſ. ebulus, electuarium de gemmis

πεσσοὺς Græci, Latinis peſſos, barbari aũt peſſarium uocãt. quãq; nonnulli hac voce pro virilibus ſic dictis eſſe admodum abutantur. naſcalia & lepidiſsime Græcos & Latinos peſſos appellantes.

gemmis cum ſpeciebus ſuis. Meſ. faſianus, gallina, melilotum, pæonia, ſaluia, ruta, triphera magna. Ni. Vnguentum alabaſtrũ Ni. hiera Gal. Ex frigidis portulaca, viol. ro. myrtus, cornu capræ, ſuffumigatum, lac equę, lentes, malua. Nec mireris ſi pauca frigida inueniuntur, quoniam raro matrix diſtemperatur ad calidum. Q. ſi iſta non ſufficerent tolle aromatica frigida, aut commiſce ex frigidis cum aromaticis calidis, & compone plus aut minus de eis addendo, vt tuæ videbitur neceſſitati opportunum. nam multa frigida alia inuenies infra in ſequentibus rubricis de apoſtematibus calidis eius, aut de deſcenſu eius. & tu ibi. Et ex maxime nocentibus ſunt acetum adeps ſalita vel vetuſtate acuta anſeris, & gallinæ.

## *De dolore matricis.* Rubrica. IIII.

Fiunt dolores matricis aut a mala cõplexione, aut ventoſitate extendente, aut aggregatione humiditatum in ea vt accidat ei ſic. & in inteſtinis de colica, aut ex apoſtemate, cancro, vlceribus. Et cõmunicant ei inguina, ilia, crura, dorſum, pecten, diaphragma, anus, caput, & proprie medium ſincipitis, et quandoque poſt ſpatiũ permutantur ad anchas, & uſque ad decem mẽſes, & confirmantur in eis. Et cura eius patet ex his quæ dicta ſunt de ſuis cauſis in proprijs rubricis. & dicentur. & tu ibi vt precor.

## *De mala compoſitione matricis & de eius oppilatione.* Rubrica. V.

Accidit quandoque matrici oppilatio quæ eſt aut in collo, aut in cõcauo eius, aut in orificijs uenarum mẽſtrualiũ, quæ non ſunt in concauo eius, aut in orificijs cotylidonũ, aut in meatibus vaſorũ ſpermatis. Et oppilatio in collo eius cõtingens, quandoque eſt in orificio exteriori cõcurrente vulua, aut in interiori concurrente ore matricis.

CAVSÆ. & cauſa primæ talis oppilationis, aut eſt ſoliditas panniculi qualis eſt in virginibus, aut res carnoſa ibi naturaliter procreata apparens vt virga aut apoſtema durũ, aut incarnatio vlceris facta ex inciſione hæmorrhoidarum, verrucarum vel claui, & ſecundum plurium cauſa eſt carnoſa. Et hic aduerte quod aliquando pellis fortioris venit ad cooperiendum ipſam uuluam faciens oppilationem ne aliquo modo ſit ingreſſus virgæ in eam. & ego cognoui iuuenem habẽtem ſic pellem cooperientẽ eam, & cũ qua iuuenes coire non poterant ipſa volente. & quidam chirurgicus & expertus nomine Nouellus hoc ſciens ei ſcindit pellem ante vuluam ſtantem, et magnam fecit aperturam, ita vt ingreſſi ſint plures quam centũ socij. Eius vero quę eſt ad intra cauſa eſt carnoſa vel pinguedo. Cauſa eius quæ eſt in orificio venarũ menſtrualiũ plurimũ eſt coartatoria, raro attenuatoria, rarius carnoſa. Et eius quæ eſt in meatu vaſorum, & orificijs cotylidonum cauſa ſimilis eſt.

SIGNA demonſtratiua & eorum quædã cõia, quædam propria. Cõia dicuntur, quia abſolute oĩs talis quæ eſt factiua ſterilitatis, aut difficilis partus eſt cõe ſignũ. vñ ſi eſt fortis oppilatio eſt cauſa ſterilitatis, ſi debilis difficilis impregnationis & partus. Propria quę eſt in orificio interiori cognitio habetur, quia mulier eſt ſterilis et ſterilitatis nulla alia cauſa ibi cõprehenditur. de quibus infra ſua rubrica. eſt itaque hæc oppilatio multum occulta. cõſidera. Neque aliud ſignum inueni efficax niſi hoc. de quo etiam infra de mola. & eſt quod obſtetrix imponat digitum ſuum longũ in vuluã mulieris quod ſi inueniet duritiem coartãtem meatum tunc ibi erit oppilatio, & ſi erit ſine dolore erit carnoſa, ſi cũ dolore apoſtemoſa, & æſtate prolongatur, & hyeme abbreuiatur. Q. ſi non inueniet oppilationem aliquã erit in orificio interiori, & quæ eſt carnoſa digiti impoſitione comprehenditur, & in coitu eſt dolor.

Signa eius quæ eſt in orificijs venarum menſtrualium ſunt retentio, & priuatio menſtruorum cum ſignis dominij humoris groſſi, & viſcoſi.

Signa ſi ſit in cõcauo, & meatu vaſorum ſpermatis accidit matricis ſuffocatio niſi aliquid accidat illam impediẽs.

Signa ſi fuerit in orificijs cotylidonum tũc accidit poſt impregnationem aborſus velox deficiente ſanguine nutritiuo fœtus. hic tamen aliquando ex totius cõmunitate contingit. quia corpus ipſum tenue, & ſiccum fit vt infra in apho. in fine capituli. & tu ibi.

PROGNOSTICA quia vt dictum eſt impregnationem prohibet, & alia facit nocumenta, de quibus in ſequenti rubrica.

CVRA eius quæ eſt in orificio extrinſeco facilis eſt. vnde ſi fuerit carnoſa duæ ſunt intentiones. Vna vt abſcindatur caro addita. Altera vt prohibeatur eius generatio. Completur prima cum inciſione, alia cũ cauterio actuali, vel cum potentiali, aut cum ligatione donec cadat putrefacta. vt de hæmorrhoidibus dictum eſt. Et modus iſte eſt chirurgicus. ideo per magiſtrum diſponatur patiens ſecundum ſitum conuenientẽ. Deinde vtatur poſt inciſionem ſtypticis conſtrictiuis poſt autem alias operationes eis quæ debent ſecundum artẽ quæ ipſi relinquo. Et ex his completur ſecũda intentio, & in ipſa corroſiua prærogatiuam habent.

Q. ſi fuerit pãniculoſa duæ ſunt intentiones. Apertio. ſ. & aperturæ cõſeruatio. Primus cõpletur cum inciſione, vt dictum eſt. Secundus cũ interpoſitione pilæ ex lana infuſa in oleo, & vino & adminiſtratione conſolidantium ſciſſuram ex ſtypticis conſolidantibus, & cicatrizantibus.

In ea quæ eſt in meatu interiori, & eſt carnoſa canones. Primus eſt eius remotio cum lycinijs ex rebus corroſiuis.

Q. ſi id conſequi non potes vade ad ſecundum, & eſt eius remotio cum inſtrumento. Et in hac operatione ſis cautus ne lædatur matrix ipſa, quoniam tunc ſequeretur ſpaſmus, aut cuzez, vt in veſica, fiat itaque inciſio paulatim, & in parua quantitate. Tertius inciſionis regimen, vnde poſt ipſam impone vt ſupra lanam infuſam in oleo, & vino pontico. Secundo impone cum naſtali vnguenta conſolidantia. de quibus in de teneſmo & ſint actu calida, & à frigore tueatur omnino. Quartus eſt accidẽtium correctio vt eſt dolor qui ſedari debet cum medicinis ſedãtibus dolorem in teneſmo. de quibus ſupra & tu ibi.

In ea quæ eſt in orificio interiori ſi carnoſa fuerit non oportet laborare quoniam eius cura eſt impoſſibilis.

In ea quæ eſt in orificijs venarum menſtrualium, & vaſorũ cotylidonũ. Si coartatoria fuerit procedatur cũ aperitiuis ſubtiliatiuis, & hmõi. vt in cura retentionis mẽſtruorum dicetur. Q. ſi fuerit carnoſa cura eſt impoſſibilis. Si vero attenuatoria, vt accidit in extenuatis, & conſumptis cura eſt humectatio totius & partium interiorũ cũ balneis, ſeſſionibus in eis, vnctionibus humectatiuis & hmõi. Et ex appropriatis ſunt medullæ laudatæ, & oleum de lilio.

Item apoſtemoſa autem procedatur cũ mollificantibus reſoluentibus temperatis in modum encathiſmatis approximatis, cum iniectionibus, vnguentis, ſuppoſitorijs, aquæ omnino chirurgico relinquenda ſunt.

[margin: ἐγκάθιϲμα græci ſeſſum, aut inſeſſionẽ latini, ſeſſionẽ uero recentiores appellant.]

CVRA autem hæmorrhoidarum mori & aliorum habeatur pro nunc ex dictis ſupra in rubricis proprijs. & tu ibi. Poſtremo pro nũc tamen ſcito quod in oppilationibus matricis hæc ſunt valentia et quædam à proprietate. Althea trita cũ adipe anatis, & gũmi alborum ſupponuntur, amygdalæ amaræ, aniſum, abrotanũ, Bdellium ſuppoſitum aperit mundificat, & prouocat, Crocus, ebolus, ſeſſio in eius decoctione. Et ſimiliter fœnugræcum, camepitheos, gallia, maiorana, & oleum eius calefaciendo, & ſubtiliando, matricaria, ſeſſio in decoctione eius aut ſupponitur. Myrrha lenit eius coartationes & dilatat. Auic. ſuffumigatur oleũ de cherua, oleum nardinum, de narciſco, petroſellinũ, porrum, ruta, ſtorax, vrtica, & ſemen eius cum rob bibitum, & eſt ſatis forte in aperiendo. Vſneæ, ſeſſio in decoctione eius, ireos decoctio, ex his itaque cõpone ſyrupos, cõfectio-

nes

nes emplaſtra, ſuffumigia, decoctiones, ſeſſiones, peſſaria, clyſteria, & hmõi. vt libebit. tu tñ de retentione mẽſtruorũ multa compoſita huic ꝓpoſito inuenies, & tu ibi.

*De mẽſtruis, & retentione ipſorũ.* Rubri. VI.

QVoniam mulieres tum quia ea parte cõplexionis earum, tum quia frigidæ, & humidæ ſunt creatæ, ſunt debiles multiplicantes multas ſuperfluitates. quare ẽt in ocio viuunt, ac inordinatum regimen habent ꝓpter paruitatem diſtinctionis earum. voluit natura eius prouidere ordinãdo euacuationem in eis ſuperflui ſanguinis per venas matricis venientem. vt in principio capituli. omniq; menſe factum, qui & inde menſtrualis dictus eſt. vel à mene quod eſt luna eo ꝙ ſingulis lunationibus ſm plurimum eueniat.

Propter quod ſciendũ ꝙ mulieres ſane diſcurrentes cũ ſanitate pro latitudine ſuæ vitæ debent habere hunc fluxum inchoantes ſm plurimũ in anno quartodecimo, quo tpe ſunt cõpletæ factæ viripotentes, & virtus fortificata magis, nec tãta humiditas trãſit in augmẽtũ ſicut in ãnis p̃cedẽtibus, & hoc tpe incipit conceptio ſm plurimũ & dr̃ vtrobiq; ſm plurimũ, qa añ iſtud tp̃s inueniunt puellę cõpletæ iã tactæ viri potẽtes hñtes mẽſtrua. vnde qñq; reperit talis annoꝝ duodecim qñq; vndecim. Et quidã vt
Miraculum. Marſilius patauus vidit puellam papię annorũ nouem impregnatam. ſed hæc ſunt raro. & cita eorum apparitio naturalis ſignum eſt breuitatis vitæ, quia ſignificat venire cito ad complementũ, tarda aũt econuerſo. Terminaturq; ſm plurimum hic fluxus in anno. xlv. vel circa vſque ad quinquageſimum, quo tpe deſinũt mulieres concipere. licet aliquę tranſeãt hũc terminum, ſed raro. & in aliquibus añ ip̃m deficit vt in trigeſimoſecũdo, & intra ip̃m & q̃drageſimũ & quadrageſimũquintũ, ad quã varietatẽ facit naturalis cõpoſitio, & habitudo corpis, vt qa macra, & extenuata citius, pinguis plethorica tardius. Item citius melancholica, ita ꝙ cõplexio ẽt conſideranda eſt. nam frigidę plus abundant, & calidæ minus. & tu cauſas ſpeculare, & quod dictum eſt dicetur merito curſus naturalis, nam ꝓpter eam p̃ter naturam retinentur. vt ſtatim. Iſte itaq; fluxus naturaliter ſe habẽs debet apparere in nouilunio, vt de triginta I triginta. ꝙ ſi apparuerit ſupra. xxxiij. vel. xxxv. vel circa vel infra, vt & in. xxvij. &. xxv. eſt non naturalis Aui. tñ dixit. & menſuratio æqualis mẽſtruationis eſt, vt mẽſtruetur oĩ mẽſe vſq; ad triginta dies nõ nominans, ſed ſolummodo numerum dierũ, & de hoc in dubijs. Fluunt itaq; menſtrua ſm ætates lunæ puellis in prima quadra, iuuenculis in ſecunda magis, prouectis in tertia, ſenioribus vero in vltima. vnde metrificatur.

Luna vetus veteres, iuuenes noua luna requirit.

Ars naturã imitatur. Ex quo infertur correlarie ꝙ cum ars naturam imitetur ꝙ iuuenes in noua luna, quia in nouilunio phlebotomari debẽt, veteres vero in antiqua, quia in cõiunctione. Et hic ſcito ꝙ hermaphrodita menſtruis caret, quia conceptioni minime aptus, & cauſam ſpeculare. Sed quia de mẽſtruo ipſo facta eſt mẽtio, videtur rõnale vt aperiatur eius eſſentia. vnde ſic deſcribatur. mẽſtruum eſt naturalis & conſue-
Mẽſtruum qd. ta purgatio ſanguinis in muliere à matrice prouenient, & dr̃ conſueta ſaltem quo ad ſpẽm, & tu cõſidera. Et dicitur
Mẽſtrui miranda. menſtruum quaſi mõſtruum. Nam vt ex Ariſtotele allegatur mirabiles habet proprietates, nam fruges ea eo tactę non germinãt, frondes nõ pullulant, lapides frangit, canes in rabiem cõuertit, bitumẽ iudaicum ſola eius virtus euellit. Apud vero noſtras dominas mẽſtrua dicuntur flores, qm̃ ſicut arbores non fructificant ſine floribus, ita nec mulier ſine menſtruis. Huius aũt mẽſtrui generatio iam ex dictis apparuit. natura enim grauata ex multitudine multarum ſuperfluitatum in muliere, & ꝓpter ocium & alia, vt ſupra tentat eas à ſe expellere cum ſanguine ẽt ſuperfluo ſic in eis multiplicato per venas matricis, ut ſupra. & ſic eum per eam expellit. Sed non eſt arbitrãdum ꝙ ille ſanguis ſit oĩno ſm oẽs partes ſuas inutilis, immo plures utiles partes habet. nã primo cum retinentur tpe conceptionis vna eius pars tranſit in generationẽ membrorũ principalium. Secunda vadit ad generationem carnis replẽtis vacuitates & iſtæ duæ p̃tes inueniuntur in oĩbus animalibus generãtibus ex propagatione. Tertia in nutricatiõe fœtus, & hęc tertia in eiſdem, vt in vitello oui apparet. Quarta in lac cõuertitur tpe neceſſitatis in mamillis. Quinta cum fœtu extra pellitur. Totus aũt ſanguis qui ſic oĩ menſe expellitur mẽſtruus dictus ſolum in humana reperitur ſpecie. In brutis aũt & auibus in pullos, pluma, cornua, pedes, & hmõi conuertitur, & hoc quia ſp̃s humana plus iſtis abundat ſuperfluitatibus cęteris reſpectu ſuę molis. Et hic tñ ſanguis cum intemperata qualitate quãtitate & tpe fluit ſm cõſuetudinem ſuã naturalem cauſa eſt ſanitatis mulierũ & mundificationis corporis earum ab oĩ nocumento, & facit eas acquirere caſtitatem, paucitatem deſyderij coitus. Et e contrario cauſa eſt multorũ nocumẽtorum. vnde videmus ꝙ mulieres cum in eis incipiunt mẽſtrua deficere, incipiunt in eis nouæ diſpõnes malæ ex parte membrorũ cõicantiũ matrici. ſpãliter ex parte ſtomachi, & capitis. vnde ſtant continue vel quaſi læſæ in capite & oris ab eo. Similiter ex parte ſtomachi indiſpoſitæ. Vnde Aui. Retentiones aũt menſtruorum & paucitates eorum cõmouent in eis ægritudines repletionis & p̃parant eas ad apãta, & dolores capitis, & reliquorum mẽbrorũ, & tenebroſitatem viſus. & perturbationes, & febres, & multiplicantur cum ea repletio vaſorũ ſpermatis earum. quare fiunt deſiderantes, non caſtæ, & non ſuſcipientes filium ea impregnatione ꝓpter corruptionẽ matricis earum, & ſpermatis ipſius, & perducit cum eo rem ad p̃focationem matricis, & ſtricturã anhelitus, & retẽtionem eius, & pulſum cordis, & ſyncopim & ſingultum, & qñq; moritur & accidit eius difficultas, et diſtillatio ꝓpter oppilationem materierum. Et qñq; accidit ei ſputum ſanguinis & vomitus eius, vt vidi & proprie in virginibus, & fluxus ventris ex pone hæmorrhoidalis. Item & fluxus ſanguinis narium materia ad ſuperiora cõuerſa. Et iſtæ ægritudines diuerſificãtur ſm diuerſitatem cõplexionum. In cholerica generãtur cholericæ. In ſanguinea ſanguineæ, & ſic ſuo mõ. de phlegmatica. & melica & q̃ dicta ſunt maxie verificant̃ qñ ante tp̃s debitum retinentur de tpe ante dictum. Hæc aũt accidentia & ſi ab Aui. ſint polita caplo de iudicijs menſtruorum, tñ quia ẽt ab eo ſm partem applicantur, et aperiuntur magis caplo de accidentibus retentionis eorum ſequẽdo ipſum cum in hac materia longus eſſe velim ea replicabo. Inq̃t qñq; accidunt ei cuius mẽſtrua retinentur ægritudines de quibus eſt p̃focatio matricis propter collectionem ſuam, & declinationẽ ad partem lateris, quia materia eſt aggregata in venis eius in vno latere quæ eſt multa in eo. Q. ſi fuerit diſperſa illud non contigiſſet. Et accidunt ei iterũ apoſtemata matricis calida, & dura, & apãta viſcerum, & ægritudines in ſtomacho ex debilitate digeſtionis, & caſus appetitus, & corruptione eius, & nauſea, & ſitis vehemens & mordicatio in ſtomacho, & accidunt ex ea ægritudines capitis, & neruorum ſicut epilepſia, & paralyſis. Et ex iſto colligitur ꝙ eſt membrum neruoſum cuius oppoſitum in principio capituli ex Aui. allegabatur. & tu conſidera. Et ægritudines pectoris ſicut tuſſis, & malitia anhelitus, & plurimæ ex ægritudinibus heparis ſicut hydropiſis, & aliæ & alteratur ex ea forma, & fit turpis color, & impetigines in faciebus earum. Et accidũt ei iterum difficultates vrinæ, & eius compreſſio, & dolores in alchatim, & collo, & grauat corpus, & extenuat, & ingroſſat, & contriſtat, & adueniunt ei horripilationes, & febres adurentes, & qñq; difficilis fit ſermo ꝓpter exiccationem lacertorum linguę ex vapore calido, & fortaſſe cauſa eſt illa grauitas cauſa doloris capitis, & accidunt ei inquietudo & triſtitia ꝓpter vaporem

porem. & qñq; apoſtematur totum corpus eius ꝑpter attractionem virulentiæ ſanguinis ad ipſum. Et ſi multum durat hæc retētio perducit qñq; eas ad maniam, & melancholiam, & tunc dicunt vulgares ꝙ ſunt demoniacę, & tu ſupra de mania, & melancholia. Et qñq; accidit et in cōplexione ſua cum retinentur mēſtrua qñ eſt fortis creationis, cuius virtus eſt potens ad exercendam ſuperfluitatem retentā vt aſſimiletur viris, & multiplicentur pili eius, & naſcatur ei quaſi barba quare frangit̄ forma eius & ingroſſatur. deinde moritur, & qñq; ꝑuenit ante mortē ad diſpoſitionē cum qua nō eſt poſſibile vt ꝑuocentur menſtrua eius, & plurimæ iſtarum ſunt ex his quę partunt plurimū. Cum ergo non coit cum eis aliquis & recedunt ab eis ſui compares retinentur mēſtrua, & remouentur ab eis. O qͥ neceſſariam faciat euacuatio ſanguinis, & acceptio conceptiōis, & acceptio coitus, & accidit eis vt fiat vrina nigra in qua ſit ſedimen virulentum ſicut aqua carnis. & qñq; mingit ſanguinem. hæc ſunt verba Aui. q̄ voluit te intelligere, vt ſcias quales & quātas paſſiones mulieres incurrūt ſpecialiter nobiles ocioſæ ex retentione menſtruorum & dimiſſione generationis filiorum. & ita in experientia certe inuenies ipſis eis tēporibus multum paſſionatas.

CAVSÆ proſequendo in rubrica, oīs talis retentio aut eſt naturalis, aut nō naturalis. Naturalis eſt quæ fit aut tp̄e impregnationis, aut tp̄e ſenij. Et hæc non vertit ad ſe curam niſi quis volens ſaluare matrem de fœtu non curaret, quod legi contrariat̄ dum dr̄ non occides. Nō naturalis vero de qua principalr̄ eſt ſermo cauſa eſt aut ex parte virtutis ſumpta. Aut ex parte membri ipſius. Aut ex parte humoris. Ex parte quidem virtutis quia debilis facta eſt virtus expulſiua ꝑpter malitiam cōplexionis calidæ frigidæ, aut ſiccæ, aut calidæ, & ſiccæ, vt in febribus, aut ex accidente animi, vt eſt triſtitia & hmōi. Humida quidē magis ad fluxibilitatem facit, & oīs talis malitia pōt eſſe materialis aut immaterialis. Ex parte vero humoris quadrupliciter. Ex parte quātitatis, q̄litatis, ſubſtātię, aut vtriuſq; ſimul. Ex parte quantitatis, aut quia pauca eſt ſanguinis quantitas quę procedit ex parte paucitatis cibi, & potus aut quia pauci ſanguinis ſunt generatiui, aut quia virtus reſtauratiua eſt fortis retinens in membris magnam partem ſanguinis, & paucum relaxat in ſuperfluitatem. Q. ſi multum ſanguinem multiplicabit mulier illum ad locum mēſtruorū non ꝑpellet natura, ſed per alias euacuat regiones, vt accidit in nimio fluxu vētris, aut in multo ſudore, quēadmodum contingit in vna muliere dicta virago quæ ſe fortibus exponit exercitijs, & eſt potēs ſuper digōnem, & diſtributionē alimēti, & hæc habet anchas ſtrictiores pectoribus, vbi cōiter in alijs reperit̄ contrariū, aut quia expellitur per fluxum ſanguinis narium, aut hæmorrhoidalē aut quia per lactationem ad ſuperiora diuertitur & hmōi.

Ex parte qualitatis, vt q̄a ſanguis ſit nimiū ſiccus factus talis ex vſu cibariorum ſiccorum. Aut ꝑpter ſiccitatē aeris. aut eius caliditatem ſuperfluam exiccantem, aut nimis frigidus non currens ex aere frigido, aut pauco motu, aut eo cibo tali factus talis. Ex parte vero ſubſtantiæ, q̄a nimis groſſus, viſcoſus in ſe vel cōmixtione alterius humoris groſſi cum eo ſua groſſitie ora venarum coartās eſt ſm̄ plurimū. Ex parte vtriuſq; patet. Ex parte vero membri ipſius ſiue inſtr̄i cauſa eſt oppilatiō quæ eſt aut à calore exiccante, aut frigore condenſante. & hāc incurrunt dominæ cōiter ex vſu potus aquæ frigidę, aut pinguedo in collo exiſtens, aut apoſtema oppilans, aut cicatrix poſt vlcus facta, aut caro addita, aut tortuoſitas ſuꝑflua colli matricis, aut ꝑpter coanguſtationē colli matricis, aut clauſio orificiorum venarū facta ꝑpter caſum vel percuſſionem, aut ſucceſſione abortus remanēte. ſ. humiditate viſcoſa in oris venarū qua fœtus eis alligatur. & tu conſidera. Quæ dicta ſunt intelligi habent qñ talis eſt per ꝑprietatem, & non per cōitatem. Nam & cōitate hepatis qñq; non ueniūt

Aquæ frigidæ potꝰ nocumētū in mulieribus.

menſtrua, & qñ venæ hepatis ſunt oppilatæ maxime quæ ad matricem veniunt. Oppilatione ēt in corpore eius exiſtente qñq; qñ eſt in toto oppilatio. Item ꝑpter pinguedinem zirbi, ſiue myrach, oppilantem viā comprimēdo fortiter, vnde attenuatoria fit oppilatio. Item quandoq; accidit vt ſanguis ad matricem mittatur, & nō inuenit viā. vnde remanet quaſi congelatus, & retro receptus caleſit, & per alia loca tranſmittitur vnde, & diuerſæ generantur ægritudines. Quidam hæc omnia reduxerunt in cauſam coniunctam quæ eſt oppilatio. Primitiuā quæ eſt regimē ſex rerum nō naturalium, vt quia regimen eſt pauci nutrimenti, exiccatiuum, vt milium, panicum, & hmōi. Antecedente quæ eſt virtus debilis, & hæc conſidera.

SIGNA demonſtratiua ſi propter groſſitiem ſanguinis & frigus erit illic pinguedo multa obturans, corporis mollities, ſomnus grauis, & profundus, albedo coloris, & corporis, viriditas venarū, & erit vrina multa, & egeſtiones phlegmaticæ cum ſudore frigido, & pulſus raritas & vſus rerum frigidarum groſſarum viſcoſarū oppilātiū, & erit ſitis pauca. Et accidit mulieribus grauitas, et ſpecialiter in ꝑtibus inferioribus, & aliqñ dolor in collo, & dorſo. Et accidit eis ventris & urinæ conſtipatio, & aliquādo eſt nigra aliqñ rubea, aliqñ vt lotura carnis. Et recedit appetitus ciborum bonorū, aliqñ etiam malorum, & aliqñ ad malos conuertitur, vt ad lutum, carbones, & hmōi, vt faciunt prægnantes. Item accidit eis dolor capitis, & oculorum. Item nō raro deſcendunt humiditates viſcoſæ, mucillaginoſæ, quæ cauſa ſunt oppilationis, & ſentiuntur frigidæ, & mulier ſentit frigiditatem in profundo. Et in ſumma generalia ſigna ex parte vtriuſq; materialis cōplexionis ſunt grauitas ab vmbilico vſq; ad muliebria. Dolor renum, ſpinæ, ancharum, coxarū, & in radice colli, frōtis, & oculorum. Et hic aduerte ꝙ multis virginibus, & etiā corruptis accidit dolor magnus tp̄e motus mēſtruorū ſuorū, quę res ex ipſa oppilatione eſt. cuius ſigna ex habitis cognoſces ſi per ſigna prius diligēter diſcurres, & ego plures habui in practica, & infra de clauſura matricis.

Q. ſi cauſa fuerit calida tunc mulier erit colorata, cum ſiti, velocitate pulſus, & qñq; febre ſatis intenſa, ēt os matricis erit ſiccum. Et aderit cum hoc caliditas in tentibus percepta, & erit vrina tincta & deſiderium ad coitum q̄a ſperma augetur, ēt ſanguis mordicans. vnde mulier calida cum ſeneſcit plus luxuriat qñ mēſtrua retinētur, quia mordicant. Q. ſi materia fuerit ſanguinea aderunt ſigna ſanguinis dicta in principio operis, ēt in tp̄e emiſſionis menſtruorū thromboſum emittitur. Q. ſi cholera, ſentiet cū eis punctiones in profundo, & ardorem, & vrina cholerica, & febris aliqñ cū alijs ſignis choleræ. Q. ſi fuerit ꝑpter ſiccitatē, apparebunt ſigna ſiccitatis ex parte extenuationis corporis, vacuitate venarū, regimine p̄cedente, ex parte cibi, potus, vigiliarum, ieiunij & hmōi. Durities tactus, & hmōi. vt ſupra de mala cōplexione matricis ſicca, & tu ibi. Accidit & mamillarum tumor & inflatio, vt in mola de qua ibi & generatio lactis in eis. vnde Hippo. ſi mulier quæ neq; p̄gnans eſt neq; generat vt in fine capituli. & tu pro cōplemento ad eum recurre locum.

Signa ſi fuerit propter apoſtema & aliquod tale ſuis ponentur rubricis, ad quas & cætera.

Signa ſi fuerit ex debilitate virtutis tunc natura nullum facit motum tp̄e motus menſtruorū. Et habitudo corporis quia aut nimis extenuata aut nimis pinguis ad tam facit, vt dictū eſt. Tu tñ nota ꝙ qñ uolueris certificari de humore qui eſt in cauſa fac vt tp̄e menſtrui illud modicum quod colligitur ſuper petiam exiccetur in vmbra. deinde aſpiciatur color eius. ꝙ ſi fuerit rubeus &c. ſanguis. ſi citrinus cholericus. & ita de alijs, vt ſæpe.

PROGNOSTICA his q̄bus ſæpe accidit mēſtruorum retentio accidūt mala multa & defectus vt ſubuerſio nimis mala, & rigor, & fortes eis fiunt paſſiones melancholicæ.

melancholicę. Et parat corpus ad hydropē, ad tumorem pedum, & phthiſim, ſuffocationem matricis, apoſtema in ea & i viſceribus. Et ad ęgritudioes malas ſtomachi vt ad debilitatem digeſtiuæ corruptionem, ſiue ablationem appetitus, Ad epilepſiam, difficultatem anhelitus, Ad turpē colorem faciei & totius, Ad ſyncopim frequentem. Ad morpheam, impetiginem, pannum, lepram, ventoſitatem in matrice, & io quibuſdam finaliter mors ſubſequitur, & aliqbus accidit arthritica, ſiue podagra, licet ſit raro. Tu itaq; mi Sigiſmunde conſidera.

CVRA Canones. Primus. quia medicus debet eē diligens, ac ſolers in remouendo retentionem mēſtruorum quoniam ex ipſis ſic retentis, vt ſupra quaſi infinita mala fiunt. vnde in mora eſt periculum. vnde ſi bene notaſti in ſumma nocent membris animalibus, naturalibus, ſpiritualibus, & interioribus.

Secundus eſt ordinatio diætæ quæ ordinetur ad contrarium cauſę, vt verbi gratia. ſi ex virtutis debilitate fuerit propter malam complexionem calidā aut frigidā &c. Inſtandum eſt cum contrario calido, aut frigido ex parte cibi & potus. de quibus ad plenum tertio tracta. q; ſi fuerit immaterialis tunc ſequitur.

Tertius qui eſt alteratio, & tu habuiſti ſupra alterantia calida, & frigida cōuenientia. Item & iuuantia matrici, & nocētia io tertia & quarta rubrica præſentis capituli. & tu ibi. q; ſi fuerit materialis ſuccedat.

Quartus canon qui eſt digō materiæ. quæ aūt apta ſunt materias illas digerere habes quarto tractatu. & tu ibi.

Quintus eſt euacuatio & pro euacuatiuis recurre allegato loco. fortificata vero virtute cum iam dictis ſequitur menſtruorum prouocatio.

Q. ſi non tunc vade ad ſextum & prouocantia per ſuperius aut per inferius applicabis, vt ſtatim dicetur. Et anteq; ad antidota veniā quædam ſerioſe vt conſueui ex ſimplicibus & cōpoſitis hic deſcribam noſtro vtilia ꝓpoſito ipſa menſtrua ꝓuocātia. & ſunt abſynthium cū melle ſuppoſitum vel per os ſumptum. Acetoſa, acorus, agaricus & eſt medicina ꝓpria. Agnus caſtus bibitus, vel ſuppoſitus, allium, aloe, amaracū, ameos, amygdalæ amare, naſcale ex eis, amoniacum, anethum, aniſum, apium, abrotanum, artemiſia, & eſt ei ꝓpria, aſſa, bethonica, butormariæ, radix eius ſuppoſita, calamentū, calamus aromaticus, camedreos, camepitheos, camomilla, cantarides naſtalibus impoſite, capparus, capillus ve. caſtoreum, caulis naſtale, & eius decoctio ſumpta, centaurea, cepę, cerfolium, cicera rubea ſpecialiter, cinnamomum, cupreſſus, cyperi, cucumer agreſtis, daucus, dracalamentū Meſ. diatriōpipereon Nic. diapraſſium Ni. & ipſa educit & ad ordinem reuocat, endiuia, enula, eupatoriū, faſeoli, & pcipue ru. pui quibus vtuntur dñæ, ficus ſicca, galbanum, gallia, gallitricū, andachoca, cuſcutę, lacca, lactuca agreſtis, lapatium, laurus, laudanum, lentes. et Aui. io fine et de lente dicit q; lens ſylueſtris educit ſanguinem, leuiſticus, lilium, lupini, maiorana, malua, marrubium, meliſſa, menthaſtrum, matricaria, mercurialis & maxime ſumpta, myrrham, naſturciū, ouum anaſis, oppopanacū, origanum, ozimū, papauer ru. & hic cōſidera qm̄ ſtypticum eſt, paſtinaca, pæonia, petroſyllium, paucedanū, pilul' de ſerapino Meſ. pilulæ fetidę, pil. vitrici de pl'ia, poluricum, porrum, pullegium, raphanus, roſmarinus, rubea tinctorꝫ, & eſt fortis, ruta, ſambucus, ſaluia ſaturegia, ſauina, & eſt fortis, ſerapinum, Senecion, ſerpillū ſiſeleos, ſynapis, ſiſamus, eius infuſio fortis eſt in prouocādo menſtrua. Aui. ſcāmonea, ſparagus, ſquilla, ſpica, ſquinantum, theriaca magna Ni. triphera magna, & maxime ſumpta cum oleo amygdalarū amararū, trochiſci de myrrha, vrtica, vſneæ io aqua eius ſedere, ireos, iringus, hypericon, hyſſopus herba, hyſſopus humida, & ſuppoſita. Nec mireris ſi fui longus in narratione, qm̄ cum omnibus his aliqñ eſt difficile prouocare & cum dicendis vt experictia vidi, & ideo vt non deficias in remedijs hinc &c. Proc̄ plemento canonis iſtius nota alios canones. Primus, q; à leuioribus incipiendum eſt, deinde ꝓcedēdū eſt ad media, deinde ad fortia & eſt canon Raſis in diuiſionibus qui cōſuetus eſt remedijs fortibus ſtatim vti, vt in nono Almāſ.

Secundus. q; talia approximentur per tp̄s parum ante tēpus ſolitū menſtruationis vt per tres vel quatuor dies.

Tertius. q; abſolute debet medicus vt pōt expectare auxilium ſuperceleſte, vnde in oppōne lunæ, vel eius coniunctione hęc rōnabiliter maiorem debent habere efficaciā.

Quartus anteq; ponanť fortia ꝓuocantia quæ ſunt ex rebus euacuantibus vt ſunt gūmi, ſcammonea, & agaricus, prius adminiſtrentur digeſtiua illarum humiditatum impedientium cū calefactis, ſubtiliātibus, inciſiuis & hmōi. de quibus ad plenū actum eſt & dicetur. Quintus q; qn̄ adminiſtranť talia ꝓuocantia mulieres ſtent cum pedibus in aqua calida vt materia faciliter inferius trahatur. Sextus. q; ante impoſitionē collyriorū prius mulier recipiat fumū ex balneo aut ſuffumigio, ut inde poroſitates aperiātur, & poſſit deide virtus collyriorꝫ melius penetrare. hæc itaq; ſunt poſita quantum ad ea q̄ ex medicinis ꝓuocant, quod dr̄ ꝓpter phlebotomiam, & alia quæ ſunt mēſtruorum ꝓuocantia, de quibus ſtatim. Et ex maxime ꝓuocātibus menſtrua eſt phlebotomia quæ ponitur vicaria mēſtruorū. ipſa. n. fortificat mouet ſanguinem ad menſtrua. Aut. Et de illis quæ faciunt illud eſt phlebotomia de ſaphena & venæ quę eſt poſt cauiculam, & phlebotomia venę geniculi, curuaturæ eſt fortior ea ꝓpter maiorē ꝓpinquitatem eius ad matricem. Quarta primi de phlebotomia. Et ex eis eſt vena curuaturæ poplitis, qm̄ tantū efficit q̄tū eſt ſaphena jn prouocatione menſtruorum. Item prouocant ventoſæ ſuper calcaneū, & ſuper muſculos cruris poſitæ, & ꝓpriæ io pinguibus. Item & poſitæ ſuper curuaturam poplitis, in Almanſ. ventoſæ formori ſunt ſuperponēdæ. Item cōſtrīs ligationes fortes, & doloroſæ aſſiduatæ pluribus diebus, factæ circa coxas, & tibias vt tribus, aut quatuor diebus, deinde adminiſtrare ex ſubtiliantibus ſanguinem & ꝓuocantibus cuiuſmodi ſunt calamentū, & hmōi. de quibus ſupra. & infra dicetur. Item & phlebotomia aut ventoſatio cū ſcarificatione. hæc. n. ſanguinem ad inferiora conuertunt. Et de phlebotomia hic nota canones. Primus, & eſt Gordonij q; ꝑticularibus cōſentītibus propter cauſam antecedentē fiat phlebotomia de baſilica, deinde ꝓpter cōiunctam fiat ſi virtus tolerat de vtraq; ſaphena, qui canon hic conſiderandus, & eſt viatici. inquit, phlebotomemus in vena media donec cā menſtruorū maior. ſ. ātecedēs erit ablata, deinde incipiēdū à phlebotomia venæ quæ dr̄ ſaphena. ſed huic aduerſatur Raſ. in diuiſionibus. inquit. et phlebotomia ex manu abſcindit mēſtrua. conſidera. Secundus, q; phlebotomia in ꝓuocatione mēſtruorū primo fiat modica ꝓpter oppreſſionem virtutis. Secundo pōt fieri fortis & multa fortificata virtute iam, Q. ſi tertio fieri oportebit fiat debilis. Tertius. q; phlebotomia ſaphenæ plus debilitat q̄ phlebotomia venarū brachij, aut manus, & ideo ſi de brachio. ℥. vj. extrahes de ſaphena ſufficiunt quinq;, & pauciores, & ideo hic laudo illos qui io prouocatione menſtruorum faciunt phlebotomiam de vtraq; ſaphena accipiendo de vena quaq; q; eis vr̄, ſic enim videtur virtutē ſm totum minus debilitari.

Quartus. & eſt ſicut notabile q; fortius ꝓuocat phlebotomia reiterata, vt verbi gr̄a hodie fiat de vena ſaphena, & cras de alia. interim faciendo diuerſiones cum ligaturis, ventoſis poſitis inter coxas, & crura, & hunc modum laudauerunt plures quibus maxime aſſentio. Sed ſcito q; hæ phlebotomiæ non ſic faciliter fieri poſſunt ꝓpter inobedientiā dominarū ex timore habito. Et iō oportet vt medicus ſua prudentia excurrat. Et hic nota q; vt plurimū medici immediate tranſeunt ad phlebotomiā, ſed bene cōſidera, qm̄ aliqñ prius vt plurimum præponendæ ſunt digeſtiones

Naſcale barbaris, peſſus doctioribꝰ (vt iá ſonotauimus) vocitat.

Lunę oppoſitio, vel coniūctio a medico i mēſtruorū curatiōe ītra alia eſt pēſāda.

Phlebotomia menſtruorū vicaria.

Sanguinis pondus in phlebotomia menſtruorum.

geſtiones, ſũones, & hmõi. Vtrũ aũt ſemper ſit neceſſaria phlebotomia in ꝓuocatione menſtruorũ patet cõſideráti cauſas, qm̃ in aliquibus ſic, in aliquibus non. vnde in qua eſt paucitas ſanguinis non cõpetit. Item vbi fuerint retenta ex nimio fluxu hæmorroidali aut nimio fluxu ventris et ſic de alijs, & tu conſidera, per phlebotomiam autem ſanguis ad inferiora mouetur, & ad eam partem diuertitur, et in eius motu & fit deoppilatio, & iõ ſupra de oppilatione hepatis, & de icteritia dicebatur phlebotomiã ſemper cõpetere alijs non contradicentibus. Ex his itaq; omnibus habuiſti quomodo menſtrua, & cum quibus poſſunt prouocari. Reſtat aũt vt modos & diuerſa ſubiungamus ingenia quibus & cum ſimplicibus & cum cõpoſitis ꝓuocantur, reddendo ſingulis cauſis ſingulos modos, & canones.

CVRA. Expedito de retentione eorum ex parte debilitatis virtutis venio ad ſecundũ mẽbrũ quod fuit ex parte humorũ ſumptum. Vnde ſi ex eius paucitate contigerit quæ paucitas eſt ex parte cibi pauci intende reſtaurationi & nutritioni membrorum ex parte ciborum & potuum generantium bonum ſanguinem, & multum. vt ſupra. de ſpermate, & tertio trac. & quinto poſt quæ facies phlebotomiam, & adminiſtrabis ſanguinem mouentia ad inferiora ex ꝓuocatiuis ſimplicibus dictis & compoſitis dicendis. vt infra docebitur. Q. ſi fuerit ex fortitudine retentiuæ operare cum phlebotomia, & cæteris, vt iam dictum eſt. Vbi vero fuerit conuerſio ſanguinis, & eius euacuatio per alias regiones, tunc oportet diuertere, & trahere cũ phlebotomia ſaphenarum cũ ꝓuocantibus menſtrua, & maxime eo tempore quo mulier non erit debilitata ex euacuatione habita. vnde ſicut ſoluere ſuper ſolutionem timoroſum eſt, ita phlebotomare ſuper euacuationem ſanguinis eſt timoroſum, de quo quinto caplo. de fluxu ſanguinis narium. & ꝫ ibi. Tu itaq; cum tua prudẽtia operare. De lactantibus aũt dicendum ꝙ ſi nõ nocuerit, nõ eſt modus, & in virginibus ſimiliter agenpus. Nam vbi nõ eſt indigentia non eſt laborandũ. Q. ſi fuerit ex parte qualitatis te oppone cum his quæ eam remouent, quod facile facies nec in his oportet morari, quoniã facilia ſunt. In ea quæ eſt ex parte ſubſtantiæ diætam prius ordina cum cibis ſubtiliatiuis, aperitiuis; & potibus & digeſtiuis. deinde euacuabis. deinde phlebotoma. deinde adminiſtra ex dicẽdis per ſuperius, & inferius quæ ſanguinem prouocant calefaciendo, ſubtiliando, & incidẽdo & hmõi. Si ex vtriſq; cura nota eſt ex cura ſimplicium iam poſita.

CVRA in facta propter mẽbrum ipſum eſt diuerſa ſm̃ cauſarum diuerſitatem. Vnde ſi fuerit ex calore aut frigore adminiſtra calefacientia, & infrigidantia intus, & extra ex notis ex ſupra poſitis de iuuantibus matrici, & in cã calida ſi expedit fac phlebotomiã. in cauſa aũt frigida etiã conuenire videtur mouendo ſanguinem & trahendo. vnde ſequitur deoppilatio, vt dictũ eſt. Q. ſi fuerit ex pinguedine oppilante ſtude macrefactioni, extenuationi corporis cum cibis ſiccis, pauci nutrimenti, ſubtiliatiuis, inciſiuis, extenuatiuis, cũ frequẽti exercitio & hmõi. Item adminiſtra peſſaria, clyſteria ſubtiliatiua, inciſiua, & aperitiua. Si ex apoſtemate cura eſt cura apatis de qua infra ſua rubrica. Si ex cicatrice cura eſt q̃ſi impoſſibilis quã dimitto chirurgicis. Conſimiliter ſi fuerit ex carne addita. nam cura eſt remotio eius tamen chirurgicis relinquenda. Si ꝓpter tortuoſitatem nimiam naturalem curæ eſt impoſſibilis. Si ꝓpter clauſionem orificiorum venarũ cura eſt apertio cum digeſtiuis ſolutiuis phlebotomia ꝓuocatione cum ꝓuocantibus calefactiuis, ſubtiliatiuis, inciſiuis, vt dicetur in quibus omnibus oportet medicum habere ſingularem prudentiam. Et ſic ſatisfacies etiam qñ caſu, vel percuſſione, vel aborſus ſucceſſione retinẽtur. Nam cum ſanguis infrigidatur, ingroſſatur, & oppilat, & ideo balnea, ſuffumigia, & hmõi calida ſubtiliatiua ſunt maxime cõferentia. Q. ſi fuerit cõitate hepatis, & venarum eius, quia ſint oppilatæ recurre ad ea quæ de oppilatione hepatis ſcripta ſunt. Q. ſi ꝓpter pinguedinem zirbi aut myrach introducatur macies cum regimine macrefacienti. ſtude itaq; in remotione cauſæ quæ ex dictis ſatis aperta ſunt meo iudicio.

POSTREMO reſtat vt ingenia ſcribã cum ſuis particularibus remedijs q̃ ex authoribus, magna ex parte excerpſi decem & octo ingenia ab authoribus poſita inueni, quibus in hoc accidẽti dominabos ſuccurritur. Primũ eſt ex parte potionum. Secundum ex parte electuariorum. Tertium pilularum. Quartũ trochiſcorum. Quintum puluerum. Sextum theriacarum. Septimum tripherarũ. Octauum ſuffumigiorum. Nonum balneorum, ſiue lotionũ itbarum. Decimum ſuppoſitoriorũ. Vndecimũ fomentationum. Duodecimum ſacculorum. Tertium decimũ vnctionum. Quartumdecimũ emplaſtrorum. Quintudecimum ſternutationum. Decimũſextũ ligaturarũ. Decimũſeptimum ventoſarum. Decimũoctauum phlebotomiæ.

Et expediendo me de vno quoq; eorum exemplificabo à potionibus initium faciens, valet ſy. de radicibus vſualis, & oĩs alius aperitiuus ſpecialiter cõfectus ex rebus maxime ꝓuocantibus ex iam numeratis. vt eſt ſy. de calamento, ſed nota ꝙ tua intereſt ſemper cõſiderare ſi adeſt mala cõplexio calida, quia oportet moderare. Syrupus ad idẽ expertus in cauſa frigida, & coartatoria. ℞. calamẽti domeſtici, & ſylueſtris, pulegij, radicis enulæ cãpanæ, ireos, matricariæ, radicis iuniperi, hypericon. ana. M. j. rubeæ tinctorum, nigellæ, zedoariæ, doronici, dauci, polij, praſſij, ſquinanti, ana. ℥. iij. coque oĩa in lib. vj. aquæ, & bulliant ad conſumptionem medietatis & coaduna vtraq; calamẽta, & adde lib. ij. coque & initio decoctionis mitte ſpicæ, caſſiæ ligneæ, aſſarici, garyophylorum, maſticis. ana. ʒ. j. & ſit ſubtiliter puluerizata in panno lineo poſita ad bulliendum, & addantur. ℥. iij. aceti ſquillitici, ſi non ſit ꝙ ꝓhibeat eum. doſis eſt. ʒ. ij. in aurora cum aqua matricariæ.

Alius & eſt Gentilis. ℞. calamenti, ſticados, petroſyllini, ſauinæ, praſſij, camedreos, camepitheos, polij. ana. ʒ. iij. matricariæ, aniſi, apij, ameos, dauci, ſquinanti, eupatorij, cuſcutæ. ana. ʒ. ij. caſſiæ. ariſtolochiæ lon. gentianæ, baccarũ lauri. ana. ʒ. j. ſ. coquantur & colentur, & cum zucch. fiat ſy. doſ. ℥. j. ſ. mane & ſero ante cœnam ꝑ duas horas cũ aqua matricariæ. Itẽ valet decoc. faſeolorũ ru. & eſt vſuale. Itẽ aqua decoctionis cicerũ ru. decoctorũ cum radice apij, calamenti, & hmõi & eſt vſuale. Et ex his exemplis videbis q̃ñ cum paucioribus & pluribus facere potes potiones fortiores minus fortes & mediocres. tu itaq; cõpone. Sed nota ꝙ pilulæ euacuatiuæ, & menſtrua prouocantes ſunt dandæ immediate poſt exhibitionem iſtarum potionum aliquibus diebus ſic datis. vt ſunt pilule de ſerapino fœtide & de iera Gal. & alias potes per te conficere ex datis addẽdo agaricũ, & aloem, aut ſcãmoneam, vt videbitur expedire. Sicq; ſuo modo ex datis ſyrupos confice, electuaria & confectiones, & iam dictum eſt ſupra diacalamentum Meſ. & diapraſſium Nico. potenter valere, quorum exempla coofice, ſed cõſulo expertis vtere. Trochiſci de myrrha ſunt maxime cõmendati. ipſi enim per ſuperius dantur, ſed trochiſci de gallia muſcata valent cum eorum ſuffumigio, & tu confice cum myrrha, oppopanaco, gallia, calamento, ſauina, & huiuſmodi alios vt apparebit. Nam ex tot ſimplicibus multa potes conficere compoſita. Pulueres vero multos habes ex ſimplicibus datis quos ſimplices aut compoſitos dabis. verbi gratia. puluis rubeæ tinctorum cum decoctione faſeolorum eſt efficax, & vſuale. puluis ſauinæ & ariſtolochiæ ro. datus cum aqua decoctionis cicerum ru. &c. Theriaca magna Ni. cum vino decoc. artemiſiæ, aut calamenti, aut ſauinæ, aut cinnamomi, garyophylorum & hmõi. Ex triphera, triphera magna Ni. cum vino decoc. artemiſiæ & eſt efficax, & nota ꝙ quæ dantur per os debent eſſe liquida ne

moram

moram in ſtomacho cõtrahant, & citius ad matricem deſcendant. Suffumigium quoq; facere ſiccum, vt cum ambra, galbano, bdellio, oppopanaco, gallia muſcata, myrrha, et hmõi. Item humidum decoc. rerum ꝓuocantiũ quę ſunt herbæ, radices, & hmõi. vt ſupra. Et hic nota ꝙ vas debet ꝑparari taliter ꝙ fumus veniat directe ad os matricis per cãnulam muliere ſedẽte ſuper ſedem. Q; ſi ex certa cauſa ſic ſtare non poſſet fac fomentationem cum ſpongijs poſitis in aqua decoctipois, & appoſitis vuluę, & ſint hæc oĩa ita calida ꝗ̃ calida ſufficere põt ipſa mulier, & nota ꝙ cum ſuffumigabis mulierem, & ꝑcipue cum aromaticis, ita circũquaq; obtura vt odor non egrediatur, & ad caput perueniat, qm̃ inducunt capitis grauedinem, iuxta illud Hip. apho. Suffitus aromatum muliebria ducit, ſæpius vero & ad alia vtilis eſſet, niſi capitis faceret grauitatem. & ideo in caſu melior eſt vt ad nares teneant aliquod fœtidum. Balnea q̃nq; ex ſimplicibus ꝑdictis, & fac mulierẽ ſedere vſq; ad vmbilicum. nam conſuerũt hæc balnea mirabiliter ꝓficere. ideo eo tp̃e quo ſtabit in balneo da ex ſyrupis & decoctionibus aliquid, qm̃ etiam balneum iuuabit ad attrahendum talia ad matricem, & ſi mulier recebit peſſarium eo tp̃e adhuc fortius ꝓuocabuntur. Item lotiones tibiarum ex rebus factæ ꝓuocatiuis, de quibus ſupra ſunt etiam conferentes valde, & præcipue ſi continuentur abſque debilitate virtutis, quam conſidera. Semper ſuppoſitoria ſiant debilia, & fortia ſolutiua, & nõ ſolutiua, unde. ℞. caſtorei, muſci, ambræ, myrrhæ, croci. ana. confice cum oleo de been. Item piſtetur aliqualiter mercurialis, et ſupponatur. Item radix enulæ. Item. ℞. myrrhæ, bdellij, aloes. ana. ʒ. j. calamenti, galliæ muſcatæ, rutæ ſiccæ. ʒ. ſ. confice cum ſucco artemiſiæ. Item radix rubeæ trita, ſuppoſita tincta cum oleo anethino ſuperaſperſa puluere ſauinæ. item ipſa ſola. Ad idem. ℞. olibani, laudani, maſticis, aloes, hepatici, tripheræ magnæ, git, biſtortæ, ſtoracis, calamitæ, muſci, galliæ muſcatæ, ambræ, xyloaloes, terãtur terenda, & cum oleo muſtellino conficiantur naſcalia. Et hic nota ꝙ naſcalia debent imponi ſero qñ itur dormitum & teneri tota nocte & pluribus diebus continuari ſm̃ fortitudinem & debilitatem eorum, qm̃ fortia minus. Item & ſecundo debent in eorum extremitate ligari cũ filo duplicato vt extrahi poſſint. ponantur, & tutius eſt in petia linea ſubtili & rara in cuius extremitate ligetur filum fortiter. Aliud & eſt efficaſſimum de quo experiẽtiam habui. ℞. oppopanaci, galbani, bdellij, amoniaci, myrrhæ. ana. ʒ. ſ. ſerapini. ʒ. i. ſ. diſſoluantur gũmi hæc in mortario cũ piſtello calido, & ſiant ſuppoſitoria longa ad quantitatẽ ſex digitorum, & ſuperaſpergatur ſcãmonea puluerizata tp̃e quo ſuppoſitorium erit calidum vt melius retineat. deinde inuoluatur petia rara ſubtili & cum filo duplicato. vt ſupra ponatur. hoc autẽ forte eſt, & ideo paucioribus horis tenendũ, & diebus. In tribus diebus ſoluit ꝓuocare, ſed anteq̃ ſupponas prius ꝑpara materiam ad expulſionẽ, vt ſupra in canonibus. nam hoc ſuppoſitoriũ ex ſolutiuis eſt. Et tu ex agarico cum gũmi cõficere poteris aut alio vt videbitur, ideo ſtude. Et hic nota ꝙ in virginibus non debent ſuppoſitoria talia imponi ꝓp hymenem, qm̃ nondum fractus eſt. Vnctiões fac ex oleo anethino, de caſtoreo, de coſto, de lilijs, de ireos, de ſpica, de aſſa cum pulueribus rerum ꝓuocantium, vt puluerem calamenti, ſauinæ, rubeæ, tinctorum, & hmõi cũ modico cerę, aut cum ipſis oleis ſolis loca frequenter inunges, & eſt vtile valde, ex quibus oleis cum pulueribus & farina git, & croco confice emplaſtra tibi deſeruientia. Sternutationes facito cũ ſympi condiſi, pipere, & elſo al. ita vt ſternutet vſq; ad decem, ſunt etenim in hoc caſu iuuatiua. Quid agendum ſit cũ ventoſis & ligaturis ac phlebotomia ex dictis apparet, ſed tñ eñ hic dico ꝙ prius bene conſideres anteq̃ ad phlebotomiam accedas, verũtamen ipſa eſt fortiſſima in eorum ꝓuocatione, ꝓpter quod ſtatim ab ea multi incipiunt, ſed tu bene pondera. Conſimiliter de ventoſis ſaltem cum ſcarificatione, & de ligatione doloroſa facta in principio qũocunq; non eſſet magnũ inconueniens ſicut de eis cum ſcarificatione & de phlebotomia. Tu itaque ſemper prudentia tua teipſum ꝓuideas. vnde ſemper præ oculis habeas phlebotomiam, ventoſas, & ligaturas quæ in hoc caſu potentes eſſe conſueuerunt. Vltimo hoc loco vt te copioſum reddam in hac materia. q̃dam ponam antidota fide, & experientia digna. euphorbium in coto poſitum, & ſuppoſitum in parua hora prouocat abſq; ſuperfluitate Aui. Peſſarium eiuſdem & bonum valde. ℞. myrrhæ, calamenti. ana. ʒ. ij. ſauinæ. ʒ. iiij. rutæ ſiccæ. ʒ. v. paſſularum mũdatarum. ʒ. x. confice cum felle vaccino. Vſus aloes prouocat menſtrua. Quidam ſi ante tempus mẽſtruationis per tres dies mane, & ſero in ieiuno mulier comedat de matrice capræ, aut carne menſtrua ꝓuocabũtur. Radix lilij celeſtis ſub cineribus cocta & trita cum colloquintida, & pauco laudano ſuppoſita educit. Item. ℞. bdellij, galbani, myrrhæ. ana. ʒ. j. pulueris ſauinæ, ſe. apij, ameos. ana. ʒ. ſ. diſſoluantur gũmi cum piſtello calido, & omnia incorporentur, & ſiant peſ. de quibus dentur duæ vel tres ſingulis diebus.

Vſus tripheræ magnæ ſine opio ad quantitatẽ. ʒ. j. vſque ad. ij. cum brodio cicerum ru. multum valet. Item. ℞. faſeolorũ ru. ana. M. j. radicum rubeæ. ℥. ſ. ſiſeleos, radicis apij, petroſ. ana. ʒ. ij. bulliant in ſufficienti quantitate aquæ ad conſumptionem tertiæ partis, & coletur, & de tali colatura dentur bis in die. ℥. iiij. dulcoratæ cum zuccha. & cõtinuet eum quatuor aut quinq; diebus ante tp̃s ſolitæ menſtruationis, & eſt remedium familiare, & efficax. Peſſarium. ℞. radicum gentianæ, pulegij. ana. ʒ. ij. nigellæ. ʒ. j. carnium ficuum ſiccatum quantum ſufficit ad incorporandum, & cum ſucco mercurialis confice. hoc aũt eſt vſuale et ardorẽ neq; excoriationem inducit. Et ea quę ſunt ex gũmis & rebus alijs acutis valde, ꝙ ideo in applicatione ipſorum ſis acutus & prudens. Item nota ꝙ euphorbium, & nigella, rhagadias inducunt, & ideo caute adminiſtra. Multa plus addere poſſem quæ videntur ſuperuacua tot & tantis ſic recitatis, quare &c,

## De fluxu nõ naturali menſtruorũ. Rub. VII.

VNde per fluxum hic non naturalem intelligo exitũ ſanguinis à matrice non in debita quantitate, qualitate, aut ordine euenientẽ, & ideo vt dixerunt quidam eſt egreſſio ſanguinis à matrice inordinate veniens, q quidem ſic veniens cauſa eſt multorũ nocumẽtorum. Vñ corpus diſcoloratur, et macreſcit. Digeſtio corrumpitur, et appetitus diminuitur. Auferẽ conceptio, pedes inflantur, et corpus ad hydropem tandem perducit. Et aliquando ex eius exitu nimio fuerit cholera, quoniam ſanguis eſt eius frenum, & inde accidit feb. cholerica mala, dolor dorſi. Tu itaque ſollicitus eſto in eorum retentione conuenienti. vt hæc mulier fugiat nocumenta.

CAVSÆ. Ex cauſis q̃dam ſunt primitiuę, q̃dã ſunt añtes, q̃dã cõiunctæ. Ex primitiuis ſunt p̃rio aer calidus & humidus multiplicãs ſanguinẽ multũ & humores multos, vnde quidã aiunt mulieres tp̃e pluuiali plus mẽſtruis abundare. Secundo cibus & potus multi ſanguinis generatiui, & in multa quantitate ſumpti. Item etiã ipſi acuti, ſubtiles, aquoſi nimis ex quibus generatur ſanguis, aut nimium ſubtilis acutus ora venarũ faciliter exiens, aut aquoſus ſubtilis idem operãs. Tertio ſomnus multus in quo retrahunẽ humores ad intra & in eo etiam multiplicantur. vnde natura grauata ſe per venas matricis exonerat. Item & vigiliæ ſuperfluæ. Quarto exercitium forte calefaciens inflammans ſanguinem, & ipſum in motu ponens. Itẽ & balneum calidum. Quinto repletio nimia, & inanitio ex parte coitus: vnde nimius coitus orificia venarum aperit. Sexto enim accidens forte vt timor ira, ſanguinem ebullire faciens, & ipſum in motu ponens, nimium exceſſiuum

gaudium

gaudium quo ſanguis caleſit & inflammatur. Septimo caſus, & percuſſio, vt ponderis vehementia, aut vrgæ magnitudo. vnde venarum ſequatur apertio abſciſſio aut ſciſſio. Ex antecedentibus ſunt ſanguis ipſe qui multus eſt et ſua multitudine natura onerata per illas euacuat vias, aut moleſtus ſit qualitate, quia nimis ſubtilis acutus, aut in ſe aut ratione alterius humoris peccãtis ſic credentis cum naturæ moleſtum aut ſubſtantia, quia nimis aquoſus. Item quia aut à toto aut ab hepate ſang. mittitur ad matricem ſuperfluum quem natura per illa euacuat loca. Item contingit quia natura ipſas ſuperfluitates per alias cõſueuit regionem euacuare vt ſuperfluum ſang. narium, per ſudorem, per vias vrinæ, per hæmorroides, & hmõi. & non euacuat per illas, ſed ipſas ſic aggregatas per venas matricis ad extra expellit. Item contingit qñ natura conſueuit in exterioribus multiplicare apoſtemata, ſcabiẽ, ulcera, puſtulas, & hmõi. & ab eorum generatione retrahitur. Item rhagadię, matricis vlcera, corroſiones, aptio apoſtematis eius, & qñcũq; indifferenter faciunt ad ſuarum apertionum, ſciſſuram & hmõi. Ex parte coniunctæ eſt debilitas virtutis contentiuæ matricis, et mala cõplexione calida aut frigida. Aut ab aliqua alia re facta. vt ſunt vlcera, rhagadiæ, hæmorrhoides eius. Partus difficilis qui ora venarum multũ debilitat & aperit, aut aborſus & hmõi. Vnde hic nota ꝙ ſtat fluxũ ſuperfluere non exiſtente peccato in ſang. ex parte quantit. aut qualit. & conſidera verbum Aut. hic inquit. Et ille eſt deterior quæ ſit pp malitiam cõplexionis alicuius. Et hic bene aduerte, ꝙ talis mala cõplexio multũ perdurat, & ſimiliter apertio orarum venarũ matricis ꝙ cũ magna difficultate curatur, & ideo non ſis promptus ad promittendũ ſalutem. Et ſummãdo oĩs talis cauſa aut extrinſeca aut intrinſeca, ſi extrinſeca iam dictum eſt de primitiuis. Si intrinſeca, ſic eſt aut ex parte virtutis quia fortificata ſit expulſiua aut debilitata cõtentiua. Aut ex parte membri, quia nimis rarum, laſſum, apertum & hmõi. Aut ex parte humorum quanto aut quali ſi peccantis vt dictum eſt. Et ſcias ꝙ omnis fluxus talis in principio eſt ſubtilis, quia orificia nõ ſunt multũ aperta etiam facilius in principio egreditur quod ſubtile eſt, in medio eſt groſſus, & in fine ſubtilis, quia tunc clauduntur orificia venarum, quãdo ad ſuam diſpoſitionem redeunt naturalem, etiam quia in ſi. à ſic. iuuantur.

S I G N A demonſtratiua qñ menſtrua naturaliter fluunt cum non ſuperfluunt ne dum nocumentũ ſed iuuamentũ faciunt & color corporis eſt ſm diſpoſitionem naturalem neq; vrina alteratur & in eius retentione nõ oportet laborare, & eſt cum bona tolerantia. vnde Hippo. prio apho. ſiquidẽ qualia oportet purgare, quod cũ ſupfluit fluxus oportet ut medicus ſit ſollicitꝰ et diligẽs i eiꝰ retẽtiõe.

Signa ſi eorũ ſuperfluitas fuerit cauſa plethoriæ tunc apparebunt venæ in facie repletæ. & corporis ipſius repletio & venarum eius, & ꝙ præceſſit regimen ſanguineum, huiuſmodi de ſignis plethorię de quibus in principio operis. & tu ibi. Et cognoſces abundantiam humoris. primo per colorem corporis, quia rubeus, purpureus, aut citrinus, aut albus, aut fuſcus, ſiue niger. Item & hoc per colorem menſtruorum collectorum ſup peciam, vt in pcedenti rubrica, cuius humoris euacuatio fieri debet, & accidũt hæc menſtrua ſic in colore mutata cõmuniter poſt alias ægritudines poſt debilitatem corporis totius, & poſt nocumentum hepatis, cum quibus eſt debilitas appetitus.

Q. ſi fuerit ppter acuitatem ſanguinis cognoſcitur per ſui velocem exitum acuitatem in eius exitu ſine mordicatione, & calefactione in ore vuluæ quæ ſit hora exitus, & quia difficulter retinetur, & per viſum eius collecti in pecia. vt ſupra. & quia mulier cholerica, regimen cholericũ, color eius citrinus, & hmõi. Quòd ſi fuerit propter ſubtilitatem eius ex aquoſitate ſecum cõmixta, ſanguis erit aquoſus non calidus in eius exitu neq; mordicans, & ledit ſtypticis ante eius perfectam euacuationem. Et apparet in ea muliere qñq; quaſi pgnatio vt qñq; ſint accidentia partus vnde parit humiditates. Et lacerti eius vehementis mollities, quia ſunt leues, & qñq; nocent diuretica ppter caliditatem ſuam, quia addunt in aquoſitatem ſang.

Signa facti in vlceribus cum materia, & dolore eſt cũ vehementia doloris, & cum fœtore, & cum viru ſordido.

In facto ppter corroſionem egredit̃ paulatim, quaſi fex. & proprie quando eſt à venis abſq; arterijs. Q. ſi fuerit corroſio in profundo matricis erit color nimis niger. Q. ſi fuerit prope os matricis poterit tangi & videri.

Signa facti ab hæmorrhoidibus ſunt, quia habet periodos & qñq; non ſunt ei periodi, immo eſt ſequens repletionem. Et ſunt ſigna hæmorrhoidarum matricis manifeſta, de quibus infra. & eſt ſanguis ſm plurimum niger niſi ſit ab arterijs, eſt qñq; hęmorroſaicus fruſtatim, & multotiens aſſociatur hæmorrhoidibus in matrice dolor capitis grauitas capitis, & dolor in viſceribus, & hepate, & cum ſang. currit ex illis hęmorrhoidibus remouet̃ illud accñs.

Signa ſi fuerit ppter caſum & percuſſionem ſcitur narratione infirmi. Signa ſi fuerit propter putredinem ſanguinis, & malam qualitatem humorũ, tunc ſanguis eſt fœtidus, turpis aſpectus, cum dolore, & punctura.

P R O G N O S T I C A. Fluxus hic continuatus ad hydropem corpus perducit, & ad hecticam & finaliter ad mortem niſi in breui ſuccurratur. Quando hic fluxus perdurat & maxime quando eſt ex acumine eius difficile curatur. Nam ex quo orificia venarum longo tempore ſtant aperta difficulter conſolidantur. Hic fluxus cum perdurat corpus pducit ad malas diſpoſitiones, ad caſum appetitus debilitatem digeſtiuæ, & hmõi. & ideo ſollicitus eſto. Poſtremo ſcito ꝙ raro medici cõſequuntur honorem de cura eius, quia dominæ verecundantur detegere hanc paſſionem, & ideo vtplurimum non niſi inueterata ad manus peruenit medicorum. & ideo conſidera.

C V R A canones. Primus ꝙ menſtruorum fluxus nõ eſt cohibendus, niſi ad ipſum ſequatur debilitas virtutis, et mutatio coloris. Vñ hic ſcito ꝙ talem fluxum habẽt mulieres, vt in præcedenti rub. & habere debent ordinate ſemel in menſe tantum, & hic in diuerſis diuerſimode durat ſm diuerſitatem complexionis, habitudinis, regiminis, & huiuſmodi. vnde eius perduratio tãgendo primum & vltimum durat ſm plurimum à tribus diebus vſq; ad ſeptem. quædam tamen habent niſi duobus diebus, quædam ſeptem vſq; ad octo. quędam quatuor vſq; ad quinq; & hæ ſunt ſaniores, vnde duo dies ſunt breue ſpatium, & octo ſunt nimis longum, & tales conſueuerunt eſſe ab eis vtplurimum moleſtatę requirẽtes habere ea pluribus aut paucioribus diebus fluentia, ſed tu conſidera quantitatem & compares ad habitudinem, complexionem, ætatem, & hmõi. ſis itaq; prudens, & de eis dñas moroſe interroga.

Secundus eſt ordinatio diætæ quę vt ſæpe dictum eſt ordinari debet ad contrarium cauſæ. vnde ſi ex cauſis fuerit primitiua remoueantur illę & contrarium introducatur vt aeris fiat mutatio ad frigidum & ſiccum. Item cibi ſint pauci ſanguinis generatiui. Item ex parte qualitatis, quia ſint frigidi aut calidi ſicci & humidi ſm quòd exigit diſpoſitio. ſicq; in alijs procede. Vnde in cauſa calida laudantur lentes cum aceto, portulacæ, lac acetoſum coctum panis, hordeaceus, ſubſtantia caulium bis coctorum, pira coctana, neſpilla, granata, agreſte, berberis, & huiuſmodi ſtyptica, laganę abſq; ſale factæ per diem ante, & ita de alijs. vt ſupra de dyſenteria. In cauſa vero frigida laudantur quæ calefaciunt, & ingroſſant vt lac coctum, iuſcula farinæ frumenti, fabæ fractæ cum cinnamomo, rizum, mentha, & ſuccus eius cum vino bibitus ſtringunt fluxũ ventris, ab interioribus. Auic. ſecundo cañ. de ea. vinum nigrum, groſſum, & ita de alijs calefacientibus ſtypticis, & oppilantibus. Ex parte etiam carnium vt perdicum, & huiuſmodi. de quibus tertio tracta. & ſint aſſatæ. Tertius eſt digeſtio.

eſt digeſtio. nam ſi ſang. fuerit ſubtilis, acutus remittatur cum frigidis, ingroſſantibus, ſtypticis. vt ſyru. co. de papa. oryzaccata, de endiuia & hmōi ſtypticis. de qb⁹ quarto tracta. et ſupra de dyſenteria vbi plures ſunt potus huic propoſito vtiles. Q. ſi fuerit aquoſus nimis da ingroſſantia, calida, ſtyptica, vt ſy. de menta cum decoc. nucum cupreſſi, maſticis, olibani, & hmōi calidis ſtypticis materialibus, de quibus infra, vel commiſce ex calidis & frigidis vt ſyru. de mentha. de ro. de myrto cum aqua menthæ, plan. & huiuſmodi.

Quartus eſt euacuatio quæ fiat primo p phlebotomiā baſilicæ peccato exiſtente in ſanguine ex parte quanti, aut ex parte alterius humoris ſanguini mixti, ſecundo ſi exiſtit peccatum in alio humore non ſanguini cōmixto fiat euacuatio cum euacuatiuis appropriatis derelinquētibus poſt ſe veſtigium ſtypticitatis, vt myrobalani, reubarbarum, fumus terræ & hmōi, quæ omnia dentur in ſubſtantia & poſſunt vſtulari ſi videbitur, pro qbus recurre ad ea quæ dicta ſunt de dyſenteria. vt ſupra quarto tracta. & hoc maxime ſi à cholerica fuerit. Q. ſi ex aquoſitate da ꝓuocatiua vrinæ, & ſudoris, deinde ſtyptica adminiſtra, & confortantia, de quibus infra. Et in iſtis ſtypticis nota quòd ita adminiſtrentur ne eorum nimius vſus vrinam difficultet, & tollat.

Quintus eſt diuerſio, diuertitur ſanguis per tractionem eius ad ſuperiora ex phlebotomia facta ex baſilica, & ab hac communiter fit inceptio, ſed vt dictum eſt conſidera prius virtutis tenorem qīo ſe habeat ex fluxu præcedenti. Item diuerſio fit cum ventoſis appoſitis ſub mamillis, & cum ſcarificatione & abſq;, & debent iſtæ ventoſæ eē magnæ, & fiat fricatio fortis, & ligatio ſuperiorum fortis, quia manuum & brachiorum. Item ſtringantur radices mamillarum prius cum faſcia fortiter. deinde ſuperponantur ventoſæ magnæ, & qñq; retinet fluxum ſanguinis poſitio ventoſarum ſuper locum qui eſt inter vtraſq; anchas. Aui. & prouocatio vomitus multum confert.

Sextus eſt hepatis confortatio. nam in omni tali fluxu et maxime cum prolōgantur debilitatur hepar pro cuius cōfortatione recurre ſupra. 14. cap.

Septimus eſt remotio cauſæ ſummatim poſita ſm̄ cauſarum diuerſitatem. Vnde primo oportet modus in cura cauſaꝝ primitiuarū ex iam dictis ex parte diætæ, & euacuationū, diuerſionum, & hmōi. Vñ in caſu ꝑcuſſiōe fac phlebotomiā, deinde admiſtra ſtyptica cōfortatiua. vt trochiſci de charabe cū aqua plātaginis, & hmōi. Per inferius adminiſtra emplaſtra ſtyptica, embrochas & hmōi.

N O N R E S T A T niſi ponere quæ matricem, et venas eius confortant, & ſtypticāt, de quibus licet in principio capituli actum ſit, tamen enumerabo hic domeſtica quibus conſueuerunt practici vti in retentione menſtruorum, & valebunt ad ſequentia, achacia, alchechengi, alumen aduſtum ſuperpoſitum, athanaſia Nico. cum ſucco plantaginis, biſtorta, fomentum ex ea, bolum ar. caſtanea, cauda equina, cornu cerui vſtum, cuminum cum aceto, ciconium, coagulum hædi, & eſt ſatis efficax, conſolida maior, corallus, de quo Auicē. ſecundo cañ. Et Gal. quidem exiſtimauit q cum ex corallo aduſto & abluto ſumitur. ℥. j. cum quo terantur danic gummi arabici & conficitur cum albumine oui, & bibitur cum aqua frigida confert ſputo ſanguinis & eius eleuationi etiam ſuo fluxu venæ, & proprie corallus ru. coriandrum, ematites, hepatica, philonium perſicum Meſ. gallæ, gypſum, gummi arabici, glandes, granata, charabe, lens, lycium, margaritæ, maſtix, mentha, milefolium, myrtus, morus, mummia, nenuphar, nux, quia nucleum eius, & eſt ſecretum Cermiſoni, dabat omni mane & ſero tres. Item naſcale ex cortice eius combuſtę, & cinere eius cum vino, olibanum, orobum, oua in aceto cocta & trita, pini grana, Pilulis de bdellio, portulaca, quercus, roſa, rubus, ſanguis draco. ſemperuiua, ſiliqua

Danic ara bib⁹ eſt pōdus, ℈. ſ. aut ſexta pars vnius drachmę, vel menſura triū granorū hordei.

Sy. de myrto, ſolatrum, ſumach, ſcoria ferri, ſpodium, ſtercus caprarum & proprie montanarum conterit, & ſupponitur fluxui ſanguinis ex matrice proprie cum thure, & eſt expertum Auicen. ſecundo cañ. idem ab expertis mulieribus habui fortius operari ſtercus ouis cū ex eo fit ſuffumigium cum cineribus calidis, et pauco prunarum neq; continuari debet, ſed interuallatis fieri diebus, quoniam eſt fortis nimis. Comprobat alia Dioſcorides in fluxu humiditatum à matrice antiquo naſcale ex ſtercore caprino exiccato & thure. Et ſubdit Serapio, & quando commiſcetur cum aceto confert fluxui ſanguinis vuluæ. cumq; fuat ſpica. vnde ſecundo canone ſpica habet proprietatem retinēdi fluxum ſuperfluum humiditatum à matrice. triphera ex arte Phenonis Meſ. Triphera de terra ſigillata, de charabe, vermiculatum vernix, virga paſtoris, vitriolum combuſtum, cum charta combuſta, maſtice, & ematite, cum ſucco plantaginis ſuppoſitum, hypoquiſtidos. Et hæc ſufficiant pro nunc, quoniam in fine multa ponam cōpoſita huic propoſito vltima.

C V R A. Vbi autem ſanguinis fuerit multitudo ipſa phlebotomia curat ex baſilica facta cum regimine, ſed ſemper virtutem conſideres vt dictum eſt, deinde adminiſtra ſtyptica dicenda, fac diuerſiones cum ligaturis dictis, ventoſis & hmōi. Et laudatur hoc emplaſtrum. ℞. bo. ar. ro. myrtillorum, balauſtiarum, ana. ℥. iiij. terantur fortiter incorporentur, & miſceantur cum aqua ro. & albuminibus ouorum, & aliquantulo aceti, & ponatur ſuper vuluam ſed te copioſum faciam in fine vbi plurima ponam. Poſitio mulieris in aqua frigida vſque ad femur eſt res apud multos mirabilis, ſed hoc fieri non debet niſi in forti, & eſt operatio prudētis, & experti. Quòd ſi fuerit peccans in qualis quia acutus, &c. euacua cum thamarindis, manna, reubarbaro, mycobalanis, & hmōi euacuantibus choleram ſanguinem reddentem acutum. Deinde da alteratiua frigida vt de digeſtiuis dictum eſt, & ſuccus arnogloſſæ, & aqua eius in hoc caſu multum conueniunt. Vnde Auicē. de medicinis communibus, & proprie fluxui ſanguinis acuto calido arnogloſſa eſt melior, immo non eſt ei par. & in hoc caſu euitant plurimi phlebotomiam, & ſcarificationem ventoſarum intenti ſolum diuerſionibus & alterantibus ex parte cibi & potus cum cibis acetoſis ſtypticis vt ſunt granata, ribes, agreſta, berberis, ſumach, citonia, portulaca, lactuca, atriplex, lentes biſcoctæ cum aceto, vt ſupra. Item athanaſia Ni. ſy. de myrto, de agreſta & huiuſmodi. valet & poſitio eius in aqua veri frigoris, vt dictum eſt in qua ponantur galla, myrtus, & ſimilia. & in ſumma frigida, & ſtyptica. vt ſupra de dyſenteria. Quòd ſi fuerit commixtio alterius humoris ad ipſum euacuandum ac alterandum procede, vt de ipſo dictum eſt poſt quæ phlebotomia diuerte, & ſtyptica adminiſtra. Quòd ſi fuerit propterea quia aquoſus multum da prouocantia vrinam, & ſudorem, & quæ ſunt ſicut decoc. aſſari, & apij, & ſint calida, & cooperiatur pānis, & fricetur corpus cū panno aſpero & liniatꝰ corpus cū aqua mellis, & cum emplaſtris ad hydropem exiccantibus. vnde oportet declinare ad ea quæ exiccant ex parte cibi & medicinarum. deinde adminiſtra dragacantum, gummi ara. & hmōi. Quòd ſi fuerit à toto phlebotoma baſilicam, & conforta membra, aut hepar etiam cum ſtypticis intus & extra adminiſtratis etiam videndis ſuis rubricis ſupra. Vnde fac emplaſtra, embrochas, & applica petias infuſas in rebus ſtypticis, & de his infra. Quòd ſi fuerit quia conſueuit natura euacuare per altas regiones fac phlebotomiam primo. deinde quære diuertere ipſum & per loca conſueta euacuare prouocando fluxum ſang. narium de quo ſupra quinto capitulo. aut hæmorrhoides de quo ſupra decimoſeptimo capitulo. Quòd ſi fuerit quia puſtulas, & huiuſmodi conſueuit natura emittere fac phlebotomiam diuerſiuā, deinde ſtude ad euacuationem

illarum

aliarum ſuperfluitatum, quas natura ad extra pellere cõſue uit & altera vt decet, pro quibus recurre. iiij. cap. Q. ſi fue rit ꝓpter rhagadias matricis, aut hæmorrhoidas, aut vlce ra & hmõi. tunc phlebotoma ſi virtus tolerat, & diuerte. deinde procede cura rhagadiarum matricis vlcerum eius inferius ſuis Rubricis ponenda. In facta propter debilita tem virtutis cõtentiuæ matricis, & venarum eius cura eſt phlebotomia diuerſiua quam magis debes facere in cauſa calida ꝗ̃ frigida, & diuerſiones cum ligaturis ventoſis. vt ſupra & applicatione rerum calidarũ aut frigidarum ſty pticantium ſecũdum ꝙ diſpoſitio exigit. Quòd ſi mala cõ plexio virtutem debilitans fuerit materialis attende dige ſtiuis, & euacuatiuis, & hic nota ꝙ ſtudium debet eſſe in adminiſtrando aromatica cum ſtypticis maxime quan do per inferius applicantur.

RESTAT vltimo quædam hic annotare memo ria digna ex autoribus excerpta ſimplicia vel compoſita, & in diuerſis cauſis cõferentia, & ſicut dictum eſt in præ cedẽti rubrica decẽ & octo ingenia etiam habere hic poſ ſumus ſicut in retentione menſtruorum. Quorum quædã ſunt ex parte potus, quædam ex parte aliarum rerum ſoli darum, quæ deglutiuntur. vt pilulæ, confectiones, electua ria, trochiſci, pulueres, theriacę, triphere. Quædam ex par te eorũ quæ per inferius, ſiue ad extra, ſiue ad intra vt ſunt ſuffumigia, embrochę. emplaſtra, cataplaſmata, ſuppoſito ria, clyſteria, balnea, ſeſſiones, vnguenta, cerotaria & hu iuſmodi: & hic prætereo phlebotomiam, ventoſas, ligatu ras, & huiuſmodi, de quibus plene actum eſt. Potus. ℞. ſucci plantaginis. ℥. ij. mucillaginis, dragacanti, gummi ara. ana. ℥. j. zucchari ro. ℥. j. diſtemperetur cum aqua plan ta. & detur. Cõſueuit multum valere ſuccus cum mucilla ginibus in matricẽ iniectus plus ꝗ̃ tepidus. Itẽ lac bene coctũ cũ ferro ignito cũ ſcoria ferri, & ſeminibus planta ginis cum modico zucchаro ro. Itẽ trochiſci de ſpodio cum camphora cõferunt valde. Auic. Item maxime va let & eſt medicamen vltimi iuuamenti. Auicẽ. ℞. terræ ſi gillatæ, boli arm. aluminis, gallarum, ſanguinis dra. ana. de quorum ſumma accipiatur. ʒ. j. cui addatur camphoræ grana. ij. galliæ. ℈. ſ. & totum diſſoluatur cum ſy. myrti no. Pilulis. ℞. dragacãti aſſi, cupularum glandium, thu ris, opij. ana. confice ſunt optime. doſ. ʒ. j. Et laudat Aui. (Cõculæ ſancti Iacobi, ex Auicenna.) potionẽ conculaтum marinarũ quæ de ſancto Iacobo ex portãtur. inquit. & iterum bibantur cõcularum marinarũ quæ exportanẽ à ſancto Iacobo aduſtarum pondus. ʒ. ij. cum aqua ſumach citoniorũ & dactylorum. Sed nota ꝙ ſanctũ Iacobum nominat. Suppoſitoriũ. ℞. litargiri, dra gacanti, balauſtiarum, terræ ſigillatæ, boli arm. antimo nij. ana. Item. ℞. gallarũ immaturarũ balauſtiarũ, amili, aluminis, reubarbari, granorum myrti, ſauinæ, ſucci bar bæ hircinæ, granorum agreſte, chartæ combuſtæ, ſanda lorum alborũ, corticum thuris, terræ ſigil. corticum gra natorũ, folij ſcoriæ ferri, coriandri ſicci. ana. de quo acci piantur. ʒ. iiij. & cum lana ſuccida ſiue non lota ſupponaẽ prius imbibita in aqua myrti, & teneaẽ tota nocte. Seſ ſiones ſiue enchatiſmata fiant cum prædictis iſtis & bar ba hircina, cauda equina. balauſtijs, calamento ro. myrto, xylocaratis, ſiliquis, gallis, & hmõi. Dixit Gal. in de ex perimentis ꝙ cum multa dederit intus & extra ſtyptica, & non contulerit clyſterizauit matricẽ cũ ſucco arnoglo ſæ, & dedit per os & ſanauit. Valent coaguli hædi, ceruí, vel vituli. ʒ. ij. cum aqua decoct. citoniorũ. Itẽ pãnus in fuſus in aqua frigida decoct. rerũ ſtypticantiũ cum modi co aceti freqnter renibus alchatim, et fœmori, ſiue pectini reiteratus. Aliud. ℞. caliginẽ durũ furni, & cũ eo cõmiſce ſuccũ barbæ hircinæ, grana agreſte, chartã de pãno com buſtã, ſandalos, & gypſum, & totũ cum lana ſupponatur, teneaturq; tota nocte. Itẽ. ℞. coſti, & intinge in ſucco ar noglosſę, vel cõſolidæ, & ſuper aſpergas puluerẽ trochiſci de charabe, & ſuppone. Et ex vltimis naſcalibus eſt na ſcale ex colophonia, cãphora, ſcoria ferri cum ſucco ſola tri confectũ, & cum coto ſuppoſitum. Clyſtere optimũ. ℞. ſucci virgæ paſtoris. ℥. ij. decoc. corticũ granatorũ. ex tremitatum myrti, nucũ cupreſſi, gallarum, roſ. balauſtia rum. ana. ℥. j. ſ. vel. ij. & inijciaẽ tepidum. Et nota ꝙ cum iſtis ſuccis cõmiſcere glutina ſang. retinẽtia eſt valde cano nicum vt ſunt dragacantum, gũmi ara. & hmõi. Suffumi gium. ℞. maſticis colophoniæ, gummi ara. bol. ar. ſangu. dra. ana. ponatur ſuper prunas, & recipiat fumum, ex her bis etiã confice. vt ſupra de teneſmo. Itẽ decoque ex re bus ſtypticis. vt ſunt viola ſaracenica, pẽtaphilon, plãtagi nis, glãdes, nucis cupſſi, & hmõi, & da cũ ſy. ro. aut myrti no, mirua citonioꝝ, & hmõi, & cũ bulliũt pone in petiola ematitẽ, bolum ar. trochiſcos de charabe, & hmõi, & ex te cõfice. Linimentũ de quo in vltimis habui experiẽtiam in domina quadã filtrina ꝗ̃ paſſa erat fluxum menſtruorũ. xiiij. mẽſibus. ℞. ſucci plãtaginis lib. ſ. ſuc. arnoglosſę. ℥. ij. ſemperuiuæ. ℥. j. ſ. lapidis ematitis. ℥. j. boli arm. ℥. ij. ſang. dra. ℥. j. terrę ſigil. ʒ. vj. lycij, hypoquiſtidos. ana. ℥. ſ. acha ciæ. ʒ. viij. charabę. ʒ. iiij. cupularũ glandiũ, nucũ cupreſſi, balauſtiarum. ana. ʒ. iij, oĩa ſubtiliẽ puluerizenẽ, & cũ albu minibus ouoꝝ, & pauco aceto fiat linimentũ & petia vna magna in eo intincta anteponaẽ, et alia retro, et tpe calido ſint frigidæ, et hyeme, et frigido calidæ, vel tepidę. Pilu. expertæ. ℞. trochiſci de charabe, de terra ſigillata, de ſpo dio. ana. fiant pilulæ cum ſucco arnogloſſæ, denẽ tres pro vice mane et ſero, et ſunt expertæ. Ad idẽ fac cũ ouo tor tellos de calendula, de quibus mulier omni mane accipiat ſunt mirabiles, et efficaces. Itẽ enula campana cum ouo ſumpta idem operaẽ. Item. ℞. lepuſculum paruum et to tum cõbure in olla in furno et pulueriza, et da ad bibendũ cum vino. Succus poligonię cum litargirio probatus eſt.

Item. ℞. mũmiæ, ſan. dra. opij tebaici. ana. tempera cum lactę mulieris, et fiat ſuppoſitorium. Pilulæ de bdellio ſunt vſuales, & ſolę, et cum alijs ſtypticis exhibitæ. Item trochiſci de charabe cum aqua plantaginis vſuale eſt. Itẽ ℞. corallorum ru. ʒ. j. aquę plantagĩs. ℥. iij. miſce detur ante cœnam cum itur dormitum nulla cœna præcedente, et eſt experta. Idem operatur ſy. de myrto cum aqua plantagi nis, & cœna nõ præcedente. Et valet ſtercus aſininum in ore vuluæ poſitum exiccatũ, & recens. Emplaſtra cõfice ex herbis, & pulueribus conſtrictiuis, oleis ſtypticis, frigi dis, farina hordei, & aceto, & hæc ex datis facilia ſunt com poſita. tiſq; &c. Vltimo recurre ad ea quę de fluxu ſang. narium, de fluxu ſang. à pectore, ſiue de eius exitu per os, de mictu ſang. de fluxu dyſenterico ſcripta ſunt vbi pluri ma & vtilia tuo inuenies propoſito. quare ſtude & requi re & memorare eius quod ſæpe dictum eſt, ꝙ cum his fri gidis cõmiſceantur quĩdoq; calida propter cõplexionem naturalẽ matricis, aut aliquo modo ab his tot frigidis tuea tur ne fiat lapſus in deterius. Nota ꝙ ad cognoſcendum ſi cũ ſang. ſit alius humor mixtus debet mulier lauare pan num, & poſt exiccationem eius in vmbra debet conſide rare ſi fuerit ibi color citrinus aut liuidus. primus ſuper choleram. ſecundus ſuper phlegma. Q. ſi fuerit tandẽ ru beus arguet et non eſſe cõmixtum aliquod extraneum, ſed de his plenius de ſignis. Et hæc ſic ſufficiant.

*De fluxu humiditatum aliarum.* Rubrica. VIII.

DE fluxu humiditatum aliarum à ſanguine mẽſtruo dicto ab Auic. curſus mẽſis. Vnde cõtingit qñq; vt à matrice fluant humiditates albæ, citrinæ, eru ginoſæ, & alterius generis à ſanguine menſtruo, & vidi & à mulieribus intellexi quæ differunt à menſtruis, quoniam menſtrua à venis oris matricis veniunt. hæc vero à ſupe rioribus ſunt delatæ ad matricem tanquã ad ſentinã quod cõprehendiẽ ex mala diſpoſitione pcepta in ſuperioribus, qs aut in mẽbro particulari aut in toto, vt qa ſentiẽ graue do, tumor, malitia digẽſtionis, malitia anhelitus, et hmõi. Et

aquoſæ, albæ, phlegmaticæ à frigiditate, hepatis malitia, ac venarum eius, quia vtrobiq; virtus digeſtiua eſt debilitata, & magis q̃ in fluxu menſtruorum. Et æruginoſæ, ſiue citrinæ à caliditate hepatis in malitia, ac venarũ ſuarum ad exceſsiuam caliditatẽ declinante etiã digeſtiua debilitata. Accidit etiã debilitate digeſtiuæ venarũ matricis. Itẽ contingit quandoq; ex ruptura apoſtematis naturaliter per illã viam euacuante, & quandoq; eſt ſe. acutis. Et hic ſcito ꝙ iſtæ humiditates ſi perſeuerant reddunt matricẽ ita lubricam, vt ſperma viri non retineat, & ſic cõceptio impedit̃. Vnde Auic. Signum eſt ſicut curſus ſpermatis viri. ſi ergo ſine deſiderio, tunc cauſa eſt debilitas matricis, & vaſorũ eius, & mollificatio ipſorum. Et ſi eſt cum deſiderio, & mordicatione, & cõmotione, tũc cauſa eſt tenuitas ſpermatis, & acuitas eius, & quandoq; eſt cauſa in eo pruritus matricis, & quãdoq; perducit cõmotio eius matricis ad hoc vt deſcendat ſperma. Itẽ multum debilitat̃ ipſa matrix. vnde poſtea plures q̃ conueniat humiditates recipiat, quoniam mẽbra fortia ad debilia ſuas expellunt ſuperfluitates. Auic. de membris. quare accidit eam infirmari, & ideo ſuccurrendum eſt ei citius q̃ poſsibile ſit, quod fit cum his canonibus & complementis eorum.

SIGNA demonſtratiua ſufficiãt tibi de ſignis eorum in præſenti per ea quæ dicta ſunt de fluxu menſtruorum in præcedenti rubrica. Scito tamen ꝙ cognoſcitur ſubſtãtia eius ex colore mẽſtruo exiccato, & ex colore eius in ſeipſo. Et vt dictum eſt fit in eis anhelitus difficilis, cadit appetitus, deſtruitur color, accidit apoſtema, inflatio oculorum abſq; dolore ſm plurimum & quandoq; eſt cum dolore,

CVRA Canones. Ordinatio diætę. Digeſtio. Euacuatio. Diuerſio hedatis aut totius rectificatione tales inde generent̃ materiæ matricis cõfortatio, ne recipiat accidentium correctio & eſt ſeptimus. Diæta ordinet̃ ad contrariũ cauſæ ex parte cibi & potus, & aliarum rerum nõ naturalium in aquoſo, phlegmatico ad ſiccitatẽ. in eruginoſo, citrino ad humiditatem. Cõſimiliter utere digeſtiuis appropriatis, de quibus. iiij. tract. & de fluxu hepatico, & diarrhæa, & tu ibi. De euacuatione dicendum ꝙ vbi fuerit aquoſus, & ſi competit euacuatio per pharmaca cõpetit maxime euacuatio per ſudorem & per prouocationem vrinæ ad quã faciendam ſtude & vtere exiccatiuis vt dictũ eſt. Quando ſi fuerint ſanguineæ fac phlebotomiam. Quando ſi fuerint citrinæ, aut æruginoſæ euacua cum appropriatis etiam ſi videtur phlebotomia. Quando dico quando cõſiderare oportet cõplexionẽ, repletionẽ, habitudinẽ, & hepatis diſpoſitionẽ. Quando ſi fuerit ex parte febris aut apoſtematis & huiuſmodi curet̃ cura apoſtematis, diuerſiones fiant ut ſupra cum ligaturis, fricationibus, ventoſis, & huiuſmodi.

Diuertunt ſudare facientia & prouocãtia, de quibus ſæpe actum eſt.

Confortet̃ hepar cum his quæ ipſum confortant intus & extra, de quibus ad plenum de hepate. xiiij. cap. Matrix confortet̃ ne recipiat cum ſtypticis calidis aut frigidis, vt exigit diſpoſitio ex parte eorum quæ ad extra aut ad intra adminiſtrantur, de quibus in pcedentibus rubricis. Accidentia uero quę ſunt grauedo, dolor, & puncti, ceſſabunt his peractis, & etiam pro cura ipſarum require ſuis rubricis. Et ſi iſta non conferunt ita cito non deſperes, ſed cõtinua ipſas res quãdo ægritudo ipſa à ſe difficilis eſt curationis. vnde memorare dicti Senis noſtri. lij. Aphor. ij. Sectionis, Omnia ſecundum rationem facienti, ſi non ſuccedat ſecundum rationem, non eſt tranſeundũ ad aliud, ſtante eo quod à principio viſum eſt. Laudat̃ balneũ ſiccum coopertum vbi corpus ſudet, factũ cum aqua ſalſa, aut ſulphurea, aut cum herbis, vt ſunt ſticados, flores camomillæ, roſmarini, & huiuſmodi, prout neceſsitas exigit, & in dicta aqua proijciantur lapides igniti, vt fumus bene ad corpus perueniat. nam talis fumus multum exiccat. Ingrediat̃ lectum, deinde in eo iterum ſudet, reiteretur; balneũ quoties videbitur opportunum, & valet maxime in aquoſis phlegmaticis. Itẽ ad confortandum, matricẽ ne recipiat, ſedeat mulier in aqua aluminis & huiuſmodi, & fiant ſuffumigia, & alia vt dictum eſt in rubricis præcedentibus. Poteſt valent ſeſsiones in aqua decoctionis foliorum tamariſci. Item cinis ligni eius ſuppoſitus. Vnde ſcito ꝙ magna pars huius curæ pendet ex cura præcedentis rubricæ. Itẽ ſcito ꝙ clyſterizatio matricis in hoc caſu ſi fieri poteſt eſt ex melioribus medicinis ex his quæ matricem cõfortant quæ ſunt ſtyptica calida aut frigida, vt ſunt galla, balauſtia, myrtus, ſquinantus, nux cupreſsi, & huiuſmodi, vt in principio capituli. Et ſpica. Vnde ſecundo canone de ſpica. habet proprietatem in retinendo fluxum ſuperfluum à matrice. conſidera ſm ꝙ exigit diſpoſitio ipſa. Vnde Auicẽ. Et clyſterizata magis operantur.

*De clauſura oris matricis.* Rubrica. IX.

CONſequendo de mala cõplexione matricis pro nũc dicat̃ de obturatione oris eius per quã prohibetur coitus, & exitus menſtruorum quandoq;. Vnde ſciendum ꝙ aliquando ſuper os matricis eſt aliquid lacertoſum, ſiue pãniculare forte, ac carnoſum, aut cicatrix magna ex curatione vlceris facta, & ſicut his modis accidit clauſura impediens, vt ſupra ita & quãdoq; ex eiſdẽ accidit in loco medio inter os vuluæ, & os matricis. Contingit & quandoq; clauſura virgini à principio generationis, vt ſupra de oppilatione matricis, & tu ibi. ita vt menſtrua non inueniant viam ut exeant, quare redeunt, & retinent̃, vnde accidunt dolores, & ægritudines maxime, & mulier deſtruitur & præfocatur, & quandoq; moritur. Et hic aduerte iſtas omnes cauſas, quoniam ſæpe contingit quibuſdã virginibus, vt cum incipiunt menſtruari, menſtruentur cum magno dolore, & in modica quãtitate quorum cauſa vt puto eſt clauſura ex aliqua harum cauſarum facta, & tu conſidera.

SIGNA horum ſunt manifeſta viſui ex his quæ dicentur ſuis capitulis.

CVRA Canones quatuor ſunt principaliter ante exitum ad curam à medico conſideranda.

Primum ꝙ hæc cura nõ debite ac cõmode fieri poteſt abſq; ferro. vnde Auic. curatio clauſuræ eſt cum ferro & nõ cum alio. Tale autem ferrum eſt phlebotomus aut inſtrumentum aliquod incidens obtuſum ſi ipſi chirurgico videtur commodius.

Secundum ꝙ tale remouendum ferro eſt caro aut panniculus, quod debet diligẽter aduertere ſpẽaliter ſi eſt pãniculus ꝙ totus ſubito nõ remoueat̃ ſed paulatine, quia dubitandũ eſt ne perueniat ad cooperiendum ad os matricis, & cum eius inciſione abſcindat̃ aliquid de matrice, & tunc ſequat̃ cũ ea ſpaſmus, & alia ægritudo pernicioſa. Itẽ & ne lædat̃ pariformiter veſica. inde ſtet attentus. unde ſcito ꝙ pãniculus parum ſuſcipit conſolidationem poſt ſciſſuram.

Tertiũ ꝙ non ſolum inciſione panniculi, ſed etiã carnia debet diligenter attendere, ne pertranſeat terminum additionis ne inde talis ſequantur incõmoda, de quibus nunc.

Quartum ꝙ ſciſſura fiat notabilis, quoniã ſi mulier impregnatur parua clauſura impedit exitũ fœtus, vnde tunc ponitur mulier in periculo mortis, & etiam fœtus.

Quintum ꝙ quæ applicantur ſint actu calida & nullo modo frigida.

Quibus præmiſsis faciat medicus patiẽtem ſtare ſuper ſedem cum pauco ſuſtentaculo ad poſteriora cum coxis apertis, & tunc ſi clauſura eſt in ore vuluæ, & extrinſeca fiat inciſio notabilis. vt dictum eſt cum ferro, & imponatur lana infuſa in oleo & vino ſtyptico duobus diebus vel tribus, deinde procedatur ad conſolidationem. Quando ſi fuerit intrinſeca vtere ſpeculo. nam melius videbis colligantiam panniculi aut carnis, tunc procede in ſcindendo. Quòd ſi ſuperuenerit ſyncopis aut aliquod tale dimitte, & paulatim pcede de die in diem, vt tua nouit prudentia. Ita ꝙ in ſumma ſi videtur poſſe fieri quòd inciſio

fiat

fiat tota, quia mulier non timeat ſi roboſta inciſio pauca & hmõi fac ſi nõ paulatine. & de his ſatis. opus enim plus eſt chirurgicum q̃ phyſicum. ideo &c.

De apoſtemate matricis. Rubrica. X.

QVoniam & ipſum facit ad oppilationem & clauſuram. conſequens eſt vt poſt præcedentem rubricam de eo agatur. Apoſtematum itaq; matricis aliud calidum aliud frigidum.

C A V S A apãtis matricis. Aut eſt primitiua ſicut caſus & percuſſio & multitudo coitus, et ſpãliter cum habẽte virgã groſſam, aut diſruptio facta ab obſtetrice cũ fœtum recipit: aut inciſio nõ debite facta de qua in p̃cedenti Rubrica, ꝓuocãs materias & faciens ipſas currere, & in regiones eius intermedias & has cauſas adiuuans eſt qñq; frigiditas extrinſeca. Ex cauſis autẽ antecedentibus ſunt repletio totius, humores quatuor fluẽtes, aquoſitas, aut vẽtoſitas groſſa, quę permanet, & nõ reſoluit, retẽtio mẽſtruorum, mala cõplexio matricis. Et ex cõiunctis ſunt debilitas matricis. ꝓpter quã retinenẽ materiæ & nõ reſoluũtur. Itẽ menſtruũ ipſum retentum aut ſperma tp̃m retentũ, & ſm plurimũ ſit ex menſtruorũ retentione, & humor faciẽs tale apã qñq; eſt aduſtus, qñq; nõ. Et vult vt ſupra Halya. ſm plurimũ apã matricis eſt calidũ aut durum. Sed ſubiectum talis apãtis eſt matrix qñq; ſm plures partes eius & loca, & tale eſt alijs deterius, qñq; eſt in altero laterum tm̃, qñq; in ore matricis, qñq; in cõcauo eius, & tunc cum eſt ſicut in ꝓfundo non ſanaẽ, & ideo antequã interponas te ad curã eius debes diligenter inueſtigare ſi ſanabile eſt, aut nõ. Vnde ſcito q ſi nõ ſit cita acceleratio pro eius cura difficulter ſanaẽ deinde, & aliqñ eſt eius cura impoſſibilis, & pręcipue qñ eſt durum & ex materia melancholica, qm̃ eius curæ tardatio perducit mulierem ad hydropem & ad cancrum conuertitur. Tu itaq; ſollicitus eſto.

S I G N A demõſtratiua dolor in matrice cõtinuus cum pulſatione cum febre ſatis acuta cum tumore ſiue inflatione pectinis grauiter & coartãtione percepta, ita vt & ventoſitas egredi nõ poſſet. Q. ſi fuerit in parte anteriori matricis erit ſtrangulatoria cum dolore ipſo, etiam in ilis, & apoſtema erit maius & durius q̃ in concauo. Q. ſi fuerit in parte eius poſteriori erit dolor in dorſo & ſub hypochondrijs, & retentio fœcis, ſeu ventris conſtipatio. Quòd ſi fuerit in parte ſuperiori dolor ſentitur ſuper vmbilicum. Si in inferiori ſub vmbilico. ſi in lateribus dolor eſt in coxis, inguinibus, & cruribus. Q. ſi in omnibus partibus fuerit matricis feb. erit acuta cum dolore capitis, colli, verticis, oculorũ & huiuſmodi: vt ſtatim de his; & in quacunq; parte fuerit apoſtema declinat ad cõtrariũ illius matrix, & ſit difficilis ſomnus ſuper cõtrarium eius, & ſit difficilis motus localis, ſeſſio, & conſequitur partem ægram, & claudicat apud deambulationem. Et quidã dicunt q ſi fuerit in fundo matricis dolor eſt in diaphragmate vſq; ad muliebria, anhelitus difficultas.

Signa ſi fuerit apã calidum dolor erit acutus cum feb. horripilatione, pulſatione, ſiti, linguæ nigredine, & multiplicatur ſudor in extremitatibus, & quandoq; perducit ad abſciſionem vocis, ſpaſmũ, & ſyncopim, & erit vrina tincta, rubea, & pauca, & frequẽs eo q mulier cogitur ad frequentẽ mictum maxime quando eſt in parte anteriori, & qñq; eſt liuida putredine ei cõmunicata. Q. ſi fuerit calidum ſanguineum, vel cholericum apparebunt ſigna ſanguinis, aut choleræ ſæpe dicta. Et cõicantur accidẽtia mala ab ipſo alijs mẽbris quæ ip̃m per cõſeſtem ſic ſequunẽ, vt ſunt cerebrũ cui cum cõicat erit dolor in capite in ſyncipite, collo, radice oculorum, ꝓfunditate eorum cum grauitate, & qñq; dolor ꝓcedit vſq; ad crus, ad focilis, & duo cruras, & dolent duæ partes dorſi, & duo inguina, & pectẽ, & inflãmanẽ qñq; in myrach ipſum. Q. ſi cõicat ſtomacho dolet & accidit in ea triſtitia, anguſtia, & nauſea, ſingultus, corrumpitur digeſtio, & appetitus.

Signa ſi apã fuerit frigidũ phlegmaticũ, tandem erũt ſignificationes illic ex parte doloꝝ, ſed remiſſi multũ cum grauitate, inflatione in pectine, anchis, & coxis, cum mollitie extremitatum & pectinis, & ſunt ſicut hypoſarcci.

Signa ſi apã fuerit durum illud cõprehendit tactus & eſt illic difficultas ex parte vrinæ, & fœcis, aut vnius tm̃, & non eſt dolor fortis & extenuatur cum eo corpus & ꝓprie crura etiã debilitantur, & cum magnificatur videtur ex eo inflanẽ pedes, & accidit ſicut hydropiſis, & ꝓprie qñ durities eſt ſparſa, & qñq; ſit mulier ex eo hydropica.

Et cum nõ reſoluitur durities feſtinat ad cancroſitatem, & ſignum q eſt cancer, quia viſu cõprehẽditur q factum eſt apoſtema inæqualis figuræ à quo prodeunt venæ nigræ, tumidæ, & eſt adhuc cum duritie quam lædit tactus, & eſt mali coloris horribile aſpectu trahens ad rubedinẽ, quandoq; ad viriditatem, & plumbeitatem, & ab eo emanat virus ſordidũ, & fœtet, & ita de alijs ſignis cancri quę rendis à principe tertia quarti de ipſo.

Signa autem qñ apã matricis venit ad ſaniationem, qa dolor rectificatur, & augmentanẽ febres, & diuerſificãtur, & accidẽtia fortificantur, q cum collecta erit ſanies ſedabitur dolor, febris, & alia accidentia, iuxta illud. Dum pus conficitur. ſed in exitu ſaniei accidit rigor.

P R O G N O S T I C A. Omne apã matricis difficile curaẽ, ſed difficilius quod approximat interiori parti. Vnde Auic. Et ſi fuerit ꝓfundum nõ eſt poſſibile ut ſaneẽ.

Qñ rumpiẽ apã matricis & ſanies eſt alba, tincta, æqualis, & ſine odore malo ſpes eſt ſalutis, quod ſi fuerit virulentum, fœtidum, diuerſorum colorum, peſſimum.

C V R A apãtis calidi. Canones. Ordinatio diætæ. Digeſtio ſi morbus ipſe moram patitur. Euo. Diuerſio. Localium diuerſorũ applicatio ſm cauſarum & temporum diuerſitatem. Accidentium correctio ſiue mitigatio.

Diæta ordineẽ ad cõtrarium cauſæ. vnde in apoſtemate calido cõpetunt cibi humorẽ groſſum generantes. vnde Halyabas poſcæ maluis, & ſpinachijs. vnde cõuenit, & lactuca, portulaca, cucurbita, ſuccus, hordei, vinum granatorum, agreſte, berberis, ribes, carnes hędi, pullorum cum eiſdem condiꝛæ & huiuſmodi. Et Auic. in apoſtemate calido oportet vt prohibeatur cibus aut minoretur in diebus primis vſq; ad tres, & ꝓhibeatur aqua penitus, & maxime in die primo, & habitet in domo odoris ſupple frigidi, & vigilet quantum poteſt. de quo infra.

Pro ſecundo recurre ad quartum tract. de ſy. & alijs in cauſa calida valentibus. vt ſunt ſy. ro. vio. de nenuphare. & huiuſmodi, aut de fumo terrę ſi materia fuerit aduſta, & ideo elige ſecundum materiæ exigentiam.

Pro tertio & quarto ſimul in principio competit phlebotomia, & maxime ſi fuerit ex ſang. aut ex alio humore calido ſanguini cõmixto, & de ipſa phlebotomia ſiẽda hic bene aduerte. inquit Aui. Et rectius quidẽ in principio eſt vt phlebotomeẽ baſilica, quare ꝓhibet effuſionẽ materię. deinde cõſequenter adhibeaẽ ſaphena, ut trahaẽ ſanguis ad locũ, & ſuccurraẽ ei qd̕ fecit incurrere phlebotomia ex nocumẽto baſilicę cõtrate, & oportet ut fiat phlebotomia pedibus eleuatis ad ſupiora, & ipſa ſic iacens ſuperueniat ad ſummũ in extrahendo ſanguinẽ quẽ debes euãre in maiori aut in minori quãtitate vt exigit diſpoſitio ætatis, habitudinis, virtutis, & accidẽtis, & hmõi. Euacuationes autẽ ſiant ex parte ſolutiuoꝝ materiã peccantẽ reſpicientiũ adminiſtrãdo per os, & ꝑ inferius clyſteria, ſuppoſitoria & hmõi. & de ſolutiuis appropriatis habes ſupra. tij. tra. & cum ipſis medicinis adminiſtres q̃ nauſeã ſedẽt. Diuerſiones autem facito. vt dictũ eſt cũ phlebotomia, vẽtoſis, ligaturis, fricationibus ad ſupiora, & hoc in princ. & maxime cõmẽdaẽ ſi bis fieri põt, & hic nota q hęc phlebotomia diuerſiua cõpetit vbi tale fuerit ex caſu, ꝑcuſſiõe, iupiura, & hmõi, & in principio ſemp eſt ſiẽda nullo cõtradicẽte, & magis

competit,& ꝓprius vbi tale apoſtemā fuerit ex mēſtruorum retentione quod ſecundum plurimum euenit.

Localium adminiſtratio fiat diuerſimoda ſm cauſarū, & temporum diuerſitatē. Et antequā ipſum canonem magis declarē, prius narrabo aliqua ſimplicia in apoſtemate calido cōuenientia, & ſunt roſa, camphora, lens excorticata, cortices granatorum, balauſtię, extremitates vitis, arnogloſſa, ſolatrum, endiuia, lac, virga paſtoralis, ſuccus portulacæ, pſyllium, ſemperuiua, raſura cucurbitæ, viola, farina hordei, & hmōi frigida & ſtyptica de qbus ad plenum ſupra. xvj cap. de dyſenteria. plura enim enumerabunt calida matrici cōuenientia q̄ frigida, vt infra, & cā qm̄ matrix eſt membrū frigidum. Sit itaq; primus canon in cōplemento iſtius quinti repercuſsio. Adminiſtrentur itaq; repercuſsiua iſta, aut per modū emplaſtri, aut encathiſmatis, aut embrochę, aut ſeſsionis factę in decoct. harum rerū cū aqua dulci, aut ſupponēdo petias infuſas in ſuccis earū, aut iniiciēdo cum clyſtere de quo ſtatim, & tu ex his compone & applica renibus, & alchatim, & fœmori, et alijs ſimul, aut emplaſtra, aut alia. Laudat iſti emplaſtrum de papauere diſſoluto in oleo omphacino aut ro. cū farina hordei, & ſucco arnogloſſæ & hmōi. Sed hic nota q̄ hmōi frigida, & ſtyptica nō debēt multum cōtinuari ne induret apā. Itē vbi ſit fortis dolor nō eſt verendum ponere cum alijs nenuphar, mandragora, & hmōi, de quibus in cōplemento. vj. canonis. Cūq; apā ad augmentū venit ſic ſcd's canon, qui eſt mollificatio cum reſolutione, & ꝓhibitione fluxus materiæ. Cōplent autē canonē quæ mollificāt, & reſoluunt, mixta cum ſtypticis, cuiuſmodi ſunt althea, fœnugręcum, camomilla, melilotum, anethū, malua, crocus, puluis molendini, ſemen lini, lana ſuccida, ſpica, arnogloſſa, blitis, & hmōi frigida, de quibus actum eſt hic ante. tu itaq; cōmiſce vt neceſsitas poſtulabit. vide de ſtypticis plus pone in prin. augmēti, & in fine minus. In medio mō.

Matrix mēbrū frigidū.

In ſtatu vero ſit canon tertius q̄ eſt augmentatio reſolutiuorum ſuper repercuſsiua, ideoq; ipſa minorabis etiā augebis reſolutiua mixta iſti cum lenitiuis & mollificatiuis, & caue ne iſta hora adminiſtres prouocantia menſtrua. In declinatione vero ſit quartus qui eſt adminiſtratio reſolutiuorum à quibus nō ſeparabis mollificatiua, ſed in minori quātitate ne accideret induratio, vt ſunt ſiſymbriū, ſanſucus, laurus, polypodium, laudanū, de quo dicit q̄ ſi ſupponit reſoluit ipm & hmōi. vt ſupra. & infra de apātibus frigidis. nā calida q̄ ponent de apātibus frigidis ſunt hoc loco afferēda, et tu illa amplectere. Et cū ſedatus erit dolor in declinatiōe, & videbit tibi poteris adminiſtrare ex diureticis, & ſi tibi ex vlcere fluet ſanguis adminiſtra q̄ ſanguinē retinent, de quibus de fluxu ſanguinis nariū, & eius exitu per os. Si apā venerit ad ſaniationē adminiſtra maturantia. Et confert ad hoc emplaſtrū factum ex decoc. dactylorū cum oleo ro. & farina hordei. Itē iuuat ad eius citam maturationē emplaſtrū de fœnugræco, farina tritici, decoc. ficuum mixta cum fimo columbino, & fermētum qn̄q; addit dum eſt ꝓpinquū vt aperiat. Itē valet emplaſtrum de hyſſopo, adipes anatis, anſeris, vaccæ, medullæ cerui, butyro, & ſimilibus, & peſſarium ex his factum cōtinuo adminiſtretur. Cūq; ad tantam deuenerit maturationem, vt eius apertura ſit neceſſaria, tūc ſi ipm fuerit ꝓpinquū ori matricis ſectio erit poſsibilis cū inſtrumento. Q. ſi fuerit in ꝓfundo, & ex ſe nō aperiatur neceſſe eſt arte iuuari. Cū iniectione ſucci ſcabioſæ cū naſturtio & hmōi, de quibus de apāte hepatis. Et ſeſsiones etiam iuuabunt in hoc caſu, de qbus infra in cōplemēto. vj. canonis. Facta autē apertura & ſanie veniente per vuluā adminiſtra mundificātia, & abſtergentia ex melle ro. colato cum aqua hordei iniecto. Itē cum vino petrijs, ſuppoſitorijs, & alijs. Itē valet mel ro. mixtum cum farina hordei, fœnugręci. Item & terbentina cum his mixta, & impoſita cōtenta. item & vitella ouorum cum farina hordei ex melle ro. Et tu non ſolum attendas ad mundificationē vlceris, ſed etiam ventris cum clyſterijs, & alijs lenitiuis vt videbit. Poſt autem mundificationem incarna, & valet ad hoc. ℞. mellis ro. colati. lib. ſ. thuris, gallarum, cupreſſi, mummiæ. ana. ℥. ſ. miſce prius abluas cum vino nigro, ſtyptico, calido iniecto cū inſtrumēto, de quo infra ſtatim. Valet & unguentum baſilicon iniectū cum oleo ro. & p̄cipue quæ eſt ſpiſſa. Q. ſi fuerit ſubtilis adiūgas de ſtypticis aliquid. Qn̄q; autē egreditur pus tale per veſicam, & tunc da in potu lac, & maxime aſinæ, & ſemina melonis cum ſy. ro. qm̄ hæc prohibent vlcerationē, & ſunt mundificantia, & abſtergētia, deinde da ſtyptica cōſolidātia, & abſtine eo caſu à fortibus diureticis, ne accidat inde vlceratio, & ne ducāt materias altas et multas, ita q̄ leuibus diureticis utere. Quādoq; egreditur per inteſtina vt vidi in vicina mea & tunc oportet clyſterizare cum aqua hordei in qua ſunt decoctę balauſtiæ, & imponatur oleum ro. zucch. ro. & huiuſmodi. Deinde adminiſtrent incarnatiua iniecta per clyſtere. vt ſupra & ponant vnguenta ſuper locum, & iniiciantur.

Si fiſtulabit curetur cum reſolutiuis exiccantibus & ſtypticis. vt ſupra de fiſtulis ani. Et hic aduerte q̄ cum tale apā ſit morbus acutus q̄ principiū eius erit circa dies tres & ſtatus erit circa diē. vij. In medio autē erit augmentum, & poſt ſeptimū declinatio, quia in quartodecimo declinabit iuxta illud Senis noſtri Hip. Acutę egritudines. Ergo q̄ promiſſum eſt dicere de inſtrumēto cū quo fit iniectio ne in longū rē ipſam protrahā hinc q̄ dicenda ſunt ſcribā de eo, nō minus in p̄cedētibus q̄ in ſequētibus valitura. Vnde ſciendū q̄ clyſtere tale debet eſſe factū ad modū virgæ. & debet eſſe. x. vel. xij. digitorū ſm lōgū vt manu teneri poſſit vltra illud q̄ in vuluā mittit in cuius extremitate debet eſſe foramen rotundū paruū, & per iſtā extremitatē ingredit. in extremitate q̄ exterius remanet debet foramē eſſe magnū, ita vt per ipm ingredi poſsit lignū ſtupa vel petia fortiter inuolutum in eius extremitate, ita q̄ trahendo tale lignum ad ſe & ponendo extremitatem clyſteris in liquore trahatur liquor ad intra. deinde fortiter comprimendo lignum liquor expellitur, & tale inſtrumentum appellatur in vulgari noſtro el ſchizarolo, de quo ſupra dictum eſt. Cum iſto itaq; inſtrumento in principio poſſunt immitti repercuſsiua ex decoctione mellis ro. diſſoluti cum camphora, pſylio & hmōi. Similr ſuo mō in augmento ſtatu & declinatione. Tu itaq; conſidera, & pone ex datis.

Pro vltimo & ſexto corrigant accidentia. Vnde qa inſomnietas accidere cōſueuit ꝓuoca ſomnū cum exhibitis intus, & extra inungendo &c. vt ſupra. j. cap. de ſuperflua vigilia. & tu ibi. Scd'o attendendum eſt mitigationi doloris quæ fit cum ſeſsione in aqua decoctionis camomillæ, fœnugræc. ſeminis lini, meliloti, anethi, papaueris, pſyllij, mandragoræ & hmōi, & nō pertranſeat aqua vmbilicum, aut ex his & ſimilibus fiant fomentationes, emplaſtra, vnguenta, ſacculi, & hmōi. Item fiant iniectiones ex his ad intra, aut cum oleo ro. camphora, ſuccis herbarum frigidis & huiuſmodi. Et ſemper habe menti q̄ matrix eſt frigidę cōplexionis quare caue his frigidis. Item valet oleū ro. cum albumine oui percuſſum pinguedine gallinę, & aquæ arnogloſſæ iniectum ſiue ſtyllatū. Q. ſi dolor multum infeſtauerit adde aliquid opij. Item valet collyrium album, & cum opio cum lacte inſtillatum. Itē aqua decoctionis corticum mandragoræ, papaueris, & huiuſmodi. Item decoct. facta ex coriandro, papauere, ſolatro, addito oleo ro. Item lac aſinæ, ſuccus arnogloſſæ coniunctim & diuiſim, & in ſumma applica anodina, aut in ſeſsionibus, aut in clyſteribus, emplaſtris, ſuppoſitorijs, fomentis, vnguentis, & ſimilibus. Suppoſitorium mitigans in cā calida. ℞. roſ. ſiccarū. ʒ. iij. ſeminis lactucæ, & amili. ana. ʒ. j. terant cribellent, & cū oleo ro. & lacte mulieris cōfice. Ad idē. ℞. cerę, olei camomillini, adipis anatis, opij. ana. & ſupponitur cum lana. Ad idem. ℞. ſe. lini cōtriti, maluauiſci,

ana. ʒ.

ana. ℥. v. vitelli oui elixati, croci. ana. ℥. ß. opij, ſeminis iuſquiami, ana ℥. j. conſice. Tertio conſueuit venire cordis paſsio ad quã ſequitur ſyncopis, ſudor frigidus, vocis ablatio, & debilitas ſtomachi, pro quorũ remotione recurre ſuis locis ſupra. Et hæc ſatis.

## De apoſtemate frigido matricis. Rubrica. XI.

IN apoſtemate frigido eius cuius ſigna poſita ſunt in pcedenti rubrica, oportet ſuo modo ſeruare eos canones qui de calido ſcripti ſunt. Vnde dixi tũ ordina ad cõtrarium cauſæ, & abſtine vtcobiq; in principio ab aperitiuis, & puocatiuis, & ſtude vt cibus etiã minoreſ, ſtetq; in aere calido, abſtineat omnino à potu aquæ frigidæ. De phlebotomia in principio fiat vt dictum eſt de calido, & minorem quantitatem ſanguinis euacuando.

De digeſtiuo ſi tolerat da de his q̃ conueniunt de quibus tract. iiij. Et ſimiliter de euacuatiuis eodem loco, & vomitus vehementis eſt iuuamenti ad illud. Diuerſiones ſiant vt ſupra ſed non ita fortes.

Et anteq; cõpleatur quintus enumerabo aliqua ſimplicia, & cõpoſita quibus perfici habeat. Et ea calidis apoſtematibus, ac tumoribus matricis cõuenientibus ſunt agnus caſtus, ſeſsio in decoct. eius, adeps anſeris, ciconiæ, althea, amueca olei, anethũ, butyrum, calamus aromaticus, cheyri, cerotum hyſſopi Meſ. ſcd'o antido. cinnamomum, emplaſtrum philagrij Auic. ſcd'o antidota. fœnugræcum, laudanum, lini, ſemen, lilium, matricaria, oleum anethi, pulegium, pix, ruta, ſpica, ſquinantum, ireos. hyſſopus, zurumbet. Tu itaq; in principio adminiſtra repercuſsiua ex calidis & frigidis mixta. In augmento, ſtatu, & declinatione te habe vt dictum eſt de calido. Et pro his clarius habendis relege q̃ de apoſtemate frigido ſtomachi, ac hepatis, renũ, & veſicæ dicta ſunt. & tu ibi. vnde fac iniectiones, ſeſsiones, emplaſtra, naſcalia, ſuffumigia, embrochas, ſiue fomentationes, et hmõi cũ calidis pariformiter. ut de calido dictũ eſt.

Pro mitigatione doloris audi Aui. de eo nõ eſt cum dolore de quo ſit curandũ. Tu tñ habes anodina calida iã dicta ſæpe. & ſupra in tract. v. quibus vtere ſcdm varia ingenia dicta. Laudat ſeſsio hæc. ℞. ſanſuci, balſamitæ ſiccæ, abrotani, ſe. caulium fœnugræci, ſem. lini, camomillæ, melliloti. ana. partes æquales, & eſt Raſ. ix. Almanſoris.

## De apoſtemate duro matricis. Rubrica. XII.

CVm autem apoſtema matricis non reſoluitur neq; ad ſaniem peruenit, tunc facta reſolutione partium ſubtilium ad duritiem venit, quod tactus oſtẽdit, & ſic durum cauſatur apoſtema.

SIGNA cuius de apoſtemate matricis dicta ſunt.

CVRA in cuius cura dixi tam ordina ad contrarium cauſæ, quoniã aliqñ talis humor faciens apoſtema eſt melãcholia, aliqñ talis per aduſtionẽ factus, aliquãdo humor groſſus in ſe. vnde in primo cõueniunt ſpinachia, borago, lactuca, cucurbita. carnes hædi, pullorum & hmõi. Et in ſcd'o carnes arietum, gallinarũ, vitella ouorũ, ſapa, zucch. cinnamo. liquiritia, vinũ dul. clarũ. lymphatũ, modicũ & hmõi. Scd'o da digeſtiua ex appropriatis. ſupra. iiij. trac.

Tertio euacua cum cõuenientibus allegato loco. Quarto localia applica lenientia & mollificãtia, ex quibus ſunt adeps lupi, anſeris, ciconiæ, althæa, bitumen iudaicũ, ebulus, fœnugræcum, mucillago eius, ficus, laudanum, ſemen lini, lilium, maluæ, matricaria, medulla cerui, vituli, oleũ de lilio, de croco, opoponacum, bdellium, amoniacum, origanum, pix, terbentina, hyſſopus herba, hyſſopus humida. In horum autem applicatione diuerſa ſunt ingenia ſcdm quod dictum eſt in præcedentibus capitulis. vnde fac ſeſsiones quaſi cõtinuas in aqua decoct. radicum maluauiſci, maluæ, viola. anethi, florum camomillæ, fœnugræci, & hmõi, & cũ his ſemper ponat aliquid olei, & deinde. ſupra locũ ponat diaquilon ad ſcrophulas, vel emplaſtrũ de lilio, amoniaco, ſtorace, oleo de ſemine lini, uel de lilio, aut de camomilla diſſoluta adinuicẽ, & cum cera. Item clyſterizetur matrix ſæpe cum mollificantibus ſicut cum oleo de camomilla, mucillagine, ſeminis lini, vel fœnugræci, aut oleo anethino mixto cum ſtorace liquida vel cum aqua decoct. maluauiſci, meliloti, in qua diſſoluatur oleũ de ſemine lini, & mel roſ. & aliqñ amoniacum, aliquando bdellium. Item ad extra vngat cum vnguẽto hoc locus durus. ℞. pinguedinis anſeris, gallinæ, anatis. ana. ℥. j. butyri. ℥. iij. bdellij, amoniaci, ana. ℥. ß. olei camomillini, aut de ſemine lini. ℥. ij. diſſoluant gũmæ in oleo, & liqueſiant cũ butyro, & pinguedinibus in caciola ad ignem & coletur.

Cũq; videris q hæc via apoſtema ipſum neq; reſoluit. neq; mollificat, ſed eius durities creſcit, & dolor & fe. & grauitas loci, tunc ſcias apoſtema deuenire ad cancrũ, & cũ cãcer factus eſt non curat, ſed moritur mulier. Iuxta illud Senis. xxxviij. Aph. vj. Sect. Cancros occultos oẽs melius eſt nõ curare, curati enim cito pereunt, nõ curati uero longius tẽpe perdurant, ſed de iſto in Rubrica ꝓpria infra. q ſi remittit duritiea dolor & fe. tũc deueniet ad ſanit. q cum cõtigerit apeti mundifica, abſterge, cõſolida, vt dictum eſt. Vnguentum expertũ ad durum apoſtema matricis. ℞. folia capparis infundant in aqua donec leniantur, & teratur cum eis caulis cum aqua mellis, & ex his cum cera citrina fac unguẽtum. Itẽ flores caulium, & folia eius ſunt conuenientia hoc caſu ſcdm Auic. Sed aduerte q ſeſsiones ſunt in ſimilibus multum efficaces, & ideo cum eis iuſta cum potes alia ingenia parte operare cum clyſteribus, ſuppoſitorijs, & huiuſmodi. vt ſupra de calido, & frigido. Quinto mitiga dolorem cum mitigantibus ſæpe dictis, de quibus ſupra. v. tracta. vt ſunt althea, anetum, fœnugræcum, ſemen lini, fæx olei, etiã addendo frigida opiata ſi fortiſsimus foret & aliter nõ faciendo ſeſsiones, naſcalia, clyſteria, & hmõi, vt dictum eſt. Et hæc de duro apoſtemate ſufficiant.

## De cancro in matrice. Rubrica. XIII.

CAncer abſolute ſit ex materia per aduſtionem ſanguinis ad melancholicum cõuerſa infiltrata, & infecta i venis circũſtãtibus loco apoſtematis ipſius per quas venas natura ipſa tranſmittit continue humiditates melancholicas in eis contentas ad ipſum apoſtema in augmentum maliciæ eius, & quantitatis continuæ. Ex quibus apparet q venæ ſunt radix ipſius, & ideo cum accidit in membro à quo ipſum cum ſuis radicibus euelli non poteſt redditur incurabilis, & hoc voluit Galen. vj. Aphor. in cõmento Aphor. allegati iuxta finem præcedentis Rubricæ. Ex quo intelligitur q cum tale matricis eo modo curari nõ poſsit q ipſe eſt in eo loco incurabilis ſaltem vera cura. Cura autem blanditiua poteſt curari, ideſt mederi, & de hac potes te intromittere, & in fine honorem non habebis. ſed tu parentibus prius notifica.

SIGNA ſupra de ſignis apoſtematum eius.

CVRA autẽ blãditiua eſt hæc. Primo dietam ordina ad cõtrariũ cauſæ, quæ ſit frida caliditatis extinctiua, & humida et plus humida. nã ex frigidis nõ debet eſſe multũ eleuata, ſed tẽperamento propinqua, & tu ſupra. iij. tractatu.

Deinde materiam digeras, & de appropriatis uſualibus ſunt ſy. de epithymo, ſy. de fumo terræ, & hæc dabis cum aquis ſuis continuando.

Tertio euacua cũ euacuatiuis materiæ aduſtæ, de quibus ſupra. iiij. tract. Valent & pilulæ fœtidæ, & indæ, & de fumo terræ, & huiuſmodi. Et de phlebotomia inquit Aui. & euacuatiõe ſanguinis ex baſilica aſſiduæ, & ſaphenæ poſt ipſum in quibuſdam horum.

Quarto applica localia, vnde laudat ſeſsio facta omni die in aqua decoct. roſ. maluarum, radicis maluauiſci, in qua ponitur oleum ro. Item epithemetur locus continue cum vnguento, quod ſic fit. ℞. olei roſ. vel nenupharis, aut papaueris. ℥. j. ceræ. ℥. ß. camphoræ. ℥. j. ß. liqueſiat cera, & cãphora puluerizata vltimo loco ponat, & cũ his

adde aquã ro. Itẽ clyſterizetur matrix ſæpe cum aqua decoctionis camphoræ, nenupharis, papa. al. & ro. ru. & aliquantulum iuſquiami, parum tñ, & ſpãliter ſi dolor vltra debitum augmentaretur. Ad idem valet ſeſsio in aqua decoctionis pſyllij, papaueris al. nenupharis, viol. Item cum eiſdem fomentetur, deinde iniiciatur vnguentũ de camphora dictum. Inquit Auic. Et vnguẽto ara ſum eſt proprietas mirabilis. Et hæc ſufficiant de cancro matricis.

## De vlceratione matricis putrefacta, & corroſione. Rubrica. XIIII.

Poſt determinationẽ apoſtematum matricis conueniens videtur de vlceribus eius mentionem facere. Vlceratur itaq; matrix ſicut & alia membra, et ſpecialiter neruoſa, vt ſtomachus & inteſtina.

CAVSÆ. & vlcerũ ſuorũ cã eſt vt in reliquis, quia ab intrinſeco humiditates acutę mordicãtes & hmõi. Aut ab extrinſeco vt caſus, pcuſsio, incifio facta in ãpate eius. Aut difficultas partus, aut adminiſtratio medicinæ acutę; aut groſsities, ſiue magnitudo virgę & hmõi. Et iſtę eedẽ cauſæ quãdoq; ſunt cauſa putrefactiõis, & corroſionis matricis, quæ corroſio & putrefactio accidunt ex ipſis vlceribus in profundo ſtantibus nõ mundificatis, & retẽtis in profundo. Item & qñq; cauſa eſt corruptio embrionis: vnde de eis omnibus vnicã rubricã feci. Sed hic nota q Auic. differentiã ponit inter cancrum & corroſionẽ, quoniã in corroſione nõ eſt grauitas, neq; durities, & ſequitur eam quies in horis quibuſdã & propter poſt exitum eius quod egreditur non eſt longitudo plurimi ſpatij in curatione conueniente. Spatium vero cancri eſt aſsiduus doloris, & eſt ibi pulſatio longi ſpatij.

SIGNA demõſtratiua qñ. ſ. nõ erunt multũ humida, et qñ erũt ex phlegmate ſalſo pruritus loci nõ, bñ tolerabilis, priuatio ſupflug hũiditatis currẽtis ex loco, & fœtor cũ quadã acuitate, & quod ex matrice emanat ſanguis mali coloris mixti cũ veneno & ſanie indigeſta. Q. ſi fuerit multũ hũida erit fœtor, & malus, & intolerabilis, & ardor cũ pruritu non erit ita intẽſus curſus humiditatis plurimæ quaſi cõtinue in qua eſt venenũ indigeſtũ, nigrum, viride, vel liuidũ, mixtum aliquando cum ſanie, vel ſanguine.

Signa ſi fuerint vlcera ſequentia apertionem apoſtematum, tunc ſigna præceſſerunt &c.

CVRA. Canones, in cura autẽ vlcerum corroſionis, aut putrefactionis à cauſa intrinſeca, quia ab acuitate materiæ, quia ſit aduſta, aut quia ſalſa, acuta, mordicatiua.

Diętã prius ordina ad cõtrariũ cãæ ex pte cibi & pot.

Deinde da digeſtiua alterantia, de quibus tract. iiij.

Tertio euacuatiua vt eodẽ loco. Adminiſtra clyſteria cum ipſis euacuatiuis appropriatis materiæ, & decoctiones appropriatas eiſdem ex malua, viol. ſenæ, polypodio, fumoterræ, epithymo & eiuſmodi. Item ſi cætera conſentiunt fiat phlebotomia ex baſilica. Vnde Halyabas. In cura vlcerum matricis ſi ori matricis puſtulæ acciderint baſilicæ vtendũ eſt phlebotomo ſi particularia conſentiunt, aut ſaphenam minue. vt ſupra.

Quarto adminiſtra ex ſeſsionibus, emplaſtris, fomẽtis, clyſteris, naſcalibus, & vnguentis, & hmõi. Ex cõuenientibus calidis & frigidis vt exigit materia, ex quibus ſunt alumẽ ſciſſum, amurca olei, anethum, artemiſia, fœnugræcum, lac, laudanum, maluauiſcus, maſtix, medulla vituli, oleum vetus cum agreſta, hordeum, portulaca, virga paſtoris, vrina, hyſſopus humida, hipaciſ, fumus terræ, epithymus & huiuſmodi. Sed tu prius conſidera q horum vlcerum quædã ſunt cum putredine, quædã abſq; putredine, & appellantur ſimplicia reſpectu primorum. Item q aliquando ſunt in profundo & quædam non. In facto abſq; putredine curatio eſt conſolidatio, quæ tamen difficilis eſt. vnde Gal. inciſio vuluæ difficilia ſanatur. In eo vero quod eſt oppoſitũ ſiue cum ſordicie cura eſt mũdificatio & cõſolidatio. Vnde adminiſtra aquam mellis, aut paſſularum iniiciaſ cũ inſtrumẽto maxime ſi fuerit pfundum, aut decoctione ireos cum hordeo. Item mũdificat mel ro. cum farina lupinorum, ſiliginis, fœnugræci impoſitum cum naſcali. Facta mundificatione cõſolida cum vnguentis, pulueribus, & hmõi habentibus cõſolidare & diuerſifica, qm in principio cum nõdũ orta ſit caro adminiſtra ſicut vnguentũ hoc. ℞. litargiri, ceruſſæ, ſarcocollę. ana. & fiat ex eis cerotũ cũ oleo ro. & cera. Q. ſi fuerit ſordicies, adminiſtra cum eis parũ floris æris, & mellis. Cũ vero caro incipit naſci, quia extimatur illud extimatione debita dato q nõ videatur. Adminiſtra ſicut hoc. ℞. thuciæ ablutæ. parte. ij. climie argẽti, ceruſſæ, ſarcocollæ, omnium ana. par. j. fiat ex eis cerotum cum oleo roſ. & cera, & adminiſtretur cum tenta. Incarnatiuum, & conſolidatiuum bonũ. ℞. aloes, thuciæ, ematitis, pulueris chartę cõbuſtæ, pulueris cucurbitæ ſiccæ aduſtæ, ana, ℥. j. puluerizet, & hunc puluerẽ adminiſtra cum lycinio, clyſteri, aut aliter vt videbitur. In facto caſu & percuſsione præmiſſis vniuerſalibus ſæpe dictis procede ſi ſordidum eſt cum abſtergentibus, cõſolidantibus. vt dictum eſt. Q. ſi fuerit ppter magnitudinẽ virgæ adminiſtra ilico conſolidãtia ex ſtypticis, vt balauſtia, bolus ar. plantago, terra ſigil. albumen oui, dragacantum, ſuccus portulacæ, & hmõi faciendo ſeſsiones, vnguẽta, & hmõi. vt ſupra ſæpe. Deinde ſi ad virum eundẽ redibit redeat cũ cautela, ſed tutius eſt vt ab eo abſtineat. In vlceribus recẽtis ipis aloes tritum mirabilr valet, & thucia optime. Q. ſi fuerit humiditas multa valet cortex pini, & lapis ematitis, & medicamen de charta cõbuſta, cucurbita, & alumine vſto. Quinto mitiga dolorem ſi neceſſe erit addendo ſupra dictis ſeſsionibus, clyſteribus, & alijs ſemen papaueris, iuſquiami, & de camphora. Et ſi foret intolerabilis vt ſupra admiſcere aliquid opij non foret incanonicum. Et ſic ſufficiant.

## De fiſtulis matricis. Rubrica. XV.

Accidit q vlcera hęc, & ãpata dicta qñq; in eorum cura plongant, aut quia non debite curant, & ipſa ppter putredinẽ multã corroſiuã concauant, & in fiſtulas conuertunt, quare in principio debet eſſe medicus multũ ſollicitus. nã ipſe de difficili curant. Imo ex eis aliquã curã nõ recipiunt. vnde qa opus magis chirurgicum eſt, tñ etiã quia de ipſa fiſtulis actum eſt ſatis ſupra de fiſtulis ani. hinc de eorũ cura facilr pertranſibo à duce meo nõ recedẽs hic. primo vt ipſe ponẽdo ſigna, ſcdo curam.

SIGNA demonſtratiua, lõgitudo putrefactionis, & adhærentia doloris, antecedẽs vlcerum quæ non ſanabant cum curationibus & prolongatum ſpatium & currit virus. deinde dolores ſicut dolores cancri. Et cognoſcitur locus eius cum radio, & vbi peruenit cum eo. Et ſcitur ſtatus eius etiam an ſit in carne adhuc aut pertranſeat vſq; ad os per illud qđ ſentit extremitas radij ex lenitate, & mollitie, & aſperitate, & duritie.

PROGNOSTICA. Fiſtulę in alijs locis de difficili curantur, quid erit in his.

CVRA Canones. qñq; accidunt in matrice fiſtulæ quæ qñq; pertranſeunt carnem, & apparet ab eo quod vicinum eſt ex membris, ita vt corrumpant os pectinis, & putrefaciant ipſum, & collum matricis, & qñq; perueniũt ad abradendũ pilos pectinis & incedũt vſq; ad partes ani, & lacertorũ eius etiã, quare tunc pars earũ eſt in manifeſto matricis, & pars eſt in interiori parte matricis, & ſunt in vnoquoq; latere matricis. Et quæ ex eis eſt in profundo non eſt poſsibilis vt curet, & ſimiliter perueniens ad veſicam. Reliqua vero ab iſtis curationẽ habent, & ſi ſit difficilis, & deterior. Et eius quæ peruenit ad abradendũ pilos pectinis, & proprie cum perforat os foramine paruo. Cura eſt duplex vera & mẽdoſa vt allegato loco, & ſupra de ſeptimo, & tribus. Cura vera fit per abſciſionẽ ej quia periculoſa

periculoſū eſt ,ppter neruoſitatē membri timeť ex ea puni- tio tōnis ſpaſmus, & amiſſio vocis, & tandē mors ideo cura eius non eſt poſſibilis niſi eius q̃ poſita eſt in manifeſto & cuius carnē mortuam oportet incidere. Cura vero mēdoſa eſt cū ordinatione diętę, mōdificatione corporis, cōfortatione matricis, & adminiſtratione rerū exiccantiū ex vnguētis, emplaſtris, iniectionibus, & alijs in fiſtula cōferentibus, pro quibus allegatis duobus locis recurre.

### *De rhagadijs matricis.* Rubrica. XVI.

Contingit rhagadias matrici ſuperuenire. vt ano quarum deſcriptio ibi requiratur. Sunt enim fiſuræ cū quibuſdam eminentijs carnoſis.

CAVSÆ. & ipſarū cauſæ ſunt ſiccitas uehemēs matrici cōtingēs, aut partus difficilis, aut apōſ. Et in principio cum accidunt ſunt ſatis leues, occulti doloris, deinde manifeſtanť tactu, aut viſu, tactu digiti ut dicetur. Item quia apud coitū ſentiť dolor nō cōſuetus. ut in poſitione cannæ clyſteris in ano, viſu quia virga exit ſanguinolenta. Item quia medicus per impoſitionem ſpeculi ea cōprehendit.

CVRA Canones in earum cura pter generales intentiones memorando etiā phlebotomiā ſi videbiť cōuenire. vt ſupra de vlceribus. De qua ſcito q̃ facta ex baſilica ſiniſtræ manus, aut pedis ſiniſtri eſt maxime iuuatiua. Matricem alleuiando à curſu materiæ facientis, & conſeruantis rhagadias has tres habes. Prima eſt mundificatio ſi neceſſaria fuerit, vt ſupra de vlceribus. Secūda eſt conſolidatio earum. Tertia eſt accidentium mitigatio. Sed ſcito q̃ earum aliquæ ſunt extrinſecæ quas medicabis cum thucia trita valde, & vitella oui, & ſine ceſſatione fiat adhærentia ipſius medicaminis ad eas. Itē valet vnguētum de ceruſſa maxime abſq; aceto. Item ſi fuerit calor acutus adminiſtres ſuccum portulacæ, aut lactucæ, aut mucillaginē pſyllij, & iſta ſint ducta, & mota lōgo ſpatio in mortario de plumbo. De mitigatione doloris ſæpe in præcedentibus rubricis. Et quædam profunde quas medicabis cū ſuppoſitorijs, clyſteribus, iniectionibus & hmōi. Primo mundificatiuis. vt ſupra de vlceribus corroſione. Scd'o cum ſtypticis incarnatiuis ſicut vnguentum factum ex climia, & plumbo aduſto, & unguentū rhagadiarum ani. & tu ibi. Itē valet ſi nouæ ſint videlicet clyſter ex ſanguine dra. bolo arm. ariſtolochia, myrrha, thure, vel cū lana ſupponiť. Q. ſi ſenſerit mordicationem patiens ex vnguentis adminiſtratis addať vnguentū baſilicon cū adipe anatis.

Q. ſi fuerit cum rhagadijs groſsitudo vehemens quā ſignificat lōgitudo ſpatij & paruitas receptionis curationis adminiſtra vnguentum de chartis cum oleo roſ. Si vero non tolerat illud ponatur cum eo oleum de lilio, & gluten alimbath. Cum ergo quieſcunt curentur cura rhagadiarum puratarum, & proprie q̃n vlceranť, & q̃n indigent eis quæ ſunt ſicut cortex eris aut dragacantum optime tritū, aut gallia, aut aggregatio eoꝝ. Et hæc eſt cura ducis quaſi nota ad literam poſita.

Et quia tandē cōſueuerunt dominas moleſtare quibus omno ad plenū eſt ſatisfaciendū iuxta poſſe, hinc vt tibi & eis magis cōplaceam particularē curam deſcribam, vnde q̃n fuerint à ſiccitate cum calore & pruritu, & ſciſſuris ſæpe in die fomenteť locus, & humefiat ſedendo in aqua decoct. cancroꝝ, ranarū, limacearū, & maluæ, & ſi vis adde ſemen lini, deinde exicceť locus inungať cum unguento de ceruſſa cui addať aliquid camphoræ. Itē ad idem. ℞. vnguenti populeon. ℥. ij. camphoræ. ʒ. j. ſ. ceruſſæ ablutæ cū aqua ro. ℥. ſ. albuminis ouorum numero. j. miſce, & incorpora abſq; igne. Cum autem remotus fuerit pruritus abluanť rhagadiæ ſæpe cum vino calido rubeo decoctionis myrti, thuris, & nucum cupreſsi, & aloes, vel thuciæ, aut mūmiæ, & ſic conſolidabunť. Vbi vero fuerint cū eminentijs remoueanť eminentiæ illæ cū vnguēto viridi, alumine vſto & hmōi, & mundificetur locus & conſolideť, vt dictum eſt de alijs abſq; eminentijs. Sed nota q̃ aliq̃ eminētiæ ſunt tantæ q̃ oportet ferro vti, quas quidam nominant caro addita, quidam ſulphur. Item quādoq; accidit in matrice ſicut virga, & hæc omnia aut ferro, aut medicina corroſiua, aut ligatione remouentur quæ chirurgicis relinquo. Et hæc ſic poſita ſufficiant.

### *De pruritu, & priapiſmo matricis.* Rubr. XVII.

Iam ex cura vlcerum. & rhagadiarum patere poteſt cura pruritus cum quaſi ex eiſdē fiat cauſis. nā humores cholerici, acuti, ſalſi, nitroſi, corroſiui, melācholici aduſti, ſm̄ q̃ apparet in diſpoſitione coloris mēſtrui ſunt cauſa ipſius. Vnde ſimili modo te habere debes ex parte digeſtionis euacuationis ipſoꝝ humoꝝ cum appropriatis, de quibus. iiij. tract. Phlebotomia ex nigra, & ſecūdatione ex baſilica ſi videbitur expedire. Deinde cum adminiſtratione eoꝝ quæ contrarianť ipſi pruritui ſm̄ ſuas cauſas. Vnde laudanť vnguenta poſita in præcedenti rubrica circa finē de ceruſſa. Item laudanť roſæ, ſandali, ſief memitæ, acetum oleum ro. ſuccus portul. camphora, plumbum, thucia, & huiuſmodi ex his faciēdo embrochas, imponendo cū ſuppoſitorijs, iniſciendo cum inſtrumento: & ſic diuerſimode ſm̄ diuerſa ingenia. Et expertū ad pruritum. Auic. ℞. folia menthæ, & cortices granatorū, & lentes excorticatas, & decoque in vino, & ſupponať. Et laudat ſuffumigium ex vino, medulla granorum myrti, & citri, ſed tu ex datis cōpone. Accidit autē vt ad hunc pruritum, vel ad cauſas ſuas ſequať in muliere priapiſmus, q̃n accidit etiā in mulieribus ex cauſis dictis in præcedēti capitulo de ſatyriaſi, & priapiſmo in viris, in quo mulieres ſtant ſemper cum appetitu ad coitum, & habui vnam talē in manibus meis, & hic priapiſmus de quo eſt hic ſermo coitu non tollitur, ſed magis ex fricatione augetur. Et cura eſt ſicut cura pruritus, & vltra frangere caliditatē ſpermatis cum medicinis infrigidātibus, de quibus allegato loco, & tu ibi. nam ea adminiſtra per intra & ad extra ſm̄ diuerſa ingenia ſæpe memorata, & ordina diætam in qua conſiſtit magna pars curæ &c.

### *De hæmorrhoidibus matricis.* Rubrica. XVIII.

Qvid ſit hæmorrhois ſupra habitum eſt in principio. xvij. capituli.

CAVSÆ. Eueniunt autē matrici ſicut & ano hæmorrhoides ſucceſsione rhagadiarū, aut apoſtematum q̃ cum fuerint extra matricē ſananť, & parum ſananť factæ profundæ. Auic. & vt dictum fuit in allegato cap. q̃nq; in retentione menſtruorum eueniunt mulieribus in ano, & illæ præſeruant eas à difficilibus ægritudinibus quas poſſent incurrere ex menſtruorum retentione.

CVRA. Canones ſeruenť proportionales his q̃ dicti ſunt de hæmorrhoidibus ani. & tu ibi. Sed hic nota q̃ aliquādo ex vehemētia doloris, quia natura medicaminibus non iuuatur, oportet eas incidere, in quarum inciſione timor magnus eſt de nimio fluxu ſanguinis. Et ideo cum ad tale opus pueniť, oportet mulierē ponere in loco frigido, & q̃ poſt inciſionē ſtet cruribus eleuatis ad parietem per horas duas vel circa, & ſuper inciſuram ponatur attramētum, alumē, cortices thuris, & huiuſmodi, etiam aliquādo ferrum ignitum vt allegato loco. & ſupra vētrem, & dorſum pone infrigidātia ex petijs infuſis in aceto, aut in aqua decoct. rerum ſtypticarum, aut in oleis ſtypticis, & rebus ſtypticis frigidis, & eſt bolus armenus, ſang. dra. achacia, hypoquiſtidos, & huiuſmodi. vt ſupra de dyſenteria. Itē fiant ex ſimilibus ſeſsionibus, & omnia talia applicenť frigida actu. Ligentur extrema. Ponantur vētoſæ ſupra dorſum, pectinem, & quæ ſequuntur ea, ſed prius tenta cū lenificatiuis, vt ſunt althæa, camomilla, fœnugręcum, melilotum, & huiuſmodi. ſi ex his natura iuuari poteſt. Q. ſi non, tranſeas ad ferrum. Et hæc ſufficiant.

*De inflatione matricis, & cognitione eius.* Rub. XIX.

MVlieribus quandoq; accidit vt earũ matrices inflentur, aut ꝓpter caſum, vel percuſsionẽ, aut partus difficultatẽ, aut propter aliud quodcunq; ſit à quo debilitetur cõplexio earum. vnde materiæ in eis contentæ vẽtoſentur, & ipſam inflent. Item & oppilatio eueniens ꝓpter frigus coartans in cõcauitate matricis, ventoſitate, quæ quidẽ ventoſitas q̃nq; coartatur in concauitate, quandoq; in angulis, q̃nq; in villis eius. & ſm hoc dolor accidit maior, & minor. Et propter illud quod dictũ eſt de cognitione eius ſequendo ducem cum accidit dolor extẽditur vſq; ad pectinem, & dilatatur in inguinibus, & deriuatur vſq; ad coxas, & eleuatur ad diaphragma, & ſtomachum, & habet vocem ſicut vox tympani, & hydropiſia tympanitis, & q̃nq; eſt permutabilis, & aſſociatur ei pulſio, & punctio, & punctura quã euaporationes cum virtutibus caliditatis ſedant, & redit cum reditu frigoris, & cõpreſsio permutat eam in rugitum, & augmentatur cum rapecten, & forta ſic remanet hæc ventoſitas ſpatio vitæ, & exiſtimant quidam ꝙ dominium matricis ſuper ſperma reſoluit hanc ventoſitatem quaſi non ſit.

PROGNOSTICA. Illa quæ eſt in vacuitate eſt debilior. deinde quæ eſt in angulis. poſtea quæ eſt in concauitate.

CVRA. Canones. Ordinatio diætæ. Digeſtio, Euacuatio. Et adminiſtratio rerum confortantiũ matricẽ, & ventoſitatẽ carminantium. Diæta ad contrarium cauſæ ordinetur. Digeſtio & euacuatio fiant cũ appropriatis, ſupra iiij. tract. Quæ autẽ matricẽ confortant, & ſpecialiter ex calidis habuiſti in principio cap. de mala cõplexione matricis. Collyria, clyſteria ſunt maxime conuenientia ex oleis calidis, anodinis, reſolutiuis vt eſt oleum anethi, camomillæ, liliorum alb. rutæ, cum vino aromatico. Item ad extra emplaſtra ex ruta, agno caſto, cimino, centaurea, aniſo, maiorana, calamento, ameos, & hmõi cum oleis dictis & croco. Itẽ cõueniunt ſeſsiones in aqua decoctionum prædictarum rerũ. Tu itaq; diuerſa operare ingenia vt ſæpe dictum eſt, itaꝙ adminiſtra per ſuperius & inferius intus & extra ventoſitatem carminantia, ſicq; eã annihilabis & quæ conferunt colicæ ex ventoſitate huic afferantur loco tanquã vtiliſsima. & tu ibi. Et nota hic ꝙ filatum linum coctum cũ aqua & cineribus maxime ex ſtipitibus caulĩũ factis efficaciter iuuat ad ventoſitatẽ matricis annullandum. Inquit princeps de cura ventoſitatis eius cura eſt vt ſumatur omni die. ℥. j. ſ. de diamarte cum. ℥. j. cimini, & ſexta. ℥. j. maſticis. Valet in hoc caſu triphera Gal. deſcriptione poſita in Meſ. in qua non ponitur opiatum aliquid & ideo continuari poteſt philonium perſicũ, & illud deſcriptione Meſ. in his tamen opiata ponuntur. & cõſimiliter in diamarte. Si ergo vti poteſt omni die & ſecurius triphera Gal. conſidera. Et hæc ſufficiant.

*De augmento matricis, exitu, & cõuerſione ipſius, & eſt ſcd̃m medicos matricis præcipitatio.* Rub. XX.

MAtrix conſueta eſt quandoq; ſe ad ſuperiora mouere, & inde accidit diſpoſitio mala ſuffocatio dicta de qua in ſequenti rubrica, quãdoq; ſe mouet ad inferiora, ita vt eius appareat manifeſta egreſsio matricis. Q. ſi ad alterum latus moueatur incuruatio matricis, aut eius inclinatio dicitur. Quidã appellant talẽ eius motum præcipitationem matricis. Et cõmuniter diffinitur ſic. præcipitatio matricis eſt eius declinatio ad alterũ duorum laterũ aut ad poſterius aut ad os vuluæ cũ eius egreſſione aliq̃n, & hanc deſcriptionẽ claudit in ſe rubrica hæc ex Auicen. poſita, q̃m matrix inflatur per ventoſitatem in ea clauſam, & q̃nq; apoſtematur maxime cum egreditur vuluam, & intromitti non poteſt. hinc ab Auic. ſcribitur de augmento. Itẽ quia cum ſentitur cũ nocumento in altero laterum videtur eſſe ob hoc magnificata. & ideo &c.

CAVSA præcipitationis eius eſt omne illud quod eſt cauſa vel eſſe poteſt mollificationis neruorũ ſiue ligamentorũ ſuſtentatiuũ eam. vnde cum mollificati ſunt deſcẽdit maxime q̃n mollificatio eſt in radicibus eorũ. Q. ſi fuerit in his quæ ſunt in altero laterum tũ declinabit ad illud tũ. Et tale eſt aut mala cõplexio frigida pura quã acquirit ex ſeſsione ſuper lapidem, balneatione in aqua frigida, nimio aquæ frigidæ potu, & hmõi. Aut materialis vt humor phlegmaticus, viſcoſus, & eſt ſm plurimum. Aut putrefactio ligamenti accidens ex apoſtemate & hmõi. Itẽ & declinationis cã eſt q̃nq; durities matricis cauſata in altero laterũ propter repletionẽ illius lateris ex humoribus groſsis viſcoſis facientibus illam quæ ex tactu comprehenditur. Aut cã primitiua, vt caſus, percuſsio, fortis vociferatio, ſternutatio fortis, & aſsidua, ſtrepitus fortis ex ſomno vel alio ob quod mulier ſit terrefacta, vnde accidit fluxus inordinatus humiditatum phlegmaticarũ ad matricẽ ob debilitatẽ virtutis ſic ſubito cõtinentis, & non regulati ꝓ tunc. Itẽ quia eo caſu matrix infrigidatur multum ex retentione ſpirituũ, & frigiditas eſt cã illius tunc. Aut propter difficultatẽ partus, aut ꝓpterea quia obſtetrix multũ laborauit in trahendo fœtũ & ſecundinã, aut exitus ſubitus fœtus, quæ oĩa ſunt cã mollificationis, & extẽſionis ligamentorũ ſuſtentantiũ matricẽ in loco ſuo. Et idem operatur auditus malorũ nouorum vt eſt mors filiorum, terrores oẽs fortes, portare grauia pondera, & hmõi: & tu etiã pro his recurre ad cauſas mollificationis ſupra de paralyſi. Item cauſa eſt quãdoq; naturalis. vnde Plato inquit. ventriculi qui in vulua dicuntur cum ſint quaſi animati concupiſcunt filios procreare ſi diu permanſerint ꝙ tinctum nõ afferant anguſtiantur, & nequeunt in vno loco manere, per corpus enim moti vias ſpiritus oppilant, anhelitum etiã corrumpunt, quare magna & diuerſa accidentia mulieribus fiunt. vnde ꝙ frequẽter decipiuntur medici credentes talia accidentia ex alia prouenire cauſa, & ideo ſollicite cõſidera habitudinem, complexionem &c. ipſius mulieris.

Venetriculi aiati, ex Platone.

SIGNA demõſtratiua, quia mulieri accidit dolor in pectine magnus, et in alcharin, & dorſo, & cum his ſunt q̃nq; febres. Et accidit q̃nq; difficultas fecis, & vrinæ, qa matrix cõprimit meatus. Et accidit ſpaſmus, tremor, & timor abſq; cauſa, & ſentit rem rotundam in pectine, & ſentit apud vuluam rem deſcendentẽ leuis tactus, & proprie cõpletur conuerſio, & egreditur quod intrinſecũ eſt manifeſte, & eſt cum tumore in loco ad quem declinat, quod tactus aut digitorũ intromiſsio declarat. Et in eo eſt dolor & grauedo. Q. ſi cadet ſentitur dolor verſus inferiora, & ꝙ notabiliter apparet extra aliquãdo. Q. ſi fuerit intrinſeca cõprehenditur digito impoſito. nam ſi foramen matricis eſt in directo alterius foraminis nulla eſt dislocatio. Si non ſcilicet ꝙ ſi fuerit tortuoſum erit ibi dislocatio.

PROGNOSTICA ſi paſsio hęc perſeuerabit, de difficili aut nunquã curabitur. Non ſperatur curatio niſi eius quæ recens eſt in adoleſcentia. Aui. de cura eius.

CVRA. Canones. Ordinatio diætæ. Digeſtio materiæ. Euacuatio eiuſdẽ. Particularium adminiſtratio. Accidentiũ correctio. Et hic in primis audi verbũ Aui. de cura eius nõ ſperatur curatio niſi eius quæ recens eſt in adoleſcentia, & ideo ſalutem noli niſi cum cautela promittere.

Diæta ordinetur ad cõtrariũ cauſæ, ꝙ ſi cauſa fuerit abſq; materia ſola ſufficiunt alterantia. Sed aduerte ꝙ cauſa immaterialis cum prolongatur efficitur materialis debilitando locum in quo nutrimentum non digeritur, & pro magna parte fortia membra mittunt ad debile. Item quia matrix eſt cloaca, ideo magis eſt in ea ſuſpicandum. Tu itaq; diætam ordina ad contrarium cauſæ ex poſitis ſupra tract. iij. & tu ibi pro omnibus.

Digeſtio etiã fiat cũ appropriatis poſitis ſupra trac. iiij. Sed aduerte ꝙ vt ſupra i princ. cap. acetũ, & acetoſa lædũt

Acetum m̄ricem lædere.

matricem, & tamen vbi ſit neceſſaria inciſio non eſſet malum ponere in digeſtiuis oxymel ſimplex, quoniam in eo remittitur aceti malitia in neruoſis mēbris, & ex eo maius vt credo accidet iuuamentū nocumento. Q. ſi cauſa calida fuerit, quia etiam ab illa pōt contingere. vt ex dictis patet. & iō dicebatur ſm plurimū dari pōt oxyzachara.

Euacuatio aūt cōſimiliter fiat cum appropriatis dictis allegato tractatu, ſed in principio incipe cum clyſteribus lenitiuis, & educētibus materiam, & adminiſtratione diureticorum, & ſolutiua non ſlnt fortia ne ad locum inferiorem ſecum ducant materias alias nocētes. vt de alijs ſupra ſæpe. Et hic nota de phlebotomia ꝙ quidam dicunt eam maxime conferre, & ipſam faciunt poſt euacuationē pharmaciæ in quarto vel in quinto die à principio ægritudinis ex ſaphena interiori. Sed credo eam non conuenire niſi materia exiſtēte ſanguinea, aut ſanguini cōmixta, aut quia durities eſſet in cauſa ex repletione facta, quo caſu competit phlebotomia ſaphenę ex latere oppoſito declinationi eius & ideo dixit dux, oportet ergo vt phlebotometur ſaphena parte, cui ſuppoſita eſt pars declinationis ſi ſentit̄ repletio, & dicit obſtetrix ꝙ venæ in illa parte ſunt tēſæ, & replete. Item in declinatione ad inferius competit ex baſilica.

IN ADMINISTRANDO particularia nota hos canones. Primus eſt matricis ad locum ſuū reductio. Secundus eſt eius reductæ, conſeruatio. Et in expediendo primū nota prius ꝙ licet conuerſio matricis ad ſuperiora non cadat ſub deſcriptione præcipitationis data quæ eſt aſſignata ſm cōem ſcholam, tñ etiam talis motus eius ad ſuperiora, ſicut placet Franciſco de pedemontium addendo ſuam particulā claudi poterit. Et ipſa recipit curam ex parte diætæ, digōnis, euacuationis & ex parte phlebotomiæ ſaphenæ, & vtriuſq; vt dictum eſt trahēdo ipſam ad inferius. Si itaq; declinabit ad ſupius fac phlebotomiam ex ſaphenis, deinde veni ad canones duos iam poſitos. Vnde in prima fac fortiter mulierem ſternutare. Item retinere anhelitum cōprimendo ad inferius. Item pone vento ſas in inguinibus coxis & pectine, liga coxas ligatione doloroſa & hmōi. Deinde fac obſtetricē inungere ſibi manum & digitos ex adipe gallinæ, aue anatis, & cū manu cōprimendo, & tractando ſecernendo vt poterit ad locum ſuum reducat. Item applicet odorifera ante os matricis, vt eſt galliæ muſcatæ, ſuffumigatio, & eſt medicina ꝓpria, matrix enim ad odorifera ſui ꝓprietate mouetur, & fœtida fugit, & ideo talia naribus applicentur, ut infra in ſequenti rubrica de ꝑfocatione. & ideo viſum eſt plus attinere ꝑfocationi cōuerſio eius ad ſuperiora q̄ præcipitationi, & tu conſidera. Vbi autem fuerit declinatio ad inferiora, tunc ꝑcipiat obſtetrix vt mulier in lecto iaceat, & quieſcat in eo, deinde q crura eleuet ad ſuꝑiora, deinde manibus inunctis, vt dictum eſt quærat intromittere matricem. Item intromittat digitos ſubleuādo, adæquando, & ad certitudinem ducendo, & hoc dico vbi faciliter intromitti poſſit. Q. ſi prius indiges mollificatione cū balneo, aut fomentatione & hmōi, & lenitiuis mollificatiuis ante omnia illud agas. Itē per cōtrariū ventoſę ponant̄ ſuper radicem ſuminis, ſuper dorſum, ſuper vmbilicum, & hmōi, cōuertentia ipſam ad motum ſurſum, mulierq; ipſa etiam cum ſuo motu ex parte crurū, & totius corporis ſe iuuet.

Matrix odorifera ea ſui ꝓprietate amplexatur, ac fœtida refugit.

Quibus pactis veni ad ſecundū, & adminiſtra per interius, & exterius ſtyptica ex parte emplaſtrorū, linimentorū, fomentationū, & hmōi, vnde pone ſuppoſitoria lana intincta in vino decoctionis rerum ſtypticarū, vt ſunt myrtus ro. cortex granati, achacia, lens excorticata, & hmōi. ut ſupra de fluxu menſtruorum, & tu ibi. item fac vt non ſentiat fœtida, ſed odorifera naribus appone. Fugiat ſternutationem, tuſſim, & hmōi habentia ipſam ad inferiora mouere, ſed ſtet vt ſupra in lecto ſemper ſupra dorſum, & gera, & hoc ſi deſcenderet ad anteriora. Q. ſi ad poſteriora ſuper vētrem. Si in altero laterum ſuper latus oppoſitum, in quibus duobus caſibus operare cum complemento duorum cañ. ſic poſitorum.

Tracti ſunt modi operandi in cura hmōi diſpōnis, nec poſiti ſunt canones ſm ſeriem cauſarum vt breuiloquus ſiam, quos ſub breuitate colligam, quorū cōplemētum ex habitis in rubricis ꝑcedentibus eſt manifeſtum. Nam cura malæ cōplexionis patet in rubrica de mala cōplexione ipſius, & tu ibi. Si ex caſu, & ꝑcuſſione fac phlebotomiā, & diuerte, vt dictum eſt. intromittet, & age vt hic ante. Et conſimiliter ſi ex mollificatione facta ex humoribus digeras, & euacues vt in ſecūdo & tertio cañ. Digeſtiuum ad hoc. ℞. artemiſiæ, ireos, enulæ, radicum liliorum, & camedreos, camepitheos, iringorum, roriſmarinī, radicis apij, buglosſę, adiātos, ana. M. j. maratri, epithimi, flor. vtriuſq; ſticados, petroſellini, ſparagi, ſpicæ celticæ, ſquinanti, liquiritiæ mundæ. ana. ℥. j. zucch. lib. iij. vini granatorum lib. ß. fiat ſyrupus de quo vtatur mane & ſero cum aqua pluuiali aut aqua fontis ſemel chalybeata. Solutiuum fiat deinde ex ſpeciebus benedictæ, & agarico cū ſal gēma. Deinde applicetur emplaſtrum ex maſtice, thure, terbentina, colophonia, oppopanaco, galbano, & ſerapino. Et ſic cōſimiliter ꝓcede in alijs ſuo modo. Accidentia autē exitus matricis conſequentia ſunt dolor, apatio, inflatio, excoriatio. Et horum correctio ſuis requiratur rubricis, & tu ibi.

RESTAT modo aliquid dicere de cura, quando cauſa eſt naturalis. Et aliqua adiūgere remedia diſpoſitioni conuenientia, de qua in rubrica.

Expediendo primum dico ꝙ alterū duorū facere oportet aut mulierem viro iniungere vt concipiat, & eam iuuare ad hoc qđ ſi fieri non pōt honeſte ac religioſe, tunc iuuetur cum exiccantibus ſperma dictis de gomorrhæa, pollutione, & coitus exuberatione.

Pro ſecundo dicitur ꝙ folia porri torrefacta & aſperſa oleo nucum ſi applicentur loco ad quem declinat matrix reddit ad ſtatum ſuū. Item cinis teſtarum oui, de quibus pulli ſunt extracti ſuperaſpergatur vuluæ exeunti, & ſuper exteodatur pix liquida reuocabitur ex toto. Suffumigatio ex ſtercore bouino ad ipſam valet. Item ſuppoſitoriū de aſſa fœtida. Multa per te cōponere potes ex poſitis ſtypticis matrici conuenientibus, quæ ſtyptica non debent eſſe frigida tm̄, ſed commiſcenda ſunt cum calidis ſtypticis ꝓpter cōplexionem eius, ſed te oportet moderare ꝙ aliqñ frigida debent vincere, quandoq; calida debent ſupra frigida obtinere, & tu bene conſidera. Nam aliquando in exhibitione eorum & ſimilium accidit vlceratio, pruritus & huiuſmodi. Et hæc tibi ſufficiant.

## *De præfocatione matricis, & de aqua congregata in ea.* Rubrica. XXI.

PRæfocatio matricis eſt diſpoſitio in qua mulier videtur vt ſyncopizata, aut epileptica ſentiēs ex ea ſuffocari aut ſtrangulari. Cuius cauſa eſt conuerſio matricis ad ſuperiora aut eleuatio vaporū malorum ex ſpermate retento circa teſticulos matricis, vel menſtruo retento. Vel humiditates malæ, albæ, ob quæ diaphragma cōprimitur & conſtringitur, quo cōpreſſo premitur, & cor, quare debite dilatari nō pōt & fumos capinoſos à ſe expellere, & aerem in ſui refrigerium debite attrahere. vnde videtur patienti ꝙ ſuffocetur, & tali nocumento etiā epiglotti cōmunicato vox amittitur. Vnde etiam videtur ꝓpter cōmunitatē ad gulam ꝙ ſtranguletur, & mulieres patientes ex matrice frequenter dicunt ſentire circa gulam nocumētum. vnde qbuſdam videtur ꝙ habeant bolum ſtrangulātem, & quibuſdam difficultatē attrahendi aerem & hmōi. Et dictum eſt conuerſio matricis ad ſuperiora vt ponatur differentia inter ipſam & præcipitationem, & hoc ſm cōem ſcholam, licet Hipp. 51. apho. v. ſectionis. per ꝑcipitationem intelligat ſuffocationem, ſed vt ſæpe dictum eſt à medico de nominibus non eſt diſputandum. Dicta itaq;

eſt

eſt præfocatio à ſuo effectu. De differentia vero eius inter ſyncopim & epilepſiam dicetur in de ſignis. Et hæc paſſio conſueuit contingere viduis, & ſeruantibus caſtitatem & his quibus menſtrua retinentur. Item virginibus in primis cum ſint vieipotentes. Item & monialibus, raro autẽ maritatis. Et deterior eſt quæ eſt ex ſpermatis corruptione, vnde iam ſperma retentum ꝗ̃ etiam menſtruum corrumpitur, & corruptum corrũpit calorem naturalẽ, vnde infrigidatur matria, & hoc eſt quod princeps dixit. Et ſit conuerſio eius quod retinetur inde ad frigus ſm plurimũ.

Item & mala valde eſt illa quæ deſtruit anhelitum ſm apparentiam manifeſtam, & in qua deſtruiẽ ſenſus & motus, ita vt videatur ꝙ mulier ſit mortua, & iſta eſt ſm plurimum ex ſpermate. Et ſeuior io gradu tertio eſt ad quã ſequitur tetanus, ſpaſmus, ſyncopis ſine nocumento io ratione & ſenſu etiam frequenter moriuntur cum paroxyſmus prolongatur. Et tẽpus proportionatum eſt autũnus.

Et habet hæc ægritudo periodos ſm plurimũ, ſed quibuſdam accidit omni die, & illud eſt raro. Aegritudo in ſe peſſima eſt & patere põt ex cauſa aſſignata, quia vapor faciens eam malus eſt & venenoſus cordi, ac cerebro occurrens non mirum, ſi quandoꝗ interficit.

C A V S Æ. quidam aũt cauſam aſſignantes dicũt, aliam primitiuam, aliam antecedentẽ, aliam coniunctam.

Primitiua vt frigus conſtringens ſuperfluitates ad intra exercitium diſſoluens, quies multiplicans, cibus groſſus melancholicus aptus in ſanguinem putridũ cõuerti, ſomnus multus, coitus dimiſſio & hmõi. Antecedens cõplexionalis mala cõplexio frigida quare ſuperfluitates reſolui & conſumi non pñt. Compoſitionalis anguſtia viarũ & hmõi. Antecedens humoralis vt menſtruum, aut ſperma, peccantia quantitate, aut qualitate tñ. Coniuncta vt vapor malus eleuatus cordi, & cerebro cõicatus. Item ex parte cõpoſitionis, quia cõtractus matricis neruorum, & venarũ ad radices ſuas, quare accidit cõpreſſio diaphragmatis, malus ſitus matricis, & aliorum membrorum.

S I G N A demonſtratiua, quia cum accidit mulieri præfocatio cõtrahuntur genua eius verſus pectus, & cadit ſupra dorſum ſuum velut mortua, & ſi tunc vocatur bene ſe vocari intelligit, & eſt velut ſyncopizata iacens, aut epileptica ſine manifeſto anhelitu. Et ante eius aduentũ accidit mulieri quædam crurium debilitas, & pigritatio in locutione, citrinitas faciei, & quandoꝗ rubedo, & ſimiliter oculorum qui aliquãdo egrediuntur ad exteriora, qñꝗ ſtant clauſi ita vt non aperiat eos, dypſnia, pulſus cordis, dolor capitis, & qñꝗ ſitis. Et cum iam eſt in proximo accidit deſtructio vocis, ſpaſmus in manibus præcipue, cũ rubedine maxillarum, & ſtridor dentium.

Signa ſi ſit cauſa retentionis menſtruorum, ſignum ꝙ mulier eſt aliqualiter bene ſana vidua boni regiminis, & menſtrua defecere, aut menſtrua retenta ſunt, quod indicat qñꝗ generatio lactis in mãmillis dicente Hipp. Si mulier, quæ neꝗ grauida eſt, &c. vt in fine capituli, & eſt vna alia deterior & acutior ſm ꝙ menſtrua retenta ſunt deteriora, quoniam ex eis quædam cholerica, quædam melancholica. vt ſupra de retentione menſtruorũ aut nimio eorum fluxu. vnde ex phlegmaticis leuiora, ex cholericis grauiora patietur accidentia hæc.

Signa ſi fuerit ex ſpermate cognoſcitur quia tunc menſtrua non ſunt retenta, ſed bene dimiſſus eſt coitus conſuetus, & eſt cum difficultate anhelitus vt prima. Et magnificatur in eis timor magis ꝗ̃ ex menſtruis. Et qñꝗ contingit vt obſtetrix digito cõmoueat matricem ſpaſmoſam et faciat deſcendere ſperma groſſum & ſanatur. Nõquid autem accidit viris. Dicendum ꝙ etiam viris accidunt praua & mala accidentia ex retentione ſpermatis. vt ſupra de eo quem dimiſſio coitus lædit, non tamen ſic frequenter eo ꝙ labore reſoluitur in viris, habet ꝑterea mulier menſtruum melancholicum malum, quod notabiliter lædit principalia, ita vt qñꝗ mors inde ſequaẽ, & accidit quandoꝗ eas mori, non ſic vero viris. Sed quare non ſic accidit prægnantibus in quibus menſtrua longo tẽpore retenta fuere. Dicendum ꝙ licet in eis mẽſtrua retẽta ſint, ex puriori tamen parte embrio nutritur, & ꝙ ſuperfluit partui à natura reſeruatur vtiliter, ſicꝗ ne putreſiat vel congeletur ſtudioſe introcluſum in panniculo ſecundinæ conſeruatur ex quo matrix non patitur & fumus ad ſuperiora principalia non aſcendit niſi grandis ſit cauſa & illud eſt raro.

E T Q V I A hæc ægritudo conuenientiam habet cum aliquibus alijs, ideo ſi eorum ponenẽ ſigna diſtinctiua clarior erit notificatio, & ideo à narratione multorũ ſignorũ ſuperſedeo. Cõuenit aũt cum epilepſia, ſpaſmo, ſyncopi, apoplexia, lethargia. Inter ipſam tñ, & epilepſiam eſt differentia, quia epilepſia accidit abſꝗ menſtruorũ retentione, & in coeuntibus magis & ſpumatos, & maxime in ea quæ eſt fortis. Item epileptica non narrat caſum ſuũ cum euacuaẽ à paroxyſmo ſicut facit præfocata, niſi præfocatio eſſet difficilis valde & imoderata, nec epileptica ſentit aliquod ſurſum eleuari vſꝗ ad os ſtomachi, & deponi, ſed bene præfocata, immo ſentit ꝑfocata ꝙ ſit aliquid quod trahat pectus ad ſupiora, & ꝙ à matrice aliquid eleuatur. Et tu pro alijs ſignis recurre ad ea quæ de epilepſia. Inter ipſam & apoplexiam, quia in apoplexia nõ eſt gemitus vt in præfocata. Item in apoplexia ſenſus, & motus integre eſt ablatus, in hac vero non. Inter ipſam & lethargiam, quia in lethargia eſt febris continua, & pulſus vndoſus, & principium eſt dolor in capite. In ꝑfocatione vero pulſus eſt diuerſus & principiũ nocumenti in partibus inferioribus. Inter ipſam & ſpaſmum, quia ꝑfocatio ſubito accidit, non ſic ſpaſmus, licet cum ea ſit ſpaſmus.

P R O G N O S T I C A. cum vides eam euoire prognoſtica de eius euaſione ſimiliter. Item cum apparẽt humiditates aliquę à matrice exire ſpera eius reſolutionẽ. Peior inter alias eſt quæ ducit ad difficultatem anhelitus, & cum paroxyſmus prolongaẽ qñꝗ moritur. Habui ſocrum quæ frequenter præfocabatur, & terminabatur ꝑfocatio in dolore capitis duorum aut quatuor dierum erat ſexagintaſex annorum, & ideo exiſtimo ꝙ non ex mẽſtruis retentis, neꝗ ea ſpermate cõtigiſſet, ſed magis ea materiebus phlegmaticis putridis, & etiam in ea per viam indigeſtionis multiplicatis. In aliquibus aliqñ terminatur ad dolorem genu, dorſi, & hmõi. Et qñꝗ perducit ad peripneumoniam, & ad ſquinantiam, & ad apoſtemata dorſi, & pectoris. Poſtremo attende ſi quãdoꝗ occurret ꝙ diceret ꝙ eſſet mortua ꝙ tu facias oino illa quæ ſupra de apoplexia ex parte etiam ſepulturæ, & huiuſmodi.

C V R A. Canones. Primus velocitas curationis eius. Secundus ordinatio diætæ, & hoc reſpectu eius quæ eſt in potentia, & in actu. Tertius digeſtio. Quartus euacuatio. Quintus accidentium correctio. Et anteꝗ ad complementũ horũ deſcẽdam aliqua enumerabo ex ſimplicibus & compoſitis in hac ipſa diſpoſitione cõuenientia. Et ſunt acetum ſquilliticũ, agaricus, ambra, ſuffumigium, amygdalæ amaræ, oleum earum, aniſum intus & extra, aries, ſuffumigium cornu eius, ariſtolochia ſumpta, aromaticum muſcatum. Meſ. artemiſia, aſpalium per nares ſuffumigiũ bethonica cum hydromelle bibita, blactæ bizantiæ, ſuffumigium capilli vſti, caſtoreum, cerui cornu vſtum, ciminum cum vino ſumptum, confectio Hermetis in quinto Auic. confectio mirabilis dicta Meſ. de cura tuſſis humidæ, crocus, dipramus, gallia, galbanum, garyophylli ſumpti, iuniperus, laudanum, lignum aloes, linum fumus combuſtum, maiorana, naſcale, muſcus, oppopanacũ, paſtinacha, pæonia, grana eius quindecim nigra cum mellicrato, & eſt aliquorũ ſecretum peucedanum, ſuffumigium, pix, odor, pulegium, plantago, rubea, ſerapinum odoratum, ſiſeleos, terbentina, fumus per os ſumptus, urtica, ſemen eius cum ſapa, vultur, ſuffumigium ex pennis eius, Item ſuffumigium

migium ex pennis perdicis, & eſt vſuale, & plus cōmendati. Item ſuffumigiū factum ex tribus uel quatuor candelis de ſeuo ſimul iūctis ipſis accenſis, deinde extinctis. Primus canon reſpicit ſuffocationem quā eſt in actu & in primo occurſu medici ad patientem. Secundus, & tertius, & quartus reſpiciunt eā quā eſt in potentia ſiue in habitu.

PRO COMPLEMENTO primi dico ꝙ cū occurris patienti debes eſſe ſollicitus in remediando, quōniā hæc paſſio quādoq; interimit. vt ſupra. Et expediendo ipſum canonem hos canones diligēter aduerte. Primus diuerſio. Secundus virtutis excitatio. Tertius adminiſtratio eorum quæ matricem cōuertunt ad inferiora, aut quæ materiam, aut malos fumos in ea exiſtētes expellant vel retropellant. Et hi tres canones ſimul incedunt, in cura eius ita feſtina: Primus cōpletur forti fricatione pedū, & eorum ligatione doloroſa. Item fiant ligationes in coxis primo. deinde in cruribus, deinde in pedibus hoc eſt deſcendendo. Item inungantur pedes cum oleo laurino. Item apponātur ventoſæ in coxis in inguinibus in parte cōtraria parti ad quā declinat matrix, & hæc, & ſimilia per exterius trahunt inferiora, & phlebotomia per interius impone enema carminatiuis, & reſoluens ventoſitatem ex calamēto, artemiſia, & alijs materialibus, de quibus ſupra in rubrica de mala cōplexione eius maxime prolōgat paroxyſmus. Item impone ſuppoſitoria ex laudano, gallia muſcata & hmōi. ad quā declinat matrix à ꝓprietate, vt in ꝓcedenti rubrica, facq; deinde obſtetricem inungere ſibi digitos ex oleis odoriferis, vt eſt oleū de been, oleū de maiorana, de ſpica & hmōi odoriferis, & intromittat, & titillationē faciat, & eſt ex primis remedijs fiendis. Fac deinde ſuffumigiū ex muſco, ambra, xyloaloe, & hmōi, terant enim hæc, & ſuper lapidem ignitum aſpergantur. Et pro tunc naribus apponentur fœtida ex aſſa fœtida, caſtoreo, fumo pettarum cōbuſtarum, pennarum perdicū, & ſunt proprie vulturis & aliarū. Item cum cādelis de ſeuo. vt dictum eſt, & cū alijs fœtidis, de quibus paulo ante, quidā ſuffumigant cū euphorbio. vt Aui, & alijs quæ inducunt mordicationem, ſed non eſt in vſu. Stomachum inunge ex rebus reſoluentibus vētoſitatem in eo, de quibus ſupra de dolore ſtomachi. Item ſi fieri pōt cum pēna aut alio modo ꝓuoca vomitum, eſt quādoq; faciēs ſedare ipſam. Item aſperge faciem aqua ro. Item introducas ſternutationem cū condiſi, pipere, elleboro, & hmōi. Item naribus appone ſulphur ignitum, & fumū eius. Itē pro complemento ſecundi voca ipſam forti voce nomine proprio. Item trahe pilos temporū, & fac ſonos, & clamores fortes circa aures eius, & ex his patet complementum tertij. Q. ſi per hæc omnia nō redibit anhelitus, tunc ſuper caput eius fundatur oleum feruens, & ſit ex cōfortantibus cerebrum, vt eſt oleū de ſpica, de been, de balſamo, & hmōi, & cauterizeī ſyncipus ſi non fuerit prohibens. Q. ſi fuerit ex retentione menſtruorū, tunc phlebotomia ſaphenæ confert. vnde Aui. & quādoq; euadit cū phlebotomia quam nō facies ſi fuerit ex retentione ſpermatis, vt infra, & fortior eſt phlebotomia ſub poplite, ut ſupra de retentiōe mēſtruorū.

SECVNDVS completur cum prohibitione eorum quæ multiplicant ſanguinem & ſperma, vt ſupra de exuberantia ſpermatis. vnde euitet vinum ſpecialiter, licet ſyncopis eum requirat. vt ſupra de ſyncopi. ſecundo capitulo. Nam aqua eſt hoc in caſu conuenientior. Item carnea & maxime carnes melancholicas & cibos melācholicos. Item vtatur his quæ ſperma exiccant, de quibus ſupra de pollutione, & gomorrhæa.

PRO TERTIO digeratī materia maxime ipſa exiſtente viſcoſa cū oxymelle ſquillitico cum ſyrupo de radicibus, & alijs ſimilibus hītibus virtutē ſubtiliandi, incidēdi, & aperiendi, & ꝓuocādi, de quibus. 4. trac. & hic nota ꝙ Cōſtantinus in pantechni reprobat acetū & oxymel in iſto caſu, quia matrix eſt neruoſa. Et Aui. laudat, et ut cōſiderat. nam conſueuit, ſolui, quōniā pauca debet eſſe acetoſitas vt de ſyrupo acetoſo in paſſionibus neruorum.

PRO QVARTO fiat euacuatio cū hierapigra, cum pilulis fœtidis & hmōi. materiam reſpicientibus. de quibus. 4. tracta. directis cum appropriatis ad matricem. Q. ſi fuerit ex retentione menſtruorū phlebotomiā facito, & ſi fieri non pōt vt in multis pinguibus, ventoſas pone, cū fricationibus ſuper locum ſaphenæ, aut applica ſanguiſugas, & da prouocantia menſtrua per os et ſimilia per inferius applica. ut ſupra de retentione mēſtruorum. Ex ſyrupis, electuarijs, ſuppoſitorijs, & alijs, vt ibi ad plenum. Facq; frequenter ꝙ mulier met ſibi imponat digitos ſuos inunctos pinguedine anatis, aut gallinæ, aut olei nardini, & fricet. Sit itaq; ſtudium tuum vt cauſa reſcindatur cum frequentata euacuatione. Q. ſi ex retentione ſpermatis. tunc ſtude vt mulier viro tradatur, ſi id honeſte fieri pōt. Item intromittat obſtetrix frequenter digitos inunctos ex aliquo odorifero. vt in complemēto primi & tantū fricet vt inde dolorem inducat fortaſſe ſanabitur. Item intromitte res mordicatiuas commotionem facientes vt ſunt piper, cordumeni, zinziber, & ſunt mirabiles in hoc. Item da quæ ſperma exiccant. vt ſupra de gomorrhæa, & pollutione. Et in fine ponam aliqua vtilia huic propoſito priori. Et ſunt ex mulieribus quæ ingeniantur coire adinuicē cum inſtrumento ſimili virgæ virili, & ex eo delectantur & conferunt, & vt dictum eſt in fine complementi primi caue ne facias in hoc caſu phlebotomiam, quōniā infrigidat, immo adminiſtra ea quæ calefaciunt.

ACCIDENTIA continua in hac ægritudine ſunt ſyncopis, ablatio anhelitus, dolor ex ſpaſmo & hmōi. Ad quæ oīa remouenda ꝓcede cum his quæ dicta ſunt in complemēto primi canonis, et etiam ſub ſequēte rubrica curā iam poſitam & adminiſtra mithridatum, confectionem de diamuſco. Et non timeas de cōmotione matricis, quōniā cum alijs tā poſitis hic adminiſtratis maioris ſunt iuuamenti quā ſit nocumentum inde cōtingens. Et poſt hæc aduerte ꝙ vbi hæc paſſio fieret in prægnantibus tu debes abſtinere à phlebotomia ſolutione ventris, & ſtare contentus in adminiſtrando olea exterius reſoluentia calida iam dicta, ita ꝙ in ſumma cū mulier redierit poſt tres aut quatuor dies digere, euacua, clyſteria impone, & ſuppoſitoria da alternis diebus theriacam, mithridatum, confectionem de diamuſco & hmōi, habentibus confortare cor, & cerebrum, & defenſare ipſum à vapore venenoſo. Laudatur ab Aui. maxime quā eſt ex retentione menſtruorū euphorbium. inquit. euphorbium vero eſt valde forte in hoc faciens deſcendere menſtrua ſtatim, intellige ſuppoſitum.

Sumat ſæpe mulier. ʒ. j. pulueris agni caſti cum. ℥. j. mellis ro. & aqua calida & videbis mirabile. Item pone petiam in fortiſſimo aceto, & ipſam impone naribus eſt efficax in faciendo deſcendere matricem. Item laudatur vētoſa magna cum ſuper vmbilicum ponitur. Item quanto citius potes poſt paroxyſmum da theriacam & hmōi cōtrariantia veneno etiam in paroxyſmo ſi fieri pōt. Item ventrē à ſtomacho vſq; ad muliebria emplaſtra ex rebus carminantibus vētoſitatem, & laudatur in hoc abſinthiū, hyſſopus, calamentum, filix, leuiſticum. Item hora paroxyſmi intromiſſio inſtrumenti in vuluam confert. Expertum eſt vinum decoctionis ſigilli ſanctæ Mariæ bibitū.

Item intromiſſio radicis ſatyrionis poſt fricationem cū oleo ſperma deſcendere facit. Item folia vrticæ trita, & ſuppoſita ſtatim remediū dant. Expertū pluries ſal gēma, & nitrū confīciantī cū aceto & cū aceto ſupponatur. Itē valent optime pilulæ duæ datæ confectæ ex galbano albo, & aſſa fœtida ſtatim deſcendere faciūt. Item nota de granis pæoniæ dicta, ſunt enī optima in paſſionibus. Ad idem pilulæ ex caſtoreo, & myrrha confectæ cum aqua mellis exhibitæ. Item detur cimini. ʒ. j. cum aqua decoctionis agni caſti, aut cum aqua rutæ, & ex decoctionibus a bonis quibus & mulier vti pōt, vt de puluere agni caſti

dictum

dictum eſt. Ex ſuppoſitorijs.℞. ſtoracis liquidæ.ʒ.iij.ſemenia vrticæ.ʒ.iij.fiant ex eis lycipia, & ſupponantur. Semp immaut garyophylli qñ eſt ex retētione ſpermatis videntur habere pręeminentia. Poſtremo aduerte q̃ in virginibus in quibus non poſſunt intromitti &c. magis conferunt ſuffumigia. Item prædices ne mulier ſit ſepulta ante duos dies niſi fueris certus de eius morte per bombacem carminatum & ciatum aquæ poſitum ſuper cor. vt ſupra de appoplexia, & tu ibi.

. A D D I T V R huic rubricę rubrica de aqua in matrice, & efficiuntur mulieres ſicut hydropicę, qñq; accidit apoſtema eis molle in inferioribus & ipſam ſentiunt cum mouentur, et multiplicatur humiditas currens in matrice.

. Tu itaq; poſt paroxyſmũ procede cum phlebotomia ſi indiget, & fac eas vti clyſteribus hydropicorum ꝓuocantibus menſtrua & ꝓuocantibus vrinã, & vtere exiccantibus aquã ex emplaſtris exiccantibus hydropicorũ exercitio, & hmõi. Suppoſitio autem ellebori albi confert ei, & trahit aquam plurimã. Auic. Recurre ſupra ad capitulum de mania in fine vbi & remedia inuenies in propoſito viſ ka, & hæc ſufficiant de præfocatione matricis.

## *De impregnatione, & embrionis generatione.* Rubrica. XXII.

ET licet hi termini impręgnatio, generatio, & conceptio nonnunq; vt ſynonymi accipiantur, differunt tñ ſm eorũ rõnes formales in quibus tñ inſiſtere volo de eis vt medico attinet expediendo. Conceptio eſt ſeminis à matrice cõprehẽſio, & eſt actus primus ipſi matrici attributus. Generatio eſt embrionis factio ſiue ꝓductio, & eſt actus ſecundus embrionem reſpiciens. Impręgnatio aũt eſt ventris mulieris ob fœtũ plenitudo, & eſt actus tertius & vltimus. Embrio aũt ẽ qd ex ſpermate & ſang. in matrice confectũ, ſe animæ intellectiuæ ſubijcere intendens. Et dicitur embrio vt Nicolaus noſter andrienſis ab e quod eſt extra & brios membra, quia abſq; membris. nã membra eius ſunt adinuicem confuſa, & non diſtincta, vnde qñ diſtincta ſunt appellari debet tale non embrio, ſed infans. ſ. qñ mouetur ſm membra ſua. vt Conciliator differentia. 55. authoritate Hip. Et pro euidentia dictorum & dicendorũ ſciendũ. q̃ cum ex coitu maris cum fœmella fieri debet impręgnatio matrix vnitur ſm ſe totam ad recipiendũ ſperma cum auiditate & deſiderio, & ideo venit cum virtute attractiua, & retentiua ſimul omittẽdo expulſiuam, quia mulieres ſi ſtant attentæ ſentiunt fortẽ exiccationem virgæ. quia ſentiunt eam à matrice plus conſueto conſtringi, & ſic ſimiliter hões & eſt vnum de ſignis impręgnationis, de quibus infra. Ex quo infert q̃ primo ad impręgnationẽ concurrit ſperma viri. Nunquid aũt eo tẽpore cõcurrat ſperma mulieris. Reſpondeo vt medicus q̃ ſic. quia vtrũq; materialiter, & virile etiam formaliter. Nec in hac magna diſcordia inter phõs et medicos me hic non interpono, tum quia inutilis eſſet nr̃o ꝓpoſito hæc diſceptatio, tũ qa nõ ſum tãti vt de his iudicium faciã aliud ab eo q̃ viſum eſt magno medico Gal. & ſequacibus. Et ſi vltra conſequi debet impręgnatio, ſiue generatio neceſſarium eſt, & matricem, & ſemen eſſe bene diſpoſitum vt eſt videre in terra naſcentibus, qñ requiritur terræ debita diſpoſitio, & ꝑparatio, & ſeminis bonitas, quia nõ ſit corruptum, aut aliter male diſpoſitum. Requirit ergo vt matrix non ſit excedenter calida, ne ſua caliditate ſemen comburat. aut frigida ne congelet, aut ſicca ne nimium exiccet nec nimis humida ne obtundat caliditatem ſpermatis, & faciat ipſum extra lubricare, iuxta illud Hippo. Quæcũq; frigidos, & ſpiſſos vteros habent non concipiũt. & eſt ſententia Gal. in cõmento. & de matricis mala & bona diſpoſitione dr̃ in rubrica de cauſis ſterilitatis. & tu ibi. Debet itaq; ſperma eſſe generatiuum cuius bonæ conditiones, & malæ dictæ ſunt ſupra rubrica ꝓpria. & tu ibi. Præter has conditiones requirit etiam influxus cœleſtis, qui multum facit in generatione vt eſt videre in terra, iuxta illud Phĩ ſecũdo phyſi. ſol & hõ generant hominem, & hæc cõditio à paucis medicis ſcrutatur. Sol & hõ generant hominem. Venientibus itaq; duobus ſpermatibus maris. ſ. & fœminæ ad vnum vno eodẽq; tẽpore proiectis et collectis in altera cellularum matricis, quia de gemellis infra, & ipſis ſic permixtis nõ ſuperueniẽte aliqua cauſa ex parte regiminis, aut cauſa aliqua ex his q̃ faciunt aborſum, & impregnationem impediunt, de qbus infra diuina ſemper gr̃a concurrente cõceptio fit, & inde infans generatur. vnde tãta auiditate ſup hæc duo ſpermata matrix colligitur vt eius os claudatur, ſic quòd puncta acus ingredi nõ poſſit. Vnde Aui. de ſignis impręgnationis. Ita vt non ingreditur ipſum ſtylus, & eſt ſentẽtia Hip. 51. apho. v. ſectionis, eſt ſignũ diſtinctiuum inter impręgnationem & molam efficaciſſimũ. In hæc aũt ſpermata ſic in vnum collecta agit uirtus informatiua alterando, digerendo, & calefaciendo caliditate ſpũs genitiui caliditatem ipſorũ ſpermatum etiam mediante caliditate arteriarum, & venarum ad matricẽ venientiũ, vnde materia ipſa ſpumoſatur, & rarificatur etiã à ꝓpoſito, vt inde veſicæ, & loca vacua generent, in quibus contineri debent membra ipſa principalia. Generant itaq; veſicæ tres, quarum vna eſt in medio, & in ꝓfundo, & hoc à virtute informatiua eligente ſibi talem materiã, & locũ ipſum ſiue in qua veſica Cor ipſum primo generatur. Deinde facit aliam in latere dextro quam implet ſanguine, & in eo generatur Hepar. Tertiã facit & ipſam in ſummo collocat quã iplet ſanguine ad albedinẽ declivi, ex quo facit deinde Cerebrũ, de hac operat virtus ipſa & ex ſpermate ipſo & ſanguine facit Vmbilicũ, & hæc oĩa facta ſunt ex ptibus purioribus ſpermatis. Deinde ſic ex digõne in alijs membris reſecatur ſuperfluum magis terreum ex quo fit ſiue generatur. poſt ꝓductionem ꝑdictorum ſecundina, ſiue panniculus in quo cõtineri ſiue claudi debet infans. Ex quibus habes in ſumma q̃ primo generãtur membra ipſa principalia, deinde vmbilicus, quod intellige ſic q̃ primo ipſa confuſe, & indiſtincte, & poſtea vmbilicus, ſed prius ipſa generant vmbilicus diſtincte, & cõplete, & hoc ideo qñ ad cõplementum ipſorum requiritur nutrimentũ, quare trahi & mitti debet ad ipſa mẽbra cõplenda & augmentanda, & in hoc eſt nõ parua perſcrutatio an. ſ. vmbilicus prius generetur. relinquo theoricis. Habes ſecundo q̃ embrio ipſe ſiue more Hippo. ſpermaticum illud inuolutũ eſt pãniculo dicto ſecundina per quam alligatur matrici mediantibus venis, & arterijs ipſius matricis, vt infra dicetur de pãniculis ſuis ſuo loco. Et vt clare intelligas ſcito q̃ in primis ſex diebus prout rõnalis coniectura antiquorum, & experientia demonſtrat, formatur embrio quo ad mẽbra principalia, & vmbilicum, confuſe nõ petendo aliquid à matrice, qñ nondum eſt indigentia nutrimenti. Deinde incipit lineare virtus ipſa & punctuare. vnde tunc facit alas pectoris, & hoc in alijs tribus diebus poſt illos ſex à principio conceptionis, & ſic habes nouem, & hoc tpe trahitur embrio à matrice, et qñq; fit anteceſſio aut poſtpoſitio die vno. deinde ſex diebus ſequentibus, & ſunt quindecim penetrat ſanguis in toto, & fit illud vnde creatur cõplete, & qñq; antecedit die uno aut duobus, & duodecim ſequentibus diebus fit illa humiditas ſanguinea caro, & ſic habes vigintiſeptẽ dies à principio conceptionis, in quo tẽpore apparẽt mẽbra ipſa tria principalia manifeſta, & caro ipſa & iam ſeparantur alia à contactu alterũ, & eo tpe incipit humiditas pro nucha generanda extendi, & qñq; poſtponitur, aut antecedit diebus duobus aut tribus. Deinde poſt nouem dies ſequẽtes ſeparantur caput ab humeris & extremitates à lateribus, & ventre vt diſcernãt ſenſu q̃dã quibuſdam eorum & occultent in quibuſdam ipſa organa, ita vt ſentiant poſt illud in. 4. diebus cõpletis. 41. diebus à principio conceptionis. hoc enim tẽpus eſt medium inter longius

gius & breuius nam longius eſt. 45. dies communiter breuius eſt. 50. nam nõ inuenitur in aborſo maſculus cõpletus añ. 30. dies cuius cõplemẽtũ in mãrice velocius eſt q̃ fœmellæ, q̃uis extra vterum ſit contrariũ, cuius cauſam ſcrutare. Et dictum eſt cõiter, quia aliq̃n reperiẽ fœtus natus in decem, & vltra, & infra. Et ſi vis videre cõplementũ aborſi pone eum in aqua aliquibus diebus mutando eam & videbis, ſi cõpletum erit ſm mẽbra ipſi & liniationes. Gilbertus loquens vſr mihi placuit vt vſe cũ particulari cõiũgerẽ, vt ex pticulari doctrina in vſi plenior habeaẽ. inquit. ſuſcepto igiẽ ſemine in matrice, ouia amplexante ipſum clauditur ſtrictiſſime vt nihil euadere poſſit, aut ex ſemine aut ex ſanguine menſtruo, ſpiritibus effuſis & calore proprio, & naturali matricis fit digeſtio, & dealbatur. deinde vt dicunt ex calore inualeſcẽte & humiditate infuſis & collecta ad ipſum generatur rubedo & fit ad modũ ſanguinis aliquantulum coagulati. nam neceſſe fuit ipſum ingroſſari vt membra robuſta ex eo generenẽ. nã ex terreſtribus materialiter hñt membra generari, ex terra enim & aqua oĩa procreantur aĩalia. Inde dicit Ariſtoteles, q̃m aĩal nõ quieſcit niſi in terra & aqua, quapropter agente calore fit condenſatio, & ſolidatio, & agente immutatiua quod carneũ eſt mutaẽ in carne, quod oſſeum in os, quod neruoſum in neruos, ſicq; de ſimilibus agẽte mirabiliter natura oĩa mẽbra formantur & mediante humiditate ſubſtantiali continuanẽ, & coniunguntur, & copulantur ad ſuos terminos, & ꝓcedunt in cõpoſitionem ex ſimplicibus, & cõpoſitorum continuitate ſuper quam meretur recipi aĩa rõnalis nutriuntur mẽbra & augmẽtanẽ, & indurantẽ, & cũ magnificantẽ indigent maiori aere, & euentatione, & reſpuit clauſuram, & fortaſſis nutritum recalcitrat, vt ꝓdeat. Igitur in principio dominatur Saturnus qui eſt vtraq; qualitate principium retentionis. & hoc quaſi per ſex aut ſeptẽ dies. Deinde dñante Ioue fit digeſtio & laxatio, & fiunt motus nociui, & aggrauationes p̃gnanti, & incipiunt accidentia quærelosa erumpere, & ſm quoſdam Saturnus primo mẽſe dñatur, & operatur retinendo & conſeruando ſm operationes debitas planetarum. vnde ſtatim claudere incipit ꝑ ſeptem horas. deinde cõtinẽte Saturno Iuppiter relaxat & digerit & dealbat ſex vel ſeptẽ diebus. Deinde agẽte Marte fit decoctio & acquiritur rubedo, imprimit enim ſuum calorem, & hoc nouem diebus. Deinde agente calore Solis & aſpectu cõſolidatur materia, & firmatur maiori parte, quoniã. 12. diebus, & ſic in primo menſe iſti planetæ habent hanc actionem ſm tñ aliquos omnes planetæ habent actionem ſub Saturno. In ſecundo menſe habet dominiũ Iuppiter, vnde fit relaxatio & dilatatio materiæ, & retentio menſtruorũ & emergũt fortiora ſymptomata, & incipiũt effigiem ſuſcipere. Et in tertio mẽſe dominatur Mars & formantur mẽbra & rigeſcunt parum. Et quarto dominatur Sol ſupra formata & ſuſcipiũt vitam & modum dilatationis in eis, quia eſt principium viuificationis. In quinto dominatur Venus ſolidans & nutriẽs viuificata & augmentans. Deinde in ſexto dominatur Mercurius, materiã bonam, & bene nutriens & augmentans, malam in ſimilĩ conſeruans. Et in his ſemper mẽbris rectificantibus recalcitrare nititur, ſed virtute debili repugnante non põt. Vnde expectat ſeptimum in quo dominaẽ Luna quę eſt principium humiditatis, vnde fit relaxatio ligamentorũ fœtus & neruorum claudentiũ os matricis, iuuãte ergo humido relaxante & frigiditate aſtringẽte neruos vigoratur expulſio, fortificatur enim matrix cõfortatur à frigiditate Lunę, & maturatus fœtus expellitur, & ſignum quia p̃ceſſit motus circa medium grauati, q̃m tempus recalcitrationis adęquatur tẽporibus formationis ſemper. Si aũt non maturatur in ſeptimo non expectes expulſionem in octauo, q̃m hoc tẽpore Saturnus habet dominiũ, & ideo addo q; octimenſis moritur ſm plurimũ. Et ſequitur, ſed in nono fiet ad bonum & in decimo, nec tũc oĩno ſine calũnia, & quibuſdam in vndecimo, q̃m ſub Ioue aut Marte aut ſole fieri põt expulſio, ſed q̃n in nono motus vitæ præceſſit poſt quartum menſem circa medium quinti vt diximus. Non ergo in ſex aut octo fit partus ad bonum. In ſeptimo & in nono ad bonum. In decimo & in vndecimo q̃nq; ad bonum, q̃nq; ad malum, vt igitur diximus ad tp̃s formationis, & motus adequatur tempus recalcitrationis. Et ſm hoc cõſidera tẽpus motus ſi adſit in quarto vel in q̃nto, & iudica de exitu in ſeptimo & nono. hæc ille. Habuiſti vſq; modo qualr fœtus ſiue infans ſucceſſiue ꝓductus eſt.

Fœtꝰ ſeptio mẽſe expellitur.

Reſtat vt promiſſum eſt declarare q̃uo eſt in pãniculis ſuis alligatus. Q̃uo reſpirat. Q̃uo nutrimentum capiat. Q̃uo & ſuperfluitates à ſe emittit. Et pro primo ſcito q; dictum eſt. poſt confuſam ꝓductionem mẽbrorum principalium & vmbilici, natura ipſa ſiue virtus generatiua ꝓducit ex parte impuriori ſpermatum pãniculum vnum ſolidũ ſecundina dictum, aut quia ſecundo fit q̃a prius embrio, aut quia primo exit fœtus. deinde ſecundo hic pãniculus, & hoc cõmuniter. Dico cõiter quia aliq̃n ſimul cũ fœtu exit, vnde mulieres dicũt q; q̃n exit fœtus ſic inuolutus ſiue veſtitus, ſignũ eſt q; debet eſſe religioſus, ſiue cappatus, et à quibuſdam dicitur dura mater per ſimilitudinẽ ab ea, quæ cerebrũ inuoluit. Stat itaq; in hoc pãniculo inuolutus, & alligatus matrici per venas et arterias matricis diſſeminatas per ipſum pãniculum mediantibus ſuis orificijs infixis ipſi pãniculo, & iſtæ ſunt verę cotyledones quibus fœtus alligatur. vt ſupra in principio capituli, quãuis quidam vt Dynus dicat ſuper caplõ de generatione embrionis q; humiditas ideo glutinatiua qua conglutinantur venæ ſecũdinæ, & arteriæ cum venis, & arterijs matricis ſit cotyledon, ſed de hoc allegato loco. Aduertendum ad claram notitiam hmõi pãniculi, & eorum quæ dicetur, & pro parte dicta ſunt q; hic pãniculus ſecundina dictus eſt pãniculus durus groſſus ex duobus panniculis ſubtilibus cõpoſitus. nã ſicut dicimus de zirbo quod eſt pãniculus vnus, & tñ compoſitus eſt ex duobus ſubtilibus ortis circa ſpondiles & coxas, & inter quos meſeraice contexunẽ. Similiter eſt de ſecũdina, ipſa enim habet duos pãniculos ſubtiles inter quos contextæ ſunt venæ, & arteriæ. Nã debes imaginari q; ab hepate embrionis & ſpecialiter à parte gibboſa oritur vena vna quæ dr̃ vmbilicalis quæ peruenit vſq; ad vmbilicum vna, deinde bifurcatur, & ꝑ pãniculum dictũ diſſeminatur vt radices arboris & orificia ipſarum venarũ minutarum, & ſic diſſeminatarum perueniunt ad orificia venarũ matricis, quibus panniculus ipſe matrici alligatur, & per quod glutinum glutinantur, & tale vt dictum eſt cotyledon à Dyno dr̃, & hæc eſt ex operationibus mirabilibus Ieſu Dei noſtri. Cõicatur itaq; pars ſanguinis vtilis mẽſtrui retẽti per has venas matricis ipſis venis diſſeminatis deferentibus ipſum ſanguinem vſq; ad hepar, & ſic ex ipſo nutritur, de qua parte ſanguinis require ſupra de menſtruis, & retẽtione eorum, & ſic patet q̃uo nutritur fœtus. Oriuntur nãq; ab arteria aſcẽdente, & deſcendente iuxta dorſum arteriæ duæ, quæ etiã per vmbilicum egrediuntur, & diſſeminantur, et obuiant orificijs arteriarũ matricis in pãniculo infixarum, et per illas deferẽ aer ad refrigerium cordis, et ſic patet q̃uo reſpirat. Præter aũt dictum pãniculũ eſt ſub eo pãniculus biles dictus in quo recipitur vrina pueri. Et ſoluendo multa dubia velis imaginari q; à veſica ad vmbilicum venit quoddã eſ fuſorium, per quod deinde ad ipſum pãniculum vrina mittitur, et eſt ſententia Gal. tertio de vtilitate particularum quinto cap̃. vnde dicit q; inter arterias, et venas ab vmbilico egredientes eſt vas medium per quod vrina mittitur, et vocatur ab eo vracum. Dubium aũt fuit q̃uo vrina ad eum perueniebat an per renes retrocedendo, aut per aliam viam. Item eſt et alius pãniculus qui nominaẽ abgas in quo recipitur ſudor. nam quia vrina mordicat, et ſudor, et ideo hos natura inuenit pãniculos in quibus contineri debeant

beam hæ ſuperfluitates,& ſunt oēs circūeuntes ipſum fœtū,& ſe circuūt ſicut ſpheræ,ita q inter biles & abgas ſcludū vrina, abgaa, & hymen cadit ſudor, & qa nihil duri, & ſtercoroſi facit nō tum nectius quartus p ſupfluitate ſtercoris,fecit tñ natura aliū pāniculū qui eſt ſicut Hymeo apeciens ipm & circūuoluēs,ut ab humiditatibus aliquo mō nō offendatur. Ex quibus oībus patet qūo alligatua eſt matrici qūo reſpirat,qūo nutritur,& qūo ſuperfluitates emittit. Reperi tñ in his aliqualem diuerſitatem in diuerſis, ſed hæc ibi ſufficiāt pro veritate.pro ea parte quæ ſpectat noſtro propoſito. Scito tñ hic plura ac plurima dubia cadere de quibus fortaſſe aliquid in fine.

Eſt itaq̧ cōpletus ſermo de eo vſq; ad eius manifeſtum & perfectum cōplementum quantū ad initium ſenſus oīs, quo tpe dicitur embrio eſſe informatus. Reſtat ut breuiter dicatur de eius cōplemento vſq; ad tēpus exitus eius. Vnde ſciendū q tempus motus eſt ad ipſa informationis duplum,ita q qui informatus eſt in.35. mouetur in.70. & tēpus exitus ſiue ortus eſt triplum ad tēpus motus, qui ergo mouetur in.70.naſcitur in.200.& 10.hoc eſt ſeptimo mēſe,& qui informat in quadragima diebus mouetur in.80. & naſcitur in.200,&.40.hoc eſt in octauo menſe,& eſt ea eo & nunq̄ rariſſime viuit. vt Ariſto.10. problematum. & Auic.21.de generatione embrionis. & qui informatur in.45. mouetur in.90. & naſcitur in.270. hoc eſt in nono menſe,& qñq; antecedit,& poſtponitur per duos dies tres vel circa vel plures quæ intelligi habent non interueniente impedimento,aut ex parte matris vel infantis,quia infirmi fuerunt,&c.aut ex parte regiminis,& ſic de alijs. Et ſcito q non eſt inuentus maſculus completus ante triginta dies, vt ſupra.& fœmina ante quadraginta. Et ſunt ex mulieribus quæ portant fœtum vſque ad decimum menſem vel circa.& Auic.dixit nono de animalibus q infans quidam ortus eſt in decimoquarto menſe habens duos dentes,& tu cauſas ex dictis ſcrutare.

S I G N A demonſtratiua. Vnde quia cōiter cum ſuſpicantur de impregnatione vrinam medicis oſtendunt ſicq; per ipſam volunt ſuper impregnatione ab eis prognoſticari hinc prius de vrina pgnantium agēdum foret. Sed quia longa vidi experientia eam qñq; medicum decipere & non raro,ideo ut ab ea firmius deponatur iudiciū, volui prius alia annotare ſigna quæ cum ſignis vrinæ iudicium efficax faciant,etiam quia hoc ordine medicus melius memoriæ ea accommodabit. Initium itaq; à capite exordiar ponens ea accidentia quæ in pregnatione euenire conſueuerunt. Accidit itaq; prægnāti dolor,ac grauedo capitis,vertigo,ac oculorum tenebroſitas,& citrinatur albedo oculorum,& qñq; pfundantur,& lucescunt vt habētium vermes, & mollificantur palpebræ eius, & acuitur aſpectus,& pupillę oculorum minorantur, & faciei color minuitur,ita vt in aliqbus pānus,in aliquibus lētigines in ſuperficie earum oriantur. Ex parte gulæ quia cum mouetur modicum mulier arteriæ quæ ſunt in fontanella gulæ plus ſolito pulſant,& eſt ſignum forte. Accidit ex parte ſtomachi nauſea vomitus, & quaſi oī die ſpecialiter cū ſurgit,& præcipue in primis menſibus,& in quibuſdā durat plus eructuatio acetoſa,& cōmouetur appetitus ad cibos extraneos,& qñq; figitur in vno tm̄ vt in cameris, pomis,&c.& præcipue in primis duobus menſibus. Mamillæ incipiunt tumere,& capita mamillarū circuiri ſanguine ad fuſcum declinante. Et eſt cum pulſu cordis. Et ſentit grauedinem aut pondus circa pecten, & aliquando nocumentum & dolorem in alchatim,et dolor percipitur paruus inter vmbilicum,& receptionē,& accidit eis grauedo & pigritia in toto, vnde grauida dicitur quaſi grauis facta. Item cum trahit ad ſe anhelitum venter nō notabiliter detumeſcit. Item in ea vmbilicus egreditur,& continue amplius magnificatur.

Et deſcendendo ad fœmoralia, & pudibunda ex parte mulieris. Primo quia cū impręgnata eſt mulier menſtrua retinentur,aut ſi menſtruat pauca eſt menſtruatio eius, & hoc in muliere bene ſana.& hoc eſt primū ſignum & efficax ſuper quo fundāt ſe mulieres. Secundum ſi mulier ſentiet ſe illa hora ſperma emittere quā & vir. Et licet hoc ponatur vnum ex ſignis ab authoribus,tñ tm̄ pro nunc dico q habui honeſtam mulierem & dignā fide quæ retulit q multotiens impręgnata fuit quibus tēporibus nunq̄ percepit ſe ſpermatizare ſimul cum viro ſuo. Tertium q mulier percepit i emiſſione ſpermatis viri virgam ab ore matricis vehementer conſtringi in honeſtum petita. Item q labia vuluæ ſunt ſicca,& q accidit ei conſtipatio ventris & difficultas retinēdi vrinam,maxime aliqualiter magnificato fœtu. Item & ei accidit vt abhorreat coitū,& magis quæ eſt ex maſculo. Itèm cum coitur cum tali poſt coitum dolet ſub vmbilico,nec ſentit ſe emittere ſperma.

Item accidit pręgnanti vt in principio mollificetur corpus pter retentionem menſtruorū.nam in principio, qa pauco cibo indiget embrio ſuperfluitates ſuperfluētes corpus mollificant. Cum vero illas magnitudine ſui embrio ad ſe trahit & conſumit reddit corpus ſuæ naturali diſpoſitioni,& venæ corporis citrinantur,& virides fiunt,& dicunt quidam q eſt ſignum efficax tumor venarum vel earum apparentia maior ſolito quæ ſunt iuxta lacbrymalia domeſtica in naſo. Vltimo quantum ad hoc habeatur ſignum tale imponat obſtetrix digitum ſuum longū in vuluam,& quærat ſi os matricis eſt vehemēter clauſum cum ſiccitate percepta. q ſi tunc eſt ſignum certum & efficax, & eſt ſnīa Hip.51.apho.v. ſectionis. Et Gal.in cōmento expreſſe multū. Ex parte quidem viri vt quia poſt coitū ſentit teporē,& inuenit caput virgæ multum exiccatum, & quia percepit fortem clauſionē oris matricis ſup ipſam virgam hora eiectionis ſpermatis. Signum autē à pulſu ſumptum eſt,quia magnificatur, velocitatur, & ſpiſſat pter duplicem neceſſitatem,quarū vna eſt ex parte euentationis matris alia ex parte fœtus. Signum autem ab vrina ſumptū q te magno ſcio expectare deſiderio eſt, quia in principio vſq; ad ſex mēſes excluſiue eſt citrina ad ſubalbedinem declinans,nam non eſt multum colorata,quia multo ſanguine tranſmiſſo ad matricem magna trāſit choleræ pars. Item quia calor retrahitur ad matricē alias deſerens partes,clara quia clauſa matrice ſuperfluitates conſuetæ cum ea nō minuūtur,et hæc habet verum qñ mulier nō eſt conſueta in tpe ſuæ impręgnationis menſtruare, in ſuperficie hñs nebulam qm̄ reuocato calore materiæ in matrice retente ſuperflue ab ipſo ſic fortificato ſubtiliantur,et ſubtiliatæ cum vrina pulſæ ſuperiora petunt, et nebulā conſtituunt. In medio eius eſt velut cotum carminatum quod eſt ex eadem materia,ſed minus lenificata ideoq; locum occupat inferiorem illo et calore diaphonei tatem recipit,et carminationem à ventoſitate quam pgnantes multiplicant, vt ſtatim.et attende has materias non per os matricis egredi ſed ad venas reuerti,et per eas tādem ad vias renum duci loquor ad ſophiſtam. Apparent qñq; granula cum ea aſcendentia et deſcendentia,quæ ſunt materiæ in quas ingreſſa eſt ventoſitas,quæ in prægnante eſt multiplicata propter oppilationē fortem. vnde ex eis aliquę grauiores,aliquæ leuiores,et ideo quædam deſcendunt quædam aſcendunt,et non ſunt hæc grana diaphona pter eorum paruitatem ſed raro videntur,et videntur hæc eſſe in primo mictu vrinæ.nam cum ſtat reſoluuntur, et euaneſcunt,et in principio,et vſq; ad ſextum menſem non turbatur,quia vrina propter fortem clauſionem eſt pura, quia cum ea non cōmiſcētur humiditates aliæ niſi vt ſupra ſit conſueta. in ſexto vel ſeptimo vel circa vrina eſt coloris aquæ cicerum ru.vel pedum citrinorū, quia aqua in qua cocti ſunt pedes vituli cum pelle,quia in eo tēpore natura fortis facta emittit aliquid ſanguinis cum vrina:et habet verum in muliere latorum pororum,nam in ea quæ ſtri-

ctorum

ctorum non ſic, & raro hic color in prægnantibus appa-ret. In fine vero impraegnationis eſt citrina ad rubedinem declinans, & cum cõmouet turbatur. Et hic aduerte quod hæc omnia vel quaſi omnia cõſueuerunt in mola apparere de qua infra. vnde multi experti medici fuerunt iudicantes molaticam eſſe prægnantem. & econuerſo.

Præter aũt hæc ſigna dantur experimenta ſm Hip. Mulierem ſi vis videre ſi conceperit mellicratum da ei bibere, & habet veritatem in ea quæ non eſt conſueta bibere aquam mellis, & eſt proportio aquæ ad mel dupla, bulliant ad conſumptionem tertiæ partis. dentur. ℥. ſex cũ vadit dormitum. Si itaq; dolorem fortem, & tenſionem in ventre ſentiet & ſpecialiter circa vmbilicũ iudicium erit de impręgnatione. ſi vero non, non. Aliud fatigetur in die, & in ſero ſuffumigetur cũ tratectorio, & ſit bene exterius copertus locus ita vt fumus egredi non poſſit, tunc ſi ſenſerit odorem per naſum & per os non erit prægnans.

Item in ieiuno ſupponendo allium, & dormiendo ſuper ipſum ſi ſentit ſaporem in ore, & odorem non eſt prægnans. ſi non, eſt prægnans. Aliud. ℞. ariſtolochię. ℥. j. terratur & cum melle confice, & ſupponatur cum lana viridi ad mane vſq; ad meridiem. In ieiuno tunc ſi dulceſcit ſaliua concipiens erit, & ſimiliter ſi amara ſit. quod ſi ſaporẽ non percipiet non erit prægnans.

PROGNOSTICA. puellæ viripotẽtes in primis cum coeunt ſunt uelocis impręgnationis propter fortitudinem caliditatis earum, et paruitatem adipis matricũ ipſarum, & humiditatis earum. Et cum impręgnaẽ puella nondum ſecuta quindecim annos timetur ei mors propter paruitatem matricis. Et cũ pręgnanti accidit febris acuta periculum eſt mortis interfecit enim fœtum. Cum accidit apoſtema calidum in matricem prægnantis mora ſubſequitur. Q. ſi fuerit phlegmon ſperatur & raro quãq; cum eo euaſio. Apoſtema autem cholericum eſt malum valde. De ipſa impręgnatione habentur apho. plures. & tu ad illos in fine capituli. Si prægnanti ſuperueniat durities hepatis, aut tumor ventris, aut nunq̃ aut cum magna difficultate ſanatur. & hæc ſatis.

*De ingenijs, & alijs ad impręgnationem facientibus.* Rubrica. XXIII.

CVm vir & mulier diuerſarum cõplexionum, vt infra cupiunt filios procreare ex eorum coniunctione naturali remotis aut non impedientibus his quę impręgnationem prohibent. de quibus in ſequenti rubrica. hos canones ſeruare debẽt. Primus eſt ordinatio digetæ. Secundus digeſtio. Tertius euacuatio. Quartus remotio cauſæ prohibentis impręgnationem ſi qua eſt.

Quintus eſt præparatio viri antequam ad coitum veniat. Sextus eſt mundificatio mulieris à menſtruis. Septimus eſt interpoſitio notabilis tẽporis anteq̃ ad coitum veniant, vt inde fiant deſiderantes. Octauus eſt præparatio matricis antequam ad coitum veniant. Nonus eſt electio horæ. Decimus eſt ludi prolongatio, ex quo mulier multum incitetur, & in coitu ipſo delectetur vltra naturalem delectationem. Vndecimus ꝑparatio viri in ſpermatis emiſſione. Duodecimus præparatio mulieris poſt ſpmatis receptionẽ. Et ſcito anteq̃ ad complementũ horum venias ne deluſus ſis in hoc negocio in quo plurimi ſe deluſos inuenerunt, quod prius debes diligenter conſiderare ſi impregnatio ex ipſis fieri poteſt. nam multa impediunt eam, quibus non eſt cura poſſibilis. Vt primo ex parte ætatis, nam cum menſtrua deficiunt mulier nullo modo eſt fœcunda, & conſueuerunt deficere cõmuniter in quadrageſimoquinto anno, ſed hoc ſupra de menſtruis. vir autem fœcundus vſque ad annum ſeptuageſimum, & vſq; ad nonageſimum, ſed noſtro tempore dominus Nicolaus de Palauicinis habuit filium in. 100. anno. Secundo idem accidit ex parte inſtrumẽti vt cum nimis breue ſit, aut nimis magnum vt ſupra in capitulo præcedenti rubrica de ſpermate non generante. & tu ibi. Item tertio quãdo orificia mẽſtrui oppilata ſunt. Item ex medicina curationem non recipit quãdo oportet alterum ipſorum mutare ſociũ, reliqua aũt ab iſtis difficultatibus, aut prohibẽtibus impręgnationem curationẽ recipiũt ex medicinis. de quibus & eorum cauſis in ſequenti rubrica.

Miraculum.

Pro cõplemento primi vtatur mulier & vir ipſe regimine tẽperato ex parte cibi & potus, & aliarũ ſex rerũ nõ naturalium, vnde cibi ſint boni digeſtibiles boni ſanguinis, & ſpermatis generatiui, exercitio & ſomno, & cæteris vtatur ad temperate viuendum, præcauens ſe ab his quæ ſperma deſtruunt, & inficiũt. ex parte malæ cõplexionis et ſpãliter frigidæ, & nimis frigidæ, aut nimis calidæ. q̃ autẽ ſunt tales habea ſuper tertio tractatu & quinto & tu ibi.

Secundus perficiaẽ cum digeſtiuis materiæ peccantis, præcauendo ab acetoſis, acutis, mordicatiuis, & huiuſmodi quæ matricem lædunt, de quibus in principio capituli de mala complexione matricis.

Tertius adimpletur cũ euacuatiuis appropriatis vt eſt agaricus, benedicta, & hmõi. vt ſupra de mala complexione cum materia, & hæc omnia fiant vt ſperma ipſum mundum ſit & nullo alio infectum & alteratum.

Pro expeditione q̃rti oportet te expectare vſq; ad ſequẽtem rubricã in qua ponẽt cura eorũ quæ impręgnationẽ ꝓhibent, & in Aui. vnũ fecit capitulũ de ambobus.

Pro quinto vero & alijs nõ dubitabo ſcribere quæ ſunt vtilia generationi, & ſi non videamur audiuiſſe honeſta. Debet autem vir abſtinere à coitu, & ipſum non frequentare quoniam eius frequentatio reddit ſperma nõ prolificum, etiam longa dimiſſio coitus. difficile enim eſt medium inuenire, ſed oportet vt medicus conſideret cõplexionem, & corporum cõpoſitionem, & habitudinem. vnde quibuſdam plus, & quibuſdam minus debet interdicere, inſpecta ætate, conſuetudine, & regimine. Iſtud ergo prudentiæ medici relinquo quod calamo ſcribi non poteſt. Volo enim ea hoc dicere quod ſperma ſit bonũ, grãdinoſum, &c. & ex hoc vir & mulier efficianẽ deſiderãtes magis. Scdo debet vir ſe cum aromaticis ſuffumigare de qbus ĩfra de ipſa muliere, & caput virgæ cum aliquo ex aromaticis inungere vt dicetur, & hoc quando vadit ad lectum expectans infra paruum ſpatium coire. vt verbi gratia per vnam horam.

Tertio debet vir mulierem tangere vt circa mamillas, & leuiter, & ſpecialiter capita mamillarum oſcula iungere, & verba prouocantia dicere, & cum virga vuluæ appropinquando, non intromittendo, & vltimo tangendo, & aliqualiter fricando locum medium inter vuluam & anum, & eſt locus maxime delectationis, deinde virgam intromittere & aliqualiter prolõgare ludum, vt ſuper hoc expectetur emiſſio ſpmatis mulieris. quod oculi eius rubeãt, & anelitus eleuetur, & quòd cum lingua balbutiet. Item cum virga eſt intus mulier ſtringat coxas, & vir non ſe moueat ducendo anum ſurſum & deorſum ne aer ingrediatur corrumpens ſperma. Stet itaq; ſic fixus emittendo, & cum ſentit ſe emittere ſperma emittat ipſum totum libere non ſtringendo virgam & emittẽdo tractim, & cum emittit eleuet crura, & dorſum mulieri applicet quantum poteſt trahendo nates mulieres ad ſe cũ manibus, & pro tunc mulier ipſa eleuet poſteriora vt melius ad fundum veniat matricis ſperma ipſum, deinde ſtringat mulier coxas & crura ſuper quæ ſe extendat vir, & de ea deſcendat non ſubito ſed ſtet tãtum quod ſentiat eiectum totum. deinde paulatine deſcendat ne ſubita fiat aeris ingreſſio ſperma corrumpentis, & cum mulier ſentit ingreſſum ſpermatis naribus ſuis apponatur odorifera, & ipſa aliqualiter teneat. verum tale odoriferum non conueniret ante receptionem ſpermatis, immo noceret faciendo matricem aſcendere vt ſupra ita quod ante receptionẽ ſpermatis conueniũt vt fœtida naribus apponãtur, ſtetq; mulier ſic extenſa & reſupina

per horam vel circa, & ſi poteſt dormiat, & iterum ſemper anhelitum ad ſe trahat, & côtineat vt pôt, & oẽ ſuum conamen ad ipſum ſperma retinendum apponat.

Pro ſexto ſciat mulier ꝙ ad ipm coitũ quo ad imp̃gnatione̅ expectat debet venire poſt eius mundificationem à ſuis mẽſtruis imediate ne ſemen imiſſum exiſtentibus mẽſtruis aliquo modo inficiatur aut alteretur.

Septimi complementum iam habitum eſt in expeditione quinti.

Pro octauo vero debet mulier anteq̃ ad actum veniat matricem ad conceptionem diſponere cum ſuffumigijs, et balneis, collyrijs, & hmõi in matricem impoſitis, & hoc per tẽpus notabile vt per horas. ij. iij. vel. iiij. & hic aduerte ꝙ oportet te prius cognoſcere complexionem matricis vt ſcias quibus & qualibus aromaticis ſuffumigari habeat. quod ꝙ de viro ipſo intelligo & hoc ne ſicut empiricus agas. Sunt tamen quædam vt alias virtute cœleſti dotata. quibus completur intentio. de quibus infra. Sed tu tamen noli complexionem negligere, hic autem non inſiſto in exemplis, quoniam ego in fine rubricę te copioſum de ſimplicibus & compoſitis faciam.

Pro nono recurre ſupra in p̃cedẽti capitulo in rubrica ꝓpria de horis coitus. vnde in ſumma hora coitus debet eſſe poſt digõnẽ primã, & ſecundã expulſis ſuperfluitatibus ipſis ſi eſt poſſibile, ex dictis digeſtiõibus genitis, & ſpãliter vrina, & hoc eſt cõiter circa matutina ſaltem ĩ regulariter uiuentibus, & tunc debet eſſe cœna parua. E conuerſo vero vbi quis eligeret ſibi diem negligendo noctem.

Complementum decimi ex hoc eſt habitũ, & conſimiliter vndecimi & duodecimi ibi.

ET VT PROMISSO ſatisfaciam enumerabo ſimplicia & compoſita pro complemento aliquorum canonum iam dictorum etiam valentia, & ea quæ dicentur in ſequenti rubrica.

Ad impræegnationẽ aũt valẽt anſeria maſculi ſylueſtris fel cum ſucco praſſij in modum collyrij ſuppoſitum, artanitæ radix ſuppoſita, artemiſia, bauciæ ſylueſtris ſemẽ bibitũ, biſtorta ſuffumigata, & cũ aromatibus data, coagulum leporis poſt purgationem menſtrui immediate ſumptum, item & bibitũ. Coſtus cum oleo in bombace ſuppoſitus, & maxime in cauſa frigida, & ideo vt ſupra cãm prius ſcrutare. Dens pueri ſeptem annorũ in argẽto ligatus vel auro geſtatus brachio, chirãnus, Egecea et eſt cõfectio Meſ. 2. antidotarij. Galla, oleũ de gagate. Meſ. 12. antido. Meliſſa, oua perdicũ, pæonia & grana eius, porrum ſæpe comeſtum, Satyrion, Teſticuli galli cum ſanguine eius ſub lecto poſiti, vitul. carnes cũ ariſtolochia comeſtæ, vrticæ ſemen cũ vino ſumptũ, xylobalſamus ſuffumigatus laudanũ ſuppoſitum, laurus, fomẽtum ex eo, et ex pulegio, & rore marino, & azimo, olibanum ſuffumigatum.

Pro complemento octaui faciat mulier ſibi balneũ per horas quãtuor ex flore camomillæ, meliloti, ſpica celtica, polio, ſiſeleos, lauro & hmõi. & decoctã ſint in aqua in quo balneo ſedeat vſq; ad vmbilicum, quod balneum ſi non vellet facere, aut non poſſet faciat fomẽtum ex dictis, aut addendo roſas, gallas, flores citri, & hmõi ex aromaticis, vt cauſa exigit & cum conſimilibus. Et ſic crura & pedes lauet ſibi vir anteq̃ lectum ingrediatur, & mulier ex aromatibus ſe ſuffumiget, vt ex trochiſcis de gallia muſ. de laudano, vel de laudano ipſo. Item cum muſco, ambra, & hmõi calidis ſi cauſa eſt frigida vt ſm plurimum eſt, vt in ſequenti rubrica dicetur. Q. ſi fuerit ex cauſa calida appone frigida aromatica, vt roſæ, violæ, nenuphar & hmõi. & vir ipſe ex ipſis virgam inungat cum adipe anſeris, aut oleo de balſamo, aut de lilio, & hmõi. quæ ad imprægnationem faciunt de quibus copioſe in rubrica ſequẽti dicetur. Item ad intra reponat ſibi collyrium hoc in die quo vult venire ad coitum. ℞. carpobal. xylobal. ſiſeleos, ſtoracis, ſeminis pęoniæ, myrrhæ, ana. ʒ. j. terantur & fiant troc. cum oleo ro. in quo diſſoluatur muſcus, & cum oleo balſamino, aut fac in modum ſuppoſitorij, & hoc cã exiſtente frigida, & tu ſemper bene conſidera. Q. ſi fuerit ea calida fac collyrium ſimiliter ex frigidis. Non multiplico hic qm̃ in fine multa ponam & ſpãliter in rubrica ſequenti. In omni cauſa valet puluis matricis leporis ad ſolem exiccatę, qui detur cum vino tepido muſcato mulieri exeũti de balneo, & anteq̃ coeat per duas horas & eſt multum expertum apud aliquos. Ad idem puluis radicis philipendulæ cum vino ſuper quem dormiat, deinde coeat. Item vſus triapheræ magnę in cauſa frigida. Item in cauſa calida vſus mandragoræ. Artemiſia cum biſtorta, & nuce muſcata, & mellis in modum electuarij cũ vino ſumpta mane, & ſero potenter valet doſis. ʒ. ij. cum vino. Ad idem. ℞. fel totum caprioli maſculi ſi maſculum vis, ſatyrionis. ℥. iiij. mell. ℥. iij. & repone & eum ſuppone, quòd ſi cupis fœmellam ſit capriolæ fel. Item & eſt efficax ferratura ſiue raſura eboris data in potu cum vino quando mulier ꝓpinqua eſt coitui. Item ſemen ſiſeleos & eſt bonum & expertum Auic. Ad idem peſſariũ ex adipę anſeris cum blactę bizantiæ, muſco, cypero, ſpica, anetho, origano, ameos, hyſſopo, bdellio, teſticulis vulpis. Item valent nux cupreſſi, baccę lauri, galla, & amomum, folium cordumeni, & omne tale calidum, ſtypticũ, & aromaticum maxime confert. Item ſupponantur coaguli leporis cũ oleo vino de quo aliqd ſupra. & hoc poſt mundificationem mulieris à menſtruis. Peſſarium bonum. ℞. croci, amomi, ſpicæ, meliloti. ana. ʒ. iij. ſ. folij cordumeni. ana. ℥. j. adipis anſeris, vitelli ouorũ. ana. ℥. ij. olei nardini. ℥. ſ. ſupponantur cum lana azurina tribus diebus continuis omni die renouando. Item ſumatur allium ſiccum aut humidum & fundatur ſuper ipſum quãtũ ipſum eſt de oleo roſ. aut ſiſamino, & decoquatur donec in decoctione diſſoluatur & recedat aquoſitas ab eo & ſupponatur cum lana. eſt enim mirabile bonum. Auic. Et hic nota quòd ante vſum ſuppoſitoriorũ debet fieri emundatio, & purgatio humiditatum à matrice cum colloquintida, agarico, benedicta, & hmõi. et hunc canonem bene nota & applica ad tertium principalem. Item appone, gummi aut maſticem & hmõi. ex appropriatis & dictis quæ matricem confortent. reſoluat humiditatem eius & hmõi.

Et tu nota complexionem matricis, qm̃ ſi impedimentũ eſt ex cauſa calida in matrice & tu imponis calida grande inde ſequetur nocumentũ in conceptione, & ideo comprehende quomodo res procedit ab his qui ſemper in tali caſu dant calida oleum de caſtoreo inunctum ſuper renes & virilia. Item ſuffumigatio facta ex nepita, & eius frequens intromiſſio multũ valet. Item mulier poſt mundificationem à menſtruis lauet &c. cum vino nigro odorifero, & poſtea cum vino decoctionis nepitæ, ſe ſuffumiget. Item inungantur virilia viri & mulieris cum ſucco ſatyrionis & aſpergantur puluere vuluæ leporis auget delectationem & eſt præcioſiſſimum. Omne coagulum comeſtum uel ſuppoſitum poſt menſtrua conceptum iuuat.

Item. ℞. coagulum vnum leporis & adinuicem miſce cum modico mellis, & faciat peſſarium quod teneat tribus diebus ac tribus noctibus, & his diebus bibat omni mane de raſura eboris cum vino, deinde coeat, & licet ſit ſterilis concipiet. Item ſuffumigatio cum ligno aloes.

Triphera data cum vino decoctionis mandragoræ mirabilis iuuat ad imprægnandum. Roſa cum modico muſci. Siler montanus datur capris & omnibus alijs animalibus quando volunt coire & ſtatim concipiunt. Item teſticuli muſtellæ maſculi ſuper ſe geſtati inuoluti in pelle aſinina faciunt vt mulier imprægnetur. Ad idem ſuffumigetur mulier cum aqua decoctionis artemiſiæ, & foliorum ſynapis, & naſturcij. Vtatur ſingulis diebus diãtos ante prandium, & cuminata alexandrina poſt prandium, & imponat ſibi ſuppoſitorium in matrice quod ſit de

cinnamomo

cinnamomo, garyophyl. cortice quercus, cupulis glandiũ puluerizatis & laudano mixtis, & intromittatur per dies viij. ante tempus menſtruorum. Facta autem purgatione eorum intret balneum ſiue ſemicupium factum ex decoctione nepitæ, pulegij, hederæ terreſtris, ſaluiæ, artemiſiæ, & exeũti à balneo detur triphera magna cũ vino optimo: deinde in matutinis coeat vir cum ea cum modis & ingenijs dictis. Volo autẽ in præſenti q̃ tibi ſufficiant q̃ ſcripta ſunt hic. Nã in ſequen. rub. ponentur ſpãlia remedia ad hoc ſm ſpeciales cauſas ſterilitatis, & difficultatis impraegnationis facientes. Attende q̃ quidam faciunt capitulũ ſiue Rubricã poſt hanc de eis quæ prohibent imprægnationem, & aborſum faciunt, & quoniã videtur legi Chriſtianæ aduerſari, eius perſcrutatio hinc ſub ſilentio de his prætereo. ergo & c.

*De ſterilitate, & cauſis impregnationem difficultantibus.* Rubrica. XXIIII.

STerilitas q̃nq; eſt ꝓpter naturalem cõplexionem matricis malã, vt quia nimis ſicca aut nimis humida, calida aut frigida, vt ſupra. Q̃nq; eſt accidentalis non fixa, ſed bñficio medici remouibilis eſt, q̃ñ corpus reduci poteſt, ſed maxima difficultate, & qui laborabit longa oportet tentare & applicare remedia, & forte nõ exibit cũ honore, q̃ñ etiam non patiuntur mulieres omnia ſibi fieri, quæ deberẽt, & ideo conſulo vt te non intromittas. Nam de remiſſione accidentalis rariſſime reportatur honor, & ideo. Hæc itaq; ſterilitas accidentalis nõ eſt aliud quàm quædam difficultas impraegnationis ſeu conceptionis denegatio, à medico tamẽ remouibilis. Cuius cauſa ex parte matricis ſm plurimum mala eſt cõplexio frigida de naturali autem dici poteſt q̃ eſt vna omnino priuatio q̃ñ lapſus eſt tantus q̃ reduci non poterit, aut maxima cum difficultate, vt dictum eſt. ſed de his ſatis.

CAVSÆ. Ad cauſas redeo. Cauſæ itaq; ſterilitatis, & difficultatis, vt ſupra, ſunt aut ex parte ipſius viri ſumptæ. Aut ex parte mulieris. Aut ex parte erroris ab vtriſq; in actu coitus, aut poſt contigentiã. Ex parte quidẽ viri primo vt quia habet cõplexionẽ ſimilem cõplexioni mulieris. Aut q̃a læſus eſt in principalibus, & maxime in corde, & cerebro, & hepate itẽ in ſtomacho & ſplene. Aut q̃a ſemen eius nõ eſt ꝓlificum. Aut quia cã eſt in inſtrumẽtis, quæ. ſ. in virga, aut in vaſis ſpermatis: quæ oía declarata habent antequã ad alias cauſas accedamus. Vir nanq; complexione frigidus debet ſe copulare mulieri calidæ, vt in ipſo ſemine accidat temperamentũ & non augeatur diſtemperamentũ in eo ex copulatione ſui ad mulierẽ frigidam. vnde q̃ tales ſunt nõ prolificant niſi ſociũ permutẽt, & hic loquor de muliere, & viro in ætate perfecta ſuis membris integris & ſanis apparẽtibus. Accidit autẽ læſio in membris principalibus, vt in corde, & cum eſt in eo triſtitia & timor aut mala cõplexio ipſum debilitans: aut in cerebro dolor, aut nocumentum quoddã in hepate, aut in ſtomacho nauſeatiua ſatietas ꝓpter quæ omnia debiles generentur ſpiritus, & ſemen. vnde quia effectus qui eſt generatio eſt fortis valde: debet & cã ſua principalis eſſe fortis, & hanc cãm ſic ex eis ſumptã bene cõſideres. Semen autẽ debet eſſe tẽperatum in ſuis qualitatibus nõ accedens groſſum, non fluidũ, ſed viſcoſum, albũ, grãdinoſum, odoris florum palmæ, & ſambuci: ſuper quod cum muſcæ cadunt comedunt de eo, vt. xxj. tertij. de ſignis ſterilitatis. & .q. de generatione aoimaliũ. Cum ergo tale non ſit infantis, ebrij, & crapuloſi decrepiti, & eius q̃ plurimo vtitur coitu, & illius qui nõ eſt ſanus. Nã cũ ex oĩbus membris curta ſperma & ex infirmis infirmũ, hoc nõ reddit ꝓlificũ, & conceptioni aptũ: quodq; de ſemine muliebri intellige, & forte frequẽs coitus met eſt cã ſterilitatis. i. difficultatis impraegnationis. conſidera. Itẽ ineptificatur ſperma quo ad cõceptionem ꝓpter malã cõplexionem calidã aut frigidã: omnis enim immoderata qualitas deijcit actum ꝓpriæ virtutis. Infrigidatur autẽ ſperma dupliciter, aut naturaliter ex eo quia ab alimẽto frigido decidit, vnde comedẽtes fructus frigidos, res frigidas, alias acetoſas, bibẽs aquã & multũ frigidam, vt nõ paucæ faciunt mulieres, & viri, & qui ocio vtuntur, triſtes & timidi, ſperma faciunt naturaliter frigidum. Accidit uero ex cauſa extrinſeca et occurrente, vt ex parte aeris & aliorum, vt infra de ſpermate mulieris ſtatim. & tu ibi. Itẽ ex retentione eius longa, quoniã tunc reſoluuntur ſpiritus. Item ſi longo tempore in matrice retinetur antequã ipſa ſuper ipſum colligatur, vt ſupra. quia ſcilicet mulier nõdum emiſerit. tunc enim reſoluuntur ſpiritus, & frigiditas matricis corrumpit eos quantum ad hunc actum. Et ita intellige de qualitatibus paſſiuis: nimia enim ſiccitas aut humiditas idẽ operantur. Siccitas etiã ſpermatis quando ꝑ ita exiccat vt exiccet humidum nutrimentale ex quo debet fœtus compleri, vnde non ſequitur conceptio. Itẽ accidit q̃nq; vt ipſum non ſit prolificum quãdo eſt ex materia aliqua generatum quæ à proprietate habet, vt ſperma infœcundũ generet. de quo & c. Item nõ fœcundatur homo q̃ñ cum puella coit, non habẽte ſufficientẽ quantitatẽ menſtrui, vt eſt anno. xij. vel. xiij. Accidit læſio in inſtrumentis primo in virga ipſa quia ſit nimis breuis non potẽs attingere ad collũ matricis, aut q̃a hõ eſt pinguis & ſua carnoſa pinguedine & magnitudine uentris virga redditur de per accidens breuis, & nõ poteſt impedita ad locũ peruenire. Aut eius nimia longitudo vnde ſperma infrigidatur ex longitudine via antequã ad locũ perueniat debitũ in matrice. aut tortuoſitas virgæ ꝓpter breuitatẽ ligamẽti. vnde virga ſic tortuoſa facta aut breuis nimis non emittit ſperma ad guttur oris matricis. Item quia mollificata ſit aut ſpaſmata. ſcdo accidit læſio in teſticulis, aut uaſis ſpermatis propter malam cõplexionẽ frigidã eis cõtingentem ex emplaſtris frigidis aut unguentis continuatis, aut quia debiles facti ſunt cõnatæ nocumenti, quod eis accidit ꝓpter extractionem lapidis a veſica. vnde credunt aliqui q̃ in tali inciſione incidatur neruus aliquis qui deferebat aliq̃d ſpermatis ad teſticulos.

Cauſa autẽ mulieris eſt aut quia eius cõplexio ſeu ſemẽ eius nõ venit ad æquationẽ. i. tẽperamentũ cum ſpermate viri, imo adauget diſtemperamentũ, vt ſupra de cã viri dictũ eſt. ſcdo quia læſa eſt in principalibus, vt de uiro dcm̃ eſt. Sed hæc læſio plus notãda eſt in viro, aut q̃a eius ſemẽ nõ eſt ꝓlificũ, & hoc reſpectu ætatis, aut alterius cãæ facientis hoc. vt ſupra de ſpermate nõ ꝓlifico, & in de cauſis ex parte viri dcm̃ eſt. Aut q̃a in m̃rice & partibus eius. Cã autẽ m̃ricis eſt aut mala cõplexio frigida corrũpens ſperma cõgelans ipm̃, & eſt ſm plurimũ ut accidit ei ex potu nimio aq̃ frigidæ, & vſu rerũ frigidarũ, vt etiã de viro dictum eſt. vnde. lxij. Apho. v. Sectio. Quæcũq; frigidos, & ſpiſſos uteros habẽt nõ cõcipiunt. Cõſimilr ſi fuerit nimia calida adurẽs. Itẽ ſi nimis ſicca exiccãs, aut q̃a nimis humida vnde ſemẽ lubricat & nõ retinet. itẽ impedit ne matrix fortiter colligat ſuper ſemẽ. Itẽ idẽ cõtingit ex mala cõplexione ꝑter naturã cõicata ei à febre habita vel ab alio mẽbro læſo. Et mala cõplexio dicta q̃nq; eſt materialis & eſt ſm plurimũ, vnde in m̃rice adſunt humores mali q̃ cõmiſcent ſpermati, & corrũpunt illud. vnde aut ſua caliditate reſoluũt, aut frigiditate cõgelãt, aut ſiccitate exiccãt, aut humiditate lubricare faciunt, & debilitatur retẽtiua, & hoc eſt ſm plurimũ cauſa debilitatis. Itẽ ab eis etiã debilitatur virtus attractiua, quia non attrahit ſperma cum fortitudine. Itẽ ampliando collum matricis, vnde nõ ſe æquat virgæ, & nõ fit debita corrugatio, & collectio ſuper ſperma ſm vt in q̃buſdã matricibus. Itẽ oppilatio in vaſis ſpermatis, quia ſperma deſcẽdere nõ poteſt in debita quãtitate, & ſubſtãtia q̃a paucũ & ſubtile deſcẽdit, aut oppilatio in venis matricis mẽſtrualibus, q̃a nõ peruenit nutrimentum in debita quãtitate. Item oppilatio colli, vt ex pinguedine

multa vt accidit in valde craſſa. iuxta illud Senis. xlvj. Aphor. v. Sectionis, Quæcũq; pręter naturam craſſæ, non concipiunt vtero, ijs omentum os vteri comprimit. nam ſperma penetrare nõ poteſt ad locum debitũ cõceptioni.

Itẽ ſi in ore matricis fuerit caro addita verrucoſa aut non verrucoſa, aut cõſolidatio facta ex vulnere, aut apoſtema, aut hęmorroides, aut ſicut virga dura, & ſic de alijs cauſis facientibus oppilationẽ vt frigus vehemẽs oppilãs. Itẽ idem cõtingit ſi vir coit cum muliere matrice nõ exiſtẽte in loco ſuo &c. Itẽ accidit ſterilitas ſiue difficultas impraegnationis cõtrarie totius corporis mulieris, quæ ſ. eſt uehemẽter humida, & eſt ſic cauſa lubricationis: vt ſupra. Quãq; accidit propter pinguedinẽ multã ſupra zirbum, vt matrix ad inferiora ex pinguedine grauata premit ſperma ad inferiora, & educit ipſum, & ea impedit ingreſſio ſpermatis in matricem. Itẽ & contingit ſterilitas extenuatione magna totius aut in matrice deficiẽte nutrimẽto & cõuenienti quãtitate ſeminis. Item facit difficultatem impraegnationis ventoſitas groſſa in matrice ſeparans ſpermata, & in eis inducens malam cõplexionem, & vnam cognoui quæ ex hac cauſa non impraegnabatur. Item impedit nimis fluxus menſtruorum, & eorum nimia retentio. nam matricẽ multum debilitat vtrunq;.

Errores autẽ impedientes vtroſq; ſunt primo. vt cũ vir & mulier nõ ſunt cũ amore copulati, inde ex hoc efficiuntur non deſiderãtes. Secũdo cum vir & mulier ſunt diuiſi in tẽpore emiſſionis ſpermatum ipſorũ, & ita requirit ut eodẽ tempore emittant, & quia mulier cõſueuit plus tardare quàm vir, ideo debet ſe retinere uir vt poteſt ab emiſſione. Et quidam curioſi ligant ſibi teſticulos ligatione leui vt prohibeat citus curſus ſpermatis, & cum mulier ſentit ſe propinquã emiſſioni ſtatim diſſoluit & emittit quàm citius poteſt, ſed quãtum valet ex dicendis & dictis cõpone. Aliter & melius ipſa inunctio digiti in oleo liliorũ alborum fricet leuiter os vuluæ. Et ex iſto apparet quomodo requiritur vt ambo ſimul emittant, cuius contrarium ſenſerunt plures philoſophi. Ego autem à fide digna habui ipſam fuiſſe decies impraegnatam, & nunquam ſenſiſſe ſe emiſiſſe &c.

Item vt cum mulier poſt coitũ immediate ſurgit & laborioſe mouetur probatum eſt, & nihil valet. Itẽ ex alijs quæ dicent de aborſu infra, nec me in his extẽdo excuſans vt ſupra propter prauos & malos viros. Ad difficultatem impraegnationis facit immoderata qualitas aeris, vt cum nimis calidus, nimis frigidus, vel corruptus, peſtiferus. Itẽ & cõſtellatio influens in corpora regionis. vnde quaſdam regiones videmus eſſe ſubtiles. Item tuſsis fortis, ſternutatio poſt coitum, motus laborioſus, quies multa, quæ cauſa eſt multarum ſuperfluitatum, & ideo vtile eſt dominabus exercitium. Superfluus cibus, & potus, & inordinatus: ſuperflua vigilia, ſuperflua inanitio ex parte ſanguinis & aliorum humorum, naturalis vel violẽta ſiue accidentalis, vt eſt fluxus ventris, vomitus ſuperfluus. Itẽ ſuperflua repletio ſuffocatiua feminæ. Accidentia animæ ſuperflua, ſuperfluum gaudium, ſuperflua triſtitia, ſuperfluus timor & hmõi, ſuperflua balneatio in aqua frigida, aut vehemẽter calida & hmõi. Poſtremo hic ante poſitionem canonum attende quod quidam cui fuit inciſa virga ex cancro, & remanſit valde breuis ſolitus ante impręgnare impraegnauit deinde, nec mirãdum ſicut nec de muliere impraegnata in balneo lauelli in quo mali homines ſpermatizauerant. Item idem fecit quidam alius cuius virga non fuit trium digitorum quando erat extenſa. hoc credo tuuit attractio fortis matricis. Scias praeterea ante canonum poſitionem quòd mulier quæ parit & impraegnatur minus infirma eſt quàm ſterilis. verũtamen eſt debilioris corporis quàm ipſa & velocius fit anus. ſterilis autem nõ eſt plurium ægritudinum, & tardatur eius ſenectus, & eſt quaſi iuuenis in plurimo ſuæ ætatis. Auicen. de cauſis ſterilitatis. in fine.

S I G N A demonſtratiua. In ponendo ſigna ſterilitatis eum obſeruabo ordinẽ quẽ de cauſis poſui. initium faciens ab his quæ viro attinẽt. Si fuerit vir ſimilis complexionis cum muliere cognoſcit per quę dicta ſunt de ſignis in principio operis noſtri. Q. ſi fuerit ex nocumento in aliquo principalium illud cõtingens ſcietur per ſigna diſpoſitionum ipſorum à medico ipſo diligenter examinanda, de quibus ſupra ſuis rubricis. Ex parte ſeminis, quia ſemen debet habere cõditiones iam ſupra dictas. & de ſemine ſiue ſpermate generante & nõ generante. ſigna quæ alia habent ex parte cauſarum extrinſecarum iam narratarũ.

Ex parte vero cõplexionis ſpermatis, quia nimis calidũ, cuius caliditas ab ipſa etiã muliere cõprehendit in emiſſione eius in matricem. Item & ab ipſo viro, quoniam in tranſitu eius ſentit ipſum quaſi mordicatiuum & calidum valde. Item ex aſpectu coloris eius vt cum in petia proiectum fuerit color eius albus ad citrinitatem declinare manifeſte videtur, hoc tamen inhoneſtum puto. Item ad ipſum calefaciendum, ut dictũ eſt de infrigidatione ipſius maxime facit regimen calidum. Item & ætas, complexio, habitudo qui pilos multos habet & groſſos, & in vrina apparent reſolutiones longæ, & rubeæ, & huiuſmodi. Itẽ & teſticulorum ipſorum caliditas, quorum ſigna, ſupra in praecedenti capitulo poſita ſunt. & tu ibi. Similiter ſi fuerit nimis frigidum, vt quia fluidum multum. non digeſtum, non pruritiuum, priuatio pilorum in genitalibus, & imberbes. Item & in exitu non ſentitur calidum, immo frigidum ſic etiam à muliere. Item ex colore, odore, quia nullius odoris, aut foetoris, debilitas in coitu, & paucitas, ideo in erectione & huiuſmodi de ſignis frigiditatis teſticulorum. item complexio, habitudo, regimen vt dictum eſt, & alia quæ de eius infrigidatione dicta ſunt in praecedenti Rubrica. Q. ſi ſterilitas acciderit propter defectũ inſtrumẽti, quia ſit ligamentũ capitis virgę nimis breue, ſignum quoniam caput virgæ eſt armatũ, quia verſus partẽ teſticulorũ tendit, vt dictũ ſupra de ligamẽto linguę. & egreditur ſperma filoſum nõ ſimul cũ impetu, ſed ſucceſſiue, & tortuoſe, ſiue malo modo. Q. ſi fuerit propter paruitatem virgæ aut eius magnitudinẽ ex te ipſa comprehendit. Breuis quidẽ virga non eſt ſufficiẽs inſtrumentũ ad portandũ ſemen ad locum conceptionis. Sed quid dicemus de illa quæ impraegnata eſt in balneo lauelli. conſidera. In virga autẽ lõga debilitatur ſpiritus gignitiuus antequã veniat ad locum cõceptionis, & ideo Ariſtoteles in de animalibus primo. xix. cap. virga mediocris generationi magis conſona.

Q. ſi virgæ aut teſticulis nocumentũ acciderit ex cauſa alia primitiua, vt dictum eſt de cauſis id comprehẽdetur relatione ægrotantis.

S I G N A ex parte quidẽ mulieris. Et hic prius nota quod vt Ariſtoteles primo de generatione animalium. quædam mulieres habẽt ex diſpoſitione ſua naturali vt prima ætate non cõcipiant, ſed ſecunda & tertia, ſic, quædam nec prima nec ſecũda, ſed tertia ſic. Vnde viſum eſt quoq; in ciuitate noſtra vt mulier quæ in prima aut ſecũda ætate concipere non potuit, in tertia quia in quadrageſimoquinto anno cõcepit, & tu cõſidera cauſas horũ. Nã procedente ætate matrici acquirit diſpoſitio ad cõceptionẽ, aut ab ea impediẽs remouet. Et ſequẽdo de ipſa poſſunt in muliere eſſe cauſæ proportionales vt in uiro cõceptionẽ impedientes. Vt primo quia mulier ſimilis eſt cõplexionis cum viro. Et tu per ſigna loco allegato cõprehendes. Q. ſi ex parte mẽbrorũ principaliũ etiã illud cognoſces quoniam oportet cãm eſſe valde vehemẽtẽ, & multo plus in muliere quoniam magis ipſa paſſiue quàm actiue cõcurrit. Ex parte quidẽ ſpermatis quia nimis frigidũ aut calidum, vt de ſpermate viri dictum eſt, tñ plus attendendũ eſt de ſpermate viri quia muliebre ſit cõcurrit magis paſſiue quàm actiue. Ex parte matricis quia ſit nimis calida, & iam ſigna eius poſita ſunt in principio capituli. vnde tales ſunt cõiter extenuatę, multorũ pilorũ, & groſſorum,

& groſſorum, & ſpāliter in fœmore. Et paucitas mēſtruorum, & groſſitudo ipſorum, & ipſorum nigredo. Q. ſi fuerit mala cōplexio frigida menſtrua erunt ſubtilia, aquoſa, & paruitas, rubedinis eorum pilorū, paucitas in pectine, paucitas menſtruorum in quātitate, tarditas vel raritas in tēpore, flauitas pilorum, rari, graciles, & debiles valde. Q. ſi fuerit propter lubricitatē matricis, ſignū quia ex ea currunt aſſidue humiditates plurimæ, & q fit embrionis aborſus antequā magnificetur, & q mollities apparet in mamillis, & toto corpore, & ſpecialiter in anchis, & pigritia ad motum, & ad operationes, & ita de alijs ſignis frigiditatis eius ſupra, & q ſperma retinere non poteſt, & iſta cauſa vtplurimum venit iuncta cum frigiditate. Signa quādo ex ſiccitate extenuatio mulieris, & paucitas menſtruorum, & eorum raritas, & groſſitudo, & vuluæ ſiccitas aſſidua, & aſperitas loci cum priuatione humiditatis hora coitus. Q. ſi ex ventoſitate groſſa in matrice inflatio ſuminis & partium eius perceptio ventoſitatis in matrice, & exitus eius ab ore ſuo. & ſic de alijs ſupra de inflatione matricis nocere à rebus inflatiuis, rugitus, & commotio in ventre, dolor ſubito veniens ſubito recedens, & ita de alijs ſignis ventoſitatis. Si per amplitudinem colli, vt in quibuſdam meretricibus ſcitur quoniam nunquā ſentitur virga ab eo capi vel congrui. Quòd ſi fuerit ꝓpter oppilationem in vaſis collo & huiuſmodi. ſcitur per ſigna ſupra dicta de oppilatione matricis, & tu diſcurre illa quę ibi ſcripta ſunt. Q. ſi fuerit propter nimiam pinguedinem ſigna ſunt manifeſta ex habitudine mulieris, iā quando mulier pinguis, & repleta videtur, & venter eius ad inferiora deſcendit cum pinguedine vltimata vel quaſi, & bene manifeſtatur cōſideranti tunc propter eā non impręgnatur. nā in matrice, ſiue in locum generationis cōprehenditur ipſam eſſe impedientē. Q. ſi mulier eſſet extenuata circa pectus, & ſpatulas, & ad inferiora, & coxas, & apparet in ipſa ventris extenſio vltra menſuram, & multiplicatio pinguedinis, & ſpiſſitudo in loco fœmoris, & vmbilici anhelitus, & eius cōmotione, & læderetur qualibet ventoſitate, & ſtercoris retentione, aut aggregatione ventoſitatis in uētre, & eſſet apparens cōſtrictio uel oppilatio oris matricis apud tactum obſtetricis iā certificatus eris de eo q intendis. Q. ſi propter nimiā extenuationē maxime inferiorū, aut nimium fluxum, aut nimiā menſtruorum retentionē ſcies illud viſu, & iudicio. De erroribus autē loqui malum puto ꝓpter malos homines. Nā bonæ & boni cōtra errores impedientes non committunt, & ideo de eis nihil. Sufficiat q dictū eſt ſupra de ingenijs, & modo impræguandi. Signa aliarum rerum extrinſecarū, de quibus in de cauſis iam manifeſta ſunt etiam conſiderati, & ideo de his nihil aliud.

Pręter hęc ſigna ponunt ab auctoribus experientiæ quędam. Prima vt dictum eſt ſupra ſuffumiget ſi odorē ſentit parata eſt, ſi non ſterilis iudicanda. & hoc eſt ſignum Hip. vt in ſi. capituli valens in virginibus, & corruptis, & ideo per hoc potes cōprehendere ſi eſt cauſa viri vel mulieris. Similiter agatur de allio, vt in pręcedenti Rubrica. Itē dicitur q ſi ſemen fœcundę proijcietur in ſcutella plena aqua ibit ad fundum, & ſterilis natabit. Item inungantur loca naſi iuxta lachrymalia domeſtica croco diſtemperato modico ſputi ſi ſentiet in ore eius mulier odorem, & ſaporem eius fœcunda erit, ſi ſterilis non. Et clarius ſignum quando in oculo ponitur collyrū & eius ſapor ad os peruenit, quia ſignū q vię à cerebro ad inferiora apertæ ſunt, quarum clauſio eſt cauſa ſterilitatis, vt de venis, & arterijs poſt aures dicebatur.

PROGNOSTICA. Mulier ſterilis magis cōſeruat iuuentutē, ſed fœcunda viuit magis ſana. Si matrix vulneratur, deinde cicatrizetur non concipiet. quod ſi ſic timendum eſt de morte matris tēpore partus, quoniā orificium factū inobediens dilatationi. Paruitas virgę naturalis curationē non recipit. de longitudine eius conſidera quæ dicta ſunt ſupra. Hæmorrhoides, & excreſcentiæ matricis male recipiunt curam, nec ſis vagus ad te intromittendum, quia pauci exeunt cum honore. ſimiliter nec tortuoſitas foraminis virgæ.

CVRA. Canones. Ordinatio digię. Digeſtio. Euō. Et ſpāliter cauſæ ſterilitatis ſeu difficultatis impręgnationis abſciſio. Et tu primo rememorare eorum, quæ dicta ſunt in prin. pręcedentis Rubricæ de ſterilitate non curabili, & tu ibi. Secundo aduerte, quia vt dictū eſt ad impręgnationē faciendam requiritur quædam proportio, & conuenientia maris ad fœminam naturalis, vnde accidit ex inæqualitate naturali inter eos exiſtente conceptionē nō fieri. Et hanc inæqualitatē medicus raro cognoſcit, & forte eſt cognitu impoſſibilis, & ideo prius attende. debet medicus velle cognoſcere hanc inæqualitatem, vt ſi eſt naturalis aut accidentalis. Q. ſi fuerit naturalis, aut eſt perpetua, aut tēporalis, vt dixit Philoſophus de generatione aīaliū, lib. ij. cap. j. vſquequo venient ambo ad æqualitatem opportunam. & ideo videtur q quędam ſunt. xxij. & medio tēpore uſq xxij. annum antequā concipiant. Et in caſibus, vt in primo quando, ſcilicet eſt perpetua non ſe intromittat. Si temporalis leuibus procedat cum remedijs propter honorē artis non aptus niſi prodeſſe, & nullo modo lædere. Q. ſi fuerit accidentalis cauſe agatur, nec fortibus procedatur cum remedijs ac periculoſis. nā & quidā ſtolidi & vetulæ cum talibus ꝓcedunt & non æquāt ſed diſtemperant, & mulieres ad hydropem perducunt etiā ad alias malas ægritudines, & tandem ipſas perimunt. Stat itaque intentio medici in hac re complenda in dando modū hominibus iam poſitū in præcedenti rubrica, & in obſeruatione canonum hic poſitorum.

Digia itaq ordinet ad cōtrarium cauſę ex parte cibi & potus, vt ſi eſt calida cū frigidis, ſi frigida quæ eſt ſm plurimū cum calidis. ſed memorare q matrix eſt cōplexionis frigidę, & lege quæ matrici nocent poſita in principio huius capl'i. Et pro cibis & potibus recurre ſupra. iij. trac, & cōſimiliter dic de alijs quinq rebus nō naturalibus, de quibus pro parte actum eſt in præcedenti Rubrica.

Materia calida digeratur, & frigida ſimiliter cum digeſtiuis appropriatis in. iiij. tracta. & extra acetoſa ſpecialiter multæ acetoſitatis.

Euacuatio fiat ſecūdum exigentiā. nam humores purga cū appropriatis allegato tracta. ſed hic ſcito q agaricus eſt medicina matricis propria, q ſi ſenſeris oppilationem in venis fac phlebotomiam ex ſaphena, vel ex uena popliti, vt ſupra de retentione menſtruorum.

PRO COMPLEMENTO quarti ꝓcedēdū eſt diuerſimode ſm diuerſitatē cauſarum. Vnde primo ſi fuerit merito cōplexionis quia mulier fuerit inæqualis nō eſt cura ei tētandi, licet teneatur q reductio corporum ſit poſſibilis. vnde auxiliū in hoc eſt ſocij permutatio q viuendo caſte, & ſm legē Chriſti fieri non debet. Q. ſi fuerit quia læſio ſit in principalibus ſtude in eius remotione cōfortando ea & alterando cū aromatibus cōuenientibus vt ſupra in proprijs rubricis. Item cum multiplicantibus ſperma, vt ſupra in cura nocumenti erectionis, & tu ibi. Et eo tempore præcipue vt tardros coitum, & raro coeant, aliaſq paſſiones lædentes ſi habent deponant, cibis & potibus vtantur ipſorum cōfortatiuis. In facta propter ſemen attende cauſam. q ſi fuerit mala cōplexio calida aut frigida eā corrige ſi naturalis fuerit, quia ex vſu cibationis talium. permuta itaq regimen ad contrariū cum cibis & potibus cōuenientibus bonis aptis ſperma bonū facere. & iube à nociuis abſtinere, & remoue malam complexionē introducam cum dicendis in fine & dictis ſupra in longa retentione fac eos frequentare coitum, & moderate. Q. ſi fuerit ex longa retentione ſpermatis in matrice ſtude cū ludis vt mulier quàmcitius poteſt emittat. In ea quæ

eſt propter aliquã qualitatẽ ex paſsiuis remoue eã & multa exempla habuiſti, & infra habebis. Q. ſi infectum eſt ex mixtione cum aliquo habente proprietatẽ corrumpere eũa cum diureticis, & alijs, & rectifica regimen. Item ſi læditur coitus et læſione ab aliquo membro, ſiue principali ſiue non, aut à toto corrige, vt de principalibus hic ante dictum eſt exhibendo diuretica calida, ut exigit diſpoſitio. Itẽ ſi fuerit infectum ex cõmixtione alicuius mali humoris euacua cum pharmaco ſanguinem euacuante, vt & bonum inde ſemen generari habeat. Q. ſi ex cauſa fuerit extrinſeca, corrige et eam remoue, & quod ex ea relictũ eſt modis iam dictis. Ea vero quæ eſt ex defectu inſtrumentorum. primo ſi fuerit quia virga nimis breuis aut nimis longa, curam non habet, & præcipue quãdo nimis eſt longa. nã breuis aliqñ concipit vt ſupra niſi fuerit valde breuis. Et delectationẽ aliquã facere nõ poſsit in matrice. Et quidã iuuant virgã breuem cum applicatione vẽtoſarum in inguinibus. iuuatur tamen ipſa breuis in iuuentute tẽpore peraugmẽtaſtico. Et ſi aliquis eſt modus curę huic credo ꝙ ſit talis vt habens virgam breuem eligat mulierẽ paruã, & cum coit mulier eleuet poſteriora & ipſe vehementer adhæreat mulieri & non ſe moueant, & ſic ſperma ad locum emittetur debitum. Cõſimiliter habens magnã, eligat mulierẽ magnã habentem anchas longas & extenſas, & vt dictũ eſt de parua adhæreant quanto plus poterunt, & ſic neq; ſperma neq; ſpiritus debilitabitur quãuis tranſeat per viam longã. nam ex tali adhærentia continuabitur calor matricis, & vuluæ, qui faciet ad conſeruationem ſpiritus & ſpermatis. Quando autẽ accidit ex tortuoſitate propter breuitatẽ ligamenti, cura perfecta eſt tocisio ligamenti, & eius curatio ſic ꝙ amplius non adhæreat. Q. ſi fuerit propter mollificationẽ curetur cura mollificationis, & paralyſis virgę de qua in p̄cedenti cap. In ea autẽ quæ eſt ꝑpter malã cõplexionẽ inductam in teſticulis, & uaſis ſpermaticis cura eſt remotio ipſius, cuius curam habuiſti ſupra in præcedenti cap. de eis. & tu ibi. De ea quæ eſt ob inciſionẽ lapidis dicendum ꝙ aliqui credũt ꝙ ei nõ ſit cura, & hæc eſt ſentẽtia vulgi, tamen ex verbis Auic. videtẽ ꝙ cura ſit poſsibilis, & hoc confortando locũ inciſum cum vnguẽtis, emplaſtris, cerotis, & huiuſmodi. & ad intra adminiſtrando ea confortantia veſicam, dicta ſupra de mala complexione veſicæ. & tu ibi.

Et licet conſueuit quandoq; accidere difficultas impræ gnationis ex parte viri, vt dictum eſt, tamen frequentius id cõtingit et multo magis ex parte mulieris, & ideo oportet maiorem adhibere curã remouendo quæ ſunt cauſa ſterilitatis ex parte complexionis eius, quia ſi frigida frigido coniungitur, non videtur eſſe cura aliqua quàm ſocij mutatio vt de viro dictum eſt, ſed ſemper ſit anima carior nato. Item ſi contigerit læſione principalium aut aliorũ age, vt de viro dictum eſt. Si autem id cõtigerit ex parte feminis eius, quia ſcilicet ſit infectum, cura per ordinem vt eſt dictum de ſemine viri hic ante, euacuando, alterando, diætam ordinando ad contrarium cauſæ. & ſi ſit propter malam complexionem calidam temperãna bonum ſanguinẽ, aut frigida de quibus omnibus tertio tractatu. Itẽ ex alteratis vt oportet, ſed acatam, portulacam, lactucam, & alia talia frigida ſupra tract. iiij. Itẽ ſi non eſt vxoratus, & ſit complexionis calidæ, habens ſperma calidũ, eligat vxorem albam, & mollem, in complexione frigidam. Conſimiliter ſi fuerit ex mala complexione frigida accidentali remoue ex calidis ex parte cibi & potus bonum ſanguinem generantibus, de quibus tertio tractatu. & vtatur aromatibus & alijs calidis ſtomachi, ac cordis cõfortatiuis, & tu in hoc te modera. vnde diamargariton, diamuſcus, diagalanga & huiuſmodi ſunt cõuenientia. Q. ſi non fuerit vxoratus, & fuerit complexione naturaliter frigidi ſeminis productiuus, eligat vxorem tendentem ad brunum, habentem menſtrua rubicunda valde, & in magna quantitate. vinum autem ſit potus quo vti debet, lymphatũ tamen. Et nota ꝙ vbi ambo eſſent æqualis complexionis conceptio fieret, vbi vero vterq; eſſet diſtemperatus ad calidum aut ad frigidum nõ. vnde quia mulier eſt ſicut ſubiectum, & paſſum, ut ſtante caſu diſtemperantiæ dictæ debes ſtudere præparare ipſam matricem cum calidis, vt inde fiat conceptio. & vt ſupra maxime commendantur ſemen bauciæ quando teritur & cum vino potatur, & radix eius quando comeditur vſq; ad duas lunationes, ideſt ad binas menſtruorũ purgationes. Similiter & ameos cum teritur, & miſcetur cum medulla vituli, aut cum oſſe cerui, & cũ lana ſupponitur ante eorũ coitum die vno, aut duobus, aut tribus poſt purgationem. Q. ſi cõtigerit ſemen non eſſe prolificum ex parte ætatis expecta ætatẽ aliter non eſt ei cura. Item ſi contigerit hoc idem ex cauſis alijs, vt quia mulier ſit ebria, infirma, & hmõi: vt ſupra de virili dictum age proportionaliter, vt ibi.

In facta propter matricẽ aut partium eius, tunc per cauſas diſcurre. Quòd ſi fuerit propter malã complexionẽ frigidã, & eſt illa quæ eſt ſecundũ plurimũ, tunc diætã ordina ad contrariũ ex cibis, & potibus calidis, vt carnibus pipionũ, gallinaceis, & huiuſmodi aromaticis, cum aromatibus calidis, ſtomachalibus, & cordialibus. Vtatur cubebe, & ſiſeleos in ieiuno, vino dulci, rubeo, odorifero, ouis ſorbilibus, confectionibus calidis vt diambra & huiuſmodi. vel ſuo modo in cæteris non naturalibus. Fiat peſſaria calida ex ſemine pæoniæ, & ſiſeleos & huiuſmodi. & ex his & conſimilibus clyſteria in matrice. Item inijciatur vinum nigrum calidum, decoctionis bdellij, & poſt illud intromittatur oleum balſami, & remediũ hoc à Placentino reputatur mirabile. Et hic aduerte ꝙ vniuerſalia præcedere debent, fac itaq; purgationes debitas præmittendo digeſtiua appropriata. Item fac balnea encathiſmata, cerotaria, ſuffumigia, & huiuſmodi calida ex dictis ſupra, & ex dicendis. Conſimiliter operare de mala complexione calida ordinando diætã, dirigendo euacuando, alterando & confortando, vt ſupra de mala complexione matricis. Quòd ſi fuerit vitio complexionis ſiccæ ſi opus fuerit operare cum vniuerſalibus. deinde procede ad particularia. vnde accidit vt mulier non concipiat propter malam complexionem ſiccã etiã ſine materia, vt ſunt macilentæ extenuatæ. & tunc cura eſt reſumptio, & humectatio totius corporis, & matricis. vnde vtatur brodijs gallinarũ, & carnium pinguium, ouis ſorbilibus, pultes in dictis brodijs, & huiuſmodi. vino vtatur dulci rubeo, & nõ multum quieſcat, & non laboret. vtatur balneo poſt cibũ ex decoctione maluarum, violarum, bugloſſæ, florum camomillæ, boraginis, fœnugræci, & hmõi cũ capite caſtrati. Itẽ his addatur butyrum, & eſt encathiſma. Et ſimul circa partes matricis os matricis inungatẽ ſępe cũ pinguedine gallinæ anatis. Itẽ ſępe vtatur diureticis humidis. Itẽ clyſterizetur matrix cum decoctione capitis caſtrati in qua bulliant quæ matricẽ cõfortant, non nimis calida addẽdo oleum viol. aut pinguedinẽ anatis, aut gallinæ, aut mucilagines, & hmõi. Similiter fiant ſuppoſitoria, & tu ex dictis, & dicendis cõpone. Coitu vtatur ſæpe quia matricẽ humectat, & hoc niſi ſpermatizaret ſępe quia ſic plus exiccaretur. Vbi vero cauſa fuerit humiditas ſuperflua quæ ſit cauſa oppilans os matricis, & ora cotyledonũ ſitq; eã lubricationis ſpermatis, quod ſolet eſſe cã p̄cipua in hoc. Cura eſt ordinatio diætæ ad contrarium cauſæ ex cibis & potibus vt ſupra. & ex alijs quinq; non naturalibus. Digeſtio. Euacuatio. Alteratio matricis cum rebus exiccantibus dictis & dicendis, aut ſuffumigando omni die, aut clyſterizando, aut ſuppomẽdo ex exiccatiuis notis. Sunt enim q̃dã quę ſunt ita humidę ꝙ ſperma intus contineri non poteſt. Vnde breuiter poſt ordinationẽ diætæ digeras, & eũa. Et pro euacuatiuo vide infra de obſeruatione embrionis, & cautela abortus. Et poſt euacuationẽ ſequenti die vel circa

minue

minitur ex ſiphera. Et tertia die poſt phlebotomiã da tripherã magnã opiatã cum vino calido. Itẽ fac ſuppoſitoria calida ex rebus dictis ad hoc facientibus, vt reſolue ſtoracem, & fac ſuppoſitorium & ſupeAſpergas garyophyllũ nucẽ muſcatam, & galangã. Poſtea fac ipſam ingredi balneum naturale cum regulis ſuis, aut artificiale ex rebus calidis aſſociatiuis, vt ſunt mentha, maiorana, laurus, & huiuſmodi. de quibus, ſupra. Deinde vadat dormitum, & recipiat de hoc alectuario. ℞. ſpicæ nardi, garyophyllorũ, nucis muſcatæ, galangę, cardamomi, piperis longi roſ. ſtoracis, calamitę, ſinpli. ana. biſtortę ad pondus oĩum, cõficit cum melle roſa. addito muſco. Omni autem ſero teneat ſuppoſitoriũ vſq; ad mediã noctẽ ex triphera magna cum olibano factum. Et ipſo extracto ſupponat ſibi aliud ex nuce muſcata, ligno aloes, ſtorace, calamita, & garyophyllis factum & ſtet factum prius q̃ ponat nouẽ diebus. Et aduerte q́ ſtatim poſt mundificationẽ menſtruorum fiat ſcarificatio in tibijs, deinde fiat fomẽtum ex aqua pluuiali decoctionis biſtortæ, & pulegij. Deinde fiat ſuppoſitorium ex ambra & muſco & alijs predictis ſpeciebus, & hoc tribus diebus, quarto vero fiat fomentum prædictũ. Et tunc vir accedat ad mulierẽ modis dictis in præcedẽti rubrica. Nec mireris ſi fuit hic prolixus, quia iſta ſolet eſſe cauſa præcipua & plurimũ contingens. Itẽ vt hoc ſit ſicut exemplum ad alias cauſas. In facta propter amplitudinẽ cura eſt vti rebus ſtypticis cõſtringentibus matricẽ cum balauſtijs, nuce cupreſſi, gallis, vino nigro, ſtyptico & huiuſmodi. Et imponantur ſuppoſitoria ex pecijs intincta & madefacta in his. Itẽ ex his plantagine, myrrha, thure, maſtice, barba hircina & huiuſmodi. fiat balneum in quo ſæpe ſedeat, & frequenter balneationẽ oris matricis cum his & vino nigro ſtyptico. Infacta ex oppilatione vaſorũ cura eſt cura oppilationis matricis. de qua ſupra in ſua rubrica, ſed attende ad euacuationẽ materiæ facientis oppilationẽ cum clyſterijs, ſuppoſitorijs, medicinis per os. Itẽ & exhibendo ex diureticis appropriatis. Q. ſi fuerit oppilatio ob pinguedinẽ cura eſt extenuatio & conſumptio illius cũ rebus calidis exiccantibus vt balneo calido exiccatiuo, clyſterijs exiccatiuis, ſuppoſitorijs, vnguentis, cerotarijs, ſuffumigijs ex talibus, & ſpecialiter cum his quæ iuuant ad impregnationẽ. Item introducatur diæta extenuatiua quia pauci nutrimenti ex pane miliacio, vino parvo auſtero, carnibus, piſcibus ſalitis, & huiuſmodi deſiccatiuis, ieiunet, parum comedat, exercitetur, vigilet, & huiuſmodi dormiat ſuper ſtratum durum, & balneũ naturale eſt in hoc vtile valde, & fiat purgatio ſæpe cum pilulis de agarico fœtidis & hmõi. Et in hoc caſu conuenit phlebotomia etiã reiterata ſi virtus, & ætas cõſentiant. Quòd ſi fuerit propter hæmorrhoidas, aut apoſtema, aut propter carnẽ additam, & hmõi. relinquo chirurgicis, tamẽ de his habuiſti ſupra rubricis proprijs & ibi. Q. ſi fuerit propter pinguedinẽ cibi, aut corporis extenuationẽ cura ex dictis habita eſt. In facta propter ventoſitatem groſſam cura eſt regimen calefactiuum, & exiccatiuũ ex parte cibi & potus, confectionum calidarum, vt theriaca, mithridatum, diambra. Item vſus rerum ventoſitatem carminantium. Itẽ clyſteria carminatiua, ſuppoſitoria, embrochæ, ſuffumigia, & huiuſmodi. vt ſupra rubrica de ventoſitate matricis. De errore contingente tantum pro nunc dico q́ mulier poſt coitum non debet ſe mouere, ſed ſtare vt in præcedenti rubrica dictum eſt. Item neque tuſſire, neque ſternutare, neq; aliquod tale facere q́ habeat cauſam concutiendi & mouendi matricem ne ab ea ſperma retineatur, & de his ſatis propter &c. Multa nota habentia impedire conceptum quæ hic nõ appoſui propter malos viros, vt feci ſupra de ſuperflua vigilia. Impeditur autem quandoq; cõceptio cum faſcinationibus, & maleficijs. de quibus tantum dicatur, q́ quia talia quandoq; ponuntur in lecto aliquando in domo abſconduntur, ideo ſponſuli ſiue maleficati lectum mutent & omnia & domũ. Dicitur q́ ſi camera & domus aſpergatur ſanguine canino q́ ipſa ab omni maleficio curabitur, & de his dictum eſt plenius in præcedenti capitulo.

ET QVIA generationi oĩno inſiſti eſſe debemus, hic ego ſubiungã aliquẽ particularẽ modũ iã in caſu iſto obſeruatũ, vt ſit ſicut norma cũ ex alqa prouenit cauſis. deinde ſubiũgã remedia plura in hoc cõferẽtia ex auctoribus & doctoribus probata in conſilijs & alijs locis excerpta. Sanguis cãini aſperſio, ſingula ueneficia expellit.

Placẽtinus noſter vir certe optimi iudicij, & veræ ſcientiæ dixit q́ hoc modo proceſſit. mundauit mulierem ante mẽſtrua cum aqua decoctionis myrobalanorũ, emblicorum, kebulorũ, indorum, & roſ. ru. & dulcorauit cũ zuccaro. veteri, & dabat. ℥. iij. vel quinq; cũ vino rubeo ſtyptico per horã ante diẽ, & faciebat bis antequã mẽſtrua accederent. poſt autẽ exitum menſtruorũ quinq; diebus ſedeat mulier in aqua decoctionis roſ. ru. gallarum, balauſtiarũ, & radicũ pæoniæ piſtatæ groſſo modo. Cũ vero exit balneum ſe exiccet pãno lineo mundo, & intromittat candelã vel lycinium inunctũ balſamo & aſperſum puluere pæoniæ, vel madefactũ in ſucco pæoniæ, & balſamo. & oĩ die in ortu ſolis ſtomacho ieiuno comedat de ſemine ſiſeleos ʒ. ij. per ſe vel mixto cum ameos, & in hoc inuenit vtilitatem plus alijs. Et antequã ponã hic alia nota bene q́ quæ imponuntur in vuluã ad conceptionẽ poſt quartum diem poſt purgationẽ menſtruorum immediate plus operantur q̃ alijs temporibus quãuis alijs tẽporibus ad ipſam conceptionem accedat, & memoro vnum fortiter cõmendatum ſic impoſitum poſt illos dies ſuccus pæoniæ cũ puluere eius impoſitus diebus dictis habetur pro mirabili.

Experium aliud ab eo poſt purgationem & ordinationem diætæ feci tale balneum. ℞. roſ. myrtillorum, corticum mandragoræ. ana. lib. ß. pulueris gallarum. lib. ij. piſtentur groſſo modo, & bulliant in ſitulis duabus aquæ in qua ferrarij extinguunt ferrum, & de ſero quando vadit dormitum in ea aqua ſedeat tepida per nouem dies continue, & hoc poſt purgationẽ ſuorum menſtruorum prius & cum intrat lectum ſupponat ſibi candelam inunctam hoc oleo. ℞. olei roſ. ℥. j. granorum muſci, ambræ. ana. xij. pulueris corticis, mandragoræ cribellati cum pecia ſubtili. ʒ. ß. miſce, & vltima die ſui in aurora diei ſumat triphere magnę. ʒ. j. cum vino rubeo calido, & hoc de quarto in quartum diem omni menſe donec fuerit prægnans. q́ ſi in ea impregnatio fuerit poſsibilis cum illo viro impregnabitur. Sed tu comprehende in qua cauſa debet hoc experimentum habere efficaciam ex dictis.

Quidã præparant mulierẽ & matricẽ eius in cauſa frigida hoc modo. primo enim dant talem ſyrupum. ℞. matricarij, pulegij, calamenti, radices enulæ, acori, radicis ſolatri, altheæ, fœniculi. ana. ℥. ij. cuſcutæ. ℥. ß. meliſſæ, praſsij, ameos. ana. ℥. ß. corticum citri ℥. j. paſſulatum enucleatarum, liquiritiæ. ana. ℥. j. cicerum rub. lib. j. aceti ſquilitici ℥. ij. ſpicæ, caſſiæ ligneæ. ana. ʒ. j. bulliant hic duo in pecia raca cum alijs. doſ. ℥. ij. cum aqua garyophyll. Poſt ſyrupum purgant mulierẽ, & vitiũ ipſum ſi opus eſt cum agarico, pilulis fœtidis, benedicta. et huiuſmodi. Et poſt purgationẽ inducunt balneum ex aqua decoctionis foliorum lauri, menthaſtri, ſaluiæ, origani, pulegij. deinde ordinant clyſter ex decoctione maſticis, pulpæ colloquintidæ. ℥. ij. in qua diſſoluatur hiera & iniiciatur in matricẽ. Deinde ordinãt peſſariũ. ℞. macis, bdellij, gallæ muſcatę. ana. ʒ. ij. pulpę colloquintidę. ℥. j. pulueris hierę. ʒ. j. cõfice cũ lãudano peſſariũ longũ apertũ ventre vſq; ad matricis orificium. Et aliq addunt euphorbiũ. Et nota hic q́ nux vomica cõbuſta & in lana ſuppoſita matricẽ à ſua humiditate valde mũdificat.

Sic aũt purgata mãtrice attẽdũt calefactioni, & exiccationi, cõfortationi matricis cũ peſſarijs, ſuffumigijs, cõfectionibus, & hmõi mãtrici pluſ cõferẽtibus ex dictis & dicẽdis.

Medicamen ad hoc expertũ. ℞. radicis enulæ campanæ ...

& mundę.lib.j.radic.brãchæ vrſinę.lib.ſ.ſic raſæ & tritę q̃ bulliãt in lib.vij.vini odoriferi albi ſufficiẽter cũ lib.iij.lardi veteris triti,matricarię.M.j.deinde hæc oia colẽtur,& colatura ponat̃ in olla noua,& fac bullire,& mitte thuris albi,maſticis.ana.℥.ſ.ceræ nouæ.℥.vj.& cum oia ſunt liquefacta depone ab igne,& immitte puluerẽ hunc.℞.cinnamomi,galliæ,garyophyllorum,fuſtiſelorũ,nuciſmuſcatæ,macis,galangæ,ſpicæ,zinziberis,ana.ʒ.iij.croci.ʒ.j.aggrega cũ ſpatula,& fac coagulari,& tunc videbis q̃ ſupernatabit vnctuoſum,& ſpecies reſidebũt,& in medio erit vnctum.Poſt autẽ balneum dictum quo balneet te cum corpus inungat totũ corpus & ventrẽ cum ſpẽbus& induat ſe,deinde redeat ad balneũ,& ſe non lauet,ſed brachia & corpus inũgat,& ſuper pectinẽ ponat de ſpeciebus dictis,& non coeat oĩ die,ſed die qua intrabit balneũ cum modis dictis ſupra in cuius exitu accipiat de triphera,aut de raſura eboris,vt ſupra. Electuarium ad hoc.℞.ſecacul albi mundi & exiccati quod prius ſtetit in aqua ſatyrionis,teſticulorum vulpis.ʒ.viij.radicis raphani.ʒ.iij.bauciæ.ʒ.ij.pinearũ mundatarum.ʒ.j.phiſticorum.℥.iij.granorũ ſiſami.℥.iij.zinziberis,been al.& ru.ana.ʒ.ij.naſturcij,cinnamomi,piperis longi.ana.ʒ.ſ.zucchari.lib.ij.olei ſiſamini.℥.ij. Pilulæ ſolutiuæ contra ſterilitatẽ ex cauſa frida.℞.xylobalſami,carpobalſami,cinnamo.ſileris montani,aſari,maſticis,ſeminis aniſi,fœniculi,macis,croci.ana.℈.j.calami aromatici,ſquinanti,ſpicæ.ana.℈.ſ.myrobalanorum,turbith.ana.ʒ.ij.ſ.myrobalanorum citrinorũ indorum,& emblicorũ,belliricorum.ana.ʒ.j.ſ.aloes ſuccotrini ad pondus omnium fiant cum ſucco fœniculi.

Gentilis.Electuariũ ad cõcipiendum ſatis efficax.℞.cinnamomi,cardamomi,garyophyllorũ,croci.ana.℥.ſ.zinziberis,piperis lõgi,galãgę,macis,ciperi,nucis muſ,cimini,ligni aloes,caſię ligneæ.ana.ʒ.ij.cubebarũ.ʒ.ij.ambrę,muſci,balſami.ana.ʒ.j.zuccha.albiſſimi qđ ſufficit.doſ.ʒ.ij.qñ itur dormitum. Laudat ꝓ ſolutiuo Gẽtilis benedictã,cum diaphœnicone. Confectio ſua ad idem.℞.garyophyllorũ,cinnamomi,galãgæ,zinziberis,xyloaloes.ana.ʒ.j.blactæ bizãtię,nuciſmuſcatę,zedoarię,doronici,ſeminis ozimi,oſſis de corde cerui,raſurę eboris,margaritarũ,ſpicę,croci.ana.℈.j.corallorũ ru.trochiſci diarodon,ſandalorũ,citrinorũ.ana.ʒ.ſ.ſerici crudi.℈.j.ambræ.℈.ſ.muſci grana.ij.zucchari quod ſufficit fiat cum aqua roſ.

Arnaldi de villa noua modus hic eſt. Digerat̃ materia & euacuetur & matrix mundificetur cum his quæ imponuntur in ea ex decoctionibus clyſterizatis aut cum ſuppoſitorijs,vt ſupra.Exẽplum decoctionis in præſenti,vt eſt.℞.rubeæ maioris artemiſiæ,ſauinæ,abſinthij,myrrhæ etiã huiuſmodi bulliant.& de hac accipiantur.℥.iiij.cum ʒ.j.pulpæ colloquintidæ,& injciantur. Facta mundificatione vtatur hoc electuario.℞.ſpecierum tripheræ magnæ ſine opio,nuciſmuſcatæ,ſpecierũ ſtomatichon,conſeruæ citrangulorum.ana.℥.j.ligni aloes.ambræ.ana.ʒ.ij.cum pauco potu uini.doſ.ʒ.ij.quo utatur alternis diebus.

Puluis ad idem optimus.℞.teſticuli verri dextri deſiccati in vmbra & puluerizati,limaturę eboris,ſeminis ſiſeleos,matricis leporis,& coaguli eius.ana.℥.ſ.fiat puluis quo vtatur mane,& ſero cum brodio cicerũ vel vino,& poteſt miſceri puluis liquiritię vel zucchari. Et cum fuerit vſa his pluribus diebus vtat̃ hoc medicamine per modum qui ſcribetur.℞.ambræ,ſtoracis,calamitæ.ana.℥.j.myrrhæ,maſticis,thuris,garyophyllorũ,ligni aloes,cinnamomi,nuciſmuſcatæ,nucum cupreſſi.ana.℥.1.conficiantur cũ oxymelle diuretico,& aqua roſa.& fiat maſſa vna.deinde illa diuidatur in quatuor partes & ex vna fiat pomũ ambræ ad odorandũ,& de ſecunda fiant pilulæ ad quantitatẽ ciceris,& quotidie trãſglutiat de mane tres,& ex tertia parte fiat,peſſariũ,ſed inungat̃ prius cũ balſamo ex quarta parte fiat tale magiſteriũ diſtẽperet̃ in aqua calida,& cũ vna cannula recipiat fumũ vſq; ad matricẽ ita q̃ ſentiat calorẽ ſupra tẽperamentũ deinde vadat dormitum & in matutinis coeat vt ſupra in præcedenti rubrica.

Thadeus ſenex vir maxime ſciẽtiæ,& totius medicinæ lumen ſic proceſſit in cauſa frigida & humida.ordinauit diætã calefacientẽ corpus ex cibis & potibus cõfectionibus & electuarijs,deinde digeſſit deinde euãuit,ordinauit balneum ex rebus vt ſupra. Deinde purgauit matricem ex tali materia cum peſſario purgante,vt.℞.caſtorei,agarici,colloquintidæ,maſticis.ana.bulliãt in vino albo,deinde cum illo vino bulliat mel ex quo debet fieri peſſariũ longũ quod ingrediat̃ collũ matricis. Sic autẽ impoſitũ tribus vicibus fiat peſſariũ confortatiuum.℞.gallarũ,cupreſſi,matricis ceruæ exiccatæ.ana.bulliant in vino albo ad conſumptionẽ medietatis,& de iſto vino accipiat̃ lib.j.ſ.& diſſoluant̃ in eo.℥.ij.de triphera magna.deinde coletur,& inde fiant clyſteris ad matricem tribus diebus,& poſt mundificationẽ,& ipſam decoctionẽ in matrice teneat quanto plus poteſt. Et in qualibet die poſt tale clyſter fiat tale ſuffumigium,℞.myrrhæ,thuris,ligni aloes,ſtoracis,calamitæ,cinnamo.ana. Quo facto fiat tale ſuppoſitorium in matrice.℞.coaguli leporis,ſtercoris eius,mellis.ana.terantur & conficiantur,& formentur peſſaria in lana.quibus vtatur tribus diebus,et tribus noctibus,& bibat omni mane his diebus ſeraturã eboris,& tunc cum ſuo viro coeat.à coitu tamẽ primo abſtineat pluribus diebus.Et quando facta fuerunt hæc omnia per ordinem una vice abſtineat ab omnibus medicaminibus localibus quę fiunt circa matricem vſq; ad aliũ euentũ menſtruorũ.Q. ſi non ex his imprægnata fuerit fiant illa medicamina ſm modũ prædictum,& ſemper ſit ſtomachus bene diſpoſitus. Et quæ ſic particulariter ſcripta ſunt videntur cauſam frigidã reſpicere,& humidã,q̃ ſi ex alijs fuerit cauſis modos dictos proportionaliter obſerua curãdo cum ſuis contrarijs. Et in ſumma ex parte viri tria ſunt principaliter attendenda præmiſſis vniuerſalibus. Primum rectificatio ſui ſpermatis.Secundũ electio horæ coeundi. Tertium modus coeundi.de quo ad plenum in præcedẽti capitulo & rubricis præcedentibus. Ex parte autẽ mulieris primũ ſemper præmiſſis vniuerſalibus,euacuatio particularis à matrice ſi materia fuerit peccans,quæ eſt ſcđm plurimum frigida & humida cũ peſſarijs & clyſterijs materialibus.de quibus actũ eſt,& hoc bene conſidera ſi phlebotomia eſt ſic cõueniens,vt quaſi omnes cõmuniter faciunt.Secundum debet eſſe alteratio,& confortatio in balneis primo.deinde ſuffumigijs,vnctionibus & hmõi. Tertium eſt hora electionis.Quartũ modus coitus,vt de viro dictum eſt.& quidam etiam vt ſupra viros præparant,& alterant cum balneis,confectionibus,& hmõi.vt videbit̃ expedire ſm cauſę exigentiã.Et vltimo hic nota,q̃ quãdo talia ſemel facta ſunt debet medicus expectare & videre ſi imprægnata eſt aut non,quoniã horum continuatio ſi interim imprægnaretur nociua eſſet,& fortaſsis cauſa aborſus.& ideo expectet aliã menſtruorum purgationem quæ erit ſatis efficax ſignum impregnationis aut non.

Mulier q̃dã Paduæ in noſtra ciuitate mulieres imprægnabat,& certe q̃nq; ſucceſſit,& nõ fuit extra rationẽ.Purgabat mulieres primo.deinde dabat ſibi nouẽ diebus de hoc puluere.℞.nuciſmuſcatæ,raſuræ corticũ mori,raſuræ corticum nucis,florũ roriſmarini,ligni cupræſſi mundati,& puluerizati.ana.ʒ.iij.doſis eſt coclear.j.cum vino maluatico.aut alio odorifero mane.poſtea dormiat.deĩ ſi cui placet cum modis ſupradictis.& quia de mundificatione actum eſt nota q̃ cõis terminus mundificatiõis mẽſtruorum eſt dies octauus.aliq̃ mundificant̃ in quatuor.aliquæ in ſex.& ſic de alijs terminis & ex iſto interrogando poteris cõprehendere ſi mulier habet ea debite & in quantitate debita.& ſi ſit hoc ex oppilatione aut habitudine,aut ægritudine,aut alia cauſa,vnde hoc tibi dabit magnũ introitũ ad cauſas ſterilitatis.& ideo bene conſidera quare &c.

De

### *De ſuperimprægnatione, & cauſis gemellorum, & maſculeitatis.* Rubrica. XXV.

[illegible] Grę cis, Latinis ſuperfœtatio, barbaris autē ſuperimprę gnatio appellatur.

QVia dictum eſt tpe imprægnationis os matricis ita claudi ꝙ puncta acus ingredi nō poteſt. Quæreret aliquis quō igit̃ fiet ſuperimprægnatio. Dicendum vt ſatiſfaciam rubricæ ꝙ vt experientia manifeſtat ſit ſuperimprægnatio. & licet os matricis claudatur, tamen delectatione noui ſpermatis aperitur & ipſum deglutit vt ſtomachus qui clauſus eſt ſuper cibū delectatione adueniente noui cibi aperitur. Item vt Auicen. quibuſdam rariſſimis ſtat os matricis nō ita clauſum, & ſunt illę quæ ſuperimprægnantur, & tales habent fœtum primum debilem, & etiam ſecundum. Et ſic etiam rariſſime fit ſuperimprȩgnatio, & mulieres quibus hoc accidit ſunt quæ corpora tenera habent, & ſunt multorum pilorum, multi ſanguinis propter fortitudinē caliditatis earum qua caliditate fortius alia ſperma ad ſe trahunt.

CAVSA gemellorū cum accidit vt ſperma in multa ejciatur quātitate, & in duabus cellulis matricis diuidatur ſit duorū embrionum generatio qui gemelli dicti ſunt, ꝙ ſi in pluribus ſeparat̃ partibus plures inde fiunt. Vnde Cōciliator noſter dixit in villa ſua de Ebano ſex embriones ab vna muliere emiſſos, quorum quilibet motum habebat. res quippe ſtupenda multum.

Miraculum.

CAVSÆ. De cauſis autem maſculeitatis tantum ꝓ nunc dicat̃ ꝙ vna ex cauſis generationis maſculi eſt. Primo caliditas ſpermatis quia à viro calidæ cōplexionis decidit̃ vt eſt ſanguineus, cholericus. Scd'o quantitas eius quia multæ eſt quātitatis. nā maior quātitas eius requirit̃ pro maſculi generatione quàm pro fœmellæ, qm̄ maior eſt maſculus in creatura. Tertio requiritur mundificatio mulieris à mēſtruis quoniā ſic ipſum ſperma remanet magis purum ne ab eis aliquo modo inficiat̃ aut alteretur, & maxime quādo menſtrua ſunt aquoſa vel ad frigidum declinantia etiam ex parte cōplexionis mulieris. Quarto ꝙ à dextro deſcendat teſticulo, & ꝙ eſt calidior ſiniſtro. Item ſperma ab eo veniēs eſt ſpiſſius ſiue ſolidius, & melius digeſtum, & ideo paſtores cum volunt ex vaccis, aut pecudibus maſculos fieri ligant teſticulum ſiniſtrum tauro, vel arieti. Quinto ꝙ in dextrum latus matricis cadat ſperma ipſum. & hoc eſt documētum antiquum quod matronæ dant filiabus ſuis vt ſtatim poſt coitum ſe ad dormiendum ponāt ſuper latus dextrum, & hoc quoniam locus ille calidior eſt, & certe quidam nobilis venetus mihi compater dixit mihi in fide ſua pluries habuiſſe fœmellas, & à quadam muliercula datum eſt hoc documentum ſibi & ſemper faciebat deinde eius vxorem ſtare ſuper latus dextrum quāto plus poterat tempore coitus. deinde in totum ſtabat mulier & ſuper ipſum dormiebat. & ꝙ de cætero faciebat ſemper maſculos, & ego vidi eos. Sexto & eſt cauſa huōi maſculeitatis diſpoſitio ſpermatis mulieris, vt cum ipſum eſt calidū & non frigidum extinguēs caliditatem virilis. Itē quia mulier eſt cōplexionis calidæ.

Paſtorale ſecretum.

Septimo adiuuat regio ad hoc tempus, & ventus ſeptentrionalis, & hoc non eſt infrigidando qa ſic eſſet cauſa fœmellarum, ſed calefaciendo per antiperiſtaſim corpora & membra principalia à quibus pro tunc ſperma decidat̃ calidius. iuxta illud Senis ventus ver, & hyeme. & ideo videmus alemanos plus maſculinare, & oriētales plus fœminizare. & ſimiliter meridionales, vt ventus auſtrinus cauſa eſt fœmellarum. & ideo ipſo flante non debent coire volentes maſculos. Octauo adiuuat ætas vt illa quæ eſt in fine pueritię. & illa quę eſt abſq; ſenectute aliqua. illa enim calidior eſt. Et ex his inferendum quòd ubi à dextro viri cadat ſperma in ſiniſtrum matricis, ꝙ ſi generabitur fœmina erit maſculina. ꝙ ſi à ſiniſtro in dextrū mulieris erit maſculus effœminatus. Et ideo inferas ꝙ ſignū ſumptum à cōtinentia fœtus in dextro aut ſiniſtro non eſt efficax ſignum ſuper maſculum aut fœminam. Sed ego ut ſic in pluribus inueni verum iuxta illud Hipp. mares in dextris fœminę in ſiniſtris. Et hic nota duo ſigna ad cōprehēdendum ſperma magis cadere à dextro quàm à ſiniſtro. Primū eſt magnitudo teſticuli dextri maior ea quæ ſiniſtri non excedendo quantitatem debitam. nam arguitur ꝙ eſt calidior, & pluris ſeminis contentiuus. Scd'm ſumitur à cōplexione, nam ſanguineus plus abundat in ſemine, & ſanguis generat̃ in hepate, & hepar eſt in latere dextro ex quo arguitur ꝙ teſticulus dexter erit calidior & cum maiori quātitate ſpermatis. Et dixit Auic. vnū cuius ratio perſuaderi poteſt & non demonſtratiue. & ideo dixit. Dixerunt quidam ꝙ tempus generādi maſculum eſt poſt menſtruationem ad diem quintum, Et à quinto vſque ad octauum eſt tempus generandi fœmellam. Ab octauo vſque ad. xj. eſt tēpus adhuc maſculorum generatiuum. Ab. xj. ſupra eſt tempus ꝓportionatum generationi hermaphroditæ. Cauſa primi eſt, quia eo tempore eſt matrix magis munda, & menſtruum quod ſit in eo tempore magis purū & perfectum. & ideo maſculinatiuū. Cum autē pertranſit ille terminus vſq; ad octauū nō eſt ita perfectū. Cum autem dicitur ab octauo vſq; ad vndecimum expone indifferenter vtriuſq; generatiuū, quia non videtur quō litera ſaluari poſſit ſcd'm corticem, ſed nominauit maſculinum comprehendens ſub ſe fœmininum tanquā imperfectum. Cauſa autē tertij propter maiorem elongationem à me nō bene intelligitur. Sufficiant hæc poſitiue.

SIGNA demōſtratiua de ipſis in ſpeciali princeps noſter quaſi nihil, & quæ ab eo ſcripta ſunt hic reponam, ſed exiſtimo ꝙ in primis menſibus poteſt diſcerni conceptio gemellorum male, ſed quando moueri incipiunt poterit aliqua haberi notitia de ipſis per motum in diuerſis locis ab ipſis in eodem inſtanti factum. Auic. uero ſolum ſigna de eis ponit per ea quæ in primo videntur fœtu, ita ꝙ quando fœtus primus egredit̃ debet obſtetrix à te medico diligenter informata videre. & conſiderare ſi in umbilico continuato cū matrice & fœtu fuerit ruga vna, vel nodus, ꝙ ſi non vnus tantum fœtus, ꝙ ſi erit ruga vel nodus, tūc prægnatio erit ſcd'm numerum rugarum, & medicus debet diligenter interrogare obſtetricem. Item poſt primū partum debent remanere ſigna imprægnationis, maxime ex parte ventris, vt quia debet adhuc magnus remanere. Itē & ante debuit eſſe maior q̄ cōmuniter conſueuit eſſe tēpore īpręgnationis. Item & matrix debuit claudi poſt exitum primi fœtus. & ideo poſt paucos dies debet obſtetrix inquirere, maxime quādo eſt ſuſpitio, & medicus reuoluere ſigna de impregnatione ſuperius poſita.

SIGNA demonſtratiua maſculeitatis. bonitas coloris mulieris, panni paucitas, paruitas coitus naturalis, & deſiderio naturali, quāuis deſideriū fricationis loci ſit magnum ex multiplicatione cholerę, & ſuperfluitatum in loco quæ incitant pruritum. Et inflatio papillæ mamillæ dextræ & magnitudo pupillæ trahens ad rubedinem. Et aduentus ſanguinis ad foramina naris dextræ. Et leuitas motuum & corporis totius, & inflatio ventris circa latus dextrum magis & ſpecialiter cum grauedine, & maxime quando trahit ad actum, & eſt forte ſignum. Et eleuatio ventris ſupra os ſtomachi, & ſupra vmbilicū, & quia mulier primo percipit motum fœtus in dextro, immo ſcd'm plurimū, & lac primo in mamilla dextra inuenitur, & lac eius eſt groſſum, nō tenue aquoſum. vnde ſi proijcitur ſuper vitrum ſtat, & non fluit, & cum manibus tangit̃ ſentitur vētoſitas notabilis, & pulſus dexter eſt frequentior & magis plenus. Et cum vult ſe mouere prius ponit pedem dextrum, & eſt ſignum à mulieribus notatum, & expertū, & quando erigitur ſuſtentatur ſuper manum dextram. Et oculus dexter eſt leuioris motus, & poſt menſes tres partū ſentit mulier motū fœtus. fœmellæ autē poſt quartū, & quādā ſuppoſita ariſtolochia, vt de īprægnatione dictū eſt, ſi

dulceſcit in ore maſculus, ſi amarizabit fœmina. & hic eſt
locus conſiderationis.
SIGNA demonſtratiua fœmellæ ſunt cōtraria di-
ctis. Vt q prius inflatur mamilla ſiniſtra ſentitur in latere
ſiniſtro prius, ſanguis prius ex nare ſiniſtra, pigritia in mo
tu & prius mouet ſiniſtrum, & ſic de alijs diſcurrendo per
contrariū quia venter circa coxas & non ad ſuperiora coo
uertitur. Prægnans ex fœmina eſt deterioris, & prauioris
appetitus. mali coloris, pānoſa. Item qñq; uidentur pedes,
& coxæ, & ſiunt ex eis oppoſita, & habens fœminam mi-
nus abhorret coitum q̄ habens maſculum, & vēter haben
tis fœminam eſt oblongus &c. conſidera.

*De agendis ut maſculus generetur.* Rubr. XXVI.

PRimo oportet ordinare diætā. nam cum aliqñ homi
nes ſint nimis calidi, & ſicci, ita vt ſpūs reſoluantur
& conſumanē humiditas ſpermatica & menſtrualis
vnde fœmella generetur, quare in eo caſu diæta debet de-
clinare ad frigidum, & humidum. vt dictum eſt de cauſis
ſterilitatis. Aliqñ tamen quia ſm plurimū cauſa eſt frigi-
ditas. ideo & Aui. de hac principaliter curans tanq̄ de ea q̄
accidit quaſi ſemper dixit q ordineē diæta ex cibis & po-
tibus calidis, aromaticis, boni ſanguinis generatiuis, & cō
ſequenter ſpermatis calidi. Similiter ex parte aliarum rerū
non naturalium. Itē confectionibus calidis vt eſt mithri-
datum cum vino, diamargariton, diambra, & hmōi. Item
ex parte alioꝝ medicaminū, vt ſunt ſuffumigia, clyſteria,
balnea, ſuppoſitoria vnctiones & hmōi. Secūdo q non
omnino dimittat coitum ſed ad tp̄s. vt ſupra in præcedēti
rubrica. Hęc autē expectatio diuerſificatur ſm diuerſitatē
ætatum, habitudinis, cōplexionis, regiminis, & aliorū ta-
lium deſcriptione medici. & abſtineat ab vſu aquæ, & cæ
terorum habentium infrigidare ſperma. Tertium q ca-
meræ ſtratus, id eſt locus in quo cōiunguntur ſit aromati-
co. aromatizatus. ſ. cum aromatibus calidis muſco, ſcili-
cet xyloaloes, trochiſci de gallia muſcata, oſeletis de cy-
pro & hmōi aromaticis. de quibus. aj. cap. de corde. Item
ſi poſsibile eſt ſit amenus, pulcher, pictus, pulchris figuris
maſculinis vt in mētibus eoꝝ ſint tales imagines, & ſi cu-
Problema. piunt pulchros, & fortes, de pulchris & fortibus imaginen
tur: & ex iſto trahi poteſt cā quia baſtardi plus aſsimilanē
his qui non ſunt patres veri, ſed putatiui. nā mulieres cum
ſic fallunt dubitātes de viris ſuis eos ſemper menti habent
cum ſunt in tali actu. & ideo. Quartū q ad eum coitum
veniant læto aīo, & ideo qui timēt impręgnare vxores vt
plurimū fœminā cōcipiunt. Quintum ſumptū ex quadra
geſimonono quartę debet mulier declinare in actu coitus
ad latus dextrū, & immediate poſt coitū reſeruatis coodi-
tionibus vt ſupra de impręgnatione ſe ſupra latus dextrū
cōplete vertere in eoq; ſitu ſic manere per horā ad minus,
& vltra vt libebit, & quanto plus tanto melius, & conari
dormire ſuper eodē & eſt res experta, conſidera. Poſtre-
mo addendū iudico vt addā quæ faciunt ad notitiam eius
qui eſt maſculoꝝ generatiuus etiā ex parte mulieris. Vnde
primo ex parte viri eſt maſculoꝝ generatiuus vir ille qui
eſt fortis corporis æqualis carnis in duritie & mollitie.
Multi ſpermatis generatiui, groſsi, & calidi. Magnorū te-
ſticulorū, amplarū venarum, fortis deſiderij quē non debi
litat coitus & ex cuius dextro ejicitur ſperma. Et cum ado
leſcens incipit coire, & ſentit prius inflari dexter teſticulus
tunc eſt maſculinatiuus, econuerſo fœminatiuus. itē ſi cito
ſemē emittit ſignū q eſt calidum. Mulieres autē maſculi-
pantes ſunt quæ ſunt boni coloris & formæ quæ non ſunt
grauis corporis neq; mollis. Et ſunt mēſtruoꝝ nō fluidoꝝ
neq; aduſtorū valde, quarū os matricis eſt ex directo vul-
uæ, vt ſtatim ingredi ſemen poſsit ad locū debitum quæ
bene digerunt. Venarū manifeſtarū & boni ſenſus & mo-
tus nō habentes aſsiduā vētris ſolutionē, neq; eius cōtinuā
cōſtrictionē. Quarū oculi declinant ad fuſceditatem abſq;
albedine, quia non debent eſſe citrini neq; diſcolorati. Et
nota hic quia ponit de oculis ꝓpter magnā colligantiam
eoꝝ cum matrice & membris genitalibus, & ideo dicitur
cōiter tantū coibis q oculos perdes. Et illæ quibus men-
ſtrua velocius recedūt digniores ſunt vt maſculos pariāt,
& iuuenculæ ſunt etiā ad hoc magis paratæ, quia calidio-
res etiam quia paucam habent adipem & humiditates ap-
tas obtundere calorem. ergo &c. Et hæc ſatis.

*De mola matricis.* Rubrica. XXVII.

MOla in præſentiarum ſic diſtinguatur, qm̄ alia eſt ꝓpria, alia non ꝓpria. ſiue diſtinguaē in verā, & non verā. Propria ſiue vera dicit qñ in matrice generatur carnis fruſtum. Impropria vero ſiue non vera eſt quandoq; generaē in radice vētoſitas, humor uel aliud.

Et dicitur mola, ſiue arabice, ſiue græce à mollia quod idē eſt quod mulię carnis parturitio. & Latine dicit mola id eſt impręgnatio mēdoſa. Eſt itaq; mola impręgnatio mendoſa à vētoſitate humore, vel carnis fruſto cauſata. in qua vere impręgnationis ſigna manifeſte apparēt, vt ſunt mutatio coloris, caſus appetitus, retentio menſtruorum, clauſio oris matricis, inflatio mamillarū, generatio lactis in eis, & qñq; accidit in eis apoſtematio, tumor vētris in dies creſcens ad quātitatē embrionis. Item vt hydropicis ſed nō reſonat vt in tympanite, quia ventoſitas clauſa eſt ad intra in matrice, & hoc dico ꝓpter eam quæ eſt ex vētoſitate. itē ſentiē motus vt embrionis, & remanet ſic mulier vſq; ad tp̄s partus, & tunc accidunt dolores, anguſtiæ & hmōi, & tñ nō parit. Et qñq; extendiē ad annos qnq;, vt vidi in domina Fantina de montebellone. Aliqñ durat vſq; ad finē vitæ ſuæ. quæ tñ vita pur aliqualiter abbreuiaē ex ea. & licet in quibuſdā non multum quę ſunt fortes & robuſtę ex ea non multū læſæ, & ſic non recipit curam.

Itē accidit vt aliqñ pariant. fruſtum carneū indeterminatæ figuræ, aliqñ ventoſitatē. aliqñ humiditates aquoſas aggregatas cum ſanguine plurimo, & tunc vēter detumeſcit. & cum hac diſpoſitione eſt aliquando durities quædam, quādoq; in tota matrice, maxime qñ eſt carnoſa. Ex quibus apparet maxime ex deſcriptione iam poſita quæ ſunt ipſius molæ cauſæ cōiūctæ. De modo generationis eius ſic dicatur q accidit aliquādo q mulier in ſomnis ſperma emittit, & in matrice retinetur. vnde pro tunc caliditate vehemēti matricis trahitur, & ſiccitate quæ ſit ipſa ad eas qualitates matrix lapſa ſic trahuntur menſtrua ad eundem locum, & cōmiſcentur cum ſpermate ipſo & virtute caliditatis iam dictæ coagulantur. vnde tunc fruſtū illud carneum fit cui ineſt quædam forma, ſed non dearticulata, & hæc eſt ſentētia Auic. x. de aīalibus. cap. de mola. Itē contingit ipm̄ fruſtum generari etiā poſt coitū mulieris cum viro. vnde mulier emittit ſemē, vt dictum eſt, & mēſtruū à natura, vel caliditate matricis peruenit ad eū locum, & ſemen viri lubricat extra matricē, & ab ea non retinetur, & tunc generatur quēadmodum fit in ouis quę fiunt abſq; ſemine galli dicta oua venti. Item poteſt idem cōtingere etiam retento ſpermate virili, ſed quia ſperma viri fuit inefficax & imperfectum, aut ex ſe, aut ex tp̄ore, quia non ſimul incidit in matricem, nec ſimul fuit comprehēſus ſicut eſt neceſſarium per conceptionem, vt ſupra. Vnde in ſumma exceſsiua caliditas & ſiccitas matricis deficiente virtute informatiua quæ eſt in ſemine viri eſt cauſa ipſius fruſti poſitiua, & aliquando eſt fruſtum ipſum ſic durum vt ferro non leuiter diuidatur, & maxime quando caliditas eſt valde fortis, ſicut accidit in argilla igne petrificata. Et hic aduerte quoddam verum mulieribus noſtris impoſsibile apparens, ſed certe ita eſt, & quandoque in noſtra euenit in ciuitate. & mater noſtra vidit, à qua habui, & fuit domina fide digna. mulieribus meridionalibus, & auſtralis regionis, & mulieribus multi & praui ſanguinis ex malitia regiminis accidit qñq; vt vltra cōceptū

verum pariant quoddam fruſtum carneum ſecum portãs formam animalis viuens, quod dominæ feram appellant. & cauſa huiuſmodi non fuit virtus ſpermatis primi ipſius viri quia ex eo iam conceptus eſt fœtus, ſed error ſecundi in ſecundo coitu emiſſi, cuius error procedit ab influentia cõſtellationis ſeu virtutis cœleſtis, vt. 18. animalium Ariſtoteles. Vnde in quibuſdam partibus Apuliæ, vt vidit etiã pater oĩ cõiter mulieres ſic p̃gnantes pariunt cũ fœtu feram, quia bubonem, accipitrem, aquilam, lacertam, & hmõi. & aſſerunt illæ mulieres q quando cũ illo fœtu oritur beſtia, ſeu fera nobilis, ut ancipiter, & hmõi. q tũc fœtus ille ex nobili viro conceptus fuit. Q. ſi fera fuerit ruſtica, vt bubo, lacerta, & hmõi. ex ruſtico & vili homine facta eſt. & hæc fera qñq; fœtum perimit. Et dicitur q tanta eſt ꝓprietas q ſi cadens in terram hora partus mordeat eum ſtatim moritur fœtus. Hæc ſunt vera licet non appareant, qm̃ talia hic videre non ſumus conſueti, & ſicut in inteſtinis & alij vermes generãtur, ita poſſunt & in matrice animalia generari maxime exiſtẽte ibi materia apta.

Item accidit vt tenta materia ſit ſanguinea. aut alia ſicut in matrice aggregata præ multitudine ſui caliditatis matricis non ſit ſufficiens condenſare, ſed natura cooperante diſſoluit, & in aquoſitatem conuertit aut ventum, ita q illud quod egreditur eſt ſicut aquoſitas ſanguini mixta, aut ventus ut Auerrois. Et quia multi ac periti immo famoſiſſimi doctores decipiuntur, & decepti ſunt in comprehẽdendo an ſit mola. an vera impregnatio vt meo tempore accidit Papiæ in bono Marſilio & Petro de Tuſſignano maximo practico hinc ſubiungam ſigna inter has diſpoſitiones diſtinctiua ut melius ſciuero ne Deo illuminante in hunc incidamus errorem.

SIGNA demonſtratiua. Et ſignorum horum quędam ſunt diſtinguentia inter impregnationem, & molã. Quædam inter eam & hydropem. Quædam inter ſpecies molæ. Differt mola ab impregnatione his ſignis. nam in mola non eſt motus ſicut in impregnatione. i. muliere impregnata, qm̃ in prægnante eſt motus viui tremulus, & ſic ſentitur ſub manu tremulanda quædã & non eſt motus infantis. & Alman. 9. ſed eſt motus rei mortuæ, & eſt vnus fœtus, & non mouetur niſi hora quadam, & viuum pluribus mouetur horis & pluribus & diuerſis motibus. mortuum aũt vno motu. Item viuũ non mouetur ante tres menſes, fruſtum aũt ante. Item mouetur viuo de loco ad locum abſq; compreſſione, & fruſtum cum comprimitur mouetur, & nõ ſine compreſſione in multis. Item cum ſit compreſſio mortuum mouetur & ſic motũ ſtat. ſed ſi uiuum mouetur per compreſſionem factam ei, deinde mouetur ex ſe motu viui tremulo. Itẽ eſt aliud ſignũ quia motus molę pertranſit horam motus embrionis. Eſt quippe motus embrionis in ſexto ſeptimo fortior motu mole. itẽ in ſeptio ĩpręgnante ſentiẽ motus maior q̃ in p̃cedentibus, nõ ſic in mola. Itẽ ſi mulier iacet ſup latus ſiniſtrũ, & leuiter moueaẽ ad dextrũ, ſentit fruſtũ moueri ad dextrũ, et ecõuerſo. nõ ſic de fœtu. Item durities in mola vehementior eſt duritie vere p̃gnantis pp forte caliditatẽ coagulantẽ, & indurantem. Item ſentitur in mola dolor ſimilis colicæ, apoſtemati matricis ꝓpter cõſtrictionem orbi. Item ſunt pedes & manus molles cum minoratione in molatica, qm̃ nocumentũ matricis cõicatur hepati. & tamen hepar ſanguinẽ aquoſum & malũ generat & ad extremitatẽ expellit. hinc &c. Item & ad faciem aliqñ ſicut hypoſarcha. Item diſpoſitio p̃gnãtis eſt melior q̃ patiẽtis molã, qm̃ mola eſt p̃ternaturã. ĩpręgnatio vero naturalis, & tñ plus multo diſtẽperata eſt mulier & debilior.

Itẽ vẽter paulatim, & ordinate creſcit in imp̃gnatione, in mola vero ĩordinatæ. Itẽ & vẽter molaticę vtpluſ ad maiorẽ tumorẽ venit. Itẽ imp̃gnatio fit cõiter p̃cedente ordinata retentione menſtruorum. in mola aũt proceduñt cõiter inordinatæ. Item cõiter os matricis maxime qñ mola eſt ex humiditatibus eſt humidum & impregnante ſiccũ. De efficaciſſimis ſignis eſt vt ponit Gal. v. apho. cõmen. 51. in principio. impoſitio digitorum obſtetricis in vuluam. Q. ſi ſentit viam clauſam ſignum eſt impregnationis. vt Aui. de ſignis ĩprægnationis. Et inquit Gal. allegato loco magnum ſignum & certum eſt ad intelligẽdum ſi fœminę conceperunt apho. Quæ vtero gerunt, his vteri os comprimitur.

SIGNA diſtinguentia inter hydropẽ & molam ſunt. Qm̃ in mola in principio vſq; ad tẽpus venter eſt durior. Cum autẽ materia in ventũ conuertitur aut in aquoſitatem minoratur durities. Item vt dictum eſt venter non reſonat vt in tympanite.

SIGNA, diſtinguentia inter ſpecies eius. Qm̃ durities eſt maior in ea quæ eſt ex fruſto, & grauedo maior. ſecundo in ea quæ ex humore eſt. minor aũt grauedo & maior tumor in ea quæ eſt ex ventoſitate, & reliqua ſigna vẽtoſitatis, ſis itaq; attentus ne decipiaris.

CVRA. Canones. Ordinatio diætæ: Digeſtio. Euacuatio materiæ. Complexionis matricis remotio. Nã manente cauſa faciente diſcraſiam impoſſibile eſt diſpoſitionem aliquã finaliter curare. Vnde nota q remouendo cauſam oportet medicũ primo laborare & diætã, & alios canones dirigere in eius remotionẽ cum ſuis contrarijs. Q. ſi cauſa erit caliditas & ſiccitas matricis nõ videtur q aliquid prohibeat q regimine non tendat ad frigidũ & humidum, & hoc dico qm̃ Auic. & oẽs authores ſtatim in remouendo eã currunt ad res calidas. ex parte eorũ quæ aſſumuntur per ſuperius & per inferius, vt ſunt cõfectiones electuaria balnea ſuffumigia, & hmõi. vt ſtatim. hic volui te auiſare vt ſtudeas qm̃ non ſum ſic auſus ſtatim authoribus contradicere. Verũ ordinant ex parte diætæ Aui. & alij dimiſſionem exercitij, & dormire reſupine tenere crura eleuata. & hoc ne materia deſcendat. Item ordinat pro ſecundo vt præparetur materia ad exitum cũ mollificatiuis. vt dixit de apatibus duris. Idem cũ embrochis balneis & hmõi. Et pro tertio euacuant cũ phlebotomia vomitu ſolutione ventris. vt cũ pilulis fœtidis & hmõi. Item cũ prouocantibus menſtrua & facientibus abortire, & dicit q oleum alchechengi eſt mirabile in hoc.

Vt ſpecialius loquar. Ordinant diætam cum rebus calidis ex parte cibi & potus. Et laudatur cum cibis ſuis puluis menthæ, calamenti, origani, rutæ. Item laudatur brodium cicerum, faſeolorum, porrorum, & caulium, & ſimilium prouocantium & hmõi. Nota quomodo iſta conueniunt ducendo materiam ampliorem ad locum. conſidera. Vino vtatur potenti carnibus anatinis cum ſpeciebus, piperata, ſynapi. & hmõi calidis exiccatiuis, & prouocatiuis. De exercitio & ſomno dictum eſt. Euitet indigeſtibilia, & ventoſitatem generantia.

Pro ſecundo applicentur ventri maxime qñ eſt ex fluxu mollificantia ex parte balnei, vt ex decoctione maluarũ, violarum, ſeminis lini, maluauiſci, fœnugr. camomillæ.

Item ex parte emplaſtrorũ ex his & ſimilibus factorum cũ pinguedinibus, vt eſt pinguedo anſeris, anatis, bdellio, amoniaco, & hmõi oleo de ſpica, & de lilijs al. Item ſuppoſitoria ex radice maluauiſci. Item iniectiones mollificatiuæ, vt de apoſtematibus duris matricis hepatis & ſplenis ſupra dictum eſt. & tu ibi. Item dentur ſy. aperitiui. de quibus. iiij. trac. & valet iſte. ℞. artemiſiæ, ſauinæ, vtriuſq; calamenti, bethonicæ. ana. ℥. ij. aniſi, marathri, ſquinanti, ſpicæ nardi, ſpi. celticę. cyperi, calami aro. ana. ℥. j. aceti tantũ vt fiat leuiter, & quaſi inſenſibiliter acetoſum & cũ melle fac ſy. poſitus eſt quia efficax & gratia Chriſti.

Pro tertio euacua & fac phlebotomiam ſi videtur expedire & cætera conſentiunt laudauit Placentinus maxime in fruſto q phlebotomia ſaphenæ iterata, confert q menſtrua ꝓuocando iuuat ad curationem eius, ita q eius ſpecies in cura eſt prouocatio menſtruorum. Quomodo autẽ

prouocantur

prouocantur habuiſti ſupra propria rubrica. Euacuatio cum pilulis fœtidis & alijs ſolutiuis reſpicientibus materiã in matrice contentam fiat & iteretur vt decebit. Item laudatur vomitus. Item fiant iniectiones in matricẽ euacuantes in præcedenti rubrica.

Pro vltimo vero fiant balnea ex rebus materialibus dictis remouentibus malam cõplexionem eius, & ut dixi authores ordinant ſuffumigia ex rebus calidis, ſuppoſitoria calida, iniectiones calidas, balnea calida, vnctiones ad intra ex oleo de coſto, de ſpica, de lilijs, & hmõi, & quidam imponũt puluerem euphorbij, caſtorei, & horum calidorum cum his. Et inungantur fœmoralia & loca circunſtãtia, & os vuluæ ſemel in die ad minus. Credo tenendum q̃ mala complexio eius calida remoueri habeat cum regimine infrigidatiuo, diureticis frigidis, emplaſtris, balneis frigidis & humi. naſcalibus frigidis, vnctionibus frigidis, oleis frigidis, & tu bene conſidera. Vnde multum notaui verbum Auicen. in cura eius in fine capituli. cum dixit. & oleũ alchechengi eſt vehementis iuuamenti in hoc. & ipm̃ eſt frigidum. ideo bene conſidera. Et ſi per iſta remedia incipiet egredi, aut aliquid ſanguinis, vel carnei, aut ventoſitatis ita q̃ venter detumeſcat, ſpes erit curæ. ſi non dubitandum eſt de eius difficultate aut ĩpoteſtate. Item dubitandum ne materię raptum habeant ad ſuperiora vt ad hepar, & ſplenem. Et ex conſequenti efficietur mulier hydropica, vnde ſi non curatur, ad hydropẽ mulierem ducit, & ſic interimit, & videtur Placentino hoc neceſſarium. Sed contra eum nota verbum Auicen. de quo ſupra. & qñq; protenditur vſq; ad finem vitæ. Poſtremo ſcias q̃ quia paſſio difficilis, & chronica oportet iterare curam, qm̃ in vna vel duabus curationibus curari non poteſt. & hoc ſi eſt poſſibilis eius iteratio quia patiens toleretur. Et ſcito q̃ ſi in tribus curationibus, vel circa paſſio ipſa non remouetur exiſtimãdũ eſt aliquem ipſorum, aut q̃ medicus nõ cognoſcit cauſam, & non procedit directe. aut q̃ cura eſt impoſſibilis. Quid autem agendum ſit cum cauſa eſt vẽtoſitas ex dictis patet. & ex his quæ dicta ſunt ſupra de vẽtoſitate matricis, & de inflatione eius, & tu ibi. Peſſariũ educẽs molã. ℞. oleia l. oppopanaci. ana. ʒ. ij. fellis tauri. ʒ. j. puluerizentur fiat ſuppoſitorium eſt efficax. Item valent quæ prouocant fœtum mortuũ, & aborſum faciũt. vt ſupra & infra. & ſi vis fortificare appone electuarium.

## *De regimine prægnantium & earum appetitu.* Rubrica. XXVIII.

CVm certificatum erit mulierem eſſe prægnantem oportet conſequenter medicũ ſtudere eius regimini ex parte ſex rerũ nõ naturaliũ. Debent itaq; earũ cibi eſſe panis mundus à furfure. caueãt enim à furfure qm̃ abſtergit, & omne tale eſt eis nociuum niſi cũ eo eſſet ſtypticitas ſicut in geleniabin. Itẽ à fœniculo, & ol tali prouocatiuo. Item brodia ſint pinguia ex carnibus laudatis. ſ. tẽperatis & propinquis temperamento vt perdicis, faſiani, caponis, hædi, gallinæ, & hmõi. de quibus ſupra. iij. tract. & hoc pp ſtypticitatẽ ventris earũ. Et hoc intellige niſi in eis fuerit caſus appetitus quo caſu pinguia nõ cõferũt vt infra. Itẽ cõferunt ptiſana hordei, ſiue iuſcula ſaliẽ in primis diebus ſuæ cõceptionis, quia facilis ſunt digõnis. Et breuiter cibaria earum debent eſſe facilis digeſtionis, qm̃ magna pars ſui caloris ad fœtum conuertitur. & debet partire eius nutrimentum. ita q̃ in vice vna non accipiat multum de eo ſed parum propter abſentiam caloris. Et nota q̃ ex bono nutrimento bonus inde fœtus, & bonorũ mor naſcitur niſi prauitate menſtruorũ impediatur. Oua ſorbilia ſunt hoc caſu conuenientiſſima. Et euitet faſeolos, cicera, apium, fœniculum, & omnia talia quæ ſunt menſtruorum prouocantia, de quibus ſupra ſua rubrica, per q̃ diſcurras tu, & maxime in multa quãtitate. q̃ ſi de eis pauca quantitas ponetur vt eſſet ſicut ductor aliarum rerũ & nutrimenti ad matricem eo caſu conuenirent. aliter non.

Vinum ſit odoriferum, ſubtile, & vetus ſtypticitate aliquali participans. q̃ ſi fuerit paucæ nigredinis erit Hippo. plus placens. eſt enim ſic ſtomachi confortatiuum & ſpiritus, & caloris generatiuum, q̃ ſi oportebit lymphare ſit aqua ferrata parum, aut plus vt videbitur expedire. Euitet acuta, & amara vt cappares, oliuæ immaturæ conditæ, acetum, & omnia quæ ſunt apta prouocare tuſſim, ſynapi & quæ mouent ſternutationem, & hmõi. Item euitẽt vẽtoſa, & omnia quæ apta ſunt aborſum facere. de quibus infra ſua rubrica ad plenum. & tu ibi. In menſa ſecunda poteſt vti citonijs, piris, paſſulis, granatis, nucibus, & pomis muzis, quia medij ſaporis inter dulcem & acetoſum, ſtyptica enim ſunt &c. Et nota q̃ quia ex his ventoſa aliqua ſunt decoquantur bene. Somnus & vigiliæ debent eſſe moderati. ſed tamen voluit Raſ q̃ ſomnus ſuper vigiliam debeat augeri. Deuitẽt motum ſuperfluum, & ſaltũ & percuſſionem, & caſum, & coitum ſaltem in primis mẽſibus duobus, & omne quod eſt aptũ prouocare aborſum. vt infra. vnde Gal. quædam prægnans coitzauit poſt conceptionem per paucos dies quia in quinto die, & emiſit ſicut albumen oui, & aborſa eſt. Exercitium & temperatũ, & ſuaue confert eis, immo in eo ſunt occupandæ. Euitet balneum niſi foret neceſſarium apud partum. de quo infra. Vnde Aui. Balneum enim eſt eis execrabile niſi apud neceſſitatem, & ideo beſtiales ſunt mulieres noſtrę quæ cum impręgnatæ ſunt faciunt eis balneum. aut ad termas vadunt. Nullo modo repleanẽ ſed diuidaẽ cibum vt ſupra. ventrem ſibi teneant lenem cum eis quæ leniunt cũ æqualitate, & cauſa qm̃ dubitandum eſt ne fœcea duræ retentæ lædant matrices cõprimendo, & inde cauſent dolorem, & hoc ſuppoſito q̃ ex ſe non habeant beneficium, ita q̃ talis non ſunt neceſſaria niſi cum conſtringitur natura valde. Euitent fortem ventris compreſſionẽ quia fortis cõpreſſio eſt cauſa aborſus, & ideo enema. Et conuenientia ſunt eo caſu iura pinguia, maluæ, violæ, maluauiſcus, ſebeſtẽ, pruna damaſcena exiccata, thamarindi, caſia, manna, & huiuſmodi. vnde à fortibus abſtinendum propter periculum aborſus. Euitent iram, triſtitiam, timorem, & huiuſmodi. & gaudijs moderate lętificationibus vtatur, & abſtineat à riſu multo magno, & frequenti.

POST AVTEM regimen tale habeat regimen per medicinalia. Et primo ſtudendum eſt confortationi ſtomachi ipſarum, quia vt patet, multum lęditur cum maſtice xyloaloes, & hmõi. quæ ſtomachũ confortant in quibus non ſit multa caliditas. de quibus ad plenum ſupra de debilitate ſtomachi. Item valet in hoc caſu exhibitio gelenabin in abſtergendo & mollificando materias multas de ſtomachis earum. nam ſi habet de abſterſiuo habet etiã de ſtyptico q̃ dico propter dictum ſupra de furfuribus.

Item cum confectionibus valentibus ad hoc & matricẽ confortantibus cuiuſmodi eſt cõfectio de margaritis Aui. in hoc capitulo. certe multum vtilis & efficax, & ideo eius deſcriptionem pono. ℞. margaritarum non perforatarum pyrethri. ana. ʒ. j. zinziberis, maſticis. ana. ʒ. iiij. zedoariæ, doronici, ſeminis apij, caſiæ, cardamomi, nucis muſcatæ, macis, cinami, ana. ʒ. ij. been rubei, piperis, macropiperis. ana. ʒ. iij. cinnamomi. ʒ. j. zuc. ſublimis ad pondus omniũ & plus. doſ eſt coclear vnũ & eſt. ʒ. iiij. vel circa. Et vt dictum eſt ſtudium ſit vehemens circa ſtomachos earũ. Vnde confice elec. ad hoc facta cum zucchаro plurimo et ſpeciebus aromaticis nõ multũ calidis, qm̃ multũ calia poſſent eſſe cauſa eductionis embrionis, & ipſorũ mẽſtruorũ.

Et intendens ſtomacho vt perſuaſum eſt diſcurrã per ea quæ aut appetitum lædunt aut iuuant. vnde cum appetitus cadit in eis vt cõmuniter accidit in primis menſibus debet abſtinere à pinguibus vehementis pinguedinis. dulcibus vehementis dulcedinis, qm̃ talia appetitum deijciũt ſed vti debent cibis ſubtiliantibus, & incidentibus phlegmaticas

gmaticas materias in ſtomacho cõtentas, vt ſunt porrum, cæpe, & in pauca quantitate cum modico aceti & hmôi. & iſta exhibentur coacte. hoc dico vt ponitur ſupra abſolute moderantur. Item & moderatur potus aquæ, & maxime cauſa exiſtente calida, vt in mulieribus habentibus ſtomachum calidum, & hepar calidum cõplexionem calidam. Item ſi accidit ex phlegmate q putreſit in ſtomacho quod eſt ſm plurimum adhuc foret eius moderatus vſus, qm̃ in tali eſt caliditas extranea proſternens appetitũ quæ remittitur & tollitur vſu aquæ frigidę. cõſidera. Itẽ confert vinum odoriferum ſubtile, ſed paucũ. eſt & enim iuuatiuum rectificans appetitum. & illud quod accidit de nauſea vomitu plurimo. Aui. Item cõſeruot omnia quæ ſunt ſtyptica cum temperata caliditate, & laudatur virga paſtoris in qua ſunt aliquæ partes calidę, licet ex ſe frigida ſit, ſed data cum vino, & ariſtolochia data ante cibum & poſt, ſed in pauca quantitate, quia ſunt diſplicibilia fac cõfectionem ex eis. Emplaſtrũ factũ ex citonijs, dactyl. al. ſiccis, calamo aroma. ſpica cũ vino odorife. antiquo. Q. ſi fuerit dolor, & inflatio appone aniſum fęniculũ, & hmôi.

Vbi autem appetitus fuerit corruptus ad carbones & hmôi debet medicus ſtudere in mundificando ſtomachũ cum melle ro. co. & medicinis leuibus vt ſtatim, deinde dare confortantia ſtomachum vt agreſte cum vino granatorum & hmôi cum zuc. Et ad extra inungere, & puluis polypodij exiccati eſt in hoc conferens valde ad extra appoſitus, & quidam ad intra datus. ſed tamen nota pro medicinæ laborioſe ſoluentes ſunt hoc căſu ſuſpectę. & ideo bene conſidera, & non tranſcendas mannam, aut caſiam, licet aliqui laudant reubarbarum, vt Meſ. ſtude itaq; eius mundificationi cum his facilibus, & cum diſcretione. Dicit Aui. q ſynapi eſt vltimum in reducẽdo appetitum earum. & ſupra ipſum eſt damnatum. Iam ſolutum eſt. Con ſimiliter & oliuæ ſalitæ, & cappares. incidunt enim maxime cum aceto & abſcindunt humorem malum corruptũ & excitant appetitum. Et ſi earum appetitus eſſet ad caſeum. habeatur caſeus recens, humidus & mollis, & aſſetur ſuper prunas, & exiccet. eſt enim melior q̃ ſiccus acutus ex ſale. Et nota hic Viaticum. inquit. oportet vt in principio conceptus nullus ad memoriam forminę reducat cibaria quæ illo tempore inueniri nequeunt ne forte deſiderium rei non inuentę cauſa ſit aborſus, & ſi deſiderat ad ea inueniẽda, & adducenda feſtinemus. Vidi clibanariã vnã quæ oĩ die comedebat vnã parapſidẽ cinerum. Q. ſi fuerit ad carbones & hmôi. dentur fabæ aſſatæ, & cicera. Et hec de regimine prægnãtiũ & earũ appetitu ſufficiunt.

## *De cura accidentiũ pgnantibus.* Rub. XXIX.

SI primo ſuccurremus accidẽtibus quæ ſunt cauſa frequenter aborſus etiam ſuccurremus cõſeruationi embrionis in vtero, de quo poſt, & ideo de ipſis prius. Accidentia itaq; ventre conſueta omittendo aborſum, quia de eo poſt, ſunt Dolor ventris. difficultas vrinę, & diſtillatio eius, Anxietas, Nauſea, Abominatio, Corruptio appetitus, Dolor ſtomachi vomitus, Dolor capitis. Vertigo, tenebroſitas oculorũ. Fluxus uẽtris. Pulſus ſiue cordis, tremor, inflatio pedũ, et mollificatio, aptio mẽſtruorũ, Et ex dictis & dicendis aperta ſit cura, tñ in eorũ remotione aliquã curam, & exempla ponã, ſed prius hanc regulam menti ſemper habe, q cũ leuioribus ſemper pcedas, & per exterius omittendo q̃ per interius danẽ vt poſt, & maxime in primis & vltimis menſibus, neq; de eis curandis te intromittas niſi cum fortia fuerint.

AD DOLOREM ventris ſi opportuna eſt euacuatio fac eam cum leuibus medicinis vt in præcedenti rubrica cum manna, caſia, & hmôi. Electuariũ ad hoc. ℞. caſtorei, nucis muſc. zedoariæ, doronici. ana. ʒ. v. ameos, apij. ana. ʒ. j. ſeminis iuſquiami, albarum margarita. nõ perforatarum. ana. ʒ. j. zucchi. ad pondus omnium & fiat. doſis eſt. ʒ. ſ. cum vino. Electuarium ad idem & conſeruat fœtum. ℞. zedoariæ, doronici. ana. ʒ. ij. margaritarũ, bdellij, carabe, ſerici crudi. ana. ʒ. ij. caſtorei. ʒ. j. ſ. vſneæ, ſpicę. ana. ʒ. ſ. cheil croci gariofilorum. ana. ʒ. j. mellis quantum ſufficit. doſis. ʒ. j. cum vino.

IN DISTILLATIONE & difficultate vrinæ recurre ad locũ pprium & vtere leuibus. & p extrinſeca vt poteris. vt ga ibi diffuſe multũ, ideo ſupſedeo hic.

IN ANXIETATE recurre ad capitulum decimum. rubrica de aſthmate, & difficultate.

De corruptione appetitus iam dictum eſt.

AD VOMITVM debes ſtudere in adminiſtrando aromatica ſtyptica ſuper cibos ſuos, & poſt cibũ ſtyptica pontica, ſicut citonium aſſatum, & melius ſi fieri poteſt cum in eo fuerint frixa ligni aloes. Item fiat leuis fricatio manuum & pedum in diuertendo. Item teneas in ore grana granatorum cum folijs menthæ. Item deglutiant aliquod de miua citoniorum. Item aſſumptio boli armeni. ſedat enim nauſeam earum & vomitum potenter & maxime quando eſt ex cauſa putrida, qm̃ bolum armenum putrefactioni reſiſtit, & ideo in peſtilẽtia &c. Item emplaſtra applicentur, & vnguenta, cerotaria, & alia ſtomachum confortantia. de quibus ſupra decimotertio cap̃. Item dentur ſyru. vt ibi & laudatur hoc caſu ſyr. de agreſta & de acetoſitate citri. Bolus armen. putrefactioni reſiſtit.

CONTRA vero dolorem capitis, vertiginẽ, tenebroſitatem &c. & fluxum procede cum lenibus ſuis ru. poſitis, & cum exterioribus ſi id ſatisfacere credis.

CONTRA vero pulſum cordis ſimiliter Auicen. quia credit id accidere ſm plurimum ppter cõmunitatẽ oris ſtomachi, & cauſa humoris in eo laudat ſorbitionem aquæ calidæ paulatine factam. vt faciat præcipitare illud quod eſt in ore ad fundum & ad inteſtina. Q. ſi fuerit humor euacus cum prudentia vt ſupra.

CONTRA fluxum menſtruorum applica ſtyptica, & non aromatica propter matricem vt ſunt lentes, cortices, granatorum, balauſtiæ, glandes, gallæ, bolus ar. carabe & hmôi. & ex his cum farina hor. & aceto fiat emplaſtrum & ponatur ſupra pectinem. Item in hoc caſu laudatur multum philonium perſicum. Item valet triphera minor ex arte phenonis. Item laudatur ſeſſio in aqua rerum ſtypticarum dictarum vt ſit aqua tepida ad frigidum declinans. Item ſumat de trochiſcis de terra ſigillata. Ponantur ventoſæ ſub mamillis abſq; ſcarificatione, vt ex fluxu menſtruorum dictum eſt. Item inungatur vẽter, & renes ex tali vel ſimili vnguento. ℞. boli ar. maſticis, ſanguinis dra. terræ ſigillatæ. thuris. ana. ʒ. ij. achaciæ hypoquiſtidos, berberis, vitri, nucis cupreſſi. ana. ʒ. j. ſ. colophoniæ, farinę ſiliginis. ana. ʒ. j. confice cum ſucco plantaginis, & virga paſtoris, vino utatur nigro ſtyptico cum aqua ferrata & chalybeata. Item valet cinis corticum nucum vſtarum cum vino datus, & fuit experimentum Cermiſoni in duciſſa veneta.

CONTRA inflationẽ pedum & eorum mollitiem adminiſtrentur exiccatiua illarum humiditatum. nam pedes ſic inflati dicuntur vndimiati, de qua vndimia tertia quarti. vnde emplaſtrum cum folijs caulium & aceto decoctionis citri, & chimoleæ, & cum anetho & farina fabarum, & frumenti valet, & cætera exiccatiua, de quibus ſupra de hydrope aſcite, & tu ibi. Poſtremo hic nota q Auicẽ. leuiter pertranſiuit de cura horum accidentium, tũ quia de ipſis alibi ad plenum. tum quia conſequuntur imprægnationem tanq; cauſam, & quia cã remoueri nõ põt hinc &c. & ego idẽ egi ipſum ſecutus. & hæc ſufficiant.

## *De conſeruatione embrionis, & cautela aborſus.* Rubrica. XXX.

VSq; modo intenti fuimus in conſeruationem prægnantis, & remotionem ſuorum accidentium cõſequenter

ſequenter dixi agendũ de conſeruatione embrionis in matrice, & cautela aborſus. Vbi notandum primo ꝙ periculum maius aborſus eſt à primo menſe vſq; ad quartum, et à ſeptimo vſque ad nonum. & ideo in his menſibus debet mulier ſe abſtinere ab eis cauſis quæ aborſum faciunt, de quibus hic vt ducem ſequar, & in ſequenti tu. latius. Et eſt ſimile de alligatione fœtus ad matricem ad alligationem fructus in arbore. nam ſicut in primis mẽſibus fructus debiliter eſt alligatus, & in vltimis cum maturatur faciliter cadit, ita & de fœtu.

C A V S Æ hic aſſignatæ ſunt ſex. prima aſſumptio pharmaci ſaltẽ fortis ꝙ ſua venenoſitate lædit & forti ſua agitatione ita lædit fœtum vt aborſum faciat. Hic nota ꝙ aliquando propter multos humores malos, aut malum ſanguinẽ ſit embrionis corruptio. unde oportet medicum facere euacuationem, ſolutiuam ventris, aut phlebotomiã. ꝙ ſi facies cum ſolutiuo illud debet eſſe leue, vt ſupra de regimine prægnantis, & tu ibi cum manna, caſſa, & huiuſmodi. Et ſi poteſt debet expectare vſq; ad tẽpus quod eſt inter quartum & ſeptimum. Item & in eo tempore fiat cum prudentia, et cautela propter periculum eminens, ſed multo maius, & cum maiori prudentia ſi fiet in primis & vltimis menſibus. nam ſemper periculoſum & ideo ſemper prudenter agas, & ſi potes non te intromittas. Q; ſi fiet euacuatio cum phlebotomia illa ſecurius fieri põt in primis menſibus propter paruitatem fœtus, ſed in vltimis cũ periculo magno propter magnitudinem fœtus, quia ſibi ſubtrahetur nutrimentum. Et nota ꝙ aliquando mulier impraegnatur in tempore ꝓpinquo menſtruatione, & tũc menſtrua quæ debebant expelli retinentur, & euacuatione indigent ne fœtum corrumpat, & eo caſu poteſt fieri phlebotomia in principio, & ſecure magis, & forte plures mulieres abortiunt hac de cauſa quibus ſi ſuccurreretur non fieret aborſus. Et credo ꝙ dña Marchioniſſa de Monte ferrato ob hanc cauſam abortiebat. & quidã medicus cognoſcẽs cauſam phlebotomauit & fœtus ad lucem venit. ante autem ſemper faciebat mortuos, & ſic filijs carebat.

Credo etiam ꝙ ſi in mulieribus ſanguineis fieret phlebotomia in primis mẽſibus eſſet iuuatiuum fœtui. Nota tamen ꝙ in hoc caſu videtur Aui. cõſulere vt euacuatio fiat in primis cum ſuppoſitorio, & non cum ſolutiuo dato per os, deinde intromittantur in vuluam quæ ipſam mundificant ex leuibus non intẽdendo euãre in vna vice ſed in pluribus vicibus vt talis euño fiat abſq; ꝑiculo. iſtud tñ remedium quia inuſitatum, dñabus videretur extraneum.

Secunda cauſa poteſt eſſe mala complexio frigida quã cum comprehendis ex ſignis ſuis, tunc mulieri exhibeas per os & ad extra cerotaria, & alia huiuſmodi quæ eam remouent ex calidis, & ſtypticis dictis ſupra de mala complexione matricis.

Tertia cauſa poteſt eſſe apoſtema & vlcera & hmõi, ꝙ ſi ſic eſt cura cum his quæ ſuis rub. poſita ſunt.

Quarta cauſa quia aliquãdo percipit medicus ꝙ in prægnante eſt mala materia calida, & timetur fluxus eius ad matricem ex qua etiam timetur apoſtema calidum matricis futurum & fœtũ mori, tunc eo caſu debet medicus euacuationem facere cũ leuibus, vt ſupra deinde applicare vẽtri, & dorſo repercuſſiua ad prohibendum fluxum eius, & ad remouendum malam complexionem.

Quinto ſi medicus comprehẽdit aborſum debere ſequi non ex cauſis his neq; ex dicendis ſed ex ipſo embrione qa ſit debilis & hmõi, tunc medicus debet confortare matrẽ cum cibis & potibus temperatis boni nutrimẽti & hmõi. vt ſupra de regimine prægnantis, & ſic etiã ex parte aliarũ rerum non naturaliũ. Item cũ cõfectionibus cõfortatiuis, emplaſtris, cerotarijs, & de his in fine rubricæ.

Sexto quando medicus timet aborſum & præcipue in muliere ſibi domeſtica, qa cognoſcit matricis eius diſpoſitionem quia lubrica eſt multitudine humiditatis, tũc debet eſſe ſollicitus in mundificãdo primo corpus mulieris & matricem ipſam prius cũ iniectionibus, ſuppoſitorijs, & hmõi, vt ſupra de ſterilitate ex cauſa lubricitatis dictũ eſt. & hic canon eſt ꝑuiſiuus. Vnde in caſu noſtro dentur apitiua ex radicibus petroſellini, fœniculi, & hmõi. Item euacuatiua vt ex fœtidis, hiera, & hmõi. Et laudat in hoc ab Aui. clyſter hoc factum ex origano, ſauina, ameos, leuiſtico, ramia anethi, camomilla ruta, thimo, vel epithymo, fœnugræco, ireos. ana. cum oleo vio. ſaracenicarũ, & ſuis violæ. croceæ, & oleo ſiſamino. & fiat de quarto in quintum diem. Clyſter aliud. ℞. colloquintidam & perforet eam & extrahe grana eius. & impleatur oleo de lilijs, & dimittatur die ac nocte. deinde ſuper cinerem calidum bulliat ſufficienter, deinde tepefiat. & matrix eo clyſterizetur, eſt enim abſterſiuum. exiccatiuum. & ſolutiuum. Itẽ ad exiccandum humiditatem valent inunctiones factæ cum oleis calidis odoriferis cum lana. Itẽ confectiones magnæ. vt therisca, mithridatum, ſazenea, diamarte, diamuſcus, et hmõi. his vtatur de tertio in tertium diem. & de quinto in quintum. & hoc poſt mundificationem. Item in exiccando & confortãdo valet. ℞. thuris, cyperi, trciorum. ana. p. j. myrrhæ. par. ʒ. decoquantur cum ſexcuplo ſui aquæ donec redeat quarta & coletur. & clyſterizetur ex ea matrix cum. ℥. iiij. & hoc facta prima euacuatione. & hoc in omnibus. Item valet ſpica, crocus, maſtix, bdellium, amomacum, gallia, caſtoreum, adeps anſeris & hmõi. cum lana ſuppoſita coniunctim aut ſeparatim. & hoc facta prius mundificatione ex quibus ſi vis fac peſſarium. Ad cõſeruandum autem fœtum in matrice valent omnes medicinæ cordiales. de quibus. ij. cap. & maxime quando ibi non eſt mala complexio calida aut fri. apoſtema calidũ, & inter alios nominat Aui. zedoariam, doronicum, & been al. & rubeum letificans, diamuſcum, et mithridatum. Ad idẽ valet lutum creticum ſuſpenſum ſuper prægnantem. Itẽ electuarium in rubrica præcedenti poſitum cuius initium ℞. zedoariæ, doronici. Item electuariũ ante illud & eſt Serapionis. Item adamas lapis portatus in digitis aut ſuper ſe conſeruat embrionem in matrice à proprietate, & hoc remedio vtuntur omnes noſtræ. Item ſpolium ſerpentis mulieri datum cum mica panis ipſa neſciẽte retinet fœtum in matrice ne exeat. Item coagulum in ventre leporis parui exiſtentis in vtero matris ſuæ prægnanti datum efficaciter operatur. Item cancer fluuialis tritus & mulieri datus ad idem valet. Item valet confectio alcharã Auic. in quinto. item biſtorta, phdonium perſicum, mithridatum. ſyr. de agreſta. uẽ valet cinis corticũ nucis vſtę. vt ſupra. De cura accidentiũ maxime qñ timetur aborſus ex fluxu menſtruorũ. tu conſidera cauſam propter quam poſſit accidere & contra eam operare de quibus in ſequenti rubrica.

## *De aborſu, & cauſis eius.* Rubrica. XXXI.

ABorſus non eſt aliud q̃ exitus embrionis uel fœtus ante tempus à natura ei conſtitutum.

C V I V S cauſa eſt aut exterior ex primitiuis. & de quibus & aliquid ſupra aut ex parte matricis aut ex parte fœtus ſumpta. Ex primitiuis eſt aer primo in caliditate aut frigiditate immoderatus. vnde q̃plures abortiunt ꝓpter vehementem frigiditatem, & magis q̃ ꝓpter caliditatis exceſſum. Item ex parte cibi. quia mulier vtitur aperitiuis ꝓuocatiuis menſtruorũ. ut ſunt faſeoli, cicera ru. apiũ, fœniculus, & hmõi. item acutis medicatiuis inducentibus tuſſim ſternutationem & hmõi. vt ſupra de regimine prægnantium. Item motus fortis, eleuatio põderis & hmõi. ſaltus & præcipue ad poſteriora. Repletio nimia, inanitio nimia maxime fœtu exiſtẽte magno. propter quod credo ꝙ peccent prægnantes ſic ieiunantes, & qui conſulunt.

Item accidentia animi fortia, vt triſtitia, ira, & hmõi. vt ſupra de regimine prægnantium. item adiuuat ad eum balneum & prolongatio præcipue in eo. Item accidit quoq; propter

propter debilitatem fœtus facti debilis reſolutione ſpirituum ex fame & ſiti, aut propter ſuperfluum fluxum iuxta illud Hip. & reliquos in fine capituli collige. aut euacuatione multi ſanguinis per phlebotomiam aut aliter. Vidi neptem domini Proſdocimi de comitibus prægnantem à qua exiuerunt in .12. diebus libræ vltra ſexdecim ſanguinis per nares. fœtus ſanus exiuit & viuit. & eſt annorum uiginti & mulier euaſit. & quanto fœtus eſt maior tanto citius abortit mulier quando exuberat fluxus ſanguinis narium aut menſtruorum vel aliter quomodolibet. item ſi fluxus fuerit cum pharmaco factus. Item maxime facit ad hoc coitus factus poſt ſeptimum & præcipue cum multiplicatur. cõmouet enim matricem et ligamenta incipiũt poſt ipſum menſem relaxari. & ideo periculum eſt. Item quando à matrice egreditur aliquod virulentum mordicans, tunc natura conatur in expulſione eius, & ſic expellẽdo expellit & fœtum, & hæc virulentia conſueuit aliquando apparere tempore quo fœtus eſt mortuus, quo in tempore natura contra ipſum ſic mortuum mouetur & aborſum facit. & hoc ex quacunque cauſa ſit mortuus. Item vt ſupra de ſterilitate multa humiditas in matrice exiſtẽs eſt cauſa lubricationis fœtus ad extra. Item humiditas à fœtu veniens ad matricem, vt cum fœtus non eſt fortiter alligatus, ſed debiliter propter eius debilitatem, & tunc ſe reuoluit in panniculis, & panniculi relaxantur, & rumpũtur vnde fluit humiditas fœtus ad matricem mordicans & ſtimulans, quare &c. Item amplitudo oris matricis eſt cauſa huius quia matrix non debite adunatur vt fœtum contineat. Item vt ſupra mala complexio matricis frigida aut humi. poteſt eſſe cauſa huius. Item vt dictum eſt paucitas nutrimenti, quia debilitatur. & ideo vxorem non permittas ieiunare. Item ventoſitas, apoſtema, durities, cancer, & hmõi ſunt ſatis aperta cauſa. Aborſus facti in ſecũdo aut tertio menſe cauſa eſt ſm plurimum uentoſitas aut humi. in orificijs venarum matricis qua contexuntur ſecũdinæ, & appellantur orificia. vnde humiditas illa eſt cauſa mollificationis & relaxationis: quare ſequitur debilis alligatio fœtus ad matricem: & ſic ex omni nimia re, q̃s paruo motu aut ventoſitate pauca, aut grandine pauca ſequitur aborſus. Item mala complexio calida exiccans: aut frigida congelans quandoque eſt in cauſa. Item idem facit tenuitas ſpermatis in radice, quia. ſ. ſperma eſt tenue fluidũ ex quo generatur panniculus debilis præparatus diſruptioni. vnde in. vi. & poſt ipſum accidit aborſus. Item aborſus in ſecundo tertio vel ſexto menſe factus ſm plurimum eſt à ventoſitate. Item ſcito q̃ mulier vehementer extenuata prius abortit q̃ eius corpus ingroſſeſcat, quoniã non recipit tantum nutrimentum quod ſufficiat pro ſe & pro fœtu, imo vix ſibi ſufficit. quare iuxta illud. 5. apho. Quæ præternaturam tenues. de quo in fine capituli. Et in regionibus valde frigidis multiplicantur aborſus, & ſimiliter aeribus meridionalibus, & minoratur in ſeptẽtrionalibus, niſi ſint frigidi vehementes lædentes embrionem. Item ſcito q̃ quãdo hyems eſt auſtrina & calida fuerit & ſequatur ver boreale frigidũ abortiunt p̃gnãtes q̃ perituræ ſunt in vere ex qualibet cã, & pariunt debilẽ. & eſt apho. Hip. .iij. apho. de quo in fine capituli, nam in tali hyeme multiplicantur humiditates multæ, poſtea ſuperueniente vere frigido exprimuntur quæ ſic faciunt fœtum ad extra lubricare. Vltimo ſcito q̃ dolores in aborſu ſunt vehemẽtiores his qui ſunt in partu naturali, quoniam illi ſunt non naturales, & eſt ſimile de fructu maturo, quia maturus facilius & cum minori nocumento ſeparatur. ꝯra. Et hæc de cauſis aborſus, contra quas debet ſe opponere medicus cũ his quæ dicta ſunt de ſterilitate & cautela aborſus. de mala complexione matricis, & ſic de multis ſupra. & tu ad ea & ſtude. Et pro complemento rubricæ addo aliqua ex ſimplicibus quæ aborſum cauſant. Armoniacum, ariſtolochia, aſſa fœtida, bucormarien, cinnamomum, cyperus, caſſia lig. elleborus, filix, fumus cornu. galbanum, gẽtiana, aſſarum. Iuniperus, lupini, malua, mẽthaſtrũ, naſturtiũ, nepita, oppopanacũ, pineæ, pulegium, ſaturegia, vitis alba, vngulæ aſini, ſuffumigium ireos ſuppoſitum.

SIGNA demonſtratiua quando mamilla incipit detumeſcere poſt ſoliditatem ſanam, tunc appropinquat aborſus & forte in ea die fit. Quando lac frequenter prouocatur & cõtinuat donec mamilla detumeſcat, tunc iudica fœtum debilitari & appropinquare aborſum. Dolores in matrice frequentati annunciant aborſum. Et quando in ſe. accidit rigor & facies rubet & caput grauatur, & mulier ſe laſſam ſentit, & cum hoc percipit dolorẽ in profundo oculi. ſignum q̃ aborſus venit, & q̃ poſt hæc ſequitur fluxus mẽſtruorum, deinde aborſus. Complexiones, autẽ vlcera, apoſtemata, humiditas, & hmõi quæ ſunt cauſæ aborſus cognoſcuntur per ſigna ſua poſita in ſuis rubricis. Q. ſi euenerit cauſa ventoſitatis cognoſcetur per ſigna ventoſitatis facientis dolorem extenſiuũ abſque grauedine & permutatione cũ rugitu & hmõi. vt ſupra de inflatione matricis, & tu ibi. & nocomento percepto à rebus inflatiuis. Et cauſę primitiuę p ſua cognoſcuntur ſigna.

SIGNA demonſtratiua qñ fœtus aborſus eſt mortuus quia mulier percipit in concauitate matricis rem grauem ſicut lapis qui mouetur de latere ad latus. & propterea cum iacet ſuper latus & infrigidatur ſumẽ cum prius erat calidum & detumeſcit mamilla, & quandoque currunt humiditates virulentæ, fœtidæ, & ſignificat id ſi acciderint prægnantibus ægritudines acutæ nocentes ſua caliditate vehementi. nam ſi ex his prohibetur nutrimentum moritur fœtus, ſi non prohibetur vehementior fit ægritudo, & ſtum aliæ ægritudines prauæ. Et quãdoque fit albedo oculorum fuſca, & aures rigidæ, & extremitates naſi cum rubedine labij, & accidit diſpoſitio ſimilis hypoſarcæ. Itẽ his accidit fœtor oris, & in gutture, & ore, vlcera mala ex vaporibus. Item etiam fœtent inferiora, & hæc maxime contingunt quando fœtus in ventre moratur. Experimẽtum noſtrarum dominarũ eſt, quia ſe calefaciunt in aqua tepida & ipſa ſic calefacta ponunt ſe ſuper partem corporis ſub qua conſueuit mulier ſentire fœtum, & præcipit prægnanti vt anhelitum contineat quòd ſi viuus erit mouebitur. ſi non, non. ſed tu vide infra Rubrica de regimine fœtus mortui. vbi de hoc.

PROGNOSTICA mulier quæ debilis eſt & frequenter patitur in matrice de facili abortitur. Donec videris mamillas non gracilari non debes timere de aborſu, cum autem gracilantur annunciant aborſum vt dictũ eſt. Quando mulier prægnans eſt ex maſculo, tunc ſi venit aborſum prius gracilabitur mamilla dextra, ſi de fœmina ſiniſtra. Maior eſt dolor in aborſu quàm in partu naturali. Et hæc ſufficiant.

## *De difficultate partus.* Rubrica. XXXII.

DE difficultate partus & ingenijs habendis in partu & ante partum obſeruandis.

Cauſæ. vnde cauſa difficultatis partus ex octo in generali comprehenditur, quoniam ipſius cauſa aut eſt ex parte prægnantis. aut ex parte fœtus. aut ex parte matricis, aut ex parte ſecundinæ, aut ex parte victuantiũ & communicantium, aut ex parte temporis partus, aut cauſa obſtetricis, aut octauo & vltimo ex parte primitiuarum cauſarum. Et anteq̃ procedam ad narrationẽ cauſarum debes ſcire q̃ partus naturalis de debito modo factus eſt qñ fœtus exit cum capite prius, cuius manus exiſtunt iuxta coxas, cum autẽ exeunt pedes prius & non diſtorti, vel prius emittit manus & non oblique eſt partus non naturalis, ſed multum propinquus naturali. omnes autem alij ſunt mali & præternaturam.

Ex parte vero prægnantis quoniam os matricis eſt nimis anguſtum, aut quia ipſa prægnans paſſa eſt ægritudi-

tes propter quas debilitata eſt virtus expulſiua, aut quia ſic naturaliter eſt debilis, aut etiam facta propter famem, vnde & fœtus etiam eſt debilitatus cum ea, aut quia eſt timida facta ex ipſo partu, quia de ſeipſa dubitet, aut quia eſt primus partus non conſueta. vnde ligamenta non fuerunt conſueta diſſolutioni, & ideo etiam maiores habent dolores principiantes partum, aut quia eſt nimis antiqua debilis, aut quia habet plurimum adipis in zirbo & in matrice aut per totum, aut in collo ipſum oppilante, aut quia non iuuatur membrum compreſſione lacertorum vētris propter frigus, aut quia ipſa nō vult ſuſtinere dolorem, & ex omni modico mouetur de loco ad locum. & ſic alterat figuram infantis ab eo quod conuenit vt exeat.

Cauſa autem propter fœtum eſt vt quia fœmina eſt. vnde ipſa difficilius paritur. nā non eſt ita fortis ſicut maſculus. neq; ad motum ita agilis. & hoc alijs pibus, aut ꝓpter magnitudinē eius. nā aliquā eſt ita magnus ꝙ oportet partum eſſe difficilē, & ſpāliter muliere exiſte parua. & ideo ibi caueant mulieres paruæ quæ non ſunt in anchis ſuis bene amplæ ab accipiendo viros magnos ne in partu incurrant periculum. Item de difficultate partus facit magnitudo capitis fœtus, & ego vidi paduæ puerum vnius anni habētem caput maius q̄ caput magni viri & cōtinue creuit ad magnitudinem incredibilem & admirabilem vſq; ad annos nouem vel decem, & mortuus eſt. erat enim impotēs in ſermone. Item idem operatur groſſitudo ſiue magnitudo totius corporis. Item difficultat paruitas fœtus, quia ex hoc eſt debilis factus. Item quando fœtus habet duo capita. aut aliquando deficiens quomodolibet ab æqualitate creaturæ cum gibboſus & hmōi. Item quia ſunt plures in ventre embriones & vnus alium impedit licet ſint parui. & Aui. dixit in litera. & quādoq; eſt numeratio plurima valde in chyſti vni propter quod dictum Cōciliatoris noſtri ſupra in rubrica p̄cedenti non eſt ſpernēdum.

Item hoc cōtingit quia fœtus eſt mortuus. Itē quia figura eius non eſt naturalis ſicut ſi egreditur ſup pedes ſuos aut ſuper latus, aut quia manus ſunt plicatæ ſup coxas ſuas & genua de quibus in ſpālt ru. infra. & iſta contingunt ꝓpter malum motū embrionis, vnde nō pōt habere bonum. ſic enim idē operat̄ inquietudo p̄gnantis, vt in p̄cedē. ru. propter quod obſtetrices debent facere eas ſtare quietas. & cū ſentitur ꝙ dolor deſcendit ad inferiora, & anhelitus ſit bonus, ſignum quòd partus erit facilis.

Cauſa aūt matricis ſit partus difficilis. primo quia matrix parua eſt, & ꝓpter eius paruitatem ꝓhibet̄ exitus, aut quia nimis ſicca in qua non eſt lubricitas, quia lubricitas eſt cauſa facilitatis ptus, aut quia talis eſt in creatione ſua, aut quia in facta ſtricta ꝓpter conſolidationem factā in vlceribus iam in matrice conſolidatis, aut quia in ea ſit mala ægritudo, vt phlegmon, vlcera, rhagadiæ, hæmorrhoides & hmōi quæ hn̄t conſtringere meatum. Cauſa ſecundinæ eſt vt ſecundina nō diſrumpatur ꝓpter groſſitudinem ſuam, vnde fœtus non niſi cū difficultate egredi poſſit, aut quia cito rumpit̄, & ante cōplementum egrediunt̄ limoſitates ſiue humiditates quæ debebant eſſe cauſa facilis exitus eius. Cauſa vicinantium eſt vt ſit in veſica apoſtema aut nocumentum eius ex eleuatione veinæ, aut fex ſicca in inteſtinis, aut apoſtema à colica, aut hemorrhoides, aut vlcera, aut aliquod tale oppilans & prohibens exitum eius facilem, quia iſta mulieris ſint ſubtilia habētia tenuem myrach, vnde expulſiua eſt debilis. Cauſa autem temporis eſt, quia fœtus tentat exire ante tempus debitum nō infeſtatus ab aliqua cauſa. vñ ſi mulier nō erit fortis, partus erit difficilis. ſi fortis fœtus erit debilis. Item quia ſit in. 12. anno vel circa & eſt rariſſimum, nam via nimis anguſta.

Ex cauſis primitiuis accidit, vt propter forte frigus vnde membra partus conſtringuntur, & ideo obſtetrices in eo caſu debent eſſe ſollicitæ cum pānis calidis, igne, & huiuſmodi. ex quo infertur ꝙ abſolute alijs paribus difficilior eſt partus in ſeptentrionalibus & locis frigidis. & partum difficultant accidentia animi, triſtitia & hmōi. Item & fortis calor debilitans, & tu inferas in regionibus calidis. Item vſus aromaticorum, & præcipue tempore partus eorum odor, quia matricem ad ſuperiora conuertunt, nec dari debent niſi cogēte virtutis debilitate. Item hoc idem facit vſus rerum conſtringentium & ſtypticarum, quoniam inducunt periculum fracturæ venarum pectoris, & quandoq; inducunt fracturam. Item quandoq; perducit ad ſpaſmum. Et nota ꝙ multotiens difficultas partus inducit magnitudinem ventris & inflationem in myrach, & ideo ſollicita, & non tardes in earum auxilio. De cauſa obſtetricis dicendum ꝙ Auic. non proſequitur de ea quæ relinquit vt ipſa ſit docta.

S I G N A demōſtratiua in ponēdo ſigna eius prius ponam ſigna appropinquationis eius, & ſunt cum mulier appropinquat tempori partus ſui, & ſentit ventrem declinare ad inferiora, & cum hoc grauitatem ſub vmbilico, et in dorſo, & dolorem in inguine, & caliditatem in ventre, & inflationem vehementem in die matricis, & eius humectationem, tunc ſcias ꝙ appropinquat. Item quia efficaciter grauior ſolito, & ſentit ſe quaſi per totum dolere.

Item ſentit in extremitate caudæ ſicut mollificationem, & inguina magis inflari. Quòd ſi cōtingat ſe dolere plus in anterioribus, & circa pecten, tunc ſperet partum facilē, & maxime quando eſt cum bonitate anhelitus. nam difficultas anhelitus ſignificat difficilem, ꝙ ſi dolor magis erit in poſterioribus erit difficilis.

Signa ſi continget propter mortem fœtus apparebunt in præcedenti rubrica dicta.

Signa ſi ꝓpter ſecundinā tunc ſignificabit illud qm̄ mulier fortis et robuſta eſt, neq; alia cauſa difficultatis eius apparuit, & alia de quibus in ſequenti rub.

Signa ſi ex cauſis primitiuis, aut alijs eorum omnia ſigna dicta ſunt.

P R O G N O S T I C A. in pinguibus partus eſt difficilior q̄ in extenuatis. Partus difficilis quādoq; perducit ad magnitudinem ventris, & inflationem myrach, quandoq; rumpitur vena, & perducit ad ſputum ſanguinis, & ad phthiſim.

C V R A difficultatis partus conſiſtit in duobus regiminibus. quorum primum eſt ante partū, Alius eſt dum mulier in partu laborat.

Primum attendēdum eſt maxime pro dominabus magnis. nam pro pauperculis non multum laborat medicus. Et pro cōplemēto ipſius attendatur abſciſſioni cauſæ primo vt poſſibile eſt ſi poſſibilis eſt eius remotio, quia ſi diſpoſitio ſit naturalis quæ partum efficit difficilem magis remouetur medici beneficio. remouetur autem cauſa cum ſuis contrarijs quæ in proprijs dicta ſunt capitulis de cura matricis, veſicæ, inteſtinorum, & ani, debilitate neruorū, & totius corporis. & vt ibi. Vnde regimen hoc eſt præparatiuum prægnantis ad facilem partum habendum. Primo itaq; debet ipſa mulier ſe cuſtodire ab exceſſu aeris calidi aut frigidi, vt ꝙ ſtet in aere temperato. & hoc in octauo menſe vel circa, quia ante partum per. xx. dies. quo tempore debet vti cibis mollitiuis paucæ quantitatis, & multæ qualitatis, vt ſunt iura gallinarum pinguiū. Item vſus oleorum lenientium cum oleo aut brodio pingui gallinarum iuuenum. Item vtatur omni regimine impinguatiuo, lenificante, mollificatiuo, membra reddente apta dilatationi. Item vinum ſit dulce lymphatum non multa aqua. Item in cibis faciat decoqui in panno ſemina citoniorum. Item cōferunt dactyli, vuæ maturæ & huiuſmodi. Abſtineat ab omni re pontica, & ſtyptica, & in ſumma omne lubricans, vt ſunt pinguia, & lenificatiua ſemper cum moderamine ſunt hoc caſu conuenientia. Item calida & humida. Item oleum amygdalarum dulcium eſt in hoc caſu cōueniens, Item conuenit motus temperatus.

Item mundificatio ventris cum clyſteribus lenitiuis ex
brodijs pinguibus, zucchato, malua, vio. ſebeſtē, ſemine
citoniorum, caſſia, oleo amygdalarum dul. communi, ſiſa-
mi ſeminum, lini & ſic de alijs: & hæc mundificatio inter-
ponitur & circa horum partus magis frequentetur & ſem
per cum prudentia. Item appropinquante partu conue-
nit coitus frequens, & interim teneatur domina cum bona
ſpe, gaudijs, iocis & hmōi. & hoc in magnatibus.

Ex parte medicaminum fiat tina cum rebus mollifican
tibus, humidis, viſcoſis, lubricantibus, aperientibus, con-
fortantibus, vt ſunt malua, biſmalua, flores camomillæ, ſe.
lini, maluauiſcus, caput caſtrati, capilli vene. melilotum,
et huiuſmodi. Quòd ſi ponitur in eo oleum commune cre
do vtile, & hæc tina, ſeu balneum non ſit vehementer ca-
lidum, ſed teneatur in quadā temperie, ſicut eſt balneum
in quo balneantur nouiter nati. Balneum autem quo com
muniter vtimur non eſt conueniens. eſt enim nimis cali-
dum, reſolutiuum, & virtutis debilitatiuum. Et ſi mu-
lier abhorret balneum, habeantur ſpongiæ magnæ & in-
fundantur in aqua decoctionis dictarum rerum & appo-
nantur ſic temperatę ante, & retro, deinde fiat inunctio cir
ca fœmur, & dorſalia cum oleo de camomilla, anethino,
de cheiri pinguedine gallinæ, anſeris, medulla vituli & hu
iuſmodi. Item vngatur peritooxon. Item ex his cum
mucillaginibus citoniorum, ſeminis lini, altheæ, fœnu-
græci, & huiuſmodi, fiant vnguēta, cerotaria & huiuſmo-
di, quæ locis dictis applicentur. Item per inferius admi
niſtrentur ſuppoſitoria odorifera, & maxime per paucos
dies antequam ſperetur exitus fœtus, vt per ſex vel octo,
vt ex laudano, muſco, ambra, gallia, & huiuſmodi, & om-
nia hæc cum moderamine.

CVMQVE ſentit mulier dolores circa os ſacrum
& alchatim, & ipſos perſeuerare & frequētare, ſentitq; gra
uedinem & pondus matus plus ſolito inferius, percipitq;
humiditatem aliquam egredi, tunc iudicet partum appro-
pinquare. Cum ergo ita eſt & iam mulier eſt in hora pa-
riendi, debent quędam per ordinem ſeruare quibus ſerua-
tis completum erit. Regimen primum q; conſiderandū
eſt, eſt regimen mulieris parturientis. Secundum eſt præ
paratio obſtetricis quantum ad ea quæ ipſa debet obſer-
uare circa perſonam parturientis, circa perſonam ſuam,
circa ea quæ debet exhibere ex parte eorum quæ partum
faciant facilem. Tertium quomodo ſuccurri debet acci-
dentibus in partu ipſo contingentibus.

Ex parte regiminis parturientis, quia dieta eius ordina
ri debet ſic vt eius cibus ſit paucæ quantitatis, & multi nu
trimenti, facilis digeſtionis, vt ſunt oua ſorbilia recentia,
caro perdicum, pullorum, gallinarum iuuenum, hœdorū,
& hmōi. Item vinum ſit odoriferum & bonum, ita q; re-
gimine reſumptiuo regatur propter fortem reſolutionem
ex doloribus accidentem ei.

Et quia regimen hoc completur per ipſam obſtetri-
cem, ideo prius de eius præparatione expediam, quo ex-
pedito apparebit complementum regiminis parturien-
tis. Primo itaq; debet obſtetrix præparare ſedem ſuper
quam ſtare debet parturiens, aut modum ſm quem partu
riens debet ſe aptare vt facilis fiat partus, & in diuerſis re-
gionibus, & ciuitatibus diuerſa habent ingenia mulieres
ipſæ quæ à me enumerare non eſſet poſſibile, modum ſal-
tem tangam communem & habilem omnibus. Cum au-
tem eſt in actu ſic parturiendi obſtetrix iubeat prægnan-
tem ſedere per ſpatium horæ vel circa. dico circa, quoniā
aliquæ ſunt ita habilitate ex ſe ad partum, vt in vna hora
parturiāt. Si itaq; non eſt primus partus debet ſe informa
re obſtetrix de primo, vt ſciat quomodo ſe regulare debet
circa prægnantem, deinde faciat ipſam ambulare ſaltan-
tādo modo ſuper vno pede, modo ſuper alio, eſt iuuatiuū
valde, & quòd aut fortiter clamet, aut vt poſt anhelitum
teneat ad hoc vt inferius comprimat. Item faciat illa ſua
fricare, & præmere ad expellendum fœtum. Cumq; ſen-
tit mulier fœtum deſcendere, & os matricis aperiri ea for
tificatis doloribus, & quia humiditates incipiunt à maio-
ri quantitate emanare, tunc præcipiat obſtetrix vt præ-
gnans ſtet ſuper ſedem altam in extremitate eius ſuper pul
uinare, retro autem ponatur puluinar, & mulier alia cui
adhæreat, aut ſi poteſt ſtet ſuis pedibus, & ſe ſuſpendat
collo votiis fortis mulieris, quæ eam ſuſtineat, aut ſtet ſu-
per genua ſua in lecto ab alijs ſuſtentata mulieribus, &
quædam mulieres vt græcæ habent ſedem hoc modo
factam, vt hic.



Nam ſuper primam extremitatem ſemirotundam, ſtat
parturiens, retro eam ſtat quæ ipſam ſuſtinet, & tenet pul-
uinari, & retro ipſam eſt alia quæ vt ipſa eſt eleuata, ad
quam ſe apodiat mulier eam ſuſtinens & gubernans, & eſt
modus bonus quamuis non vbiq; fiat, ſed certe vt ab eis
habui non valet aliquis modus ſingularis, quoniam opor
tet mutare ſm dolores & cauſas impedientes exitum fœ-
tus, vt dicetur de pingui. His itaq; peractis debet obſte-
trix ſe expoliare, & ita veſtibus ſuis denudare debet, vt
ex ipſis non impediatur, & interim ordinet vt camera ſit
calida non exceſſiue, quoniam multum ex tali calido debi
litatur mulier, ſed omnia cum moderamine, & maxime
exiſtente hyeme. Quòd ſi tempus fuerit calidum illud nō
erit neceſſarium. Interim iubeat pannos lineos, & paucos
calefieri, & applicari ventri & dorſo, & non ſint nimis ca
lidi, nec multum frequenter, ne ex eorum frequentatione
reſoluatur virtus, & debilitetur mater, & fœtus. Item ca-
lefiat nucha, & loca ei circunſtantia, tuncq; ipſa inun-
gat ſibi manus ex oleo de ſiſamo, de lilijs, de amygdalis
dulcibus, & ſi non habet aliquod cum pinguedine galli-
næ, & partem brachij, & intromittat ſuauiter, vt ſua do-
cuit experientia tangendo, & mouendo ut videbitur et ex-
pedire, & reducendo fœtum ad hoc vt facilis fiat partus,
& interim ipſa & reliquæ ſtantes confortent ipſam partu
rientem bonis verbis dicendo quòd maſculus eſt, & cito
deonerabitur, & interim cum diamargariton, & huiuſmo
di, cōfortetur vino odorifero, & bono. Quibus peractis
ſi facilis erit partus bene erit deo ſemper laus. Quòd ſi ta
men difficilis, tunc obſtetrix velit cauſam huius compre-
hendere. Quòd ſi fuerit quia nimis pinguis ſit, faciat par-
turientem ſtare cum capite ſuper pauimentum, & vētrem
ſuper genua ſua vt comprimat matricem, & pinguedinē:
vnde ſtet ſicut animal brutum, & pariat in forma eorum.

Item faciat interim & in caſu etiam primo ſternutare, &
fortiter ore, & naribus clauſis, & eſt cōſuetum, & optimū
remedium. Q. ſi non pariet, oportet q; os matricis ape-
riatur cum inſtrō appellato ſpeculum. Item ſupponantur
collyria, ſuffumigia, fiant & alia partū facilitantia, de qui-
bus infra ad plenum. Q. ſi tardabitur ꝓpter aliquā, aliā
cauſam, tūc ſe opponat cum ingenijs opportunis. Et ſcito

q; cum

ꝙ cum apparet ſecundina, tūc appropinquat exitus fœtus. Q. ſi tardabitur cauſa eius quia nimis dura, ſcindatur vnguibus, cultello abſq; cuſpide, aut forcipibus ne fœtum attingat, & lædat. Q. ſi nimis cito egreditur aquoſitas ab ea quia nimis ſcindatur ex ſe, tūc debet mulier comprimere fortiter, & interim obſtetrix inungere loca cum lubricantibus dictis. Et ſi tardabitur quia fœtus non eſt completus, & tentat exire ante tēpus & eſt debilis, tunc credo morietur & non iuuabitur beneficio medicinæ. Q. ſi fuerit propter quantitatem fœtus magnā, aut capitis, iuoc inſtet in aperiendo os vuluæ cum dilatantibus cum oleis, vnguentis, & hmōi, vt ſupra, & infra cū inſtrumento ſi oportebit. Q. ſi ſuper alterū pedem egrediatur, oportet vt nō ſedeat, ſed iaceat cruribus eleuatis, & erecto capite: obſtetrixq; manu ſua reponat ſuauiter pedes ſuos, deinde reuoluat ſe patiens reuolutionibus pluribus donec embryo reuoluendo ſe, caput inclinet inferius ad portam egreſſionis, & ex tūc ſedeat. Q. ſi id non ſit poſſibile pedem ſuum intromittat ſubtili ingenio, & uniat ſi poſſibile eſt cum alio & vtunq; ſimul apprehenſum manu inuncta cum oleo irino trahat ſubito, aut cum inſtita ligatum ſemper parturientem confortando per omnem modum dictum. Q. ſi non ſit poſſibile quia prœmoriatur fœtus, tunc extrahatur per modum qui dicetur infra de extrahendo fœtū mortuum, & ſimiliter ingeniandum ſi ſuper latus egredi contingat. Q. ſi fuerit ꝓpter apoſtema in matrice, approximentur cerotaria, vnguenta, & alia vt ſupra, & fiat vt de pingui dictum eſt. Q. ſi fuerit ꝓpter magnitudinem geminum, aut totius, ingenietur vt dictum eſt hic ante de exitu eius innaturali: ꝙ ſi illud fieri non poteſt & moritur, trahatur cum tenaculis, & vncinis, vt de fœtu mortuo dicetur, dando etiam per os quæ ipſum ad extra expellunt. Et quia aliæ ſunt cauſæ ſuperius recitatæ, quarum remotio eſt ſatis ſimilis remotioni iam dictarum, ut magis ordinem earum ſequar, ideo de ipſis aliquid initiū faciens à prima ſuperius primo ordine recitata. Nam in ea debes facere balnea dilatantia, quia mollificantia, aperientia, & iuuātia fœtum ad exitum vt ſunt prouocantia, & expellentia fœtum. Item vnctiones dilatantes, mollificātes. Item ſuffumigia. Item per os expellentia. Et quia hæc numerabūtur ſtatim in cōplemēto ſecundinæ, ne contingat idem bis replicare nunc ſuperſedeo tangendo vniuerſalia tantū. Item obſtetrix debet eam iuuare cū manibus inungendo et intromittendo. Item confortetur virtus ex bonis cibis facilis digeſtionis, vt ſunt oua, contuſum, perdices & hmōi, & detur eis vinum aromaticum ſuaue. Item et cōfectiones, vt diamargariton, diagalanga, & hmōi, de quibus infra. Q. ſi fuerit ex timiditate ſint ibi aſtantes confortantes eam, & dentur cibaria bona, vinum aromaticum & hmōi confortantia. Et ſimiliter ſi fuerit primus partus, fiat vt dictum eſt in his duobus complementis: quia fiant balnea, & confortentur. Et ſi fuerit ex oppilatione propter pinguedinē iam dictum eſt. Q. ſi motus eius eſt in cauſa fac ipſum ſtare, vt dicetur infra. Q. ſi fuerit cauſa magnitudinis fœtus, aut capitis eius cauſa incorrigibilis, ſed attende dilatationi vix adiuuando expulſiuam dando per os, vt ſupra, & ordina obſtetricem cum manibus operare dilatando.

Q. ſi fuerit quia fœtus habuerit duo capita, tunc oportet procedere cum dicendis dilatantibus, & obſtetrix debet eſſe docta in iuuando, in eius operatione conſiſtit multum exitus fœtus quando eſt ſic mōſtruoſus, aut q̄ñ exitus eius non eſt naturalis, oportet ꝙ mulier inungat ſibi manus cum oleis reſpicientibus hoc, de quibus infra, & intromittat membra & iuuet eum ad exitum. De extractione fœtus mortui dicetur ſpeciali rubrica. In ea quæ eſt cauſa matricis ſtude in dilatando, humectando, & lubricando, vt infra. In facto propter apoſtema, aut hæmorrhoides, ragadias, & hmōi. certe cura eſt praua, & tunc ingenietur medicus & obſtetrix cum dilatantibus per intus & extra, & per os dando, iuuando expulſiuam, & virtutem totius cum cibis & potibus, quia in hoc multum laborabit mulier. Quòd ſi fuerit cauſa groſſities ſecūdinæ iam dictum eſt. Quòd ſi fuerit ex retentione fæcum, vrinæ, prouoca vrinam, fac enemata mollificatiua fæcem deponentia, vt ſupra de colica ex retentione fæcum, & intende dilatationi, vt dictum eſt, & cum his quæ ſtatim dicentur. Item ſi fuerit ante horam iuuetur mulier ſemper cum elargantibus, & confortantibus. Si à cauſis primitiuis ſe opponat medicus, & obſtetrix, & cum remouentibus illas & prohibentibus euentum earum, & hoc facile eſt intelligenti. Poſtremo nota quòd etiam obſtetrix nō debet multum laborare cum manibus ad intra matricem, ne multum debilitetur & lædatur, & ſimiliter neque vti multum lubrificatiuis, ne inde virtus lædatur expulſiua multum. Et antequam ad tertium veniam: quia correctionem accidentium ponam ex ſimplicibus & compoſitis cum diuerſis ingenijs, quæ partum facilem faciunt.

Et ex ſimplicibus ſunt aniſum, apium, butyrū, quo vtere cum alijs vnctuoſis, bethonica, puluis eius, cum vino datus, camo. aqua decoctionis eius, cancri, puluis cum vino nigro ſumptus, ceruí os, cordis eius, ciclamen parturienti alligatum, corjandri gra. x. uel circa, circa inguen tenta & ſtatim egreſſo partu remoueātur, crocus. ʒ. j. cum vino datus, & eſt potens, ſed non ſine cautela propter nocumentum eius, dipta nus, puluis eius, aqua diſtillationis florum eius. Equi ſtercus ſuffumigatum, fœnugræci puluis datus cum vino, galbani quantitas fabæ cum vino, lapis iaſpis dictus ſ oppoſitus inferioribus, lapis ſmaragdus coxæ alligatus, lilij radix cum vino, lolij ſuffumigium, lul, flos odorata, marubium, mentha in potu, oua cum anetho, cymino, ruta potata, paſtinaca, radix eius vmbilico appoſita, pæoniæ ſemina cum oleo de lilio applicata lumbis, & pectini, peucedanum cum ouo ſorbili iuuat multum, ſiſeleos, ſiſymbrium, vngulæ equi ſuffumigatio, hirundo comeſta: Et in ſumma omnes medicinæ educentes vermes ſunt iuuatiuæ in facilitando partum, & quia plurima & alia ponam narrando compoſita hinc à ſimplicium narratione ſuperſedeo: Quæ autem ſic facilitant ex compoſitis ſunt balnea primo, embrochæ, epithemata, iniectiones in vuluam, clyſteria, ſuppoſitoria, cerotaria, vnguenta, emplaſtra, ſuffumigia odorifera per inferius, & fœtida per ſuperius. Item operantia per exterius applicata etiam à proprietate. Item & quæ per os ſunt talia, fricationes, ventoſæ ſiccæ. Ex quibus habentur. 16. ingenia quæ ſm ordinem iactum ſuis exemplis expediā, nam efficax & breuis eſt per exempla doctrina. Exemplum primi, balneum ſit ex aqua decoctionis mollificantium, & prouocantium, & aperientium, vt ex malua, biſmalua, althea, camo. capite caſtrati, fœnugræco, ſemine lini, & calamento. ipſum enim iuuatiuum eſt in hoc abrotano, arthemiſia, fœnicu. abſynthio, & huiuſmodi. Et non debet eē multum calidū, ne vt ſupra ex eo ei ſoluatur virtus. Et hic nota ꝙ ſi non ſit à principio, ſuccedente debilitate uirtutis male fieri poteſt poſtea. Et ideo aliqui ab eo prius incipiunt tentantes primo remouere cauſam ſi eā eſt poſſibile, vt cum fuerit retentione fæcum, & huiuſmodi, & debet ſtare ſedens in eo vſque ad vmbilicum, tempus non ponitur, quia à prudentia medici & aſtantium eſt menſurandum, fac itaque ipſum per diem aut aliquas horas ante partum cum vnctionibus dictis, & credo quòd ſit ex melioribus rebus in fotu. Q. ſi propter debilitatem fieri nō poſſet transeas ad embrocha, & epithemata facta ex decoctione dicti balnei cū ſpongijs, aut petijs. Epithema Aui. R. decoctionis pulpæ colloquintidæ quārū videtur, & miſceatur cum ſucco rutæ, & in ea ponatur aliquid myrrhæ & pectini vſq; ad vmbilicum, applicentur petiæ in eo liquore infuſæ tēperatæ caliditatis. Iniectiones cum ſyringa vel iniectorio fiant ex decoctione rerum lubrificantium, vt ſunt

Exēpla doctrinā reddere breuē atq; efficacem.

vt ſunt fœnugræcũ, althea, malua, & huiuſmodi. de quibus iam ad plenum dictum eſt. Clyſteria lenientia conſimiliter fiant ex blito malua, viol. capite caſtrati, caſſis, ſebeſten, & huiuſmodi. Suppoſitoria autẽ ex his quæ educũt, vt ſunt myrrha, galbanũ, coriandrũ, & huiuſmodi, cũ melle. Cerotaria, & vnguenta ex rebus ſimplicibus poſitis cum pice græca. & tu ordina. Item ex epithemate ab Auicen. poſito. Fac emplaſtrum cum farina ſeminum lini, aut fœnugræc. & oleo de lilijs. Suffumigium fiat primo odoriferum per ſuperius & in parua quantitate & virtute exiſtente debili in eius confortatione, & aliter non. Odorifera autẽ fœtida fiant per ſuperius ex his quæ poſita ſunt ſupra de ſuffocatione. & ῐu ibi. Et hoc ubi virtus ſit fortis, & aliter non, quoniã multũ ex eis proſternitur. Per inferius autem fiant ſuffumigia, vt. ℞. myrrhæ, galbani, caſtorei. ana. aut cum felle tauri, & ſuffumigia. Item ſuffumigium ex ſtercore accipitris, & ſtorace, ſed de his magis infra. A proprietate valet ſi patiens teneat in manu ſua ſiniſtra magnetem, aut ſi liniatur cum vngula aſini. & eſt vltimum Auicen. aut ſuffumigetur cum ea. Ad idem vngula equi. Item ſuffumigatio cum piſce ſalſo, Item corallus ſuſpenſus in coxa dextra. Item & crocus ſuſpenſus, & multa talia habuiſti in ſimplicibus. Per os dantur confectiones, quas tu ipſe ex datis compone. Itẽ trochiſci, & ſunt vſuales, troc. de myrrha cum aqua ſauinæ. Item pilulæ vt ℞. ſauinæ. ʒ. ij. aſſæ fœtidæ, rubeæ, amoniaci. ana. ʒ. ß. & doſis earum vna numero. Ad idem. ℞. ariſtol. longæ, piperis, myrrhæ. ana. ſit doſis. ʒ. ß. Pilulæ optimæ. ℞. ſauinæ, cinnamomi. ana. ʒ. j. caſſiæ bonæ. ℈. ij. cymini, ariſtol. rotũ, coſti amari. ana. ʒ. ß. ſtoracis, opij. ana. ℈. ß. muſci gra. j. ß. fiant pilulæ dentur. ʒ. ij. in duabus. ℥. vini odoriferi, & antiqui. Amplius hic non multiplico, quoniã de his ad plenum ſtatim enumerando hincinde ex authoribus & doctoribus electa. De ventoſis & fricationibus patet quid dicendum. In ano mulieris ſæpe ponatur collyrium de melle, aut rebus prouocantibus fœtum ad extra, vt inde virtus excitetur ad expellendum, & in cõpreſſione comprimatur fœtus, & eſt quid ſingulare. Raſura eboris cum vino partum facilitat & abſque magno dolore. Arthemiſia in aqua cocta, & ſupra vmbilicum emplaſtrata ſtatim educit fœtum, Facilitat fœtum cortex caſiæ ligneæ puluerizatus, & datus cum vino eſt expertus, & efficax. Item pilulæ factæ ex aſſa, caſsia, cinnamomo doſis. ʒ. j. cũ vino ſunt vltimæ. Suppoſitorium ad illud ſuccus mentheæ in quo bulliat colloquintida & ſuppoſitus cũ lana. Aliud fortius ex helleboro, oppopanaco, felle taurino, & melle, immo & mortuum. Pilulæ ad idem. ℞. ſauinæ par. ij. aſſæ, amoniaci, rubeæ. ana. confice cum ſucco vitis. Aliud cui nihil æquatur ſecũdum aliquos, & eſt etiam Auic. ℞. myrrhæ, ſtoracis, caſtorei. ana. ʒ. j. ſauinæ, cinnamomi. ana. ʒ. iij. confice cum melle da aur. ij. cum vino. Ad idẽ diptamus cum vino datus maxime quando eſt in balneo. Suffumigiũ cum myrrha eſt valde bonũ. Multi laudant cinnamomũ bibitũ, trochiſci de myrrha idem operantur, & ſunt vſuales cum vino & abſq; dati in forma pilularum. Itẽ eſt citius cum non conferunt detur cum vino de gallia muſca. ℈. ß. & vice vna poſt aliã tam diu q conferat. Item fortius illo fiat ſuffumigatio cum traiectorio, cum myrrha, oppopanaco, & galbano, & interim fiat ſternutatio. Peſſarium quod reddit partum facilẽ abſq; timore. ℞. hyſſopi, radicis lilij, origani, calamenti. ana. ʒ. ij. terbentinæ, ℥. j. conquaſſentur & miſceantur & inuoluantur in lana, & fiat peſſarium. deinde ſuffumigetur cum alipta muſca. deinde fiat ſternutatio & fortis ſi comprimit. Experimentum ad hoc. ℞ myrrhæ, oppopanaci, galbani, ſinapis. ana. ʒ. iiij. aſſæ. ʒ. ij. confice cum aqua rutæ, & detur vnus cũ aqua decoctionis dactylorum, & fœnugræci. Itẽ valet ſi ex his fiat ſuffumigium. Ad idem. ℞. dactylorũ numero. v. farinæ fœnugræci, ʒ. ij. bulliant in aqua hordei vſq; ad conſumptionẽ tertiæ partis, & detur ad bibendũ cum. ʒ. j. cinnamomi. ℈. ß. croci, oſsium dactylorum. ʒ. ß.

Quidam ex chriſticolis, in verbis cõfidentes quæ facta ſunt, dixerunt q ſi in aure dextra patientis dicatur. Memẽto Domine filiorũ edom in die hieruſalẽ qui dicunt exinanite, cum pater noſter ter q ſtatim pariet. Itẽ ſcribatur. Dixit Dominus Domino meo, vſq; ad tecũ incluſiue in charta non nata & cũ filo collo ſuſpendatur per virginẽ cũ tribus pater noſter. Itẽ multa alia de Miſerere mei Deus hãc virtutem habet. Agnus Dei ex cera noua albe & balſamo & chriſmate à papa conſecratum, cum ſuper ſe habuerit mulier & huiuſmodi, quæ cum ſint extra artem relinquo. Chriſticolæ aduertant.

DE CORRECTIONE accidentiũ eſt aduertendum, q quia ſunt ſatis notabilia, & quibus oportet ſuccurrere cito, ideo vt eorum cura facilius reperiatur, ponam vnicuiq; ſuam Rubricam per ſe. Accidentia autẽ ipſa ſunt. Retentio ſecundinæ, multitudo ſanguinis. Paucitas eius. Feb. Inflatio ventris, dolor matricis, Nauſea, Syncopis, Et hæc ſufficiant de iſto.

*De retentione ſecundinæ.* *Rubrica.* XXXIIII.

Quid ſit ſecundina dictum eſt ſupra de generatione embrionis,

CAVSA retentionis eius ſecũdum plurimum eſt debilitas matricis propter famem, caſum, percuſſionẽ, fluxum ſanguinis, aut alium fluxum. & huiuſmodi. ob quod matrix ipſa debilitari potuerit. Et dicitur ſecundum plurimũ, quia etiã ex alia cauſa contingere poteſt. nã potuit eſſe fortis fundo matricis affixa, & cotylidonibus alligata. Item quia remanſit ſicca ex fluxu nimis cito facto ipſiua humiditate, vnde remanſit lubricitate priuata. Itẽ quia poſt partum os matricis extitit coadunatum ex humoribus concurſis propter vehementiã dolorum qui præceſſerunt, & quandoq; plures cauſæ in vnum concurrunt.

SIGNA demonſtratiua, retentionẽ ſecundinę indicat partus qui præceſſit difficilis, & grauedo in ſuperioribus quæ remanſit poſt exitũ fœtus, & q digiti obſtetricis nihil attingunt, & q mulier eſt robuſta, quare eius ſeparatio difficilis, & eius claram retentionem declarat viſus.

PROGNOSTICA. ex retentione ſecundinæ mulier ita mortis periculum incurrit, vt ex fœtu mortuo. Nam eius retentio ſeua inducit accidentia vt fœtus mortuus, propter malos vapores ab ea retẽta & putrefacta eleuatos. Inducit dolorẽ capitis, corrumpit ſtomachum, & anguſtiam facit.

CVRA Canones. Primus feſtinandũ eſt ad eius extractionẽ, quoniã de facili corrumpitur, & cum corrupta eſt vapores mali aſcendunt lædentes ſtomachum, cor, cerebrum, vnde mala accidunt accidentia præfocationem, ſyncopim. & talia cauſant accidentia. Secundus eſt extractio eius. Tertius eſt correctio accidentium.

COMPLENDO ſecũdũ perficit primus. Vnde medicus debet ſtudere ad habilitandum eam ad exitum: nam eius expulſio à natura ipſa eſt. Habilitatur aut cum his quæ dicta ſunt ſupra de difficultate partus ex parte cibi & potus & aliarum rerum, dando confortantia reſumptiua, vt oua, aquæ carnis, vinum aroma. & huiuſmodi. Secundo adminiſtrando ea quæ ipſam expellunt, & extrahunt ex ſimplicibus & compoſitis quæ hic ſcribentur.

Et ſcito q horum Quædam matricis os aperiunt. Quędam ſecundinam leniunt, & matricem. Quædam ligamenta corrumpunt, & frangunt. Quædam ſecundinam deſcẽdere faciunt, & ad cannale dirigunt & os matricis educunt vt exinde cadat. Quæ autẽ os matricis aperiunt ſuperius poſita ſunt, ſed vnę ſuppoſitum & ſuffumigatum hoc operaẽ, oleum liliorũ de narciſſo, maiorana, & hmõi valent. Itẽ oleũ abrotani calefactũ aperit os matricis. Omnia diuretica calida idẽ operanẽ. Itẽ ex expertis, quæ aperiunt & deſcẽdere faciunt eſt vinum decoctionis pulegij

bibitũ, enchatiſmatũ, & vltimo vt ſupra inſtrumentũ nominatum ſpeculũ. Ex lenietibus ſunt bdelliũ ſuppoſitũ, & ſuffumigatũ, myrrha, pinguedo gallinæ, anatis, anſeris, oleum de lilio, iniecta & inuncta. Ex corrumpentibus ligamenta, & frãgentibus ſunt ſuffumigium ex conchis marinis, & naſturcio, folijs hederæ, ſulphure, & arſenico. Et de his quæ eam deſcendere faciunt. Lens amara cum vino bibita. Gallia ſuppoſita, fœtida naribus ſppoſita. Retentio anhelitus, ſternutatio, vehemens compreſsio iliorum, vt ſupra de facilitantibus partum. Ex dirigentibus ad cannalem & trahentibus ad matricem eſt vnguentum baſilicon immiſſum ſtatim eam putrefacit & deſcendere facit. Althea, & ſtercus accipitris in potu ſumptum. Et ex maxime conferentibus eſt experimentum obſtetricis quæ inuncta manu eſt apta eam faciliter ſeparare, & cum mulier ipſa eam viderit, trahat leuiter & faciat eã ſternutare fortiter & anhelitum continere, vt ſupra. Et per os det ex his quæ dicemus habentibus educere ſecundinam. Aliquando non confert medici remedium. vnde poſt paucos dies cadit corrupta, & lubricat in modum aquoſitatis ſanguinis. Et quoniam hoc eſt accidens ſeuum, ſcilicet ipſius retentio faciens & alia mala accidentia vt dictũ eſt, quorum correctionem require proprijs Rubricis. hinc te copioſum ex ſimplicibus & compoſitis facere volo, vt oĩ modo ei ſuccurrere valeas. Educentia ſecundinã ſunt allium, ſuffumigium eius, aut ſeſsio in decoctione eius. & hoc pro pauperibus. Altheæ radix ſuppoſita, anethum bibitum, apij ſemen, abrotanum, ariſtolochia potata, ſuppoſita, arthemiſia potata, ſuppoſita, aſſa ſuppoſita, aſpalcum ſuppoſitum, balſamum cum cera ſuppoſitum. borax cum ſucco citranguli ſuppoſitum, bouis ſtercus ſuffumigatum pro ruſticis, camomilla potata, ſuffumigata, caſtoreum intus & extra, ciclamen cum vino datum, coagulum leporis cum croco linitum, daucus, diptamus, hebuli decoctio, equi axungia ſuffumigata, faſeolorum decoctio bibita rubeorum, galbani naſcale, gentiana ſuppoſita cum ſucco arthemiſiæ, iuniperi folia, laudani ſuffumigium, lumbrici terreni potati, marrubium cum melle, oppopanacum impoſitum, petroſellinus, politrichum cum abſinthio, pulegium, reſinæ ſuffumigium, tura data cum triphera magna, ſerapinum ſuppoſitum, thimus, vitis albę radix ſuppoſita, hypericon, ireos cum melle ſuppoſitum, hyſſopus humida ſuppoſita. Et ex his tu habes componere vt tuo videbitur propoſito expedire. Et alia hic ponam compoſita & ſimplicia vt ſemper te in omnibus copioſum faciam. Accelera itaque vt dictum eſt ad eius extractionem, quia quandoq; eius retentio eſt cauſa mortis mulieris. Cõferunt enim omnia illa quę dicta ſunt ad facilitatem fœtus ex parte balnei, ſternutationum, ſuffumigationum cum vngulis & cornibus capræ ſupra carbones ignitos. Ad idem ſuffumigium ex oculis piſcium ſaltorum. Item ex vngulis equi. Ad idem etiam potenter valet ſuccus verbenæ tepidus potatus. Itẽ expertum puluis ſeminum maluæ. ʒ.j. cum lixiuio. Item ſuccus porri frigidus. Item peſſarium ex radice ireos cum melle. Item ſuffumigium ex vngula aſini, myrrha, galbano, aſſa. Item & ipſum ea naſturcio. Item in hoc caſu laudatur vomitus, & poſt vomitum ſternutationes, & breuiter quæ facilem reddunt partum, & fœtum educunt mortuum ſunt in hoc caſu conuenientia, ſed quæ fœtum mortuum &c. ſunt fortiora. & tu in ſupraſcriptis & ſcribendis Rubricis recurre. Et ſatis tibi ſit de his ſi addidero hos duos canones. Primus ꝙ cum apparet ſecundina, tunc trahaẽ leuiter, & paulatine cum magna facilitate ne rumpatur. & ſi timetur eius abſciſio, tunc obſtetrix liget quod in manu de ea tenet cum coxa mulieris & præcipiat eã ſternutare.

Secundus ꝙ in caſu in quo nõ deſcendit non dimittatur ſic ligata, & conſideretur cauſa ligationis.

**C V R A.** Si fuerit quia multum fixa in profunditate matricis. Leuiter cõmoueatur & adminiſtra lenificantia ligamenta. Et hic nota vt ſupra non debet obſtetrix multum inſtare in tali commotione.

**C V R A.** Si fuerit quia oppilatũ eſt os aperiatur cum digitis aut inſtrumento oleis inuncto aut oleis vnguentis mollitiuis cum ſcutellis magnis, vt dictum eſt.

**C V R A.** Si de alijs cauſis appone, vt ſupra docebatur.

## *De regimine multi ſanguinis poſt partum.* Rubrica. XXXIIII.

VNde eſt verum ꝙ cura huius aperta eſt ex dictis ſupra de fluxu menſtruorum cum hoc addo vt ducem ſequar. Q; in eo caſu fiant diuerſiones ad ſuperiora ligando manus, & bracchia, & ſub mamillis ponendo ventoſas. Item ſupponendo corpori vel vẽtri eius petias infuſas in aceto. Item ſupponantur collyria ex rebus ſtypticis vt roſæ, balauſtiæ, carabę, ſuccus plantaginis, gallæ & huiuſmodi. Vnde hæc decoquantur in vino ſtyptico, deinde refrigerato fiant teniæ magnæ cum petijs in vino hoc intinctę & ſupponantur. Dicitur ꝙ cortex citri retinet ipſum. Item ſuſpenſio ſtercoris porcini in lana, & coxæ eius. Poſtremo hoc ſcito ꝙ licet cauterizantia ſoleant ſiſtere fluxum ſanguinis hoc loco non ſunt applicanda, quoniam ex eis nimium læderetur matrix cum ſit neruoſa. Et hæc ſatis.

## *De regimine paucitatis eius.* Rubrica, XXXV.

QVando poſt partum non mundificatur mulier vt debet à ſanguine ſuo, ſed in pauca venit quãtitate tua ſollicitudo debet eſſe in eius prouocatione quoniã eius retentio eſt cauſa multorũ malorũ accidentiũ & apoſtematũ. Et incipe cum leuibus. Vnde ſollicita vt ſternuiet, quoniã ſternutatio eſt iuuatiua in hoc. Item fiat ſuffumigium ex ſinapi, bdellio, myrrha, cicuta, & huiuſmodi. cum oculo piſcis ſalſi, cum vngula equi, & alięs, ut ſupra de paucitate menſtruorũ. Q; ſi iſta non ſufficiunt, & virtus, & cætera cõſentiant, fac phlebotomiã ex ſaphena, & phlebotomiam curuaturæ, ut ſupra de menſtruis, & eſt fortior in hoc. Et hæc ſufficiant.

## *De regimine febrium earum.* Rubrica. XXXVI.

QVoniam vt plurimũ fiunt retentione menſtruorũ, hinc phlebotomia ſaphenæ eſt eis conueniens. Item confert mundificatio earũ cum manna, iuribus gallinarũ & huiuſmodi leuibus maxime quando venter conſtipatur. nam in eis frequenter conſtipatur. Itẽ ex alteratiuis conuenit aqua hordei, & ſimplex, & mixta cum ſeminibus frigidis maioribus. Itẽ & aqua cicerũ calida, aperit enim & non retinet. Item & granata dulcia, & muza. Item potus aquæ lactucæ & thamarindorum, cum manna, aut caſsia. Si opus eſt euacuatione alteretur & euacuetur ſimul. Et hæc ſufficiant.

## *De regimine inflationis ventris.* Rubr. XXXVII.

COmpletur cum aqua cicerum, puluere cymini, vino puro, diagalanga, ſerapino, maſtice, origano, & huiuſmodi. adminiſtrando quæ attenuant & reſoluunt ex clyſteribus, ſuppoſitorijs, & vnguentis, & huiuſmodi. de quibus ſatis ſupra. Naſcale factum ex ſtorace liquida, ariſtolochia rotunda, ſquinanto, zedoaria, doronico confert. Et hæc breuia ſufficiant.

## *De regimine doloris matricis.* Rub. XXXVIII.

IAm cura dicta eſt Rubrica propria, tamen dicit Auic. ꝙ ſeſsio in aqua tepida, & inunctio cum oleo viol. dulci tepido confert. Item ad idem encathiſma ex anodinis, vt camomilla, malua, fœnugræco, ſemine lini, ſiſamo, radice altheæ & huiuſmodi. Item inunctio cum oleo ſiſamino,

uino,amygdalarum dulcium,oleo uiol. Item aſſumptio theriacæ,tripheræ magnæ cum vino. Item ſuffumigium ex thure,ſtorace,& huiuſmodi. vt ſupra allegata Rubrica.

*De regimine ulcerum.* Rubrica. XXXIX.

IAm eius cura poſita eſt.& tu ibi ſupra hoc eodem cap. Vnde in primis prouidendũ eſt cum his quæ mundificant & dolorem ſedant, vt ſuccus ſolatri, plantaginis cum oleo roſ.iniecti uel ſuppoſiti.Item albumen oui cum lacte mulieris,& ſucco portulacæ. ſedeat deinde in decoctionibus ſtypticorum frigidorum. deinde vngatur cum vnguento albo,& alijs allegato loco.& tu ibi.

*De nauſea,& ſyncopi.* Rubrica. XL.

IN nauſea aſpergatur facies aqua roſ. Alia fac vt ſupra de nauſea. In ſyncopi adminiſtra odorifera,cordialia, & virtutem viuificantia. & hoc vbi nullus ſit timor, quoniam ſi ſyncopis accideret dum laboraret in partu non eſſet fiendum, quia timeretur reuerſio fœtus ad ſuperius.ergo &c.

*De regimine fœtus mortui.* Rubrica. XLI.

IN hac Rubrica ſatis faciliter pertranſibo, qm̃ propter malos viros periculum eſt loqui. & quod à me dicet erit dictum ad ſalutem & non ad interitum.qui autem male vtitur his in præiudicium animæ ſuę laborabit. Et hic primo nota ꝙ quando mulier laborat in partu vltra vel circa quartum diem ſec'm plurimum fœtus moritur, propter quod ſtude in eius abſciſione.Nam ipſius mortui ſigna ſunt. Primo quia mulier fœtum non ſentit, & fœtum frigidus ſentitur,& pulſum nõ habet.& in die ſecundo fœtet os mulieris,& circa umbilicum maxime ſentit dolorē, & in pectine,& eſt ſtranguria,& teneſmus.& hæc omnia fiunt compreſſione fœtus facta in inferioribus, & eſt faciei diſcoloratio & totius corporis,& deſtructio appetitus,inſtantia vigiliarum & fe.& multa alia quę dicta ſunt Rubrica de aborſu.& tu ibi,

CVRA.In quo quidem caſu tres canones obſeruari debent. Primus regimen ex parte rerũ non naturaliũ & ſpãliter ex parte cibi & potus,vt nutrimentũ ſit confortatiuũ & virtutis viuificatiuum, vt in p̃cedẽtibus rubricis. Sec'a eſt adminiſtratio medicaminũ per ſupius & iferius, intus & extra ip̃m ad extra mouentiũ. Tertius eſt cũ medicinæ nõ ſufficiunt eius extractio cũ ingenio manuali.

Pro ſec'o quia primus eſt ſatis aptus pono ex ſimplicibus & cõpoſitis quę ſunt in caſu efficaciora. Anſeris cerebrum cum oleo lilij immiſſum,ariſtol.cũ pipere & myrrha data,aſpalatũ ſuppoſitum, bethonica interius ſumpta, borax cum ſucco.centrum galli ſuppoſitus,bucormarien ſuccus ſuppoſitus,calamentum potatum vel ſuppoſitum, camepitheos cum aceto potatus efficax eſt.Plinius,caſtoreum ſumptum vel ſuffumigatum, centaurea trita & ſuppoſita,cyclamen alligatum, diptamus nõ ſolum potatus, ſed ſuppoſitus,vel ſuffumigatus,elleborus albus, & niger ſuppoſitus, enulæ decoctio, faſeolorum ru.decoctio, galbanum appoſitum vel ſuffumigatum, gentiana cum ſucco arthemiſiæ cum vino kitran. naſcale eius, laudanum ſuffumigatum,mãdragora ſuccus appoſitus, naſturcium, ſemen cum vino ſumptum, oppopanacũ ſumptum cum vino muſtellino, oua duo ſumpta cum ruta, & anetho, & cimino fiat tortellus & deſuper bibatur,porri ſuccus cum croco, & lana ſumptus,reſina ſuffumigium,ruta cum vino ſumpta, ſaturegia cum vino, ſerapinum ſuppoſitum, ſcamonea per ſe & cũ alijs ſuppoſita, tauri fel immiſſum, theriaca magna, vngula equi ſuffumigata. polypodium trituratum & ſuper pedes mulieris emplaſtratum fœtum eijcit mortuum, ſtercus equi bibitum cum aqua frigida eijcit. Et in ſumma ſimplicia quæ dicta ſunt etiã ſupra de extractione ſecundinæ valẽt in hoc caſu. Ad idem ex cõpoſitis.℞.myrrhæ.℥.ß.cinnamomi,galbani,caſtorei.ana.ʒ.j.ß.oppopanaci.ʒ.j.confice cum felle vaccino, & doſ.ʒ.j.in forma pilularũ ſi aliter ſumi non poteſt. Item ex his fiat ſuffumigium ſuper carbones. Ad idem vngula aſini ſuffumigata. Balneum ad hoc. ℞.calamenti fluuialis, arthetica,abrotani.ana. M.j.abſinthij.M.ij.aſpalti.℥.ß. rubeæ tinctorum.℥.ij.ß.bulliant omnia in aqua dulci.& fiat balneum. Deinde vngatur cum hoc vnguento. ℞. adipis gallinæ,adipis anatis.ana.℥.ß.olei anethini.℥.ij.ceræ citrinæ parum.deinde detur ad bibendum.℥.j.ß. pulueris dactylorum cum vino ſubtili,& croci.℈.j. Et dixit Princeps. de illis quæ proprietatem habent eſt vngula aſini. ſecundum enim quòd quidam exiſtimant. ſupra ſuffumigetur. Item ſuffumigium ex ſtercore eius extrahit fœtum mortuum velociter. Medicamen forte ad hoc.℞.aſſæ ʒ.ß.foliorum rutæ ſiccæ ,myrrhæ.ana.ʒ.j.ſumatur in potu cum decoctione ſauinæ detur in mane,& in veſperis.

Ad idem.℞.ariſtol.longæ, gentianæ,baccharum lauri, myrrhæ,coſti amari,caſiæ ligneæ, rubeæ tinctorum, ſucci abſinthij,cordumeni,piperis.ana. de quo bibatur omni die.ʒ.j. Ad idem.ʒ.iij.aquę rutæ & tantundem fœnugręci aquæ decoctę cum ficubus decoctione multa & origani.ʒ.iij.ſumatur in potu. Et quia plurima poſita ſunt de facilitate partus de extractione ſecundinæ,quæ perficiunt ip̃m ſm canonẽ.hinc volo vt iſta tibi ſufficiant pro nunc.

Ad cõplendum tertium neceſſaria eſt operatio chirurgica. vnde oportet cum ingenio & operatione manuali cũ vnco & huiuſmodi fœtus extrahat. Vnde aliquando oportet incidere fruſtatim, quoniam non eſt aliud ingenium. Aliquando trahitur cum manibus ipſis leuiter, & vt dictum eſt accelera antequam venter inſletur,quia tunc difficilius extrahet. Multa particularia ingenia omitto, quia chirurgicalia ſunt,quę quęras.xxj.tertij.de regimine quorundam in extrahendo fœtum mortuum. & tu ibi.

*De regimine enixæ.* Rubrica. XLII.

EGreſsis fœtu,& ſecundina prout debent conſequenter & immediate ex longa menſtruorum retentione, & ruptura venarum facta in præſenti multus debet inde ſanguis fluere, quem natura ſagax non ſimul,ſed paulatine expellit. Verum ꝙ in illo primo motu multus exit. deinde ſucceſsiue, durat eius exitus per.vij.vel.ix.dies. & hoc eſt naturale,quia naturę conforme ut non totus neque tantus in vna vice exeat ꝙ inde virtus multum proſternatur.accidit tamen aliquãdo vt magis ꝙ̃ oporteat fluat. vnde multum debilitatur mulier, aliquando retinetur vt matrix debite non purgetur. vnde mala accidunt & grauia pericula & accidentia. Vnde medicus ſtatim de his ſe debet optime informare ab obſtetrice. Si fluxerit ultra debitum, medicus operetur cum cõſtringentibus dictis de fluxu nimio menſtruorum in duplici Rubrica. Sitq; eius diæta reſumptiua ex parte cibi & potus, ſed aperitiua euitentur & vtatur ſtypticis. Vinum itaque ſit rubeum odoriferum, & fructus dentur ſtyptici, cibus earum alteretur cum ſtypticis decoctis in ipſis. Quòd ſi fuerit in eis retentio menſtruorum ſtude prouocationi eorum cum his quę dicta ſunt de retentione menſtruorum ex phlebotomia ſaphenæ, & ſequenti die fiat balneum ex rebus aperientibus & p̃uocantibus, & da electuaria,ſyr.huiuſmodi menſtrua prouocantia poſita ſupra ſua Rubrica. & tu ibi. Diæta ſua ſit cibus reſumptiuus, boni ſanguinis generatiuus, facilis digeſtionis, cito reſtauratiuus, & ſimiliter potus. Nec detur ei cibus groſſus propter debilitatem hepatis quod debilitatum eſt ex fluxu ſanguinis. Vnde ſi chylus ex groſſo nutrimento generabitur inde debilitabitur amplius hepar & mulier fiet hydropica. Item per viam indigeſtionis cauſabitur feb. ipſo nutrimento groſſo non regulato ſed corrupto. Item & ſitis. Item nota quòd ſi hepar induratur & maxime quia ſit apoſtema durum, &

maxime cum cõfirmatur nõ eſt ſpes ſalutis. nam moritur hydropica. Item hora & principium eſt cõmotio doloris. & hoc dico ſiquis voluerit notare dies criticos. Item ſcito ꝙ quando ægritudo eius pertranſit. xx. dies vſque ad. xxiiij. ſtante ægritudine, aut ſi recidiuauerit prolongabiť. & eo caſu erit neceſſaria euacuatio, & fiat in die nõ critica, & v itiurem bene conſidera & pharmaci qualitatem, vt ſupra pluries. Et in hoc terminatur. xxj. capitulũ cum auxilio Saluatoris, cui gratias infinitas refero. & ſpero ſo ſui clementia tractatum edere ſpecialem de regimine infantium & cura ſuarum egritudinum, pro quibus omnibus Deo ſemper laus.

DVBIA.

Dubitatur circa capitulum. Vtrum in cauſa ſterilitatem ꝓpter nimiam pinguedinem debeat bibi vinum albũ. nam videtur conuenire cum ſit alijs patibus magis exiccatiuum & magis remouens pinguedinem. In oppoſitum Auic. Dicendum primo ꝙ quia eſt ſubtile faciens magis penetrare cibum ad membra ꝓpter quod magis impinguantur, eſt euitandum magis quàm nigrum. Sc'do ꝙ magis competit nigrum parum, & in parua quantitate purum non permixtũ aqua, quia ipſum ſubtilitat & teddit ipſum magis penetratiuum.

DVBITATVR vtrum in regimine prægnantium conueniat vinum ſubtile antiquum. Q. non quia tale multum penetratiuum aperitiuum & prouocatiuum. talis autem non competunt. ergo. In oppoſitum Auicen. Dicendum ꝙ vinum ſubtile, id eſt mediocris ſubſtãtiæ, quia comparatur ad groſſum conuenit. Secundo quia vinum ſubtile eſt per cõmixtionem aquæ factum tale. Conuenit tertio ꝙ apud tempus partus competit vinum ſubtile abſolute, & antiquum, quoniam tale aperitiuum prouocatiuum eſt & confortatiuum.

DVBITATVR In qua quadratura magis meo ſtruanť mulieres. Prima cõcluſio, ꝙ cõſideratione habita ad mẽſtrua, vt ſunt humiditates à luna regulatę ꝙ in vltima quadra magis debẽt mulieres mẽſtruari. cauſa, quoniam tunc luna eſt minus potẽs regulare. vnde & in ea magis pluit. Secundum, quia conſideratione habita ad ætates menſtrua magis fluunt iuuenibus in prima & ſecunda quadra, & in ſenibus in vltimis magis. & idem intelligatur de indicatione habita ad complexiones, & regiones. Nam luna in primis quadris influit calorem ratione cuius ſubtilia, & humores calidos magis mouet. Vnde cum in ætate iuuentutis ſanguis calidus ſit totus à ſuperiori radice mouetur.

DVBITATVR Vtrum mulier plures ꝙ̃ fœtus ſeptẽ parere poſsit propter non plures cellulas eſſe. Nam Ariſt. à fidedigno audiuit mulierem peperiſſe plus ꝙ̃ ſeptẽ formatos. xj. proble. problema. xv. Et Iacobinus ſuper. ix. de hyſtorijs. refert à fideli medico audiuiſſe ꝙ vna mulier in Germania ad cuius curam fuit uocatus abortiuit in pãniculo in quantitate digiti auricularis inuolutos plures fœtus habentes motum conſtrictionis & dilatationis, quę mulier putauerat ſe vermes ex matrice emiſiſſe. & veritas eſt ꝙ matrix diuiſa eſt ſolum in duas partes. Vnde vndecima tertij. Matrix homini diuiſa eſt ĩ duas partes. In alijs autem ſec'm numerum mamillarũ. Et quod ſcribitur de ſeptem cellulis à Iuriſtis dictum eſt & non vere. vt. x. problema. allegato problem. Q. ſi quando plures tales parit, vt ſcriptum eſt, hoc contingere videtur, quoniam in vno loco interdum plures continentur. Vnde quarto de generatione animalium eodem loco matricis fiunt ſępe duo & non duo ſolum ſed etiam plures.

Iuriſtæ notanť.

DVBITATVR Vtrum diuretica competant in cura apoſtematum calidorum matricis. Q. non, quia ſimile eſt de apoſtematibus renũ & matricis, quia ambo ſunt membra in inferioribus ſituata, ſed in apoſtematibus renum non conceduntur, Auicen. ergo &c. quia ſunt abſterſiua, mundificatiua, diuiſiua, ſuperfluitatum in matrice exiſtentium. Dicendum ꝙ conferunt vt dictum eſt. & conſequenter ꝙ ſimilitudo nulla eſt, quoniam renes ſunt membra tenerrima apta à diureticis multum noceri. matrix autem eſt membrum ſolidum durum.

DVBITATVR Vtrũ in actuali ꝑfocatione debeamus incipere cũ rebus odoriferis calidis, vt ſunt olea, vnguenta, apponendo illa ſuper caput, ut ſcribit princeps, quia in primo occurſu applicamus fœtida naribus, & diuertẽtia vt vẽtoſas, fricationes, & hmõi, vt ſupra & nõ attrahẽtia. Dicendũ. Et ſit prima cõcluſio, ꝙ in principio euẽtus eius ponunť odorifera calida, & non multum ſuper ip̃m caput vt inde cõfortetur membrũ. & per hoc reddať fortius ad expellendũ vapores nociuos à ſe. Sc'da ꝙ adhuc ratione reſolutionis vaporũ iam perductoꝝ ad caput poſſunt cõpetere. Tertia ꝙ magis canonicum & magis tutum eſt incipere à diuertẽtibus vt ſuo loco dictum eſt. & ſic operantur cõiter practicantes. Quarta cõcluſio, ꝙ ſi talia odorifera applicanť non debent aliquo modo naribus applicari. Quinta concluſio, quam fortaſsis Auic. voluit ꝙ in declinatione cõpetunt hæc odorifera. ad confortandum & reſoluẽdum, & licet ipſum remedium inter prima nominauerit. & tu conſidera.

DVBITATVR Vtrũ vomitus cõpetat in pręfocatione, cũ vomitus videatur matricẽ mouere ad ſuperiora, & ſic iuuare ad præfocationẽ. Item maxime confert ſternutatio. ergo ex oppoſito uomit⁹ deberet nocere. Dicendum. Prima concluſio, ꝙ vomitus temperatus ratione cauſæ antecedentis ſuffocationi matricis cõpetit. patet ꝗa ſic curať præfocatio vel ſaltem eius augmentum materia illa exiſtente apta fluere ad matricem. Sc'a cõcluſio, ratione cauſæ cõiunctæ non competit. patet cõcluſio ex ſe. Tertia cõcluſio, ꝙ laborioſus & fortis nullo modo competit. vbi autem ſit facilis & temperatus ſic. conſidera.

CIRCA hoc capitulum nõ noui alias difficultates, quoniam ſi quis vult eas videre recurrat ad lecturas aphoriſmorum in quibus copioſe inueniuntur.

APHORISMI.

Ex. iij. Sectione. xij. Aphor.

Si vero hyems auſtralis, & pluurioſa, & ſerena fuerit, uer autem ſiccum, & aquilonium, mulieres quibus partus ad ver ineſt ex quacũq; occaſione abortiũt, quę vero pariũt, imbecilles, & morbidos infantes pariunt, quare uel ſtatim intereunt. vel tenues, & valitudinarij viuunt.

Ex. iij. Sect. j. Aphor.

Vtero gerentes ſunt medicandæ, ſi materia turget quarto mẽſe, & uſq; ad ſeptimũ. ſed has minus; iuniora autem, & ſenıora uereri oportet.

Ex. v. Sect. xxviij. Aphor.

Suffitus aromatum muliebria ducit, ſæpius vero & ad alia vtilis eſſet, niſi capitis faceret grauitatem.

xxx. Aphor.

Mulierẽ vtero, gerẽtẽ capi ab aliq̃ morbo acuto, letale eſt.

xxxj. Aphor.

Mulier vtero gerens ſanguine miſſo ex vena, abortit, magis ſi fœtus ſit maior.

xxxij. Aphor.

Mulieri ſanguinẽ euomenti, menſtruis erũpẽtibus, ſolutio.

xxxiij. Aphor.

* Menſtruis deficiẽtibus ſanguis ex naribus fluẽs, bonũ.

* yrru... m, hoc ... Mulieri, ... dictio hunc eſt in principio hunc Aphoriſmi omittitur, vt interpretaretur ... Partu, quo ad ... id refert.

xxxiiij. Aphor.

Mulieri in vtero gerenti ſi aluus plurimum profluat, periculum eſt ne abortiat.

xxxv. Aphor.

Mulieri quæ vterinis moleſtatur, aut difficulter parit, ſuperueniens ſternutatio, bonum.

xxxvj. Aphor.

Mulieri menſes decolores, nec per idem ſemper tempus venientes

venientes, purgationem indicant eſſe neceſſariam.

xxxvij. Aphor.

Mulieri vtero gerenti ſi mammæ graciles repente fiãt, abortit.

xxxviij. Aphor.

Mulieri vtero gerenti, ſi altera mamma gracilis fiat, geminos habenti, alterũ abortit, & ſiquidem mãma dextra gracilis fiat, marem, ſi vero ſiniſtra, fœminam.

xxxix. Aphor.

Si mulier, quæ neq; grauida eſt, neq; peperit, lac habet, huic menſtrua defecerunt.

xl. Aphor.

Quibuſcunq; mulieribus ad mammas ſanguis colligitur, furorem ſignificat.

xlj. Aphor.

Si velis noſcere an conceperit mulier, cum dormitum eſt ei aquam mulſam potandam da, & ſi aluí tormina patietur concepit, ſi minus, non concepit.

xlij. Aphor.

Mulier ſi marem concepit, bene colorata eſt, ſi vero fœminam, male colorata.

xliij. Aphor.

Si mulieris grauidæ, in vtero fit eryſipelas, letale.

xliiij. Aphor.

Quæcunq; præter naturam tenues exiſtentes vter ogerunt, abortiunt priuſq; craſſeſcant.

xlv. Aphor.

Quæcunq; mediocriter corpora habentes ſecundo, aut tertio menſe ſine occaſione manifeſta, ijs acetabula vteri plena mucoris ſunt, & non poſſunt ex pondere fœtum cõtinere, ſed difrumpuntur.

xlvj. Aphor.

Quæcũq; pter naturã craſſę, nõ cõcipiũt utero, ijs omẽtum os vteri cõprimit, & priuſq; extenuenť, nõ cõcipiunt.

xlvij. Aphor.

Si vterus in coxam vergens ſuppuratur, neceſſe eſt [a] linamentum fieri.

xlviij. Aphor.

Fœtus, mares quidem in dextris, fœminæ vero in ſiniſtris magis.

xlix. Aphor.

Vt ſecunda procidat, ſternutatorio appoſito, & nares appræhendito, & os.

l. Aphor.

Mulieri ſi velis menſtrua cohibere, cucurbitulam quã maximam ad mammas appone.

lj. Aphor.

Quæ vtero gerunt, ijs vteri os comprimitur.

lij. Aphor.

Mulieri vtero gerenti, ſi lac multum e mãmis effluat, fœtum imbecillem ſignificat, ſi vero mammæ ſolidæ fuerint, fœtum ſignificant ſaniorem.

liij. Aphor.

Quæ corrupturæ ſunt fœtus, ijs mammæ extenuãtur, ſi vero rurſus duræ fiant, dolor aut mammas, aut coxas, aut oculos, aut genua infeſtabit, & non corrumpent.

liiij. Aphor.

Quibus os vteri durum eſt, ijs vteri os comprimi eſt neceſſarium.

lv. Aphor.

Quæcũq; vtero gerẽtes à febribus corripiunť, & fortiter [b] calefiunt ſine occaſione manifeſta, difficulter pariũt, & cum periculo, aut abortum facientes periclitantur.

lvj. Aphor.

Influxu muliebri ſi conuulſio, & animi defectus aduenerit malum.

lvij. Aphor.

Si menſtrua plura fiant, accidũt morbi, & ſi non fiant, ex vtero morbi contingunt.

[illegible]

lix. Aphor.

Si mulier nõ cõcepit, ſcire autẽ velis ſi cõceptura ſit, pãnis circũtectã ſubter ſuffias, & ſi odor videať p corpus tre ad nares, & os, ſcito quod ipſa non ex ſe ipſa ſterilis eſt.

lx. Aphor.

Si mulieri vtero gerenti purgationes eant, impoſsibile eſt fœtum eſſe ſanum.

lxj. Aphor.

Si mulieri ceſsẽt purgatiões, neq; febris, neq; rigor ſuperueniat, & faſtidia incidant, iudica ipſam in vtero habere.

lxij. Aphor.

Quęcũq; frigidos, & ſpiſſos vteros habẽt nõ cõcipiũt, & quęcũq; phumidos uteros hñt nõ cõcipiũt, extinguiť. n. in eis genitura, & q̃cũq; ſiccos magis & adurentes, nam ex defectu alimẽti corrũpitur ſemen, quęcũq; vero ex vtriſq; mediocrem habent temperaturam, hæ fœcundæ ſunt.

Ex. vij. Sect. xxvij. Aphor.

Mulieri vtero gerẽti, ſi tẽtio ſuperuenerit, facit abortum.

## De diſpoſitionibus apparẽtibus in extremitate membrorum exteriorum continens Rubricas. xvi. Capitulum. XXII.

*De ruptura, & quæ ſimulantur.* Rubrica. I.

De diſpoſitionibus apparentibus in extremitate membrorũ exteriorum. Et primo de ruptura & quę ſimulanť ei. Vnde ruptura quæ ſic ab Auic. nominatur ab alijs diuerſis nominibus inſcribitur. nã Viaticus eam crepaturã nominat. Almanſor eminentiã. quidam intercœliacã paſsio. quidam herniã volentes vt hernia ſit nomen generale ad omnẽ rupturã. Sed vt Simon Ianu. hernia eſt fractura qñ inteſtinũ in oſſeum deſcendit. Sed vt ſæpe dictũ eſt ad medicum de nominibus diſputare non attinet. Et ab Auic. talis ponitẽ deſcriptio. Ruptura fit per ſolutionem pãniculi à ſingularitate ſua, & caſum ſciſſuræ in eo quem penetrat corpus quod comprehenſum eſt in eo ante ſciſſuram, aut propter dilatationem ſtricturæ in meatu, aut ſolutionem. Propter quod aduertendum q; ſyphac eſt panniculus durus ſubtilis continens inteſtina à quo iuxta inguina verſus finem thorum oriunť pãniculi duo vnus à dextris & alius à ſiniſtris, qui pãniculi ptendunť vſquequo teſticulos inuoluãt, & nominanť à principio ortus eorũ vſquequo perueniãt ad teſticulos dydymus. cum autẽ perueniunt ad teſticulos & dilatãtur inuoluentes eos nominanť burſa teſticulorum. Vnde in principio ſui ortus orificiũ eorum ſm naturã, clauſum eſt & in proceſſu dilatať, & in fine vſq; ad quantitatẽ teſticulorum quos inuoluunt. Cũ ergo orificiũ ſuperius ſm naturã clauſum pter naturã aperiť, & per ipm deſcendit aliquod inteſtinũ qđ ſua naturali clauſura detinebatur, tũc fit ruptura, ſiue hernia. Cuius ſpẽs cõiter quatuor enumeranť. Inteſtinalis, aquoſa ventoſa & carnoſa. dico cõiter, quia à nonnullis [a] ſepẽ ponunť ſpẽs vltra quatuor iam dictas addentes zirbalem, humoralem, & varicoſam. A vulgaribus autem nominať apertura & merito, qa fit ppter aperturã foraminis quod ſm naturã clauſum eſſe deberet. Accidit aũt q̃nq; diſpoſitio ſimilis apturę & nõ eſt aptura vt cũ pãniculus non aperiť ſed mollificať vehemẽti mollificatione, & tunc deſcẽdit quod cõtentũ eſt ad inguina & nõ in burſam quod in inguine cauſat tumorẽ ad modum glandulæ ſatis notabilis quantitatis maioris aut minoris ſcđm maiorem aut minorẽ relaxationem. & hic dicitur hernia inguinata, ſiue mollificatio inguinum.

CAVSÆ. Et horum oĩum cauſa eſt aut primitiua, aut antecedens, aut cõiuncta. de q̃bus oĩbus particulariter exẽplificabo. Exemplũ de primitiuis, vt oĩs cã pparans ad aptionẽ dydymi, et rupturã ſyphac, ut ſunt ſaltus fortis, & ab alto, labor, exercitiũ grãde pedeſtre & eqſtre, eleuatio magnorum



Margin notes (right): [a] Auicẽ. Gręcis nostris ramex & hernia, barbaris ruptura, ſeu crepatura noiatur. — Syphac quid.

Margin notes (left): [illegible]

magnorum ponderum propter quod portatores, & fachini,&c. inflatio fortis ad quã ſequitur ventris inflatio, propter quod tobicinę, & fiſtulatores vt plurimũ ſunt herniaci. & conſimiliter cantatores, coitus plurimus, & maxime ſuper repletionẽ. Item equitatio mulieris ſuper virum ipſe coitus. Itẽ tuſsis laborioſa: vociferatio fortis, & clamoſa. Itẽ aſcenſus & deſcenſus, tenſio baliſtarum, & omnia alia in quibus eſt forte conameo ita vt flatus retineať. Cauſa autem antecedens eſt aut teneritas naturalis panniculi, aut vẽtoſitas ipſa frangẽs, aut humidas effuſa à toto ad inteſtina vt ſanguinea fœculẽta. cuius cauſa fuit percuſsio, aut caſus, aut aquoſitas multa grauans, & in burſam teſticulorũ deſcendens, aut longa fœcum retentione. vnde accidit in forti compreſsione. deinde ruptura, aut longa ſpermatis retentio moti & prohibiti ab expulſione. Cauſa autem coniuncta eſt ipſa ruptura ſiue apertio. Cauſa autem relaxationis ſiue mollificationis eſt teneritas ipſa naturalis pãniculi vel humiditas multa, quare pueris facilius ac ſæpius accidit.

Herniaci q̃ ſum mopere exiſtãt.

P R O G N O S T I C A ꝙ ruptura inteſtinalis inueterata, & ſpecialiter in corpore adulto non curať medicina ſed tantũmodo ferro. de quo infra. Et diciť inueterata apud Gordonum qñ pertranſiuit dies. vij. nam tunc labia ſunt facta dura & obturata, quorũ vnio videtur impoſsibilis etiã ſi forte in membro exteriori niſi remoueretur calloſitas, & duritiei labiorum prius. & multi multa promittunt, & pauca attendunt. In pueris autẽ pur ſanatur, et cum difficultate. Sed accidit ꝙ aliqui ſunt mollificati qui medicaminum beneficio curantur, & medici dicunt ꝙ erant rupti & implent capita hominum mendacijs. Et ponam ſigna diſtinctiua inter mollificationem & rupturã. & Gilber. anglicus inquit. Bi recens ſuſcipit ſtatim curationem, cum inueterata eſt & in adultis nunquam niſi per chirurgiam curatur. multi autem meo tempore præſumpſerunt dicere ſe curaſſe multos. Et ego ponam medicamina forta ad hoc quibus vſi fuerunt. Sed tu viere prudẽtia & noli promittere vana. Item ad complementum cognitionis cauſarum ſcito ꝙ crepatura citius accidit pueris propter relaxationem, iuuenibus autem propter virulentiam, ſiue violentam tenſionem, in ſenectute vero propter humorũ ſuperfluitatem. Item vt ſciãs quãfactlis ſit eius cura aduerte, vt Auic. ꝙ eius ruptura ſupra teſticulos & apud inguina, & quod ea ſupra eſt ſumme eſt malorũ accidentiũ. Itẽ ꝙ omnis ruptura ſupra ſumen quãuis ſit paruæ additionis & non doleat io principio eſt malorũ accidentium, qm̃ io ea ſunt expulſa inteſtina minuta, & ſunt cõpreſſa, & coartata & coartant fecem, & euomũt eam, & facit inquietudinem, & anguſtiam & eſt de genere ileos. Inteſtinalis, & zirbalis difficilis curationis quãuis parua ſit. aquoſa autem & ſi ſit magna facilis curatioois.

S I G N A demonſtratiua. Quãdo eſt cum deſcenſu inteſtini, & zirbi reſupinetur æger, & eleuatis pedibus, & cruribus ſuis manu cõprimatur locus eminens & ad intra reducatur, quo facto eleuetur patiens & ſtet. deinde comitendo anhelitum comprimat ad inferiora, tunc ſi iterum videbis tumeſieri locum & quaſi ſtatim & deſcendere in burſam teſticulorum, tunc ſcito ꝙ ruptura eſt. Item eminentia ſic apparẽs in myrach quæ ſic per compreſsionem, remouetur & redit, cum homo ſtat vel ſedet ſuper rupturam ſignificat, & ſpecialiter ſuper deſcenſum zirbi aut inteſtinorum. Sed ſignum diſtinctiuum eſt, quoniam quãdo eſt ex zirbo eſt eius reditus cũ difficultate maxima, & cum paruo rugitu vel nullo ſm̃ ꝙ zirbus facit figuram in burſa teſticulorum ſicut eſt figurato retis inuoluti cũ panno lineo, & eſt ſecd'm plurimum paruę quantitatis. inteſtini vero reductio eſt non ita difficilis & cum maiori rugitu licet paruo, & facit inteſtinum & burſa teſticulorũ eminentiam groſsiore magis tangibilem & dolorem maiorẽ, & in ſumma quando eſt dilatatio manifeſta deſcendit in oſſeum zirb us aut inteſtinum paulatim abſq; dolore in expreſsione facta ab ipſo ægrotante.

Signa ventoſæ. Inter hoc autẽ & deſcenſum vẽtoſitatis ſignum, qm̃ in vẽtoſa hernia reditus eſt facilis reſpectu dictorũ. & ita redit ſtãdo ſicut ſi reſupine, ita ꝙ reſupinatio parum operať in eius reditu. Cuius contrariũ in inteſtinali, & redit abſq; dolore, & eſt abſq; grauitate percepta, & quãdoq; eſt fortis extendens oſſeum, & dolorem fortẽ cauſat extenſiuũ. vnde in eius cõpreſsione à medico digitis, & auditu percipitur. Item & patiens ſentit ventoſitatem moueri etiam in inteſtinis, & ꝙ ex vſu rerũ multiplicantium ventoſitatem magis augetur, nec ſic cum ad ſuperiora pellitur deſcendit vt inteſtinalis, zirbalis.

Signa aquoſæ. Hernia autem aquoſa tactu comprehenditur ex tenſione burſæ, & quia burſa lucet ſiue ſplendet, & non redit vt cæteræ, immo tactu cedit, & eſt cum diſpoſitione cachetica. Humoralis nõ diſcernitur quia corpus eſt repletum & eſt ſine dolore & cedit tactui, & eſt mollities media inter aquoſam & carneã, in carnoſa itaq; videtur teſticulus augmentari ſine dolore ſine apoſtemate, & eſt ibi duritiea & groſsities et oppilatio viæ, et quandoque eſt ibi groſsities ex lapideitate apoſtematis duri, et nominatur buris.

Signa varicoſæ. Varicoſa autem cognoſcitur ex venis repletis, et tortuoſitate earum cum mollificatione teſticulorum, et non redit dato ꝙ ſupinus iaceat, et illam quæ eſt in arterijs tactus comprehendit, ſed cauſa quæ eſt ro venis nutrientibus illa membra non comprehendit tactus.

Burſa quid.

Signa relaxati. Accidit autẽ vt quãdoq; quis iudicet relaxatum eſſe ruptũ, et ideo arbitratus ſum ſigna inter ipſa diſtinctiua ponere. Signum quia ſi quis ſtabit ſuper pedes ſuos, & cõtineat anhelitum & ipſum ad inferiora impellat, vt ſupra ſi de facili ad impulſionem talem deſcẽdat inferius ruptus eſt, ſi non relaxatus. Et ſi vis ad hoc certificari per hoc ſignum fac prius patientem ſupine iacere, & intromitte tumorem. deinde fac vt dictum eſt. Item relaxatio ſecundum plurimum ad inguina terminatur, ruptura autem ad oſſeum.

C V R A. Io cura itaq; rupturæ ſiue herniæ particulari. x. canoñ. obſeruandi ſunt. Ordinatio diætæ. Digeſtio, Euacuatio, Reductio eius quod deſcendit ſiue ſit zirbus ſiue inteſtinum. Cõſolidatio ſi ſtatim poſsibilis eſt. Conſeruatio ne vlterius procedat cum conſolidari non poteſt. Exiccatio eius quod mollificatum eſt & dilatatum. Reſolutio eius quod aggregatum eſt in ea ſi eſt aqua aut ventoſitas. Prohibitio ne materia deſcendat ad extenſionem faciendam. Vltimo cum omnia non contulerint caſtratio, & ferri adminiſtratio.

Pro complendo primum abſtineat à rebus confortantibus cauſam factiuam rupturæ, & ſunt cibi inflatiui & ventoſitatem generantes, vt fabæ, faſeoli, piſa ſiue robiliæ, cicerum, grana, caſtaneæ, lac, olera, ſpinachia, præcipue lentes. Item à cibis abſtineat malæ, & duræ digeſtionis, vt ſunt paſtillicia, nerui animalium, interiora, carnes antiquæ duræ, panis milicaceus, & de caſtaneis factus. Fructus ventoſi, vt pepo, auellana recens, ficus humidæ, vua recens, amygdala recens, & aquoſi, & maxime in aquoſa & in ea quæ eſt ex mollificatione. Item fugiat aquam frigidam, vinum groſſum turbidum. Item dulce & nouum. itẽ potus mellitos, & mel ipſum niſi fuerit bene decoctum. & ſic de alijs ventoſis in. v. tract. Vtať cibis temperatis, facilis digeſtionis, & magis declinantibus ad ſiccũ maxime in ventoſa. cõueniunt tamen carnes agnellinæ, & præcipue iuuenes, aſſatæ vitulinæ, manzinæ iuuenes. Item ſalſæ ex carnibus leuis digeſtionis & in modica quantitate. Conueniunt fructus, vt ficus ſiccæ, phyſtici, pineoli, paſſulæ, vua bene matura, & quæ ſtetit aliquibus diebus ab arbore depoſita in pauca quantitate. Itẽ quandoq; cape poteſt de amygdalis exiccatis, & in pauca quantitate,

quãtitate,& rato. Conuenit rizũ, ſynapi, brodiũ cicerum ru. caules & hmõi. & in his tamen ſemper modera. Itẽ panis de frumẽto bene fermẽtatus & bene coctus. Itẽ panis biſcoctus, ſiue tortellæ de ſeni. Itẽ vinum ſit clarum, duorũ menſium ad minus, non dulce, neq; auſterũ, ſed medium etiã in vinoſitate albũ; vel aureũ ſiue aurelũ, fugiat repletionẽ,& teneat ſibi ventrẽ lenẽ, & eſt de optimis rebus ei, Itẽ poſt eius cibum cibũ reſupinet, & qñ ſedet teneat continue bracale. Itẽ ſi ſtat. Et quia coitus ſub intentione cõtinetur dicatur de eo ꝙ coitu non vtatur vt poteſt. & ſi eo vtatur ſit poſt vẽtris lenitionẽ,& habeat bracalæ, ſiue ſtricturã,& non faciat vt multi qui eum deponunt ꝓpter verecundiam & male. deinde eis ſuccedit ꝓpter agitationẽ. Non moueaẽ poſt comeſtionẽ neq; deambulet pro poſſe niſi debite, multũ fugiat equitationes, & præcipue equorũ male & duriter ambulantium. Item exercitia fortia pedeſtria,& alia huiuſmodi fortificãt in eas rupturas. de quibus ſupra in cauſis primitiuis & quiete vtatur magis iacẽs aut ſedens ꝙ ſtans. Somno & uigilia vtaẽ moderate. & conſimiliter de accidentibus animæ.

Pro complemento ſecundi & tertij ſcito ꝙ ſi uidebitur digeſtionẽ & euacuationẽ eſſe neceſſarias illas fac. Et tu habuiſti ſæpe digeſtiua vẽtoſitatum & aliorum humorũ. & ſimiliter euacuatiua ſupra de colica.& ideo ad illa loca te transferas.& ad poſita ſupra. iiij. tract. Itẽ ſi habitudo corporis indicabit de phlebotomia illã fac. omnia enim particulariter ſcribi non poſſunt neq; debent, attento ꝙ ex ſæpe dictis intelliges modum procedẽdi in ſimilibus. Sed hic aduerte ꝙ ſolutiua debent eſſe liquida & leuia non trahentia multum à remotis, & clyſteria ſunt in caſu multũ conformia, neq; in ſolutiuis multiplicabis, ſed vt poteris ab eis abſtinendum.

Reductio autẽ fit vt reſupinetur æger,& reſtauretur cũ manu ſua leuiter cõprimẽdo retintromittat. Q. ſi reductio fiat difficilis clyſterizetur prius æger bis in die cum clyſteri ex oleo cõmuni facto cum modico ſalis. deinde tentetur reductio. Q. ſi adhuc fieri non poterit emplaſtretur locus cum lenificantibus,& mollificãtibus cum radice altheæ, ſemine lini, fœnugręc. Et ex mucillaginibus eorũ cum pinguedinibus,& oleis,& farina ſeminum lini, aut cũ ſpõgia infuſa in oleo decoctionis maluæ, altheæ, fœnugræci, ſeminis lini, camomillę & huiuſmodi. deinde tẽtetur reductio & ſemper cum facilitate ne cauſetur dolor qui inquãtum fieri poteſt euitet. Q. ſi adhuc non cõferret fiat balneũ ex camomilla, anetho, radice altheę, ſemine lini, fœnugręc. malua, biſmalua, & hmõi. in quo calido & non multum ſedeat patiens per longum tẽpus. Aut pro nobilibus, & potentibus ponatur æger in tina olei cõis tẽperatæ caliditatis vſq; ad vmbilicum, & in ea ſtet per tempus notabile ſm virtutis tenorem & amplius vtam mirabiliter. In quo Ioan. Iañ. noſter optimam reportauit famã,& lucrũ grande. deinde reſupinetur & intromittaẽ. Quo pacto ponatur ei bracale de ferro aut de pãno bombacino modicũ ſuffulto cum plumaceolo vt cõiter fit,& ante eius ſtricturam ponaẽ ſuper locum fractum aut mollificatũ ſcutum de corio magnum aut paruum ſm corporis quantitatem & ipſius aperturæ, ſuper quod ſit extẽſum aliquod ex emplaſtris dicendis infra conſolidãtibus. de quibus copioſe ponẽdo acutiem ſicuti inferius verſus teſticulos,& latum verſus ventrẽ ſicut,& ſtat plumaceolus bracalis ſiue ſtricturæ. deinde ſuper ipſum extendatur plumaceolus, & ligetur,& ſtringatur nõ multum. Scd'a vero die aliqualiter plus ipſo ſemper ſtante in loco reſupine, & capite aliqualiter depreſſo,& omni die vt ſupra inaniatur venter cum aliquo lenitiuo. ſicq; deinceps abſtineat ab his quæ dicta ſunt in complemento primi canonis.

Conſeruatio autẽ ne vlterius procedat fit cum medicinis glutinationẽ facientibus & confortantibus in quibus eſt ſtypticitas. de quibus ſatis infra exemplificabo in receptis, ſed ſuper oĩa valet geſtio bracalis, ſiue ſtricturæ quã herniacus ſaltem inteſtinalis deſerere non debet.

Exiccatio autẽ, & reſolutio cõpleatur cũ medicinis, & emplaſtris reſolutiuis dictis in cura hydropiſis,& tu ibi.

Prohibitio autẽ fit cum ſtrictura quiete, & euacuationibus ſi cauſa fuerit humiditas à toto uel particulari membro tranſmiſſa,& in eo caſu confortationi totius vel membri particularis ſtude ne mittat.

De caſtratione me non intendo hic multum intromittere, qm̃ ad chirurgicum ſpectat, ſed de ea infra. ſed certe paucos vidi liberari abſq; reſtauratorũ beneficio. De adminiſtratione autem ferri pro nunc tãtum dico ꝙ ex antiquis ſapientibus laudauerunt quidem uſtionẽ factam cum ferro habente figuram, ſemicircularem cum haſta eleuata ſuperius, ita ꝙ hæc vſtio cum tali inſtrumento conſequaẽ os pectinis hora qua fit. & dixerunt ꝙ curat rupturam ꝓfundam & magnitudinem ſyphac & dilatationẽ meatus per quem zirbus,& inteſtina deſcendunt.

ET SATISFACIENS .v. principali ponam quaſdã ex expertis meliora per os ſumpta vel per exterius adminiſtrata. Et incipiam ab his quę per os ſumunẽ quæ ſunt potiones, pilulæ, vel pulueres, vel electuaria.

Potio & eſt ſy. magiſtri Hugo. & magnę laudis. ℞. ſucci trium cõſolidarũ, ſucci iaceæ nigræ, ſucci hepaticæ terreſtris. ana. lib. ſ. ſucci corrigiolæ, plantaginis. ana. ℥. iij. ſucci rutæ viridis. ℥. ij. depurentur hi ſucci cum decoctione harum rerum in illis. ℞. roſ. thuris, maſticis, mummię, ſang. drac. boli arm. ana. ʒ. j. ſ. myrti, ſumach, naſturcij, coralli, cyperi. ana. ʒ. j. nucis cupreſsi. ʒ. j. ſ. myrrhæ, gummi ara. ana. ʒ. ſ. bulliant omnia in ſuccis ad conſumptionẽ tertiæ partis. poſtea colentur & ſyrupizẽtur cum zucch. Q. ſi natura temporis negabit eas poſſe habere herbas virentes liceat loco ſuccorum ſumere ſiccas, et coquere in aqua pluuiali ſufficienter, deinde manibus fricando colare. deinde reduc eã colaturã ad ignẽ & cum zucchato cõuenientis quãtitatis fac. ſy. dimitte itaq; hunc ſy. fermentari vſq; ad menſem. deinde ipm̃ exhibe in doſi cõueniente ætati patientis cum hoc apozimate. ℞. herbæ ſigilli Salomonis, radicum herbæ ſanctæ Mariæ, radicis peruincę, foliorum graminis cum radicibus. ana. ℈. j. radicis garyophyllatę. M. ſ. terantur & coquantur in vino optimo,& ſubtili, qđ vinum reſeruetur & diſtemperetur cum eo ſyr. dictus, & deẽ per octo dies cõtinuos vel. xv. ſm ꝙ ægritudo erit difficilis,& minus difficilis,& tẽpore eius exhibitionis nulla fiat emplaſtratio. Exhibito autẽ ſyr. dentur pilulæ quæ ſequunẽ quæ ſunt in caſu mirabiles,& glorioſæ,& magnę efficaciæ. ℞. raſuræ ferri. ℥. ſ. pilorum leporis minutiſsimę inciſorum, ʒ. iij. nucis cupreſsi, mummiæ, ſangu. drac. hypoquiſtidos, olibani, achaciæ. ana. ʒ. ij. naſturcij, dragacanti, myrrhæ, cyperi. ana. ʒ. j. terantur & conficiantur cũ ſucco conſolidæ maioris, doſ à. ʒ. j. vſq; ad. ij. Et hic aduerte ꝙ quando exhibentur hæ pilulæ ꝙ tunc deponendum eſt emplaſtrum & ſuper locũ teneatur notabilis quãtitas magnetis applanata. nam ſic ferrum trahet cum quo & cętera ſequenẽ ad locum ipm̃ cõſolidandum. Hęc enim operatio eſt reiteranda toties donec effectiua intentus conſequaẽ. & ſemper deinde ſuper locũ teneaẽ emplaſtrũ. de quo infra. Iſta eſt operatio non ab oĩbus ſcita nec ſic ſcripta, in qua fiducia non parua habenda eſt cum fuerit perſpicaci atq; ſagaci magiſterio facta. Pilulæ aliæ rationabiles,& glorioſæ. ℞. limaturæ ferri. ℥. j. pilorum leporis puluerizatorum. ℥. ſ. nucũ cupreſsi. ʒ. iij. ſang. drac. mũmiæ, olibani. ana. ʒ. j. cõfice cum ſucco millefolij: & deẽ vt ſupra. Puluis quo vti debet patiens frequenter in cibis ſuis. ℞. fauces lucij magni ſeparatas à carne & cõbure eas in olla cooperta in clibano poſita. deinde ℞. huiuſmodi pulueris. ʒ. iiij. conſolidæ maioris, & minoris. ana. ʒ. iij. millefolij, arnoglosſæ. ana. ʒ. ij. ſang. drac. thuris, maſticis volubilis minoris. an. ʒ. j. ſ. garyophyllorũ, cinamomi, ziuz. cardamomi.

Hugonis ſy.

ana.ʒ.ij.zuccha. quantum vis reducantur in puluerem. & hæc omnia adinuicem miſceantur. Electuarium ad hoc ℞.garyophyllatum, cinnamomi, zinzibe.macropiperis. ana.ʒ.ſ.thuris,maſticis.ſang.dra.nuchum cupreſsi,balauſtiarum.ana.ʒ.j.conſolidę maioris,& minoris, millefolij, iaceæ.ana.ʒ.ſ.ſeminis plantaginis,lentis, myrrhæ. ana.ʒ.j.cyperi.ʒ.ſ.zucchari.quod ſufficit. Aliud ad idem.℞.radicum conſolidæ maioris,radicum acori.ana.lib.ſ.radicum ſigilli,ſanctæ Mariæ,radicum caudæ equinæ.ana.℥.iij.mellis diſpumati.℥.iiij.optime terantur & elixentur & cum melle decoquantur.deinde addatur hic puluis. ℞.nuchum cupreſsi.ʒ.j.pilorum leporis. ʒ.ij.maſticis, coralli, mummiæ, terræ ſigillatæ, cinnamomi.ana. ʒ.j.ſ. garyophyllorum,nucis indicæ,calami aro.caſsiæ ligneæ,ciperi. ana.ʒ.j.fiat electuarium. & eſt ex expertis. Laudatur hoc caſu ſumme puluis leporis combuſti cũ cibis exhibitus, vt.℞.leporẽ & euiſcera & decolla & minutim incide cum tota pelle & pone in olla bene obturata in clibano calido donec exiccetur & puluerizari poſsit, & adminiſtra cum cibo.Similiter puluis faucium lucij vſtarum eodẽ modo per totum. & illa duo ſimul magis valent. Item puluis politrici in cibo cũ potu datus & eſt forte, & cauda equina,& eſt ex expertis & magis excellens. Item piloſella, & ruſtici conſueti ſunt ſanare pueros ſuos cum hac herba maxime in tenera ętate faciunt tortellos vel aliter in cibis cõmiſcent.Item ad idem valet herba gerens fructum qui dicitur fragola. Item radix cardi pecorini, radix diptami, pimpinellæ,radix ſigilli Salomonis,& ita de alijs cum ouo ſo patella frictis vel ſub cineribus vel alio ingenio exhibitis. Vnde ex datis collige duo tria vel pauciora vel plura & exhibe vt videbitur.& fortaſsis in fine aliqua per ordinem ponam. Emplaſtrum conſtrictiuum.℞.oſsium dactylorum,gũmi arboris lymonum. pilorum leporis minutiſsime inciſorum,ſangu.dra.nuchum cupreſsi, ſauinæ, glutinis piſcium, glutinis de corio viſci quęrcini, mummiæ,amoniaci,galbani.ana.℥.ſ.balauſtiarum,licij,corticum thuris, myrrhæ, ſarcocollæ, hypoquiſtidos, lapidis emathitis.ana.ʒ.iij.diſſoluantur gummi,& glutina in aceto vini & fiat emplaſtrum quo vtatur de quinto in quintum mutando. Ad idem quod ſanat rupturam infantiũ. ℞.corticum granatorum. ʒ.x.gallarum immaturarum.ʒ.j.decoquantur in,℥.v.vini ſtyptici decoctione vehementi.primo nanq; reduc inteſtina. deinde embrocha locum aqua frigida.deinde ſuperpone emplaſtrum & muta de.x.io.x.diebus. Aliud & eſt optimũ. ℞.maſticis, corticum thuris,nuchum cupreſsi & myrrhæ,glutinis piſciũ & ſarcocolle.ana.diſſoluatur gluten in aceto vini.deinde aggrega & fac emplaſtrum. Aliud & eſt famoſum noſtro tempore,cerotum de pelle arietis.℞.picis naualis,aloes.ana.ʒ.iij.maſticis thuris.ana.ʒ.ij.boli arm.ſang.dra.ana.ʒ.vij.litargiri,colophoniæ,amoniaci, galbani.ana.ʒ.ij. ceræ, rutæ.ana.ʒ.iij.gallæ,viſci quercini,gipſi.ana.ʒ.viij.vtriuſq; ariſto.ana.ʒ.iij.myrrhæ,terbentinę,emathitis.ana.ʒ.ij.balauſtiæ, pſidiæ. ana. ʒ.j.achaciæ,ſeui hircini. ana. lib.j.ſ. omnium conſolidarum.ana.ʒ.ij.gallę:ſanguinis humani. ana.lib.j.omnia iſta ſint diſtemperata cũ aqua in qua pellis arietina cum tota ſua lana ſit liquefacta per decoctionẽ pili leporis contriti in multa quantitate apponantur. gummi vero primo reſoluantur & cera poſtea agitando cum ſpatula pluties incorporentur.deinde emplaſtrum inũctis manibus cum oleo roſ.& myrtino informetur & vſui reſerua.hoc enim faciunt tantæ efficaciæ vt dicant ſi ſupponatur oculis canis conſolidet eos. Volo tibi hæc ſufficere. nam ex his & alijs paucioribus vel pluribus cõficere poteris.Sed certe non delecteris in multiplicatione gũmorum ſiue gummi, quoniam veſicant, & trahunt materiam ad locum & maxime ſtante plenitudine, & inflantur teſticuli,virga,inguina, & circunſtantia loca vt ſæpe vidi. & ideo te ſaturatum reddo.

Quando autem iſta non ſufficiunt,oportet ad operationem manualem deuenire. Et modus breuiter eſt iſte.Supinetur homo ſupra tabulam fortem & ligetur & deprimatur tabula ex parte qua eſt caput vt facilius reintromittantur inteſtina,quibus reintromiſsis ducitur teſticulus ex ea parte qua eſt ruptura ſuperius in loco altiori in quo eſſe poſsit, & illum locum ſigna,quia eſt recte ſuper oſſe fœmoris & in illo loco fit inciſio vel perforatio & non ſupra illum, quia tunc fieret perforatio myrach, & aliorum viſcerum neq; infra fiat,quia tunc remaneret per cõſolidationẽ eminentia magna præternaturam. In ſignato itaq; loco debet fieri perforatio, & à quibuſdã fit cum raſorio, & cito expediunt,& vadunt circũcirca excarnando dydymum, & teſticulum ab oſſeo,& poſteriora ligant in parte ſuperiori,& abſcindũt dydymum, & vaſa ſpermatica cum teſticulo & conſolidant poſtea. Et quidam excarnant dydymum & non teſticulum,& ſumunt,& ligant in parte ſuperiori,& apponunt medicamina valde conſtrictiua, & ſic dimittunt. Et quidam ponunt cauſticum in loco ſignato & perforant,poſtea ponunt arſenicum ſublimatum quod corrodit,& conſtringit adurendo,& continuę partes dydymi corruptas extrahunt. poſtea vero conſolidant. Et quidam operantur cum cauterio actuali. de quo ſupra de adminiſtratione ferri.

CVRA aquoſæ. expedito de inteſtinali zirbali ad aliorum curam accedo. In ea autem quæ eſt aquoſa præmiſſo regimine diætæ,euacuatione,adminiſtrẽtur emplaſtra exiccatiua & reſolutiua aquoſitatis ex his quæ dicta ſunt de hydrope.ubi plurima habes.et ideo ſuperſedeo.nã regula patientem ac ſi eſſet aſciticum. Veniendo ad operationem manualem Gal.xiiij.therapeu.ponit vt ponatur ſectio,quia ſi capiatur cum tenaculis latis burſa teſticulorum ipſis ad ſuperiora multum,deinde intromittatur ſtatim cum acu perforante,& dimittat vſquequo aqua fuerit euacuata perfecte.& primis diebus pone oleũ ro. cũ albumine oui.in alijs vero foliũ caulis cum butyro. Alij aliter vt Aui. Et alij eleuatis teſticulis ad ſuperiora quanto poſsibile eſt fiat perforatio burſę cũ phlebotomo vſq; ad locũ aquę vt exeat. Q. ſi redit infra mẽſes aliquos vt cõſueuit iterum fiat perforatio ut dictũ eſt.alij poſt perforationem ſtante fortitudine virtutis permittunt totam aquã exire. Q. ſi adſit debilitas paulatim ipſam extrahũt.deinde cauterizant locum cum cauterio actuali, nonnulli cum potentiali vſq; ad profundum ad remotionẽ folliculi ne redeat amplius.Et aliqui tenẽdo apertum locũ ſciſſurę apponunt arſenicum vt conſumetur folliculus. Alij ꝓpter ægros timentes cauterium imponunt tentam ex vnguento viridi aduſtiuo,aut inuolutam in puluere aphodillorum. deinde ſuperponunt his completis emplaſtrum boli arm.maſticis,cum albumine oui factum.deinde ligetur, & hora inciſionis da ægro ne ſyncopis ueniat micam panis cum vino granatorum. In pueris autẽ paſsio hæc ſæpe curatur cum emplaſtris, vnguentis reſolutiuis,exiccatiuis, vt de aſcliticis & regimen tendat ad calidum & ſiccum.

Syncopim frenantia.

CVRA. In ea quæ eſt ex uẽtoſitate procedatur ordinãdo vt à multiplicantibus ventoſitatem abſtineat, vt ſupra de tympanite.& dictum eſt de eis in complemento primi canonis huius rubricæ. deinde adminiſtra reſoluentia ventoſitatem ex emplaſtris, vnguentis, balneis, & huiuſmodi. vt ſupra de tympanite.Item fiat perforatio ut de aquoſa dictum eſt.nam quandoq; eſt folliculus quo aggregatur noua materia nec fit cura perfecta niſi poſt eius remotionẽ. Bibat vinum album acutum abſq; aqua, utatur fœniculo, aniſo,oleis,nucibus ſiccis, & huiuſmodi.

CVRA. In facta propter carnoſitatem fiat excoriatio carnoſitatis à pelle ſubtiliter cum raſorio, ita vt eleuetur tota carnoſitas cum ſuis radicibus vt poſsibile fuerit. poſtea continuetur pellis cum ſutura, & confortetur locus & conſolidetur. & hæc operatio chirurgici eſt. Aliqñ fit

operatio

operatio in hoc caſu abſq; inciſiōe hoc modo.primo mollificatur locus cum gummis & pinguedinibus faciendo emplaſtrum,vt ſupra de apoſtemate duro teſticulorum. deinde procedatur cum reſolutiuis,vt ſupra de apoſtemate molli in virga. Sed hic nota q cura carnoſæ eſt difficilis valde, & male vel nullo modo pōt fieri pfecte niſi per chirurgiā ſm quōd dictum eſt, & eſt timoroſa operatio valde de qua vt plurimum conſequitur verecundia. quapropter prudentes abſtineant.

C V R A. In varicoſa procede vt de varicibus dicetur incidendo venā à parte ſuperiori & inferiori. & quod eſt in medio abijciatur ligādo extremitates. deīde cura, cura vulneris. Vbi aūt fuerit humoralis & fiāt apoſtemata curetur cura apatum teſticulorum de qua ſupra.

De augmento vmbilici. Rubrica. II.

ACcidit vmbilico augmentum quod eſt ſm ſe mitam rupturæ. Cuius cauſa eſt aut apoſtema quod ſub cute eſt,aut quia caro augmentata eſt ſub vmbilico. Vel quia ruptus eſt panniculus ſyphac,ſiue mollificatus ſub eo,& tunc inteſtina gracilia intrant cauernoſitatem eius aut zirbus ingreſſus ſit,aut quia ventoſitas eſt in cauſa aut humiditas vt accidit in hydrope,aut quia ibi eſt ſanguinis fluxus ad eum per venam ſiue arteriam. nam ad vmbilicum muliē terminantur venæ. nam per venas vmbilicales nutritur fœtus. vt ſupra, & per arterias fit euentatio,ipſis ergo portantibus multum ſanguinem, quia plus q̄ conueniret fit augmentatio.

S I G N A demōſtratiua. Si ex deſcenſu zirbi vel inteſtini color eſt ſicut color cutis ſiue corporis ipſius.

Signa ſi eſt ex inteſtinis eſt dolor aliqualis, & cum premuntur occultatur. & q̄nq; cum rugitu, vt ſupra de ruptura inteſtinali, & cognoſcit q̄a ex approximatione mollificatiū. ſ. ex balneo, vnctione. & hmōi magis augmentatur.

Signa quando ex ventoſitate eſt leuis & alia ſigna apparent ventoſitatis.

Signa ſi ex carne aut ſanguine fuerit,manifeſta erunt.

C V R A Canones. q vbi abſq; ferro curare poteris non debes cum ferro curare.

C V R A Si ex apoſtemate cura apoſtema.

C V R A Si ex deſcenſu inteſtinorū aut zirbi ad eū locum,tunc fac ægrum ſurgere,& præcipias vt extendat vētrem donec appareat notabiliter augmentum. deinde ſignes augmentum circulariter cum encauſtro. deinde reſupinetur æger,& capiatur cum vncino locus ſignatus leuiter,ita q non capias quod ſub ipſo eſt. deinde intromitte acum cum filo,& ſuperficialiter ſemper. deinde perfora tali perforatione ne diſcooperiatur quod eſt ſub myrach. Si ergo eſt inteſtinū impelle eum ad inferiora,& ſi eſt zirbus extende ipſum & incide lacertum. deinde ſue locum diſruptum cū filo optimo de ſerico,& ſtringe ipſum ſupra ventrem & dimitte ex filo quatuor capita conſiderando ne cadat ad lacertum & conſolidare ſedimen. & fac q conſolidatio ſit pfundior q̄ eſſe poſſit, vt nō ſit operatio fœda.

C V R A ventoſum autem,& humoroſum cum reſolutiuis exiccatiuis medicinis. Quòd ſi non profecerit vade ad operationem manualem, & cauſticum. vt dictum eſt in de ruptura.

C V R A etiam augmenti carnei eſt cura rupturæ carnoſæ. Scito q poſt inciſionem venæ vmbilicalis in exitu fœtus debet obſtetrix vti cōglutinatiuis ſtypticis, vt ſunt puluis charabe,thuris,balauſtiarum,glandium,aluminis, achaciæ. Item terbentina,terra ſigillata,& hmōi. vnde ponantur talia poſt ligationem ſtrictam ab obſtetrice factā.

Ad exitum vmbilici in infantibus probatum. ℞. granorum lupinorum. M. j. petiam vnam panni linei & combure & conſice cum vino pontico,& bulliant ad inſpiſſationem,& infunde ſtupam,& ſuppone. Aliud ad idē. ℞. aluminis. ʒ. xv. gallarum. ʒ. ij. terantur & conficiantur cū vino nigro donec inſpiſſentur,& intinctam ſpongiam ſuper vmbilicum liga. Ad eius exitum aquoſum. ℞. vinum in cinere calido īfunde,& ex eo ſup emplaſtra. valet & ad vētoſum. Item valet ſaluia maſticata in ieiuno & ſuppoſita.

De gibboſitate. Rubrica. III.

GIbboſitas eſt ſpondilium à ſuo loco remotio. Vnde quandoq; remouentur verſus anterius, & tunc nominatur arenatio à quibuſdam. Quandoq; verſus poſterius,& tunc proprie cauſatur gibboſitas ſic à vulgaribus dicta. Et quandoq; accidit communitate oſſium caſſi,& nominatur concauatio & arenatio. Si vero ad latus dicitur contortio.

S C H O L I O N.

κύρτωσις, quæ & alio nomine κύφωσις græcis appellatur, in dorſi poſteriorem, exterioremq́ue partem diſtorſio exiſtit, Latinis gibbus, atq; gibboſitas vocitata, in cuius oppoſitum λόρδωσις apparet, diſtorſio nempe in anteriorem partem, fit nāq; in dorſo cauitas, in pectore autem tumor, quæ latinis recuruatio, repanditas, & gibbum ad anteriora nuncapatur, barbaris vero neſcio vnde arenatio, atq; concauatio, inde σκολίωσις, in dextrum, vel ſiniſtrū latus diſtorſio, obliquatio ſeu obliquitas, obſtipitas, tortuoſitas, atque contorſio recentioribus nominatur, Hæc Nicolaus Mutonus Lucenſis ex Galeno.

C A V S Æ quatuor videntur eſſe principales gibboſitatis. Vna & eſt primitiua caſus, percuſſio, eleuatio ponderis, & hmōi. Secunda eſt humiditas aquoſa lubrificatiua cum qua eſt aliquando ſalſedo mollificās ligamēta, quare ſpondiles reſiliunt à ſuo loco, & dicitur cum qua eſt ſalſedo, quoniam licet ſalſedo propter ſe prohibeat relaxationem, tamen ipſa in pauca quātitate iuncta cum multa humiditate eſt cauſa maioris penetrationis & imbibitionis, & ex conſequenti per accidens cauſa mollificationis. & ab hac humiditate fit ſm plurimum gibboſitas lateralis. conſidera vt in puero incētiuo. Item & humiditas luctuoſa ſiue groſſa hoc idem operatur. Tertia cauſa eſt ventoſitas mouens & impellens ipſa oſſa & ligamēta violenter: ita q facit ſpōdiles de loco reſilire. Quarta eſt apoſtema ſiue exitura natum in loco aut ex percuſſione, & huiuſmodi cauſatum. Quinta additur non ſic communiter eueniens & eſt contingens propter ſpaſmum ligamentorū factum ex febribus adurentibus & eſt raro eueniens, & cū venit velociter interficit.

S I G N A demonſtratiua ſunt. Si ex cauſis fuerit primitiuis vt caſu percuſſione & hmōi ſunt manifeſta.

Signa ſi fuerit ex humiditate tactus diſcernet & forma ipſius & parum exiccat locus oleum quo inungitur, & tarditas eius in exiccando ipſum eſt regimen pteritum, humidū, repletio, habitudo capitis, humiditas magna, & hmōi. Q. ſi fuerit ex ſiccitate tunc apparebit ſiccitas corporis & erit feb. acuta. velocitas exiccationis olei vehementia ſiccitatis. Item euacuationes exiccantes & alia hmōi ca patterum exiccantium & ſiccitatem ſignificantium.

Signa ſi fuerit ab apoſtemate tactus declarat. & ē ibi dolor pungitiuus proprie, & febris, & hmōi. Et ante poſitionem canonum ſcito q gibboſitas communitatis oſſiū pectoris facit accidere difficultatem anhelitus magnam.

Item & ſecundo q vbi acciderit gibboſitas ex aſthmate & tuſſi anteq̄ expuat ante iuuētutem moriturum, & eſt Hip. dictum. 6. apho. 46. apho. & reperitur litera quæ non habet anteq̄ expuat. vnde eo caſu arguitur permutatio materiæ facientis aſthma, vel tuſſim ad ſpondiles. vnde tunc fit impotentia dilatandi pectus. vnde maior inde ſequitur anhelitus difficultas, & ſic creſcente ætate caliditas acuta non debite refrigerari poteſt. quare mors ſequitur, & gibboſitas ſic accidens, ante & retro permixtum à materia fit groſſa. Vnde Aui. Et ſi non eſſet eius groſſitudo non accideret ab eo gibboſitas. Item ſcias q pueris magis accidit

gibboſitas

gibboſitas permaxime quando eis ſubtrahitur lac cito & nutriuntur cibis groſſis, vnde generatur humiditas groſſa declinans ad ſpondiles & gibboſitatem facit. Item illis graſcilantur crura poſt oppilationem factam à gibboſitate per quam prohibetur tranſitus nutrimenti ad crura.

C V R A Canones. Poſt eius confirmationem ex quacunq; cauſa fuerit nullo modo curatur, ſed in principio cũ eſt in via fiendi poteſt beneficio medici curari. Ordinatio diætæ & hic canon debet proportionaliter ſeruari vt in de paralyſi ex cauſa humida vel ſicca proueniente, ſm q; exigit diſpoſitio variando. In ſicca cauſa dãdo humida, & in humida ſicca. Digeſtio. Eũo. pportionabiliter. Adminiſtratio medicaminum particulariũ in particulari cauſa.

Si fuerit ex cauſa primitiua & acciderit apoſtema calidum abſq; fe. fiat phlebotomia ex baſilica ſi poſſibilis fuerit: aut ſubtrahatur ſanguis cum ventoſis ſuper naticas poſitis, aut ſuper pulpas crurium. Et vngatur locus oleo ro. aut de myrto: aut de nenuphare. Et emplaſtret̃ cum roſ. myrto. ſandal. farina hordei, & ſimilibus. & maxime exiſtente feb. Et purgetur cum manna, caſſia, thamarindis, et hmõi. Item declinet diæta ad frigidum, & potet aquam hordei & hmõi. Deficiente vero feb. inungatur locus cum oleo de camomilla, anetho, vel de lilio mixtis, vel per ſe. Et ſuperponatur emplaſtrum de maluauiſco, cum farina fœnugræci, & ſeminis lini, & pinguedinibus ſuium, anatis, anſeris, gallinarum proprie. Confortentur ſpondiles, et oſſa pectoris cum ligaturis, plumaceolis, & ſuſtentaculis factis ex ſtupa madefacta, & petijs inuolutis in albumine oui poſitis, & locatis ſuper emplaſtrum dictum. Et viatur diæta conuenienti. Q; ſi materia fuerit frigida quia apoſtema frigidum mundificetur corpus cum fœtidis de hermodactyl. cochijs, medicamine de turbith, & ſimilibus, vt infra de ſciatica. Et ſuper locum continue ferat̃ emplaſtrum ex amoniaco, laudano mixtis diſſolutis in mortario cum piſtello, aut emplaſtrum quod fit ex oppopanaco, amoniaco, bdellio, ſerapino, diſſolutis in uino & incorporatis cum pinguedinibus ſuium, & farina ſeminis lini, fœnugræci. Vngatur locus cum oleo de ſpica, de maſtice, de coſto, & hmõi. Confortetur locus cum bindis ſuſtentaculis nunc paulo ante nominatis. Iaceat ſupine ut plurimũ aut ſuper alterũ laterũ. Diæta ſit temperata, & ad latus caliditatis magis declinet. Et ſcito q; hyſſopus de proprietate valet ad hanc paſſionem ex quacunq; fiat cauſa ſpecialiter cum ficubus, & liquiritia mixtus.

C V R A in facta propter humiditatem lubrificatiuã audi Auicen. inquit. Humidæ quidem, & ſiccæ curatio paralyſia, & ſpaſmi humidi, & ſpaſmi ſicci neceſſitate euacuationis, quia in humida & dimiſſionis eius in ſicca, quoniam ſolis alterantibus vtendum eſt & adminiſtranda emplaſtra, & embrochas, vt dictum eſt in ea quæ ex apoſtemate. Vnde in humida medicinæ debent eſſe ſtypticæ, vt ſtringant ligamenta quæ mollificata ſunt, qua ex re inclinatæ ſunt ſpondiles & calefactiuæ, vt confortent ea, & reſolutiuæ vel conſtringantur humiditates mollificantes, aut adiuuantes ad mollificandum. quia ſcilicet prohibeatur hoc modo fluxus materiæ ad locum, quia cum non reſoluitur materia aliquando permutatur ad pedes, & facit paralyſim ſæpe fortem aut debilem ſm groſſitudinẽ, aut ſubtilitatem materiæ & eius imbibitionem & eius infuſionem. pña. Et inuenitur ſimplex captens has tres intẽtiones, vt nux cupreſſi folia eius, folia lauri, calamus aro. Et ex compoſitis eſt frigidum ex frigidis ſtypticis & calidis ad inuicem mixtis, ut ex roſ. achacia, balauſtijs, baccis lauri, caſtorei, acoro, folijs oleandri. & hmõi. Et ex oleis. vt eſt oleum cupreſſi, rutæ, de pyrethro, de caſtoreo, de euphorbio, & hmõi. vt ſupra de paralyſi. Emplaſtrum bonum. ſumatur acorus, & enula. decoquantur in aqua cupreſſi & emplaſtretur locus.

C V R A In ea quæ eſt ex ventoſitate impellente procede à principio cum carminantibus ventoſitatem, & ſpecialiter poſt purgationem cum fœtidis maioribus de hermodactylis, & hmõi reſpicientibus iuncturas. Super locũ gibboſitatis ponatur emplaſtrum factum ex ſynapi, ſtercore columbino, ficubus, ana. adinuicẽ incorporatis. Q; ſi per hoc emplaſtrum fieret in loco aliqua rubedo remoueatur, & vngatur locus cum oleo ro. aut de myrto vſque ad feruoris ceſſationem. Item vngatur cum oleo de coſto & cimino. Emplaſtrum ad ventoſam, & ad humidam, ℞. ſauinam, ſticados, amoniacum, nucis cupreſſi, pyrethrũ maioranam, cordumeni, ſquinantum, caſiam, coquãtur in aqua decoctione optima, & quandoq; proijciatur caſtoreum, euphorbium, ſauina contrita, & adminiſtretur.

Aliud ad idem. ℞. ſtoracis liquidæ, coſti, & calami aro. ſauinæ. ana. ℥. j. euphorbij. ʒ. j. olei nardini quod ſufficit.

Ad idem. ℞. calamenti, pulegij, origani, carui, cimini, farinæ lupinorum, ſeminis lini, fœnugræci mixtis & decoctis incorporatis. Q; ſi hæc non ſufficiunt adminiſtret̃ cauterium, & remouetur mollificatio, & induretur locus quam operationem chirurgicis relinquo.

C V R A In facta propter aſthma, aut tuſſim, eſt cura aſthmatis, aut tuſſis, et tu rubricis ſuis addendo quæ dicta ſunt hic de modo ligandi, & emplaſtrandi, & vngẽdi, euacuandi, diætandi, & hmõi. & tu bene conſidera.

De uaricibus. Rubrica. IIII.

VAtices ſunt dilatatio venarum in crure, & pede, ꝑpter multitudinem eius quod deſcendit ad eas ex ſanguine ſm plurimum melancholico non putrefacto. Dicitur ſm plurimum. quoniam aliquando hic ſanguis eſt phlegmaticus groſſus, aliquando purus, & eſt ſine putredine. Q; ſi fuerit cum putredine accidunt cruri & pedi vlcera ſaniem nigra. Et eſt paſſio cõſueta euenire his qui pedibus multum laborant vt ſunt curſores, viatores, portantes onera. & his qui ſtant longo tempore, vt ſunt ſeruitores regum, & his qui conſueuerunt vti cibis generantibus chylum melancholicum. Et conſueuit hæc paſſio vitis nominari quoniam venę tortuoſe incedũt. vt vitis. His enim accidit paſſio dicta materia habẽte raptum ad ea loca propter laborem & fatigationem debilitantem ea.

Varicibus maxime ſubiecti.

C A V S Æ. potes tamẽ aſſignare cauſas tres vt in aeterica dictum eſt. Prima diſpoſitio membrorum ſuperiorum generantium humores tales, vt hepatis, & ſplenis, aut propter eorum ægritudines, aut oppilationem, aut ꝑpter malitiam regiminis. Secunda eſt largitas venarum.

Tertia debilitas inferiorum naturalis aut accidentalis ex caſu vel percuſſione, ægritudine, ſtatione ſuper pedes, & hmõi. Accidit & hic defluxus ſanguinis ad crura via criſis aliquando vt in ægritudinibus acutis. vt in ſynoca materia expulſa ad ea loca per venas. Item in apertione oppilationum venarum hepatis, & ſplenis. Item in ægritudinibus cerebralibus melãcholicis. Vnde Hippo. xxxiij. aph. vj. ſectionis. Quicunq; calui ſunt, ijs magnę varices non fiunt, Quibus vero caluis varices magnę ſuperueniunt, hi ſurſus appellati fiunt. Et rurſus. xxj. apho. eiuſdem ſect. In inſanientibus ſi varices, vel hęmorrhoides ſuperuenerint, inſanię ſolutio. de quibus in aphoriſmis & aliqui infra in fine capituli. Aliquãdo eſt ſyphomaticus ut factus in principio ægritudinum ꝑdictarũ, uel incipiunt nulla ꝑcedente ægritudine ſicut incipiunt dolores iuncturarum, & accidunt quãq; in habentibus ſplenem plenum melancholia.

S I G N A demonſtratiua, viſu comprehenduntur, & tactu. Et melancholica eſt grauis tendens ad nigredinẽ. Et rubea eſt magis incolumia q̃ nigra. Et phlegmatica eſt ad leuitatem decliuis. Et quandoq; declinat melancholica ad abſciſionem, & vlcerationem.

C V R A Canones. Primus. q; varices poſt earum cõfirmationem non recipiunt curam niſi per chirurgiã, ſed ante vt cum ſiunt in principio curari poſſunt auxilio medicamentum

dicamentum

medicaminum,& cum non parua difficultate.

Secundus. ꝙ ſicut varices innatæ melãcholicis,aut maniacis ſunt vtiles, vt io apho. infra.ita ꝓhibitio fluxus ſanguinis melãcholici ad loca inferiora eſt apta inducere paſſionem melancholicam,aut ægritudinem ex melancholia prouenientem. quare ab earum illaqueatione vt poſſibile eſt abſtinendum,& non ita faciliter procedendum vt multi faciunt chirurgici.& ideo prius bene ꝯſa. regurgitat enĩ materia per illa loca fluere conſueta , & forte ad principalia,& ideo vt infra de podagra. Item ſicut in cura hæmorrhoidarũ fluere conſuetarũ quando totaliter reſtringuntur periculum eſt ne patiens hydropẽ incurrat ex regurgitatione ſanguinis melancholici ad hepar. ita &c.& eſt ſententia Auicen. inquit. Et accidit ex illis quæ in eis ſunt melancholicæ cum inciduntur,& prohibentur ægritudines melancholicæ , & melancholia.

Tertius. ꝙ ex ligatione ſiue illaqueatione tabeſcit membrum propter prohibitionem tranſitus nutrimẽti ad eum ex illaqueatione contingentem.

Quartus. ordinatio diætæ,& hic impletur opponendo cauſæ, vt verbi gratia. abſtinẽdo à cibis,& potibus melancholicis, & ab omnibus generantibus groſſos humores, vt à carnibus bouinis,caſeo, leguminibus, paſtilicijs, & huiuſmodi à labore pedum,à ſtatione longa in pedibus & huiuſmodi,quæ ſunt cauſæ varicum productiua, vt dictum eſt. Et cibis vtatur bonum & ſubtilem ſanguinem generantibus. vt pulli,oua,carnes laudatæ.

Quintus eſt digeſtio. digeratur cum digeſtiuis appropriatis materiæ. de quibus quarto tractatu.

Sextus. euacuatio. euacuetur cũ euacuatiuis appropriatis dictis ſupra de melancholia, & quarto tracta. Item cũ flebotomia,& eſt euacuatio magis propria . Vnde in prio fiat phlebotomia de baſilica i manu ſiue de ſaluatella eiuſdem pedis, & hoc eadem die vel poſt ſiue de ſaphena. vt Aui. Item in euacuando ſaltem cauſam antecedentem , & diuertendo confert vomitus laborioſus cum eo quod extrahit phlegma groſſum,& melancholicum . vnde in tali caſu cõfert vomitiuũ ex decoctione raphani, in quo ſteterunt fruſta ellebori nigri. de quo ſupra de vomitu.

Septimus. rectificatiu membri mandantis . vt ſi fuerit propter plenitudinem aut duritiem ſplenis primo rectificetur ſplen,aliter non curabitur.

Octauus eſt cõfortatio crurium,& pedum ne recipiãt. Confortatio autem talis fit cum vnguẽtis ſtypticis vt eſt factũ ex oleo myrtino. roſ. cum puluere nucum cupreſſi, & gallarum,& hmõi. & cum emplaſtris ſimilibus factis ex farina milij,melicæ,hordei,puluere boli ar. cypi,myrtorum , cum oleo de maſtice,ro. vino nigro ſtyptico & huiuſmodi totum emplaſtrando crus. Item cum ſuſtiis ſiue faſcijs ligando fortiter, incipiendo ab inferiori parte pedis vſque ad ſuperiora , vt à calcaneo vſque ad genua , & vltra vt videbitur,& præcipitur ægro vt iaceat in loco pedibus eleuatis.

Nonus. eſt adminiſtratio reſolutiuorum in fine cum nõ ſperatur amplior deſcenſus cum reſolutiuis. & huius generis eſt fimus caprarum,ſemen raphani,ſemen rutæ , farina fœnugr.& hmõi. Nonnulli de octauo & nono canonibus faciunt vnum dicentes. fiat confortatio cum ſtypticis exiccatiuis,& reſolutiuis poſt. ſ. canones,& poſt vomitum & phlebotomiã per modum qui dictus eſt ponentes ſuper crus. Vnde primo lauant cum chimolea,& aceto , & cum decoctione ſeminis lini,caulium,ſtycados,lupinorum,fœnugræ. ſtercoris caprini. Quidã cũ myrrha, aloe, achacia, hypoquiſtidos,alumen diſſolutum in aceto. Quidam qñ. ſpecialiter materia eſt magis phlegmatica ventoſa cum radice aphodillorum. filicis,ebulorum, folijs ſambuci , parietariæ , caulium coctis cum vino & aqua marina.

Alius modus operandi qui ſequi debet ad prædictum quando talis non confert emplaſtretur locus qui eſt ſub genu. per digitos tres cum bitumine quod fit ex bolo ar. myrrha,aloe,maſtice,dragacanto,gummi arabico, æqualiter ipſis bene pulueriʒatis,& incorporatis cum albumine oui,& totus locus circũquaꝗ emplaſtretur. deinde ligetur cum binda. ille locus bene ſtringatur , ita ꝙ humores non poſſint ad inferiora deſcendere. ſed caue ne in tali ligatura accidat dolor,& ſic dimittatur per diem vnam. ſequẽti die aperiatur illa uena cum phlebotomo magnificata in loco qui eſt ſuper cauicula pedis per digitos tres aut quatuor.& ſit vulnus phlebotomi magnum , vt inde ſanguis groſſus exire poſſit , & dimittatur exire ſanguis totus qui eſt in illa vena,ita ꝙ vena quæ eſt ſub genu vſꝗ ad cauiculam ſit perfecte euacuata. quod cito fiet quando paucus erit. quo facto conſtringatur ſanguis & ligetur vulnus & totum crus vſꝗ ad genu de nouo cum bitumine dicto & binda. Et ordinetur ꝙ infirmus ſic ſtet per duos dies cruribus & pedibus ſemper eleuatis. & ſic per continuationẽ bituminis & ligaturæ curabitur vſꝗ ad tempus breue ſi deus voluerit . Sed hic aduerte ꝙ vt exiſtimo oportet te eſſe ſollicitum in euacuando aut per pharmacũ ſi humor erit alius à ſanguine inficiens eum,aut in phlebotomando ſi erit ſanguis purus,vel prouocando hæmorrhoides , aut ponendo ventoſas ſuper varices,ita ꝙ diuerſio, & euacuatio ſunt in hoc caſu neceſſario continuandæ. & tu conſidera,& te tua prudentia rege.

VLTIMO cum omnia non contulerint oportet te deuenire ad illaqueationem venæ,& eſt operatio chirurgici,de qua aliquid vt in omnibus pro poſſe tibi ſatisfaciã. fiat ligatio cum binda & cum bitumine fortiter ſub genu vt dictum eſt. & poſtea ſcindatur pellis quæ eſt ſuper venam vel varicem ſubtiliter,ita ꝙ corpus venæ manifeſte appareat,& nõ lædatur. Similiter fiat in loco qui eſt ſuper cauiculam pedis. cũꝗ hoc factum fuerit in loco ſuperiori & inferiori capiatur vena cum digito & eleuetur. & optime cum filo ligetur in parte ſuperiori & inferiori tũc cum hoc factum fuerit incidatur corpus venæ totaliter ex tranſuerſo ſuper ligaturam in loco qui eſt ſub genu , & quod eſt in medio duarũ ligationũ liget totũ crus cũ bitumine & bindis,& ſtet pedibus eleuatis ſic vſꝗ ad dies tres. Attẽde ſi poſt ligationem fiet ſtupor , & mẽbri denigratio quod eſſet ſignum mortificationis membri inferioris. & ideo ſis attentus ne accideret error peior priori . Vnde diſſolue.

Alij melius meo iudicio circa plicaturam genu vbi apparet truncus & radix omnium varicarum,ponunt ruptorium in longum duorum digitorum vel circa ſuper locũ varicis. deinde ſic ſtupefacto loco excarnant abſꝗ manifeſto dolore vſꝗ ad venam quam capiunt cum vncino in duobus locis diſtantibus per digitos duos vel circa.& in illis locis ligant fortiter venam cum filo ſerico & ſcindũt tranſuerſaliter quod eſt in medio . deinde cauteriʒant extremitates venæ. deinde procedunt ad conſolidationẽ carnis. Sed aduerte ꝙ ſanguis qui eſt in parte venæ cruris ante cauteriʒationem à quibuſdam ſic extrahitur. manibus autem educunt ipſum ad ſuperiora quanto plus poſſibile eſt. reſiduum remanens exiccant cum medicinis exiccantibus dictis. Alij phlebotomant venam in parte inferiori, & ſic exit melius cum expreſſione facta cum manu ſi eſt neceſſaria. Et hæc tibi de varicum cura.

## De elephantia. Rubrica. V.

ELephantia eſt additio in pedibus ſm modũ qui accidit in venis varicum quare ingroſſat pedem cum qualitate ſua. Et quandoꝗ fit propter humorẽ phlegmaticum groſſum. Et quandoꝗ accidit ex cauſis ex quibus accidunt varices,& nutritur ex eo pes nutrimento aliquo,aut eſt in primis rubeus, deinde niger . Et cauſa eius eſt vehementia repletionis & etiam debilitas membri ꝓpter multitudinem caliditatis,& vehementiam attractionis eius propter vehementiam caliditatis in phlegmate et motu

ἐλέφας, atq; ἐλεφαντίασις, græcis nſis vniuerſi corporis cancer appellatur alijs ſatyriaſis , atq; leontiaſis , nihil ab arabum lepra diſtat.

motu. Et breuiter ad elephantiam cauſandam concurrunt etiam cauſæ varicum. hoc Auicē. Sed ſcito q̄ elephantia importat idem quod augmentum præter naturam in mēbris. vnde in vnoquoq; membro in quantum membrum eſt poteſt contingere elephantia, ut non ſolum in pedibus, ſed in cruribus, virga, lingua, & quaſi in toto, vt accidit in nicomacho. de quo Gal. cuius membra intantum creuerunt q̄ vix mouere ſe potuit. Et varijs nominibus deinde nominatur. Vnde cū eſt in lingua vel virga tunc criſmua dicitur. Et quandoq; accidit in toto, & tunc eſt ſecūda ſpecies lepræ vt melancholia ſit in toto diuiſa. Et vt dictum eſt cauſa elephantiæ eſt effuſio humoris melancholici ad pedes, aut ad membra alia, aut ad diuerſas partes corporis. vnde nutrimentum melancholicum aut phlegmaticū quod ſuperfluit ex nutrimento ſic ad membrum tranſmiſſo & non reſoluto per additionem partis ad partem facit in membris augmentum. vt in hypoſarcha dictum eſt.

Et ſcito q̄ magna pars notitiæ humoris peccātis melancholici. ſ. aut phlegmatici, pendet ex notitia complexionis & regiminis præcedentis. & ideo illa conſidera prius.

Scito præterea q̄ cū humor melancholicus ſiue ſanguis melancholicus continuatur in membro. & corrumpitur & aduritur acquirit acuitatem atq; malitiam.

S I G N A demonſtratiua elephantiæ quæ eſt ex ſanguine groſſo melancholico, caliditas loci ad tactum, tenebroſitas in colore, aſperitas loci, exitus ſanguinis nigri ex locis, & vſus ante infirmitatem rerum generantium ſanguinem groſſum, & melancholicum, vrina ſpiſſa tenebroſa, fæces melancholicæ, & ita de alijs. Quod ſi fuerit ex phlegmate groſſo vehemēter erit groſſitudo pedis & cruris abſq; rubedine & intenſa aſperitate loci, & locus tactu videtur frigidus abſq; caliditate, & non habet eminentias puſtulatas vt ſanguinea.

C V R A Canones. Primus. q̄ vt de varicibus dictū eſt cura eius eſt poſſibilis in principio ſui, & anteq̄ mala diſpoſitio membrorum ſit habituata, & præcipue patientium, & ante propera & poſt confirmationem non recipit curam. vnde Aui. Elephantia quidem maligna eſt quę parum ſanatur, & oportet vt dimittatur cum diſpoſitione ſua ſi non additur, & ſi peruenerit ad vlcerationem & timetur corroſio, non eſt aliud niſi vt incidatur radicitus. Cum ergo ſuccurritur ei in principio ſui, poſſibile eſt vt prohibeatur cum euacuationibus, & proprie cum vomitu laborioſo & cum eo quod extrahit phlegma & meliam cum aūt confirmatur parum ſperatur ut prohibeatur.

Secundus eſt ordinatio diætę vt abſtineat à multiplicantibus humorem melancholicum, & maxime in ea quę eſt ex eo qui de ipſa nunc. Et vtať dięta declinante ad calidum & hu. ex cibis bonis, de quibus omnibus quarto tra.

Tertius eſt digeſtio.

Quartus euacuatio. & pro his duobus ſupra de melancholia. Item fiat euacuatio cum phlebotomia aut poſt mūdificationem phlebotometur ſaluatella manus partis oppoſitæ. Item fiat ventoſatio cum ſcarificatione ſuper crus & pedem. & iterum fiat phlebotomia de vena quæ eſt in curuatura genu & reiterentur iſtæ euacuationes ex parte pharmaci ſpecialiter, & etiam ex parte phlebotomiæ, vt videbitur prudentiæ tuæ. Itē fiat vomitus laborioſus, vt in præcedenti rubrica dictum eſt.

Quintus eſt rectificatio membri mandantis aut mandantium ſi plura ſunt. vt ſupra de varicibus, quorum rectificatio ſuiaq; tractatur rubricis.

Sextus eſt adminiſtratio ſtypticorum exiccantium, & reſoluentium materiam quæ eſt in membro, & prohibentium aduentum materię ad ipſa membra. Vnde ex his etiam membra ipſa ſic confortantur, & ex his ſunt ex appropriatis lingua arietis emplaſtrata. phibet enim augmētum elephantiæ & ipſum detumeſcere facit. & ſimiliter lutum ſigillatum cum aceto inunctum ſuper membrum in modum cerotii poſitum confortat à proprietate membrū, & reſoluit materiam effuſam, & prohibet ipſius effuſionē ad manus, pedes, &c. putrefactionem, vlcerationem, corroſionem, & coartando venas retinet ſanguinem in eis, & ſtycados cōfert, & proprie in materia phlegmatica. Item colloquintida fricata in omnem modum adminiſtrationis, calamentum & maxime poſt eius comeſtionem bibatur aqua caſei diebus pluribus continuis. ſulphur cum reſina pini & aceto & cum his forte curauit Aſclepiades nicomacum elephanticum. Sed vt dictum eſt cum mēbra inferiora ſunt in mala diſpoſitione habituata, & ſimiliter inferiora cura impoſſibilis eſt. Ad idem valet inunctio cum oleo myrtino, camomillino, ro. in quo nuces cupreſſi ſunt decoctæ, vt in præcedēti rubrica. Item emplaſtrū factum cū R̄o ſ. floribus camomillæ, meliloti, puluere myrtillorū, boli ar. farina gallarum, mixtis & incorporatis cum oleo ro. & mucillagine, ſeminum citoniorū, vel pſyllij, & farina melicæ, vel milij, & ſtet vſq; ad finem curæ pedibus eleuatis multum, & abſtineat omnino à motu, & coitu.

C V R A. In ea quæ eſt ex phlegmate groſſo ſeruentur canones prædicti.

Primo ex parte diætæ abſtinēdo à paſtilliceia, & hmōi phlegma groſſum multiplicantibus. & vtatur cibis calidis boni nutrimenti, vt tertio tractatu.

Secundo fiat digeſtio ſi opportuna erit cum digerentibus phlegma groſſum. vt quarto tractatu.

Tertio eſt euacuatio cum vomitu appropriato ad hoc, & maxime poſt repletionem cibi, vt ſupra de vomitu ſel aut bis in hebdomada. Item fiat ventris ſolutio cum medicamine de turbith vel de hermodactylis, & hmōi. ſed plus valet vomitus, & ideo ad eum faciendum ſtude, & cū cautela. Et poſt ipſum ſtet abſtinens à cibo, & potu, & à motu. & ſtet cruribus & pedibus eleuatis. Vngatur crus ex oleo myrti, cū oleo liliorum ſimul mixtis, fiat emplaſtrū ſuper totum crus, & pedem cum abſinthio contuſo, piſtato, incorporato cum puluere nucum cupreſſi, myrtorum, boli ar. myrrhæ, aloes, olei de myrto, farina melicæ, ſiliginis, mucillaginis, ſeminis citoniorum, fœnugræ. & vino, rub. ſtyptico. Teneantur pes & crus ligati cum bindis, & etiam ſuper emplaſtra ſatis fortiter comprimendo. nam talis ligatura membrum confortat. vt de leui materiam ex ſuperioribus non recipiat.

## De doloribus iuncturarum. Rubrica. VI.

IVnctura eſt vt noſtro pertinens propoſito oſſium cū ligamentis connexio, venis, arterijs, muſculis, neruis, et chordis circūuoluta. Ex quo infertur q̄ cum ligamēta, & oſſa non ſentiāt, neq; venæ, neq; arteriæ, q̄ ſi dolorē ſentit iunctura hoc eſt mediante muſculo, neruo, aut chorda. vnde cum cuiuslibet doloris cauſa ſit mala cōplexio, aut ſolutio cōtinuitatis ſequitur q̄ dolor iuncturæ nō erit aliud q̄ eius triſtis ſenſatio à mala cōplexione vel ſolutione continuitatis mediāte muſculo, neruo, vel chorda in ea facta. Et hic ſcito q̄ licet Aui. ſecūda primi. numeret. 15. ſpecies dolorum, tamen in iuncturis omnes tales non inueniuntur. vnde hæ ſunt ſpecies in eis conſuetæ inueniri. Extēſiuus, cōpreſſiuus, frāgitiuus, ſtupefactiuus, pulſatiuus, fatigatiuus, mordicatiuus, ſiue corroſiuus. Et dicitur extenſiuus quando humor aliquis aut groſſa ventoſitas incluſa neruum, aut muſculum, aut chordā ſupra iuncturam, vel in eius circuitu poſitum ſm̄ aliquam ſui partem extendit.

Dicitur compreſſiuus, quando humor aliquis groſſus et grauis, aut groſſa ventoſitas muſculum circūdantem iuncturam comprimit vel in loco arcto coanguſtatur. Frāgitiuus quando humor aut vētoſitas ingreditur inter oſſa ipſorum & panniculum tegentem oſſa & ſeparātem inter ea & muſculum ſuperpoſitum, & tunc apparet patienti q̄ illa frangantur aut frangi debeant. Stupefactiuus quādo in membris circundātibus iuncturam erit mala cōplexio

frigida valde, quę cum hoc ꝙ dolorem facit ſenſum tamẽ in membro obtũdit, cuius obtuſione dolor apparet remiſſus cum quodam remiſſo modo ſtuporis, aut quando in membro fuerit mala complexio, aut ſolutio faciens dolorem, ſed pro tunc via trãſitus ſpiritus ſenſibilis ad ipſum oppilationem pateretur, qua prohibetur tranſitus ſufficiẽtis quantitatis ipſius ſpiritus requiſiti ad bonam ſenſationem: quare non percipitur dolor ille niſi cum remiſſione multa. Pulſatiuus eſt quando cum dolore ſimul pulſatio percipitur in iunctura. & hoc contingit quando eſt multa materia in circuitu iuncturæ replens carnem, vnde materia illa arterias multum coartat, vnde neceſſitantur pulſare, vt neceſſitati euentationis ſatisfaciant. Fatigatiuus eſt quando æger ſentit iuncturas fatigatas, vt accidit præ nimia deambulatione. cuius cauſa eſt humor vel vẽtoſitas. vt ſupra. Mordicatiuus eſt quando humor acutus membra in circuitu iuncturarum lædit mordicando, vel corrodendo. Diſtinguetur etiam hic dolor in chiragricum, podagricum, ſciaticum, arthriticum, & dorſalem. Et gutta eſt ſicut nomen generale ad hæc, quia gutta nõ eſt aliud ꝙ̃ materia in vacuitates iuncturarum in modum reumatiſmi cadens, & guttatim. Vnde chiragrica dicitur gutta manuum à chiros quod eſt manus. podagrica à pede. ſciatica à ſcia. artritica, quia in omnibus accidit articulis, dorſalis à dorſo. Et plures authores de his omnibus vnũ faciunt capitulum non curantes de diſtinctione formali. Ego tamen ad clarius & citius inueniendum curam horũ omnium in rubricas aliquas diſtinguam, licet ipſorũ omnium cauſæ ſint cõſimiles ſiue eędem, de quibus cauſis proſequar ſtatim ſi prius dixero, quod Gilberto placuit. & eſt ꝙ talis dolor dicitur vagatiuus cum vagatur de loco ad locum, & eſt ex humoribus liquidis, ſubtilibus, aut vẽtoſitate ſubtili, quapropter dolorem cauſant, modo in vna iunctura modo in alia. Dicitur aliquando fixus quia nõ ſic mouetur, & eſt ex humore groſſo, viſcoſo, aut imbibito. Dicitur nodoſus quando humor intantum ingroſſatus eſt, & ingypſatus vt membrum à ſua debita flexione prohibeat. et de tali gutta nodoſa ſtat uerſus. Soluere nodoſam neſcit medicina podagrã. Vnde quãq; ex iuncturis egreditur ſicut gypſum, & ſunt proprie materiæ phlegmaticæ crudæ. Dicitur & quãq; oſſuoſus quñ humor petrificatus eſt, & prohibet membrum à flexione.

CAVSÆ. Et de cauſis proſequens dico ꝙ quidam tres eſſe dixerunt. quidam quatuor. Aui. tangit tres. Primo. ſ. ſuſcipiens & eſt membrum efficiens ſicut complexiones, & materię. Coadiuuans quia latitudo viarum ad iuncturas ex creatione vel accidenti. Alij quatuor ponũt, & ſunt: Fortitudo membri vel membrorum mittentium. Debilitas membrorum recipientiũ. Multitudo materiæ malæ multiplicatæ. Latitudo viæ ad iuncturas.

Alexãder dixit duas eſſe intrinſecam. ſ. & extrinſecam, quem ad clariorem doctrinam, & pro ſequẽtibus pro nũc ſequi volo, in quibus tamẽ, vt apparebit omnes modi cauſarum iam dicti clauduntur, & exemplificans.

Extrinſeca vt caſus, percuſſio, & obuiatio, ad corpus durum conterens vel contundens, vnde membrum debilitetur. Item ex parte ſex rerum nõ naturalium, vt propter vehementem frigiditatem congelantem, & indurãtem in malam cõplexionem debilitatis ſicut accidit viatoribus nautis, piſcatoribus, & hmõi. aut propter vehemẽtem caliditatem rarificantem membrum & diſſoluentem, vnde ad membrum facilius fluit humor. Item operatur mala cõplexio ſicca exiccando, & prohibendo conſuetum fluxum humiditatum, vnde deinde ad iuncturas mittuntur. Similiter & mala complexio humida relaxationẽ faciens, & iuuans ad humiditatum fluxum. Item exercitium forte, fortis motus, & maxime, ſuper repletionem cibalem & humoralem. Item longus ſomnus et maxime diurnus quies multa & ocioſitas, vt in præsbyteris. Item ocioſitas multa poſt fortia exercitia. & ideo ruſtici qui ditantur cum capiunt ocium multum podagrizant. Item vigiliæ multæ multum debilitantes. vſus cibi & potus difficilis digeſtionis aut generatiuus humorum fluidorum. Item potus aceti præcipue vini ſubtilis potẽtis in quantitatẽ & ſpecialiter poſt cibum non digeſtum. Item & potus plurimus eius poſt paucum cibum vel abſq; cibo generãtur ſic multi humores crudi in hepate qui poſtea ad iuncturas fluunt. ſatietas nauſeatiua. omnis multa repletio crapula. ſ. & ebrietas. venereorum multus vſus & immoderatus. Item ipſius frequentati ſubita dimiſſio, quare qui religionem ingrediuntur conſueti coitu multo ex tali ſubita dimiſſione periculum incurrunt, vt Guil. noſter. & ideo ſis cautus. Item vſus balneorum plurimus, & maxime aquæ dulcis. Et ad iſtas cauſas extrinſecas reduci poteſt omnia conſueti fluxus retentio, vt hemorrhoidarũ, ſanguinis narium, ventris vomitus, vrinæ, ſudoris, menſtruorũ. Item retentio catarri cronici, conſueti fluere ad alia loca vt ad pectus & hmõi. Item curatio colicæ per quam ita confortantur inteſtina vt materiam amplius non recipiãt, ſed ad extremitates mittant. Item dimiſſio euacuationis cõſuetæ fieri. vt cum quis vſus eſt phlebotomia, & ipſam dimittit. Item & purgari ſæpe, & curari per artẽ poſtea dimittere. & de his ẽt infra de pſeruatione & cura dicet.

Ruſtici nouiter ditati cur multum podagrizant.

Intrinſeca eſt primo ipſa materialis ſuſcipiẽs & eſt mẽbrũ quod eſt cauſa hmõi. aut propter debilitatẽ ſui naturalẽ, aut et accidentaliter euenientem à mala cõplexione conſirmata, & proprie frigida. Item & nimia frigiditas. item et nimia caliditas rarefaciens & dilatans vias. item iuuans in attrahendo põt eſſe cauſa. Item dolores fortes. item & mala cõplexio membri principalis, vt cordis, hepatis, & cerebri, poteſt eſſe cauſa doloris iuncturarum. & ſimiliter mala complexio totius, vt qñ tali complexioni commiſcetur humiditas extranea, quapropter mala cõplexio calida diſſoluens, aut frigida cõſtringens, & cõprimens ſiccum, vt ad iuncturas mittantur materiæ malæ. Secundo eſt ipſa efficiens vt fortitudo membrorũ vel membri principalis in quibus vel in quo reperiuntur materiæ malę cõgeſtę, vel defluxæ lædentes, quare inſurgit virtus fortis expellens ad iuncturas, & ad hoc genus cauſę reduci poteſt mala diſpoſitio contracta à principio generationis in membris derelicta. nam podagricus podagricum generat, eſt enim de his quæ hæreditantur. Serapio de cõpleto ſermone in ęgritudinibus. &. xxij. tertij. de doloribus iuncturarum. Tertio eſt dilatatio iuncturarum ex creatione vel ex accidenti ſic dilatatarũ & laſſatarum ex mala complexione calida aut ex multo motu in labore aut exiccatione earum, aut propter dolorem fortem. vnde aggregantur materiæ multæ quæ ſi diu remanſerint dilatant viam. Quarto eſt materia ipſa ſuperfluens ſanguinea cholerica phlegmatica melancholica, vel mixta vel ventoſitas retenta, & licet ab his humoribus ſingulariter cauſari poſſit dolor iuncturæ, tñ vt placuit pñcips plurimũ fit à phlegmate cũ cholera. deinde a cholera. deĩde à ſanguine. deinde à cholera, & raro fit à melancholia. & credo dictũ eius verũ, qñ vt plurimum homines vtunẽ regimine groſſo, & inde ſuperfluitates groſſæ generantur, quę fluere non poſſent niſi cum eis cõmiſceretur humor cholericus ipſas ſubtilians & reddens eas habiles ad penetrandũ. Et ſi de ſimplici humore loquimur credo magis ea phlegmate ſubtili. nã natura ipſum phlegma ad iuncturas naturaliter mittit. de alijs humoribus aliter operatur ad alia mittendo loca. & tu conſidera. Credo tamen iſtas concluſiones fore veras. Prima ꝙ ſi fuerit per viã paulatinæ congeſtionis maxime fiunt à puro phlegmate.

Secunda. ꝙ ſi fiant per viam defluxus fiunt à phlegmate mixto choleræ. Tertia ꝙ raro fiunt à puro vel pura cholera. Vltima rarius à melancholia.

Alij dixerũt. Cauſa primitiua eſt aer groſſus, cibus &c. vt dictum eſt de ſex rebus non naturalibus. Antecedens

humor

humor groſſus cum ſubtili vel alius qualiſcunq; fluens ad iuncturas. Contuncta vero ipſe humor iuncturam actu replens vel mala complexio ipſa exiſtens in iunctura abſq; humore, ſi qua datur talis. aut cauſa compoſitionalis quæ eſt raritas & dilatatio iuncturarũ, vt dictum eſt, multum operatur. Et vt rem magis comprehendas, do modũ quo hic dolor iuncturarum cauſatur, & eſt. qm̃ membra iam debilitata per viam paulatinæ cõgeſtionis partẽ nutrimẽti & ſuperfluitatem non potentia reſoluere, & nutrimentũ totum in ſe cõuertere, aggregant in ſuis vacuitatibus donec repleant, & concauitatibus repleta amplius aucta mẽbra circumſtantia expellendo extendit & in tumorem eleuat. Eodemq; modo materia per meatus occultos defluens, factiq; per meatus manifeſtos, & venas, & arterias primo exeis magnas replet: deinde aucta replet minores perueniens vſq; ad capillares. Ideo in circuitu ſui apparẽt repletę quæ tpe ſanitatis non apparebant. deinde per orificia & per poros earum ad concauitatem effluunt iuncturarum, & admiſcentur humiditates phlegmaticæ ad eas a natura delegatæ, & illas replet, & amplius auctæ impellunt, etiã hincinde cõcatenationem oſſium quærens ipſorũ facere diſgeſtionẽ, implent etiam pãniculum colligãtem ea, & eum qui in oſſibus, & muſculos ſeparat, impelluntq; ad muſculos in circuitu exiſtentes, et eos replent eorum extendendo continuitatem ſoluunt atq; ipſorum alterant complexionem ad id quod præter naturam eſt. & ſic tumorem & dolorem cauſant. & tu bene conſidera hunc modũ. Nam etiã de iſto particularius infra de podagra. & tu ibi.

Et quia dictum eſt q cauſa intrinſeca prima eſt membrum ſuſcipiẽs. Videndum eſt ꝓpterea quæ ſunt corpora habentia mẽbra ita diſpoſita ad recipiendum, vt in eis facilius fiat dolor. Primo ex parte ſexus vir eſt magis aptus q̃ mulier, ꝓptera quia eſt magis inordinatus. Itẽ magis continuus maiores motus ac labores facit. Mulier nãq; purgationes menſtruales habet p quas ſaluatur à podagra iuxta illud Senis vi in ſine. Mulier podagra non laborat niſi menſtrua defecerint. Ex parte ętatis ſenes magis cæteris ꝑꝑ multiplicationẽ malarũ materierũ ob debilitatẽ. Itẽ q̄a expulſiua eſt debilior in eis: & in eis ſunt vię latiores. Pueri vero minus et rariſſime: iuxta illud Hippo. xxx. aph. vj. ſectionis, Puer podagra non laborat, ante vſum venereorum. i. ante ſpermatis emiſſionem. nã virtutes in eis fortes ſunt & materia in augmentũ conuertitur. iuuenes vero medio modo inter hos ſe habent. Ex parte cõplexionis primo phlegmatica. quia multa materia phlegmatica & plus in eis mittitur ad iuncturas, deinde ſanguinea, deinde cholerica, deinde melancholica. Ex parte habitudinis, quia pinguia magis q̃ macra, & dilatatorum meatuũ magis q̃ conſtrictorum. Item eunuchi non podagrizant vt Hipp. item ut dictum eſt qui ſunt ex parentibus podagricis nati. Et hic nota q vt dicit Gordonius. aliter nunc vadit negocium, qm̃ mulieres & eunuchi hodie podagrizant ex inordinato regimine, & ideo verba Hippo. intellige ſane. Itẽ & parati ſunt ad podagram conualeſcentes ex ægritudine chronica, quoniã non regũtur bono regimine. nam ꝓpter debilitatem virtutis multæ materiæ male multiplicãtur, & iſtud maxime habet veritatẽ qñ non fuerunt debite purgati, & eorum virtutes cõfortatæ. Item & qui paſſi ſunt podagram chronicam, & curati ſunt cum ſedãtibus & ſtupefacientibus, et non eſt deinde facta in eis purgatio bona.

Item exercitantes artẽ podagræ ꝓportionatam, vt piſcatores, facientes fictilia, artifices, fullones, viatores, & hmõi.

Et ſi quæratur quare plus in iuncturis multiplicantur hi dolores. Dicendum q hoc eſt qm̃ ſunt magis vacuę alijs membris, pluris motus debilioris cõplexionis & frigidioris ſituatæ in extremis aptæ recipere ipſas humiditates. Vltimo qm̃ ſunt à regimine fontis caloris magis remotæ. Ex quibus apparet quare magis accidunt in pedibus, & in eorum extremis frequentius. Item ad euidentiam ſcito q frequenter dolores iuncturarum ſunt cauſa lõgitudinis vitæ hominis, & cura eorũ eſt cauſa breuitatis vitę in eis. Nã cum curantur & ſiccificantur iuncturæ materiæ conſuetæ mitti ad iuncturas redeunt, & ad membra nobiliora mittuntur, & quandoq; ad principalia, & ſic ſunt cauſa mortis. Aduerte vlterius q tempora aptiora ad hos dolores ſunt ver primo, quia eo tẽpore humores ſunt in motu magis. ſecundo in autũno. quia in eo tempore ſunt viæ amplificatæ propter calorem æſtatis p̄cedentis. item & propter calorem qui eſt in die autũnali. ſecundo virtus eſt debilitata. tertio ſunt multiplicatæ materiæ malæ ex fructibus, & alijs, à quibus hoĩes male ſe cuſtodire ſciunt. Ex quibus infertur q in his temporibus debent ſuſpecti ad tales dolores ſibi præcauere, & ſe præmunire. Scito nunc vltimo q qñq; in febribus laborioſis apparẽt iſti dolores: de quo in apho. in fine. Ioannitius tñ in ſuo antido. has quatuor cauſas ſic diſtinxit. Prima eſt fortitudo mẽbri ĩpellentis. Secũda multitudo humorũ iã dictorũ. Tertia eſt debilitas nutritiuæ. ex quo apparet q̃tum facit regimen in ſex rebus ad curã & p̄ſeruationem. Quarta eſt largitas viarum.

*De præſeruatione ab incurſu doloris iuncturarum.* Rubrica. VII.

ET poſtq; tractatum eſt de cauſis doloris iuncturarũ exiſtimaui prius de præſeruatione ab incurſu eius dicere. Et in hoc dixerunt ſapientes q facilius eſt p̄ſeruare ſe ab his doloribus q̃ ipſis productis ſubuenire. Et homines qui maxime ſe debent p̄ſeruare ſunt, qui ſunt parati maxime ex hæreditate & ex alijs cauſis. de quibus in p̄cedenti rubrica. Et illi qui ſemel paſſi ſunt. nam cũ redeat cura fit difficilis, & ſi confirmantur vix vel nunquã eſt eis doloribus cura. de quo infra.

PRÆSERVATIO itaq; in duobus conſiſtit regiminibus, ſcilicet regimine per ſex res nõ naturales. Et in regimine per medicinam.

Et pro primo oportet vario modo procedere in diæta ſm varietatem corporum ex parte complexionis, habitudinis, & hmõi. Vnde phlegmatica debet eligere aerem calidum & ſic. naturalis, & naturaliter talem aut ad talem regionem ſe transferre ſi fuerit extra. item & particularius aerem ſuum ſuffumigijs, igne, & alijs calefacientibus alterare, & ſic ꝓportionabiliter de eo cuius complexio eſt ca. & ſic. ſit aer tẽperatus aut ad frigidum parũ declinans. ſed humiditatem etiam ſuperfluam euitet, & ſimili modo de alijs. Et licet de his quæ euitãda ſunt dictum ſit ſupra in exẽplificando de cauſa extrinſeca in rubrica de doloribus iuncturarũ, tñ particularius hic loquar, & ideo relege ibi. Et cum illis deuitent quæ ſunt difficilis digeſtionis, vt panis optimus non bene coctus, cibaria de paſta, rizum, et omnia genera leguminum. Carnes deuitent groſſas, bouinas porcinas, caprinas, ouinas, hircinas, auium degentium in aquis. Carnes ſalitas, carnes multarum ſuperfluitatum, vt ſunt agnellinæ, capita quadrupedum, & omnia interiora. Quidam concedunt pedes animaliũ, quia dicunt à ꝓprietate ſimile confortat ſuum ſimile. ſed quia difficilis digeſtionis melius eſt ab eis abſtinere, & ſi datur licentia ſit de raro & de pauco. Item deuitent copiam ouorũ ſorbiliũ, & frixa non ſumant. Deuitent lac & caſeum & quæ de lacte ſunt, quis pauco caſeo in fine mẽſę vti poſſint. Piſces deuitẽt lacunales, cancros, anguillas: piſces tñ paruos, ſquamoſos, marinos, vel de flumine petroſo vti poſſunt in modica quantitate, & raro. Item fructus deuitent horarios, vt ceraſa, pruna, mora, perſica, chryſomilla, pira & poma, præcipue, & vuas recentes, & omnes fructus ante ipſorum maturitatem. Et breuiter qui ſunt nutrimenti humidi, velocis corruptionis, & frigidi, & tubera oĩno prohibentur.

Simile ſuũ ſibi ꝓprietate cõfortat.

Et in ſumma ſanguinei deuitent quæcunq; multum ſanguinem generant, quæcunq; ſunt calida & hu. quod intellige ſane. Et cholerici deuitent quæ choleram generant,

& exacuentia

& excuentia, & ambo omnia dulcia vt mel, zuccharum, butyrum, oleum, nuces, & ſimilia. Item vtātur ante tempus periodicationis per aliquos dies in cibis potibus ac medicinis his quæ materiam ingroſſant, & ſua ſtypticitate prohibent fluxum humorꝫ ad iuncturas. Item & per medicinas exterius applicatas idem operentur. & hmōi canonem diligenter attende, & ipſum proportionaliter obſerua in omni complexione, & tu conſidera. Et phlegmatici, quæcunq; phlegma multiplicant & quę frigida ſunt & humi. Et melancholici quæ choleram generant nigram, & quæ frigida ſunt & ſic. de quibus ſupra tertio tracta. & tu ibi. Ex quibus infertur q tales debent vti regimine ſeparato, quia ꝓportionato ex parte cibi, & potus, & aliarum rerum non naturalium. vnde cibi debent eſſe facilis & bonæ digeſtionis, boni nutrimenti & paucarum ſuperfluitatum, & eligendi ſunt ex eis quæ conueniunt ſm varietatē complexionum. Vnde calidas habentibus cōplexiones conueniunt carnes hædiq; lactantes, paruarum pullarum, perdicum, faſianorum, alaudarum, & aliarū auium paruarum in rure degentium ꝑterq; paſſerū. Item et oua in aqua decocta & leniter. Verum in cholericis cibi alterentur cū frigidis & hu. vt cum ſeminibus frigidis maioribus decoctis cum eis. Et diæta cholericorum debet eſſe humidior q̄ ſanguineorum. Et ſanguineis conceduntur lentes coctæ in aceto. Et vtantur in ſuis cibarijs ſanguine et aceto (& de hoc infra) agreſta & vino de piris facto. Itē acetoſitates citri, lymonum, granatorum acetoſorum. Cholerici autem vtantur acribus, vt ſunt ſucci nucis decocti, & maxime ſuccus granatorum muzorum. Item & ſanguineo, & cholerico conuenit ptiſana hordei, far, & panis de ſimila bonus. Ex fructibus conceduntur mala decocta in pauca quantitate, pyra, coctana cocta. Item amygdalæ, item pruna matura in parua quantitate. Item pepones, citrulli, cucumeres, cucurbitæ, & hoc maxime cholericis. Ex herbis à crudis abſtineāt, & à coctis vt poſſunt, quoniā humores generāt putreſcibiles. Et hic nota. Aui. inquit. Et ex oleribus deuitent ea quæ ſunt ſicut ſicla, baucia, & citrulli, & aqua mellonis nocent, ꝓpter quod generant humorem aquoſum & conferunt per ꝓuocationem. Et in ſumma nocēt cibi aquoſi difficilis digeſtionis viſcoſi, & apti faciliter putrere. Frigidas vero habentibus cōplexiones carnes conueniunt caſtrati vnius anni, pullorū, gallinarum, faſianorum, perdicum, coturnicum, pipionū volare incipientium, turturum, turdorum, paruarum auiū & paſſerū, caro caprioli, & interdū leporis, caro etiā eſt eis bona. Item & conueniunt hædinæ, & quādoq; vitulinæ, ſed illæ magis. & ſit earum vſus aſſatæ magis q̄ elixæ. Itē et oua conueniunt maxime melācholicis. Cibaria cōdiantur cum aromatibus digōnem iuuantibus, & ventoſitatem diſrumpentibus. vnde in oī ſtudio inſtaodum ne cibus corrumpatur aut indigeſtus a ſtomacho egrediatur, ſed perfecte digeraſ. Ex fructibus vero talibus dari poſſunt dactyli, paſſulæ, caricæ, in parua tamen quātitate. dentur caricæ qm̄ materias deferunt ad extrema. Item auellanæ optime maſticatæ, pineæ, phiſtici cum zuccharo. Filagrius autem conceſſit oī podagrico pyra bona. Satis vſq; ad modum dictum eſt de cibo conueniens ēt ut de potu dicatur, & dixit Raſ. xij. continentis. Abſtinentia à vino ſanat podagram, & multi ſanati ob dimiſſionem vini in totum. ſed bene conſidera ætatē, vſum, complexionem, habitudinem, & hmōi. ſi iſta tolerant vt patiens in deteriorem non currat paſſionem. & inquit Aui. Et deuitent potare vinum plurimum groſſum, immo oē vinum. xxij. tertij. de cautela à doloribus iuncturarum. Sunt tñ aliqui qui eum dimittere non poſſunt, aut ꝓpter ſtomachum, aut propter debilitatem virtutis, aut quia timetur ex vſu aquæ inflatio & multiplicatio ventoſitatum, & incurſum doloris inteſtinorum, debilitatem hepatis, & ſic cachexiā, & hmōi & in iſto caſu detur pauciſerum lymphatum plus & minus vt exigit diſpoſitio. Item ſit coloratum quia aureum vel ad colorem granatæ, vel rubini tendens. non ſit albū neq; ſubtile, non nouum, non groſſum, vt ſupra. Sit itaque amenum ad ſtypticitatem quandam declinans. Et aqua mellis ſimplex aut cum decoctione cinnamomi ſolius cōſueuit eſſe potus conferens & maxime in frigida. Et quidā coquunt in aqua ſaluiā, roſmarinum, maioranam, bethonicam, & ſimiles herbas. Item in calidis aqua hordei cū zuccharo aut iulep cum multa aqua. ita aqua ferrata cum vino mixta. Et nota q ſi aufertur vinum conſueto illa ablatio fiat paulatine, & cum prudentia. Item q non delectetur multiplicatione plurium ciborum in eadem mēſa. ſit itaq; contentus vno vel duobus ad plus. Item non bibat vt ſupra ante cibum, ſed poſtq̄ comederit ſaltē quartam partem ſui cibi. & eſt cōis canon Cermiſoni nr̄i in regimine ſanitatis. Et licet de alijs rebus non naturalibus dictum ſit ſupra, & de doloribus iuncturarum, à quibus ſe debet ꝑcauere, tamen aliqua ſuccincte hic de eis diſcurram. Exercitium euitent, vt ſupra allegata rubrica. Item fricationes fortes iuncturarū. item fatigationes fortes, & ideo euitent calciamēta ſtricta, exercitio vtantur temperato. Vnde Raſ de paſſionibus iuncturarum. Non eſt res melior motu, quod intellige paulatim & moderate facto. Et quia balneum tenet locum exercitij, vt ſupra ſecūdo tract. ideo hic tm̄ dicatur q balnea conferunt naturalia, & maxime in declinatione. & ex aquis humidis nocent. & dixit Auer. Ex eis quæ conferunt eis cū balneanſ & ēt poſt repletionem balnei, immo in medio eius eſt effuſio aquæ frigidæ ſuper iuncturas ſi non eſt aliquod quod prohibeat ex debilitate neruorum. Item euitet ſomnum ſuper cibum immediate factum et diurnū, eſt enim ex rebus nocibilioribus eis. Aui. Et fortes vigilias & immoderatas, vt ſupra allegata rubrica. & tu pro his & alijs ibi.

Non repleantur. q ſi contingat ex quodam lapſu delectabili repletio, ſtatim fiat euacuatio uomitu. q ſi nō põt vomere expectet q cibus deſcēdat, & deinde aſſumat clyſter. Item non comedat donec non ſentiat ſtomachum bene mūdū. Itē ſi comedat ſemel in die eſt valde vtile. Pro inanitione dicendum q ventrē teneat lubricum & abſtineat vt põt. nam vt Gal. abſtinentia eſt ſumma medicinarum. ſitim patiatur & famē vt põt, & ꝑcipue qui ex phlegmatica, & ſicut abſtinentia eſt ſumma medicinarum, ita repletio ſumme inimica eis. Et quia coitus vt allegata rubrica continetur ſub inanitione, dicēdum q nullo modo coeat poſt aſſumptum cibum. cuius contrarium cōmuniter fit. vnde ludens coitus generat dolorem arthriticum. quod ſi ſit aliquando fiat ante cibum & potum. Abſtineant ab ira, triſtitia, furore, & ab omni ſollicitudine multa, & maxime calidas & ſiccas habentes cōplexiones. Abſtinē tia ſūma medicinarum.

EXPEDITO regimine ſex rerum non naturalium venio ad expeditionem ſecundi, quod cōſiſtit in his canonibus. Primus eſt reſolutio materiæ ſuꝑfluæ per quā poſſit podagra periodicare. Secundus eſt confortatio iuncturarum. Tertius eſt cōſeruatio membrorū nobilium in ſua bona diſpoſitione. Quartus eſt digeſtio materiæ quando eſſet neceſſaria ꝓpter errorem contingentē in regimine iam dicto. Quintus eſt euacuatio eiuſdem. Sextus eſt confortatio iuncturarum ſm ſe, & ne recipiant materiam fluētem, vt dictum eſt. & rarum alteratio cum calidis aut frigidis, vt exigit diſpoſitio.

Pro primo, ſcito q poſt tale regimen debes attēdere cōfortationi membrorum naturalium, & maxime ſtomachi cum rebus confortantibus & reſoluentibus, quod ex ipſo regimine ſuperfluit, ne ex paulatina aggregatione accidat deinde dolor, & hoc electuarijs, cōfectionibus, vnguentis, & alijs, vt ſupra de debilitate ſtomachi dictum eſt. & tu ibi. Et cōmendatur vſus theriacę in caſu iſto in frigidis. tu itaq; ordinem da de vſu earum, vt ibi.

Pro ſecūdo aduerte q ſtyptica calida aut frigida ipſum complent.

complent. Item & quæ reſoluunt ſuperfluitates quæ in eis iam ſunt aggregatæ, ꝙ circa iuncturas applicentur, ſed cũ cautela: quoniam ſi videris ꝙ corpus propter bonum regimen nõ ſit repletum, neque aptum repleri, illa ſecure adminiſtrabis. Q. ſi corpus non fuerit tale, earum applicatio eſſet ſſir mi ſicut ulterius, quoniam iam confortatis ſic iuncturis materiæ retrocederent ad membra nobilia, vnde grande ſequeretur nocumentum & forſitan mors, vt iam viſum eſt.

Ex quo apparet ꝙ aliquando male terminãtur hi quibus illaqueantur venæ. & ideo et in tali caſu bene ꝯſra. & ideo hic nge non vt empiricus. Vnde replico, attende diligenter ſi corpus eſt mundum ut in inſpectione exeuntium, in tactu pulſus & hmõi. ꝙ ſi non fuerit mundum, nõ approximes iſta localia niſi prius ipſum mundaueris. Et ex confortantibus iuncturas ſunt abrotanum, agaricus, aqua ſulphurea & lutum ẽi ipſorum, aloes, camomilla, cupreſſus, emblici, hermodactyli, oleum de ſpica, de myrto, de maſtice, de camomilla, de abſynthio, de ſpica, de ireos, de roſ. de anetho, de coſto, de citoniis, de keiri, laurinum, de ruta, plantago, ſquinãtum, ſtœcados, vinum ſtypticum nigrum. Item & abſynthium, achacia, acetum, alumen, amoniacum, capræ ſtercus. ceroton archigenis Meſ. in cura paralyſ. cupreſſi nux folia eius. Citrum, coſtus. Emplaſtrum mirabile. Auiceo. xj. quinti. enula, fumus terræ, galla, granatum, lauri lignum, licium, maiorana, maſtix, myrobalani, myrtus, mummia, nitrum, papauer, ſtorax, terbentina, vernix, hypoquiſtidos. Item memite, thuia, balauſtia, vrina, loeſo cum ea calefacta. Et ex compoſitis ſunt. ℞. achaciæ, ſicq, memite, hypoquiſtidos. ana. fiat cum eis linitio tempore ſanitatis. Item decoquantur gallę, cum ea decoctione fiat ablutio per interualla non longa. habent enim à proprietate confortare membra lapſa, & ſua ſiccitate exiccare fluentes, & fluxus materias, & myrtus idem. Item ablutio ex decoctione abrotani, nucum cupreſſi in vino ſtyptico, vel ablutio in vino ipſo ſolo. Item ablutio ex vrina & eſt efficax. Et tu compone ex dictis vnguẽta, emplaſtra, cerotaria, & ablutiones, & alia huiuſmodi. de quibus tamen compoſitis ſatis abunde infra de cura dolore iuncturarum.

Et pro tertio recurre ad proprias rubricas vbi docetur quõ ſuccurri habeat his mẽbris vt conſeruentur cum vnguentis, emplaſtris, confectionibus, electuariis, et hmõi, et tu ibi. & tu da ordinem clientulo tuo. vt ibi.

Ad quartum & quintum complendos non eſt dormiendum niſi vbi malum regimen præceſſerit, & ſit neceſſaria euacuatio. Vnde quia homines huius temporis ſunt mali regiminis, ego cõſulo ꝙ nõ deueniatur ad adminiſtrationem localium, niſi quędam prius purgatio ſiue euacuatio pręcedat leuis, fortis, ac fortior, ſm ꝙ videtur ꝙ exigat diſpoſitio: quoniã in bene recto leuis, in male fortior, in mediocri fortis. Quia autem dictum eſt qui ſunt humores peccantes & qui magis, ideo oportet prius cognoſcere ipſum peccantem humorem. Quòd ſi fuerit ſanguis & non fuerit neceſſaria digeſtio, ſed ſola euacuatio, per phlebotomiam niſi peccauerit ſua ſubſtantia, vt quia nimis ſubtilis, & tũc danda ſunt quę ipſum ingroſſant, vt ſyr. de myrto, de agreſta, vinum granatorũ, & huiuſmodi. Item oxizachara. & quid de ſyrupis acetoſis dicendum ſit in cura articulorum dicetur infra. Item ſi fuerit nimis inflammatus da extinguentia. & de his infra. Quòd ſi fuerit ex alio humore ſimplici vel compoſito commiſce digeſtiua, vt ſm proportionem mixtionis humorum habitam ex coniecturatione tua. vel da ipſa ſimplicia digeſtiua vel proportionata. inuenies ſupra quarto tracta. & tu ibi. Sed tantum nunc dico ꝙ debent eſſe aperitiua & prouocatiua, vt materias diuertant. & bñ conſidera. ſi catarrhus eſt in cauſa, quia ſic ſimpliciter aperitiua non conferunt, ut ſupra de catarrho, & tu ibi. Euacuatio autem fiat cum phlebotomia vt dictũ eſt, maxime quando humor eſt ſanguini cõmixtus, aut ſolutione ventris, aut vomitu, aut prouocatione ſudoris, aut vrinæ. Et ex ſolutiuis conferentibus eſt agaricus, reubarbarum, hermodactyli. & ſunt medicinæ propria myrobalanorum genera, hiera ſimplex & cõpoſita, & magis hiera Hermetis. Et breuiter ſolutiua ſimplicia ſtyptica virtute participãtia, quæ dari debent in temporibus mediis, vt vere, aut autũno, vt ſtatim & per interualla modici tẽporis. Et ex ſingularibus euacuationibus eſt vomitus, ſi is facile fieri poteſt. & tu ſupra decima tertia tertij. de vomitu. Item conferunt clyſteria de quibus plene in de cura. Item vt dictum eſt conferunt euacuationes cum ſudore, & vrina ex aperitiuis, & prouocatiuis. de quibus ſæpe, & in quinto trac. & infra de cura.

Poſt aũt iſtas euacuationes conforta iuncturas, vt dictum eſt, vt applicando aut calida aut frigida ſtyptica. de quibus ſupra & cum moderamine ſemper.

PRÆSERVATIO in ſpeciali magis. Et deſcẽdendo magis ad ſpecialia vt cupis. quia dictum eſt ſupra ꝙ in vere & autũno hi dolores magis mouentur. Ideo aduerte ꝙ ſemper & per totum annum regimen dictum de ſex rebus non naturalibus obſeruari debeƭ ab eo qui paratus eſt, & tueri ſe vult ab incurſu. Deinde debet vniuerſalẽ purgationem facere his duobus temporibus, & in tempore intermedio particulari euacuatione vti. de quibus per ordinem ſtatim. Tempore autem veris debet medicus cõſiderare corporis purgandi diſpõnem, vt ſi repletum eſt & mundatum aut non, vt dictum eſt. Q. ſi fuerit mundũ, quod rariſſime accidit, non eſt neceſſaria purgatio, ſed ſola iuncturarum confortatio, vt dictum eſt. Q. ſi non fuerit mundum, conſideret prius ſi in eo eſt augmentum in ſanguine, aut in alio humore ſanguini mixto, aut aliter ſua qualitate humor aliuẽ à ſanguine peccans fuerit. Q. ſi primum fiat phlebotomia, & ſi augmentum fuerit propter cibum & vſum vini dulcis, & aliarum rerum ſanguinẽ multiplicantium, ordinetur diæta ad contrarium. & ſimiliter ſi fuerit peccatũ in humore qcunque ſit ꝓpter ociũ, & ſomnum, ordinetur motus, & vigilia, & ſic de aliis ſuo modo te opponendo contrariis remouentibus cauſam ex parte ſex rerum non naturalium. Et rediens ad phlebotomiã dixit Auic. xxij. tertij. de cautela iuncturarum. Oportet vt vtatur ille qui conſuetus eſt doloribus iuncturarum phlebotomia, & ſolutione vẽtris in vere, quod credo intelligẽdum qñ corpus fuerit repletum plethoricum. ſ. & ſanguis in eo multiplicatus ex regimine. nam in vere multiplicaƭ magis ſanguis ꝗ alio tempore. & cõſimiliter agendum ſi fuerit alius humor ſanguini cõmixtus. nam phlebotomia reddit humores curſibiles, & ideo ex ſe non competit niſi fuerit repletio, vt ſupra, & debet fieri ex baſilica primo. poſtea de arthritica ſi particularia coindicant. & eſt ſententia Gordonij. Quòd ſi ex alio fuerit humore non commixto euacua, ſed prius dabis digeſtiua ipſorum humorum. Vt verbi gratia in materia cholerica da ſyrupũ acetoſum ſimplicem. de quo infra. vinum granatorum. oxyzaccharam, & talia frigida ſtypticitate participãtia. nam ſi eſſent ſimpliciter aperitiua ponerent humores nimium in fluxu. Item valet oxymel diureticum, mel ro. colatum de quinque radicibus, de ſticados, et huiuſmodi. Sed hic aduerte ꝙ ſi catarrhus eſſet ſuſpectus, quòd talia aperitiua dari debent cum cautela & cum admixtione ſtypticorum, vt ſupra de catarrho. Ordina diætam ſibi proportionatã, vt ſupra ex rebus frigidis, & humidis. Deinde euacua cum myrobalanis citrinis, reubarbaro, & huiuſmodi ſolutiuis, aliquali ſtypticitate participantibus. de quibus ſolutiuis & digeſtiuis, habes ſupra quarto tracta. & tu ibi. Itẽ conceditur electuarium de ſucco ro. commune. & illud Meſ. Et conſimiliter agas de digeſtiuis, & ſolutiuis materiæ phlegmaticæ, & melãcholicæ, ſemp ordinãdo digeſtiuã prius vt ſupra. Pilulæ in materia frigida & etiã in mixta. ℞. hermodactylorum, turbith, agarici. ana. ʒ. iiij. caſsiæ

ligneæ

ligneæ, garyophyll. carpobalſami, xyloaloes, macis. zinz. galangæ, maſticis, aſſæ, maratri, aniſi, ſaxifragiæ, milij ſolis, ſeminis bruſci, ſparagi, iteri, ſalis gemmæ. ana. ʒ. ij. aloes ad pondus omniũ. diagredij. ʒ. j. cõfice cum ſucco iari vel fœniculi. Ad idẽ ſy. ſolutiuus. ℞. turbith lib. j. & mitte in trib. lib. aquæ frigidę, & moretur tribus diebus ad ſolem, deinde cola, & vide ſi amiſit ſaporem, & ſi ſic proijce & aquã reſerua. Q. ſi non amiſit ſaporẽ ſuum reſerua etiam aquã primã, & pone iterum ipſum in alia aqua ratione quãtitatis ad ſolẽ, vt dictum eſt, & toties fac donec amittat ſaporẽ. deinde aggrega tas aquas & pone vnam lib. aquę & plus vt videbit̃ expedire, & decoque, & fac iulep. & ſi citius vis facere decoque ad ignẽ turbith cum aqua ſicut fit ad ſolem. Alius fortior & ſolutiuus. ℞. chebulorum, turbith. ana. ℥ j. hermodactylorum. ℥. ij. agarici. radicum capparum. ana. ℥. ſ. zinzib. piperis long. ana. ʒ. ij. ſpic. ʒ. j. terantur & ponant̃ in madefactione aquæ ſufficiẽtis per tres dies naturales. poſtea totum ponat̃ ad alembicum & diſtillatum ſyrupizetur cum melle. doſ. ℥. ij. vſq; ad. iiij. Pilulæ optimæ. ℞. turbith, hermodactylorum. ana. ʒ. j. ſ. colloquintidæ, bdellij. ana. ʒ. ſ. zinzib. ſpicę, maſticis, ana. ℈. j. confice cum oxymel. Potes ſi vis ſy. facere ſolutiuum choleræ per ſublimationem, aut infuſionẽ, vt dictum eſt ex reubar. myrobalanis citrinis, hermodacty. & modico ſcammoneę, cum roſis, citonijs & hmõi. Itẽ ex eiſdem cõfice pilulas educentes materiam cholericam. ℞. aloes. ʒ. j. ſcãmoneæ. gra. iiij. ro. ru. ℈. ſ. hermodacty. ʒ. ſ. doſis vna numero. Dixit Serap. Si repletio eſt ex humore cholerico acuto oportet vt demus decoctionẽ duorum myrobalanorum, aut citrinorum, & indorũ, & aquã decoctionis abſynthij, fumiterrę, paſſularum, prunorum, thamarindorum, & ſimilium. Itẽ proportionabiliter age in materia melancholica cum folliculis ſenæ, polypodij, & hmõi reſpicientibus materiã melancholicã. de quibus ſupra. iiij. tract. & infra de cura eius ad plenũ. Itẽ ſupra de cura melancholiæ habes cõfectiones ad hoc. & tu ibi. & pcipue q̃ cerebrũ reſpiciunt. Syrupus ſolutiuus materiæ melancholicæ. ℞. myrobalanorum indorum. ℥. ij. ſtœcados. ʒ. vj. ſenæ. epithymi. ana. ℥. j. ſpicę. ʒ. j. cinnamomi. ʒ. iiij. decoque in tribus lib. aquæ donec ad vnã redeant, & in fine addat̃ epithymus cum lib. j. zucch. ſyrupizet̃, & quia infra de cura horum dolorum ero copioſus, hinc à narratione plurium ſuperſedeo, relinquẽs hæc tanquã exempla. Et hic aduerte canonẽ, & aduertẽdum de cura. & eſt Rhaſis in libro de iuncturis. Medicinæ quæ attrahunt choleram, & phlegma ſimul meliores ſunt his quæ attrahunt phlegma tantũ vel cholerã tm̃. & hoc habet veritatẽ etiã vbi materia fuerit ſimplex. ſed verũ eſt ubi ægritudo foret ſic cholerica ſolutiuũ ſoluens cholerã debet eſſe valde potẽs ſupra educẽs phlegma. & ꝓpterea Auic. Raſis & alij. Et oportet vt non educat̃ phlegma tm̃ immo cũ cholera. ſ. educat̃. nã cũ ducit̃ phlegma tm̃ cholera remanẽs ſubtiliat phlegma iterũ, ac reddit ipm curſibile ad locũ iterum. & de his ſuo loco infra. Itẽ & principaliter fit eũo per vomitum, vt ſupra. eſt. n. ſingularis medicina, & ita laudat eum Raſ & alij. & Auicẽ. de vomitu. ſupra & tu ibi omnino. & maxime qñ paſſio eſt in iuncturis inferioribus, vt eſt podagra, ſciatica, & huiuſmodi. Eradicat enim materiã antecedẽtem, ſed vt allegato loco nõ debet frequentari, ne ſtomachus inde lædatur. & tu de vomitu ſupra. Vnde fiat bis in menſe aut plus uel minus ut decebit, & tu allegato loco. Conſimilr valet eũo per ꝓuocatiua vrinæ. nã ſic ſubtiliant̃ humores & euacuant̃ per vrinã. nam ſic facilius vident̃ euacuari, & melius q̃ per egeſtionẽ. Et ſicut dictũ eſt q medicus debet conſiderare euacuationem, & digeſtionẽ corporis diſpoſitionẽ, ſic pariformiter debet aduertere aduentũ Autũno, in quo tpe cholera uidet̃ plus dominari ꝓpter pceſſionẽ Aeſtatis q̃ phlegma. & tũc ſm hũorũ peccãtiũ q̃litatẽ debet medicinas, & digeſtiua exhibere, ita q ſic ſe habeãt medicinę inter ſe ſicut humores inter ſe, vt q medicina in maſſa vincat ſicut humor in maſſa vincit, & hic ponã vt ſit ſicut exemplum optimũ, electuariũ vnũ magiſtrale & digeſtiuũ materierũ iam dictarum, & eſt membrorũ confortatiuũ. ℞. iuæ recẽtis ſubtiliſſimæ inciſæ, & cum melle reſeruato ad tpſ. deinde. ℞. de hac cõſerua lib. j. ſ. herbę paralyſ. ſimilr reſeruatæ in melle. ℥. viij. ſpicę nardi, garyophyll. piperis longi, nucis muſc. zinzib. liquiritię abraſæ. an. ʒ. j. herbæ arthriticę, chamępith, ſtœcados arabici, radicis acori. maioranæ, ſaluiæ, florum anthos. ana. ʒ. ij. fiat ex eis electuarium doſ. ℥. ſ. mane ieiuno, & poſt eius aſſumptionẽ ſtet tribus horis ad minus tpe frigido ſingulis diebus. in calidis ſemel in hebdomada, medijs autem alternatim. Electuariũ Iudęi laxatiuũ phlegmatis, & cholerę in arthritica. ℞. cinna. electi. ʒ. ij. garyophyll. nucis muſ. galãgæ, folij. ana. ʒ. j. ℈. j. turbith gummoſi. ʒ. vj. ſpẽrum electuarij de ſucco ro. ʒ. j. zucc. al. lib. j. aq̃ polypodij lib. j. fiat electuariũ. doſ. à. ʒ. iij. vſq; ad quatuor in tpibus fridis. in bñ recto ſumat̃ bis. in tpibus calidis ſemel in meſe. Vnde hic oportet aduertere regimen diligẽter & virtutis cõſuetudinẽ. Poſt autẽ has euãtiones ſi corpus bene mundificatũ fuerit, cõforta iuncturas cũ ablutione aquę ſulphureę, aluminoſæ, ſalſæ, aut vino nigro, decoctiõe in eo facta ex rebus ſupra poſitis iuncturas cõfortãtibus, et pcipue ex odoriferis. Itẽ lotio ex vrina, vt ſupra. Item fac vnctiones ex dictis cõfortantibus, vel cerotaria, ut ſupra: & hoc plus & minus ſm temporis conſuetudinẽ, vt bis & ter vel plus in hebdomada, & ad balnea ipſa ſe aliqñ transferat. Sed aduerte diſpoſitionẽ corporis ꝓpter periculũ dictũ. vt quia ſit facta eũo cõueniẽs. vnde nõ confidas de vna eũone tm̃ ꝓpter malum regimen, ſed plures ſaltem particulares eũones facito poſt vniuerſalẽ. Et antequã ad hæc localia puenias tales facias paulatim, & nõ ſubito & non violẽter, qm̃ materiæ illæ nõ ſunt ita faciliter & ſubito aptæ educi.

Vtere ergo enematibus ex rebus appropriatis & conuenientibus. vt verbi gratia. ℞. florum camo. mercurialis, maluarũ, furfuris, blitis, ſug. ana. mellis ro. ʒ. ij. olei cõis uel liliorũ. ℥. iiij. ſalis. ʒ. ij. & ſi videt̃ adde agaricum, uel benedictã, vel colloquintidã aut aliud, vt videbitur. Pilulæ quibus vtebat̃ Comes de terra noua in præſeruatione non pcedente digeſtione, & ei bene ſuccedebat præmiſſo ſemper bono regimine, euacuant ſex vicibus vel circa. ℞. agarici, abſynthij. corticũ myrobalanorum citrinorũ, & chebulorum, colloquintidę rectificatę ſm artem, hierę logodion. ana. ʒ. j. ſ. conficiant̃ cum ſucco enonorũ & bethonicę. doſ. ʒ. j. ſemel in hebdomada tẽpore frigido corpore robuſto. in calido vero minus, & tu tua prudẽtia operare.

Valent & pilulæ fœtidæ deſcriptione Almanſ. Itẽ & de hermodactylis minores Meſ. & tu ex datis compone quę humorũ maſſam reſpiciunt, & membra cõfortent nobilia.

Et de cõfortatione membrorũ nobilium in quibus eſt ſuſpitio q mãdent nihil præterq̃ dictũ eſt ſupra tu itaq; ad ſuas Rubricas recurre, qz copioſiſſime ſcio dictum. Et ſi bene authorũ medicinæ dicta contẽplo pſeruatiõ hęc cõſiſtit in debito regimine ſex rerũ nõ naturaliũ, eũone vniuerſali pcedẽte digeſtione. eũone particulari cum moderãtia frequẽtata & plus, & principalius conſiſtit in his duobus. In cõfortatione mẽbrorũ nobiliũ & maxime ſtomachi, & cõfortatione iuncturarũ vltimo factã ꝓpter cãm iã plures aſſignatã. qbus autẽ hæc oĩa cõpleant̃ iã abũde habitũ eſt. Medicamẽ Hermetis pſeruãs poſt factas purgationes dictas, & eſt medicina ſolẽnis. ℞. chamædreos, gentianæ. ana. ℥, iiij. ariſtolochiæ rotundæ. ℥. j. ſeminum vrticæ. ℥. ſ. terantur ſubtiliter, & cribellentur. doſis coclear. j. cum zucch. Item ad idẽ diacorus, pliris, arconticon, mithridatum, theriaca. vt ſupra. Itẽ. ℞. ariſtolochiæ longę. ℥. vj. mellis. lib. ij. miſce. doſis huius cõpoſit. eſt. ʒ. ij. ſ. bis in mẽſe vel plus vel minus ſm tpis aſſiſtẽtiã. Auẽ. laudare uidet̃ magis rotundã. Raſis. xij. cõtinentis, hæc eſt medicina

dicina laudata ad tollendũ penitus dolores arthriticos, & ſciaticũ, ſi frequenter ſumit̃ in potu ſpatio vnius anni, ſtomachum cõfortat, acuit viſum, tollit obliuionem, emittit ſuperfluitates per vrinam, emẽdat hepar, & ſplenẽ durum: ſed dolorẽ arthriticũ diſſoluit omnino. ℞. chamædryos. ʒ. ix. centaureæ, ariſtolochiæ long. gentianæ, ſpicæ romanæ nouæ. ana. ʒ. vj. hypericon. ʒ. v. apij montani. ʒ. iiij. limaturæ ferri. ʒ. iij. agarici boni. ʒ. ij. myrrhæ. ʒ. j. triturent̃, & fiãt trochiſci. doſ. ʒ. j. poſt tres horas diei, & poſt ipſum faciãt motũ modice & paulatim ieiuno ſtomacho. & poſt eius aſſumptionẽ ſtet tribus horis antequã comedat. deinde comedat cibum laudabilẽ euitata repletione omnino. & aſſumatur in hyeme & in fine autumni. In æſtate vero abſtineat, quia propter eius caliditatẽ liquefacit corpus valde. Et hæ medicinæ debent eſſe nouæ & montanæ vt ſint fortiores. Et ex dictis colligere potes modum componẽdi cõfectiones, electuaria & hmõi in præſeruãdo. & ideo cõſidera diligenter. nã in cã calida frigida. in frigida uero calida. Vnde in calida triaſandali ſunt medicina cõueniens. nã participãt ſtypticitate cum frigiditate ſua. Item tenere iuncturas debito modo ligatas cum inſtitis vel cũ corio de pelle canis, & maxime inferiores. eſt ex eis quę multum cõferunt, & hoc genere remedij vtunt̃ plures moderni ex noſtris. Et breuiter in ſumma quod maxime pſeruat eſt regimen bonũ. euacuatio frequẽtata & iuncturarũ confortatio ne recipiant cum canone. vt ſupra. Vnde ex mille remedijs autorũ ad hoc. 990. ſunt de eũone, & corporis mũdificatione. & ideo de eis ſtude. In patria iſta noſtra in uulgari de ea ſic dicitur. Chi ha la gotta non la toccha, apre el culo ſtringe la coda, ſerra la boccha. hoc eſt, qui guttoſus eſt nihil circa guttam operetur, tangendo cum oculis, ſcilicet & hmõi. Teneat ventrem lubricum, abſtineat à coitu, & claudat os, ideſt vtatur tenui diæta.

Guttoſi aduertãt

SIGNA demonſtratiua. quia aliqñ cõtingit medicum decipi in iudicio dolorum iuncturæ, an. ſ. ex cauſa ſit frig. vel cal. & ex hoc infirmus multum lędit̃, & medicus infamiã non paruã acquirit. ideo ſtatim de ſignis ipſis quã potero longiora ac clariora ſigna ponere ſtatui. Vnde in primis conſidera, ꝙ aliquãdo in forti dolore tali applicamus ſtupefactiua, vt infra, & ex hoc recipit infirmus quietem, vnde pro tunc iudicatur ꝙ quia talia frigida conferunt ꝙ materia calida ſit. Scd'o ꝙ aliquando materia eſt pauca, ſubtilis & cal. & corpus non eſt plethoricum, & ex applicatione calidorum reſoluentium faciliter illã materiam ceſſat dolor. & ex hoc tanquã à iuuãte iudicatur ipſam eſſe frigidã. & in hoc caſu decipimur. Et qñ ꝙ eſt magna furia paroxyſmi, & dolor ex multitudine materię phlegmaticę multũ fluẽtis, cũ qua cõmiſcet̃ materia cholerica ſubtilĩas ipſam & faciẽs penetrare ad iuncturas, & tunc mẽbrũ aõne doloris fortis erit calidum & rubeũ, ac etiã pro parte furet cholera cum materia illa frigida cõmixta, & erit cum feb. vrina tincta. & etiã tingitur in cholerica, phlegmatica vt ſupra cũ inſomnietate, ſiti, velocitate pulſus, & hmõi. & ſic iudicabit̃ dolorẽ eſſe à cauſa calida, & tñ erit à cauſa frig. Et hmõi deceptionis cã eſt, quia materia illa fluit per venas intrinſecas ad neruos & ad lacertos. vt in principio capituli, & per uias nobis occultas. Et ideo debet medicus in primis cõſiderare ætatẽ, cõplexionẽ, habitudinem, plethoriã, regimẽ pręcedẽs, & mẽbrorum interiorum nutritiuorum cõplexionẽ ſingulariter, conſuetudinẽ, & ſi ab alio fuit curatus, & quibus vſus fuit remedijs, in quibus iuuamentũ adinuenerit. tẽpus anni, regio & hmõi. Quibus diligenter examinatis accedat ad ſigna ſignificantia ſuper frigiditatẽ primo, quia ab illa ſm plurimum cõtingere ſolet, & primo diſcernat ſi eſt mala complexio ſimplex, aut materialis, aut ex ſimplici humore vel commixto.

Signa malæ complexionis ſimplicis quæ perrariſsime ſit ſunt quia dolor eſt abſque grauedine, abſque inflatione, & non eſt alteratio coloris notabilis, neq; ſignum materiæ. de quibus ſtatim.

Signa materialis ſumunt̃, ex colore, tactu, tumore, & dolore. Et ex exeuntibus, & alijs vt dicet̃. A colore, quia color nõ multum alterat̃ à conſueto & declinat ad plumbeũ vel ad album. A tactu, quia locus ſentit̃ frigidus & in eo percipit patiens frigiditatẽ ſm plurimum, dato ꝙ in principio aliqualem ſenſerit caliditatem. A tumore, quia illic eſt tumor ſiue inflatio non tamen magna. A dolore, quia ibi eſt dolor continuus non multũ intenſus, & ꝙ eſt dolor latus & non acutus, vt qui ex calida eſt cã. Et vrina eſt remiſſa ſpiſſa quia non tincta. Sed hic aduerte ꝙ aliqñ eſt colorata, vt in fortificatione eius doloris, vt de colica dictum eſt, quia in forti dolore hepar inflãmatur conſidera. Egeſtiones ſunt phlegmaticę, mucillaginoſæ. Ex alijs quia pulſus non eſt notabiliter in ſuis differẽtijs variatus, eſt complexione phlegmaticus, vel ætate ſenex, tẽpus hyemale, regimen phlegmaticum, ſtomachus eius frigidus & humid. diues,ocioſus, coitu debilitatus aut vino, & huiuſmodi quæ habẽt generare phlegma per viam indigeſtionis etiam ſi eſſet cholericus.

Signa autem materialis calidę ſanguineę ſunt dolor magnus extẽſiuus, cũ pulſatione, & grauedine pceptus. Colore rubeo, ſanguineo, tẽdente ad obſcuritatem, maxime qñ materia venit ad locũ, & non per venas multũ profundas. Tactu percipit̃ notabilis caliditas non multũ mordicans. Cum tumore nõ multũ notabili, qui ſi cõtingit per venas multum intrinſecas nõ erit illic tumor aut quaſi nihil. Et erit vrina ſpiſſa rubea cum pulſu magno, veloci, habitudine carnoſa. Complexione ſanguinea, regimine præterito ſanguineo. Et tempore veris, Aetate adoleſcẽtię. Et magis affligitur tempore matutinali. Et in ſciatica ſanguinea dolor extẽſiuus, longus, longior quàm in cholerica quem phlebotomia ſaphenæ ſtatim ſedat.

Signa autem cholericæ ſunt dolor acutus, extẽſus, & fortis quem adauget tactus quãtũcunq; paruus cum paruitate grauedinis. Et tactus eſt calidus, acutus, mordicatiuus. Color ad citrinum, vel igneũ tendens nõ participans multa rubedine, & ſubito accidit cum aliquali tumore. Et vrina eſt tincta tenuis, egeſtiones cholericæ, pulſus magnus, velox, & frequens, iuuenis cholericus, tempus calidum vt æſtas, regimen præteritum cholericum, affligitur magis hora tertiarum, & ita de alijs ſuper choleram ipſam ſignificantibus.

Signa autẽ melancholicę ſunt doloris quaſi occultatio, & paruitas tenſionis, & paucitas iuuamenti cum curatione, & loci attenuatio, & non eſt ibi mollities, neq; loci claritas, & tactus frigidus, color ad fuſcum tendens, nullus quaſi tumor, vrina remiſſa, tenuis, pulſus non magnificatus, tempus autumnale, complexio, habitudo melancholica. regimen præteritum melancholicum ſignantibus, vt eſt ſplenis & huiuſmodi.

Signa phlegmaticæ ſalſæ ſunt caliditas vehemens cum qua eſt pruritus, & dolor ſatis intẽſus, medius inter acutũ & latũ cum aliquali tumore, & vrina eſt colorata, & pulſus magnus, & velox, ætas, complexio, habitudo, & ægritudines conſuetæ, regimen & huiuſmodi. tibi fidem faciẽt iuuari frigidis, lędi calidis, & hoc vltimum ſignũ in omnibus ſuperius dictis operari habes, ſed vt dictum eſt, caue ne ex eius operatione decipiaris.

Signa ventoſæ, quia ibi eſt dolor extenſiuus, & abſque grauitate & ꝙ dolor permutatur, recedit, & venit. regimẽ præteritum ventoſum, & ꝙ calidis reſolutiuis iuuatur, & in hoc caue, vt dictum eſt.

Materiã autem mixtã ſignant ex dictis ſigna mixta, vt cũ calida frigidis cõmiſcent̃ quæ ſtant in diſcurſu: medici ſua prudẽtia hoc mẽſurant plus & minus ſcd'm maiorem & minorem adinuicẽ participationẽ. & ideo bene ęquilibra. Dicit tamen princeps. Materias autem mixtas ſignificant tenſio vehemẽs aut paucitas iuuamenti cum curationibus

nibus calidis, & frigidis, & diuerſitas horarum in quibus iuuatur, iuuatur enim aliqñ medicina vna hora, aliqñ alia ſibi cõtraria. Et plurimũ quidem accidit hoc corporibus cal. cõplexionis aut cholericæ naturæ, quæ vtuntur regimine infrigidãte humectãte generatiuo phlegmatis & humoris crudi, & cibis, & motibus ſuper repletionẽ: quare cõmiſcentur duo humores & expellitur quod ex eis groſſum eſt, ꝓpter quod ſubmergit ipſum ſubtile ſanguinẽ & cholericũ ad iuncturas, & horum quidã plurimum iuuanẽ & quieſcunt dolores per cõpreſſionem ſubtilem cum manibus pluribus, quoniam humor reſoluitur, & maturatur per eam & iuuantur per vnctionem temperatæ caliditatis cum quiete, nam motus prohibet à maturatione. Poſtremo quia de tumore facta eſt mentio, quia tumor in eis nõ facit apoſtema vt in cæteris, quia ad ſanationem non venit, ſed aut reſoluitur aut in gypſum conuertitur per ſubtilis reſolutionem.

PROGNOSTICA. Eunuchi nõ podagrizãt neq; calui fiunt. verũ quantũ eſt ex parte coitus, nunc vero aliter ſit. Podagra eſt morbus hęreditarius. Ex podagra membra macreſcunt, & extenuanẽ. Confirmata curationem non recipit, maxime quãdo eſt nodoſa. & etiã quãdo eſt ea diuerſis humoribus. Quando arthritica de materia cholerica eſt in hoĩe qui ſe multum replet, quã ſubitam inducit mortẽ: iam podagra, quã ſciatica de facili recidiuãt. Sciatica eſt dolor maior podagra, & alijs doloribus iuncturalibus. Dato ꝙ ſit fortis dolor tamen ſpaſmum nõ inducit, quia non eſt in chordis & ligamentis. locus eſt ſpeculationis. Podagricis burſa teſticulorum prolongatur.

Quando in podagra vrina eſt ſpiſſa & multa velut ſubiugalium, aut varices fiunt, curatio fit. Febris aliquando curat, & aliquando eſt cauſa euentus eorum, & vt dicetur ſi à principio ſui ſuccurremus de facili fit curatio: & eſt Auicen. ꝙ ſi confirmetur non curatur. Cum membrum incurrit podagram, aut ſciaticam ſecũdum plurimum non redit ad diſpoſitionem ſuam naturalem. Podagra propter varietatem cauſarum ſuarum de difficili curatur & difficile cognoſcitur. Cura eorum quandoq; perducit corpus ad perniciem, quia ſuperfluitates conſuetę fluere ad iuncturas veniunt ad membra principalia, & ſi non ad principalia, ad alia in quibus collectionem faciunt. & ſic ſunt aliquando cauſa longitudinis vitæ. conſidera. Et hæc ſatis.

*De cura doloris iuncturarum in uniuerſali.*

*Rubrica.* VIII.

INquit Alexander medicus. Podagra eſt morbus laborioſus cuius curam medici nequeunt inuenire, & præcipue que eſt roborata vitio vini, fructuũ, aut coitus. Vnde talem. xij. continentis Raſ. numerauit inter morbos qui non ſanantur. Et Auic. inquit. Cum ſuccurritur doloribus iuncturarum in primis cum apparẽt, quia in prima vice, ſecũda & tertia cura eorum eſt facilis. Et ſi cõfirmanẽ, & prout cõſueſcant, ideſt pluribus vicibus reuertentes in quibuſcunq; iuncturis propter illi qui generati fuerunt ex humoribus diuerſis nõ curantur quin redeãt, etiã quacũq; bona vtunẽ prẽcuſſione. Et ideo dixit carmen ſupra allegatum. Soluere nodoſam neſcit medicina podagrã. Hæc antepoſui, vt non ſis facilis ad promittendũ in eis facilem ſalutem vt multi truſatores, & certe credas hæc dicta authorum non ſine magna cauſa poſita. Sunt enim pro verificatione horum verborum quinq; allegandæ cauſæ. Prima eſt vehementia ſenſus neruorum & muſculorum. Secunda quia poſtquã ſuperfluitas in foueã cecidit non cito diſſoluitur propter duritiem membrorum, & quia illi nõ eſt facilis locus viæ ad exitũ. Tertia eſt profundatio materiæ cum frigiditate membrorum quæ facit ad debilitatem virtutis expulſiuæ. Quarta eſt remotio eorũ à fonte caloris. Quinta eſt remotio ab approximatione conuenienti medicinarum ad locum. nam quæ exterius approximantur male penetrãt, maxime quãdo iunctura eſt profunda & quæ per interius multum debilitantur antequam ad loca perueniant vt patet, conſidera itaq; non ſis audax in promittendo.

CVRA Canones. Primo videndum eſt ſi à ſola mala complexione euenerit dolor, & tunc ordina diætam de qua ſtatim. Cum ſolis alterantibus cõtrarijs auferatur qui participent ſtypticitate, de quibus calidis & frig. dicetur ad plenum cum tractabitur in canone de alterantibus applicandis ad extra.

CVRA. Si fuerit cũ materia quod eſt ſecũdum plurimum hos obſerua canones. Primus ordinatio dięte. Secũdus ſi dolor multũ infeſtauerit poſtpone & ſedãs ſi eſt in principio ad diuerſionẽ cum euacuatiõe. Quartus ſi materia fuerit fluxa digeras. Deinde euã. Deinde diuerte. Deinde ſi materia fuerit à membro aliquo trãſmiſſa rectifica ipſum ita ut nõ mandet, euacuãdo, diuertendo, & cõfortando. Deinde reſolue quod fluxum eſt: & quod poſt euacuationem remãſit. Deinde cõforta membra ipſa dolentia cum alterãtibus intus & extra adminiſtratis. Vltimo corrige accidẽtia. Et ſic in ſumma habes canones decem, & ſunt ordinatio dięte. Sedatio doloris in caſu. Diuerſio cum euacuatione. Digeſtio. Euacuatio. Diuerſio. Rectificatio membri mãdantis aut totius ſit totum mãdat. Reſolutio. Confortatio per alterantia. Correctio accidentium.

ET LICET de ordinatione diætæ dictum ſit ſupra in de præſeruatione, tamẽ hic aliqua particulariter annotabo ex his quæ aut cõferunt aut nocẽt. Vnde & ſi diæta in alijs etiam conferat ægritudinibus, tamen in hac paſſione magnam uidetur habere prærogatiuã, propter quod diligẽter ſtude in eius debito regimine. Et de nocentibus ſunt aer groſſus, humidus, qualis qui circa lacunas, & ſtagna: præparat enim iuncturas ad recipiendam materiam. Itẽ aer ſubtilis valde & omnis excellentis quãtitatis. Item fumus metallorũ, & ſpãliter argẽti viui. Itẽ venti, vt ſupra. Itẽ omnis cibus difficilis digeſtionis, & multæ quãtitatis, multi nutrimẽti, multum humectãtis. Vnde Aui. Oportet vt euitet carnẽ in eo quod factũ eſt in hac ęgritudine, ideſt dum infeſtat ægritudo. ꝙ ſi neceſſariũ fuerit vti ea aut ꝓpter debilitatẽ aut ꝓpter aliam cãm, detur ꝙ ſit facilis digeſtionis, paucarũ ſuperfluitatũ, & in pauca quantitate, vt eſt caro perdicũ, auicularũ paruarũ, ut ſtatim de cõuenientibus. De vino dicendum vt ſupra ꝙ inimicũ eſt. Vnde Auer. Oportet vt dimittatur vinũ oĩno vſquequo ſanetur ſanatione integra. quod dictum exponunt aliqui pro tẽpore afflictiõis, & talis dimiſſio debet fieri gradatim ꝑcipue in aſſuetis, conſiderãt tñ multũ ætatẽ, virtutẽ cum hoc. vnde ſtãte debilitate dant vinũ omni tẽpore morbi. Quidã ꝙ intelligũt de præſeruatione, vt quis dimiſſio vini oĩno gradatim facta pręſeruat, vt ſupra de ꝑſeruatione. Certe noſtro tẽpore & in Italia, & vltra montes hoĩes ita dediti ſunt vino vt videanẽ cũ dimiſſione vini perdere vitã, & ideo oportet vt medicus prudẽter agat. Fructus euitet, vt ſupra de ꝑſeruatione. Euitet ſomnũ diurnum maxime ſi ꝑceſſit nocturnus, aliter oportet te in hoc moderate. Itẽ fortes, & vltimas vigilias. Motum & quietẽ ſuperflue factos, vt de ꝑſeruatione. Balnea humida, inanitionem, & coitum, repletionem, irã, triſtitiam, & hmõi: vt ſupra de præſeruatione. & tu ibi. Cõueniunt aer bonus nõ exceſſiuus in qualitatibus proportionatus materiæ peccanti, vt ſupra de præſeruatione. Ex cibis laudabilis nutrimenti, facilis digeſtionis, paucæ ſuperfluitatis. vnde cõuenit panis bene coctus, fermentatus, modicum ſalitus, immo cibaria omnia meliora ſunt quã ſunt conuenienter ſalita. Carnes conueniunt montanæ vt perdicũ, & aliarum bonarum auicularum, caro leporis, caprioli, & carnes paucarũ ſuperfluitatũ, de quibus ſupra in præcedenti rub. Ex ferculis conueniunt farrum, kiſt hordei, panis decoctus. Item factum ex blitis,

Auerroys locus explicatus.

ſpinachijs, fœnic. petroſell. borragine, brodium cicerum ſub. & maxime in declinatione, & quando præceſſit euacuatio, & quando eſt neceſſarium diuertere materiam per vias vrinæ & hmôi. Ex fructibus conueniunt paſſulæ, amygdalæ dul. & coquinatum cum lacte carũ caricæ, phiſtici, & hmôi, vt ſupra in præcedenti Rubrica. Potus in materia cal. eſt aqua hordei, in frigida vero aqua mellis, vt in pͤcedenti Rubr. Nota tamen ſm aliquos vinum clarum ſubtile paucifferum poſſe cõcedi in declinatione, & cũ dolor infeſtat, qa in principio debet patiens vti tenui dieta ad ꝓhibendum fluxum, vt dictum eſt ſupra. &. vj. cap. de fluxu. tu tamen virtutis tenorẽ conſidera. Et ad specialis veniens dico ꝙ in ſanguinea exiſtente feb. da ſicut priſanã, ſuccum granatorum muzorum, & dul. & rege regimine morbi acuti adminiſtrando frigida, & ſtyptica ſanguinem ingroſſantia & inſpiſſantia, & eius fluxum prohibentia. vt in canone de præſeruatione dicebatur. Et conuenit in potu aqua decocta cum vino granatorum. Item & aqua ipſa cum zucch. ro. ꝙ ſi fuerit abſque feb. da ex eis remiſſoria. vnde in aſſuetis poterit dari vinum lymphatum nigrum, etiã ſi videbitur cum aqua chalybeata. Q. ſi fuerit ex cholera competunt conſimilia, ſed intenſiora vt granata acria, aqua ipſa frigida. Item aqua cum ſyrup. acetoſo ſimplici. Item cum ſyrup. de acetoſitate citri. de ribes, de lymonibus, de agreſta, & berberis, & huiuſmodi. His conueniunt blitis, ſpinachia, cucurbita & huiuſmodi. & lens eſt cibus eis conueniens. Item geladorcia acetoſa, & ſimilia. & in declinatione competunt frigida aperitiua, & eutient vt ſupra de præſeruatione ex his quæ dicta ſunt apta nocere. & tu ibi. Et licet ita ſit ꝙ vti debeant his quæ inſpiſſant & ingroſſant vt ſunt in ſanguinea frigida, & ſicut in cholerica frig. & hum. nõ de facili corruptibilia, tamen cum ceſſauit fluxus debent ab his declinare, & vti quæ infrigidant, & exiccant in ſanguinea, ſed quæ non multum inſpiſſant, & in cholerica quæ infrigidant & humectant, ſed non multum. Vnde hic certa regula dari non poteſt, ſed oportet ꝙ medicus ea inueniat intenſiora, & remiſsiora vt ipſa exigit diſpoſitio. In phlegmatica vero dieta ſit in principio valde ſubtilis. Vnde qdã nõ dant niſi ſemel in die cibũ & pauci nutrimenti. ſed oportet virtutẽ hic bene cõſiderare. Vnde tolerantia famis eſt eis iuuatiua valde, aquã purã nõ bibant. Itẽ ſitim patiant. Potus eorũ in principio ſit aqua mellis abſq; ſpẽbus, in proceſſu vero poterit dari cũ ſpẽbus. Itẽ in aſſuetis vinũ multũ lymphatum vbi etiã eſſet virtutis debilitas. de quo modo in dubijs. Itẽ vbi virtus ſit fortis cõpetit panis furfuraceus cõuenienter ſalitus. Et ex oleribus cõueniunt borago, fœniculus, petroſellinus, origanũ, ſparagus, & hmôi, maxie in ceſſato fluxu. Itẽ cõueniunt ex fructibus, vt ſupra de præſeruatione, vt dactyli, phiſtici, pineæ, caricæ, porrum in parua quantitate, alliũ coctum, mel, & mellicia. Ex carnibus laudatæ bonæ calidæ. de quibus. ij. tract. vt pipionũ, caſtrati, leporis, & hmôi, & tu ibi. etiã aſſatæ, & cũ aromatibus in ſapore mellito. In melancholica vero totum regimen cõuertatur ad calefactionem & humectationem, & caueatur omne regimen exiccatiuum, quia ſic materia induraretur. Sed hic nota ꝙ in principio etiã ſtyptica cõferunt ꝓhibẽdo fluxum, & ingroſſantia aliqualiter, ſed minus q̃ in alijs, tu tamen aduerte in omnibus, nec ſic ingroſſes vt oppilationem facias, cruditatem, ac indigeſtionem inducas. De cæteris pertinẽtibus ad alias res non naturales recurre ad ea quæ poſita ſunt ſupra de præſeruatione, & de conferentibus, & nocentibus in hoc caſu, & tu ibi.

ETIAM expedito complemento primi, quod ſatis apertum eſt ex iam dictis & ex his quæ ſupra de præſeruatiõe, accedo ad expeditionẽ ſcd'i, in quo medicus debet eſſe nõ minus attentus q̃ ſollicitus. Tu itaq; primo attẽde ſi dolor eſt tolerabilis, aut non. ꝙ ſi non, à ſedatione eius prius incipe. deinde ad cãm eius. ꝙ ſi fuerit tolerabilis nõ multum inſtans à cã eius inchoa. nã regulariter operando prius eſt cã rejcienda, vt in principio operis dictũ eſt. Et qm̃ dolor talis cõiter conſueuit eſſe multũ infeſtans, hinc ab eius ſedatione initium faciã. Et ꝓpter hic ſcd'o ſcito ꝙ ſedantium dolorẽ, quædam hoc agunt à proprietate, quædam à cõplexione, quędã ab vtroq;, & de his etiã infra de dolore dorſi. Exẽplum primi vt ſunt bolus ar. terra ſigil. oſſa humana aduſta vt. xij. cõtinen. pes teſtudinis, rana viridis, muſtela, veſica apri, magnes, pœonia, cauſ. radix matricariæ, & hmôi plura de quibus infra ru. de ſciatica & de podagra. & tu ibi. Quæ autem conferunt à cõplexione diuerſificantur, quoniã earum aliqua ſunt temperata omni dolori ex quacunq; cauſa. ſ. frig. vel cal. conuenientia, quoniam ſua cõplexione alterant & remittunt, & ſua caliditate tẽperata materiã reſoluũt & partes membri molliunt & tractabiles reddunt maxime ſi lenientia ſint, vnde extenſionem melius tolerãt, & ſic dolorem mitigãt. Q. ſi fuerint exiccantia extenſionẽ congregant & non remittunt, & ſenſum, & calorem confortant. Et ex his ſunt ſimplicia, & compoſita, vt fœnugrę. camomilla, althea, ſemen lini, ro. oleum omphacinũ. ro. vitellum oui, lac, abſynthium, melilotum, & hmôi. Et hic attende ꝙ per tẽperata intellige talia ſimilr̃ & calida vſq; ad primum. Quędam ſunt ca. & in his ſunt gradus, quoniã alia intenſiora, alia remiſſoria, ſimilr̃ eſt de frigidis. Quæ autẽ vtroq; mõ ſunt ex his cõpoſita & ſimplicia etiam quę ſua cõplexione manifeſta opponunt, vt lutum arme. in cã cal. & de his oĩbus ad plenum exẽplificabo allegatis rub. Itẽ in hac ru. ponam plura compoſita ex his ſimplicibus exemplificandis cõpoſita. Nota tertio ꝙ in horũ applicatione ſiue approximatione ordo talia ſeruetur, ꝙ prius incipiamus cum his quę hoc agunt à ꝓprietate, cũ ſint efficaciora his q̃ agunt à cõplexione. Itẽ quia ſi accidat error in cognitione cauſę ex horũ approximatiõe non infert nocumentũ. Itẽ ex eis etiã non timetur repulſio materiæ ad principalia. Itẽ neq; nocumentum in iuncturis dummõ ſint tẽperata. Poſtea vero adminiſtrent quę agunt à complexione anodina tẽperata, aut parũ excedentia ſimplicia vel cõpoſita cum ex eis non timetur error vt de pͥdictis. Deinde aſcende ad intenſiora calida in frigido, & in calido ad frigida, & ĩ mixto ad mixta æqualiter, vel inqualiter, vt exigit diſpoſitio. Q. ſi nõ ſufficiunt, tũc in tempore iſto medio euacuatione ſollicita & diuerſione aſcẽde ad fortiora, & vſq; ad narcotica. Vltimo ſi uidebit expedire. nã factis euacuatione & diuerſione non erit timor de repulſione quæ noceat. Et talia adminiſtrabuntur. aut per modum vnguenti, aut cerotarij, aut emplaſtri, aut embrochæ, aut ſacellatio. aut vaporatorij, aut epithematis. Itẽ per interius clyſterizando, aut per os dando vt dicet. Nota quarto ꝙ vt quarta primi, primo cap. ꝙ in talibus oportet mutare medicamina ne ex aſſuefactione natura patiatur, & ideo varia medicamina & non intentionem. Nota quinto ꝙ alia debẽtur in principio, & alia in alijs temporibus: debẽt talia remitti à calidis plus in ſtatu & declinatione q̃ in augmẽto vt de apoſtematibus ſæpe dictum eſt. Vnde in principio cõfert hoc medicamen. ℞. fœnugræ. triti ſufficienter & cum aceto cõmixti, & ſuper ipm̃ deinde fundat mel & decoquat donec coaguletur & extendat ſuper pãnum lini, & circa locũ ponatur, & dimittaĩ duobus diebus aut tribus, & eius exiccationi ſi exiccabitur ſuccurratur cum oleo roſ. In augmẽto vero & ſtatu valet medicamẽ factũ ex muſcillagine fœnug. & ſemine lini cõquaſſati cũ oleo ſiſamino decoquatur ad groſſitiem mellis. & fiat vt dictum eſt. In declinatione vero confert emplaſtrum ex caulibus, & apio factum, & ſic proportionabiliter de alijs agas. Ego autẽ te copioſum faciã de multis remedijs. Nec me redarguas de prolixitate, quoniam in talibus medicus non poteſt eſſe nimis plenus. Et iterũ replico ꝙ prius cã eſt reijcienda, & ideo in talibus ego inſto prius quãtum plus poſſum eũoni, & diuerſioni. nam plus

ex his

ex his fit & reperitur iuuamentum cum diæta quàm cum remedijs localibus, & tu quoq; ſimiliter age. iterũ à leuioribus inchoa, maximeq; age à cõplexiõe, et gradatim aſcẽde niſi magna te cogeret neceſsitas, vt ſtatim ad ſtupefactiua & narcotica te transferas. Et ſi dubitares de ſpaſmo, ſyncopi, feb. & huiuſmodi, tunc appone frigida, ſtupefactiua leuia, actu talia, vel potentia. Vnde in principio cogente fortitudine doloris, adminiſtrare potes aquam frigidam actu. & chalybeata eſt minus mala, & ego iam expertus ſum pluries in principio, & contulit magnifice & cum honore diſceſsi. Vnde Auic. vigeſimaſecunda tertij. de narcoticis ſedantibus dolorẽ inquit. Et ex eis quę aperta ſunt eſt effuſio aquæ plurimę cum non ſunt ulcera. & de his narcoticis infra. Sed hic nota tria. Primum, ꝙ infrigidantia ſic in principio poſita debent canonice magis applicari iuxta iuncturas quàm ſupra iuncturas. de iſto particularius infra. Sc̃do ꝙ talia frigida non permittanẽ ſtare longo tempore ſuper iuncturas, ne ea coꝝ longa mora materia exiſtens in ſuperficie acetretur, & in loco incumet.

Tertio ꝙ circa locum iuncturę, quia ſupra locum ipſius debemus audacius cõtinuare hæc frigida vſq; ad ceſſationem doloris, donec ſecuri ſumus de ceſſatiõe fluxus. In augmẽto vero & ſtatu fortioribus vtemur remedijs. de quibus infra. quæ erunt ſtupefactiua fortiora. aqua enim frigida ſtupefactiuum eſt debile & domeſticum, in quo habui certe honorem, & maxime cauſa exiſtente calida. Declinante vero dolore, tunc redeas ad certam curam, quia ad euacuationẽ, hoc eſt attende cauſæ ipſius. Vnde in principio quidam, & eſt vſuale, applicãt emplaſtrum factum ex mica panis grattuſata cũ lacte vaccino. Alij cum humano, vitellis ouorum, oleo ro. Item ex ſolo lacte & mica panis adinuicem bene incorporatis his enitibus tepidis dolori ſubueniunt, & hoc in principio principaliter cauſa exiſtente calida, ſed tamen & in frigida cõueniunt, quia anodina. Item confert medicamen de fœnugræco pauloante poſitum. Item vbi materia ſit frigida confert emplaſtrũ de caulibus recentibus, & apio. Et fortius illo eſt medicamen factum ex oleo irino, farina fœnugræci, farina cicerũ, melle & pauco vino ſtyptico cum aliquantulo oleo roſ. cauſa exiſtente frigida. Item frigida in principio valentia ſunt lac, oleum violatum, ro. de oleo omphacino, oleũ de nenuphare, muſcillago pſyllij, oleum ablutum & huiuſmodi. de quibus infra rubr. de dolore podagrico. Et ex compoſitis. ℞. vitella ouorum cum ſuis albuminibus & conquaſſentur cum farina hordei, oleo ro. & modico aceti & emplaſtrẽtur. Item & fortius eſt ſuccus cannæ humidæ cum oleo roſ. & modico aceti & lenticulæ ſucco.

**Aqua frigida ſtupefactiuũ debile, ac domeſticũ**

Item ad idem muſcillago pſyllij, ſuccus ſolatri, & virgę paſtoris, vel ſemperuiuæ, vel endiuiæ, vel cucurbitæ, vel cucumeris. Item & ſuccus iuſquiami cum oleo roſ. & aceto & epithemetur locus. Item & fortius addas ſuc cum mandragoræ. Et ex vltimis eſt opium cum lacte mulieris, diſſolutum cum cera & oleo roſa. mixtum, ſed eius quantitas ſit parua. Et propter eius nocumentum ſcias, vt ſupra, quòd crocus, myrrha, thus, ſtorax, caſtoreũ, caſia lignea corrigunt eius nocumentum, & ideo cum eo commiſce. Item embrochatio facta ex oleo camomillino generaliter corrigit omnem malam impreſsionem ex opio vel alio narcorico in membris factam. Dicitur quòd theriaca confert omni dolori, & maxime dum eſt materia in fluxu, quod credo verum de theriaca noua. Item ad idem ſuccus citoniorum cum aceto, & modico opij, & ſucco ſolatri. Et hic attende canonem de quo infra rubrica ſua, ꝙ in dolore ſciaticæ in principio abſtinendũ eſt à talibus repercuſsiuis. Vnde Auic. vigeſimaſecunda tertij. de cura doloris iuncturarũ inquit, Niſi in ſciatica. nã repercuſsio in ea retinet materiã in profundo: quare patet vt fiat paulatim, aut debiliter, aut dimittatur & ſit occupatio cum eũone. Et antequã ab eo quod inceptum eſt diſcedam, plura ponã repercuſsiua debilia, fortia, & fortiora ſic in principio conferentia, magna exiſtente neceſsitate, vt ſupra & nõ aliter. ℞. opij. ʒ. iiij. croci. ʒ. j. terãtur & cum lacte vaccino, & medulla panis fiat emplaſtrũ. Itẽ ℞. ſeminis iuſquiami nigri. ʒ. vj. opij. ʒ. j. croci. ʒ. ſ. vini dulcis quod ſufficit ad incorporandũ, & cum cera fac vnguẽtum. Aliud fortius. ℞. opij, ſeminũ iuſquiami al. pſyllij, achaciæ, radicis granati quod tibi uideſ, & cum lacte uaccino adminiſtra. Aliud. ℞. aloes. ʒ. a. ſuc. iuſquiami albi. ʒ. vj. iuſquiami nig. ʒ. iiij. hypoquiſtidos. ʒ. x. croci. ʒ. iiij. decoquantur in aceto poma mandragoræ donec diſſoluantur, deinde proijce ſuper medicinas, & fiat ex eis linimentum. Item mandragora trita cum butyro. Item ſtorax, opium, & ex his fac epithema. Item pſyllium infundatur in aqua calida, & cum inflatur conquaſſetur cũ oleo roſ. & cum totum frigefactum fuerit ponatur circa iuncturas. Ego autem vſus ſum vnguẽto populeon deſcriptione Nico. maxime in calidis, & contulit. Item ſuccis frigidis & aqua frigida. nam in alijs non reperitur iuuamentum ita ſubitum, vt in his & ſpecialiter in aqua frigida.

**Theriaca quæ anodina.**

Vnguentum ad hoc. ℞. opij, corticum mandragorę. ana. ʒ. v. confice cũ melle, & aqua, & ſucco portulacæ, vel iuſquiami, & applicetur loco à quo remoueatur cum dolor ceſſare incipit. Cauſa autem exiſtente frigida cõmendatur. ℞. eupatorij. pyretri, amoniaci, coſti, hermodactylorum. ana. ℥. j. ſucci ebulorum decocti in modicum cauſæ ſuſpenſæ in caldario donec inſpiſſetur lib. ſ. fellis bouini tantundem, terbentinæ. ℥. ij. ſucci radicis bryoniæ lib. ſ. olei. ℥. iiij. ceræ quod ſufficit. terenda terantur, bulliant ad ſpiſsitudinem vnguenti. Et pro complemento & apertione primi notati ex tribus pauloante poſitis, aduertendũ ꝙ ſic inſtante & infeſtante dolore duæ inſurgunt intẽtiones. quarum vna eſt ad repellendum materiam fluentẽ, & quæ iam in loco colligitur. Secunda autem ad prohibendum ne amplius de materia fluat. Et in primo caſu debent repercuſsiua ſuper locum doloris apponi, & in ſecundo ſupra iuncturam, & prohibẽtia à repellentibus differunt, quia prohibentia debẽt eſſe pure ſtyptica. Vnde Gerardus ſuper. ia. Almanſ. emplaſtrum ponẽdum circa locum debet eſſe pure ſtypticum. Et hic aduerte canonem Auicẽ. inquit. de cura podagræ: Repercuſsio autẽ materiei à membro nõ oportet vt fiat materia exiſtẽte fortis effuſionis plurimæ reſumptionis. illud enim facit res duas malas, quarũ vna eſt ꝙ facit materiam inobedientem, & eſt cõtrarium motui eius, quare accidit dolor magnus, & cũ accidit huiuſmodi. tunc ceſſa & occupare cum lenificantibus, id eſt mollitiuis anodinis. Et ſecundum eſt, quoniam forte iſta conuertitur ad membra principalia, quare accidit timor, & cũ materia non eſt plurima, aut pro reſtauratione, tunc non eſt malum repellere eam in primis cum eſt niſi in ſciatica. nã repercuſsio in ea retinet materiã in profundo, quare oportet, vt fiat paulatim debiliter aut dimittatur, & ſit occupatio cum euacuatione vera. vult ergo Auicen. ꝙ in principio materia exiſtente multa occuperis in euacuãdo & repercutiendo debiliter. & tu cõſidera. Et vtile in hoc à cauſa calida. ℞. ſumach, myrtillorum, boli arme. ana. ℥. ſ. ſandali albi & rub. achaciæ, gallarum, pſidiæ, balauſtiarum. ana. ʒ. j. olei roſ. ʒ. ij. aquæ roſ. plantaginis. ana. ℥. iij. farinæ hordei, vel lentium. ℥. ij. confice emplaſtrum. Materia autem exiſtente frigida ſic ordina. ℞. gallarũ, foliorũ cupreſsi, myrrhę, maſticis, thuris. ana. ℥. iiij. gũmi arabici, ſandaracæ. ana. ʒ. ij. farinæ cicerum, aut orobi. ℥. ij. confice cum aqua ferrariorꝫ in qua coquanẽ ſauina, & folia myrti.

**Prohibentia à repellentibus in quo differunt.**

Sed tempore prohibitionis interim debet apponi ſuper locũ cauſa exiſtente calida illud quod malam cõplexionẽ alterat, & dolorẽ mitigat, ut verbi gratia: fac linimentũ ex muſcillagine pſyllij, altheæ, & maluę, & oleo ro. pinguedine gallinę, & pauco aceto. Et in frĩda ex muſcillagine fœnugrę. ſeminis lini, altheæ, butyro ſine ſale, oleo ſiſamino,

maſticino, nardino, pinguedine anatis, & quidā addunt cinerē radicum caulis, & farinā orobi. Aliud prohibitiuū in cā frigida. ℞. aloes, myrrhæ, maſticis, licij, achaciæ, gallarum. ana. Et tu in cōpoſita materia vbi calida vicerit frigidā, adde frigidas medicinas ſupra calidas. & ecōtra ſi pars frigida vicerit. Et breuiter dixit Raſ. de iuncturis, q in principio vtemur frigidis ſtypticis, & in declinatione mollificatiuis diſſolutiuis, & in medio, q in augmento & ſtatu cōpoſitis: ſed diuerſimode, qm̄ in augmento debent repellētia vincere reſolutiua, & plus quāto plus augmentum appropinquat in principio, ſed in ſtatu debent æquari. & quāto plus pcedit ſtatus ad declinationē, tanto plus debent reſolutiua vincere. verūtamen iā in gradu repellentiū q̄ in gradu reſoluentiū debet fieri variatio ſcd'm materiā dolorē cauſantē. & iā hoc in materia ſimplici q̄ i cōpoſita. Nā ſi materia cholerica fuerit, repellentia in frigiditate debēt ſumi intenſiora: in ſtypticitate vero & ſiccitate remiſsiora, & adhuc remiſsiora in ſtypticitate: & in materia melācholica, tū & remiſsiora in frigiditate: & in ſanguinea remiſsiora frigida q̄ in cholerica, et in phlegmatica adhuc remiſſa magis, ſed in ſiccitate in his intēſiora q̄ in cholerica. Vnde Serapio. Si itaq; vincens de humoribus eſt ſanguis, oportet vt eligantur tam res infrigidantes q̄ humectantes: & ſi vincēs eſt cholera citrina oportet vt eligant contraria illa iō. ſ. in humectatione q̄ in ſanguinea etiā magis infrigidātes, & ſi vincēs eſt phlegma aut melācholia, tunc indigent correctionibus calefacientibus. i. minus infrigidātibus in principio, ſed nō oportet vt ſint exiccantes aut humectantes in forma vna, quia materia phlegmatica indiget medicina calefaciēte, & deſiccāte, & melancholia humectante, nā exiccātes exiccāt materiā melancholicā & indurāt. vnde fit earū reſolutio difficilis & eūo etiā, & humectantes faciūt acquirere velocitatē reſolutionis & facilitatis euacuationis vt ſupra de melancholia. Et pone medicinas in cauſa cōpoſita ſm cōpoſitionē humorum æqualē vel inæqualē, quæ iudicio medici arbitratiuo habet & non aliter. Et vt dictū eſt rubrica de podagra ponent ſimplicia cal. & frig. ex quibus cōponere poteris, & tu ibi. Quidā autē ſic inſtante dolore operant, vt Placentinus, & ſpāliter cauſa exiſtente ſanguinea, vel cholerica, q ſtatim faciunt phlebotomiā diuerſiuā. & hoc à principio. vt. ſ. ſi dolor fuerit in pede dextro, phlebotomant in manu dextra: & ecōtra, ſi in ſiniſtro in ſiniſtra. Q. ſi fuerit in manu phlebotomant pedē eiuſdē lateris. deinde conſequenter ſollicitant eūoni per pharmaciā cum pilulis de hermodactylis, & hmōi in cholerica de qua eūone in ſuo loco. Deinde inungunt pluries in die locū dolentē cum oleo roſ. & vult eſſe ro. ex oleo omphacino vel cū oleo myrtino vel de nenuphare non fricādo, ſed leuiter cū penna. vel epithemant cum ſucco ſolatri, ſemperuiuæ, plātaginis, & hmōi. & cōtinuāt vſq; ad ceſſationē doloris vel eius mitigationē, deinde pcedunt cum reſolutiuis nō attractiuis, & doloris mitigatiuis, vt ſunt oleum de camomilla, anethi, mucillago altheæ, oleum ſeminū lini, & hmōi anodinis calidis: & deinde aſcendunt ad intenſiora qn̄ non dubitat de fluxu nouæ materiæ: & q dolor ex toto ceſſauerit. Et in eo caſu faciunt eos omnino abſtinere à potu vini, quia dicōt nihil deterius eſſe eo in paſſionibus neruorum, articulorū, & cerebri ſiue materia fuerit calida, ſiue frigida: qm̄ de pprietate portat ſuperfluitates ad neruos, nodos, & cerebrū, & exhibent aquā hordei, aquā decoctionis prunorū cū zuccharo ro. ſpāliter in cā cal. Itē valet aqua decocta cum vino granatorum & pauciſsimo zuccharo. Deinde ordinant diætā ex rebus frigidis, ut dictum eſt, & hoc in calida. Q. ſi fuerit ex materia frigida phlegmatica vel melancholica vident abſtinere à phlebotomia de qua in dubijs, & ſollicitant eūonem cum pilulis de hermodactylis maioribus, & ſimilibus. vt infra. Et diuerſioni & phibitioni fluxus materiæ, & in hac nō exhibēt narcotica ſicut in cauſa calida,

Vinū in quibus ægritudinibus noxiū.

ſed in frigida mixta cū calidis & ſtyptica, vt oleū ro. cum oleo de abſynthio et ſimilib⁹. Vnde aduerte de narcoticis vt de teneſmo q vltimo loco ſunt applicanda, qm̄. ſ. alia non cōferunt, cōpingunt enim materiā in loco & ingroſſant & eam ineptā reddunt reſolutioni, quare nec eis vtendum eſt niſi vt dixi, & ſi vtent non ſunt diu continuanda.

Scd'o aduertendū q quia in dolore tali ex materia frigida dolor non eſt multū infeſtās, & ideo in principio debes ſollicitare eūonē & diuerſionē. & cū quibus dicet ſtatim, & omittas localia repellentia, & ideo ex eis nihil. Secus. n. eſt in cauſa calida, & tu cōſidera cauſam ſuperius aſsignatam, quare à localibus ſic in principio eſt abſtinēdum. In principio datur aqua mellis, & poſtea poteſt concedi vinum lymphatum maxime in debilibus & aſſuetis.

VENIO itaq; ad cōplementum tertij, quia ad eūonem cum diuerſione, & prius expediā quid circa eūonem curandum eſt. Et primo. q vbi materia fuerit ſanguinea aut ſanguini mixta cōpetit phlebotomia diuerſimode mī, vt paulo ante allegatū eſt. Sed duo prius aduerte. Primum q per ipſam nō fiat tractus ſuper principale. ſcd'm q phlebotomia non fiat in oppoſito ſi membrū tale fuerit debile aut propter apā, aut quia conſuetū ſit pati dolorē, aut aliter quomodolibet debilitatū, & trahat quātitas ſm tenorem virtutis, ætatem, magnitudinē doloris, & quātitatem materiæ peccantis. Q. ſi fiet in muliere podagra ex retentione menſtruorū erit maxime conueniens. Deinde vtendum manna, thamarindis, caſia, prunis, aqua fructuum & hmōi remittentibus acuitatem ſiue feruorē ſanguinis, de quibus ad plenum ſupra. iiij. tract. Et in caſu laudantur pilulæ de hermodactylis minores deſcriptione Meſ. Item ℞. pulueris hermodactylorū alborum mundatorum à cortice ſuo. ʒ. j. ſ. diagridij. grana. iiij. zucchari. ʒ. ij. ſ. zinziberis. ʒ. ſ. puluerizentur, & ſcammonea non multū puluerizata in fine addatur, & omnia ſimul miſceātur. minoretur doſis vt videbit. det in media nocte, & poſt bibatur aliquid vini, & dormiat poſt par. ij. vel. iij. horas. deinde non dormiat & expectet euacuationē bis uel ter antequam comedat & bibat lauatiuum hoc medicamen. Item laudatur vt claudos rectos ambulare faciat, & quia de his ad plenū in de podagra & de ſciatica. hinc à multa ſolutiuorū narratione ſuperſedeo. Nota ſecundo q in principio nō debes vti medicina ſolutiua valde forti & calida, & pcipue in magna quantitate, quia illa poneret humores in fluxu & faceret currere humores ad locū, ſed bene medicina forti in parua quātitate. Tertio q medicina nō ſit eūans phlegma ſolū, qm̄ ſic remaneret cholera faciēs phlegma quod remāſit ad mēbra currere aliqn̄ ſubtiliādo. & laudatur ab Aui. & alijs hermodactylus, qm̄ poſt eius eūonem derelinquit in mēbris ſtypticitatē, ppter quod membra confortant & prohibent fluxus humorum ad ea. Alia autē ſolutiua meatus membrorum dilatatos relinquunt. Itē loco hermodactylorū dat pes coruinus, quia ſuccus eius, & nō videt ita ſtomacho nociuus ſicut hermodactylus cū quo oportet ponere zinzi. pip cyminum & hmōi pro eius correctiuo. vt in Meſ. Itē valent pilulæ fœtidę. Itē pilulæ de hermodactylis maiores. Itē pilulæ aggregatiuæ Meſ. Itē lapis armenus. Item valet medicamen ex zinz. pipere, agarico. medulla cartami, & radice pedis coruini, ſed ut dictū eſt, ponent talia in cā cal. aut frig. uslēta rub. de ſciatica, & podagra. Supreme laudat uomitus quia cum hoc q eūat ſpāliter cām antecedentē etiam diuertit, & maxime in ſciatica & podagra dolore exiſtente in parte inferiori. Vnde ſpontaneus ſiue medicinalis eſt maxime faciendus & ſpecialiter cauſa exiſtente frigida. Vomitiuum cōmune. ℞. radicis raphani. ℥. j. ſeminum anethi, atriplicis, ſinapis, ceparum. ana. ʒ. ſ. piſtentur & bulliant in. ℥. viij. aquæ donec quarta ſit cōſumpta, colentur & cum colatura addant. ℥. ij. oxymellis cōpoſiti vel ſquillitici. datur tepidum per horam poſtquam venter fuerit repletus ex faſeolis, cepis,

porris,

porris, piſcibus ſalitis, & hmōi, & hoc de vomitu, & alias ſupra.13.cap. propria rubrica. Aliud facilius hoc. decoquatur raphanus in aqua vbi ſit acetū, & oleum amygdalarū dulcium & coletur, & ea colatura recipiat parapſidē vnam & ſit tepidū, deinde cū pēna ꝓuocetur, & hoc poſt aſſumptū cibum vt dictum eſt, ēt ante fieri poſſet. Fiant clyſteria, & ſuppoſitoria, vt dicetur de podagra, & ſciatica. Fricationes & alia diuerſiua ēt fieri poſſunt, vt ventoſarum applicatiōes in parte oppoſita, & hoc in principio, dato quod ſint in vſu. Vnde in ſumma exiſtente dolore in parte ſuperiori magis competit eūo per inferius. vbi autem econtra magis & eūo per ſuperius. Vnde Aui. Vomitus eſt magis iuuatiuus ei ꝙ ſolutio vētris, & maxime qñ dolor eſt in inferioribus. Aperitiua ēt cōueniunt diuertēdo, q̄ vt infra cum prudētia exhibenda ſunt. Et veniendo ad cōplementū tertij, ſcito ꝙ ſaltem materia exiſtente phlegmatica viſcoſa, quæ eſt ſm plurimū, non debet fieri eūo ſaltē fortis ſiue notabilis niſi prius præceſſerit digeſtio, ne ſubtile euacuetur, & groſſum, & ſpiſſum remaneat, quod ex ipſa redderet ineptum eūoni, & reſolutioni. Et dr̄ ſaltē, quia vbi materia fuerit phlegmatica ſubtilis, fluida nō incōuenit ꝙ eius fieret euacuatio non pręcedēte digeſtione. & ſic tollitur contrarietas Raſis & Alexandri.

ET PRO digōne materierū nota ꝙ oportet hic tria principaľr conſiderare. Primū eſt humor digerendus. Secundū locus ſituationis mēbri. Tertiū via per quā habet materia trāſire ad locum expulſionis, quia ipſa remota eſt valde à vijs ductuū & in ipſis maxime inuiſcata & nō niſi forti medicina & reiterata educibilis, vt dicit Aui. cū per ſtrictos cannales habeat ptrāſire. Vñ ſi aphoriſmus habet veritatē quo inquit Hip. Corpora cū quiſpiā purgare voluerit, oportet fluida facere. maxime hēt in hoc caſu. Hęc itaq; digō ſit cum adæquantibus materiā virtuti expulſiuæ, qualia ſunt ſubtiliantia, incidentia humorū uiſcoſitatē, quę eſt ſm plurimū in cā, & inſpiſſantia ſubtilem qui eſt de ſe aptus fluere ad iuncturā. de quibus oībus exēplificabo ſtatim. Locus qui eſt membrū generans & mittens. vt verbi gratia, quia digeſtiuū debet habere reſpectum ad ipſum vt ad cerebrū ſi fuerit illud de cōplexiōe frequētius à nonnullis ſuſpectū ſcribitur, aut ad hepar, ad ſtomachū, aut ad ſplenē, aut ad corpus totū. Itē & membrū recipiēs quod eſt iunctura, apponendo q̄ iuncturas & neruos recipiant, ut hermodactylus, acorus, & hmōi. de quibus infra.

Itē & exterius applicando q̄ digerunt: vt ſupra prio cap. tractatus ſexti. Nā ita eum emplaſtris & hmōi digeri pōt materia ſicut cū potionibus. & tu cōſidera. Via aūt cōſideratur aperiēdo eam et habituando, ut p̄ ipſam facilius educatur humor & ad loca expulſionis perueniat. hoc aūt nō cōpleť niſi cū aperitiuis. Sed nota ꝙ aperitiua ēt ſunt ſuſpecta ne ſit cā p̄cipitationis materierū in iuncturas, & iō non ſunt exhibenda fortia ſed leuia moderate ſtyptica vel ex ſe vel per cōmixtionem ſtypticorū cum eis, & ſi nunq̄ ſunt ſuſpecta maxime ſunt qñ dolor eſt ex materia à capite

Erratū nō nullorum. reumatizante, vt ſupra de catarrho. & tu ibi vide canonē. Item fortia aperitiua ſunt cauſa reſoluēdi ſubtile & ingroſſandi & gypſeandi, & iō errant qui in principio vtuntur aperitiuis fortibus. Et hic aduerte ꝙ potentiua operātur q̄ ſunt à ꝓprietate talia calida uel frigida, q̄ allegata ſunt in p̄cedenti rubrica & io p̄nti. Vnde in cā frigida valent calida numerata, vt ſticados, hyſſop⁹, pes colūbinus, ſquilla, poliū, anethū, keiri, rubea, acorus, pęonia, garyophyllus, ariſtolochia, ſemen rutę, & gēttiana, cyminum & maxime in ventoſa, cinnamomū, os humanū vſtum in potu ſumptum, ſauina ſicca. Et ſcia calida ut aniſum, ſemen fœniculi, apij, petroſellini, & hmōi. materiā per vias vrinæ deriuantia. Et in cā calida valent coſæ, cicorea, endiuia, coriandrū, myrtus, lenticula, lactuca et hmōi q̄ humorem inſpiſſant & ſtypticant, vt granata. de quibus in p̄nti rubrica. Item aduerte ꝙ non raro oportet hæc adinuicē commiſcere, qm̄ raro eſt ꝙ materia non ſit mixta, & ideo commiſce calida cum frigidis ea ꝓportione qua de materiæ cōmixtione coniecturam veriſimilem feciſti. Item cōmiſce ſemp q̄ digerunt ad membra vel mittens, vt ad hepar ſi fuerit illud, aut ad cerebrū ſi fuerit illud qđ eſt plerunq;, ut Gale. & cōſimiliter de alijs. Itē quia materia non raro eſt groſſa uiſcoſa, ideo indiges inciſiuis ſubtiliatiuis & hmōi, quare acetum, & acetoſa ēt in hoc conueniunt caſu. Debēt tñ talia non multum eſſe acetoſa, quia vt ſupra rubrica de iuncturis, acetū maxime nocet neruis. & de hoc in dubijs. Laudatur itaq; oxymel ſimplex & ſquilliticum cum melle ro. maxīe materia exñte frigida groſſa viſcoſa. Itē oxymel cōpoſitum. Dixit tñ Aui. de cura doloris iuncturarū, & podagræ. Et oxymel ꝓpter ſui acetoſitatem non eſt magni iuuamenti. Itē laudať ſyrupus de ſticados deſcriptione Meſ. Ad idē. ℞. acori, radicis arthiticę, bethonicę, capilli veneris, endiuiæ, lupulorū, meliſſæ, pedis coruini, ſticados ara. ſaluiæ. ana. M. j. roſ. M. ij. fiat decoctio, deinde eum ſufficienti quantitate zucchari fiat ſyrupus. Idē fieri pōt ex bethonica, ſaluia, ſticados & roſ. & acoro. Aliud ℞. iuę, bethonicæ cum ſua radice, ſaluię, camedreos, camepiteos, pedis coruini, eupatorij, valerianæ, pentaphilon, ana. M. j. radicum fœni. ſparagi, bruſci, graminis. ana. ℥. j. aniſi, fœnicu. ana. ℥. ſ. ſaluię ſiccæ. ʒ. v. foliorū roſarū. ʒ. vj. polypodij. ʒ. ij. mellis deſpumati lib. ij. aceti ſquilitici. ℥. iij. fiat oxymel & aromatizetur cum nuce muſcata, & cortice citri. Item etiā in cauſa frigida Thadeus dabat oxymel cōpoſitum, & oxymel ſquilliticū. ana. ℥. j. cum vino calido. Quidam vt Cermiſonus dant ſye. de calamēto & ſyrupum de ſticados cum melle ro. colato cum aqua ſaluiæ, & iuniperi, & aromatizant cum puluere rutæ ſiccę, et polij. Item & ſyrupum de eupatorio cū melle ro. colato & puluere ariſtolochiæ cum aqua ſaluiæ. Et in cā calida valent frigida numerata vt ſunt roſa, endiuia, coriādrum, lēticula, lactuca, & hmōi frigida & ſtyptica q̄ cholerā ingroſſant & ꝓhibēt fluere materiam ſubtilem vt eſt ſyr. de myrto ro. et hmōi. Sed hic aduerte ꝙ cū his frigidis commiſcenda ſunt ex calidis dicta aliqua q̄ digerant illa frigida ad mēbra læſa. Itē vt cōſeruent eorū naturam. tertio quia raro materia ſic fluens eſt abſq; mixtione materiæ groſſę, ideo admiſcēda ſunt. Et ex cōpoſitis laudatis. ℞. endiuię, lactucæ, lupulorum, lenticulæ, coriandrorū. ana. M. ſ. roſarum quartam. M. j. ſticados. M. ſ. radicū fœni. M. j. ſucci endiuiæ, ſucci citoniorum, & granatorū acetoſorū. ana. ℥. ij. decoquantur herbæ de qua decoctione. ℞. lib. ij. & addātur ſucci & cum zucchato albiſſimo fac ſyrupum, quē aromatiza cū ſandalis. Et conſimiliter compone ea alija frigidis ſtypticis tibi magis gratis. de quibus ad plenum ſupra de fluxibus. Et hic aduerte ꝙ cum hic morbus ſit debilitans ac ꝓſternens virtutem, & deijciens appetitum, lædens ſtomachum neruoſum, & reddens cibos ibi conſuetos iam horribiles, tua tota intentio debet eſſe in conficiēdis nedum digeſtiuis, ſed ēt ſolutiuis, et alijs ita delectabilibus vt ægro ſint q̄maxime grata, eſſe poſſunt. Conficiendo & vltra ipſa digeſtiua ſub forma electuarij trazeæ confectionis & hmōi, vt gratius infirmo eſſe cognoſces. Et cōſimiliter in cibis ex aromatib⁹ calis, aut frīdis, & fructibus, ſalſamētis & hmōi. vt ſupra de ordie digeſtiuū eſt.

POST AVTEM determinationem de digeſtiuis agendū eſt de eūone & ſolutiua. q̄ qdem ſunt maxime neceſſaria in cura doloris iuncturarum materiali, de qui ad p̄ns ſermo ſit cum eūo materię ipſum à loco remoueat. Fit itaq; hæc eūo altero duorum modorum aut phlebotomia, aut pharmacia ipſa. In qua quidē tali euacuatione cōſidera prius virtutis tenorem. Secundo materiam ab ipſo corpore euacuandam. Phlebotomiam aūt facias ſi non obſtent aliqua & maxime ſi fuerit ſanguinis multitudo ac dolor ab ipſo pendens ſanguine aut humore ipſi ſanguini admixto. Vnde Aui. Et ſi fuerit ſanguinea aut cum domi-

nio

nio ſanguinis oportebit ut adminiſtres phlebotomiam ex parte contraria, & ſi fuerit cōis iuncturis, tunc ex vtriſq; partibus ſimul. Et aduerte quod. 12. contnen. ſcribitur. Si quis habet dolorē in pede dextro, fiat phlebotomia de baſilica dextra: ſi in ſiniſtro de ſiniſtra. & ſic videtur cōuenire dictis Aui. ꝓpter quod Gētilis dicit dictū Auic. debere intelligi qñ eſt vltimata repletio. nam tunc quia intentio eſt ad euacuationē & diuerſionem à toto, licet trāſire per duos diametros. Qñ vero nō eſt vltimata repletio, & non intendimus ad euacuationem, ſed ad diuerſionē ſolum ſic poſſumus phlebotomare de baſilica ſiue de ſaphena eiuſdem partis, & ſic ceſſat contradictio. Et hic nota verbum Aui. inquit in fine. Et ſi venerit dolor in dorſo in primis et permutetur ad manum, tūc phlebotomia ex manu: vt egrediatur ſanguis & humor ex parte ſuæ declinationis. iuxta illud Senis ſexta aphoriſmo. Quęcunq; rupta ex dorſo ad cubitū deſcēdunt, venę ſectio ſoluit. vide in aphor. infra.

Auicennę cōtra dictio tollitur.

Materia aūt exiſte phlegmatica, uel cholerica ſanguini nō admixta, non facias phlebotomiā. Vnde Auic. loquens de tali materia inqt. In principio nō fiat phlebotomia, phlebotomia enim facit accreſcere humores, & facit eos currere in corpus, & nō extrahit illud quod neceſſe eſt vt extrahatur, quod intelligit Dynus de eradicatiua. vnde faciebat ſecure minoratiuam in principio, & ei vr̄ aſſentire Gentilis. Gordonius eam negauit dicens eā in arthriticis his directe non competere, eo quod reddit humores curſibiles. Vbi aūt eſſet cū plethoria, & fortitudine virtutis cōcedebat. Et ſi phlebotomia fieri nō poſſet aut ꝓp ætatē aut ꝓp aliā cām, tūc vtere eius vicaria quæ eſt ſcarificatio ſcā cū vētoſis circa crura vel ſpatulas diuertēdo, aut ꝓuocabis hæmorrhoides, aut menſtrua. Et de his in dubijs.

Circa aūt medicinam ſolutiuā in cura podagrę, ſiue doloris iuncturarum adminiſtrandā, ſeptē ſunt principaliter cōſideranda. Proprietas. Qualitas. Quantitas ſeu virtutis ipſius Potentia. Tēpus. Hora. Modus. Et ordo. Proprietas quidē vt ſua ꝓprietate peccantē educat humorē calidū, vel frigidum, qui ſm̄ plurimū ſubtilē, & groſſum, vt decebit. Et hic aduerte Aui. de ſolutione eorum loquit. Oportet vt in eis non educaē ſolutione phlegma ſolū, immo cū cholera: cū ī eis phlegma ſolum ſolōne educaē iuuātur ſtatim, & redit cholera, & facit currere ad mēbra phlegma uice illa. Debet itaq; ipſa medicina ipſos humores reſpicere à ꝓprietate, & plus vnum q̄ alium ſaltē quo ad potentiam ſm̄ diuerſitatē cōmixtionis humorū, & tunc qualia oportebit educentur, & iō conferent, & bene ferent. Ex his autem ſolutiuis ſic appropriatis q̄dam phlegma, q̄dam choleram, q̄dam melancholiā, q̄dam vtrunq; educunt. Exēplum primi. hermodactyli cōtriti cū pipere zinzibere vl̄ cinnamo. qa de ſe nocent ſtomacho pes coruinus et hmōi. Exemplū ſecundi. vt ſcāmonea. Exemplū tertij. ut lapis armenus, polypodiū, qbus genera myrobalanorum aſſociētur, & in aduſta fumus terræ, ſenæ, de quibus ſupra. iiij. tracta. & hmōi. Exemplū quarti. vt agaricus, aloes & hmōi. de quibus ſupra. iiij. tract. Et pauca clauſi quia copioſe de cōpoſitis ſtatim. Qualitas vt primo non ſit caliditas fortis. Vnde Aui. allegato loco. Et oportet vt non ſit eorū catharticum vehemētis caliditatis fortis valde. quare liquefiant humores et redeat ad membrū quantum eſt illud qd̄ acceptum eſt multipliciter. Nam fortis caliditas humores quietos & coagulatos diſſoluit vias & venas apit & fluxe facit ad iuncturas. Secūdo q̄ in ſe virtutē ſtypticam & inſitam habeat vel alterius rei cōmixtam, quę mēbra confortet & humores refrenet & ductus ſiue vias ſtypticādo auget. q̄ duo p̄cipue in hermodactylis inueniuntur. Vnde Aui. allegato loco. Et in hermodactylis quidem dr̄ eē plurimum iuuamenti, ꝓpterea q̄ ipſi ſoluunt ſtatim humorē frigidum, & ipſis ineſt res alia: qm̄ faciunt ſuccedere ſolutioni ſtypticitatem, & cōfortant. quare non eſt poſſibile cum eis vt recedant ſuperfluitates liquefactæ per medicinas quibus non accidunt vt euacuentur, & prohibent iterū quod ſubtiliatū eſt per virtutem medicinæ ſolutiuæ currere in meatus. & ſubdit. Et q̄nq; cōmiſcentur eis ea quæ ſunt ſicut aloe, & ſcāmonea, & confortatur eoꝝ ſolutio. Et iterum catapucia, fumus terræ, vitis alba, colloquintida, ſarcocolla, amoniacū, bdelliū, turbith, & hmōi, de quibus in de cōpoſitis ſtatim. Quantitas quia non ſit excedentis virtutis qua humores p̄cipitētur ad loca, ſpūs reſoluātur, virtutes & membra debilitenē: neq; ſit deficiens & paucæ quantitas quę diſſoluat humores & ipſos nō educat. ſed ſit cum bono arbitrio virtuti & humori ꝓportionata, & hoc conſiſtit in pectore medici. Tempus. primo quo ad morbum, qm̄ in principio debet eſſe medicina leuior, & minoratiua, & in ꝓceſſu, & poſt digōnem fortior, & eradicatiua, nam vt dictū eſt, oportet vt cū facilibus ꝓcedatur: qm̄ humores ex his locis trahi non poſſunt niſi cū reiterata & frequentata medicina, & iō non debet eſſe ſic fortis in principio ſaltem ante digōnem cum ſint inhabiles tōne ſitus. Et attende hic uerba Aui. de cura doloris iuncturarum podagræ, & ſciaticæ inquit. Et incipe à re forti ſi non prohibet priuatio maturitatis, & groſſitudo materiei, q̄uis facilis ſit incolumior, & gradatio conuenientior, deinde ſequere cum ſolutiuis mundificantibus. Et ſunt de hominibus, qui ſcribunt initium cū facili poſt facile & ſigillant cū forti poſt maturationem: & rectius quidē eſt in hoc ſi materia eſt ſubtilis cholerica, feſtinare eūonem cū videtur maturatio. & ſi eſt groſſa non eſt malū præmittere qd̄ eā ſubtiliet & maturet, & præparet ipſam ad hoc vt expellatur ad partem eūonis. & tu interim alleuia cū ſolutione ſubtili. Et ſi poſſibile eſt vt ceſſes ab eūone, & ſis contentus embrochis fac. Et nota textū, & in eodem caplo. Si aūt repletio exigit, vt fiat expulſio, tunc fiat cū eo quod facit aſcellate ſemel aut bis. Et nota paucitatem, viam, & debilitatē medicinæ dādæ. Item tēpus quo ad anni cōſtitutionē, qm̄ in vere humores ſunt magis apti q̄ in autūno, et uirtus fortior in vere, & ſic de alijs cōſiderandis. Horam quia matutinale q̄ eſt conſueta exhibitioni ſolutiuorum. Item quia tunc ſtomachus eſt vacuus, qa ſolutiua cōſueuerūt ſubuertere. deinde debet ceſſare à comeſtione ſm̄ Dynum tribus horis, quem terminum vr̄ exprimere Aui. inquit. Expedit ei q vult ſumere medicinā vt ſummo mane ſumat, & tardet cibum, deinde ſumat poſt tres horas. xx. aureos panis cum vino & aqua pauca, et intellige, vt Dynus q̄ dandus eſt panis in confortationem, ſed debes tardare ſex horis in exhibitione prandij, cōiter vero non datur ientaculum, & tardatur prādium à quatuor horis vſq; ad quinq;. Placuit Dyno qui fuit magnus practicus vt pilulæ ſolutiuæ dentur magis ſero ante q̄ mane, ſed liquida ſolutiua dabat mane. tu conſidera. Inquit Aui. Criſes. ſ. & quæ fit in die quarto & ſeptimo & vndecimo. Et horum criſis eis melior eſt quartuſdecimus, & hoc vt percipias bene terminationem ægritudinis. Item ne cōtingat in die critico te exhibere ſolutiuum. Modus, quia ingeniari debemus dare hæc ſolutiua vt ſtomacho reddantur gratiora q̄ eſſe poſſint, aut in forma pilulari, aut ſub forma electuarij, aut trazeæ, vel confectionis, & demum cū placētulis, aut cum nebulis, aut faciēdo vina ſolutiua tpe vindemiaeū, aut cū brodijs, aut cum brodio galli antiqui. de quibus, & ſimilibus ſtatim. Ordo vt præmittantur clyſteria, deinde vomitus, vel econtra, deinde ſolutiua, & hoc ſemper habito reſpectu ad partem patientem. & tu ꝯſ̄a. Vomitus ēt ſub eūone compreheñſus, q̄uis ſit comprehenſus ſub diuerſione de quo ſupra. per ipſum enim fit eūo cauſæ antecedentis, et diuerſio. de quo Aui. Et ſi fuerit cōmunis iūcturis corporis, tunc ex vtriſq; partibus ſimul. Deinde adminiſtra vomitum, & ꝓprie qñ dolor eſt in inferioribus, vomitus enim magis iuuatiuus eſt ei q̄ uētris ſolutio. Deinde adminiſtra ſolutionem ventris, & ſic patet ordo ex ordine ſcripturæ eius. In eradicando aūt materiam coniunctam forte me-

lior

lior,& iuuantior eſt ſolutiua fortis.conſidera.

Et pro ampliori cōplemēto canonis huius,multa exē-pla deſcribam ex expertioribus collecta clyſteria, vomitiua,ac ſolutiua ipſa,vt ſæpe promiſſum eſt. Clyſter ad frigidam arthriticam.℞.centau.M.j.poli.M.ſ.mercurialis,aniſi,fœniculi.ana.M.ſ.aſſari. ireos.ana.M.j.furfuris.M.ſ.bulliant in ſufficienti aqua, deinde colentur,& addātur mellis communis.℥.iij.ſalis cōmunis.℥.ij. olei anethini.℥.iij.vel rutacei.& quidam addunt colloquin. quidam agaricum,quidam oppopanacum,quidam euphor. & eſt forte. Et ſuper fortia clyſteria quidam maxime confiſi ſunt. Vnde Gilbertus anglicus loquit. Poſt purgationes maior cura ſit per clyſteria fortia quæ attrahunt materiā tali attractione ꝙ vulnerant inteſtina, & extra faciunt ſanguinem,& tūc ceſſat dolor eadem die:quod ego uidi plus ꝙ̄ in mille hominibus,& nunquam vidi aliquem qui vteretur iſtis medicinis quin ex toto ſanaretur vel alleuiaretur,niſi eſſet ita fortis ꝙ indigeat uſtione.Et ego de iſtis clyſteribus aliquas maneries pulchras & expertas dicam.hęc ille. Clyſter valde forte attrahens phlegma crudum, & auferens ęgritudinem.℞.corticum radicum capparū, corticis colloquin.centau.mi.cucumeris aſi.corti.aga.ana.ʒ.vj.bulliant in iij.lib.aquæ ad conſumptionem tertiæ partis.cola & adde mel,& oleum,& ipſum teneat quāto plus poteſt. Item ex oleo corticis colloquintidę cum oleo fiat clyſter. Item ex eſula,elleboro nigro,colloquintida, naſturcio, centaurea,chamędryos.ana.in tribus lib. vini cū oleo.eſt enim nimium forte,nec niſi in habentibus inteſtina pinguia exhibendum eſt.Hanc curam amplius non pſequor cum his fortibus,quoniam non eſt cura niſi valentis,& experti medici in corpore forti,robuſto,pingui. Ex ſaluia,cētaurea,chamedreos,fœniculo,anetho,& hmōi cū oleo rutaceo, & ſimilibus ſecurius fieri poſſunt. Item ex chartamo,flore camomillæ,anetho,aniſo,fœnugræ.ſemine lini,centaurea,mercuriali, & huiuſmodi cum caſia, & benedicta, oleo communi, aut camomillino,rutaceo, & hmōi,vt exigit diſpoſitio,& iſta leuiora ſunt ſecuriora.

In cauſa calida vtere frigidis ex aqua maluæ, violarum, hordei,ſebeſten,& prunorū,& hmōi frigidorum cōuenientium in cauſa calida,de quibus ſupra.

De vomitiuis habuiſti ſupra de vomitu,& tu ibi, ſed ne ſic nudus recedas recordare de facili facto ex ſyrupo acetoſo ſimplici,& aqua tepida,aceto, & oleo pauco, & hoc magis in cauſis calidis, licet & in frigida conferat irritando expulſiuam, & incidendo. Et ſit fortis in cauſa frigida ex decoc.raphani cum ſale & aceto. Item ex decoct. raphani, & ſemine anethi.par.iij. olei communis mali odoris & ſaporis par.ij. aceti acuti.par.j. Et vt facilius fiat vomitus & vomitiuum operetur prius comedat,& repleatur notabiliter ex cibis inciſiuis,ſubtiliatiuis,abſterſiuis,vt ſunt cepæ cum aceto,porrum,raphanus,piſces ſalſi cum pane. Deinde per horam vnam cum dimidia,aut duas vel plus ſumat vomitiuum tepidum. & nō calidum & ſit duorum cyathorum.Q. ſi non vomat accipiat tandem & imponat digitos in ore vel pennam inunctam oleo mali odoris. Fit vomitiuum fortius ex decoctione raphani in quo ſteterint fruſta eſſi infuſa per noctem, de quo ſupra.13.capitulo.de vomitu.

Solutiua ſunt ponenda ſiue danda talia quę minus,quātū poſſibile eſt,ſint ſtomacho diſplicibilia,ut ſupra de modo.Et ideo ponam diuerſas deſcriptiones ſm diuerſa ingenia,vt ſyrupos ſolutiuos,trageam,electuariū,pilulas, confectiōes,vina ſolutiua & alias potiones nebulas ſolutiuas, hieras ſolutiuas & hmōi,de quibus ſtatim per ordinem.

Syrupus ſolutiuus educens materiam phlegmaticam, cholericam aduſtam,& melancholicam.℞.pedis coruini, arthriticæ,herbæ paraliſ.rutæ,bethonicę,hyſſopi,meliſſę, chamedryos, chamepiteos,lupuli,endiuiæ,hepaticæ,bugloſ.boraginis,capilli ve.ana.M.j.radicū fœni. ſparagi, bruſci,reſidentium in aceto paſſulato,liquirit.florū coſmarini,roſ.ana.ʒ.j.dauci,carui,aut cymini,cartami,aſſari,ſquinanti,radicum acori.ana.℥.ſ.caſiæ lig.℥.j.zuccha.lib.j.ſ.mel.ro.lib.ſ. aceti prædictarum radicum.℥.iij. & in fine aromatizetur cum cinnamo.ʒ.ij.cucubę,zinzibe.ana.ʒ.j.ligni aloes,piperis lon.ſpicæ.ana.ʒ.ſ. Et quidam addunt in eiuſdem coctione polypodium,epithymum, & agaricum,& turbith,& caetramum ſm diuerſas intentiones: & aliqui addunt myrab.quia ſtypticam,& cōfortant:& aliqui addunt frangētia lapides renū & ipſos de renibus educentia,ut ſemen geneſtæ, & eſt efficax in hoc.ſtaphiſagria al.ſaxifragiam,grana ſolis,fraxinum,et eſt efficax & expertum in præſeruatione,& iocura. Et hic modus ſyrupi ſit tibi ſicut forma & imago ad alios tales ſm diuerſas intentiones componendos eligendo tibi ſimplicia tuo ſatisfacientia ꝓpoſito. Item recurre ſupra ad ſyrupos appropriatos materiebus peccantibus.iiij.trac. cum quibus commiſce ex ſolutiuis quæ tibi ſatisfaciant ſm dominium & multitudinem peccantium humorum in ea coniecturali ꝓportione qua ipſi humores ſunt adinuicem cōmixti,& iu conſidera. Potio ad frigidam experta.℞. bethonicæ, pedis coruini,chamædrios, chamæpitheos, arthriticæ. capilli vene.ana.M.j.aſſari,ſquinanti.ana.℥.ſ.paſſularum enucleatarum.℥.j.corticum citri,myrobal.citri.chebul. ana.℥.j. polypodij,turbith contriti cum zucch.hermodactyl.contritorum cum pipere al. ana.℥.ſ. bulliant in aqua decoct. cartami & mercurial.deinde bulliat in eis agaricus cū melle ro.& valet in omni materia, & ſtomachum cōfortat et viſcera.Item capias decoc.ſyrupi appropriatam materiæ peccanti, & cum ea fac bullire ex ſolutiuis appropriatis. Tragea ſolutiua ad dolorē ex cauſa frigida.℞. turbith gūmoſi albi & electi.℥.j.zinzi.ʒ.j.hermodactylorū electorum.℥.j.piperis lon.ʒ.j. aniſi.ʒ.j.gari.ʒ.ij.pulueris oſſis humani.ʒ.ij.tribulorum marinorum puluerizatorum.ʒ.j.ſ. coſ.ʒ.j.myrobal.citri.℥.j.zucc.ad pondus omnium doſ. coclear.j.poſt quod bibantur aquæ coctæ.℥.iij.& ſit plus ꝙ̄ tepida. Electuarium ſolutiuum in cauſa frigida.℞.turbith gummoſi, eſulæ electæ.ana.℥ j.myrobal. citri.chebu.contritorum reſidentium in lacte per dies tres.ʒ.j.garyophyl.ʒ.j.ſ.conficiantur cum zucc. & ſucco ro.doſ. ʒ.ij. vſq; ad.iiij. Aliud ad idem.& eſt Auic.℞.zinzib.ʒ.j. piperis,agarici.ana.ʒ.ſ.medullæ cartami.ʒ.ij. radicis pediacoruini.ʒ.iij.confice cum melle. doſ.eſt.ʒ.j. vſque ad duas,facit aſcellare ſepties vſq; ad decies. Collyria ſimiliter conferunt vt.℞.ſerapini,oppopanacis,pulpę colloquintidæ.ana.ʒ.j. ſtercoris muris.℥.j.mellis.℥.x. ſalis gē.ʒ.ij. ſalis communis.ʒ.iij.diſſoluantur gummi prius, deinde addatur mel & reliqua & fac inde collyria. Pilulæ cōmuniter vſitatæ ſunt pilulæ fœtidę deſcriptione Meſ.Item pilulæ aggregatiuæ.Pilulæ de hermodactyl. Item pilulæ de ſerapino,oppopanaco deſcriptione Meſ.pilulæ arthriticæ deſcriptione Ni. Item pilulæ magiſtrales hæ valētes in cauſa calida.℞.aloes ſuccotrini, myrobal. citri. ana.ʒ.j.diagrid.ʒ.ſ.eſulæ grana tria, maſticis.℈.j. conficiantur cum ſucco citoniorum.doſ.℈.ſ.vſq; ad.j. Pilulæ expertę ad cholericam & phlegmaticam.℞. myrobalanorum citrinorum.ʒ.iij.reubarbari.ʒ.j. agarici.ʒ.ſ.electuarij de ſucco roſa.ʒ.iij.maſticis garyophyllorū.ana.℈.j.turbith.ʒ.j. arthriticæ.ſticados.ana.ʒ.ſ.pulueriza & confice. Et ſunt qui addunt diagrydij bene repreſſi.ʒ.ſ. Aliæ & appropriatæ,& expertæ,& ſunt Iudęi ad materiam mixtam, vt Pilulæ iudęi. ſupra.℞.turbith albi,& electi, aloes ſuccotrini, corticum myrobalanorum citrinorū.ana.ʒ.iij.roſ.zinzi.ana.ʒ.j. ſalis gemmę.ʒ.ſ.piperis lōgi.ʒ.ſ.croci grana.xv. cōfice cū electuario de ſucco ro.doſ eſt.℈.vſq; ad.ʒ. Et iterum.℞. cymini,carmeni. zinzi. hermodactylorum.ana.ʒ.j.aloes pondus.ʒ.ij.ſumantur.ʒ.ij.de puluere hoc cum decoctione anethi,eſt enim iuuatiuū in hora.i.ſtatim.Auic. Aliud leue ipſius Aui.℞.ſarcocollæ,rubeæ.ʒ.iij.zucch.ru.ʒ.ij. ſ.

terantur

terantur & commiſceantur cum oleo nucum, & proijciat ſuper ea aqua anethi. eſt enim mirabile ſoluens abſq; labore, & alleuiat. Sed hic nota q ſtomachi noſtri male tolerant hunc potum, & ideo bene conſidera quæ dicta ſunt modo. Hæc volui tibi ſic in generali ſufficere de pilulis, quoniam de eis etiam infra de cura podagræ. Ex conſimilibus dempto aloe fieri poſſunt cōfectiones. Item & ea quibus fiunt elec. quæ per te compone. Nebulas cōficiūt ſolutiuas factas ex ſucco & puluere hermodactylorum, agarici, turbith, reubar. myrobalanorum, et aliorum ſolutiuorum addendo diagridium aliquādo tanq̃ calcar, aliquādo vt ſit calcar & principaliter ſoluens, & maxime in cauſa calida, quare aliquando plus, aliquando minus ponunt de eo, & tu ipſe faciliter compone conſiderans quantū de ſolutiuo ingreditur in vna nebula ſiue ſcaleta. De hiera autem ſumme laudatur ab Auicen. hiera Hermetis, de qua Auicen. Et hiera quidem Hermetis maximi eſt iuuamenti ei qui bibit vere diebus aliquod confortando iuncturas eius. & ipſa extrahit ſuperfluitates eius, plurimum efficit per ſudorem, & prouocationem, & confert ſciaticæ. Item & hiera Ruffi. Vinum efficitur ſolutiuum ex admixtione rerum ſolutiuarum tempore factionis eius, vt quando. ſ. nouum ebullit. vt verbi gratia. ℞. folliculorum ſenæ. M. ij. eſ ſulæ. M. j. agarici. M. j. ſ. hermodactylorum. M. j. turbith M. ij. diagryd. ℥. j. maſticis. ℥. ij. garyophyllorū. M. ſ. cinnamo. M. j. ponantur in ſitulis ſex vini noui, & permittantur adinuicem bullire in vaſe anguſto ad ſolem donec caleſcat, & quidam addunt zucch. ru. ſiue mellis zuccha. vt totum dulcoretur. Aliud ad idem & eſt modus curioſus valde. Scindatur vitis per longum & extrahatur medulla ex ea in aliqua quantitate, & ponatur ſcāmonea, vel elleborus niger, aut turbith, aut eſula, aut aliquod tale laxatiuum forte, & imponatur aliquid de hermoda. & ſtringatur deinde vitis, & ligetur ſicut quando inſeritur & pertranſibit liquor perducendus ad generationem vuarum per locum illum, & inficietur illis, & inde fiet vua laxatiua, & vinum laxatiuum. Conſimiliter fiunt roſæ sl. virides, azuræ & hmōi ponendo colores in medio ſtipitis plantæ roſarum.

Vinū q arte cōficiat ſolutiuum.

Roſæ quo ingenio variæ colorentur.

Per conſimilem modum fiunt pruna laxatiua vel vua, & in vino infundantur & morantur donec turgeſcant, fit inde vinum laxatiuum, & eſt res mirabilis apud neſcientes. Ex his itaq; ſic poſitis potes varia tibi cōficere ſolutiua habita de ſimplicibus ſolutiuis notitia ſupra. iij. trac.

A D D I V E R S I O N E M accedens dico q diuerſiones fiant, vt de eis ſæpe actum eſt in diuerſis rubricis, & maxime commēdatur vomitus ſpecialiter cauſa ea exiſtente in inferioribus, vt dictum eſt in præcedenti canone. Itē diuertatur materia cum enematibus materia exiſtente in ſuperioribus, et cum cibarijs dictis. Item fricationibus.

Sed hic bene aduerte q membrum quod fricatur non ſit debile, & conſuetum pati dolorem notabilem. Item non fiat diuerſio per duas diametros niſi eſſet maxima plenitudo, & ſpecialiter cum phlebotomia. Item diuertatur materia phlebotomia facta ex venis pedum, aut manuum, vt decebit. Item ventoſis cum ſcarificatione, & abſq;. Item cum rubificantibus, & veſicatorijs poſitis in parte diuerſa. Item cauterijs, de quibus ſuo loco. Sed quidam dixerunt q cauterium poſitum ſub genu eſt de his quæ maxime diuertunt materiam à iuncturis, & tu conſidera. Specialem autem locum habet iſte canon in principio materia exiſtente in fluxu. Poſtremo ſcito q etiam fit diuerſio per vias vrinæ. Vnde prouocatio talis eſt magis, & maxime vtilis diuerſio, de qua Aui. Veruntamen plures habentium dolores iuncturarum frigidos, & complexiones humidas, non iuuantur ſolutione plurima facta ſub pōne & clyſtere, & cum medicantur cum diureticis ſanantur. Sed tu abſtine à fortibus. Vnde Auic. & ſemina fortia ſicut ſemen fœniculi q̄nq; adurunt ſuperfluitatē & cōuertunt eam in lapidem. Et in eadē ſubdit Aui. Et de corporibus quidē extenuatis ſunt corpora quę nō tolerant ſolutionē & prouocationē plurimam, & generantur ex eis in ipſis aduſtio ſanguinis. conſiderentur ergo omnia illa.

Q V A L I T E R autem rectificatur membrum mādans, aut totum, ſi ipſum fuerit in cauſa, iam apertū eſt ex dictis & in proprijs rubricis. Vnde Aui. multi de habentibus arthriticam oportet vt rectificetur ſplen, & euacuetur eius melancholia, & humectetur corpus eius, & leniatur cum cibis, vnctionibus, & ſimilibus.

I N D E C L I N A T I O N E in reſoluēdo materiam fluxam ad iuncturas oportet te vti fortioribus reſoluentibus, q̃ quando materia reſoluenda eſt in alijs locis, propterea quia iuncturæ ſunt membra frigida à fonte caloris diſtantia magis, tamen quia ſubſtantia ſunt ſolida, & oſſuoſa, ac neruoſa, & ligamentalia, vt ſupra. in principio capituli. Item quia materia reſoluenda eſt vt plurimum materia groſſa, viſcoſa, congelata, frigida, reſolutione multū reſiſtens. Item quia in profundo poſita eſt, & difficile trahetur, & quanto magis profunda tanto difficilius reſoluetur, & fortioribus egeſtionibus, ſicut in dolore ſciaticę, ſiue anchæ, deinde ſpatulæ deſcendendo. Ex quibus infertur primo q camomilla & hmōi per ſe parum videntur conferre in complendo hanc intentionem. Secūdo q cū iſtis fortibus materia ſit apta in lapideitatem conuerti, galenitiua ſiue mollificatiua debent cum prædictis aſſociari nec ab eo aliquouis modo abſolui. Reſolutiua autem hæc ſunt in fine applicanda. Vnde Auic. In fine vero eius oportet vt occuperis in eis quæ reſoluunt, & ſubtiliant, & extrahūt materiam ex profundo ad illud quod apparet quia ad cutim cum ventoſis, inciſione, ſuctione, aut cauterio, de quo infra cum rubificantibus & veſicantibus per quæ currunt materiæ, & non conſolidantur vſq; ad tempus, & infra parum. Et non oportet vt approximent et reſolutiua fortia in principio etiam ante euacuationem, quoniam facit euenire materiam plurimam, deinde reſoluit ſubtile earū inſpiſſat reſiduum & retinebunt ipſum. Hæc autem reſolutiua ad ſecundū differētia fortitudine & debilitate diuerſimode applicari debent ſm diuerſitatem materiæ, temporis, atq; ſituū, vt quia in ſubtili materia leuiora & in principio ſimiliter, & conſequenter ad fortiora deuenire. Et in iuncturis quę ſunt in propatulo poſita ſimiliter leuiora, et in his quæ in profundo magis fortiora. Et horum omniū quædam ſimplicia, quædam compoſita.

Ex ſimplicibus reſoluentibus. Quædā reſoluunt liquefaciendo materiam congelatam, ut crocus, melilotum, aniſum, aloe, maſtix, ireos, ſtœcados, & ſunt ex fortib⁹. Quędam eorum groſſitiem ſubtiliando, & attrahendo ex profundo ipſorum ad exteriora cutis, vt caricæ, mel apiū, lentiſcus, abrotanum, apiū ſylueſtre, calamētū, ariſtolochia, ruta cum melle. Vt ſunt ex debilibus. vrtica, naſturcium, gummi, ruta ſylueſtris, & alię gummi ſpecies, amoniacū, galbanum, euphorbium, reſina, terbētina, citrach, coſtus, caſtoreum, & ſunt ex fortibus. Quædam reſoluunt trahendo, & veſicando, ut cepę, allium, lac, ficus, mel, anacarpi, ſapo, cortex nucum, atramentum, fermentum, & hmōi, quæ veſicant, vt ſupra quinto tractatu. Quædam adurēdo, & vlcerando, vt colcotar, atramentum, ſtaphiſagria, fermētum, ſquilla, vernix pini. Et fortiores ex eis ſunt, tapſia, cantarides. & cum hæc applicantur oportet vt vlcera ſeruentur aperta cum cepis cōtritis, vt materia attracta valeat exiccari. Quædam reſoluunt penetrando in profundum vt aqua vitis, & eſt ex apertis, oleum terbentinę, oleum philoſophorum. Quædam reſoluunt leniendo, et mollificando, vt adepe anatis, anſeris, vrſi, vulpis, leonis, & animalium rapacium. Medullæ cruris vituli, cerui, aſini, hyſſopus humida, muſcillago ſeminis lini, fœnugręci, althęę. Oleū vulpinū, de lilio, oleū de colloquintida, quia factum ex decoctione eius in oleo ro. de caſtoreo, de ſynapi, de nuce romana, oleum de coſto, & eſt vltimum perię

cum ſtorace, & cum aſſa, de centaurea, de maſtice, de reubarbaro, de nuce indica, de granis citri, de ceraſis, & citrãgulorum, addendo ceram quæ facit ea perdurare in membro. Et in his (vt ſupra) ordo attẽdendus eſt vt præcedẽte euacuatione à ſimplicibus incipiamus, & leuioribus, deinde ad fortiora, deinde ad compoſita. Attendendum tamen eſt q̃ ſi ex eis ſic ſm ordinem applicatis tumor, & dolor non ceſſarent, ſed potius augerentur, oportet vt eis dimiſſis ad euacuationem mittentiũ redeamus: eſt enim ſignum regeneratæ materiæ quam traxerunt & non reſoluerunt, & ideo reiteretur euacuatio ſufficiens, deinde attende reſolutioni, & ſuper locum iuncturæ continuum ſtypticũ applica, quod prohibeat materiã ad ipſam iũcturã fluere.

Ex compoſitis reſoluẽtibus, quædam ſunt balnea, quędam euaporationes, quædam fomenta, quædam vnctiones, quædam emplaſtra & hmõi diuerſe ſm diuerſa ingenia, de quibus omnibus exemplificabo ponendo ex expertis. Et memorare q̃ talia applicari non debent, niſi ceſſante dolore, & tumore diminuto, quia in fine rei, vt dictum eſt. De balneis primo naturalibus quę tinę dicta ſunt tãtum pro nũc dicatur q̃ ſulphurea nitroſa & aluminoſa & ferrea ſunt in hoc caſu conuenientia, quę vt dictum eſt, adminiſtrari non debent niſi in fine, de quibus balneis habes ſupra ad plenum. ij. trac. & tu ibi. De artificialibus vero ſi dicatur q̃ ex aqua ſimplici facta ſaltem balneatione in eis facta nocent, & præcipue cum calida adminiſtrantur. eliquant enim humores, & dilatant poros, maxime cauſa exiſtente frigida. nam cauſa exiſtente calida conuenit balneũ aquæ tepidæ poſt effuſionem aquæ frigidæ ſuper iuncturas. Aui. & hoc exiſtente dolore. Quidam pręſumunt in ea calida adminiſtrare balneum aquæ ſimplicis fortaſſe conferre, dummodo non fiat balneatio in ea, ſed ſola ſtatio, vt corpus ſudet, & in ſudore materia reſoluatur, & tu conſidera. Conſimiliter in cauſa frigida adminiſtrant balneum aquæ maris, aut aquæ arte ſalſæ. Itẽ ex medicinis appropriatis, vt ſunt ſtœchas, ſaluia, camomilla, pes coruinus, praſſium, ireos, abrotanum, apium, origanum, vrtica, folia ſambuci, radices ebuli, ruta, anethum, maiorana, folia lauri, cyminum, & hmõi, de quibus ſupra ad plenum de præſeruatione. Nonnulli diuerſa componunt & adminiſtrant, & cum his admiſcendo vinum, & cum vino ſolo, & ſale, & eſt expertum. Vnde faciunt hæc bullire, & faciũt embrochas cum muſto, ſiue vino nouo. Item quidam & eſt vſitatum nunc & pro reſolutione & confortatione, faciunt membrum, aut membra ſtare in racemis vuarum dum bullit vinum. Item aliqui cum decoctione vulpis in aqua, ſic materiã reſoluunt. Cęteri cũ aqua lupinorũ. In cã calida & in frigida cum aqua caulium. Itẽ quãdoq; ſpongias infuſas in in decoctione harum rerum membris applicant. Quidam ſtupam, quidam lanam ſic infuſam, quidam filtrum, quidam qui faciunt membra recipere vaporem decoctionis cum inſtrumento obturato circũquaq; donec membrum ſudet, deinde cum tepeſcit aqua abluũt, & per ſe ſiccari permittunt. Et multi cum lateribus aut lapidibus molaribus ignitis proiectis in aqua idem operantur, vt ex fumo ſic recepto materia reſoluatur. Item quidã in cauſa calida euaporant cum aceto ſimplici nõ multum acuto. Item quidam idem operantur etiam applicando toti corpori præcedẽte ſemper euacuatione, vomitu, aut clyſtere, & dięta conuenienti, vt ſupra. Quidam eos ſepeliunt in arena calida donec ſudant & caput eorum à ſole tunc defendunt. Secundo habes diuerſa ingenia quibus hic canon compleri poteſt. & tu cõſidera. Item fiat decoctio ex malua, flore camomillę, furfure, & in vino rub. & loco applicẽtur. Ex quibus potes facere fomentum. Item fomentum ex radice ellebori, foliorum ſambuci, ſaluiæ, florũ camomillæ, & ſic de alijs tuo modo compone.

Vnguentum magni iuuamenti. ℞. olei antiqui lib. j. decoquatur in eo vipera cum ruta ſanat ſanatione integra. Auic. Ad idem in cauſa calida. ℞. aloes, croci, myrrhæ. ana. fiat linimentum cum aqua endiuiæ. Aliud reſoluens diaquilon cum oleo camomillę diſſolutũ. Aliud. ℞. olei veſpertilionum decollatorũ numero. xij. cum olei antiqui lib. ij. ariſtolochię. ʒ. iij. decoquantur omnia ſimul donec conſumatur aqua & remaneat oleum. ſanum et expertum.

Aliud caſtorei, myrrhæ, coſti, puluerizentur, et miſceantur cum oleo antiquo. Aliud. ℞. ſtoracis liquidæ, & amoniaci, miſce cum oleo. Vnguentum mollificans, & reſoluens ſimul. ℞. ceræ. ʒ. v. olei irini. ℥. j. medullæ cruris vituli, amoniaci, ſtoracis liquidæ, bdellij, galbani. ana. ʒ. x. liquefiat cera cũ oleo & alia puluerizata cũ eis cõmiſceanẽ.

Et hic aduerte q̃ in cauſa calida talia caſa nõ competũt eſt enim materia de ſe facile reſolubilis, & ideo ſufficiunt anodina, & reiterentur. Et in his vnguentis non multiplico, quoniam ex datis potes ex te plura cõficere. Item quia in fine plura ponam experta quæ tibi huic propoſito & alijs ſatisfacient.

Ex emplaſtris quædam ſunt leuia, quædam fortia, quędam mediocria. Exemplum primi. emplaſtrum factum ex ſtercore vaccarum capiendo ſicut emittitur vel calefaciendo in patella cum oleo antiquo. Exemplum ſecundi. vt emplaſtrum factum ex ſtercore caprarum cum oleo camomillino. Exemplum tertij. vt. ℞. cineris caulium in quantitate qua vis, fœnugræci decocti in vino, florum camomillę. ana. ℥. j. amoniaci diſſoluti in ſucco rutæ. ℥. iij. cõfice cum melle. Aliud. ℞. furfuris. M. ij. florum camomillæ. M. j. pulueriza, & confice cum oleo laurino. Aliud leue. ℞. farinæ fœnugræ. cum aqua mellis. Item. ℞. farinæ lupinorum, ſtercoris colũbini, fœnugræci. ana. partes ęquales confice cum melle, & ſuperpone. Aliud. ℞. furfurum decoctorum in aceto cum modico croci, & cum aqua ro. in calida & cũ vino in frigida. Item in cauſa ca. ℞. amoniaci, lycij, ana. terantur, & cum vino antiquo, & oleo omphacino, & farina fabarũ emplaſtretur. Aliud & reſoluẽs & mitigans dolorem. ℞. cinerum ſtipitum caulis bulliat cum oleo camomillino, & roſ. ana. quantum ſufficit, addas deinde ex fœnugræco ſm quantitatem dictorum, & addatur ſexta pars aceti, & totum reducatur ad formã emplaſtri, & calidum mediocriter iuncturæ ſuperponatur.

Et quia ceſſante dolore, & tumore quibus caſibus reſolutiua ſunt applicanda, & non aliter facile fit reſolutio materiæ relictæ. hic ſuperſedeo etiam à talium multiplicata narratione, ſed ſcito q̃ nonnulli primo in reſoluendo incipiunt ab his, & vltimo loco balnea adminiſtrant.

PRO CONFORTATIONE iuncturarũ cum alterantibus appropriatis. recurre ad rubricam de p̃ſeruatione vbi ad plenum dictum eſt, & plura ſunt poſita exemplificata.

ET IN COMPLENDO vltimum nunc canonem colliges etiam quæ tuo ſuccurrent propoſito.

Accidentia autem euenire conſueta ſunt deſtructio appetitus, nauſea, vomitus, ſyncopis, ſtypticitas ventris. Et pro horum cura volo tibi ſatisfaciant quæ ſcripta ſunt ſupra proprijs rubricis. Item debilitas, laſſitudo, iuncturarum dislocatio, durities, nodatio, conuerſi humoris collecti in lapidem contractio, apoſtematio, vlceratio, apertio vt egrediatur aliquod groſſum in modum calcis, vel gypſi, & quandoq; aliquod virulentum. Prouidebimus autem debilitati iuncturarum cum compoſitis, & ſimplicibus talibus appropriatis, ſiue à complexione ipſis ad temperiem reductis, & de his ſupra de præſeruatione. Sed de compoſitis bonis ſunt theriaca antiqua mithridatum. Vnde Auic. Et theriaca iterum in frigidis confert & proprie poſt euacuationem. ipſa enim mundificat reliquias materierum cum facilitate, & reſoluit eas & confortat omnia membra. item in aqua termarom bulliãt ſtœcados, ſaluia & hmõi, & ſuperaſperſo bono vino iuncturis applicẽtur. Item valet iunctio ex oleo maſticino, de ſtorace, de reubarbaro

barbaro, de centaurea. Q. ſi fuerint lapſę ex cauſa ca. in aqua ferrea vel chalybeata, vel ferrata bulliant folia myrti. roſ. glandes, & ſaluiæ parum & applicentur. Inungantur cum oleo ro. myrtino, lentiſci, & hmôi frigidis ſtypticis. Q. ſi vltra debilitatem fuerint lapſæ, ſiue mollificatæ addatur oleum de ſtœcados, de camomilla, & oleum de ſtinco & eſt proprium, et lycium emplaſtratum, grana myrti, lutum ſigillatum, armenum cum oleo ro. confortãt iuncturas à proprietate, & dolorẽ mitigant. Quòd ſi fuerit dislocatio reducantur, & conſeruentur cum emplaſtris ſtypticis conglutinantibus, & cum ligaturis conuenientibus reſtaurationibus notis, & in hoc caſu vſitatũ eſt oxycroceum Ni. ſed bene conſidera ꝓpter caliditatem eius.

Q. ſi fuerit durities, & lapideitas, prouide cum aqua decoc. radicum altheæ, ſeminis lini, meliloti, ſiſami, & abſynthij, deinde inunge cum oleo amygdal. dul. de lilijs, nuce indica, ſiſamino, de phiſticis, & hmôi, vel ex althea, & adipe anſeris, q ſi cũ tali duritie oportebit ſubtiliare, emplaſtretur cum ſiſamo, & bdellio, & eſt proprium, et decoctio caſei antiqui cum crure porci ſaliti facta cooſectione vnguenti in dolore, duritie, & applicata efficit vt ſcindat caro per ſe, & egrediatur virulentia, & aquoſitas multa, ſicut Gal. expertus eſt, & alij multi, & ſubſequitur alleuiatio. Et ex vltimis expertum eſt vt fomentetur cum aqua altheæ prædicta addita ſaluia, & pauco vino: deinde inungat cũ oleo terbentinæ. extenuat enim neruos ingroſſatos, & coogelatas iuncturas ex oppilatione aperit, quod oleum coſtinum etiam operatur etiã ſi ligaturæ longi tẽporis fuerint oppilatæ, & congelatæ. Nodationi ſũt ipſa & cõtradictioni et cõuerſioni in lapidem ꝓuide cũ mollificatiuis reſoluentibus ſuccedẽtibus vel vtriſq; ſimul mixtis, cuiuſmodi ſunt ex ſimplicibus amoniacũ, bdelliũ diſſolutũ in ſucco rutæ cum axũgia anſeris. Et ex compoſitis eſt hyſſopi cerotum ſm omnes deſcriptiones eius, & cerotum diapente, anda cocha, et oleum eius eſt ex medicinis proprijs: præſeruat eoim à timore contractionis, & iam ſanati ſunt aliqui ex ea. Apoſtematibus vero prouide cum his quæ conueniunt apoſtemati, & chirurgo relinque. Sed ſcito q iuncturis raro accidunt apoſtemata. Vlceribus vero earum prouide manu chirurgica, q ſi quod egreditur fuerit ſicut calx, & gypſum. ℞ cyperum & miſce cum axungia anſeris, emplaſtra. Et nota, q omnia q̃ ſic applicabis ſint actu calida. frigidum enim neruis, et oſſibus, & ſpinali medullę inimicum. Hip. Ex conferentibus duritiei, & lapideitati eſt euaporatio cum fæce aceti in omni parte, cuius ponitur ſexta pars harmel cõtriti, ſuper quam proijciãtur lapides igniti, vt viſcus cum reſina mixta cum aqua. Item farina lupinorum cum oxymelle, Item & eſt Raſ. ablue membrum cum aqua in qua decoctæ ſint radices maluaui. camo. anethum, donec rubeat quod eſt in circuitu iuncturę: & nota q quando fortis eſt lapideitas, tũc locus non rubet, quod eſt in circuitu iuncturæ. Deinde ponendæ ſunt pinguedines, & medullæ die i & nocte poſtea accipe lapidem magnetem, & pone in igne donec rubeat, poſtea rora cum aceto forti, & pone membrum deſuper, vt vaporet hora vna. poſtea cum aceto forti & calido, & fiat per alios dies, poſtea reitera mollificantia donec reſoluatur. Et emplaſtrum proprium ad hoc. ℞. amoniaci, oppo. bdel. galba. nitri, ſulphuris. ana. de liter. quantum de omnibus, decoquatur donec fiat ſpiſſum & confice. Dixit Gal. maxime confert caſeus longi temporis, & naſtur. ana. pulueriza inſimul, poſtea accipe pedes porci ſalſi & antiqui, & coque cum aqua illa naſtur. & caſeum, & fiat emplaſtrũ. Scito q rumpetur cutis, & exhibit, & ẽ expertum. Item maxime confert oleum de andacocha. Et quoniam in ſequenti rub. tractabitur de podagra quæ eſt ab arthritica, differẽs vt particulare ab vniuerſali, hinc reſeruabo in fine eius plurima, ac vera remedia ponere in his caſibus conferentia ſuper ſedeo, quia à multiplicatione horum cum in fine ipſius ſequentis rubr. plurima deſcribã, ſed tamen conſequens accidentis. Et ſcito vltimo hic q quando cum dolore articulorum vehementi incipiunt apparere tremor cordis, & anhelitus malus, expectanda eſt mors ſubita, q ſi ſuperuenerit turbatio mentis, & alienatio, & tremor cordis, tunc paralyſim futuram, & etiam ſubitam expecta. Et hæc ſufficiunt.

## De dolore dorſi. Rubrica, IX.

DOlor dorſi eſt triſtis ſenſatio rei contrariæ imprimentis ſua malitia cõplexionis, aut ſolutionis continuitatis, aut vtriuſq; in muſculis aut chordis intrinſecis & extrinſecis cum dorſo, aut in concatenationibus ſpondilium dorſi.

CAVSA eius eſt, aut mala cõplexio frigida & ẽ vt plurimũ pura, aut cũ humoris unio. Et ille humor ſm plurimum eſt phlegmaticus interclusus in lacertis, & chordis intermedijs ſpondilibus, & inuolutis dorſo, aut replente illos & trahente ſeu extendente vt in dolore iuncturarũ contingit, q̃propter ſm plurimũ eſt grauatiuus, aut extẽſiuus, & qñ hoc phlegma eſt mollificans multum, tunc accidit dislocatio ſpondilium non confirmata ad alterã quatuor partium, quare accidit gibboſitas, cõcauitas, arcuatio, tortio, aſthma & hmôi. Aut ventoſitas frangẽs os, & non cõplete nec fractione magna, quia tunc eſſet mortale. Aut fit ex repletione venæ magnæ ſuper dorſum extenſę à collo vſq; ad caudam, aut arteriæ in eo loco reſidentis. Aut propter vulous, ſiue vlcus in canna pulmonis. Aut ex nimio labore, equitando ſuper equum male ſuccuſſantem, vt accidit amico noſtro: aut peditando, aut aliter hmôi. ex cauſis primitiuis, ut ex onere rei grauãtis, percuſſione, caſu et hmôi. Aut ex cauſa gibboſitatis cum nondum confirmata eſt de ſupra. Aut multitudine coitus, quia debilitat dorſum cõmunitate renum ad ipſum, qui renes in coitu debilitãtur. Aut cõmunitate renum, aut propter cõitatem oris ſtomachi ad medium dorſi, aut ꝓpter matricem maxime qñ appropinquat deſcenſus menſtruorum, aut ꝓpter præfocationem matricis. Aut propter partum in quibus omnibus accidit dolor cõitate ipſorum membrorum ad dorſum. & Aui. Plurimum eius quod accidit ex dolore dorſi eſt propter frigus, aut propter debilitatem renum.

SIGNA demonſtratiua, quãdo eſt à frigore, & humore frigido, tunc percipitur frigus per ſigna frigoris dicta in rubrica de doloribus iuncturarum, & tu ibi. Et incipit paulatine. Et ambulatio, & exercitium ſm plurimũ ſedant ipſum, & hmôi. diſcurre per ſigna illa.

Signa ſi fuerit propter laborem rei grauantis vel caſu, manifeſta erunt ex re ipſa, & quòd poſt ſentitur dolor ipſe continue.

Signa ſi fuerit ex coitu ſignificat anteceſſio eius, & q poſt ipſum ſentitur dolor in dorſo ſemper.

Signa facti cauſa renum eſt dolor in alchatim & debilitaſ appetitus in eo coeundi. Et accidit propter aliquã ęgritudinẽ renibus cõtingẽtem ex parte ipſorũ quę de ipſis dicta ſunt, vt ſunt dolor, lapis, debilitas & hmôi. Et ſi ex ipſorum cauſa cõtigerit ſigna ſuis requirantur rubricis.

Signa facti propter repletionem venarum ſunt extenſio doloris in dorſo cum caliditate, & inflammatio, & pulſatio, & repletio corporis, & habitudo (quia pinguis valde, & carnoſus) rubedo faciei & totius corporis, inflatio maxillarum, & faciei, vrina ſpiſſa, rufa.

Signa facti propter cauſas gibboſitatis ſunt ea quæ dicta ſunt de gibboſitate. Vnde & qñq; & non raro materia catarrhalis cauſa eſt doloris dorſi, quando per nucham ad poſteriora deſcendit: qñq; materia eſt vẽtoſa clauſa ſub cute, & in muſculis extrinſecis, & chordis extrinſecis, & magnũ facit dolorẽ extenſiuũ, & eſt hic dolor mutabilis. Cuius ſigna ut ſupra de dolo. iũcturarũ à vẽtoſitate, & tu ibi. & vocaẽ in vulgari nr̃o caro crepata, & ſentiẽ cũ digito

quando

quando bene cõprimitur ventoſitas ipſa, quã forte fricatio ipſa delet. Vnde mulieres noſtræ vetulæ capiunt axungiam porci rubei, & cum ea eliquata locum fortiter fricãtes in die dicentes quãdam filaterıam talem. quam in fine laborum noſtrorum tibi ad ſolatiũ ſcribo. Dominus ſanctus Petrus: & dñs ſanctus Paulus per mare nauigabant. Ieſu Chriſto obuiabant. dixit Chriſtus. quid facis Petre ꝙ non nauigas. reſpondit non poſſum nauigare, quia fractus eſt mihi remus, & caro eſt mihi crepata. Accipe de lino & de axungia porcellini vnge, & frica caro eliquata & vnge caro crepata. Addas. Ita poſsit hæc ęgritudo eliquari ſicut eliquatur ſal in cibo. In nomine patris & filij & ſpiritus ſancti amen, & hoc ter faciunt. Scio te ridere quod à te expectaui. Dolores dorſi aut indigent curuatione patientis aut erectione: & indigentes curuatione ſunt illi in quibus cauſa eſt ſpaſmus ex apoſtemate dorſi aut alijs ex cauſis gibboſitatis. Et indigẽtes erectione ſunt illi in quibus non eſt neceſſarium ꝙ diuerſificet reductionem anhelitus, & incolumitate lacertorum, aut recuruatione retro. & incuruatione ante iacentibus dolorem.

Vetularũ philaterta.

PROGNOSTICA cum manus inuenit dolorem tunc cauſa eſt in dorſo, ꝙ ſi non inuenit tunc cauſa eſt in concauitate ſub dorſo.

CVRA canones. Primus ꝙ cura huius dependet magna ſui parte à cura doloris iuncturarum. de qua iã actum eſt in præcedẽti ru. Item & à cura gibboſitatis pro vna cã ſaltẽ vt dictum eſt. de cura eius iã actum eſt ſupra. Scd'ꝰ ꝙ cura fiat particularis ſm cauſas particulares iam poſitas. Tertius ꝙ vbi dolor dorſi eſſet fortis, quod raro eſt, debemus incipere ab eius ſedatiõe. Q. ſi debilis ſit, tua ſit intentio in remouendo prius cãm imprimentẽ, qua remota remouebitᷣ & dolor. Sedantia dolorem vt rubrica de cura dolo. iuncturarum ſunt triplicia. Prima ſunt temperata, aut calida anodina, alia ſunt frigida, apocruſtica, narcotica. Tertia vero à proprietate talia, & exẽpla ſunt poſita allegato loco, & tu ibi. Prima ſunt applicãda & prius tentanda: A ſecundis abſtinendum niſi maxima vrgeret neceſſitas quod rariſſimum eſt, & præcipue quando ſunt multum ſtyptica. Tertijs autem vti poteris moderate, vt tuæ videbitur prudentiæ. Veniendo itaque ad eas particularia.

CVRA. In ea quę eſt ex mala cõplexione frigida pura. Sola ſufficiunt alterantia cõtraria. deambulatio, & exercitiũ. regimen calidum per totũ. Vnde calefactoria, fricationes cum manibus calefacti, ſacellationes ex camo. pulegio, origano, calamento, ſale, ſiſeleos. Item inunctiones ex oleo camo. anethino, de lilijs, laurino, coſtino. Item ex cõſimilibus cerotaria, & quæ dicentur ſtatim.

CVRA. In mala cõplexione materiali frigida. Audi Placentinum noſtrum. Qui patitur dolorem in dorſo ꝓpter materiã frigidam, aut propter repletionem venæ non tardet in eius cura, quia aut incurret mortem ſubitaneam, vel paralyſim aut apoplexiam in breui tempore, forſan in eadem die. Tu itaqꝫ feſtina ad eius curam euacuando eadem die cum pilulis fœtidis, aut cochijs, vel de hermodactylis maioribus. Aut medicamine de turbith, & maxime in cauſa frigida. Item vtere enematibus fortibus, de quibus actum eſt ſupra & in ſequenti rubri. dicetur. Item fiant inunctiones ex rebus calidis, de quibus ſupra ſæpe, & infra à collo vſque ad dorſum. Et in fine confert balneũ ex calamento, pulegio, ſauina, furfure, & huiuſmodi, vt ſupra. Item & balneum naturale ſulphureum, vt ſupra. Studeaſqꝫ ad euacuationes frequentes. In caſu iſto habeas cerebrum ſuſpectũ, propter quod diuerſiones per nares maxime conferrent. & tu conſidera. In quibus eſt ex repletione venę, aut arterię ſtude ſtatim phlebotomię ex nigra, vel de ſaphena, vel ſciatica prius ſi videbitur vſque ad lipothymiam, ſi ætas, virtus, & cætera conſentiant. & Aui. ſolum expreſſit venã quæ eſt ſub poplite in hoc caſu tanq̃ illa quæ dorſalia immediatius & magis reſpicit, vt credo.

Q. ſi phlebotomia fieri nõ poteſt pone vẽtoſas in natibus, in pulpis crurium, & in coxis cum ſcarificatione. Itẽ cõfert ꝓuocatio hæmorrhoidarum, deinde inunge locum aliquo leuiter frigido, vel oleo ro. balneo frigido potentia nõ actu, ſed actu tepido, vel fiant ex his leuibus infrigidantibus, fomentatio, vel epithema, & totum eius regimen declinet ad frigidum & humidum, cõuenit tamen & vinum granatorum agreſte & huiuſmodi, vt ſupra de dolore iuncturarum ex cauſa ſanguinea. & tu ibi.

Q. ſi fuerit vitio alterius humoris vt cholerici da oxyzaccaram & alia choleræ digeſtiua. Et qũo ſyrupi acetoſi conferunt cum videantᷣ ratione aceti nocere. dictũ eſt ſupra de cura iuncturarum in vniuerſali. Deinde eũa cum lenitiua ſimplici uel compoſita, deinde inunge cum aliqualiter fortioribus frigidis q̃ in eo qui eſt à repletione venæ, & cum oleo viol. & pauco aceti, aut cum epithemate ex ſucco ſolatri, vel endiuiæ cum aqua ro. & pauco aceti & huiuſmodi. Q. ſi neceſſaria fuerit diuerſio propter membrum mandans illam fac vt dictum eſt ſæpe ſupra. Regimen autem totum ad frigidum, & humidum tendat.

Q. ſi humor fuerit lubrificãs, & mollificans eũones fac præcedentibus digeſtionibus. Deinde applica exiccantia. vt ſpongiã infuſam in aqua ſalſa vel ſulphurea, aut in lixiuio in quo bullitꝰ ſunt ſicut ſandaraca, thus, ſulphur, calamẽtum, ſauina, myrrha & huiuſmodi aut emplaſtra, cum cypero, calamẽto, baccis lauri, ſtorace, & hmõi. Q. ſi neceſſaria ſit diuerſio quæ ante oculos continue habenda eſt eam facias, & membrum ipm conforta ne mãdet, quod in reliquis locis afferas, & membrũ ipſum quia dorſum cõforta ne recipiat, & tu ſemper memorare in euacuando materiam à membro mittẽte. In eo vero qui eſt ex humore melancholico quod rariſsimum eſt conſimiliter procede, eũando, digerendo, diuertẽdo, digerãdo, & alterãdo &c. quę autẽ hæc cõpleant habuiſti ſupra Rubrica de melancolia copioſe. & tu ibi. Et in ſumma in cauſa materiali cõpetunt ſummę euacuationes & exhibita per ſuperius & vomitiua & clyſteria. Item diuerſiones alterationes ad contrarium cauſæ ex rebus proportionatis per inunctiones cerotaria, epithemationes, fomentationes, balnea naturalia, & artificialia. Item alterationes ad intra ex electuarijs calidis frigidis, confectionibus, & huiuſmodi, de quibus ſæpe dictũ eſt. Et tu pone ex datis valentibus in doloribus iuncturarum, de quibus ſupra.

In eo autẽ qui eſt ex ventoſitate valent fricationes fortes cum pinguedine porci ſalſi, ſacellationes ex milio, ſale, anetho, cymino, flore camomillæ, ruta, & huiuſmodi, epithemata ex his in vino albo facta. vnctiones ex oleis calidis, emplaſtris & huiuſmodi. Et ad intus regimen calidum ventoſitatis carminatiuum. Laudantur & rubrificatiua. Item & ventoſæ appoſitæ, ſed ipſa applicare eſt boni & experti medici. nam in eorum applicatione expectatur nocumentum vt plurimum, quoniã corpora non ſunt noſtris temporibus munda, ſed quaſi continue repleta, & ideo cum cautela & prudentia age, & ideo à principio dato ꝙ ſit à ventoſitate cõſulo vt euacuationẽ facias, & per exhibita per inferius & per ſuperius, quoniã de cauſa antecedente euacuabitur. conſidera.

CVRA ſi fuerit ex apoſtemate in muſculis & chordis erit cura apoſtematum calidorũ aut frigidorum vt exigit diſpoſitio adminiſtrando in principio repercuſsiua leuia ne materia retropellatur ad principale. Aut miſce repercuſsiua cum ſolutiuis & procedas in augmento. & ſtatu, & declinatione, vt dictum eſt ſupra de apoſtematibus hepatis, ſplenis, & aliorum membrorum ſæpe.

CVRA ſi fuerit cõitate matricis tempore eruptionis menſtruorum, tunc intende ad iuuandum exitum menſtruorũ cũ ꝓuocantibus non fortibus ne inducatᷣ ebullitio in materia. deinde ꝓcede cũ anodinis tẽperatis ſedantibus

dolorem, vt ſunt camomilla, melilotum, althea, fœnugræcum, ſemen lini, adeps, de quibus ſæpe, & quinto tractatu ſpecialiter.

C V R A in facto ex labore, itinere, equitatione, & huiuſmodi eſt quieſcere. Vnde Senex noſter. xlviij. Aphor. ij. ſectionis, In omni corporis motu, vbi laborare cœperis, quies ſtatim laſsitudinem aufert. vtatur regimine bono, reſumptiuo, & vino odorifero lymphato. deinde inungatur cũ oleo anethino, camomillino mixtis & huiuſmodi reſolutiuis, leuibus, mitigantibus. Item poteſt ingredi balneum aquæ decoctionis camo. roſ. maluauiſci, ſi non ſit quod prohibeat, & ſæpe.

C V R A ſi fuerit ex percuſsione & caſu oportet te recurrere ad chirurgicum. Vnde ſi expedit fac phlebotomiam diuerſiuam, aut euacuatiuam. Item diuertas, & euacua cum appropriatis & pilulis, enematibus & huiuſmodi. Deinde applica frigida, aut calida, & reſolutiua, & anodina, vt ipſa exigit diſpoſitio.

C V R A in eo qui eſt ex coitu abſtineat ab eo longo tempore, & vtatur regimine reſumptiuo. vt ſupra ſecũdo cap. de eo qui debilitatur ex nimio coitu.

C V R A ſi vitio renum acciderit recurre ad rubricã propriã de ipſis renibus. Si vero cõitate oris ſtomachi cura eſt remotio diſpoſitionis ſtomachi. Et conſimiliter de vlcere cannæ pulmonis dicendum. In eo vero qui eſt cauſa gibboſitatis cura eſt eius remotio quæ dicta eſt ſuprà, & tu ibi. Scito poſtremo ꝙ conferentia paralyſi cõferunt in hoc caſu, & ideo pro remedijs amplioribus te ad eum transferas locum, & laudauit Auicen. in cauſa frigida oleum de euphorbio ſolum, oleum de cheruo, oleum laurinum, rutaceum, de coſto, & oleo de lilijs in eſt proprietas mirabilis. Et cum volueris inungere calefacies in primis dorſum cum panno aſpero fricando, deinde inungas comprimendo leuiter, maxime ſi non fuerit ex ventoſitate, quoniam fortis fricatio iuuat. Item ceroiaria ex gũmis, bdellio, oppopanaco, amoniaco, euphorbio, & huiuſmodi, & tu compone. nam & compoſita in doloribus aliarum iuncturarum conferunt. de quibus ſupra. Et hæc ſufficiant.

## De podagra. Rubrica. X.

POdagra eſt dolor iuncturarum pedis incipiens à digitis quandoq; à pollice, q̃nq; à latere, q̃nq; à calcaneo, quandoq; ad genu & ad coxam extenditur, & eſt plurimum eueniens quàm dolor ſciaticus. Cuius cauſa eſt pro magna parte ſitus membri. remotio à principalibus, motus, & labor in ſuſtinendo corpus. Et hi dolores varia ſortiuntur nomina ſecundum diuerſitatem ipſorum membrorum. Vnde dicitur podagra à pede. Chiragra à manu, quia χεὶρ manus. Et ſciatica à ſcia, & arthritica ab artubus, & ſimiliter de alijs.

C A V S Æ autem factiuę doloris podagrici ſunt illę eędem quæ arthriticam, & dolores aliarum iuncturarum faciunt calidæ ſcilicet, & frigidæ primitiuæ & hmõi, de quibus in Rubrica de doloribus iuncturarum, & tu ibi.

Et aliquantulum eas tangẽs dico ꝙ cauſa antecedens eſt cõplexio materialis maxime humida, cõpoſitionalis raritas, & laxitas, ſiue largitas vnde humor fluere poſsit. Cõiuncta humor groſſus cum ſubtili ſm plurimum replens, aut mala complexio ipſa ſola. Primitiua aer groſſus humidus, malum regimen in rebus ſex non naturalibus. Et hic aduerte ꝙ dolor podagricus non cauſatur ex materia replente neruos, & chordas, quoniam tunc eſſet ſpaſmus, quoniam ſpaſmus de repletione cauſatur, ſed materia faciens dolorem podagricum prius tranſit per venas, lacertos, & cutem deinde per ligamenta in vacuitates iuncturarum. Vnde concatenãtia iuncturas quæ ſunt chordæ, & nerui extenduntur, & ſic dolent, & nullo modo replẽtur vt dictum eſt, & hæc eſt viſa ſententia Galeni. vj. Aphor. commento nono.

S I G N A collige ex ſignis dictis in præcedẽti rubr.

C V R A in vniuerſali. Canones. Primus. cõſidera primo diſpoſitionẽ patientis ex parte virtutis ac ſuorũ membrorũ, vt ſi quod eſt membrũ mandans, aut quia nocitum quod ſuſpectum facis in cauſa, & illi tecum aptis remedijs oppone rectificando. Et ſcito ꝙ cerebrum eſt ſm plurimũ ſuſpectum, vt ſupra. Scd'o ꝙ vt ſupra miſce ſemp cum alijs medicinis exhibendo medicinas confortatiuas ipſorum membrorũ, & reſiſtentes malę qualitati. Secũdus ꝙ diætam ordines adiuuantem intentionẽ ſcd'am iam dictã. Tertius ꝙ interponas tp̃s in exhibitione medicaminum ſaltẽ ſolutiuorum vt dies plures, vt videbitur. In quibus virtuti attendas exhibendo pullos, & hmõi habentia confortare virtutẽ, quia ſint multi nutrimenti, & paucarum ſuperfluitatum. Quarto ſcias ꝙ ſi non interuenit error podagra in vere, & æſtate veniens non pertrãſit. xl. dies. Quinto ꝙ eueniens in hyeme. & autumno longiori tẽpore durat, & dura eſt curari, maxime cũ à principio nõ curatur cito. Et dum ſuccurritur doloribus iuncturarum in principio facilis eſt eorum cura, ꝙ ſi confirmetur & proprie generata ex humoribus diuerſis non curatur.

Sexto ſollicita ad dolorum mitigationẽ eo modo quo dictũ eſt ſupra in p̃cedenti rub. Vnde per oĩa te trãsferas ad eoa canones. Et ad cõplementa eorũ ſi recte vis podagræ mederi, & ſis memor eius quod dictũ eſt de narcoticis, q̃ non niſi vrgente magna neceſsitate adminiſtrãda ſunt, de quibus etiam Hipp. xxv. Apho. v. Section. Tumores articulorum, atq; dolores abſq; vlcere, & podagricos quoq;, atq; conuulſa horũ plurima frigida aqua large effuſa leuat, & extenuat, ſoluitq; dolorem, nam modicus torpor dolorem ſoluit. Septimo ſcito, ꝙ materia exiſtẽte frigida non debemus excesſiue calida exhibere ſaltem localia, quoniã ſic traherent materiam ad locum, dato ꝙ non eſſet pletoricum. Et econuerſo ſi materia eſt calida non exhibeamus multum frigida, quia nimis materiam cõdenſaret, niſi vehementia doloris nos ad hoc cogeret, vt dictũ eſt. Octauo ꝙ phlebotomia non fiat, ſaltem in principio niſi materia eſſet ſanguinea, de qua phlebotomia ſupra. Nono. ꝙ ſolutiua dentur fortia, debilia quidẽ in vigore, & debilia in quantitate. Decimo. ꝙ localia non applicẽtur, niſi mũdificato corpore, niſi neceſsitas ad hoc vrgeret maxime.

Vndecimo. ꝙ licet diuretica cõpetãt quod in principio non dentẽ, vt ſupra: qm̃ faciunt materiã magis cutſibilem ſubtiliãdo, & ſang. adurunt. Duodecimo. ꝙ medicamina permutentẽ. Vnde Auic. Et ſcias ꝙ rectius eſt vt permutatio fiat cũ medicinis, q̃nq; eſt medicina cõferẽs vni mẽbro & nõ alteri mẽbro, & q̃nq; cõfert in hora, deinde poſt illud nocet & mouet dolorẽ. Decimotertio. bibulis. inqt Auic. Et oportet vt dimittat vinũ oĩno ex quo ſanetẽ ex eo ſanatione integra, & veniãt ſuper tp̃m quatuor tpa, & oportet vt dimittat illud cõſuetus ſm gradationẽ, & vtatẽ cum tp̃m dimittit diureticis, & vinũ de melle cũ diureticis cõfert eis, de quo in dubijs. Decimoquarto. mãda mẽti verſum cõem. Soluere nodoſam neſcit medicina podagram.

Decimoquinto. memorare quantũ laudatus eſt uomitus cauſa exiſtente in inferioribus. Et tu hic aduerte ne ſic fiat ꝙ ſtomachus deſtruatur, itaq; in eo te modera. Decimoſexto. ꝙ vt ſupra de iuncturis aptiores vt in eis multiplicentur dolores iũcturarum ſunt ſenes habentes ægritudines chronicas, & conualeſcentes cum non reguntur recte. Auic. Decimoſeptimo. ꝙ eſt paſsio hæreditaria, & ideo ſi quis natus eſt ex ꝓgenitoribus podagricis magna cum difficultate curanẽ vel fortaſſe nunquã. Vnde Auic. Et dolores quidẽ iuncturarum ſunt ex ſumma ægritudinũ quæ hæreditanẽ plurimum, qm̃ ſperma eſt ſm complexionem generãtis. Decimooctauo. ꝙ habẽtibus podagrã accidit vt ꝓlongẽtur oſchea teſticulorũ propter deſcenſum multarum humiditatũ ad loca inferiora & maxime vrinalia, & ſubdit.

& ſubdit. Podagra quidem cholerica attrahit mortē ſubito & propter apud regimen plurimum, id eſt cum ei medet cum regimine repercuſsiuo multo materia cōuerſa ad principalia. Decimonono, q̄ vt ſupra podagra aliqñ eſt cauſa prolongationis vitæ, & eius curatio cauſa abbreuiationis materia habente curſum deinde ad principalia: & ideo in cura eius prudēter operare. Vigeſimo q̄ cum incipiunt apparere varices habentibus dolorem iuncturarum, & podagra, eſt ſanatio per eas. Auic.

CVRA particularis podagræ ſimilis eſt curæ arthriticæ, de quibus ſtatim. Sed vt magis ſatisfaciā prius rememorabo aliqua & ſuccincte ex iā poſitis in præcedentibus Rubricis, ad quas recurre ſi plenius habere volueris. Et addam prędictis canones curationis ſimiles his qui in rubrica de cura arthriticæ ſuis appropriatis remedijs aſſociatos. Ordinatio diætæ. Digeſtio materiæ & non diuerſio. Confortatio membrorū. Iam fluxæ materiæ reſolutio. Accidentiū remotio, quia doloris ſedatio ſeu ablatio.

Et quando dolor eſt multum infeſtans, oportet ab eius remotione incipere. vt ſupra in præcedenti rub. & cū narcoticis, & alijs ibi. Vnde Auic. Cum fortes fuerint dolores, & non tolerantur, non excuſantur quin tribuantur ſedatiua doloris ebibita, & linita. Et ſubdit. Et non adminiſtres ſtupefaciens niſi apud neceſsitatem. Ego autē conſueui adminiſtrare aquam frigidam, & contulit, de qua ſupra: & maxime cauſa exiſtēte calida. Sed aduerte, q̄ iſta ut ſupra, debent fieri cum magna diſcretione, ne ſi materia fluens eſſet multa, & reuerteretur ad principalia mortem, aut deteriorem cauſaret ægritudinem, ſed raro materia calida eſt multa, & raro in cauſa frigida dolor eſt inſupportabilis. & ideo bene conſidera pro expeditione horū, quoniam de eis ſatis in præcedenti rub.

Pro primo in cauſa frigida euitet aerem frigidum, loca propinqua aquis, loca humida, & terrena, à vento auſtrino præcipue, à mutatione ſubita de loco calido ad frigidū & ecōuerſo, vt ſeparari ab igne vel balneo calido, & ſubito tranſire ad locum frigidum, quoniam ſic poris apertis, deinde frigidum magis penetrat propter quod aqua calefacta citius congelatur. vt quarto metheororum Ariſtot. Item à ſeſsione ſuper terram, vt eſt lapis, herba viridis & huiuſmodi. vt dictū eſt de frigida. Abſtineat à cibis groſſis viſcoſis, ab aceto, vino potenti, de quibus omnibus in præcedenti Rubri. Item à nauſeatiua ſatietate: eſt enim de maxime nocentibus. Ab aqua frigida maxime in ieiuno, quia neruos & iuncturas maxime debilitat. Item à fructibus aquoſis & humidis, vt ſunt perſica, melones, & huiuſmodi, de quibus quarto tractatu. Item carnibus laudatis vtatur, de quibus omnibus in præcedēti Rub. Ab exercitio equeſtri abſtineat & maxime longo, & facto poſt cibum: equitationem enim inueni podagricis multum nocere, & tales cum equitant teneant pedem ſuper aſſerem paruum ligatum ſtaphę. Faciat exercitium ante cibum & conueniens ſuæ diſpoſitioni ſecūdum ætatem, & membrorū ſuorum fortitudinem: ante cibi aſſumptionem mane, & ſero maxime corpore exiſtente purgato, & reſoluto ſecūdum magnā partē ſuperfluitatibus fluxis: quoniam ante ex motu currerent de nouo, & non reſoluerent. Situs pedū in alto confert tempore quietis & eſt vtile, de ſom. & vigi. vt in pręcedenti Rubr. de inanitione. Habeat ventris beneficium omni die, & abſtineat à coitu: eſt enim res peſsima eis, vt in Aphoriſmis infra. Eunuchi non podagrizant: debilitat enim neruos, & iuncturas omnes. A repletione abſtineat: eſt enim maxime nociua & præcipue podagricis. Ab omni abſtineat diſtemperantia virtutum animalium: vt ſunt ira, triſtitia, ſollicitudo, & huiuſmodi, quoniam ſic naturales debilitant. Et in calida proportionabiliter dicatur ſuo modo, de quo in præcedenti rubr. ad plenum.

Equitatio podagricis inimica

Pro ſecūdo dicatur pro nunc q̄ in præcedenti rub. dictū ſit de qualitate digeſtiuorum, & ſolutiuorum ac cōfortatorū, hinc pro expediendo citius ſolum ad exempla veniā. Digeſtiuum in cauſa frigida. ℞. radicum apij, fœniculi, petroſellini, ſparagi, bruſci. ana. M. j. ſaluiæ, menthæ. rutæ, primulaueris, ariſtolochiæ longæ, & rotundæ, baccarum lauri, centaureæ, iuæ. ana. M. ſ. ſeminis aniſi, fœniculi, carui. ana. ℥. ſ. coſti, radicum capparum, hermodactylorum. ana. ʒ. iij. ſtœcados, piperis. zinziber. pyrethri, caſtorei, oppopa. bdel. ſerapini. ana. ʒ. ij. Et ſi vis facere ſolutiuum adde turbith, agarici, colloquintidæ. ana. ʒ. ij. ſ. radicum carui. ʒ. ij. polypodij. ℥. ſ. & cum ſufficienti quātitate zucchari fiat ſyrup. Ad idem. ℞. pedis corui, pedis colūbini iuæ, arthriticæ. chamæpithyos, ſaluiæ, herbæ vitri, origani, ſtœcados, ſpinæ albæ. ana. M. j. radi. fœni. petroſ. ſparagi, bruſci, reſidentium in aceto ſquilliтico, ana. ʒ. j. paſſularum enucl. ℥. ſ. acori, amoni. ana. ʒ. iij. ariſtolochiæ ro. ℥. ſ. corticum citri. ʒ. j. florum roriſmarino. ana. ʒ. j. hordei pugillum. j. & cum zucch. aut melle, ſi materia fuerit multum frigida. & cum aceto prędicto fiat ſyr. Et ex conſimilibus ordinare per te poteris. In cauſa calida digeſtiuum. ℞. endi. lactucæ: virgæ pa. lupulorum, coriandrum, barbæ hircinæ, plantag. pedis coruini. ana. ℥ j. radicum ſparagi. ℥. ſ. reſidentis in aceto paſſulato, hordei, pugillus. j. ro. ℥. j. ſeminū porto. & lactucę, & endi. ana. ℥. ſ. zucch. lib. j. mell. ro. ℥. iij. aceti prædicti. ℥. iij. & cum zucc. fiat ſy. Et ex frigidis poſitis ſupra conferentibus in paſsionibus iuncturarū cōficere poteris ſy. & alias potiones vt placebit. Et hic aduerte q̄ hora doloris debet abſtinere ab oxymel. ſy. acetoſo & huiuſmodi, quoniam acetum pro tunc eſt cauſa vt materiæ penetrent ad nodos iuncturarum. Et conſimiliter abſtineat à vino propter conſimilē cām. Exēplo ſit cum enematibus ſolutiuis exhibitis per os phlebotomia & hmōi exemplificabo. Clyſter in cauſa frigida. ℞. aſſari, mercurialis, maluarum, centau. minoris, polypo. ana. M. ſ. agarici. ℥. ſ. mellis. ℥. ij. hieræ pig. ℥. j. ſalis gē. ʒ. iiij. olei ſambu. ℥. iij. conuenienter ſoluit. In calida. ℞. vini. maluarum, blitis, mercu. nenu. ana. hieræ pig. caſsiæ. ana. ℥. ſ. olei viol. ro. ana. ℥. ij. ſalis cōmunis. ʒ. iij. bulliāt in aqua. Ex ſolutiuis confert maxime colloquintida, hermod. & turbith præparatum. Item & ſcammo. præparata mixta cum altero iſtorum, maxime cauſa exiſtēte calida. Vnde Auic. de cura eius. Et iterum ſcammonea decocta in duplo ſui aqua citonio. acetoſorum, aut pomorum. Pilulæ & alia ſolutiua requirātur in præceden. rub. Fiunt enim à pluribus vt ſupra ſyrupi ſolutiui, quia cum ſy. ponuntur ſimplicia, vt in præcedēti rub. Fit & eūo vomitu, qui quàmplurimum, & ſæpe cōmendatur, & maxime in diuertendo. De phlebotomia autem dictum eſt in præcedentibus rub. & ideo diſcurre per illa loca. Nam hic ponā ſententiā de phlebotomia diuerſorū authorum, & ipſam conſiderabis, & ſpero te ex habitis debere intelligere, quoniam aliqñ videmor ea valere vt diuerſiua, quandoq; vt præuiſiua, qñq; vt euacuatiua, ſed vt ſupra de ipſa in dubijs. Vrsticus ſi ex calidis ſit humoribus poſt phlebotomiam purget cholera. Alexāder. Si cholera fluit in pedes nō eſt opus extrahere ſanguinem, ſed cholagogo vtere in diuiſiōibus. Raſis. Si ea cholera poſt phlebotomiam purgetur cholera, & quidam cōmendant ſanguiſugas: ſed exiſtente peccato ſanguinis directe competit phlebotomia.

De diuerſione, & alijs dicatur, vt in præcedēti rubrica.

EX PARTE ſatisfactū volo pro nūc huic Rubricę ſi ponā plurima & rōnabilia, & empirica, & experta in paſsione podagrica diuerſis paſsionibus deſeruientia. In cā calida lac muliebre cū opio, oleo, & cera dolorem mitigat. Itē ex pſyllio oleo ro. & aceto cū farina hordei. Itē papauer cū oleo vio. ro. ſucco endiuię, ſpuma maris, & lacte. Lutū armenū ſigillarū cū aceto in principio, & prohibet fluxū. Itē ex ſucco citoniorū, & farina hordei emplaſtrū factū cum aceto. Item ex ſucco maluæ, pſyllio, portulaca, oleo ro. farina hordei emplaſtrum. Itē cum folijs

iuſquiami, & farina milij fiat emplaſtrũ mire valet. Expertum cicuta mixta ſpumæ argenti, & adipi ſuperpoſita.

Item in dolore vehementiſsimo. ℥.j. opij, pulueriſetur cum croco, vitellis ouorum, & oleo roſ. Ad idem probatum confortat locum & dolorem ſedat. ℞. ſeminum naſturcij, farinæ hordei, pſyllij, micæ panis bene fermentati & candidiſsimi, aquæ roſ. ana. confice cum ſucco plantaginis, & portulacæ, & adde deſuper oleum roſ. & albumina oui, & deſuper pone. & cum dolor incipit mitigari adde vitellum oui cum pauco croci. Mirabile ad idem ℞. rob vini, aquæ plantaginis, muſcillaginem maluauiſci, albuminis oui. ana. ℥. ij. confice. Et ſemen citoniorum, farinam fabarum, farinam hordei. ana. ʒ. s. achaciæ, lapidis armeni, ſandalorum citrinorum, memithæ, aloes, ſucci corinti, croci. ana. aur. j aggrega totum & mitte ceræ, olei roſ. ana. ℥. s. & miſce, & cum ceſſauerit dolor adde olibani, myrrhæ. ana. aur. j. & duo vitella ouorũ. Ad ipſam calidam pluries probatum eſt, & eſt mirabile. ℞. de terra formicarum lympida. ℥. iiij. hordei. ℥. j. foliorum roſ. ℥. s. farinæ fabarum. ℥. s. maluæ, mandragor. ana. ℥. vj. coque maluam, & mandragoram in. iij. lib. aquæ donec redeat ad medietatem. poſt cola, & confice cum eis omnes medicinas in mortario pulueriſatas, & miſce, & adde. ℥. j. croci, & ſi vis addere potes aliquid opij. Emplaſtrum mirabile quo potes vti à principio vſque ad finem. ℞. fabas cum corticibus, & iuiubas, & coque in aqua & poſt cola, & aquam reponas in caldario. deinde. ℞. ſeminum maluauiſci, papaueris albi, ſeminum lactucæ, ſeminis citoniorum. ana. ℥. ij. ſeminum plantaginis, fœniculi, anethi, foliorum roſ. ſeminum caulium, mandragoræ, ſandalorum citri. ana. ℥. j. coque totum in aqua plantaginis ita quod cooperiantur medicinæ, & bulliant ad conſumptionem medietatis aquæ. deinde cola. & ℞. tantundem olei roſ. & coque quouſque conſumatur aqua, & remaneat oleum, poſtea pondera oleum, & cuilibet ponderi. ℥. iij. appone. ℥. j. ceræ albæ, & . ℥. iij. de renibus vitelli, & miſce totum. & ſi fuerit fortis caliditas appone achaciæ, opij, ana. ʒ j. camphoræ grana. x. Quidam eodem vtuntur in cauſa frigida excepto opio, achacia, & camphora, ſed addunt myrrhæ, croci. ana. ʒ. j. s. quod ſi vis magis calefacere adde vt videbitur ex calidioribus.

In cauſa autem frigida valet althea cum adipe anſeris.

Item caſia fiſtula linita de qua experientiam habui. Itẽ ſtercus caprarum montanarum cum adipe porci. Item ariſtolochia, epithemata cum oleo veteri. Item chamæpithyos cum ſulphure & nitro & aqua linitum bonũ. Item decoctio caulis, & fœnugræci embrochata. Item potenter ſtercus vaccinum calidum ſuperpoſitum pro ruſticis.

Item emplaſtrum factum ex melle, puluere dactylorũ, farina frumenti, & oleo roſ. & vitellis ouorum, & vino, coſto nigro. Item pinguedo viperæ, & valet ſupra alias pinguedines. Quidam Mariſchalcus ferrarienſis ſe curauit faciendo ſibi ſuffumigium omni die cum decoctione radicum ebuli, vnde multum ſudabat, deinde poſt exiccationem inungebat ſe cum oleo coſtino, & quieſcebat, ſed hoc remedium non fiebat niſi poſt purgationes completas. In principio confert. ℞. achaciæ, aloes, myrrhæ, ana. aggregentur cum aqua menthæ. Item nuces cupreſſi, myrrha, iuniperi grana aggregentur cum aqua decoctionis gallarum, & hoc in principio. Item epithema bonum. ℞. ſtoracis liquidæ, caſtorei, euphorbij, menthæ, aloes, achaciæ. ana. & cum vino veteri fiat. Ad idem, & ſanat in vna die. ℞. gattum pinguem excorticatum, & ipſum piſta minutim, & cum eo impleas ventrem anſeris pinguis, & adde axungiæ ſalſæ lib. s. piperis, ſinapi, euphorbij, diagrydij, pyrethri, rutæ, abſynthij, lardi, axungiæ vrſi. ana. ℥. s. ceræ. ʒ. ij. & aſſetur, & quod diſtillat ſeruetur. Et pro iſto vide ſimiliter antidota ſupra de paralyſi. Aliud, carnes gatti decoquantur in vino cum ruta, bethonica, fœniculo, ſaluia, agrimonia, deinde tere carnes, & exprime, & totum deinde coletur, deinde reducatur ad ignem vinum & in eo ponatur medulla cerui, & thus, & bulliat vſque ad ſpiſsitudinem, & eſt optimum probatiſsimum. Cauetur radix bryoniæ groſſa & ponatur intus puluis ellebori, iris, artemiſiæ, calamenti, thuris, rutæ, & repleatur concauitas eius vſque ad duas partes, & tertia ſic remaneat: & addatur ſupradicto pulueri gentianæ, pyrethri, hermodactylorum & oleum vetuſtiſſimum & cera: ſigilletur cum argilla vel paſta deſuper, & ponatur ſub prunis et diu decoquatur et poſtea teratur et exprimatur ſuccos quo inungatur patiens. Ad idem et probatum, decoquatur caro vulpis in optimo vino, donec ſeparetur ab oſsibus, deinde caro ſic calida teratur fortiter & exprimatur. deinde iterum ponatur vinum cum ſucco expreſsionis ad ignem, & bulliat ad ſpiſsitudinem vnguenti, & in fine adde ceram rubeam, maſticem, caſtoreum, bdellium, myrrham, baccas lauri, parum euphorbij & parum muſci ſi fuerit diues fiat vnguentum. Item & eſt pretioſum oleum de limacijs factum tempore maij per frixationem earum in friſorio. Item oleum laurinum.

Aliud & eſt vnguentum de ranis. ℞. ſeui ranarum lib. j. butyri. agripe. ana. ℥. vj. olei camomillini, anethini, de coſto, ana. ℥. j. s. roſ. ℥. iij. terbentinæ. ℥. j. s. fac vnguentum. Et quia dictum eſt de eorum nocumẽtis emendans in iuncturis inductum ex mera ipſorum, aut ipſorum vſu. ℞. fellis porci, vel bouis. ℥. iiij. olei camomillini. ℥. iij. zintar. ʒ. iij. farinæ hordei. ℥. j. & cum melle fac emplaſtrum. Et quia fui ſupra copioſus in præcedenti Rubrica volo hæc pro nunc tibi ſufficere. quare &c.

*De ſciatica, & ancha.* Rubrica. XI.

Dicitur dolor anchæ quando dolor eſt in iunctura anchæ vltra ipſam ſe non extendens. Sciatica autem cum dolor vltra iuncturam ſe extendit per latertum & neruum latum, retro per coxam. Et dicitur ſic à ſcia quæ os coxæ eſt. & Ariſt. quarto proble. problem. ij. ſciaticum iſchiam vocat ab iſchion Græce quod Latine ancha dicitur. Et hi duo dolores anchæ, ſcilicet & ſciaticus conueniunt & differunt. Conueniunt quidem in eſſentialibus & differũt in accidentalibus. In eſſentialibus quidem, quia in loco & in cauſis. In loco quidẽ patet. In cauſis autẽ, quia eædem tam intrinſecæ quam extrinſecæ ſunt ipſorum dolorum factiuæ. Et intrinſecarũ aliæ tales per eſſentiam, nonnullæ per cõitatem. Exemplũ primi, vt humiditates phlegmaticæ quæ ſunt ſecundum plurimum eorum dolorum factiuæ replendo & extẽdendo, quæ vt plurimũ à cerebro veniunt, deinde ventoſæ, deinde ſanguineæ, deinde melancolicæ, deinde cholericæ: & quandoque mixtæ quæ ab hepate & venis veniũt: propter quod dixit Aui. Horum quidẽ humorũ plurimũ eſt ſuperfluitas digeſtionis ſecundæ & tertiæ. Exẽplũ ſecundi. vt quia matrix aut cerebrũ quod habet multũ in hoc ſuſpectũ cõicat eidem iuncturæ nocumentũ materiale, vt cũ ſuperfluitates emitti per eos & cõſueræ retinent, & ad iũcturas mittunt, vt ſupra de dolo. iuncturarũ. De extrinſecis idẽ exemplificabo, vt in præcedentibus rub. vt eſt caſus, percuſsio, debilitas ſequens, ſeſsionẽ ſupra rem duram, aut aſsiduitatẽ equitãdi inſuetã, aut ſuper equũ duriter ambulantẽ, aut propter longã & fortem ambulationẽ, aut propter ſaltum. Ex parte autẽ accidentalium differunt. Primo quantitate dolorũ, quoniã dolor anchæ minor eſt, ſed ſciaticus maior, ſaltem extenſiue, vnde quandoque peruenit ad genu, & quãdoque vſque ad crus, quandoque ad pedem & impedit ſtationem, quãdoque ad digitos pedis & impedit infirmitatẽ, & quando ita deſcendit à quibuſdam nominatur ſciatica cõpleta: & materia ſic deſcendens deſcẽdit ad partes has inferiores per venã quæ à gibbo hepatis venit, licet ad deſcenſum materiæ concurrat dolor, qui eſt cauſa attractionis materiæ à toto. Secundo ex parte curæ, quia difficilioris curæ

eſt dolor

ἰσχίον Greci, Latini [illegible] ancha nominatur.

eſt dolor ſciaticus, & precipue cum cōpletur ad intellectū datum. Vterq; tamen difficilioris curæ eſt q̃ dolor aliarū iuncturarum ꝓpter loci ꝓfunditatē: dolor tamen humeri & ſpatulæ ſunt periculoſiores ꝓpter ꝓpinquitatē ad membra principalia. Differunt tertio, qm̄ ſciaticus frequētius recidiuat q̃ dolor aochę, & his omnibus adhuc frequētius podagricus, propter cauſas ſupra aſsignatas de debilitate ipſorum membroꝝ inferiorum, longinquitatē à principalibus et ſitū eoꝝ. Et hic aduerte dictū Auic. & Hipp. infra in Apho. inquit Aui. Et multoties quidē multiplicatur humiditas mucoſa in piſcide, quare mollificatur ligamētum quod eſt inter additamentum & piſcidem, quãobrē diſlocatur aocha: & ante illud accidit diſpoſitio inter firmitudinem, & diſlocationem, & eſt vt ſit velocis exitus, & velocis reditus, inquieta valde. Itē nota q; vt Aui. eſt de vehemētibus doloribus iuncturarum ꝓpter circumpoſitionem lacertoꝝ, & neruorū magnorum circa iuncturā ſm plurimum & valde ſenſibilium, quod non eſt in alijs iuncturis minoribus ea. Et ſcito poſtremo q; cauſæ factiuæ doloris podagræ, & aliarum iuncturarum ſunt cauſæ & ſciaticæ, ꝓpter quod Aui. vnum de eis fecit capitulum, & quo ad cauſas, & quo ad curam, & ideo recurre ſupra pro eis. Tu tamen ſcito q; cauſæ ſciaticæ ſunt difficilioris inueſtigationis q̃ cauſæ aliarum iuncturarum propter profunditatem materiæ, & diſtantiam à ſenſu maiorem, quarum cognitio arbitrari poteſt ex doloris ſpē & quantitate, à iuuantibus, & nocentibus, & alijs circunſtantijs.

SIGNA ſunt eadem quæ de doloribus iuncturarum, quæ poſita ſunt ſupra, & tu ibi.

CVRA canones. Primus. Scito q; ægritudines iuncturarum habēt quatuor tempora ſm motum ſuarū materierum varium diſtincta, quēadmodum alia apoſtemata, licet ipſa non ſint vere apata, ſed cum eis ſimilitudinē habentia ex parte fluxus, & tumoris, & nodoſitatis: & terminant utplurimum per reſolutionem aut per petrificationē, & nunquã per ſaniationē. Vnde vt Raſis in diuiſionibus. hoc eſt eis ꝓprium. ſ. per ſaniē non terminari. Scd's. q; cura eius eſt ꝓxima curæ doloris aliarum iuncturarum ſaltē quãtum ad generalia, differens tamen ab ea inquantum natura mēbri ꝓpria medicamina & localia repercuſſiua, doloris mitigatiua ac reſolutiua ſuis applicãdis tēporibus variat propter ſitum ſiue loci ꝓfunditatem vt dicetur. Et tu ad eos canones recurre, ſupra. Noli enim vniuerſaliū obliuiſci, vt per ea particularia operari valeas: locus enim magis carnoſus eſt, & tectus, & recipit eius ligamētum quaſi ex omni cauſa debili & forti mollificationē, & reſilit vertebrum ea ſciatica. in alijs autē non ſic. In ordinatione autem diætæ debes te opponere ad cōtrarium cauſæ, & tale regimen ſume ex his quæ dicta ſunt de cura doloris iuncturarum, & cauſas eius particulares conſidera, de quibus hic paulo ante. & illas remoue, & hęc pro prima tibi ſufficiãt. nam de ipſo ample allegato loco. Ad ſecundum accedo qui eſt diuerſio materiæ. Vnde in principio fluente materia debet fieri diuerſio euacuãdo materiã fluentem à membro mittente aut eam ad diuerſum trahēdo. In hoc autem caſu cōpetunt vomitus maxime de quo ſupra ſępe. & phlebotomia, & clyſteria acuta. Et pro vomitu tu quære ſupra de cura doloris iuncturarum in vniuerſali. vbi plurima poſita ſunt. de quo vomitu Aui. de cura ſciaticę. Et eſt ſufficientia in vomitu forti, & hoc maxime quantū ad cauſam antecedentem materia exiſtente multa, quoniã ſi pauca non debet fieri leuis vomitus, quoniam dubitatur ſemper ex vomitu agitatio materierum. Vnde ſecurius dabit leuis medicina, quantum ſcilicet ad ipſam cauſam antecedentem, & hoc addidi propter intellectum eius, qm̄ vult q; vomitus aliqñ excuſet à medicina ſolutiua. De phlebotomia autē ſic dicatur primo q; materia exiſtente ſanguinea aut ſanguini mixta debet fieri in pricipio ex mãu eiuſdem lateris, quia ſit maior diuerſio per phlebotomiam in principio ſicut in principio apoſtematum etiã frigidorū ad ꝓhibendum collectionē materiæ in loco, tu tamen cōſidera corporis habitudinem, & plethoriã, & hmōi. vnde maiorē & minorē putes poſſe facere phlebotomiã. Vbi autem materia nō ſit ſanguinea, aut ſanguini admixta, laudatur magis, & eſt magis propria medicina vomitus, ſiue clyſter acutum. Et de clyſteribus habuiſti exempla multa allegata rubrica, & tu ibi. Q. tamen multum laudauit cum ægritudo prolongatur clyſter factum ea decoctione colloquintidæ, naſturcij, radicum capparum, centaureæ, cucumeris aſinini, praſij, rubeæ, cum benedicta, oleo, & ſale. Et ex conſimilibus cum melle faciunt ſuppoſitoria fortia addendo ex fellibus aliquid, pro quibus allegata rub. ligaturæ, fricationes, & huiuſmodi: ſunt etiam diuerſionem facientes, de quibus ſæpe. Sed hic attende principaliter q; eſt membrum mandans. vt q; ſi fuerit cerebrum fac diuerſiones trahendo per nares, & huiuſmodi, & conſimiliter ſuo modo in reliquis age Nam de diuerſione propria reliquis membris ad plenum actum eſt ſuis rubricis. Reliquum aggredior qui eſt repercuſsio, & in cura podagræ conceſſum eſt in principio apponere repercuſsiua, immo concedebatur aqua frigida, his tamen ab ipſis abſtinendū eſt. Vnde Auic. de cura doloris iuncturarum podagræ, & ſciaticę inquit. Et cum materia nō eſt plurima aut eſt paruę reſtaurationis, tunc non eſt malum repellere eam in primis cum eſt niſi in ſciatica. nam repercuſsio in ea retinet materiam in profundo, quare oportet vt fiat paulatim debiliter, aut dimittatur, & ſit occupatio cum euacuatione. nam repercuſsio in principio quãdoq; nocet nocumento vehementi, quoniam materia profunda eſt, & repercuſsio retinet eam illic, et ponit eam taliter q; difficilis ſit eius reſolutio. Auicē. de curatione eius. Sunt itaq; repercuſsiua, & fortiter ſtyptica hoc caſu multum ſuſpecta, quoniã materiam in loco profundo incumbãt ſiue ſint per clyſter, ſiue per exterius adminiſtrata. Cunque repercutere volueris adminiſtra debilia quæ defendãt membrum, ſiue locum, refrenando materiam, & non repellendo, & incrudando. Vnde cōmiſce cū frigidis calida plus & minus ſcd'm materię qualitatem, ut in calida plus de frigidis, in frigida minus cum mollificatiuis anodinis. Vnde oleum roſ. cum adipe anſeris & pauco aceti cum petia ſuperpoſitum aut cum penna linitum. Similiter althea cum adipe, & radice papaueris alb. & maxime in calidis. Itē epithema cum ſucco ſolatri ſempeuiuæ, & abſinthij. Item cum eiſdem herbis cataplaſmatur locus. Item ex eiſdem herbis cum althea, & farina fœnugræci, ſeminis lini, & hordei, & oleo roſ. Item adminiſtratur à pluribus ſuccus plãtaginis cum his. Et ſit repercuſsio etiam cum impoſitione enematum ex his faciendo ægrum ſtare ſuper latus dolens, & eſt optimum remedium. & ſic de alijs ſic mixtis cum ſeminibus lini, muſcillagine, fœnugræci, & alijs cōmiſcendo frigida cum calidis ad refrenãdum materiam, dummodo nō ſit multum ſtyptica, vt dictum eſt. Et in cauſa frigida conferunt mel cum ſauich hordei, emplaſtratum. Item emplaſtrum factum ea melle & lana ſuccida ſubtiliter inciſa & inciſorio coctum cum pauco aceti. Et hic aduerte q; in emplaſtris, & embrochis, & in his quæ ad extra applicãtur, tu ſemper aliquid appone aceti ad penetrandum ꝓpter profunditatem iuncturarum, & eſt canon quarta primi. j. cap. habes ſupra de dolore iuncturarum frigida & calida tibi deſeruientia, elige ex his minus ſtyptica, & addas ad tollendum ſtypticitatem ex mollificantibus anodinis, & compone vt videbitur expedire. De digeſtiuis etiam habuiſti in præcedenti rub. quia & illa valēt in hoc caſu. & tu ibi. Digeſtiuum Hermetis proprium ad frigidam. ℞. camedreos, gentianæ. ana. ℥. viij. ariſto. ro. ʒ. ij. ſe. rutæ ſiccæ. ℥. ij. terantur & cribellentur. doſis cocle. j. cū aqua mellis eſt mirabilis, ſed delectabilius compone in modum ſyrupi cum melle.

De ſolutiuis habuiſti ſupra multa. Et laudanẽ ex ſimplicibus euphorbium cum ſpeciebus mixtum, vt ſunt piper, cinnamomum muſ. & hmõi. Item & ipſum clyſterizatum, amoniacum, ſerapinũ, vt ſupra, pilulæ mirabiles in trahendo phlegma crudũ ex ancha. ℞. turbith. ʒ. j. ſ. colloquin. ʒ. ij. bdellij. quartã. ʒ. j. aloes ad pondus oĩum. Decoctio mirabilis, & facit ſtatim ſurgere à lecto vſus eius. ℞. corticũ apij, fœni. ana. ʒ. x. collogn. centau. mi. ameos. ana. zurumbet, eſulæ. ana. ʒ. v. coquanẽ in lib. iij. aquæ ad cõſumptionem duarũ par. de ea ſumaẽ quotidie. ℥. j. Pilulæ expertę & maxime qñ fluxus eſt à capite. ℞. turbith. ʒ. iij. zinzib. ʒ. ſ. cẽtau. colloquin. ana. ʒ. ij. ſ. ſerapini, ʒ. ſ. aloes ſuccotrini. ʒ. iiij. roſ. ſalis gẽ. maſticis. ana. ʒ. ſ. diagrydij. ʒ. j. ſ. confice cum ſucco rapha. & multa talia habuiſti ſupra & copioſe de dolore iuncturarum. & tu ibi. Aduerte tñ ꝙ cũ iſta paſſio fortis ſit & in ea fortibus vtamur medicinis nõ poſſumus frequentare talia medicamina, ſed oportet nos ea reiterare cum prudentia, & moderatione: & ideo interpone tẽpus inter euacuationẽ vnam & aliã ſaltem eradicatiuã ſiue fortẽ. Quo tempore ſubuentas virtuti, & interim digeras materiã peccantẽ, & attendendo membro mittenti. Itẽ fiunt clyſteria debilia, & fortia. de quibus alle. ru. & tu ibi. Satis autẽ actum eſſe putaui de medicinis ipſis, cum copioſe de eis dixerim in iu. de cura dolo. iuncturarũ in vniuerſali. Reſtat quid de phlebotomia dicendum ſit. Materia itaq; exiſtẽte ſanguinea facta phlebotomia diuerſiua, cum euacuare volueris cãm coniunctã fac phlebotomiã de ſciatica & nõ aliter. vnde Auic. Et non fiat phlebotomia ex pede niſi poſt phlebotomiã ex manu, & maxime ſi materia non foret pauca, quod rariſſime cõtingit. vnde tutius eſt ſic ꝓcedere, vt Aui. pro quo recurre ad dubia de ophthalmia. Sed hic aduerte Auic. inquit. Et de bono. ſ. regimine eſt vt ieiunẽt duobus diebus. deinde phlebotometur. Vnde in dolore ſciatico fac phlebotomiã ex vena ſciatica, q̃ eſt in parte exteriori iuxta talum pedis. de qua Aui. quarta primi. de phlebotomia. Et iuuamẽtum quidem in phlebotomia ſciaticæ eſt magnum in dolore ſciaticæ. & ſubdit. Et rõ quidẽ facit oportere vt ſciatica & ſaphena ſimilis exiſtant iuuamẽti, quia ſunt ab eodẽ trunco: ſed experimentũ facit vt operatio ſciaticæ plurimum cõueniat dolori ſciaticæ. ſicut ſi hoc eſſet debitum. Hoc tñ dictum de phlebotomia ſciaticę Aui. de cura eius hoc mõ reſtringit. niſi ſit dolor leuior nõ extenſus in ſylueſtri, immo ſi purus rubeus cuius tẽſio ex domeſtico, quare erit ſaphena magis cõferens ei q̃ vena ſciatica, quãuis ambę ſint duo rami venæ vnius ſicut baſilica & cephalica in manibus. Phlebotomeẽ & in hoc caſu vena curuaturæ poplitis. Vnde Aui. authoritate Gal. inquit: Iterum Gal. memoratur ſaphenæ, & curuaturę poplitis, & phlebotomia curuaturæ poplitis magis eſt iuuatiua q̃ venę ſciaticæ, & ſaphenæ ſimul. qđ credo verum quantum ad euandam materiã coniunctam ꝓpter propinquitatẽ ad ſciaticã. & ideo Aui. de phlebotomia eam laudat in ꝓuocatione menſtruoꝝ. Itẽ laudatur vena pedis quę eſt inter minimũ digitorum eius & ſecũdum. de qua Aui. Et dicitur ꝙ hęc vena magis iuuatiua eſt q̃ vena ſciatica, ſicut ſaluatella magis iuuatiua eſt quàm baſilica in ægritudinibus hepatis & ſplenis. Sed hic aduerte Aui. De phlebotomia inquit, loquẽs de ſciatica, ꝙ ſi ipſa fuerit occulta aliquis ſuoꝝ ramorum phlebotometur, qñ inter minimum & ſecũdum ab eo exiſtit. Ex quo apparet ꝙ plus iuuat phlebotomia ſciaticę. & ſic videnẽ hi textus ſibi inuicẽ contradicere: & fortaſſe diuerſio & ẽño tollunt contradictionẽ. & tu cõſidera. Et nota ꝙ talis phlebotomia non debet fieri niſi poſt ceſſationẽ fluxus, quia in ſtatu. nã aliter noceret. & hoc bene manda menti. conſimiliter fiat phlebotomia materia mixta ſanguini. Quòd ſi fuerit phlegmatica aut non mixta ſanguini credo nõ debet fieri, qñ vbi non eſt neceſſaria phlebotomia & ſit in paſſionibus iuncturarum eſt multum nociua. Quidam delectati ſunt quandoq; loco phlebotomiæ vti ventoſis cum ſcarificatione quæ ſunt vicariæ phlebotomiæ. vt Aui. & maxime vbi non poteſt cõmode fieri phlebotomia. Item nonnulli applicant ſanguiſſugas. & tu conſidera.

EXPEDITO de purgatione & eſione venio ad alium canonẽ qui eſt reſolutio, ad quã reſolutionẽ non debes procedere niſi in ſtatu ægritudinis, & præcedente purgatiõe. Vnde in primo adminiſtraſti repercuſſiua ſiue refrenatiua: & ſic in augmento quẽadmodum fieri debet in apãtibus. adueniente autẽ ſtatu adminiſtrare ſolutiua quæ in hoc caſu debem eſſe fortiora q̃ in membris aliarũ iuncturarum, ꝓpter profunditatẽ loci & materiæ multitudinem. Nã quia iũctura ampla eſt, ideo abſq; præcedẽte purgatione timenda ſunt reſolutiua fortia, qñ ſunt & alteratiua dubitãdo ne maior fiat attractio q̃ reſolutio. Vnde Raſis in diuiſionibus per tales vnctiones, & res calidas ante ſcilicet purgationem putreſit ſuperfluitas, & fit ægritudo difficilis ſanationis valde. Et ex laudatis in cauſa frigida aqua ardens infuſa in ea pecia duplicata & parumper calefacta ſuperpoſita. Laudaturq; inunctio facta ex oleo de coſto, de ſpica, de lilijs albis, de iunipero per ſe vel mixtum cum aceto & pauco ceræ citrinæ. Item emplaſtrum ex maluauiſco, farina hordei, ſeminum lini, fœnugræci, incorporatis cum butyro, & pinguedinibus auium. Itẽ fortius emplaſtrum ex ſinapi, ſtercore columbino, & ficubus, & eſt veſicans. & ideo vltimo loco applica. Item valet decoctio aſſari in vino facta. Itẽ naſturcium cũ ſauich hordei, & pauco aceti, & cinnamomo emplaſtrum. Itẽ ſtercus caprarum emplaſtratum. Itẽ emplaſtrũ factũ ex origano, pẽtaphylon, ruta, calamẽ. abrota. cordumeni. rubea tinctorũ, & melle. Itẽ & cyminũ. itẽ & baccæ lauri, oleũ laurinũ. Item. ℞. oleum antiquum, uel amurcã olei, & in ea infunde ſemina iuniperi groſſo modo p:ſtata. deinde fac bullire & in fine adde modicum aceti. deinde exprimaẽ & cola. deinde reapponaẽ ad ignẽ & addatur modicum cerę, & cinnamomi, & inunge. Itẽ valet emplaſtrum de ſinapi Meſ. diſtinctione. aj. Dixit tamen Auic. ſi liniaẽ ſciatica ea ſtercore caprino, & aceto forti erit ſicut medicamen de ſinapi, & melius eo, & magis iuuatiuum eo. Item emplaſtrũ Andromachi diſtinctiõe eadem. Item ad idem oleum antiquum cum ſtaphyſagria, & oleo de ruta, & gumma pini. baccis lauri, ſemine rutæ ſylueſtris, ameos, cordumeni, & hmõi. Itẽ gummi oĩa cum pice. Item Aui. emplaſtra rubificãtia & veſicãtia ſunt bona valde. & cum facta fuerit ueſicatio perforeẽ, deſuperq; ponaẽ puluis exiccatiuus. deinde reiterenẽ veſicãtia & fiat vt dictũ eſt donec redeat ſanitas. Veſicãtia autẽ & rubificantia habuiſti ſuperius in v. trac. Et hoc operans eſt emplaſtrũ factum ex fęce vini aduſta, catapuciæ, cantaridibus. naſturcio. ana. cum ſucco ſquillæ & eſt forte. Hoc idem operatur mel anacardinum inunctum. Emplaſtrum Raſis, quod extrahit materiã de profundo iuncturarum anchę vrendo. ℞. naſturcij, pyrethri, corticum capparum. ana. cõfice cum aqua cicerum, cinere ligni ficus. et liga donec cõburat. deinde ſoluet & ſi nigreſcat locus bonum. ſi nõ, iterũ appone donec appareant ampullę. deinde laua cum aqua calida vt ceſſet dolor, & vnge locum butyro vt non cõſolidentur vlcera, & quãto plus ſteterint aperta tãto melius. Ad idem. ℞. amoniaci, oppoponacis, galbani, euphorbij. ana. ℥. ſ. temperentur in aceto forti. poſtea. ℞. ceram, oleum de lilio, picem naualem, & fac emplaſtrum. Item. ℞. caſtorei, ſinapis, nucis romanæ, colloquintidæ, aſſæ. ana. ʒ. iij. Itẽ vipera vna, & veſpertiliones. 2. cum iſtis bulliant cõtrita in oleo antiquo & inungatur. Item fomentatio. ℞. maioranæ, fo. rutæ, ana. ℥. ij. fæcis aceti. lib. j. aquæ quod ſufficit. bulliant ſimul & fiat fomentatio. Item ſuperponatur filum crudũ coctum calidũ. Et hic aduerte ꝙ talia reſolutiua & exiccatiua valde non applicentur, niſi vt dictũ eſt, ſcilicet p̃cedentibus purgationibus. Item & ſecũdo. ꝙ cũ eis adminiſtrantur

niſtrantur ex mollificantibus. Scito tertio q̄ hæc emplaſtra rubificantia ſunt vltimo loco ponenda ſuper locū dolentē, & veſicæ ſunt aperiendę, vt inde fluat aquoſitas, relictis pel'iculis, & nullo modo iociſis. Scito quarto, q̄ cōſimil' er non ſunt ponendi tales in balneis niſi factis prius pur ationibus, vt in rub. de cura dol. iuncturarū in vlt. & balnea ſulphurea, & aluminoſa, & cinerea, & nitroſa ſunt eo caſu conuenientia, & artificialia & vt ibi. Quinto. q̄ enemata ſunt hoc caſu maxime cōuenientia facta ex rebus ipſis reſoluentibus calidis. ſ. conferentibus in paſſione arthritica, vt de eis hic ſparſim dictum eſt in receptis poſitis. et tu elige. Itē recurre ad confortantia poſita ſupra de p̄ſeruatione ab incurſu doloris iuncturarū. Et hæc ſunt anethum, camo. melilo. ſaturegia, ſauina, pule. cala. abrotanū, chamædryos, ariſto. ruta, hyſſopus, ſaluia, ſtœca. ſcorua, ebuli radix, ſynapi, ſulphur, gūmi. omnia calida, oleū de liliis, irinum, coſtinum, anethinum, de euphor. de caſtoreo, & hmōi valentibus in paralyſi, & tu ibi. Item pinguedines numeratæ ex anſere, vulpis, leonis, vrſi, & ſic de aliis.

Sexto vero Aui. inquit. Et adminiſtrentur iterum euaporationes, & embrochæ reſolutiuę, & aquę thermarū. Et ſi nō excuſant tūc clyſteriza, deinde adminiſtrent vētoſę ſuper anchā cū inciſione, & ſine īciſiōe, & pone rubificātia, veſicantia, & nō conſolident donec ſanētur. Sicq; in ſumma ex ordine recolligendo: primo diuerte, deinde refrena, vel repercutiua leuiter, deinde euacua phlebotomia, vel pharmacia, & pharmaciam fac præcedere digeſtiua ſi dabis inducias. Deinde adminiſtra ex diureticis facilibus dictis: deinde reſolutiua ad extra ex vaporatiuis, & embrochis, & balneis, emplaſtris, qđ ſemper intellige factis purgationibus pluribus, & hic materia exiſtente multa. deinde reſolutiuis per interius, vt per clyſteria, & eo caſu aduerte ſi adeſt fe. te modera, ita in vſu talium ne inflammes. Deinde veni ad ventoſas, & hic eſt locus aduertentiæ, & magnus, & non eſt opus niſi experti medici. Item ad rubificantia. Vltimo vero loco temperandum eſt cauterium. de quo in ſequenti rubrica.

In cauſa vero calida oportet te reſolutiua adminiſtrare, & non multum fortia, cuiuſmodi eſſet fomentatio ex camomil. meliloto, uiol. amygdalis amaris, fœnug. ſe. lini cū aceto al. & ex aloe, & myrrha diſſolutis in aqua caulium, & endi. cū farina hordei. Item cum ſucco centau. aloe, camo. & foliis vio. et plātag. vio. Item & eſt Raſis muſcil. pſyllii, ſe. lini & fœnug. farina amborum cum oleo camomil. & conſulit q̄ ante' poſitionem eius fiat fomentatio cum aqua calida, & dimittant medicinæ per. x. horas. Itē emplaſtretur cū emplaſtro facto ex farina hordei, ſeminis lini, fœnug. flore camomillæ anethi, meliloto, maluauiſco cum butyro, & pinguedine auiū, & pauco aceti albi. Et ita conſimiliter de aliis non aſcendendo ad multū calida, ventoſa, rubificatiua. Et cauteria nō vr̄ hic directe cōpetere, ſed ſola ſufficere videnī reſolutiua ex oleis calefactis ſuppoſitis cū petia, & oleo camomillino, anethino. de liliis, pinguedinibus, & hmōi emplaſtris, embrochis, & tu p̄ra.

Materia aūt exiſtēte mixta, admiſce hæc adinuicem ſm coniecturā veriſimilem. & tu cōpone. Hic aūt ſubiungā quoddā ex laudatis in ꝓpoſito nr̄o, & tu ea tuo modo accōmoda loco. Vrina cum ſale decocta & ſpongia vel petia lanea, vel linea triplicata ſuperpoſita calida. Item relege quæ in fine de cura podagrę poſita ſunt. ſunt enim, & in hoc caſu conuenientia. Item. ℞. vulpem integram interioribus euulſis, & coque in vaſe terreo cum aqua ſalita, vino & oleo adiūctis, ſaluia, rore marino, iunipero, anetho, origano, & maiorana vſq; ad aquæ & vini conſumptionem, & decoquatur vſq; ad oſſium ſeparationem, poſtea in torculari exprimatur, & coletur, & addatur modicū ceræ ſubeæ fiat vnguentum. Aliud ad idem & maxime in cauſa frigida. ℞. anſerem pinguem deplumatā, impleatur carnibus ſalitis pinguibus, deinde. ℞. ſalis cōis, ſalis nitri, ſalis amoniaci, ſalis gemmæ, aluminis. ana. ℥. j. & addatur euphorbii, caſtorei. ana. ℥. ſ. & aſſetur, & quod diſtillatur reſeruetur, & vngatur. vel addas irium, arthriticam, pedē columbinum, coruinum, hermodactylū, parietariam, rutam, marhubium, cucumer aſininum, folia hederę, & hæc oīa ponantur ad alembicū, & fiat aqua in qua infundantur petiæ, & calidæ ſuperponanī addito in eo modico aquę ardentis. Decoctio mirabilis qua vtuntur in dolore anchę ex phlegmate. ℞. corticū apii, fœniculi. ana. ʒ. x. colloquintidæ, centaureæ minoris, ameos, aniſi, eſulæ. ana. ʒ. v. coquātur in lib. iij. aquæ donec remaneat lib. j. & ſumat quotidie. ℥. j. Aliud & probatum & ſtatim ſanat, & eſt proprium in quo eſt tanta laus vt prius nos admoneat mercedem accipere. ℞. ſauinę. ʒ. ij. piperis, baccæ hederæ, foliorū rutæ. ana. ʒ. vj. chamœdryos. ʒ. iij. cū vino. Vngētū ad ſciaticā. ℞. ceræ citrinę lib. ſ. liqueſiat cū oleo oliuæ lib. j. vini electi lib. j. bulliant ad conſumptionem, poſt miſce ʒ. ij. euphorbii puluerizati, & fortiter commiſce.

DE CORRECTIONE accidentium ſic dicatur, q̄ hæc iunctura nō venit ad lapideitatē & nodoſitatem vt cæterę. Item nec ad vlcerationem vt aliæ. Accidunt tn̄ quædam accidentia in ea vt in reliquis, de quorū correctione actum eſt ſupra de cura doloris iuncturarum in vlt. & tu ibi. Sed reſtat tm̄ dicere de doloris mitigatione, q̄ in cura ipſius eſt ꝓcedendum magis caute q̄ȝ in mitigatione doloris aliarum iuncturarum, propterea quia narcotica, & frigida ſtyptica ſunt magis hic ſuſpecta, & ideo cum cautela, & moderamine, cum euacuationibus frequētatis prius, & diuerſionibus, & leuibus ſtypticis, & narcoticis, ita q̄ omnia alia prius tentabis. Sis ex habitis in præcedenti ru. doctus. Cūq; alia non cōtulerint veniunt nōnulli ad poſitionem cauterii maxime cum antiquatur, de quibus dicetur in ſequenti rubri.

*De cauteriis, & modo applicandi ea in paſſionibus iuncturarum.* Rubrica, XII.

NOnnulli poſt expeditionem eorū quæ poſita ſunt in præcedentibus ru. diſcernentes in cura dolorū eorum cum eis non profeciſſe, auſi ſunt ſup cauterium in eo ſperantes eorum curam ad eam poſſe perducere ſanitatem, quā humana ars attingere pōt'. Neq; tu ad eū adminiſtrandum feſtinus eſſe velis, ſed cum oīa alia maxime non contulerint, vltimo in eo fiduciā capere. Nā materiam ſubtiliat etiā ſi fuerit in profundo, & ipſam ad ſuperficiem trahit & ſibi viam facit vt eradicetur, & ideo videtur ſic exterminare materiā facientem dolorem in iuncturis. Ex quibus infertur q̄ vbi dolor iuncturæ eſſet à cauſa immateriali non videretur cōpetere cauterium, & maxime cauſa exiſtente calida. Nunquid aūt in dolore ex cauſa calida, & ſicca materiali competit cauterium? Dicendū q̄ ſic, nō aūt ſicut in cā calida & humida, et applicare ipm in ea cā eſt experti medici, & non cuiuslibet, & nō adminiſtraī abſq; magno nocumento, & iō ſis cautus, & eſt ſnia Albucaſis cap̄. de cauterio. Et de hoc ſtatim infra.

CIRCA cuius adminiſtrationem ſeptem ſunt p̄ ordinem conſideranda. Cauſa incitans. Inſtrumentum, Tēpus. Corpus. Hora. Locus. Modus. Et ordo.

Cauſa incitans eſt duplex, neceſſitas. ſ. et vtilitas. Neceſſitas quidem, qm̄ prædicta medicamina non ſufficiūt, vnde ad ipſum tanq̄ȝ ad vltimum recurritī. Nō ſufficiunt aūt propterea quia membra corporis nutritiua adeo ſunt ea diuturna paſſione defecta, & habituata eſt diſcraſia q̄ materiā regenerando aſſidue multiplicent, & maxime phlegmaticam ex ſe ēt bono ſeruato regimine, Item iuncturæ ſunt debilitatæ, & ſub dominio eorum poſitæ in recipiendo ſuperfluitatem. Item viæ ſunt dilatatæ, laſſæ, vt continue ad eas fluant materiæ coadiuuante dolore: nec quæ ſic fluunt materiæ poſſunt per p̄dicta educi quæ de die in diē generantur, nec per talia loca faſtidio, aut laſcīuia, aut in

ęgritudinem

ægritudinem,& ſoliditatem partium juncturarum maxime quando junctura eſt in profundo poſita,ſicut ſunt iuncturę anchæ,ſciaticæ,ſpatulæ,& genu. in quibus locis dubitatur aut propter humiditatem dislocatio,vt in dolore ſciatico vt ſupra,aut ꝓpter indurationem humiditatis cõtractio,& nodoſitas,vt in podagra dictũ eſt. De vtilitate aũt eius tñ dicatur ꝙ de eo inuenio vtilitates ab authoribus noſtris poſitas.Prima ꝙ ꝓſeruat ab incurſu acciden tium iã enarratorũ,vt ſunt dislocatio, nodoſitas, vñ accidit deinde ĩpotẽtia , aut ambulandi , aut ponendi bolũ in ore,aut tergẽdi ſibi anũ,vñ tales ſunt viui, & mortui. Secũda ꝙ ſuo calore mẽbra confortat & cõfortatus in eis calor materiã iam fluxã ſubtiliat,poros aperit, & ꝓ̃pte reſoluit,atq; cõſumit,& maxĩe cã exiſtente frigida.Q. ſi fuerit calida,& multa adauget.& nocet. ſi vero pauca ipſam reſoluit,& iuuat.Item vt ſupra ipſam materiam de ꝓfundo extrahit,& locum aperit per quem deinceps expurgatur, & eradicatur. Tertia & ſi non ſit ita ad ꝓpoſitum tñ ad integritatem rei dr̃ quia ꝓſeruat alia loca à putrefactione q̃ ſunt in circuitu,& iõ adminiſtratur in herpete eſthiomeoo, in cancro & hmõi ad ꝓhibendum ambulationem apãtis, & putrefactionis vt in oſſibus corruptis ẽe ſit. Quarta qa ſanguinem reſtringit,vt in fluxu ſanguinis hæmorrhoidarum & aliorũ membrorum cõiter ſit. Quinta quia mirabiliter diuertit fluxum materiæ, vt operantur oculiſtæ cũ ponendo retro collũ,& in fontanellis lacertorum influxu catarrhi,vt ſupra de catarrho. Sexta quia mirabiliter intercipit,vt cũ cauterizatur vena temporũ ne materia fluat ad oculum. Septima ad extirpandum ſuperflua vt quando per ipſum reſecantur glãdulæ,& extirpantur carnes mortuæ. has quinq; addidi ad eius integram notitiam.

ἕρπης ἐσθιόμενος græcis, nřis herpes exedens nũcupatur.

Inſtr̃m aũt duplex actuale & potentiale. Actuale ipſum eſt cauterium ignitũ aureum,vel ferreum. Potentiale autẽ quod ſit per medicinas cõburentes, & vlcerantes vt ſunt cantarides,allium,flãmula,pes coruinus,lac ficuum, calx cum ſapone, & lacte ficuũ.de quibus aliquid in fine. Et actuale quod melius eſt,ut Albucaſis.& alij:non enim ꝑuenit niſi ad locum,quem vult medicus nec cæteris ita nocet.Q. autem ſit melius dictum eſt ſupra.

Tempus primo quo ad ætatem vt poſt.xiiij.annos, & non ante.tñ multi præſumunt ante tempus anni vt ſit temperatum,& proprium eſt ver,& autumnus.

Corpus vt ſit forte non debile aptũ ſuſtinere & maxĩe cauſa in eo exiſtente frigida & hu.bene euãtũ, & purgatũ.

Hora quia in mane ante tertias facta prius euacuatione ſuperfluitatum primæ digeſtionis.

Locus quia aliter & aliter in alio , & alio loco. vnde in dolore humeri tribus digitis ſub humere inferius à junctura & non ſuper juncturam,quia ſic eſſet periculum cõtractionis,& ſpaſmi.ꝙ ſi contingat ꝓpter humiditatem lubricantem humerum dislocari,vt in ancha & non ſigillatur in hora reductiõis ſuæ,ſed iterũ reſiliat apponatur cauterium ſub titulo cũ inſtr̃o triangulato donec penetret cutem vſq; ad latus,& ſi ponatur laqueus in foramine erit bonum.prius tñ fiat reductio,& ligetur, & conſeruetur ꝓut melius fieri poterit.In ſciatica aũt paſſione ponatur cauterium triangulatum ſuper ſciaticam cõprehendens intra ſe nodum anchæ totaliter, & profundetur quaſi vſq; ad os, & vratur quaſi tota caro & non dimittatur conſolidari vſq; ad tempus magnum,ſed remaneat apertum ponendo ſup ipſum cepas contuſas cum butyro ita ꝙ à vulnere emanare poſſit ſanies,& venenum contentum in eo loco.

Modus vt iaceat infirmus ſm̃ figuram,& ſitum magis aptũ aptioni opatoris , & irroretur facies ĩfirmi in aq̃ ro.& confortetur,& ideo in corpore forti fiat,& non in debili.

Ordo.vt ſucceſſiue fiat incipiendo à debili impreſſione procedendo cum forti.Item ſtude ad ſtupefaciendum locum prius,& erit utile valde,quia ſic non ſentiet dolorem aut tm̃.Bene nota ꝙ niſi aptũ teneatur ꝙ erit error peior priori,qm̃ materia ad intra conuertetur ad principalia. Et ex his quæ tenent apertum locum ſunt cerea ſpera intus poſita,folium hederę ſuperpoſitũ, cepa trita cum melle, aut cũ butyro,vt dictum eſt de cauterizatione aliorum locorũ nihil propter breuitatẽ. Et qa materia chirurgicalis addam vt aliqua cauteria ſiue veſicantia quæ pono, vt gratia exempli ẽt quia vtilia ſunt. Cantarides cum fermento, & pauco aceti incorporati adinuicem veſicãt. Emplaſtrũ ad hoc adeo forte ꝙ attrahit materiam ex profundo anchę & juncturæ,& eſt cõburens.℞.naſturcium,pyrethrũ,corticem capparum.ana. confice cum aqua cinerum ficus,& pone ligatum donec cõburat.poſtea ſolue ſi locus nigreſcit,ſi non,repone donec locus ampulletur , & aperiantur ampullæ,& laua cum aqua calida. Aliud fortius & eſt expertum.℞.pulueris calcis,pulueris cantaridum.ana. tẽperetur cũ ſapone gallico, & ſuperponatur in modum vnguenti loco prius calefacto,& fricato cum aceto forti valde.Iſta poſui vt dictũ eſt gr̃a exempli.et ſic tibi ſufficiant, quia me in extendendo viderer ingredi opus chirurgicũ, ad qđ recurras cum tibi opus erit vti cauterijs.

## De bothor. Rubrica. XIII.

ET licet materia hic ſit chirurgicalis(vt dux me⁹ inquit remittens nos ad ſuũ quartum )tñ vt rubricis ſuis ſatisfaciam ẽt eum ſecutus ſic de ea breuiter dicã vt et ipſe cõſcripſit. Accidũt qñq; in pedibus puſtulę nigrę,& virides,& fuſcæ,& magnæ,qñq; ex materia melancholica. Et earum cura eſt illa q̃ varicum de qua ſupra rubri.de varicibus,quare ad eum locũ te transferas.

## De dolore calcanei. Rubrica. XIIII.

CAlcaneo accidit dolor à cã primitiua vt caſu, aut obuiatione eius ad rem durã,aut coartationem calciamenti,aut ex aliqua hmõi cã primitiua. Q. ſi ex cã añte illud accidat.aut in calcaneo erit apa aut non.ſi apa cura apoſtematis calidi aut frigidi vt per ſigna cõprehendes.ſi non,tunc ille dolor reprimendus eſt vt in doloribus podagricis,& cura habita eſt ſupra,& iõ dux nr̃ nullã fecit mentionẽ de cauſis añtibus,& iõ cõſi.dera &c.

## De debilitate pedum. Rubrica. XV.

ACcidit pedum debilitas qñq; ex creatione, qm̃ ſic fuerunt à principio generationis. Aliqñ ꝓpter plurimum laborẽ,vt accidit illis qui quotidie calcãt pannos in aqua, vt ſunt tinctores,aut qui mouent cum pedibus coria,aut propter mollificationẽ quæ ꝓceſſit, vnde non tranſit ſpũs motiuus ad membrũ vt ſoluit propter oppilationem. Aut pp aliqđ aliud oppilans viã nutrimenti vnde nutrimentum ad membra tranſire non poſſet , ſicut ſtrictura calciamenti facta deſup cauillã, vt faciunt frãcigenæ,& aliqui alemani. Aut rosboth cauſatũ in via ex inciſione ſicut accidit in caſtratis. Q. ſi fuerit ex creatione cura eius eſt impoſſibilis. Si ex mollificatione cura mollificationis eſt habita. Si ex rosboth cura nulla eſt. Si ex labore confortetur pes cum ſtypticis confortantibus & dimittatur exercitium. Et hæc ſatis.

## De diſpoſitionibus unguium. Rubrica. XVI.

INfirmitates quæ in vnguibus accidunt ſunt. Dolor. Pruritus. Puncta alba. Curuitas. Gibboſitas cum tinea,& excoriatione,& ſciſſura. Accidit vngui dolere. & ita dr̃,non quia vnguis doleat,quia neq; ſentit ſicut nec dentes,ſed quia ligata eſt multum mẽbris ſenſibilibus, vt carni,muſculis,neruis,& chordis,& cum ſuo dolore accidit quandoq; apoſtema dictum panaricium.

CVRA te opponas cum contraria cauſæ quando fuerit ex mala complexione ſola,ſolis alterãtibus vt de podagra dictum eſt. Q. ſi fuerit cum materia abſq; apoſtemate diuerte,euacua,& altera, vt videbitur expedire. Q. ſi fuerit cum apate relinque chirurgicis. Item pũcta albæ

quæ

quæ veniunt ratione totius mũdifica cum fortidis dictis, medicamen turbithi & conforietue cor cum diamargariton & hmõi, & habeat regimen calidum, & ſuper vngues portet continue picem, vel ſtoracem liquidam, aut amoniacum mollificatum cum oleo de ſpica. In curuitate autem quæ eſt à toto mundifica cum pilulis de hermodactylis minoribus. Et regimen declinet ad frigidum aliqualiter & non multum, & ſuper locum ponatur emplaſtrum ex eruca, & aceto, vel epithemetur ex eo, aut ex ſemine ceparum, & agreſta, aut ex cicuta, & aceto. In gibboſitate autem cum tinea mundificetur corpus cum medicinis dictis ſupra rub. de melancholia vel de phlegmate ſalſo, fiat epithema ſuper vngues ex ſale, fæce aceti & albumine: vel ex ſquilla contuſa cum oleo ſiſamino, camomillino, uel de ſemine lini, vel ex cepis cõtritis cum aceto & ſale. In curuitate autem facta purgatione feras ſuper vngues per hebdomadam emplaſtrum de pinguedinibus auium cõtuſis, & mixtis adinuicem, deinde remoueatur, qui ſi molles facti erunt fricandi ſunt cum fruſtis vitri donec æquentur. Deinde poſt æquationem ſuperponatur cera, aut amoniacum mixtum, & diſſolutum cum cera ad eorũ duritiem.

In ſciſſura autem eorum mundifica corpus ab humore melancholico, & aduſto, & corpus nutriatur rebus humectantibus, & impinguantibus, & mollificentur, & humectentur vngues cũ aqua tepida, pinguedinibus auium, cera, amoniaco. Vbi aũt vnguis ceciderit manu non tangatur, ſed deſuper ponatur cera, & dimittat à principio vſq; ad finem generationis eius. Iſta ſunt magis chirurgicalia ideo leuiter pertranſiui. Et hæc ſic ſufficiant.

DVBIA.

Dubitatur circa capitulum, vtrũ dolores iuncturarũ ſint paſſio hæreditaria, quia ſicut ægritudines membrorũ principalium non ſunt hæreditariæ, à fortiori aliorum membrorum diſpõnes non debẽt eſſe hæreditariæ. Propter quod ſciendum ꝙ de morbo hæreditario poſſumus loqui dupliciter. Vno modo inquantum cauſatur à cauſa naturali, & intrinſeca. Alio modo inquantum cauſatur à cauſa extrinſeca, & accidentali. Exemplum primi vt cum aliqs eſt podagricus naturaliter, quia à primis ſuis contraxit parentibus. Exemplum ſecundi, vt cũ quis factus poſt podagricus ex malo regimine ex parte cibi, potus, coitus, & hmõi quæ habẽt inducere podagram.

Hereditariæ ægritudines quę.

Prima concluſio. Ille morbus proprie dicitur hæreditarius qui genitus eſt ex cauſa intrinſeca eſſentiali & naturali. Ad quod perpetrandum duo requiruntur. Primũ morbi diuturnitas, vt quia propter diuturnitatem morbi intãtum ſit virtus debilitata ꝙ non poſſit mẽbrum ſimpliciter fortificare. Secũdũ ꝙ ipſe morbus fuerit in auo, ꝓauo, & hmõi tranſit ſic de filio in filium donec fuerit factus naturalis, & eſſentialis. Secunda ꝙ improprie multi morbi poſſunt dici hæreditarij, vt euenientes ex cauſa non eſſentiali, naturali, vnde ebrius & crapuloſus poteſt producere ex ſemine ſuo debili, & maculato filiũ paratum ad diuerſas ægritudines, & dolorem iuncturarum, & tamen ipſe non erit podagricus: ipſa tamen ægritudo non eſt ex principij generationis eſſentialibus ſed accidentalibus, & cauſa horum eſt idolum exiſtens in ſemine, & ſpiritu. vnde informatiua informat membrum cum diſpõne tali portata ſiue delata per ſemen, & ſpũm à membris progenitorum deciſa. Et cõſimiliter dicẽdum de lepra, phthiſi & hmõi.

DVBITATVR vtrum in ſciatica ſit maior dolor ꝙ in podagra, qa in ſciatica dolor eſt in ligamento, & ipſum eſt inſenſibile. tñ circa ipſm & ad ipſum terminant muſculi, et nerui multi, & chordæ maiores, q oĩa ſunt multũ ſenſibilia, qđ nõ eſt i alijs iũcturis, & iõ i ea cauſať fortior dolor cõicata cã doloris maiori quãto. & tu ꝓ his vide ſupra diſſõoem iuncturæ in principio capituli conſidera.

DVBITATVR vtrum dolor iũcturarum à cã ca. ſit deterior, qm̃ videtur plus contraria cõplexioni iuncturarum cum ſint membra frigida. in morbis enim minus periclitantur. In oppoſitum qm̃ frigida materia eſt magis groſſa viſcoſa reſolutioni magis rebell. Pro iſto ponantur iſtæ concluſiones. Prima ꝙ dolor iũcturæ nunquam vel rariſſime eſt ab humore frigido puro, vel calido. Secunda. ꝙ facta à cauſa calida cholerica à prædominio alijs paribus eſt deterior ratione ſeuitatis accidẽtium, quia magis penetratiua acutior mordicatior ẞ. magis inducens, virtutem magis proſternens. Tertia concluſio, ꝙ licet ita ſit tamen ratione terminationis eſt minus mala ſemper pietate ſuppoſita, quia citius terminãtur qm̃ eſt humor citius reſolubilis. Et tu pone duas concluſiones de facta à prædominio. e cõuerſo de calida iam dicta, & ex hoc patet quid dicendum ad rationes.

DVBITATVR vtrum ſciatica dextri lateris ſit deterior. Dicendum ꝙ ſciatica dextri lateris deterior eſt ſiniſtri. Primo qa in dextra parte ſunt meatus ampliores per quos erit maior quantitas materiæ, & facilius. Secundo, qa in parte dextra eſt plus de humore calido quod ſubtiliat phlegma, & ipſum reddit magis fluxibile, & penetratiuum. & hæc duo magis faciunt ex vna parte ꝙ fortitudo virtutis ex alia. quod addidi propter augmentũ. Propter quod mulier raro podagrizant, aut ſciaticam patiuntur.

Problema.

Prima cauſa, quia in quiete magna ſtant. quare membra non fatigantur, & ſic ex labore non debilitantur. Secũda quia habent vias anguſtiores & ſic non ita penetrant materiæ faciliter ad iuncturas earũ. Tertia quia oĩ mẽſe purgantur, vnde quæ non ſic purgantur quãdoq; bene incurrunt. Quarta, qa in pauca cholera abundant quæ eſt vna magna ex cauſis penetrationis materierum ad iuncturas, vt in principio capituli dicebatur.

DVBITATVR ꝓpter quid eſt ꝙ patientes ſciaticam ſunt in generando impediti. & eſt ꝓblema Ariſto. quarto ꝓble. Primo dr̃ ꝙ in ſciatica paſſione currit multa humiditas ad iuncturã illã q vaſa ſeminaria, & ſperma infrigidat ꝓpter affinitatem ad illa. Secundo indiſponit ſperma & eſt ratio fortior ſi teſticuli ſint neceſſarij ad generationem vt tenent medici. Et tu conſidera.

Problema.

DVBITATVR vtrum ſtante peccato in ſanguine vel in eius ꝓdominio in cura iuncturarum debeat fieri phlebotomia de eodẽ vel de contrario latere. Abſq; argumentis ponuntur concluſiones. Prima ꝙ in fluxu materiæ vbi intentio eſt ad diuertendũ phlebotomia debet fieri ex latere contrario, vt ſi fuerit dolor in latere dextro debet fieri phlebotomia baſilicæ de brachio ſiniſtro. Nam quanto ẽ magis contrarietas tãto diuerſio maior. Secunda ꝙ vbi intentio ſit ad euandum magis ꝙ ad diuertendũ debet fieri ex eodẽ latere, vt ſi dolor fuerit in pede dextro, fiat ex baſilica brachij dextri. nam minor ſufficit cõtrarietas. Conciliator differentia. 150. Prima cõcluſio. ꝙ in principio principiante ſtante plethoria & virtutis cõſtãtia fiat phlebotomia non tm̃ ex contrario latere ſed ex contradictorio, vt de dextro in ſiniſtrũ, vt dictũ eſt. plethoria enim indiget, euõne cum attractione ad longinqua. Secũda ꝙ vbi corpus non ſit plethoricum & virtus nõ ſit multum fortis & ẽt morbus non ſit initians ſufficit phlebotomia eiuſdẽ lateris vt ſi fuerit in dextro pede phlebotomet̃ baſilica dextra. Tertia ponitur cõcluſio pro cõiter practicantibus, ꝙ in principio vbi virtus &c. conſentiant nõ exiſtente magna plethora fiat phlebotomia ex latere eodem, contrario tñ. vt ſi fuerit in pede ex baſilica manus, ſi in manu ex ſaphena eiuſdem lateris. Quarta concluſio. ꝙ ratione cauſæ coniunctæ fiat ex vena ipſius mẽbri, vt verbi grã, ſi fuerit ſciatica i dextra ancha fiat phlebotomia ex ſaphena eiuſdem pedis. & hoc voluit Auic. quarta primi. vt ſupra cum in dolore dixit ꝙ phlebotomia ſciaticæ curabat dolorem ſciaticum & erat ſicut eius debitũ. Quinta concluſio. ꝙ ſuperabbundantia ſanguinis ſm̃ plurimũ magis inducit ẞ. apoplexiã, ſuffocationẽ, venæ ſciſſurã ꝙ

dolorem

dolorem iuncturarum, & ideo rariſſime ratione ipſius eſt phlebotomandum, & ideo phlebotomia in iſtis doloribus fienda eſt cum miſterio, & hæc videtur ſola Cõciliatoris allegata differentia. Materiæ enim facientes hmõi dolores ſunt ſm quid maxime materiæ frigidæ indigeſtæ, ut in principio capituli dicebatur.

DVBITATVR vtrum materia exiſtente phlegmatica competat phlebotomia in dolore iuncturarum. Dicendum ꝙ materia tali exiſtente ſanguini mixta, aut ꝓpinqua ſanguini põt phlebotomia cõpetere, patet cõcluſio. Secũdo, ꝙ vbi eſſet phlegma non admixtum ꝙ ſaltẽ nõ cõpeteret euãtiua, licet diuerſiua poſſit competere. quę tñ nõ eſt fiẽda magna ad euitandũ cruditatem. cõſidera.

DVBITATVR vtrũ phlebotomandus in ſciatico debeat ſtare duobus diebus ieiunus anteq̃ phlebotometur, ꝙ ſic Aui. ꝙ non, qm̃ phlebotomia debet euitari in

Auicennę locus explicatus. corpore inanito. Dicendũ ꝙ intentio Aui. eſt ꝙ debet talis vacare à multo cibo, & ſubtiliter digtati, vt virtus reddatur fortior ad digerendũ materiã phlegmaticam ſanguini admixtam, & cum fiet phlebotomia non ſic incrudabitur, quia ex abſtinentia ſuſcepit aliquid digõnis. Item confert in dolore qm̃ nõ ſic fluet materia, qm̃ mẽbra retinebũt ex inanitione, ex iſto collige ꝙ vbi materia ſit phlegmatica mixta ſanguini confert diæta. Hæc conſidera.

DVBITATVR vtrum in cura doloris iuncturarũ medicina cõpetat vomitiua, ꝙ nõ, q̃a materia, q̃n q̃ eſt in inferioribus, ergo. Itẽ materiæ groſſæ in hepate debent ꝑ inferiora euãri. iuxta illud Hip. Aeſtate ꝑ ſupiora, hyeme vero per inferiora. Prima cõcluſio. cõpetit uomitiua rõne cauſæ antecedẽtis maxime dolore exñte in parte inferiori. patet. Secunda ꝙ rõne coniunctæ parum confert materia. ſ. exiſtente in parte inferiori.

DVBITATVR vtrum debeat medicina fortis in cura eius. Dicendũ ꝙ in principio nõ debet dari medicina abſolute fortis, qm̃ materia eſt indigeſta, & etiã q̃a in principio minoramus & non eradicamus: debet tamẽ medicina illa eſſe fortis, propter humorem qui cum difficultate euacuatur. debilis, quia in parua doſi ut turbith, agaricus, ſcammonea & hmõi in doſi parua. Dicitur ſecũdo, ꝙ in vltimis qñ eradicare intendimus conſentiente

Cõtradictio nõnullorũ tollitur. virtute, & cæteris debet dari medicina abſolute fortis, & ſic tollitr̃ cõtradictio apparens inter authores noſtros.

DVBITATVR vtrum oxymel cõpetat in digerendo materias iuncturarũ, cum acetum vt ſupra maxime neruis noceat, maxĩe rõne penetrationis, mordicationis. Dicendum vt cõiter oxymel multæ acetoſitatis non cõfert, ſed paruæ. Alij ꝙ añ. xiij. non confert, poſt autem ſic. Nam tunc quietatus eſt humor, & oxymel rõne aceti non facit materiam amplius penetrare, & veniens ad locũ materiæ fluxæ digerit, & ſi mordicat parũ mordicat, ſed maius eſt iuuamentum nocumento.

DVBITATVR vtrũ acetum conferat in emplaſtris, & vnguentis. Prima concluſio ꝙ in emplaſtris & hmõi acetum poſitũ rõne penetrationis, et in parua quantitate iuuamentum præſtat propter conferentiam penetrationis aliarum rerum. Secunda, ꝙ vbi ſit intentio medici ad reſoluendum materiam in profundo exiſtentẽ ipſum cum reſolutiuis poſitum iuuat, & hoc voluit Auicen.

DVBITATVR vtrum in cura doloris iuncturarum, vt podagræ & hmõi, medicinæ ſolutiuæ dari debeant ſero vel mane. Q. mane Auicẽ. ꝙ ſero cõis modus practicandi multorum. Prima cõcluſio, ꝙ qñ volumus euacuare materiam antecedentẽ debemus dare ſolutiuum mane, & in forma liquida, patet: quia talis cõtinetur in ſtomacho, & in vijs propinquis eius vt plurimum, & ideo melius euacuantur. Secunda ꝙ in euacuando materiam coniunctam detur ſolutiuum ſero ante cœnam, patet quia ſic melius per ſtomachum actuatur, & continue materias melius trahit à remotis. Tertia concluſio eſt ꝙ ſm ſub & ſupra omnibus computatis & ratione antecedentis & coniunctę, melius eſt dare ſummo mane ſuper quod dormiat debite & in forma pilulari ſiue liquida, quam concluſionem ſequuntur moderni. Et tu conſidera.

DVBITATVR vtrum in cura talium dolorũ competat vinum cum ſit calidum, & ſiccum reſolutiuũ, quare in phlegmatica maxime conferre videt̃. Item quia eſt maxime virtutis reſtauratiuũ quæ in forti dolore multum debilitatur. Item quia plures authores vt Aui. in paſſionibus neruorum videtur cõcedere antiquum, vt ſupra de paralyſi. Oppoſitum clamãt authores Halyabas præcipue, & Meſue. nocet enim cerebro, et neruis, & materias penetrare facit. Prima concluſio. vinum ratione potus aſſumptum in paſſionibus iuncturarum eſt negandum, patet, quia humores diſſoluit & ad iuncturas penetrare facit, & neruos relaxat, & in ſtomachis talium acetoſatur, & nihil deterius aceto. quare. Secunda ipſum gratia potus medicinalis in tali dolore eſt exhibẽdum, & maxime in declinatione morbi, qm̃ eo ipe reliquias materierum ad expulſionem incitat & maxime per vrinam, quas primo incrudabat. Item tunc virtutem roborat. Tertia ꝙ in conſuetis non eſt penitus prohibendum & ſubito, ſed gradatim procedendum vt ab ipſo abſtineat.

DVBITATVR vtrum uinum groſſum an ſubtile ſit magis euitandum. Prima concluſio. ꝙ in præſeruatione magis eſt prohibẽdum vinum groſſum, quia magis indigeſtibile, cauſatiuum humorum groſſorum, cauſatiuorum dolorum iuncturarũ. Secunda ꝙ reſpectu habito ad penetrationem qua talia corpora læduntur magis eſt prohibendum ſubtile, quia magis facit penetrare. Tertia ꝙ abſolute minus malum eſt vinum declinans ad groſſum q̃ ad ſubtile, & maxime tempore doloris, ſit itaq; vinum, vt dictum eſt de cura eorum &c.

APHORISMI.

Ex. ij. ſectione. xlvj. apho.

Duobus doloribus ſimul, non eundem locum, infeſtantibus, vehementior, alterum obſcurat.

Ex. iiij. ſect. xx. apho.

Non febricitantibus ſi tormina acciderint, & genuum grauitas, & lumborum dolor, purgari inferius oportere ſignificatur.

xxxj. apho.

Laſſitudinem habentibus in febribus, in articulos, & * circa maxillas potiſſimum, abſceſſus fiunt.

* ... bucci ... (vt & in ſ... cedenti ... adnotat... fuit,) ... Leonicen... expoſitio hic fallit ... belle ... verborum ... tiõe ... meas.

xxxiij. apho.

Sed & ſi ante morbum, aliqua parte laborauerit, hic morbus firmatur.

xliiij. apho.

Quibus febres longæ, his tubercula, vel labores in articulis fiunt.

Ex. v. ſect. xxv. apho.

Tumores articulorum, atq; dolores abſq; vlcere, & podagricos quoq;, atq; conuulſa horũ plurima, frigida aqua large effuſa leuat, & extenuat, ſoluitq; dolorem, nam modicus torpor dolorem ſoluit.

Ex. vj. ſect. xxj. apho.

In inſanientibus, ſi varices, vel hæmorrhoides ſuperuenerint, inſaniæ ſolutio.

xxij. apho.

Quæcunq; rupta ex dorſo ad cubitum deſcendunt, venæ ſectio ſoluit.

xxviij. apho.

Eunuchi, neq; podagra laborant, neq; calui fiunt.

xxix. apho.

Mulier podagra non laborat, niſi menſtrua defecerint.

xxx. apho.

Puer podagra non laborat ante vſum venereorum.

xxxiij.

xxxiiij.apho.

Quicunq; calui ſunt, ijs magnæ varices non fiunt; quibus vero caluis varices magnæ ſuperueniunt, hi rurſus capillati fiunt.

xlvj.apho.

Qui gibbi ex aſthmate, aut tuſſi fiunt ante pubertatem, moriuntur.

xlix.apho.

Quicunq; morbi podagrici fiunt, hi ſedata in quadraginta diebus inflammatione, finiunt.

lv.apho.

Dolores podagrici vere, & autumno magna ex parte mouentur.

lix.apho.

Quibuſcunq; à coxendicum dolore diuturno moleſtatis excidit coxa, & rurſus incidit, ijs mucores ſuperueniũt.

lx.apho.

Quibuſcunq; à coxendicũ dolore moleſtatis diuturno excidit coxa, ijs crus tabeſcit, & claudicant, ſi non vrant.

PERORATIO.

Explicit cum gratia omnipotentis Dei, Mariæ glorioſæ, beati Hieronymi, beatorũ Petri & Pauli apoſtolorum, in quorũ feſtiuitatẽ ego Michael de Sauonarola compleui capitulum vigeſimum ſecundũ totius operis finẽ, pro quo, & cæteris Deo ſummo patri, filio, & ſpirituiſancto gratias ago infinitas. Et dominus ſua immenſa miſericordia me in omni opere bene confirmet. Amen.

Michael Sauonarola Patauinus ordinis equeſtris hieroſolymitanorum phyſicus, & medicus clariſſimus hoc diuum medicinæ opus edidit.

## REGISTRVM.

A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V X Y Z
AA BB CC DD EE FF GG HH II KK LL MM NN OO PP.

Vnaquæq; harum literarum quatuor in ſe colligit cartas præter OO PP quæ tres colligunt.

Tabulæ regiſtrum per ſe patet.

Venetijs Impreſſum in officina hæredum Lucæ Antonij Iuntæ Florentini. Menſe Iulio. M D XLVII.

℞ pulpe (alee) caponis mediocriter cocti subtiliter et ultra contrit in mortario contrit ℥ viij. cui addatur iste pulvis

℞ cardamomi cinam. gariofil folij, galange carabe, zinzib. nucis muscate, dragaganti, gummi arab. an ℈ ʃs. et siquis fiat pulvis subtilis: cum quo addatur infrascripta. ℞ amidi, liquiritie an ʒ ij pinear bn mundatar, sebeste, pistacear bn purgat dalat d decorticatar an ℥ ʃs passular mundat ʒ iij seminum cucurbite. melonis cucumeris, papaveris albi, lactuce portulaca an ʒ ij, penidiar ʒ iij. misceantur cum carne prius optime contrita et in mortario miscendo cum pistello cum omni sua possibilitate, et post accipiantur ... ij zuccari fini dissoluti cum brodio pingui dicti caponis et decoquatur donec veniat ad formam syr. et post ponatur in mortario cum rebus alijs dictis et reducatur ad formam electuarij, et post deauretur iij folijs auri ℞ —

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITT. EMANUELE

Digitized by Google